3985

62/59

COMMENTARIA

MORALIA IN EVANGELICAM HISTORIAM.

AVTHORE PATRE DIDACO DE BAEZA,
Ponferradiensi, Societatis IESV Theologo, è Prouincia Castellana.

TOMVS TERTIVS.

COMPLECTENS PROPHETIAS A IESV DICTAS, & nondum adimpletas, in super nobiliores eius sermones, & in illis apertiores similitudines.

AD EXCELLENTISSIMVM DON FRANciscum de Castro, Iacobæum militem, Comitem Lemorum, Andradæ, Villalbæ, & Castri: Marchionem Sarriæ, Ducem Taurisanæ ab status Consilijs, &c.

SECVNDA  EDITIO.

CVM PRIVILEGIO.

VALLISOLETI, Ex Officina viduæ Francisci Fernandez de Cordoua, Anno 1629.



EXCELLENTISSIMO DON FRANCISCO RVYZ DE CASTRO MILITI IACOBAEO, COMITI LEMORVM, ANDRADÆ, VILLALBÆ ET CASTRI, Marchioni Sarriæ, Duci Taurisanæ ab Status Consilijs. Olim Neapolitano, & Siculo Proregi, & apud Maximum Pontificem Oratori.

VERBI DIVINI meditamentis, dum tibi qualecumquè munus compono (PRINCEPS EXCEL.) adest magnus ille Ptolemaidæ Episcopus D. Synesius, qui lib. de Regno, sic pungit sui æui Principes: *Regi munus sit stolidus homūtio, eoquè acceptius, quo stolidior est: ij eodem tempore imperfectè ridere, & flere gestientes, in decorisquè gesticulationibus, alijsque scurrilitatibus vna vobiscum perperam tempus absumunt. Horum mutili animi sensus verbaque vestris auribus multò accomodatiora sunt, quàm sententia aliqua ex Philosophia deprompta, et differto, ac volubiliore pronuntiata.* Non de sapientiæ, arcanis, sed descurrarum mercibus munera Principibus aptat vir diuinus, & meritô, quia te ignorabat, cui Philosophari, & regnare natura fuit: gratia, regnis placuisse, Scholisquè simul. Tuis in manibus duplicato igne retulat, qua veteres face fulserunt. Nam quod vix maioribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc tibi abundauit in limine. Te quicùmque vidit, cum nec dum dignitatum aliquod limen intrasses, omnia te transisse credidit, quæ sequebantur insignia. Sanè credidit id Neapolis, vbi iuuenis fecisti tuum esse primum gradum, qui summus est. *Claud. in Honoriū.*

Rerumque tibi commendat habenas,
Et sacro meritos ornat diademate crines,
Tantaque se pietas rudibus ostentat in annis,
Sic ætas animo cessit, quererentur, vt omnes
Imperium tibi sero datum.

Tempestiuum, imò serotinum imperium in te ostendebat sapientiam, quæ iuuenem nacta, figurabat transsenem. Palatium, quod tu cum terribile acceperis, amabile præstiti. Forum semper negotijs plenum, iam votis, votisque pro tua salute susceptis. Curia honorifi-

cis modo lætans decretis, antiquitus ſolicitis mæſta quærimonijs. Nec Neapoli, hæc Romæ, hæc apud Siculos. Nullus in ijs thronus, qui te hodie non cantet. Et quanta thronorum gloria? Ait Nazianze-
Nazianz. nus Poſthumiano clariſsimo Principi: & tibi vniuerſos orbis. *In ſublimè electus es, haud ita mediocri Principatum gloria. Imò ipſe, ſi quod verius eſt, dicendum eſt, haud modicos Principatus ſublimes reddidiſti: ſupremam nobilis es poteſtatem. Non eſt hoc fortunæ munus, ſed hanc poteſtatem tanquā virtutis præmium adeptus es; vt & ipſa redderetur glorioſior, & Rex propter iudicij ſui de te ſententiam, laudem acquireret.* Macte virtute vir, regalium miniſtrorum lex præfulgens: Dignitates tibi creditas eximia grauitate tractaſti: & niſus es tempora facere, quæ merito laudarentur in Principe. Meritò ergò mea ſiſtuntur ſtudia non propter maieſtatis ambitum, nec ſine obligationum argumentis Principi eruditiſsimo: teſtes ſunt, & rethorum flumina, & Philoſophorum ſtagna toties â te exhaurita. Indulgentiſsimo: docet ſecuritas erroris humani. Conſultiſsimo, probant hoc tali Principe Itali ordinati, & Hiſpana imperia aliquando Italis grata. Fortiſsimo: vt qui deuicit, imò deuinxit Siculorum, & Romanorum animos, non ferro, ſed ſuauitate, ſed tempeſtiuitate, naturam diuinam in fortitudine æmulatus. Inuictiſsimo: quem vno anno, nec chariſsimæ vxoris, nec ſuauiſsimi pignoris, nec bonorum iactura potuit turbare. Religioſiſsimo: huius verò laudis teſtimonium clamant compita, extollunt aulicorum conuentus, prædicant ipſa regalium Senatum penetralia. Clariſsimo: quem nec aurum cæcat, nec (quod Principibus inſolens) alea maculat, nec voluptas infamat. Poſſum ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit, quas proximè fortuna conceſsit, quas adhuc indulgētia diuina maditatur. Voca Hiſpanicum, deditione & acclamatione gentilium, Neapolitanum affectu nationis gratioſitate extorſo: vincendo, & de vinciendo animos Siculum, Romanum. Poſſem ſimul omnia merita virtutum, & cognomina fœlicitatis acnectere: & quidem, vt Auſonius ſuo Gra-
Auſon. tiano ait, tamquam qui terrarum orbem vnius tabulæ ambitu circūſcribunt aliquanto detrimento magnitudinis, nullo diſpendio veritatis. Parco tamen virtutum magnitudini tuarum, ne illarum fulgentiſſimo iubare patiantur ſtudia mea de virtutibus, quod patiuntur ſtellæ ſub Solis luce. Da poſſe videri quod tracto, cum Chriſtianas virtutes enubilo, vt in tuis præbes non poſſe eſſe nimium quod dico. Nimietatis enim vitium in extollenda virtute prorſus euanet, dum apparent tuæ, ſub quarum vmbris viuent mea ſtudia, verarum viuet, & ſpeculum virtutum. *Vale.*

FA-

FACVLTAS PROVINCIALIS.

EGO Gaspar de Vegas Societatis IESV in Prouincia Castellę Prępositus Prouincialis: potestate ad id mihi facta a Reuerendo admodum Patre nostro Mucio Vitelleschi Præposito Generali, facultatem facio, vt tomus Tertius inscriptus: *Commentaria Moralia in Euangelicam Historiam*, Authore Patre Didaco de Baeza Ponferradiensi nostræ Societatis Theologo, & eiusdem Societatis grauium, Doctorumquè hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus, Vallisoleti in nostro Diui Ambrosij Collegio, die vigesima prima Augusti. Anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo.

Gaspar de Vegas.
Prouincialis.

APPROVATIO DOCTORIS PAVLI DE ZAMORA IN Curia Regia Concionatoris, Rectoris sancti Gyncsij, sancti Officij Toletani Commissarij, Supremæ & sanctæ Generalis Inquisitionis Calificatoris.

COMMISSIONE D. Licētiati D. Ioannis de Velasco, & Azeuedo Serenissimi Ferdinandi Cardinalis Consiliarij, & in Regia Curia Generalis Vicarij, vidi, perlegi tomū Tertium: *Commentariorum Moralium super Euangelia*, Patris Didaci de Baeza Societatis IESV. Is vt video liber est, qui vel duorum ipsum pręeuntium germana fide probetur Orbi, solo tēpore alius, eiusdem omnino syderis, & genij; Alliciant simul, vel nolentes, vel inuitos ad laudem sui; adflarint credo innato splendore cuiuslibet mentem, nec vlla adeò caliginosa sit, quę tam luculentis pulcherrimarum rerum copijs reluctetur. *Quemadmodum enim fax in illuni nocte apparens sua sponte oculos allicit sic virtus omnes homines illuminare apta est*, scripsit Pelusiota Epistolarum lib. 4. sic inquam explicata per Doctores virtus & culta primum sibi ipsis, & effusa in orbem, vt colatur. Ergò quā Author dudum excolit, insignibus afflixa chartis cum suā vndiq; decentis mà laude, diuiditur virtus, blandiens animis in possessionenem sui, ita anxie, ad viri doctrinam hiantibus viris, vt nec Typographis requies detur, nec detur requies Bibliopolis. Accēduntur face multiplici diuini Verbi Præcones sub tanta commentariorum luce, & in æterni Numinis laudes coguntur. Nec in solos homines vim habet, felicissime in libris hisce affusa varietas; & Angelos admiratione aspersérit; moueat vel astra matutina, & filios Dei in Iubilū, ad libri voces subortaclaritudo; eo penitus modo, quo excitatos in laudem sensit Basilius Seleuc. or. 1. cùm adhuc in fatcijs teneriore Orbe, non cœlum, non terra, sed sola lux ad vocem nata est, *cùm prima â Deo vox mittebatur, & lux nascebatur*. Fœcundant libri mentes legentium, fœcundant audientiu m animos, fouentque, *vt accensi fide, persistant, & operibus ve*

vitatis relucentes; Et dum ad id lucernas ardentes habere iubemur, vt T[illegible].4. contra Marcionem, iubemur credo hitce vacare Commentarijs. Ergò vt ierum ornamentum lux est dum ipsas aperit, & in proprio nitore manifestat; Authoris hæc preclarissima scripta, quæ virtutum obiciunt, & fidei reserant sacramenta; & ornamentũ virtutis cõpellemus, & fidei decus, plena voce. Vtquè solem originem lucis æternum volumus, vt quotidiano splendore quæcùmque cœlum tegit, suauissime excitet, foueatquè; velimus Authori sæcula, vt hisce in dies, lucubrationibus Ecclesiam foueat; excitet omnium ad pietatem mẽtes. Hoc volo, huic subscribo. Matriti 15. Octobr. Anno 1627.

Doctor Paulus Zamora.

Summa del Priuilegio.

TIENE el Padre Diego de Baeça de la Compañia de IESVS Priuilegio por diez años para imprimir este libro, intitulado: *Comuentaria Moralia in Euangelicam Historiam Tertius tomus*: como consta de su fecha: En Madrid à treze dias del mes de Nobiembre, de mil y seyscientos y siete años. Por Iuan Lasso de la Vega Escriuano de Camara de su Magestad.

ERRATA.

ESte libro intitulado Commenraria moralia in Euangelicam historiam, *compuesto por el Padre Diego de Baeza, concuerda con su original, en Valladolid, à 17. de Iulio de 1628.*

M. Fr. Raphael Sanchez.

TASSA.

YO Martin de Segura Olalquiaga Secretario de Camara del Rey Nuestro Señor de los q̃ residen en su Cõsejo, certifico, y doy fè, q̃ auiẽdo se visto por los Señores del vn libro, intitulado: *Cõmẽtaria Moralia in Euãgelicã Historiã.* Cõpuesto por el P. Diego de Baeza religioso de la Cõpañia de IESVS. Tassarõ cada pliego de dicho libro, que es Tercero tomo, à quatro marauedis: el qual tiene ciento y cinquenta y tres pliegos sin principios, ni tablas, que à los dichos quatro marauedis, monta seyscientos y doze marauedis en que se ha de vender en papel: y dieron licencia, para que â dicho precio se venda: y mandaron esta tassa se ponga al principio, y no se venda sin ella. Y para que dello conste dì la presente, Mad. 28. de Iunio de 1628.

Martin de Segura.

QVIA

QVIA MVLTI PARAGRAPHORUM tituli mendosi prodierunt habes omnes hic positos benè correctos ad quos confugias.

LIBER XIII. DE PROPHETIJS Iesu ad huc implendis.

Cap. I. De signis finalis euersionis.

PARAG. 1. Dum supremi iudicis sententia instat, nil nisi crudele etiam in amitioribus videre expecta.

2. Magnum impiorum supplicium est, quod videant vilitatem, & squalorem rerum, ob quas in summam miseriam sunt delapsi.

3. Verecundum, & turpe est creaturæ fuisse alijs scandalum ad peccandum.

4. Salutare homini, vel aliena peccata doluisse.

5. Signa à Deo homini salutaria.

6. In creaturis, tantum signa humanæ perditionis, cuius vere causa in solo homine sunt.

7. Peccatum necessario sequitur manifestatio, & publicatio Vbi, quanta cõfusio erit in manifestatione peccatorum in iudicio.

8. Extrema persecutio Ecclesiæ, omnium sæuissima.

9. Tantum erit extremi diei malũ, vt sola eius fama impios vehementer concuciat.

10. Iudicij terror, quouis alio cruciatu maior.

11. Mala præsentia vehementissime augentur futurorum metu, qui solus nos solicitare debet in malis præsentibus.

12. Inter ipsam deploratam salutem, adhuc vana expectatio impios deludit.

13. Sanctissimi quique viri suspectum sibi habebunt districtum Dei iudicium.

14. Exclusis virtutum apparentijs videbuntur nuda peccata. Vbi, quod hypocrisis ruinam trahat.

Cap. II. De Aduentu iudicis.

§. 1. In iudicio nihil remanebit quod possit iudicis seueriſsimi misericordiam pulsare.

2. Inter iudicij discrimina, signum crucis iustis præstabit securitatem.

3. Passionis Christi signa maxime impios in iudicio torquebunt.

4. Impios sera, iustos tempestiua cruciat pœnitentia.

5. Tempestiua Dominica passionis memoratio tota mellea est nihil habet amaritudinis: intempestiua autem plena felle inuenitur.

6. Iesus in iudicio seueriſsimus iudex, quia extraneus & ignotus ab externis veniens.

7. Iudicij timor colligit iustos, & asserit in tuto.

8. Separatio electorum à reprobis, maximum reprobis incutiet dolorem.

9. Nemo vnico virtutis exixu contentus hæreat

10. Mundialium culminũ partus ruina est, & excidium.

11. Sanctorum patientia malorum omnium incursus exhaurit.

12. Iesu verba permanentem ad omnes efficaciam habent.

13. Scientia, quæ nõ cõmunicatur, nulla cẽsetur.

14. Duriſsimum peccatorum malum est, quod à delitiarum summo in summum miseriæ transeant immediatè.

15. Vbicumq; adest Dei gratia eandem salutẽ potest causare, & vbicunque desit, eadem in dè manebit damnatio.

16. Felix qui venientem iudicem, vt suorũ bonorum Dominum excepcrit, non vt furem.

Cap. III. De supremi iudicis sententia proferenda.

§. 1. Etiam reproborum hominum honori consulit Dominus: sic vniuersi iudices damnatorũ honori prospiciant.

2. Peccata non Deo, sed suis authoribus damnum inferunt.

3. Summa Iesu gloria, quod ex omnibus mundi plagis electos suos congreget.

4. Optimi Regis forma est, quod in supplicijs cõtractior; in beneficijs largior debito appareat.

5. A solius Dei infinita potentia venit, quod afflicti, & despecti homines bene habeant.

6. Misericordia in pauperes omnimodam acquirit benedictionem.

7. Ciuilem etiam bonorum possessionem per elemosynam apud Deum acquiris.

8. *Beneficentia in pauperes Regno digna.*
9. *Cæteræ virtutes pugnāt, verum misericordia in pauperes, erigit trophæos.*
10. *Diuinæ remunerationis gloria tanta erit, quæ omnium molestiarum temporalium vestigia prorsus deleat.*
11. *Solus Iesus verus frater, à quo vno venit, quidquid fraternæ charitatis inuenitur in nobis erga hostes.*
12. *Soli viri misericordes cauent verbum asperum, quo misere confodiūtur inmisericordes.*
13. *Infernalis flamma eo durior, quo Dei visionem intrinsecus tollit.*
14. *Summa hominis miseria est, quod miser degat inter felices.*
15. *Labor, & solicitudo Christi Domini pro suis non cessat vsque in hanc felicem sanctorum regenerationem.*

LIBER XIIII DE CONCIONibus à Christo Domino habitis ad populum.

Cap. I. Christi Domini concio panegyrica in D. Ioannem Baptistam.

PAR. 1. *Summa crudelitas lasciuiæ expenditur.*
2. *Nulla est adeò atrox iniustitia, quam amasia à iudice non extorqueat.*
3. *Pijs viris pretiosissimum est voluptatum cauere simulacra.*
4. *Docti viri, & ingenioſi maiorem curam adhibeant Deo quærendo.*
5. *Labores patienter habiti vocalissimi sunt ad impetrandum.*
6. *Ioannis, & Iesu perfectissima similitudo, in quo posita est summa Ioannis Laus.*
7. *Laborum ærumnarum q; tolerātia, omni alio miraculoso opere longe præstantius opus est.*
8. *Deus in Iesu humanissimus, & facilimo negotio accessibilis omnibus illis, qui amico accedunt animo.*
9. *Virtutis via arripienda non quam occasio offert, sed quam seria electionie, & affectus pōdus parit.*
10. *Vilescunt tentationes animo ad illas præparato.*
11. *Prima Ioannis virtutum lineamenta præstantissima, & quæ possint diuinam commendare manum.*
12. *Mollis cultus corporis Regibus fatalis est.*
13. *Domus regia vestiarium est mūdialis comediæ, ex profanorum hominum corruptela.*
14. *Laudabilis fidelium mos in inducendis puerulis, religioso amiculo.*
15. *Plusquam Propheta est quisquis inter mūdialiū caliginum latitudines, angustam viā salutis pertingit.*
16. *Ingēs Ioannis gloria quod Angelus dicatur imo quod plusquam Angelus sit, vbi quod arumnæ nos faciunt Angelis superiores.*
17. *Ioannes Baptista primas omnium tulit.*
18. *Summa argumentum sanctitatis, vel minimam aliorum virtutem sibi superiorem recognoscere.*
19. *Ioannis vis tanta, vt ante mortem Iesu, iam ipse cœli claustra contundat, & faciat labare, & minari proximam ruinam.*
20. *Quidquid magnum, & præstantius volueris, hoc est Ioannes.*
21. *Magna Ioannis excellentia, quod similis filio Dei.*
22. *Summa peruersitas hominis, qui diuinis nō demulcetur cantibus, vbi de musica sacra.*
23. *Supra naturam humanam est, nihil de rebus mundialibus tibi sumere.*

Cap. II. Christi Domini concio Panegyrica in D. Petrum Christianæ Ecclesiæ primatem.

§. 1. *Solus Rex Regum Iesus potest habere ministros: qui subditis omnino proficui sint.*
2. *Celsi animi nihil tam æstimant temporale, quàm nominis claritatem.*
3. *Fieri nequit, quod linguæ terrenorum hominum non impingant in præexcelsa virtutis viros.*
4. *Principū vita, indè tenetur purior esse, quia nequit non esse patentissima omnium oculis.*
5. *In mundialium Regum Curia, mendacium est, quod præualet, vbi quàm plus valeant apud illos fœmineæ naniæ, quam virorum oracula.*
6. *Non solum Principibus, sed nec vlli hominum renuntianda sunt, quæ iram mouere possint.*
7. *Quot fauores à Principe in suos proficiscūtur, tot sant obices ne ad illum defæcata veritas perueniat.*
8. *Christus Dominus non perfectè habetur, nisi per plurium sanctorum imitationem.*
9. *Oculatior est percipiendo diuina, simplex, & rudis innocentia, quam mundiales vniuersi sapientes.*
10. *Summum Petri magisterium est, sic altissima nobis præsentare mysteria, ne à gloria tā tæ maiestatis opprimi possimus.*
11. *Petro debēt gētes primas honoris Christiani.*
12. *Præstantes virtute filij, maximam Parentibus gloriam accumulant.*
13. *Caueat proprium cerebrum, qui veritatem cupit pertingere.*

14. *Mens humana carnalibus affectibus exuta, facilimo negotio se ingerit diuinis.*
15. *Retributio pro beneficijs acceptis, non sit ab hominibus huius mundi.*
16. *Summa Petri altitudo expenditur.*
17. *Petri imperium inde primum, quia in pace fundatum, vbi de infirmis mundi imperijs.*
18. *Petri imperij auspicium ex incorruptibilitate indicij.*
19. *Id apud Deum quisq; est, quod ipse operibus exprimit.*
20. *Bona quæ à Deo in homine laudantur, & vera, & permanentia sunt.*
21. *Deus non patitur, quod homines parum fidant, eius immensæ liberalitati.*

Cap. III. De Octo Beatitudinibus.

§. 1. *Prælatus is sit, qui habeat doctrinam suã, non qui egeat emendicare alienam doctrinã, & vigilias.*
2. *Damnatio, & maledictio hominum fere non est, vbi aurum non est.*
3. *Ferè nulla res sic impedit impleri diuina promissa, vt impedit aurum.*
4. *Glorioſum est, quòd aurum ex affectu, & amore Christi contemnas.*
5. *Pauperes spiritu cœlestium bonorum dominantur.*
6. *Non omnibus sanctis correspõdet in cœlis diadema Regni.*
7. *Sola mansuetudo habet propria sua bona.*
8. *Mitibus, & mansuetis hominibus omnia sunt frugifera, & facunda.*
9. *Illa fœlices lacrymæ, quas vna Iesu consolatio absterget.*
10. *Vbi Deus abest, non censetur vita, quæ sine luctu est.*
11. *Fames grauissimum telum ad perdẽdas hominum animas: vnde glorioſum erit illam vicisse.*
12. *Solus Iesus homini sufficit, cætera non sufficiunt.*
13. *Nec minima virtutum despicienda sunt.*
14. *Quam potẽs est affectus misericordiæ in animis, qui ad Deum spectant.*
15. *Castitas mentis oculos acuit, vt diuina intuantur.*
16. *Filialis charitas in Deum semper pacẽ profert.*
17. *Voluntaria paupertas martyrium est.*
18. *Quot vulnera pro Iesu, tot citæ, & glorioſæ palmæ.*
19. *Minimè dolendum, imò lætandum in iactu vis, quæ pariunt lætitias æternas.*
20. *Idem tibi ex mundo expecta, quod noueris antecessoribus euenisse.*

Cap. IIII. De Ecclesiæ præsulibus.

§. 1. *Christianorum Principum cura, non tam in eo ponatur, quòd vitia castigentur, quam in eo, quo non fiant peccata.*
2. *Semel acceptus virtutis sapor conseruandus est, ni velis saluatori odioſus esse.*
3. *Vel vnus iustus valet, vt omnem terram condiat, & saporet.*
4. *Praui hominum mores multo moderamine corripiendi.*
5. *Incorrectione cauendum, ne exasperentur, & irascantur peccatores.*
6. *Se quisque in infirmitatibus proximorum nouerit.*
7. *Principatus sedes, qui occupant, multo sunt honore prosequendi.*
8. *Plurimum valent Principum clades ad commonendos homines de infirmitate humana.*
9. *In deiectos à culmine hominet vehementer insultant, & ferociunt alij.*
10. *Nihil abiectius, & durius Principi viro, quam ad inferiorum pedes obnolui. Vbi de infelicitate reproborum.*
11. *Proprijs necessitatibus pareant prælati, vt suorum inuigilent saluti.*
12. *Princeps nullo magis reddit prouinciam inexpugnabilem, quam terræ inuigilans prouentibus.*
13. *Iustus homo lucidior post peccatum castigatum, quam in ipsa innocentia.*
14. *Principis hominis errores patentissimi.*
15. *Ecclesiasticam disciplinam non ad aliud, quam ad expugnanda vitia sumat, quisque non velit in ea perire.*
16. *Prorsus inexcusabilis est, qui veram Christi Ecclesiam non agnoscit.*
17. *Virtus non est, quæ nullis externis operibus proditur.*
18. *In benefaciendo nulla seruanda mensura.*
19. *Magis cauenda est propria lingua, quam hominum oculi in bonis operibus exhibendis.*
20. *Christianorum Principum familiæ legalissimam agant vitam.*
21. *Cœlestium magnalia occupantur ab eo, qui opera sermoni addiderit.*
22. *In Doctore, vel minimus defectus operum, nulla eloquẽtia potest suppleri. Defectus autem eloquentiæ per additionem operum suppletur.*

Cap. V. De ira ie danda.

§. 1. *Iusto, & fideli viro grauissimum tormentum est, cum pessimis, & brutescentibus hominibus comparari.*
2. *Iracundus homo adeò certam damnationem habet, vt iam videatur tortori, & carnifici traditus.*

3. *Iracundi homines obnoxij iudicium rigoribus, carceribus, vinculis.*
4. *Ira furor nullis sciuit contumelijs, siue in homines, siue in Deum parcere.*
5. *Mansuetudo hominem, iracundiam feram facit.*
6. *Quòquis Deo propinquior, eò fraterna vnionis diuisiones plus fugiat.*
7. *Quod semel Deo munus offers, teneris illud omni ex parte perficere, & integrare.*
8. *Per notos, & tritos calles virtutum vita ratio est instituenda, & perquirenda.*

Cap. VI. De fornicatione, & iuramento vitando.

§. 1. *Nulli non fœdissimum, & turpissimũ est omniq; deformius supplicio, luxuriæ flammis aduri.*
2. *Alienæ pulchritudinis conspectus voluntarius nunquam non tardat, & grauat etiam castissimos animos.*
3. *In lasciuia nihil non sinistrum, & damnationi proximum.*
4. *In eo, qui gladium exerit aduersus vitia, nil dextrum perit, omnia dextra sunt.*
5. *Mulier adultera lethalis viro suo.*
6. *Coniugalis amor filiorum causa nutriẽdus.*
7. *Dei nominis in iuramentis vsurpatio, quàm debeat esse cauta.*
8. *Dei nominis prophanatio, qualis in iuramentis sit, lethalis est homini.*

Cap. VII. De diligendis inimicis.

§. 1. *Æstimanda est quouis in malis remissio.*
2. *In virtutum conamine ille triumphat, qui supra debitum de suo aliquid semper addit.*
2. *Ille solus inimicis non parcit, qui prorsus ad Iesu verba surdescit, qui solus sibi malus est.*
4. *Christiani triumphus est, inimicis benefacere.*
5. *Ex Maria traxit Iesus, quo inimicis iubeat benefacere.*
6. *Calumniatoribus te petentibus satius obiabis si nihil malum, vel bonum respondeas, sed tacens prorsus illos aeclines.*
7. *Inimicorum dilectio compendiosa via est ad salutem.*
8. *In hoc Dei filius ostenditur, quod sibi illatas iniurias in lucem dari patiatur.*
9. *In Recto charitatis ordine prius amicis prospicere debes.*
10. *Meditatio mortis non sinit inimicos reputare vllos.*
11. *Christi Domini fusus sanguis persuadet, quod minimè inimicos irascamur.*
12. *Temporalia bona, nil sunt ad æterna comparata.*
13. *Fidelis homo ne se intra strictos naturæ carceres contineat, imò infinitudinem induat.*

Cap. VIII. De oratione Dominica.

§. 1. *Virtutum coronas vniuersas furantur humanæ laudes, & plausus.*
2. *Non tu, sed Deus videatur in operibus tuis bonis, & securus esto.*
3. *Dum vnum te lateant virtutes tuæ, â nemine alio periculosè videntur.*
4. *Oratio pro peccatis tollendis laborem sibi adiungat, vt efficaciam habeat.*
5. *Præstantissimus Dominus est ille, qui in munerum distributione, præsentissimos habet illos, qui virtutis amore maximè sese abdunt, & abscondunt ab oculis.*
6. *Prophanæ eloquentiæ cultores verarum virtutum aduersarij sunt.*
7. *Non eget hominum amator Deus compellari multis, vel ad nutum exurgit precantium.*
8. *Filij habitum, qui exuit, rauce erat apud Deum.*
9. *Peccatori suspecta sit indulgentia, ex qua oriri solet exitij occasio.*
10. *In oratione instar Angelorum efficimur.*
11. *Vbi filiorum Dei spiritum per Iesum accepimus, cœlestia omnia ad nos prosiliunt.*
12. *Nil putat homo sibi salutare, vbi Dei gressus non audit.*
13. *Quo magis gratiosum, eo regalius est beneficium.*
14. *Ne voluntas creata in terris labatur, præstantissimum opus est potestatis diuinæ.*
15. *Pecuniarium cupiditas nunquam non nocua.*
16. *Tanta est malitia peccati, vt ad illius veniã quasi nolit Deus venire, nisi ducente alio,*
17. *Præcipuus Christi Domini triumphus peccandi occasiones suis fidelibus eripere.*

Cap. IX. De ieiunio, & alijs virtutibus.

§. 1. *Non durat malum, vbi mortis pallor ob oculos versatur.*
2. *Temporalium affectus dolos, & fallacias pariunt.*
3. *Verus virtutis cultor, quæ in illa sunt tristia, dissimulat, celat.*
4. *Tristitia in virtutis opere infirmitatem fidei arguit.*
5. *Solus Deus gaudij, & verilætitiæ author, nil lætum ab alij.*
6. *In virtutum progressu non qui destruit, sed quos ædificat, Deum allicit.*
7. *Ieiunium hominem ab oculis humanis ereptum diuinum facit: gula carnalem.*

8. *Virtu-*

8. *Virtutum Christianarum fulgor subcinerea aspergine claret securus.*
9. *Præstantissima hominis pulchritudo, & decus est suam laudem à solo Deo quærere.*
10. *Verus luctus, & dolor pro peccatis gloriæ vanæ aditum penitus intercludit.*
11. *Is est Deus noster, qui latentium mores, & ingenia trutinatos habet, vt ad coronas vocet.*
12. *Solus Deus habet bona, quæ largiatur in promptu, vt facili negotio largiatur.*
13. *Emundialibus gloriis, & diligijs non thesaurus, sed sepulchrum fit.*
14. *In ipsa beatorum patria timeri posset peccatoris alicuius societas.*
15. *Nullus carnifex crudelior in hominem, quam vitia ipsa.*
16. *Qui potest, eleemosynas faciat in magna quãtitate, necessum est.*
17. *Ex oculis censetur vita hominis.*
18. *Spes in Deo totum hominem esse facit.*
19. *Qui mammonæ bonis nititur, imbecillis, & prorsus infirmus est ad fortia virtutum munera.*
20. *Stultissimi homines nil, nisi corporale medicantur animæ suæ, eidem illam cum corpore mensæ assidere faciunt.*
21. *Quæstuaria ratio in acquirendis bonis cœlestem Republicam de decet.*
22. *Tota hominũ solicitudo, & cura erga nos, & nostros, non exæquat Dei solicitudinẽ, & curam.*
23 *Paternus Dei amor in homines non permittit aliquid illis boni obuenire, nisi per manus suas.*
24 *In fidelium nobis suspecta sint quæuis opera ni velimus eorum errores ebibere.*
25. *Cœlestia bona præbabita inopus impellũt.*
26. *Grauissima vltio est, quæ ad mensuram hominis vindicantis se traditur.*
27. *Quo sancior, & purior quis, eo magis à peccatoribus arguitur, corroditur.*
28. *Ad primam offensionis vmbram, & si minimam impij insurgunt in virum instum.*
29. *Luxurioſi sanctitatis fõtes perdunt, inficiũt.*
30. *Probatio in laboribus, & pressuris semper antecedit diuina dona.*
31. *A Deo parente nostro id semper obtinemus, quod melius, & vtilius nobis est.*
32. *Legum diuinarum obseruantia futurorum bonorum prænuntia est.*
33. *Sacræ Scripturæ non nisi fractæ, & laceræ adiunsitata, & paradoxa dogmata veniũt.*
34. *Quo quis pauperior, & aptior ad Regnum cœlorum.*
35. *Amplissimam ad perditionem aperit vorago multorum ruentium exemplum.*
36. *Mẽdaciũ quæuis scelera, & facinora paris.*
37. *Non linguæ solius clamor, sed verum pœnitẽtiæ opus auditur ab authore salutis nostræ.*
38. *Qui spiritu Christi caret, sola sublimia respicit, nihil humile, & imum.*
39. *Nullo redditur Principis imperium durius quam dum fauet pessimis.*

Cap. X. De cœlesti cibo in Eucharistia.

§. 1. *Summã dementia est, non vincere propter diuina, quas difficultates superamus propter temporalia.*
2. *Pro gratiarum actionis opere cœlestis paratur cibus.*
3. *Quidquid Deus sibi assumit hominibus debet esse salutare. Vbi de Eucharistia.*
4. *Ea quæ respiciunt Christum, omnium pretiosissima. Vbi quam quæstuosa sit res Eucharistia.*
5. *Feralissima gula rabies.*
6. *Vniuersa conuiuia vilescunt comparata ad conuiuium Christi, quod nulli deficit.*
7. *Nobilissimũ homini, quod cum literas discit, maiorum suorum simul ebibit magnalia. Vbi quam nobilitent homines veterum scripturarum lectiones.*
8. *Magnificentiæ operæ ex perpetuitate commẽdantur, vbi & de Eucharistia.*
9. *Nullum à Deo emortuum, & putridum cadauer existima, quod à cœlesti cibo non reformetur in vitam. Vbi sit collatio Martyris, & Eucharistia.*
10. *Nisi tu difficias prius in Dei seruitio, numquam tibi deficiet Dei Largitas.*
11. *Inter diuinæ mensæ epulas audacter pete, quasi nullã passurus repulsam, nec inde ejiciendus.*
12. *Cœlestis cibus de idolatria perfectissimè triumphat. Vbi quod caueat diuinum calicẽ, qui idolis concupiscentiæ suæ seruis.*
13. *Inobedientia saporem habet idolatria.*
14. *Nulla est infinitas, quæ non roboretur, dũ Deum conspiciat.*
15. *Ipsæ res inanimatæ, quæ Iesum respciunt, halant vitam*
16. *Rari sunt, qui non patrissent in vitijs.*
17. *Minimè quis censendus est nisi ex bonis tantum operibus.*
18. *Quo quis apud homines notior, eo magis apud illos solet vilescere.*
19. *Nulla mortis vilitas non obtegitur, vbi Iesus est, qui resuscitat.*
20. *Vbi Deus cœlestẽ hunc panẽ nobis donauit, quasi tenetur iam mortis damnationẽ delere.*
21. *Se inter peccatores humiliter annumeret, quisquis cœlesti cibo velit saginari.*
22. *Ex quo parauit Dñs nobis mensam in deserto huius vitæ, tenetur, & in patri facere similiter.*
23. *Multis*

23. *Multis indiget homo, vt possit digne cœlestem cibum excipere.*
24 *Omnia sit nobis Christus.*
25. *Cæcus est, & Iudæ proditori similis, qui Regium Christi splendorem in Eucharistia conuiuio non obseruat, illumq; honorat.*
26. *Abstinentia ab Eucharistiæ epulis lethalis.*
27. *Ex tunc te habere vitam puta, ex quo cibũ diuinum participasti.*
28. *Virtutes paulatim, & per partes amplectenda.*
29. *Per Eucharistiæ cibum, quis hominẽ exuit, & in sortem diuinam transit.*
30. *Nuditas hominum peccatorum in Eucharistia pretiose operitur.*
31. *Christus Dominus, nec sui corporis micam offert, quin sese totũ, & integrè tradat, quipse nescit partita dona.*
32. *Caue, ne talis ad Eucharistiam accedas, quod in te Dominum permanentem habere non possis sed transeuntem.*
33. *Sic cura ad Eucharistiam accedere, quasi tunc primum de nouo ad illam accedas.*
34. *Periculosè non ostendis in vita, quas susceperis in diuino conuiuio epulas.*
35 *Vix fieri potest, quod pereat, qui frequens est in Eucharistia suscipienda.*

Cap. XI. De tollenda ab vnoquoque cruce sua.

§. 1. *Misere fallitur, qui laboribus alienis totã credit salutis suæ spem.*
2. *Gratius Deo est, quod pateris pro virtute obtinenda, quàm quod pateris pro peccato tollendo.*
3 *Qui mortem ob Christum sustinet, censetur prorsus innocens, & immaculatus.*
4. *Christi Domini sectator, dum sui vnius vincendi curam habeat, omnes alias potestates à præeunte Domino inueniet deuictas.*
5. *Quod Deo, & virtuti postponis, minimè perdis, sed apud Deum reponis inueniendum ad salutem animæ.*
6. *Vbi de animæ damnatione agitur, omnia bonorum temporalium commoda disparent.*
7. *Quidquid alienum à Christo est, potius cædit in perditionem animæ, cuius salus à solo Iesu venit.*
8. *Quo magis supplicium peccatorum differtur, eo grauius, & acerbius.*
9. *Raro nõ iniustè agitatur causa hominis, quã per ministros index tractat.*
10. *Solus Iesus est, qui nouit peccatoribus parcere.*

Cap. XII. De humilitate sectanda, & scandalo tollendo.

§. 1. *Nulla est amicitia humana adeo magna, quæ sibi præferri alterum libenter patiatur.*
2. *In solo Christi Iesu Regno vere magnisuni viri.*
3. *In salutis negotio etiam minima æstimanda, & implenda.*
4. *In Dei Regno magnates non ex clarissimorũ nominum hæreditate, sed ex verò virtutum effectu censetur.*
5. *Humilitatis demissio summam magnitudinem apud Deum præbet.*
6. *Stultissimum, & insipientissimum arrogantiæ vitium.*
7. *Assolet Deus suplicijs his tollerantiæ ad monitores adhibere.*
8. *Ambitionis affectus, vel totum orbem potens est inficere.*
9. *Malorum numerus semper est multiplex.*
10. *Illius familiaritas in primis cauenda, qui doctrina, & sapientia conspicuus vitijs seruit.*
11 *Religiosi, & iusti viri nullum inter mundiales habebunt amicum, qui pro illis stet in aduersis.*

Cap. XIII. De corrigendo fratre pecante.

§. 1. *Hoc hominis Christiani dignum studium; vt quam pauci sint, qui in Deum peccent, etiam cum multam ipse peccandi occasionẽ præbet.*
2. *Quo melior, & blandior est correctio, eo solet esse efficacior in ijs, qui spiritum filiorum habent.*
3. *Tunc solum potest attribui correctori peccatoris salus, quando cum lenitate, & mansuetudine corripuit.*
4. *Diuinissimæ Trinitatis, vel adumbratio fundamentum est humanæ fœlicitatis.*
5. *Non censemur habere charitatem, quam testatam non facimus.*
6. *Maximis criminibus, quam citissimè inferendum suplicium est.*
7. *Auaritia falsitatis socia inseparabilis.*
8. *Salutis negotium in hac vita peragi debet.*

Cap. XIIII. De perfecto animarum pastore.

§ 1. *Tota boni pastoris disciplina in dando, non in accipiendo sita est.*
2. *Nec vitæ suæ parcat, qui pastor bonus est, dũ ouiculorum prospicit saluti.*
3. *Tam temporalis, quàm spiritualis regni stabilitas in eo sita est, quod pretium rerum intrinsici valoris sit.*
4. *Pœna, quæuis ægrè, & coactè ob virtutem susceptapotius feralis laniena, quã ob quij*

diaimè speciem habere videtur.
5. Perfectissimi pastoris, imò inexpugnabilis viri est, quod prævideat mala ventura, ante quam veniant.
6. Pessimus sui custos est, qui nullum malũ nouit timere antequam eueniat.
7. Nil tam à Deo alienum, quàm suorum diuisiones, vt cui placet concordia.
8. Vbi diuisio est, ibi & Iuporum præda.
9. Temporalis homo quauis perditionis occasione oblata, rapitur.
10. Perfectissimi gubernatoris est, tales habere subditos, qui nullo etiam externo præcepto audito ab eius voluntate non discrepent, sed qualemcumquè gaudenter exequantur.
11. Vnius diuinæ potestatis est, diuersarum nationum populos sub vnico capite constituere.
12. Ad securitatem doctrinæ maximè conducit singularitas pastoris.
13. Ille placet Deo, qui nihil sineverò lucro spirituali ponit.
14. Maxima hominis excellentia est, quod pati possit pro Deo.
15. Prudenter quasi insaniunt iusti, dum aduersus præsentem vitam insurgunt.

Cap. XV. De morte contemnenda, & alijs.

§. 1. Validissimum viri fortis facinus est, quod sciat fugæ dedecus, vbi res postulauerit, contemnere.
2. Fuga conueniens, & ardua, & gloriosa est viro forti.
3. Metus mortis mortem ipsam reddit amabilem.
4. Imprudentissimè se supra Deũ extollit, qui nescit illatis contumelijs parcere. Vbi agitur de Societatis Iesu Choro.
5. Contumeliosæ voces nihilo faciendæ, vt spurcissimæ.
6. Viri gloriosi superiores sunt omni cõtumelia, & opprobrio.
7. Nunquam non patebit, quis fueris etiam inter calumniarum, & contumeliarum tenebras.
8. Iustorum conuitiator nõ absconditur, sed ad supplicium patebit.
9. Nulla in sublimitate constitutus non glorietur homo de improperijs Christi.
10. Corporis mors non timenda, sed amanda, vt magnorum bonorum custos.
11. Præstantissimi cuiusque est Dei offensam timere.
12. Potentissima ad salutem causandam æternæ flammæ memoria.
13. Viri iusti nihil ad perfectionem suam pertinens non recuperabunt ex morte.
14. Fœlix ille cui nihil datur spectari, nisi Christus, in quo vno omnia perfectius habentur.
15. Non publices statim omnia laudabilia, quæ in te sunt, etiam si in tuas laudes descendere cogaris.
16. Salutaris sit, qui gladium portat.
17. Vbi gladius ibi, & erit Iesus.
18. Gladius non in iustos, sed in peccatores desæuit.
19. Pax Christiana in bello aduersus vitia cõsistit.
20. Dei spiritus malè audit apud cognationes carnales.
21. Deus neque vmbram disidij inter coniuges affert. Quòd à furtiua leuitate vxoris causari solet.
22. Maxima hominis fœlicitas, omnibusq; bonis præferenda Iesu fœliciss. frui præsentia: sicut, & maximum supplicium ab illo exulare.
23. Suauissima quæquè vilescunt, incomparatione Iesu, qui omnes affectus etiam validissimos superat.
24. Iesu gladius nihil perdit, sed omnia seruat vbi quod filij Deo immolati firmissimũ sint familiarum subsistentaculum.
25. Crux nos Christo Domino sidere, & adhærere facit.
26. Merces operis in particulari visa vehementer trahit rationales animas ad opus.
27. Nunquam sine ingenti lucro tuo, Dei ministrum in domo tua tueris. Vbi Hispaniarum gloria ex Dei ministris Anglis receptis, &c.
28. Misericordiæ merces securissima, certissima.

Cap. XVI. De Phariſæorum vitijs.

§. 1. In hoc distinguitur doctrinæ veræ sedes à sedibus iudicij sæcularis: quod hæ nunquam non inficiant, & maculent sedentes: illa omnibus sit salutaris.
2. Quam miserum est, quod non tibi, sed alijs salutaris sit.
3. Nunquam à Dei spiritu venit, quod diuina præcepta aggrauentur, sed quod emolliantur.
4. Vana gloria omnium vitiorum mater.
5. In naturam peccat, qui se alteri præfert, nihiloquè sit proximus.
6. Vel minima de dignitatibus habendis contentio pestifera est Apostolicis viris.
7. Gloriosum homini, quod Iesum Magistrum habeat, qui solus doctos facit discipulos.
8. Qui primas ambitiosè occupat, proximus est conculcationi.
9. Iniquum est humanæ infirmitatis nullam habere rationem in disciplinis tradendis.

10. *Vbi Iesus est non possunt non patere, & per uia esse cœlestia.*
11. *Studium literarum sacrarum, imò & ludus necessarius ad populorum salutem.*
12. *Iesus nescit uni claudere regnum cœlorum, quin illud alteri aperiat.*
13. *Confecta virtus consumit domum hospitatoris sui, quam ditat vera.*
14. *Qui perfecto corde virtutem colit, temporali alimemo carere non potest.*
15. *Iniusta bonorum temporalium acceptio ruinam etiam temporalem parit.*
16. *Esca furtiua nunquam non affert supplicium, & cladem, vbi de gula malo.*
17. *Vitia expectabilium magistrorum, siue dominorum à subditis, & discipulis, vt ebibuntur.*
18. *Virtutis Magistri non uno enixu sed mille doloribus, mille partubus egent, vt conseruent filium spiritualem, alij non item.*
19. *Temporalia bona excæcant mentem.*
20. *Ædificatores templorum Deo acceptissimi, vbi de templis.*
21. *Vnius periurij pœna quam plurimos perdit, & citissimè perdit.*
22. *Nimis scrupulosi erga parua solent magna deuorare.*
23. *Grauissima gubernatorum negotia ea sola sunt, quæ pauperum necessitatibus consulunt.*
24. *Gubernator, qui nimius est in minimis, & paruis, solet præstantissimis inferre damnũ.*
25. *Christianum est intimis animi virtutibus plus fidere.*
26. *Vitiorum extrinsecus splendor despiciẽdus, & eorum intrinsecus horror videndus est ab eo, qui velit lucrum reportare.*
27. *Homo peccator secessum à turbis amet, vt saluti incumbat, vbi aliqua de exercitiorum spiritualium utilitate.*
28. *Summa impietas eò homines trahit, vt non differant eorum vota, & homicidia, sacrificia, & scelera, quòd summum malum est.*
29. *Vbi malum iustis infertur, & Deo ipsi infertur.*
30. *Mala per Hypocrisim illata inexitabilẽ solent subsistinere vindictam.*
31. *Sanctissima est iactantia humana, & semper sitiens sanguinem.*
32. *Dei spiritus est, à quo futuri necessarij ad salutem scientia habetur, cæteri nihil salutare præsagiunt.*
33. *Sapientia tũc salutaris est, cũ diuinis scripturis roboratur, vbi de sacra lectione, & de D. Stephano.*
34. *Præstantissimus Princeps, & Prælatus, ea sapientia gerat omnia, qua videatur Prophetæ.*
35. *Scribendorum librorum non sapientium labor, & studium est, sed Dei aspirantis gratia: vbi de Societatis Iesu scriptoribus.*
36. *Impiorum conditio apud peccatores peior habetur, quam apud feralissimas creaturas.*
37. *Qui festos dies sceleribus maculat, sine vindice manet expositus ruinæ.*
38. *Qui persecutionem patiuntur in mundo superiorem locum obtinent, vt mundum tyrannosque debellent.*
39. *Qui persecutionem subsistinuerunt ob virtutem, præuenient iudicem seueriss. iniuriarum vltorem.*
40. *Misera hominum conditio ex futurorũ ignoratione.*
41. *Illi perfectè subuenit infirmanti, qui scit infirmari cum illo.*
42. *Iudæorum œconomia, & Iesu distingui non poterant, an simul esse debebant, an simul deficere.*

Cap. XVII. De sermone habito post cœnam, vbi suos Iesus consolatur de absentia.

§. 1. *Nullum peccatum ab aliquo committitur, cuius damnum cæteri omnes non debeant timere.*
2. *Fœlix ille, cui omnia mundialia occidũt, vt vnum Deum spectet, in illo nulla peccati turbatio durat.*
3. *Christi Domini benignitas in homines prorsus inexpugnabile asylum est.*
4. *Etiam maximi peccatores conuersi in Dei sedibus videbuntur.*
5. *Sola, quæ in æternum permanent, verè cẽsentur esse; cætera non sunt.*
6. *Æterni boni solius meditatio potens est illud nobis efficere.*
7. *Quòd ad salutem pertinet, minimè est differendum sed statim præstandum.*
8. *Temporalium rerum ignorantia rectè comitatur perfectissimam sapientiam diuinorum: imò diuinorum studiosos oportet multa damna temporalia ignorare.*
9. *Qui à Christo Iesu deuiat: verè nec est, nec viuit.*
10. *A solo Iesu Deum Patrem habemus, ab aliis iudicem.*
11. *Nulla quies dari potest, vbi homo non cum Patre, sed cum alijs Dominis agit.*
12. *Si quid in Deo paternum nõ experiretur homo, periret, nec videret diem bonum.*
13. *De Iesu venit, quod Deum præsentiamus patrem.*
14. *Quidquid paternum est, in Iesu est.*
15. *Præstantes apud Monarchos viri electa vita indolẽ ipsius frontis indicio faciãt patere.*

16. Parentis præstantia ostenditur in filio, in quo virtutes illorum semper augentur.
17. Ille filius solus, sese illustribus suis parentibus parem refert, qui illos in aliquo facinore videtur excedere.
18 Nec Deus, nec virtus exaltantur, & glorificantur, vbi opera non sunt.
19. In fide nominis Iesu nil non tibi credit omnipotentia Diuina, imò vel ipsa creditur tibi.
20. Vel ingentia promissa explere sufficiunt Christi opes: supra omnem fidem præstitæ est eius thesaurus.
21. Christi spiritus propria simplicissima veritas: aliena omnis simulatio est.
22. Summa impiorum pœna est desolatio, & solitudo. Quam nullibi patiuntur iusti.
23. In præsenti nihil magis tibi voluntariũ sit, quam mortificatio, vt possis viuere in futuro.
24 Dum in Christi fuerimus conspectu, nullum tempus non apparebit breuissimum.

Cap. XVIII. De Charitate in Deum.

§. 1. Vbi verus Dei amor, nihil præter Deum æstimatur.
2. Amatorem suum penè inexpugnabilem reddit Dominus.
3 Vel Dei verbulum in dilectoribus suis penè inamissibilem gratiam causat.
4. Ea in animis nostris ex amore marsio componitur Deo, vt in illa videatur inueneſcere Deus.
5. Dei verba in impiorum animis instar vacui soni habentur.
6. Non ex Deo, sed ex affectu nostro nascitur difficultas in virtutis opere.
7. Iesu abiectus conspectus efficacior ad persuadendum est, quam sapientum mundalium decora.
8. Charitas cordibus humanis infusa sapientissimas de Deo cognitiones generat.
9. Post Iesum familiarissimus factus est Deus hominum colloquijs.
10. Cùm bonorum mundialium hæreditate, non pax, sed lites relinquuntur.
11. Deus homini suo imperturbabilem requiem prouidit, & tranquillitatem.
12. Magni alicuius operis nouitate nequos offendas, illã emollire cura prami sa fama, cuius aud tui se homines assuescant.
13. Hostis antiquus tẽpus nostræ mortis maximè obseruat, in quo graue certamẽ manet iustis.
14. Qui Dei amore tenetur, non mortem timet, sed libenter amplexatur.
15. Præceptorum diuinorum cõtemptus, etiam feruidos Dei amatores, & in vita exitu remorari solet.

Cap. XIX. De Permanentia in Christo.

§. 1. Damnabiliter in Christo leuidensia, & vilia cupimus sola bona, quæ vt viliora, & magis contraria veris bonis.
2. Diuinus gladius indè solet suis gloriæ fructus parare, vndè oriebatur sterilitas vitiorum.
3. Etiam sanctissimi, dum in hac terra sunt, & scissione, & purgatione indigent.
4. Qui Christo se perfectè addixit, nullum vltra requirit: qui verò mundo obsequitur, nũquam non deuoluitur ad Christum.
5. Qui circa animarum salutem fructum facere cupit, nec ad momentum sustineat separari à Domino.
6. Quidquid est Iesus, hoc facit, quod sint illi, quibus adhæret.
7. Vera animæ virtus præ omnibus alijs æstimãda est.
8. Solus Deus potens est, iram in misericordiã conuertere.
9. Ille securus fructuosam orationem faciet, qui secum Iesum habet.

Cap. XX. De mutua inter fratres Charitate.

§. 1. Quidquid nobis Deus præstat, id debemus proximis præstare.
2. Multus est Iesus indignoscẽdis operibus charitatis erga proximos.
3. Id singulariter habet suũ quisque, quod charitatis, erga proximos, opus est.
4. Operis virtuosi præstantia, non tàm ex alijs, quã ex eo quod fiat propter Iesum desumitur.
5. Qui mundialia bona contemnit omnia, iam inde nullum habet inimicum.
6. Vera charitas semper præferre debet amicos inimicis: domesticos extraneis.
7. Dei amicitiam vt consequaris, proximorum te debes præbere amicum.
8. Charitas in proximos diuinas sibi mysteria manifesta experitur.
9. Non alius quam Deus nos à sceleratorum grege secernere potest.
10. Fructum spiritualem in peccatoribus requirens non continuo illis debet instare, nec semper super illos incumbere.
11. Orationem efficacem ad Deum ille facit, qui non vacuus accedit precator.
12. Post Iesum passum sine labore nostro habemus vbi ab hostilibus iaculis protegamur.
13 Etiam in patentissimis proximorum culpis, saltem non præsumenda sunt maxima scelera.
14. Totus Christi labor eò tendit, vt nos à mundo abduceret, vbi quã efficaces sunt Christi labores ad contemnenda mundialia.

Index Paragraphorum.

§. 15. *Verus Christianus vnum in se refert Christum.*

16. *Iesus non potest non patere in hominibus iustis.*

17. *Nunquam Deus non potiora solet tribuere illi quem primum, & Principem aliquorum constituit.*

18. *Vbi in homine virtus appare incipit, & odia mundialia in illum insurgunt.*

19. *In lingua iustorum adeò conspicua est illorum sanctitas, & iustitia, vt nulla aduersaris relinquatur excusatio.*

20. *Qualis quis fuerit manifestè ostendunt virtutis opera, sine quibus nullus bonus est.*

Cap. XXI. De Spiritus Sancti effectibus.

§. 1. *Durissima omnium persecutio â bonis simul, & malis oritur, quæ solam Christi Ecclesiam percutit.*

2. *Si mundi ærumnæ, earumq; fines ponderentur non tristitiam, sed gaudium pariunt.*

3. *Cœlestia meditanti mundiales laquei nihil nocent. Vbi qualiter patres consulans filijs.*

4. *Viro iusto nulla tribulatio non vtilis, & cõueniens est.*

5. *Vel totius nostri corporis dispendio comparare debemus, quod fratrum amor purus, & perfectus ad Deum adscendat.*

6. *Maximum impiorum supplicium est, quod propria scelera in sua sæditate videant.*

7. *Ille diuino spiritu agitur, cuius virtus non solum inter vitia, sed & inter aliorum virtutes excellere nititur.*

8. *Vbi Dei iudicium timetur prorsus omnia mundialia decora perduntur.*

9. *Infidelitatis peccatum præ omnibus alijs Deo infestum, & odiosum est.*

10. *Illa vniuersas detriumphat virtus, quæ non solum in oculis præceptorum vindicisq; existit.*

11. *Tunc euidenter monstrantur perfecta esse iudicis tribunalia, cũ vel veliss imæ rescul æ non sinũtur sub maculis, & iniuria viuere.*

12. *Vbi veritas nihil non sanctum, & diuinũ.*

13 *Solius Dei spiritus est inter loquendum linguæ lapsum cauere.*

14. *Iesus clarus, & conspicuus apparuit, vbi per Spiritum Sanctum fides firmata est, & cordium mundities.*

15. *Vbi vnitas, & concordia est, ibi claritas, & lux nequit non esse.*

Cap. XXII. Deluctus, gaudij vè mundialis breuitate.

§. 1. *Dum vita cœlestis non perditur, parua sunt, & modica quæuis alia detrimenta.*

2. *Qui salutis suæ negotium peragit, maius opus facit, quàm si mortuos suscitaret, si cœlos crearet.*

3. *Nihil in Iesu non magnum cogitandum.*

4. *Iustorum lacrymæ acceptæ sunt Iesu moriẽti, quibus eius mors honoratur.*

5. *Iustorum clades nunquam non latissimum spectaculum faciunt impys.*

6. *Præstantior est tristitia ex iusti calamitosi compassione orta, quam vniuersa mala mũdialia.*

7. *Fidelium pressuræ, & præstantia, & diuturnitate fructus ex morte Christi longè excedunt laborum mundanorum vsuras.*

8. *Fœmineus reproborum animus indè noscitur, quod vota in pressuris concepta non amplius meminerit post salutem acceptam.*

Cap. 23. De oratione facienda ad patrem.

§. 1. *Cætera virtutum opera nos seruos notant, oratio ostendit liberos.*

2. *Vbi pro saluandis hominibus, pro liberandis peccatoribus laborare Dominus non rogatur, quasi Surdus èst, imò quasi mortuus.*

3. *Vbi Iesus intercedit, nullum non completum, & integrum bonum venit.*

4. *Virtutis res variari debet, vt ab hominibus infirmis ametur.*

5. *Diuinum parentem afflictionum authorem, qui cognoscit, maximè confirmatur.*

6. *Absque alio interpellatore, quam citissimè auditur oratio illius, qui se audientem ostẽdit verbis Christi, einsquè doctrinæ.*

7. *Solus Iesus, & qui â Iesu in eundem spiritum vocantur medijs exterioribus mundi tenebris non perduntur.*

8. *Summa sapientia in eo est, quod sciat quis renuntiare mundanis, & diuinam in se ostendere originem.*

9. *Omnigena sapientia, & eruditione Magister Christianus imbuendus est.*

10. *Euidens sit virtus diuina indignoscendis hominum præcordijs.*

11. *Diuinissimum est ita causis studere communibus, vt nunquam ad propriam recurras.*

12. *Prælatorum Ecclesiasticorum malum est quod sibi habeant, vt propria Ecclesiæ bona.*

13. *Vbi proprium lucrum ibi diuisio etiam inter coniunctissimos.*

Index Paragraphorum.

LIBER XV. DE SIMILITVdinibus clarioribus à Christo Domino adductis.

Cap. I. De seruo vigili, & alijs.

§. 1. *Bruta animalia in Deo cognoscendo minus nequiora quam homo.*
2. *Iustorum paucitas imperturbabilem ostendit eorum conditionem.*
3. *In solis diuinis bonis non est seruitus, in alijs maxima est.*
4. *Nunquam homo absque meritis potest multis placuisse.*
5. *Totum Iesu negotium in eo est, quod mente efficiamur paruuli, & pusilli.*
6. *Æterna spectans omnia sibi peruia, & patentia ad cœlum inuenit.*
7. *Fœlix est, & imperturbabilis, & regio animo pollens, cuius præoculis sunt æterna.*
8. *Quantum castitatis, tantum splendoris, & claritatis habes.*
9. *Voluptas nihil non graue infert suis, castitas nihil non expeditum, & pennatum.*
10. *Castitas lucidissimi partubus fœcunda.*
11. *Veritatis preco male audit apud mundiales, qui ad vana, & adumbrata excipienda alacriores sunt.*
12. *Religiosis viris inferendæ iniuriæ præcipuus author Diabolus est.*
13. *In persecutione exaltantur, & clarius innotescunt iusti, eorum persecutores perimuntur.*
14. *Illi veri Dei ministri, qui familiares suos docent in propriæ vilitatis cognitionem venire.*
15. *Difficile intra humanæ rationis terminos se continet, qui præceteris aliquo splendore insignitur.*
16. *Maxima iusti hominis virtus, quod in nullo velit a multitudinis communitate eximi.*
17. *Iustus homo multiplici virtutum studeat varietati.*
18. *Fœlix est, cui temporalium bonorum finis datur inspiciendus.*
19. *Veram sibi gloriam æstimat Dominus quã dat suis.*
20. *Diuinissima, regalissimaquè virtus est pascendis occurrere animauus.*
21. *Qui hominum ministrant saluti seſe, vel in habitu hominibus conformare solent.*
22. *De vnius Iesu spiritu venit posse multi in obsequis placere.*
23. *Adolescentum victoriæ apud Deum gloriosissimæ.*
24. *Quæuis hora etiam post remapatest esse prima, vt Deum habeas.*
25. *Apud Iesum etiam postremus primogenium acquirit.*
26. *Summa hominis seruitus, & captiuitas eo deuenit, quod & peccati mala videat, & à peccatis non desistat.*

Cap. II. De seruo fideli, & prudenti.

§. 1. *Vigilantes animi mors, non est mors dicenda.*
2. *Maximè mollescit obsequium, dum non alieno Domino exhibetur.*
3. *Quandiu præoculis Deum, & salutẽ habueris, ferè inexpugnabilis existis.*
4. *Deus ex se non consuescit funditus aliquem perdere.*
5. *Odiosa est in Prælatis species, vel nomen dominatus.*
6. *Turpissima est in viris Ecclesiasticis bona tẽporalia sibi acquirendi solicitudo.*
7. *Illi Euangeli ministri aptiores, quos nulla proprij lucri tenet solicitudo. Vbi quam infideles, qui lucra respiciunt temporalia.*
8. *Summa sublimitas hominis est quod operibus suis alicui Dei nomini correspondeat.*
9. *Fidelis Dei seruus solus verè dominatur omnium.*
10. *A comessationibus, & compotationibus crudelitates, & iræ parturiuntur.*
11. *Iustorum præsecutores durissimum experientur Deum vindicem.*

Cap. III. De amico petenti panes.

§. 1. *Accedentem, & appropinquantem habet sibi iustitiæ Solem, qui non stat, sed ambulat in virtutis via.*
2. *Fœlicissimus est ille, & Dei amicus, qui salutis suæ negotia sic habet dispositа, vt ab aliorum diligentia non pendeat.*
3. *Nullis tenebris potest Deo occultari, qui fide ad Deum.*
4. *Oratio ad Deum timores vniuersos abigit.*
5. *Oratio efficax, quæ in occulto fit.*
6. *Illius oratio efficax est, qui Deo reddere integrum intendit, quidquid ab illo petit; feralis autem, & diabolica illa, quæ suis cupiditatibus vult insumere, quod à Deo acceperit.*
7. *Illa oratio proficua est, quæ Dei proximorumquè negotia agit.*
8. *Nulla à te proficiscatur oratio, in qua propria etiam non requiratur salus.*
9. *Præstantior virtus propinquis prius prouidet.*
10. *Vbi amicitia nõ valet, longis precibus opus habes, vt exaudiaris: vb autem intercedit amicitia vix de oratione cogitas, & exaudiris.*

Cap. IIII. De ædificatore, & Rege.

§. 1. *Vera pietas est scire, vel filios, vel parentes perdere propter Deum.*
2. *Christi spiritus non alijs tradit, sed ipse per se portat ministerij sui onus.*
3. *Nihil non nouum, & sublime meditandum his, qui sub cruce Christi gloriantur.*
4. *Ad perfectam mundi abnegationem, & victoriam, qualem ostendit crux Christi, non leui, sed maximo labore, & sumptu peruenitur.*
5. *A laboribus nostris munitissima consurgit turris, quæ & nos protegat, & facile hostes nostros confringat.*
6. *In mundialibus aulis nil citius occurrit quã dissidia, quam prælia.*
7. *Exactores regalium tributorum validiores sunt ad perdendum, quàm milites.*
8. *Perfecta mundialium rerum abnegatio omnia bona duplicat, imò multiplicat.*
9. *Quæ cum lachrymis fit oratio efficacissima legatio est ad impetrandum.*

Cap. V. De grano frumenti.

§. 1. *Diuini patris fœcunditatem, & virtutem in se apertissimè exprimit, quisquis nouerit se humiliare.*
2. *Constantis animi virtus ad se trahit vniuersorum corda.*
3. *Elatus animus in casu nescit non funditus perire: humilis, & iustus etiam in casu proficit.*
4. *Iustum virum nullæ acerbitates non augent, & reddunt gloriosiorem.*
5. *Carnalis indulgentia ruinam animæ importare solet.*
6. *Bonis nunquam spoliabitur æternis, quisquis primus in se insurgit.*
7. *Ad locum, in quo Christus est, ille accedit, qui minimè refugit eius sublationem crucis.*
8. *Præstantissimũ bonum est cum Christo esse.*

Cap. VI. De fure, & Pastore.

§. 1. *Ab exitu huius vitæ, & ingressu futuræ vera claret nobilitas hominis, & gloria.*
2. *Qui opera, & studia sua non Deo seruiendo, sed temporalibus commodis acquirẽdis dirigit hominis perituri terit viam.*
3. *Ambitio crudelissima est.*
4. *Christum Dominum in corde habenti omnia claustra aperiuntur.*
5. *Boni Prælati tenentur prænoscere, & præuenire singularum ouium valatus, & voces.*
6. *Infirmæ virtutis homines in hoc viuent, si perpiendæ pastoris voci incumbant.*
7. *Ad oues Christi pertinet illa, quæ ad solam eius vocem cognitam exurgit.*
8. *Vox salutaris, & gratiosa facit sentire loquẽtem, non extraneum, sed proximum.*
9. *Prælati, & temporalia in hoc sæculo, & æterna in futuro prouideant ouibus suis.*
10. *Christi Domini sectatoribus solet Deus etiã temporalia bona largiri.*
11. *Dignitates, & bona temporalia, quæ homines in Christo acquirunt salutem halant, & Dei amicitiam.*
12. *Auaritia omnem humanitatem exuit.*
13. *Ad oues Christi pertinent, qui non in parua sistunt gratia, sed in gratia contendunt abundantiam.*
14. *In solo Christo abundare possunt nobis gratiæ, & donationes diuinæ.*

Cap. VII. De Pharisæo, & Publicano.

§. 1. *Homo non est, quem vel templi locus ad Deum non conuertit.*
2. *Non qui fœlix, stat, sed qui ærũnis pressus iacet potest securè sua virtutum facinora publicare.*
3. *Qui sapit non in se solo videt virtutes, sed & in alijs.*
4. *Inter prima virtutum renascentium auspicia verecundia est, & modestus pudor, quo se homo sistit Deo.*
5. *Virtutis opus, quo præstantius, eo magis debet occultari.*
6. *Exteriores corporis afflictiones fideles indices sunt perfectæ in anima salutis.*
7. *Vbi charitas abest cætera virtutes facile in corruptionem abeunt.*
8. *Humilis delictorũ confessio celerrimam consequitur misericordiam.*
9. *Confessio, quæ non à corde humiliato, & compuncto oritur, nihil prodest.*

Cap. VIII. De messe, & Agnis.

§. 1. *Illi præcipuè aptandi, vt Christum gentibus annũcient, qui concordia, & fraterna charitate eminent.*
2. *Vt differentia Doctorum placita multum cõducunt ad veritatem fidei propagandam.*
3. *Vbi res Christi agitur non potest, non sentiri persecutio.*
4. *In Præsulibus Ecclesiæ non tam ocium contẽplationis, quàm negotium pro salute subditorum eminere debet.*
5. *Nullum donum diuinũ permanere solet, cui non subseruiat hominum cooperatio, & industria.*
6. *Hominũ cultura ab illo benè tractatur, qui mille prius bella, mille conflictus substinuerit propter virtutem.*

7. Re-

7. Recentes Prælati suam infantiam habeant, qua sub aliorum præceptis viuant.
8. Dei nutum sequenti nihil non facile est, & peruium.
9. Mansuetudo innocens secura etiam inter hostiles incursus.
10 Non tam fumina Rhetorum, quàm vel placidus, viuidusque boni operary balatus proficit in area Christiana.
11. Quisquis Deum habet suorum prouentuũ autorem, nihil requirat amplius.
12. Paupertas Christiana in ministris Euangelicis potentissima ad trahendos animos.
13. Ministerium veritatis prorsus corrũpitur cupiditate bonorum temporalium.
14. In quo temporalis lucri cupiditas est, pax esse non potest.
15. Hoc Christiani ouilis insigne præclarissimũ, quod nec inter bella, & dissensiones pacem amittat.
16. Non facile dimittendus locus, in quo primi virtutum processus inceperunt.
17. Christiano beneficia in coniunctiores prius exercenda sunt.

Cap. IX. De Arbore bona, & ædificatore supra petram.

§. 1. Spectãda est naturæ aptitudo in eo, cui munus aliquod mandatur.
2. Miraculum est diuinæ potestatis proprium, quod à peruersa hominis indole nascatur opus salutis.
3 Qui fructus metere cupit, vnam æstimet virtutem, quæ ex fide.
4. Alienum est à virili virtute, non statim Dei spirationes operibus exhibere.
5. Duricies, & asperitas vitæ hominem suauiter confirmant.
6. Permanentium bonorum spes, quasi possessio est illorum.
7. Id solum securissimè habebis, quod Christo Domino dederis.
8. Temporalia bona occasiones sunt perditionis.

Cap. X. Panno rudi, &c.

§. 1. Præstantissimorum virorum virtutes reproborum gregibus sociantur, vbi illos inuidia tangit.
2. Laudum propriarum, honorisque blandimenta etiam præstantes viros solent inficere.
3. Plus incumbendum intrinsecis, & occultis virtutibus habẽdis, vt quæ securiores ab ambitionis flabris sunt, quam quæ exterius fulgent.
4. Religiosi instituti, quæ apparent imperfectiones minimè mordenda, vt quæ possint esse fa-
cinora præstantioris secularis.
5. Iniquissimum est in te solas virtutes videre in proximo solos defectus. Religiosi enim animi magis vidẽt in proximo virtutes, quas ipsi non habent.
6. In Dei parentis disciplina nihil lætitiam æternam afferens potest deficere.
7. Indulgentia, quæ cum patris est coniuncta seueritate, illa salutaris est.
8. Fœlicitas hominis, qui in religiosa Schola versatur, est, quod saltim in vltimis constitutus ad virtutum facinora confugiet. Non sic seculares.
9. Infirmus animus non statim in supremis, & fortissimis virtutum operibus exercendus.
10. Ad perfectionem humanam pertinet sic aliqua de nouo præstare, vt nihil vetus in alijs appareat.
11. Vbi aliquid vetusti hominis manet in vitæ renouatione, non potest non ruina timeri.
12. In vitæ nouitate ambulandum est illi, qui vult homines ad vitam trahere.

Cap. XI. De Fulgure.

§ 1. Nequit à Iesu abesse, qui boni euentus gaudia Deo refert accepta.
2. Diuina laus, & gloria in operibº nostris quæsita, pro validissimis telis est ad prosternendos hostes.
3 Christianus animus in facinoribus suis nõ hominum, sed Dei oculos amet.
3. Solus diabolico furore obduratus animus potest se in oculis Iesu in præceptiũ dare: quãdo à Iesu oculis nemo non firmatur.
4. Splendor, & dignitas, quæ à Diabolo sunt, citissimum affectant casum.
5. Vbi Iesu oculi sunt, non potest stare malus.
6. In dejectos à culmine vniuersi commonetur, & insurgunt.
7. Illud in primis agnoscì debet beneficium, quo quis à Deo in salutem erigitur, quando innumeri alij permittuntur perire.
8. Voluptas vt expugnetur, aduersus omnia vitia inuentis armis te accinge.
9. A Iesu venit, quod lutei homines omni virtute creata superiores euadant.
10. Fastuosæ altitudines conterentur, nec vllũ damnum seruis Christi, sed potius gloriam afferent.
11. Nemo bonus gaudia sua alienis calamitatibus nutrit.
12. Nunquam non cauendum in prælaturis periculum.
13. Electorũ nomina nũquam sine re triũphi.
14. Regales hominum animi nullo se monere debent ex sensibilibus bonis, quam æterna nominis claritate.
15. Illud

15. *Illud glorioſiſsimum virtutis præmium eſt apud exteros, & longè diſsitos prædicari.*
16. *Principes gaudeant in eo, quod deſe audiũt non à cõiunctis, ſed ab abſentibus, & remotis.*

Cap. XII. De Fulgore, & cadauere.

§. 1. *Nihil vnquam lucidum fuit, quod Domino Ieſu non prætulerit imaginem.*
2. *Obfirmati, obduratique in peccatis ſuis miſerius in aduentu iudicis perdentur.*
3. *Qui occultum Deum, & ſub vmbris coluit, manifeſtiſsimum illum videbit.*
4. *Iudicis diem quàm accidè petunt iniuſti, non ita pij.*
5. *Præſura, & labores, maximè iuſtos extollunt.*
6. *Iuſti viri, vel ſolo viſu aduerſariorum poteſtates proſternunt, & detrimentant.*
7. *Nulla eſt ſenſibilis gloria, quæ non abſorbeatur in comparatione diuinitatis.*
8. *Vbi reſurrectio aparuit, mors omnem horrorem perdidit.*
9. *In Chriſti morte maximè illius gloriæ effulgent.*
10. *Etſi ingentia bona pro Deo, & fratribus tuis impenderis, parum impendiſti, dum teipſum non impendis.*
11. *Principum cœleſtium natalis à cruce Domini.*

FINIS.

LIBER

LIBER DECIMVS TERTIVS,

DE PROPHETIIS IESV ADHVC COMPLENDIS.

CVM ad verba à Iesu prolata venio, & apis solicitã ad mella, quæ sub eius lingua nascuntur, penetrato cortice euoluo; se mihi in primis offerũt prophetię, quæ nondum impletæ finem mundi spectant, vt possint adimpleri. Celebriores inuenio in iudicij signis, in iudicis aduentu, in proferendis sententijs, de quibus sigillatim modo agendum.

CAPVT PRIMVM.

De Signis finalis euersionis.

LIBRO 12. cap. 6. & alijs ad nostros componendos mores traxi signa il a'à Domino prænũtiata pro euersione Ierosolymitana, quæ signa scio à multis Patribus afferri pro vniuersi orbis excidio. Sic in abominatione sedẽte in templo explicari solet abominandus ille homo Antichristus, qui post Euangelium omnibus nationibus disseminatum Babylone ex nefario concubitu exurget, & Mosaycæ legis propugnatione cõtribulos suos Iudæos sibi deuinciet; astu & dolis regnum ibi parat: dæmonis familiaris industria ingentes maris thesauros terræ ve acquirit, tres finitimos reges debellat, deinde alijs septem deuictis Romani imperij nomen absumit, rerũmque potitus vniuersi orbis sit Monarcha. Interea suprema per illũ in Christianos desæuit persecutio, omnium crudelissima, adeò, vt nisi dies illi breuiarentur, nõ esset salua omnis caro: verum breuiabuntur crudeles illi dies: & imperio Iesu interemptus nefarissimus homo cedet imperium vero Christo. Quid tunc? Iudæi noscent errorem suum, & maior illorum pars Christianam disciplinam arripient: quæ dum fient, seueriſsimi iudicis iã iam instantis aduentum nouis prodigijs testabuntur vniuersæ creaturæ. Cœlorum astra per deuios calles ibunt: quo portentosæ mutationes fient, frequentes Eclypses, insperatæ noctes, hyemis, & veris frequens confusio: elementorum gemitus, qui extrema mundi denuntient suspiria.

Ex Luc. 21. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium, præconfusione sonitus maris, & fluctuum: arescẽtibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.

§. I.

Dum supremi iudicis sentẽtia instat, nil nisi crudele etiam in amicioribus videre expecta.

QVis homini amicior, quam Sol, quam Luna, quam Stellæ? Sanè de cœlesti astrorum influxu viuit homo; eorum motibus gubernatur, nec quid iucundum, aut necessarium accipit, quod cœlo acceptum referre non debeat. Sed ecce tibi omnes hos fauores mutatos in Sole, & Luna, & Stellis; in quibus iam minime videri liceat alia, quã signa horribilia, signa mortis, & calamitatis extremæ. Vndè hæc mutatio potuit euenire, nisi ex instanti iam supremi iudicis sententia? Sanè dum hæc sententia instat, etiã in amicioribus creaturis nihil non horrendum, & lethale poteris videre. Ad diuinũ sese sistebat tribunal ille prodigus, Lucæ 15. dũ

Luc. 15. ait. *Pater peccaui in cœlũ, & coram te.* Cur meminit se peccasse in cœlũ? Cur nõ cõtentus est dicere, peccaui coram te, vt dicebat ille

Psalm. 50 alter peccator, Psalm. 50. *Tibi soli peccaui?* Equidẽ dum se sistit tribunali diuino, nõ solum Deum iratũ meminit, sed totos etiam cœli exercitus in se armatos veretur. Ait enim Titus Bostrenus: *Haud secus firmamẽti faciem metuit, atq; accusatoris cuiuspiã voces.*

Titus. In quo cœlo, dum viuis, cernis signa data in dies, menses, & annos, quibus fruaris, quibus oblecteris, longissimaque ordiaris gaudia; vbi ad diuinũ steteris tribunal, iam in cœlo nõ signa dierũ, sed noctiũ, non patrociniũ, sed rigidas accusationes audies. Illa ipsa lumina, quæ modo vitam tibi halant, tunc solũ responsum mortis dabunt, nec est creatura tã hominis amica, quę instãte Dei sententia, accusatoris, imò carnificis personã non subeat. Miser ille Senacherib ingẽti cinctus exercitu apud Ierosolymam manifestissimam iram Dei incurrit; etenim descendens Angelus à Deo exercitus illius peremptit adeò, vt ipse solus aufugiat. Et quidẽ fugit impijssimus homo minime euasurus:

Isai. 37. de illo Isaias 37. *Et factũ est cum adoraret in templo Nesroch Deum suũ, Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio.* Exprende, quos inueniat carnifices impietatis suæ, nimirum sibi amantissimos filios, sed quid fieri potest, vt miser homo à filijs mortem accipiat? Erat in illũ seueriss imũ Dei iudicium publicatum, erat damnationis sententia lata à supremo iudice, qua instante, etiã in amicissimis, & coniunctissimis creaturis inuenies carnifices. Pulcherrimè D. Cyrill. Alex. in præsenti, lib. 3. tom. 4. cap. 37. ait.

Cyr. Ale. *Filios esse, inquit, qui ipsum interfecerunt. Nam diuina sententia in aliquos lata, vndecũque & omnibus modis veniunt in pericula, quibus hoc accidit: non sanguinis coniunctionẽ, incolumitatis pignus habentes, non affectũ, neque studium filiorum patribus debitum, sed à quibus seruari eos par erat, periclitantes per eos ipsos infoueam interitus cadunt.* Non est, cui fidas, cui te credas, dum Dei iudiciũ instat, & eius sententia pro foribus est, tunc etiã in coniũctissimis, in ipsis filijs, in ipsis seruatoribus, & propugnatoribus eius pericula inuenies, & responsum mortis accipies. Sic à quibus seruari par erat, nimirũ, ab astris ipsis mũdi seruatoribus, vel ab amicis, & coniunctissimis in foueam interitus mitteris. Isai. cap. 13.

Isai. 13. *Vnusquisq; ad proximum suum stupebit: facies combustæ vultus eorum.* Hebraicè dicit *facies flammarum vultus eorum. Ecce dies Domini veniet crudelis, &c* Nec iudicij diuini aduẽtãtis signum patentius esse potuit, quam hoc, quod vnusquisque etiã in proximis suis, in amicissimis, & coniunctissimis nihil aliud, nisi horrẽdũ, & minitantes flãmas videat. Sunt tibi proximæ, & amicæ multæ creaturæ, cœlũ amicũ est, elemẽta proxima sunt, deinde charissimi sunt multi homines, quos obligatos habes, vel sanguinis coniunctione vel obsequijs delinitos. Quis non se credat his, dum ad diuinũ properat tribunal? Sed tũc nulla est cõiunctio sanguinis nulla amicitia valet; vnusquisque stupebit ad proximum suum; & proximior creatura flãmarum exhibebit vultum tota conuersa in affectum seueriss imi iudicis. Ps. 140. *Absorti sunt iuncti petræ iudices eorum.*

Psal. 140 Qui iudices? sancti viri, qui modò profectè sunt Christũ secuti: at fieri poterit, quod sancti viri in iudicio deserant proximos suos, affines suos, deuotos suos? Ita planè, vniuersa creatura quantumuis proxima, & coniuncta, tunc ex consortio iudicis penitus absorbebitur in affectũ iustitiæ, nihilque in se, vel flexibile, vel exorabile relinquet. Accipite D. Bern. serm. 7. in Psalm. *Qui habitat*: vbi sic: *Absorti plane sunt in affectum iustitiæ, & petræ soliditatem, cui iuncti sunt, imitantes. Iuncti, inquit, petræ, quam profecto solam vt sequerentur, cætera omnia reliquerunt. Tunc putes flexibile quippiã inuenies dum in iudicibus iunctis petræ?*

D. Bern. Omniũ creaturarũ fauorabilium affectus, omniũ sanctorũ, etiam proximorũ patrocinia absorbebuntur in diuino iudicio, & trãsibunt in affectum iustitiæ, sic se iudici conformantes, vt nihil in se flexibile, & exorabile aspiciendum relinquant. S. Ephren,

serm.

S. Ephr. serm. de vita relig. *Illic misericordissimus ille Abraham, immitis, & immisericors reperietur. Et qui pro Sodomis, vt saluarentur, fuerat deprecatus, illic vel pro vno peccatore non supplicabit.* Quæ tunc erit species rerum, quando peccator præcipitabitur in flammantes voragines æternùm cruciandus, videntibus parentibus, propinquis, amicis, familiaribus, & minime iuuantibus, imò applaudentibus damnationi tãtæ? Recole supplicium illud horrendum, quo Numer. 16. Dathan, & Abirõ viui fuerunt à terra deuorati. Non ne id viderũt cognati multi, familares, & amici plures? Equidem viderũt, sed nullo doloris, luctusque signo edito. vndè miseriam damnatorum exaggerat Iosephus lib. 4. c. 3. aiens: *Fuit hic casus eo miserabilior, quod adeò nemo, nec propinquorum quidem, aut cognatorum eos est miseratus, vt totus quantus erat populus anteactorum oblitus, latis acclamationibus Dei sententiam comprobaret.* Hæc summa damnatorum miseria, quòd eorum supplicium pateat cunctis propinquis, amicis, & familiaribus, & nullum in his miserationis signum videatur. Matth. 25 Nonne decem virgines apud Matth. 25. simul commorãtur? Nonne omnes sibi inuicem familiares erant? Sed quinque fatuæ tãdem ab sponso repelluntur, in exterioribus tenebris relinquuntur, quid tunc prudentes egerùt? An multas fuderunt preces pro sororibus? Nec verbulum amicum emittunt, nec vllũ commiserationis exhibent signum. Id quod notans D. Chrysost. in Psal. 48. dicit. Chrysost. *Notæ erant virgines virginibus, sed nihil eas iuuit ea familiaritas.* Nulla equidẽ familiaritas, nulla propinquitas, nulla amicitia creaturarum iuuabit impios seueriſsimo instante iudicij die, sed cunctis amicis acclamantibus Dei sententiam, in æternum interitũ ibunt.

Ioseph.

Num. 16.

§. II.

Magnum impiorum supplicium est, quod videant vilitatem, & squalorem rerum ob quas in summam miseriam sunt delapsi.

QVid misero, & superbo homini durius, & intolerabilius, quam videre oculis suis viliſsimã, & fœtidiſsimã substantiã rerũ, ob quas æternũ cruciatur? Quid dãnato homini acerbius, quam si ablato omni fuco, & fallaci splendore, illi obijciantur veri squalores, & fœditates, quarum pretio acquisiuit immensum põdus cruciatuum? Hoc igitur in primis supplicium vniuersis impijs prædicitur his verbis: *Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis,* vel vt apertius Matth. c. 25. *Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum,* &c. Matth. 25. Ideſt omnia lumina ob splendorem ab hominibus adorata, omnia mundi decora supra salutem æstimata obijcientur in primis amisſo omni splendore, omni fallaci lenocinio, nõ iam lucida, & decora, sed vera, & fœtida cadauera tota squalore, & turpitudine plena, ne possint miseri non intolerabiliter cruciari, cũ videant fœditates, quibus emerunt tormenta tanta. Dignum equidem supplicium impiorum, quod videant informes, & turpes substantias illas, quæ illos miserè deceperunt, & impulerunt in tormenta adeò immania. Notum fuit Israelitarum crimen, quo aureum vitulum adorarunt. Exod. 32. sed accipite supplicium in primis à Moyse ibi inflictum, de quo ait: *Arripiensque vitulũ quem fecerant, combussit, & contriuit vsq; ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum populo Israel.* Quale hoc supplicium in Israelitas? Quæ hæc Moysis ira in vitulum? nonne satius ostenderetur ira in reos ipsos, dũ illos percuteret? Equidẽ percutiendi erãt vniuersi rei, interim tamen ira fuit verè maxima, idolũ deformare, & illius puluere populo obijcere, vt viderent vilitatẽ, & turpitudinem idoli, ob quòd se reos constituerũt sceleris tanti. Non longè abest Augustinus in Ps. 73. fatus. *O ira prophetica, & animus non turbatus, sed illuminatus. Quid egit? Mitte in ignem vt forma ipsa prius confundatur, minutatim conminue, vt paulatim cõsumatur. Mitte in aquam, da populo bibere.* Nec parua fuit Moysis ira, quæ splẽdens, & irradiãs idolũ sic deformauit, & cõminuit; & sic deformatum, & in puluerẽ redactũ, quasi poculentũ quid populo obiecit, vt damnatorũ dolor augeretur ex conspectu turpitudinis, & vilitatis causæ, ob quã in tanta damnationẽ fuerunt delapsi. Si militer Dei ira vniuersas species bonorũ tẽporaliũ penitus deformatas, & puluerulẽto aspectu turpatas obijciet, vt vel hoc aspectu eorũ æstimatores vehementẽ consternationẽ patiantur. Quæ tunc mens ambitiũ honores, cũ omnis gloria mũdi instar fumi illorũ oculos perstringat? Quæ tũc species sequentium voluptates, & delicias pulchritudinũ cũ illis sola fœtida obijciantur cadauera? Audiui Assyrios, & gloriari, & exaltari maxime propter ducis sui Holofernis ingẽtẽ fortitudinẽ, & felicitatẽ; quã summè colebãt, & sub cuius vmbra se prorsus felices ęstimabãt. Vndè cũ nobilis fęmina Iudith Holofernẽ iugulasset, nil prius cogitat ad cõficiẽdos Assyrios, quã cogere illos, vt videant principẽm suũ exanimẽ, proprioque sanguine deturpatum. Etenim ait cap. 14. *Cum duces* Iudit 14

Matth. 25.

Exod. 32.

Augusst.

ces eorum concurrerint ad tabernaculũ Holofernis, & inuenerint truncum, in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor. Quis ſine timore, & tremore videat truncũ, & deformatum cadauer illius, cuius captus fœlicitate auſus eſt ſeſe bellorũ periculis exponere? Et ſanè non fefellit fœminã ſua opinio, cũ enim Holofernis ſeruus vidiſſet miſerũ domini ſpectaculũ, ſic ad vniuerſum exercitũ clamat: *Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo. Quod cũ audiſſent principes virtutis Aſſyriorũ, ſciderunt omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor, & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorũ valde.* Vndè virtus tanti exercitus potuit ſic cõcuti, ſic intolerabiliter cõſternari? Sanè ex eo ſolũ, quod eis obijcitur truncũ, & deformatum Holofernis cadauer. Hoc ſolũ attendũt. *Ecce Holofernes iacet, & caput eius non eſt illo*: & hoc ſolo aſpectu vehementiſsime cõterũtur, diſsipantur. Eu quam intolerabilis tremor, & cõſternatio occupabit homines, cũ ſinguli ſimilia videant in omnibus idolis ſuis! Cum dicetur, & oſtendetur omnibus: Ecce carnaliũ virtus iacet in terra, & vermes, & fœtor eſt in ea. Ecce ſuperbiæ ſpectrum cõminutũ iacet, & in puluerẽ redactũ: Ecce lucidiſsimi ſoles vitæ humanæ, vmbra, & tenebræ ſunt: ecce ſtellæ felicitatũ tẽporaliũ prorſus euanent: vel flãmas nutrient æternorũ cruciatuũ. Hæc videbũt omnes, & intolerabilis timor, & tremor cadet ſuper illos, & turbabũtur animi eorum valde. Nota Apoc. 18. purpuratæ meretricis ruinã: quæ modo ſuperba auro, gẽmiſque fulgebat, ado leſcẽtũ capiens animas, ſtatim oſtẽditur omni exuta gloria, vile priſtinæ felicitatis cadauer flãmis vltricibus traditũ. Quid tunc? *Et*
Apoc. 18. *flebunt, & plãgent ſe ſuper illã reges terræ, qui cũ illa fornicati ſunt, & in delicijs vixerunt, cũ viderint fumũ incẽdij eius.* Expẽde principium fletuum, & planctuum in terrenis principibus; *Cum viderint fumum incendij eius.* Equidem verſabuntur ob oculos impiorum omnia mundialia bona, quæ amauerunt: verſabuntur, inquam, ob oculos velut fumus comes flãmarum æternarum, & in planctus intolerabiles vniuerſos impios trahent. Nondũ iudex apparebit, nõndũ ſententia vrgebit, nõdum verbũ aſperũ reſonabit, nõdum carnifices videbuntur, ſolũ bonorũ mũdialiũ fũmus, fœtidumque cadauer ob oculos verſabitur, & iam intolerabilis pudor, irreparabilis gemitus miſeros peccatores occupabit.
Iſai. 1. Vt dicat Iſai. c. 1. *Confundentur enim ab idolis, quibus ſacrificauerunt; & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis.* Dij mundiales, & deliciæ terrenæ ingentẽ confuſionẽ, & planctũ ſuis amatoribus parient: ſed qualiter à falſis Dijs, à delicioſis nemoribus cõfuſio veniet in cultores ſuos? Rectè D. Cyrill. Alex. in præſenti rationem attigit. Etenim ait. *Illos namq; ante alios vna cũ hortis, luciſque exuſtos cõſpexerunt.* Cyr. Ale. Cur non cõfuſionẽ pariãt ea bona; quorum ruina, & fumus primus eſt, qui ob amatorũ ſuorũ oculos verſatur? Nõ longè abeſt Iſai. cap. 13. de hoc etiam fatus: *Vnuſquiſq; ad proximum ſuum ſtupebit.* Iſai. 13. Vnuſquiſque, inquam, ſummo corripietur ſtupore, cum videat ea, quæ ſibi in præſenti videbantur proxima, & amica, tũc tẽporis nil non hoſtile, & inimicũ præferentia. Rem ſic in particulari expẽdit Aelred. ſerm. 9. in Iſai. aiens: *Apparente enim dæmone fornicationis immundo cuilibet morienti, non poterit non ſtupere, qui viderit. Quod blãdũ cernitur, & iucundũ, dum ſuadetur amarũ ſentitur, dum improperatur; ſtupetque miſer durum inuenire, & immitem, quem ſæpe expertus fuerit ſuauem.* Aelred. Sic voluptates blãdę, ſic deliciæ tunc tẽporis videbũtur à miſeris adeò terribiles, vt illos in ſtuporem, & horrorem rapiant. Inſuper Iſaias pergit eodem 13. ca. *Et replebuntur domus eorum draconibus.* Iſai. 13. Modò nil nõ iucundum, & ſpecioſum, & voluptuoſum apparet in vitijs humanis, quorũ delicias dũ in præſenti metunt, in fine nõ delicias, ſed mortes, non voluptates, ſed dracones ignẽ ſperãtes à ſe collectos eſſe notabũt. Ibi Aelred. ſerm. 10. *Tũc replebũtur domus eorũ draconibus, quando vitia, quæ nunc iucunda videntur, & dulcia in hominis conſcientia draconis ſpeciem præferent, cuius, & faciẽ horreat, & flãmã non ferat. Dicũtur enim hæ beſtiæ terribilis eſſe vultus, naturæ tã igneæ, vt flãmas ex ſe emittere videãtur. Ita profecto vitia, & peccata, quæ xũc delectãt, dãnatis apparebũt horrenda, & materiã æterni incendij miniſtrãtia.* Aelred. Sic ille.

§. III.

Verecũdũ, & turpe eſt creaturæ, fuiſſe alijs ſcandalum ad peccandum.

A Sole incipiũt ſigna iudicij mœſtiſsima; adeò, vt Sol obtenebratus, & quaſi abſcõditus maneat, imò vt Apocal. notat, ſub nigro ſago cilicino lateat. Cur ſic Sol abſcõditur? Quid Sol peccauit? Non peccauit ipſe, ſed fulgenti illius ſplendore decepti plurimi in idololatriam ſunt delapſi: & adeò verecundum, & turpe eſt cuilibet creaturæ extitiſſe ſcãdalum, vt quaſi pudeat ſolem apparere eo tempore, quo reuelanda ſunt omnium peccata, & ſic obtenebratus latẽs ſcãdali dati pœnitẽtiã agat. Paul. 1. ad Cor. 11.

ita

1. Cor. 11 ita cauebat. *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput, propter Angelos.* Itaque ibi cauet Apostolus, vt omnes mulieres operto capite sint ad quod, velamine aliquo supra caput vtantur dum ad orandum in templum veniunt. Insuper explicans rationem ob quã deb eant mulieres velato capite adesse, addit illud *propter Angelos.* Et non parua difficultas est, cur mulieris facies abscõdenda sit sub velamine propter Angelos? Tertullianus putarat Angelos à cœlo cecidisse ob mulierum
Genes. 6. amores explicatos, Gen. 6. illis verbis: *Videntes filij Dei filias hominum, &c.* quo errore supposito salutarem infert doctrinam moralẽ; nimirum, quod illa facies, quæ scandalũ attulit Angelis debeat abscondi propterea, & verecundari sub velamine. Sic ait elegãter lib.
Tertull. 5. in Marcion. *Adiecit etiam propter Angelos. Quos? Id est cuius? Si creatoris apostatas, meritò vt illa facies, qua eos scandalizauit, notam quandam referat de habitu humilitatis, & obscurationẽ decoris.* Facies, quæ scandalum fecit, nunquam non referat pœnitudinis notam, vel obscuratione decoris sui: non iam liberum habeat ostendi, sed claudi & abscõditi nitatur, vt vel hoc signo declaret, & pudorem, & confusionem, quam habet eo, quod alijs scandalum stiterit. Quam confusionem persuadebat Abimelech, Saræ, cuius pulchritudine captus, & vix à lapsu erectus, sic aie-
Genes. 20 bat Genes. 20. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocumque perrexeris memẽto te esse deprehensam.* Quasi nollet prudentissimus rex, quod honesta fœmina obliuisceretur scandali à se dati, licet inculpabiliter, quin potius eius notam, quandam semper referret de habitu humilitatis, & obscuratione decoris. Pudeat honestam fœminam scandalum extitisse, quem pudorem, & pœnitudinem ostendat facies obnubilata, nigroque operta velamine. Nunquam enim non indecorũ erit creaturæ cuilibet, si appareat fuisse causam alijs lubendi in barathrum peccati. Quod vehementer in se timens sponsa aie-
Cant. 1. bat Cant. 1. *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Non alios adit, sed immediatè ad dilectum tendit, ab illoque solo petit doceri: quasi vereatur etiam ad sodales sponsi accurrere. Sed cur veretur inter sodales esse? Eius verba sic apud Simacum tinniunt: *Ne quando fiam sicut circunducta, & circum rotata instar fundæ apud greges sodalium tuorum.* Et quidem pulchra comparatione explicat fœminarum scandala, quæ in se maxime veretur. Est equidem fœminæ pulchritudo lapis offensionis: lapis, inquam, offensionis nõ qui aliquo loco determinato infixus sit, sed prorsus similis lapidi posito infunda; sicut enim lapis funda circumrotatur, vt certius, & vehementius feriat, sic dum fœminæ in publico versantur, plateasque vel agros circumcursant; hostis humani generis vehementioris ictus in viros dirigit. Meritò ergo honestissima fœmina petit à Deo, rapi, & doceri, dum ait: *Indica mihi vbi pascas*, metuens ne dum cogitur inter viros esse, hanc labem incurrat, vt sit lapis offensionis, & petra scãdali alicui; id quod egerrime, & durissime pertulerit. Et quis non immense doleat stetisse occasionem erroris hominibus? Iob, qui in filiorũ nece, in bonorũ omniũ iactura, in vxoris suasioni immobilis stetit, vbi amicos dolentes conspexit, mirum in modum afficitur. Sic enim ait cap. 3. *Post hæc* Iob 3.
aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. Pereat dies, in qua natus sum, &c. Expende post quæ natiuitatem suam abominatur, & non fuisse vult, nimirum, non post filiorum necem, nec post vxoris contumeliam, sed post amicos dolentes. Et cur post amicos? Seuerianus ait in Cat. Græca. *Quan-* Seuerus.
diu cum vxoris solus erat, aspernantem illam erudiebat, nec interim vllam precatus est sibi mortem. In aduentu autem amicorum, cumeorum cerneret animos in ipsius calamitatibus vecidisso nouo exercetur bello, id metuens ne illius causam iniustitiæ crimine Deum accerserent. Atque ea causa fuit, cur diem ortus sui detestaretur, ac si diceret. Vtinam nunquam essem conceptus, ne mea causa Deus accusaretur. Sic Sanctus vir dolebat occasionem, etiam inculpabiliter dare, quod Deus offenderetur, vt præ huius doloribus mortis angustias æstimaret cupedias. Non absimilis D. Paul. velit ipse potius salute carere, quam quod Iudæi ex eius alũte occasionem accipere blasphemandi Deũ,
Ad Rom. 9. *Optabam enim ego ipse anathema* Ad Ro. 8.
esse à Christo pro fratribus meis. Id quod expendens Theologus fatur: *En anathema quærit fieri, vt Iudei Christo accedant, & vt ne videatur Deus in suis promissionibus minus esse verax.* Quippe cum Deus omnia sua promissa præstitisset Israelitis, & Abrahami semini; qui spiritum promissionum diuinarum non perciperet, & illa minimè videret in carnali populo adimpleta, sed potius ad aliũ populum translata, occasionem inde sumeret habendi Dei veracitatem suspectam. Qua propter Paulus, vt ait Theodolus prorsus cederet suæ saluti, & electioni, ne ex ea, hominum carnalium ignorãtia occasionem arriperet tantæ blasphemiæ. Sic sancti viri dolent, alijs scandalum esse.

§. IIII.

Salutare homini, vel aliena peccata doluisse.

SED age missa faciamus mœstitudinis, & timoris signa quandoquidem solet Dominus signis, etiam distinguere eos, quibus parat salutem. Nec paruam mihi facit quæstionem, quod in iudicio futuro, signa solum ponantur in Sole, Luna, & Stellis, cur vbi tot peccatores feriũtur, solum signatur creatura insensibilis, nimirum, Sol, Luna, & Stellæ? An non & istæ peccatorum seruæ? Equidem seruiebant creaturæ peccatoribus, sed tanto cum gemitu præstabant seruitium, vt inde meruerint signis decorari, cum vniuersi peccatores morte feriuntur. D. Paul. ad Rom. 8. *Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.* Ecce tibi, & seruitutem, & liberationem creaturæ: seruitus illa fuit, qua creatura omnis seruiebat vanitatibus hominum; liberatio erit, quando filij Dei reuelabuntur in omnium conspectu, in extremo iudicio, tunc etiam creatura signum salutis, & liberationis accipiet. Sed vnde elicitur hæc liberatio creaturæ? Iã explicat Paulus, dum ait. *Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, &c.* Quæ enim nouit gemere, & plorare visa peccata, mille sibi signa salutis in diem vindictæ parat. Ezechiel c. 9. ait Dominus. *Signa Thau super frontes virorum gemẽtium, & dolentium super cunctis abominationibus.* Ecce tibi, quibus inurantur signa salutis, dum incipit percussio diuina; qui gemunt, & dolent populi scelera, hi signantur, ne percuti possint. Sed cur gementes, & non potius, qui peccata impediuerunt? Illi sine dubio digni sunt salute, qui sese peccatis opponũt, & illa de medio tollunt. Qui peccata non tollunt, quid interest, quod lugeant, quod plorent? Meritò tamen hi signantur ad vitã, quia quando alia non possunt facere, plãctu & gemitu affectum suum demonstrant. Aiebat ad hæc Chrysost. hom. 8. ad Popul. *Da signum in facie virorum gementium, & dolentium. Supra quos autem est signum, ne ipsos tangite. Qua dic mihi causa? Quoniam, & si nihil prosunt, tamen gemunt, quæ geruntur, & deplorant.* Auspicabilis semper est gemitus pietatis, adeò vt nequeat esse sine signis salutis. In quouis videris lacrymas, & gemitus ex compassione peccatorum pro maxima lugẽtium pietate dum vident alios nequiter interimi, ibi aliquale signum salutis intellige. Sic apud Zachariam non aliter fit salus Iudæis, quam simul infuso pietatis spiritu, quo doleant, & plangant præteritorum facinus, quo & se & suum regem Christum peremerunt. Etenim ait cap. 12. *Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalẽ spiritum gratiæ, & precum: & aspiciant ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum.* &c. Loquitur in præsenti propheta de Iudæis Saluandis in fine sæculorum. Sed expende quod eorum saluti iungatur planctus, & qualis planctus? An planctus ortus ex conscientia scelerum? Minime: sed planctus ortus ex pietatis visceribus, qua gentis suæ facinus, & crudele nefas in Iesum perpetratum amare defleant: dicit enim Augustinus de Ciuit. lib. 20. cap. 30. *Non igitur dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu.* Ibi enim gratia, & salus effunditur, vbi pius adest affectus, qui deploret, & plangat impiorum hominum in Deum perpetrata scelera.

Rom. 8.

Ezec. c. 9.

Chrysost.

Augustin.

§. V.

Signa à Deo homini salutaria.

QVot signa audio in Sole, & Luna, & Stellis à Domino exhibenda, tot ab eodem propinandas hominibus credo salutes, ea enim à Deo exhiberi solent signa, & prodigia, quæ humano generi salutaria existant. Notissima sunt Elisæi miracula 4. Reg. 6. is ingentem Syrorum exercitum cœcitate percussit; & sic cœcum in Samariam duxit, intra vrbis mœnia concluſit, quos vbi rex Israel conclusos vidit, vniuersos voluit interficere: minime id passus Elisæus ait? *Non percuties: non enim cœpisti eos gladio;* quasi piaculum duceret, quod perirent illi, quos tot miracula, & signa eo compulerant. Quam rem sic D. Chrysostom. serm. de Elisæo expendit. *Non percuties, inquit, quos nec in pugna cœpisti, nec in bello superasti. Alia est enim conditio belli, alia est virtus Dei: alius est ordo pugnantis, alia est causa virtutes, & signa monstrantis. In bello salus adimitur, in portentis, & signis vita vtilitas exhibetur.* Non ira sæuiens, sed clementia blandiens signa, & portenta hominibus præmittit: dantur à Deo signa, vt fugiatur arcus, vt populus salutem conquirat, imò acquirat. Ierem. cap. 32. *Qui posuisti signa, & portenta in terra Ægypti vsque in diem hanc.* Cur vsque in diem hanc? Fortè quia portenta illa apud Ægyptios

Chrysost.

Ierem. 32

tios facta modo perseuerant? Nonne illa penitus transierunt? Equidem illa transierunt, sed ex illis nomen sumpserunt omnia portẽta & signa, quæ modo adeo operãtur, quod sint in populi sui salutem. Vndè pulchrè Hieron. ibi: *Hieron.* *Signa atque portẽta non solum in Ægypto perpetrauit Deus, sed vsque hodie eadem eius misericordia fortitudo saluauit populum suum, & vniuerso generi humano creatoris subuenit potestate.* Ex Ægypti signis assueta diuina potentia, quoties modo insignis, & prodigijs ostenditur, semper auspicatissima est generi humano, cuius salutem negotiatur. Et nescio, an decora essent summæ Dei potestati ea signa, quæ hominum perniciem trahunt, quando Iob ca. 13. sic obijcit Deo: *Iob c. 13.* *Contra folium, quod vento rapitur ostendere vis potentiam tuam?* Non enim virtus, & potestas absoluta Dei, in morte, sed in hominum claret salute, adeò, vt hinc fidelium, & infidelium signa distinguat Tertul. quod infideles de habitu dæmonum nihil non perniciosum sciant ostentare, verùm fideles, vt veri Dei potentia fulti, ea nouerint exhibere signa, quæ salutem afferant. Sic enim fatur lib. aduersus Hæret. *Tertull.* *Volo igitur virtutes Hæreticorum proferre, nisi quod agnosco maximam virtutem eorum, qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi enim de mortuis suscitabant; isti de viuis mortuos faciunt.* Nunquam à magistro Diabolo adijcere potuerunt signa, & prodigia facere, quæ inutilia, & pernicioſa non sint, sicut à verò Deo signa nil aliud, quàm vitam, quàm salutem nouerunt halare. Qua propter aiebat D Iræn. lib. 2. cap. 57. *D. Iræn.* *Super hæc arguentur, qui sunt à Simone, & Carpocrate, & si qui alij virtutes operari dicuntur, non in virtute Dei, neq; in veritate, neq; in beneficijs hominibus facientes ea, quæ faciunt, sed in perniciem, &c.* Id quod supra demonstrauimus lib. 3. cap. 3. §. 4.

§. VI.

In creaturis tantum signa humanæ perditionis, cuius veræ causæ in solo homine sunt.

PRospice homo vniuersas creaturas, etiam cum vniuersæ in te armantur; & nullam inuenies, in qua tuæ videas causam damnationis; in Sole enim, & Luna, & Stellis, & in cæteris alijs creaturis signa mera sunt, humanæ perditionis; vera aut in eius causa in solo homine existit. Miserrimum impij statum depingit Iobi amicus cap. 5. aiens: *Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit, & de humo non orietur dolor.* Ecce tibi impiũ ab armatorum incursibus prostratum, spoliatum, prorsus nudatum. Quod si quæras, an fuerint aliquæ causæ huiusmodi perditionis, huiusmodi doloris? Equidem fuerunt causæ quandoquidem nihil aduersi accidit in mundo, sine certa, & determinata causa, quæ tamen causa minime quærenda est in creaturis, non enim de humo orietur dolor; non terra, non Sol, non Luna, non Stellæ, non aqua, non malus aer dolores hominum causant, sed ipse homo sibi causa est, dum peccatis suis solicitat creaturarum iras, & ingentes in se ruinas extorquet. Pulchrè D. Greg. lib. 6. Mor. cap. 6. ait: *De humo dolor non egreditur; quia nequaquam pœna de ea nascitur creatura qua perculit: sed de ea proculdubio, quæ peccando vim percussionis extorsit.* *D. Greg.* Non à Solis æstibus, non ab aëris intemperie, non à violentia hominum, non à nequitia dæmonum, sed à seipso trahit impius tormenta sua; ipse solus praua sua voluntate in causa est, quòd mille doloribus pungatur. Hoc vt pateret, puniturus dominus Sodomitas misit in primis ad ciuitatem, duos Angelos visibili, & eleganti forma conspicuos, quibus mãdauit totum supplicij negotium, vt sulphureis flammis nefandam vrbem traderent. Sed cur necesse fuit, quòd tantę euersionis ministri eleganti forma conspicui inter perdendos homines apparerent? Si puniturí veniebant Angeli Sodomitas, cur prius velut pulcherrimi iuuenes oculis reorum se præsentant? Sanè, vt dum in illos turpiter feruntur impij homines, euidenter pateat, quàm ipsi soli suum supplicium solicitant, & à tardantibus, & reluctantibus sulphureum ignem extorquent. Quod attingens Saluianus lib. 1. de Gubern. Dei, inquit: *Genes. 19.* *Cùm Angelos Sodomam Deus mitteret, hoc nobis probare voluit; scilicet vt cum legeremus, quæ à Sodomitis Angeli pertulissent, & videremus scelerum immanitatem criminum turpitudinem, libidinũ obscenitatem: probaret vtique nobis Deus, quòd ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorserint, vt perirent.* Vni sibi tribuere potest peccator perditionem, & calamitatem suam, quia ipse solus causa est sui damni, ipse solus causa est sui supplicij. Apud Oseam cap. 13. *Saluianus* *Ego ero eis quasi Leana, sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpãt interiora iecoris eorum: & consumã eos ibi quasi Leo, bestia agri scindet eos. Perditio tua Israel.* *Oseas 13.* Ecce tibi post tot feras Israeli immissas, interram miseram lanienam à tot bestijs peractam, qualis misero vox tinniat, nimirùm:

Perditio tua Israel, ideſt, vt Gloſſa fatur. *Tu ipſe es cauſa tuæ perditionis.* Quem non funditus perdat hæc ſola vox? Quem inter immaniſsima tormenta dolentem, non exædat vermis iſtè dum clamet in ipſo, tota cauſa es calamitatis huius, tu ſolus diras flammas incendiſti, tu tibi acerbiſsimos dolores traxiſti. Sed & audis in ſcripturis patrum delicta de filijs à Deo exigi vſque ad quartam generationem: quàm pœnam nemò inferret, niſi ſeueriſsimus iudex. Sed non à iudice manauit tanta pœna, ſed ab ipſis hominibus introducta eſt. Pulchrè Tertull. lib. 2. in Marc. ait. *Si euangelium veritatis accipias, ad quos pertineat ſententia reddentis in filios patrum delicta cognoſces, ad illos ſcilicet, qui hanc vltro ſibi ſententiam fuerant irrogaturi, ſanguis illius ſuper capita noſtra, & filiorum noſtrorum. Hoc igitur omnis prouidentia Dei cenſuit, quòd iam audierant.* Nulla profectò pœna à Deo venit, quam ipſi homines non trahant ſibi. *Tertull.*

§. VII.

Peccatum neceſſario ſequitur manifeſtatio, & publicatio. Vbi quanta confuſio erit in manifeſtatione peccatorum in iudicio.

QVò putas ſpectare tot in creaturis ſigna, niſi vt hominum ſcelera publicentur, & iam manifeſta appareant? Familiare enim eſt hoc peccato, vt ſigna mille proferat, quibus ſuam turpitudinem omnium oculis manifeſtam faciat. Caue homo peccatum, quòd & ſi occultiſsime in corde admiſeris, tamen ipſe in ſole præmittet ſigna, quibus pareat; non enim ſic lux tenebras ſequitur, vt ſequuntur patentiſsima ſigna peccatum. Primi illi peccatores, cum pomo glutiunt peccatum, cuius pudorem, & pœdorem, vt tegant, confugiunt ad folia arboris. Quid facitis miſeri, tegmen quæritis, & profertis ramum? Sanè ramus potius eſt vendibilium preco, & ſignum manifeſtatiuum, vt noſcas quam inſeparabilis ſit à peccato eius publicatio, quando eodem halitu ſerpens antiquus & peccatum ſuggerit, & præfert ramum, vt vendibilior appareat peccatoris infamia. Sic enim ait, Geneſ. 3. *Conſuerunt folia ficus, &c.* ad quæ verba eleganter D. Baſil. Sel. orat. 3. ait. *Tales enim damonis ſunt machinationes, cũ voluptate ſanciat, & accuſat pudendum in modum; ad ruinam impellit, & ruentes publicis ignominiæ notis conſignat.* Nunquam peccatum nouit eſſe, niſi ſub ſignis quibus publicetur; nunquam voluptatum vinum admittitur, quin ramus proferatur, qui publicis notis cõ ſignet infames. Ideò dicebatur ad Cain Geneſ. 4. *Si autem egeris male, ſtatim peccatum pro foribus aderit?* Quaſi nequeat fieri, quòd vbi peccatum latitat, ſigna mille pro foribus aſtantia, non publicent, & conclament latens peccatum. Id quod notabat Hugo Victorinus ibi, apud Lyppomanum aiens; *Peccatum vero, quod eſt in foribus, vt exeat, prauæ voluntas eſt, quæ non poteſt celari, quin aliquãdo exeat & appareat aliquo ſigno.* Nunquam non Sole ipſo clariora, & patentiora ſigna committantur peccatum, vt in omnibus verificetur illa ad Dauidem ſententia. 2. Reg. 2. *Tu enim feciſti abſcondite; ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis.* Qualis ergo tunc facies rerum, quando in conſpectu Solis, & omnium luminarium cœleſtium ſigna dabuntur peccatores vniuerſos publicantia, teſtantia? Quæ mens peccatoris, cùm tot cœli luminibus teſtantibus, illius pudenda nude coram iudice reuelentur? Fallar ſi Gehennæ incendium, tam intolerabile ſit, quàm intolerabilis erit confuſio publicati ſceleris. De impijs dicitur Iob c. 6. *Venerunt quoque vſq; ad mane, & pudore cooperti ſunt.* Nondum Solis, luminumque ſigna parebant, ad mane ſolum venerant, hoc eſt, paruo ſub lumine peccata ſua reuelata ſentiebant, & intolerabili pudore operiebantur; cum non ſolum matutinis, ſed meridianis Solis radijs coram iudice aſſent, tunc confuſio Gehennæ flammis erit multo grauior. Id quòd notabat D. Greg. lib. 7. Moral. cap. 14. aiens. *Tunc verò iniquos pudor cooperit, cum eos in conſpectu iudicis teſtis conſcientia addicit. Tunc iudex exterius cernitur, ſed accuſator interitus toleratur. Tunc omnis ante oculos culpa reducitur, & mens ſuper Gegennæ, ſuo grauius igne cruciatur.* Leue reputabitur Gehennæ incendium, incomparatione confuſionis arte ex publicatione culparum; Quis famæ honoriſque cultor ferat fœdiſsima à ſe patrata crimina in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis publicari? Quis diuitiarum amator ſuſtineat ſe nudum, vilem, & omni egentem bono in conſpectu vniuerſi traduci? Sanè hanc ignominioſam traductionem expauebat ille Luc. 16. qui aiebat: *Mendicare erubeſco.* Quæ verba ponderans D. Chryſol. ſer. 125. ait. *Confuſionem futuri iudicij pertimeſcit, in quo iam non pœnitendi tempus eſt, ſed pœnarum, & vbi reus plus de conſcientia, quàm de Gehennæ erubeſcit incendio.* Plus equidem torquebit

Geneſ. 3.
D. Baſil.
Geneſ. 4.
Hug. Vict.
2. Reg. 2.
Iob cap. 6.
De Greg.
Luc. 16.
Chryſol.

quebit impios peecati manifestati conscientia, & pudor, quam ipsa damnatio Gehennę.

Luc.21. Et in terris pressura gentium præconfusione sonitus maris, & fluctuum.

§. VIII.

Extrema persecutio Ecclesiæ omnium sæuissima.

INde gentium pressura maxima ostenditur, nimirum, ex maris exundatione, quãdo quidem nil tunc verebuntur fluctus, non littora, nõ arenam, sed ruptis carceribus super omnia ingenti stridore sese attollẽt. Magnum hoc, sed longè maius, & horribilius est id, quod eo exprimitur, nimirum, sæuissima ab Antichristo excitata persecutio, quæ instar exundantis maris ruptis limitibus vniuersa peruadens extremã causabit inter homines pressuram. Multæ equidem ab antiquo excitatæ sunt persecutiones, in Dei seruos; innumeri persecutionum fluctus intumuere, & intonuere, sed omnibus limites opposuit Dominus, quos minimè contemni licuit. Accipitè Hierem. 5. *Posuit arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit, & commouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illum.* *Ierem.5.* Sed scire cupis, quæ arena potuerit intumescentes, & frementes persecutionum fluctus sic comprimere, ne terminos transirent? Crediderim nomine arenæ significari humilem sanctorum virtutem, qui dum despecti visebantur, eas tamen miraculorum virtutes exercebãt, quibus rabidissimi ipsi persecutores coercebantur. Sic ait D. Greg. lib. 9. Moral. cap. 5. *Arenam quippè Dominus mari terminum posuit, quia ad frangendum mundi, gloriam abiectos, & pauperes elegit. Cuius nimirum maris fluctus intumescunt, cùm potestates sæculi ad commotionem persecutionis exiliunt. Sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis, & humilitate franguntur.* *D.Greg.* Ecce tibi humilium fidelium miracula pro arena erãt intumescentibus persecutorum fluctibus, ne vltra modum sæuirent, vtpote, qui vel nolentes martyrum miraculis frangebantur. Sed proh dolor in Antichristi persecutione exundabit rabies fluctuum, & vltra modum desæuiet, nullis arenarum virtutibus, nullis martyrum miraculis cõpressa, quia potius martyribus solum patientibus, ipsi carnifices miracula efficient. De quo ipsemet D. Greg. lib. 32. Moral. cap. 12. sic ait. *Sed quid est, quod illa persecutio maxima omnium futura est, nisi quia tunc diabolus non solum per ministros suos tormenta adhibebit, sed etiam miracula faciet? Nunc enim fideles mira faciunt, cùm peruersa patiuntur: tunc autem diaboli satellites, etiam cum peruersa inferent, mira facturi sunt. Pensemus ergo, quæ erit humanæ mentis, illa tentatio, quando pius martyr, & corpus tormentis subiecit, & tamen ante eius oculos tortor miracula faciet. Cuius tunc virtus non ab ipso cogitationis fundo quatiatur, quãdo is, qui flagris cruciat, signis coruscat?* *D.Greg.* Hæc ibi Greg. vt ostendat, quàm prementur terrigenæ, vbi sine vlla arenarum reuerentia, imò ex potestatis ostentatione rabidissimi persecutionis vltimæ fluctus tam ingentes fremitus dabunt.

§. IX.

Tantum erit extremi diei malum, vt sola eius fama impios vehementer concutiat.

ECce, quo premantur flagello impij in extremis temporibus, nimirum, *cõfusione sonitus maris, & fluctuum*, non tã re, quam sonitu ferientur; tanta enim erit illius temporis clades, vt vel solum audita possit orbẽ concutere vniuersum. Psalm. 75. *De cœlo auditum feciſti iudicium; terra tremuit, & quieuit.* *Psal. 75.* Ingenti quidem tremore afficietur terra, dũ vel audiat sonitum iudicij: vndè apud Oseã, cap. 7. inquit Dominus. *Expandam super eos rete meum: quasi volucres cœli detraham eos, cadam eos secundum auditionem cœtus eorum.* *Oseã c. 7.* Explicatius posuit Theoph. *Castigabo eos in auditione tribulationis ipsorum.* Ecce in quo flagello dicuntur castigandi, in auditione tribulationis, sed scire cupis, qualiter castigari impij possint sola tribulationis auditione? Pulchrè Theophylactus ibi ait: *Adeò terribiles erunt hostes, vt nec dum præsentes, verum denuntiati tantum, & auditi sufficiant ad castigationem.* *Theophyl.* Equidem tanta est iudicij diuini ira in peccatores, tanta iudicis seueritas, tanta tribunalis flamma, vt vel sola horum denuntiatio valeat impios concutere, & vehementer castigare. Sanè reprobi illi spiritus, Luc. 8. nullum verberis in Iesu manu viderãt solum eius minaces voces exceperant, & clamant. *Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? Veniſti ante tempus torquere nos.* Tormentum iam sentiebant miseri, vel à sola minaci iudicis voce profectum. Id quòd notans D. Basil.

D. Basil. fil. Sel. orat. 23. ait: *Nondum eos in iudicium trahebat: nōdum tribunalis terrorem ostentabat: nondum iudicij flammam accendebat: sed minis tantum efranes impetus refranabat, & mali tanta vis erat!* Sola minacis iudicis vox excipiebatur, solùm vēturi mali sonitus tinniebat, & de sonitu solo insolens tormentum miseros conficiebat. Hùc spectat Ioel cap. 2. vbi de veniente die Domini die, inquam, tenebrarum, & calignis, die nubis, & turbinis loquitur, sic eius mala pergit numerare. *Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabuntur populi, &c.* Non armatæ quadrigæ, nō flamma vorans visetur, sed sonitus quadrigarum, sed crepitus flammarum tonabit, & populi horrendos patientur cruciatus. Rem ponderans D. Hieron. ait. *Sicut stipulam citò flamma consumit, ita sonitus, & terror vocis cuncta populabitur. Tantus terror erit, vt omnes per circuitum nationes, & animo, & corpore perhorrescant, imò crucientur.* Non tantos cruciatus pepererunt Christi martyribus tyrannorum candentes laminæ, flammantes pyræ, quantos pariet cruciatus terror vocis, & sonitus diuini iudicis aduenientis. Sonitu illo cruciabuntur populi, & miserè conficientur, adeò, vt de illis etiam dictum accipiam illud Amos 2. *Et mittam ignem Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab.* Quasi tanta esset flamma iam iam appropinquans, vt vel eius sonitus audientibus mortem inferat.

Ioel 2.

D. Hier.

Amos 2.

Luc. 21. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.

§. X.

Iudicij terror quouis alio cruciatu maior.

NOn putes, paruam pœnam impiorum esse timorem hunc, imò quando ignis deesset, vel hic solus timor vehementissimè impios vexaret. Paul. ad Hæbr. 10. inter ingentes impiorum dolores, & hunc numerās ait. *Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, &c.* Expende quæ in primis pœna restet peccatoribus, ante ipsum ignem, nimirùm, *terribilis expectatio iudicij*, & quidē timor iudicij, & prima, & omnium grauissima pœna est, qua miserè cōficiuntur impij: Ibi dicebat D. Ansel. *Etiam timor iudicij malis resurgētibus est pœna, inenarrabilis, & grauior, quàm Gehenna.* Nec dubiū, quin reprobi mallent in Gehenna, quàm in expectatione, & timore iudicij esse. Hac pœna, vt omniū grauissima mulctatus fuit primus parricida Cain, cui dicit Dominus Gen. 4. *Vagus, & profugus eris super terram*, D. Ambr. ex Septuag. legit: *Gemens, & tremens eris*, vnde patet, quantū sit malum, timore, & tremore iustissimi iudicis vexari, quandoquidem tantum parricidium solo timore castigatur. Quod notans D. Chrysost. lib. 1. de Prouid. Dei, sic fatur. *Primum parricidiū Cain inaudito scelere patrauit: imò verò facinus parricidio longè sceleratius, parentes enim incredibili dolore confodit, ac Deo mentitus est. Et pro his omnibus solo timore, ac tremore cruciatur.* Quasi solus timor, & tremor, plusquam alia tormēta possent tàm immania facinora castigare. Nullo equidem grauius castigatur cumulus peccatorum, quàm timore, & tremore continuo: ait enim Sapient. cap. 17. *Cùm sit timida nequitia, dat testimoniū condemnationis, semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.* Non enim sic testatam habes dānationem peccatorum ex sæuiente iam igne, ex morte grassante, vt ex timorē, & tremore, quo miserè impij torquētur. Hic horribilis tremor, plusquam torrens flamma, plusquam mors sæuiens, dùm exædit miseri viscera, eiusdem testatur crudelissimam dānationem: vt dicat Hugo ibi: *Timida nequitia, idest, timor annexus nequitiæ, conscientiæ datus est in condemnationem omnium peccatorum vrens mentem, &c.* Pro singulis peccatis singula tormenta assignantur, verùm timoris, tremorisque flagellum tantum est, vt pro ingēti omnium peccatorum mole sufficere possit. Sanè Philo Iudæus, vt proponat horrendum supplicium Flacci insensissimi quondā in Iudæos hostis, eius vitam in exilio actam sub continuo timore, & tremore proponit. Dum enim miser in exilio ageret, post crebram præteritorum scelerum recordationē, sic continuò clamabat. *Horum facinorum pœnæ me manent, sat scio, & diræ iam stant tanquā in carceribus, vt obice rupto properent in meam perniciem: imò iam in horas præmorior, multas mortes sustinens ante illam vltimam.* Huiusce erat miseri exulis vita, hæc eius cōtinua vox, hoc suspirium, de quo pergit Philo: *Atq; ita sæpe territabatur, horrore quatiente membra omnia, animo quoq; contremiscente, anheloq; pectore.*

Hebr. 10.

D. Ansel.

Genes. 4.

D. Ambr.

D. Chrys.

Sap. c. 17.

Hugo.

Philo.

Idem.

re. *Si quem lento passu incedentem videret, suspicabatur cogitare sibi perniciem, sin properãtem, mox mentem subibat: at at hic me persequitur, non temere festinat. Blandus insidiatur, libere loquens contemnit. Cibus, potusque mihi præbetur tanquam mactandis pecudibus. Quousq; tandẽ ferrens durabo in tot casibus? Scio me moliorem, quàm vt mortem mihi cõsciscam: nimirùm hoc etiam vetat meus genius, ne cito abrumpam vitam miserã.* Nec miror, quòd impius homo intolerabilius putaret timere, quam mori, siquidem, & pijssimi, & prudentissimi viri malẽt morti, quàm timori succumbere. De
3. Reg. 19 Elia dicitur. 3. Reg. 19. *Timuit ergo Elias, & surgens abijt quocumque eum ferebat voluntas. Cùmque venisset, & sederet subter vnam iunipe rum, petiuit animæ suæ, vt moreretur.* Mortem fugiebat, vt summum malum; sed dum fugi tiuus sub timore viuit, expertus est grauius esse malum timorem, & suauẽ reputat mortem. De quo eleganter Chrysol. serm. 147.
Chrysol. *Pauore mors ipsa lenior. Cain vbi parricidali capit terrore vexari, mortem petit, requiem credit, si periret. Et quid dicam de Cain? Elias ille vbi sensit toto se timore respergi, repetebat, quam fugerat mortẽ, melius existimans morti succumbere, quam timori.* Nemo non excors putabit aliud tormentum esse grauius, quàm viuere sub tremore. Sanè hæc in primis grauissima pœna afficiet impios, dũ vinculis morborum detenti, cubiculo obscuro detrusi, cito se rapiendos nosc unt ad tribunal diuinum.
Sap. 17. Sap. 17. *Neq; enim quæ continebat illos spelunca sine timore custodiebat.* Crediderim spelunc am vocari infirmi hominis lectum, aut cubiculum, qui enim libero cœlo peccabat, tãdem morbo correptus incidit in morbum, nigroq; clauditur cubiculo, quasi carcere, vbi miserè decerpitur timore iudicij immi nentis, vt dicat Eusebius apud Hugonem in
Euseb. præsenti. *Cùm ad hoc custodia crudelis ventũ fuerit, vbi iam futuri iudicij ipsa sui expectatione defecit pœna, solus mœror occupauit animã omni solatio destitutam.* Equidem sæuissima decerpitur pœnà impius, dum iudicium inexcitabile custoditus expectat.

§. XI.

Mala præsentia vehementissimè augentur ex futurorum metu. Qui solus nos solicitare debet in malis præsentibus.

IN hac vita non magnum puta malum illud, in quo omnes timores absorbẽtur, sed illud omnium maximum, est, quod dũ cruciat, simul futura facit timeri. Nondum mala ipsa veniebant, sola signa videbãtur, & signis Solis visis homines arent. Cur sola signa mali tàm nociua hominibus sunt? Sanè nõ de malitia sua, sed de socio timore futurorum. *Arescentibus*, ait, *hominibus præ timore, quæ superuenient, &c.* Et minima etiam mala maximas vires summum ad torquendum ex timore futurorum. Tormentum Ægyptiorũ, dum tenebris affligebãtur, sic depingit Sap. cap. 17. *Apparebat autem illis* Sap. 17.
subitaneus ignis timore plenus, & timore percussi illius, quæ nõ videbatur faciei, æstimabant deteriora esse, quæ videbantur. Et quidem longè deterius fit malum præsens ex timore illius, quæ nondũ cernitur, timor enim vtrùmq; malum adauget, & præsens, & futurũ: quia cum nesciat futurum nõ nisi maximum exhibere, inde præsens vehementer exacerbatur. Ad hæc pulchrè dicebat Hugo: *Pessi-* Hugo.
mus est in dubijs augur timor, nã si quæ latẽt, peiora putat. Vndè Ægyptij dolore præsentium, & futurorum timore perturbati, quæ in præsenti patiebantur, deteriora putabãt, quàm essent. Auget semper etiam minima mala futurorum timor, adeò, vt vix sentiretur malũ præsens, nisi ex socio timore futuri. Dauid Psal. 187
aiebat: *In me pertransierunt iræ tuæ, & terrores* Psal. 187.
tui conturbauerunt me. Ecce tibi nõ ipsa Dei ira turbat Dauidem, sed illũ quasi indolenter pertransit; ac dolor, & turbatio ex socio terrore accesc it, & pũgit animum. Vt peccatores perturbet, & affligat Dei ira, nõ venit sola, sed metum futuri secum semper affert, quo exacerbatur malum, & quæ forsan sola ira esset, de socio timore non ira dicitur, sed iræ. Indè dicebat D. Greg. lib. 7. Mo
ral. cap. 3. *Interni quippe iudicis postquam iræ* D. Greg.
pertranseunt: etiam terrores perturbant, quia iã aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna vltione formidamus. Non esset Dei ira, quæ sine timore futuri pertransiret; sed tunc ira Dei, imò non ira, sed iræ multæ, & grauissimæ dicuntur pertrãsire, cùm in præsenti malo futurum formidamus. Nouerat id sanctus Iob, dum lethalem morbũ ex solo iudicij timore æstimabat inquiẽs, cap. 7.
Ecce nũc in puluere dormiã, & si mane me quæsieris, non subsistam. Fatetur se iã pulueri reddi, & nihilominus solicitatur de inquisitione diuina, dũ ait, si manè me quęsieris, hoc est, si lucerna accensa mea facta inuestigaueris: hæc illi cura, hæc solicitudo, hic stimulus illum vehementer pungebat, etiam sub mortis falce constitutum. Ad quæ D. Greg. D. Greg.
lib. 8. Mor. cap. 21. *Præsenti iam pœna premitur, & adhuc de futuris grauius vrgetur. Ac si apertius*

apertius deploret dicens: In præsenti quidem mor tẽ iam carnis patior, & tamen adhuc de futuro iudicio grauiorẽ morte districtionis tuæ sententiã pertimesco. Interũ pro culpa sustinens, sed adhuc ad iudicium veniens culpas restitui, & post interitum formido. Hic vnus futuri metus, & timor mala omnia præsentia, imò ipsam mortem acuit, & reddit amarissimã, & hic vnus metus in malis omnib⁹ debet esse præcipuus. Ille infidus œconomus solũ vocatur ad examen, & dum adhuc bonis incũbit, vocantis voce oppressus statim venturæ egestatis ruborem intolerabilem sentit dicens, Luc. 16. *Mendicare erubesco.* Quis te cogit mendicare O miser? Modo sola ratio villicationis petitur, necdũ bonis priuaris, cur iam mẽdicitatis rubore torqueris? Sanè intolerabilis est in quouis malo cõscientia timida scelerũ. Chrysol. ser. 125. *Confusionem futuri iudicij pertimescit, in quo iam nõ pœnitendi tempus est, sed pœnarum, & vbi reus plus de conscientia, quam de Gehennæ erubescit incendio.* Intolerabilior est semper conscientia meticulosa peccatorũ; quàm ipsum Gehennale incendium, dùm peccator iam mortis rudentibus tenetur; & ad iudicium vocatur extremum.

Luc. 16.

Chrysol.

§. XII.

Inter ipsam deploratam salutem, adhuc vana expectatio impios deludit.

QVousque impios vana spes deludet? Inter Solis, astrorùmque omnium, imò mundi vniuersi defectus, inter deploratam iam hominum salutem, inter ipsos timores, vel potius inter mortes ipsas, adhuc in impijs nescio, quæ expectatio viget. Arent homines præ timore, & expectatione, vbi omnia timenda proponuntur, quæ sibi expectãda impij cõfingũt, vt spe vana pereant delusi? De illis pulchrè D. Greg. lib. 8. Mor. cap. 7. *Iàmque impios vltor ad iudicium pertrahit, & tamen ipsi ordinatione solicita rebus transeuntibus occupati, nihil aliud cogitãt, nisi in hoc mũdo adhuc qualiter viuant. Relinquendo omnia, quasi possidendo disponunt: quia spes viuendi nõ frangitur, etiam cum vita terminatur. Iam ad iudicium trahuntur per sententiam: & tamẽ adhuc habendis rebus inhærent per curam.* Quid verius? Nunquam equidem impij dimittũt vanissimas spes, etiam cum animam dimittunt: videbis multos post deploratam à medicis salutem ad testamentum accedere, & relinquenda disponere, sed qualiter disponũt? Verissimè dictũ, nimirũ, *relinquẽdo omnia, quasi possidendo disponunt*, sic de bonis relinquendis agunt, vt videantur illa reponere sibi, non alijs relinquere: nunquam vana viuendi spes frangitur, etiam cum vita terminatur, etiam cum iudicium instat. Hos pulchrè depingit Isaias, cap. 28. *Flagellum inundans, cum transierit, erit eis in conculcationem: quãdocùmque transierit, tollet vos, quoniã mane diluculo pertransibit in die, & in nocte.* Quibus expendenda est ratio, propter quã dicat, funditus euertẽdos esse impios à Dei flagello, nimirùm, *quia mane diluculo pertrãsibit in die, & in nocte*: non quia in die, & in nocte transibit, sed quia singulis diei, & noctis horis *pertransibit*: pertransire res dicitur, quo tota complete, & perfectè transit: quia ergo singulis horis sic flagellum petransibit, vt totum iam videatur finitum, semper spes euadẽdi crescet, & miseros sic deludet, vt accedẽte protinus flagello funditus perdãtur. Id quod expressit septuagintæ lectio aiens: *diluculo per vos pertransibit, & in nocte erit spes mala.* Et quidem impij sic calamitatum fluctus excipiunt, vt singulas vltimas æstiment, & post singulas lucem, & serenũ sperent, & mala hac spe innixi vsque in extremam perditionem cadant. Quò spectabat Iob cap. 11. fatus. *Oculi autem impiorum deficiant: & effugium peribit ab eis, & spes eorũ abominatio animæ.* Vel, vt manifestius ad rẽ legit catena Græca: *Salus autẽ ipsos deficiet, spes enim eorum perditio.* Adhuc in ipsa perditione constituti spes alunt, quibus miseri funditus euertũtur. Hoc curat hostis noster reproborum rex, vt minimè extinguatur spei scintilla, qua facilius impij pereant delusi. Naas Amonitarum rex. 1. Reg. 11. sic ad Oratores venientes ex Iabes Galaad dicebat. *In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruã omnium vestrũ oculos dextros.* Nõ duos oculos eruit, sed alterum tantum, in quo acutè recognoscit diaboli astutiam Petr. Damia. lib. 6. Epist. 5. inquiens: *Sapè malignus hostis reprobo homini potiorem partem sanctitatis* (nimirùm dextrum oculum) *adimit, minorẽ verò* (nempè sinistrũ) *artificiosa suæ caliditatis industria relinquit: vt in eo quod tollitur, sit occasio damnationis, vt pereat: in eo verò, quod remanet, de spe fiduciæ præsumatur, vt peccator ad pœnitentiam non recurrat.* Sic diaboli astu vana spes fundata in friuolis, in reproborũ mente nutritur, quæ eorum certiorem facit ruinam.

Isaias 28.

Iob ca. 11.

1. Reg. 11.

Pet. Dam.

Luc. 22.

*Luc.*21. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.

§. XIII.

Sanctissimi quique viri suspectum, sibi habebunt districtum Dei iudicium.

CVR antè Dei tribunal, non arescant timore hominès terreni, quando & cœlestes virtutes, hoc est, sanctissimi viri mouebuntur, & cauebunt sibi? Sanè in Dei iudicio districto nullus homo, & si sanctissimus non metuet, & sibi cauebit. Prudentissimæ illæ virgines, dum vox venientis sponsi appropiat à socijs rogantur, vt parum olei cõ modent, at illæ, sic continuo respondent, *Matt.25.* Matth.25. *Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes.* Bonæ virgines, cur tam duræ estis in sorores? Tantillum est à vobis oleum procuratum, vt nec paruum alijs valeatis porrigere? Nonne ideò pruden tissimæ vocamini, quia mẽsurã olei, & coagi tatã, & supereffluentẽ prouidistis? Sed in stricti iudicis aduẽtu, quæuis abũdãtia disparet; & plenissima vasa sibi à vacuitate timent. D. *D. Cæsari.* Cæsari. Arel. in præsenti dicebat. *Tantus terror, & tanta exinanitio erit in die iudicij, vt etiam illi, qui oleum misericordiæ se intelligunt abundantius præparasse, metuant ne eis possit ad omnia peccata redimenda sufficere.* Quæuis superabundantia apparebit inopia in illo tremendo iudicio; nemò tot meritorum cumulos repositos habebit, qui, dum ad tribunal Christi accedat, non dubitet, an satis sibi prouiderit. Quis plura congessit misericordiæ opera, quàm Iob? Is oculus fuit cæco, pes claudo, omnium rerum sustinuit iacturam, hostium rabidissimorum tela hausit sustinens, & nihilominus, ait, cap. 8. *Si mane me quæseris, non subsistam*: quasi dicat, si matutinus veneris ad meorum operum inquisitionem, ad rationem vitæ exposcendam, non subsistam, te iudice causa cadam, nihil inueniam, quo me in iudicio fulciam. Cur hoc dicat lectissimus vir? Sanè sic vniuersi electi afficiuntur voce iudicis, vt nihil in se videãt, quo eius sententiam fugiant. D. Greg. lib. *D. Greg.* 8. Moral. cap. 21. ait: *Quantalibet enim iustitia polleant, nequaquam sibi ad innocentiam, vel electi sufficiunt, si in iudicio districte requirantur. Sed hoc nunc ad solacium suæ ereptionis inueniunt, quod nequaquam se posse sufficere humiliter sciunt.* Non plena laborum horrea, sed cognitio, & temporaneus pudor vacuitatis potest facere, vt iustissimi quique ante tribunal Dei intrepidi valeant stare. Etenim posita diuina inquisitione, nec Iob subsistit, nec iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens, si Deus velit ad iudicium intrare. Sed Seraphim stans ante Dei thronum; stetit quidem, verum multo tremore, & terrore se cælans ne videatur. Accipitè Isaias c.6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* Quid plura? *Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, sed alæ alteri, duabus velabant faciem.* Ipsi equidẽ Seraphim, dũ diuino throno sistuntur, nihil in se inueniunt, cui fidant; & multa sentiũt, quæ operiãt timidi. Ad hæc *Isai.c.6.* D. Chrysost. fatur. *Seraphin stabant in circuitu.* *D. Chrys.* *Quid faciebãt: & quid dicebãt, qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem nulla, verùm timoris, ac stuporis plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alijs velabant faciem.* Quis suis operibus fidat coram Deo iudice, quando & Seraphim ipsa nihil fiduciæ, sed omnia horroris, & timoris plena ostendunt? Et quidem non fiducia, sed timor humilis iuuat apud tantum iudicẽ, qui Matth.22. dum intrat nuptiarum domũ discussurus conuiuantes, nullo prius offenditur, *Matt.22.* quàm confidentia intrantium, vndè condẽnans eum, qui sinè ornatu intrarat, ait, *ligate pedes illius*, cur prius pedes iubet ligari? D. Cyrill. Hieros. in præfatione ad Catech. ait. *Li-* *D. Cyrill.* *gate pedes illius confidenter intrantis.* Exue confidentiam, exue fiduciam, & de Seraphinorum more indue timorem, quisquis in conspectum diuini iudicis debes intrare. Huc reuoco illud, Psal. 51: *Propterea Deus destruet te* *Psal. 51.* *in finem, & euellet te, & emigrauit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti, & timebunt, & super eũ ridebunt, &c.* Vbi enim Deus in peccatores adeò irascitur; etiam iustissimi quique adstabunt timidi. Id quod ponderans D. Hilar. ait. *Quanto er-* *D. Hilar.* *gò has damnationes peccatorum, & præsentis, & æternæ calamitatis, sancti quiq; metu contuebuntur, quia punitorum contemplatio sit terribilis exẽplo? Videbunt ergò iusti, & timebunt, nihil non sibi metuendum in tanta horum calamitate intelligentes. Sed quia iusti sunt, licet timeant de exemplo, tamen de fructu propriæ iustitiæ gaudebunt.* Hæc ille.

§. XIIII.

Excluſis virtutum apparentijs viſebuntur nuda peccata. Vbi quod hypocriſis ruinam trahat.

HEV vos hypocritæ, parietes dealbati, qui ſicut luminaria modo lucetis in mũdo, qui cœleſtia decora de foris exhibetis oculis ſpectantium, cum intrinſecus lutũ, cænumque vitiorum habeatis. Ecce dies Domini veniet, & virtutes cœlorum mouebuntur, motuque dato horrendo excutientur, quæ extrinſecus efficta erant cœleſtia decora, nudeque vitæ veſtræ lutum, & pudendum ſce-
Iſai. 2. lus reuelabitur. Iſaias 2. *Dies Domini ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur: & ſuper cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos; & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum, & ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne, quod viſu pulchrum eſt.* Expende, quo vniuerſa diuini iudicis ira ſpectet, nimirũ, ſuper omne quod viſu pulchrum eſt, hoc eſt, ſuper illos omnes, qui ſolum curant placere oculis ſpectantium, qui cum fœdiſsimis inferni rudentibus intrinſecus teneantur, nituntur extrinſecus cœleſtia videri luminaria. Ad hæc Petrus Da-
Petr. Da. mian. epiſt. ad Blancam, cap. 7. fatur: *Venit & dies Domini non ſuper omne, quod pulchrum eſt, ſed ſuper omne quod viſu pulchrum eſt, quia diuini pondere iudicij premitur ille, qui intrinſecus quidem vitiorum latenter ingruentium deformitate confunditur, foris autem quadam adumbrata virtutis, vel potius honeſtatis pulchritudine palliatur.* Ille ille premitur iudicij pondere, qui ſolum viſu pulcher eſt, qui de foris tãtum cœleſtis apparet: & quidem inter furẽtes extremæ tempeſtatis motus nequit dubitari, quin decora omnia non animo infixa, ſed extrinſecus ſolum efficta excutiantur, & maneant turpitudines reuelatæ. Quod ideo citius fiet, quia hypocriſis, & effictio ſemper ſolent in primis inueniri à tempeſtate, & extremæ ruinæ præbere aditum. Furioſa equidem fuit illa tempeſtas ad Iobi tentationem excitata, de qua dicitur cap. 1. *Ventus vehemens irruit à regione deſerti, concuſſit quatuor angulos*
Iob c. 4. *domus, &c.* Expẽde, qui prius cõmoueantur, imò quatiãtur à tempeſtate, nimirũ, quatuor anguli domus; cur anguli domus citius inueniuntur à tempeſtate, & concuſsione patent? Orig. in catena Græca rẽ attigit aiens. *Eò verò quod quatuor domus angulos ventus cõcuſsit, diſce in angulis plateaꝝ, hypocritas ad orandum conſiſtere.* Res petenda eſt ex Matth. 6. vbi Dominus, ait: *Non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis plateaꝝ ſtantes orare, vt videantur.* Pulchrè ergo Origenes notat, indè in primis à tempeſtate concuti, & deturbari domus angulos, vt pote hypocritarum ſedes: vbi enim eſt hypocriſis, & adumbrata ſolum virtutum imago, illac aditus patet concuſſioni, & ſæuienti tempeſtati; vt excuſſa effictio amplius patere faciat turpitudinem occultatam. *Origen.* *Matth. 6.*

CAPVT II.

De aduentu Iudicis.

TERRITIS vniuerſis hominibus, & præ expectatione areſcentibus, præcurſor venientis iudicis ignis aderit, qui vniuerſum orbem cõflagrabit, purgabit. Nulli viuentium flamma parcet, nõ impio, nõ iuſto, illi præguſtatio erit æterni ignis, huic conflatorium exiſtet macularũ. Nouiſsimè autem inimica deſtruetur mors; nam ecce tibi aduerſus illam claſsicum ſonat, canet enim tuba, cuius cantu longe verius, quam Amphionis Lyra Thebani muri, omnium hominum corpora reparantur. Forſan cuſtodes Angeli indiuiduam pupilorum ſuorum materiam cognoſcentes, illam extrahent etiam à mundi angulis, & diuina operante virtute interminabilem vitam vniuerſi homines guſtabunt. Quid tunc? Simul congregabuntur vniuerſi in Ioſaphath vallem, vbi diuiſis iuſtis ab impijs venientis iudicis pompa, & comitatus omnium oculis paret. In primis ſplendentis Angeli manibus ſignum crucis, quaſi imperatorium, lebarum, deindè tota cœleſtis militia, & pulcherrimũ, & glorioſum præbebit ſpectaculum: tãdem iudex in ſumma throni conſidens maieſtate. Ex tunc ſeri damnatorum fletus, & tempeſtiui iuſtorum cantus nobili triumphatori Ieſu applaudent.

Matth. 24.

Matth. 24. Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & maiestate.

§. I.

In iudicio nil remanebit, quod possit iudicis seuerissimi misericordiam pulsare.

EXpendendum in primis est illud *tunc* ad quod tẽpus referatur, nimirùm, post omnium viuentium ruinam, post orbis conflagrationem, postquam nil in mundo virens, inter omnium mundialium steriles cineres iudicis aduentus celebrabitur. Ait Ioel cap. 2. *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.* Ecce tibi, quæ terra antea mille voluptatis hortos prætendebat, imò tota ipsa paradisus erat innumeris fructibus diues, flammis combusta sterilescit, & instar deserti penitus aret. Cur hoc? *Neque est qui effugiat eum*, nimirùm, vt nulla sit impio spes euadendi, quod exprimens Chaldæus, ait: *Sed nec liberatio est impij in eo*, adusto prius orbe terrarum, & in sterilem desertum redacto venit seuerus iudex ne quid videat hominibus salutare, quo à sæuiente ira valeat reuocare. Et cur post adustam terram, & sterilicentem iudicium erit, nisi vt nihil appareat, quòd possit iudici misericordiam in homines suggerere? Dum terra fœcunda fructus pareret, quibus homines cibaret, simul, & aspicienti persuaderet, vt hominibus opẽ præstaret. Indè est, quod terra exuritur, ne veniens iudex videat, quid hominibus fauorabile, & omnis salutis aditus intercludatur. Explico rem, & præfero Cainum crudelissimum parricidam, qui, vbi rabidissima ira in Abelum æstuabat, ait fratri Genes. 4. *Eamus foras*, siue, vt Ambr. legit: *Eamus in campum*: quod si quæras cur in campum adducit fratrem? Cur non potius in nemus aliquod arboribus consitum, quæ facinus possent obumbrare? Cur non ad pomaria, vt magis virus simularetur? Sanè cauebat rabidissimus homo aspectum, qui possit exemplum lenitatis in homines ministrare, & ideò pomaria, & nemora cauit, ne inter tot fructus salutem, & commoditatem homini propinantes furiosum eius cor aliquid pateretur humanum. Accipite D. Ambros. lib. de Cain 2. cap. 8. fantem. *Merito dicit, eamus in campum, non dicit eamus in Paradisum, vbi poma florẽt, non in aliquem fructiferum locum. Parricida terrarum fœcunditatem fugit, veritus ne largior boni terra prouentus triste facinus impediret: & liberalitatis genitalis, quæ facit sibi fœtus, & fructus varios germinascere, in hoc criminis apparatu, vel muta specie sui fraternũ reuocaret affectũ.* Cauet furiosus homo aspectum creaturarũ, quæ proficuæ sunt hominibus, & salutares, à quarũ aspectu possit furor quilibet, & si immanissimus frangi. Et quem non frangat muta creaturarum ad misericordiam persuasio? Nolo vobis debere rem à Rupert. merito notatam: Is lib. 7. de Victor. Verbi Dei, cap. 24. sic de Cyri primis incunabulis, Pompeio Trogo authore, scribit. Infans de filia Astragis per aui inuidiam datus est occidendus. Is verò cui necandus infans traditus est, veritus ne infantis necati vltionem mater eius quandòque in ipsum exigeret: pastori regij pecoris puerum exponendum tradidit: forte eodem tempore, & ipsi pastori natus erat filius. Eius igitur vxor, audita regij infantis expositione puerum proferri, sibique ostendi summis rogat precibus. Cuius precibus fatigatus pastor, reuersus in Syluam inuenit iuxta infantem caniculam paruulo vbera præbentem, & à feris alitibusque defendentem. *Motus & ipse misericordia, qua motam etiam canem viderat, puerum defert ad stabula, &c.* Quem non flexerant pueruli lacrymæ, innocentis infantis miserrimus status, flexit aspectus feræ illi opem præstantis, vt videas, quam validæ sunt mutæ creaturarum voces ad flectendum etiã crudelissimum cor, si videantur ipsæ salutes præstare. Merito ergo Cain, vt nutriat iram in fratrem, sterile solum quærit, & prorsus fructifera loca cauit, veritus ne largior terræ prouentus triste facinus impediret. Quid plura? Similiter seuerissimus vltor iniquitatum supra adustam, & cineream terram tribunal statuit, ne vel virgultum appareat, qui possit salutarem affectum in homines excitare.

Ioel c. 2.

Chald.

Gen. 4.

Ambros.

§. II.

Inter iudicij discrimina signum crucis iustis præstabit securitatem.

IAM virtutes cœlorum inter tot terrores commotæ habent vndè possint fulcirii: ecce vobis, dum aduersus rebelles sæuit Dei ira, parebit signum filij hominis, hoc est, crucis vexillum, sub quo non habent iusti, quòd timeant. De illo D. Cyprian. serm. de Natiu. ait. *Non timetur mortis periculum* D. Cypria. *vbi tantæ reuerentiæ conspicitur signum.* Etiam si vniuersæ inferorum legiones in arenam prosiliant, & totas Gehennæ flammas iaciant in homines, adeò vt præ timore commoueantur ipsæ cœlestes virtutes, vbi signum crucis appareat, omnia iustorum hominum fient in tuto. Memini Iesum Dominum expellendo ab homine Dæmoni dixisse Marci. 5. *Quod tibi nomen? Respondit: legio.* Et quidem integra Dæmonum legio miserum homunculum impugnabat, nec expugnabat: quòd meditatus Chrysolog. sermon. 17. fatur. *Euidens est desidia militis si non confugere pertimescat, vbi vnum numeroso hoste fortiorem præuideat esse captiuum. Ad præsentiam regis isti, quid sunt, qui vt vnum necdum tyronem caperent, toto cohortis suæ agmine conuenerunt? Vbi essent, si vexilla crucis iam ibi, si Christi signa vidissent? Age Christiane, incede securus, manus tanta, & tam multa, quæ sic metuit inermem, procul fugiat, si videat, si sentiat armatum.* Non vniuersæ inferorum legiones, non cuncti mundiales terrores possent tangere illum, in quo appareret Christi vexillum, crucis signum: hoc vno muniti iusti nihil timent, omnimodæ prosperitatis sumunt auspicium. Vndè pulcherrimè D. Ambros. serm. 45. ait. *Nonne, cum adhuc gentilis esses, solebas signa perquirere: quæ signa quibus rebus essent prospera, magna inquisitione colligere? Iam nunc volo erres in numero, scito quia in vno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur æternæ. Qui in hoc signo iter facere aggreditur ad cœlum vsque perueniet.* Non erres iam per alia signa, non est cur alia consulas, imò nec debes aliorum meminisse, dum pro te habes salutiferi ligni signum, à quo vno omnia in te prospera proficiscuntur. Apud Genes. capit. 1. post cœli fabricam, ait Dominus: *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem, ac noctem; & sint in signa.* Tot signa fecit, quot Stellas, sub quibus homines viuant, tempestates præsagiant, imò annorum abundantiam prænuntient. Sed dum capit. 2. recolluntur Dei opera, sic dicit. *Istæ sunt generationes cœli, & terræ, quando creatæ sunt, in die, quo fecit Dominus Deus, cœlum & terram. Et omne virgultum agri, &c.* De quo pulchrè addubitat D. Isidorus, cap. 2. in Genes. inquiens. *Quid sibi vult, quòd nunc nominato cœlo, & terra, adiecit virgultum agri, & tacuit cætera, quæ sunt in cœlo, & in terra?* Cur in hac re capitulatione, nec meminit signorum, quæ in cœlis posuit? Equidem inutile esset signa alia meminisse, vbi in agri virgulto adumbrabatur, iam salutiferum crucis signum: alia merito reticet signa, ne erres; virgultum adiecit, vt scias, quia in vno signo crucis omnium rerum tuta est prosperitas. Quandoque enim in terra, & in cœlo signa desolationis parent, verùm crucis arbor nunquam non offert aditum saluti humanæ. Ille parricida Absalon cœlo exosus, terræ abominabilis, in arboris ramis pendens, dum diù tenetur, mille euadendi occasiones habet. De quo sic 2. Reg. 18. dicitur: *Cum ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cœlum & terram mulus pertransiuit.* Nec paruum dubium est, cur volens Deus punire parricidam, non illum tradidit terræ, vel cœlo puniendum, sed dimissa terra, & dimisso cœlo, illum tradidit arbori? Sanè volens Dominus, & in ipsa pœna aliquale spatium euadendi offerre homini, non illum terræ, nec cœlo tradidit, sed arbori, quæ sola iam ex cruce habebat virtutem offerendi aditum saluti humanæ. Ex quo dicebat D. Chrysostom. Psalm. 3. *Era: Absalon suspensus in medio cœli, & terræ: cœlum eum non admittebat, si enim primum insurrectorem eiecit diabolum, quomodo ipsum insurrectorem secundum admisisset? Terra eum auersabatur, non ferens pollui passibus parricidæ. Si enim Dathan deuorauit, qui contra Moysen fuerat locutus: quomodo potuisset ferre pedes currentes aduersus genitorem?* Querebat Dominus iuxta Chrysostomum, aliquem, qui sustineret paulisper parricidam, & sceleratum hominem; cœlum autem non sustinuit, quandoquidem statim euomuit desertorem Angelum; terra quantotius illum voraret, vt Dathan vorauit, ideò nec cœlo, nec terræ, sed arbori illum tradidit; sola enim arbor

Genes. c. 1

D. Isidor.

2. Reg. 18

D. Chrys.

arbor scit præstare aditum saluti humanæ; Et inter cœli fulmina, & terræ hyatus salutiferæ arboris brachia longissimum præbent euadendi spatium. Indè est quod post cœli terræque creationem, ante Stellas, ante Solem, ante animantia, præmissa sit à Deo ligni creatio: *Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum.* Quòd lignum pomiferum? Nimirùm, quòd adumbraret viuificam crucis arborem iustis hominibus salutarem. Verba expendês

D. Anast. D. Anastas. Synaita Examer. lib. 3. fatur. *Dixit Ecclesiæ, vt germinet lignum crucis, sed nobis solis fertile.* Et quidem lignum crucis ad omnes sufficit, sed iustis hominibus fertile est, summa illos replens benedictionum abundantia.

§. III.

Passionis Christi signa maximè impios in iudicio torquebunt.

A Signo crucis viso, quid prius ostendent, quàm lacrymas, quàm gemitus? *Tunc plangent omnes tribus terræ.* Sanè signa illa, sub quibus militarunt, & Christianam religionem florescentem viderunt, & pericula mille diaboli euaserunt, & pietatis opera aliqualia ediderunt, misere torquebunt, & diuerabunt impios Christianos. Cùm Israelitæ, & patria, & templo expoliati in miseram captiuitatem ferebantur, nonnulla templi instrumenta secum ferebant, quæ crebro cernere cogebantur.

Psal. 136 Ad quod respicientes, Psalm. 136. aiunt. *In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra.* Heu miseri ad ripas fluminis exulantes, sine tecto, sine penetrali, organa & instrumenta templi suspendebant è salicibus, vt sic essent præ oculis omnium. Et quænam est hæc exaggeratio miseriæ Israeliticæ? Quanta erat calamitas, quòd instrumenta templi præ oculis haberent? Rem attigit

Chrysost. Chrysostom. ibi dicens. *Qua nam de causa tulerunt organa sua, cùm in captiuitatem recederent, qui eis minimè vsuri erant? Hoc quoque fuerat à Deo prouisum, vt vel in aliena regione haberent monimenta prioris reipublicæ, magisque morderentur, & ægrius ferrent, dum religionis, & Dei cultus illa signa viderent.* Quis miser non molestissime ferret aspectum signorum illorum sub quibus aliquandiù vixit fœlix? Quem exulem non acriter mordeat signum amissi status, in quo florebat, in quo fœliciſsima quæque sibi auspicabatur? Sanè mordebantur Iudæi, & excruciabantur, dùm in exilio videbant instrumenta illa, quæ fœlices habuerunt, vt sibi perennitatem bonorum compararent à Deo. Similiter & reprobi Christiani, dum in æternum mittuntur exilium, antequam nigro sepeliantur in carcere; coguntur videre medio aere suspensa crucis, passioni que Christi Domini signa; vt pristini status monimenta recognoscant, magisque mordeantur, dum pristinæ fœlicitatis, salutisque speratæ signa videant. Sic fœlicitatis præteritæ signa mordere solent miserorum animos, vnde Dominus anxie curauit, vt mirabilium suorum signa iugi recordatione à populo nequam celebrarentur. Quid magis familiare Iudæis, quàm mirabilia facta, in mari rubro facta in eremo vbi de petra melle saturati fuerant, & cœlesti rore in dies ditabantur? Hæc notissima Iudæis, hæc ipsi frequenter factant, & in omnium ore versantur. Nec id sine Dei prouidentia, vt quo notiora, & apertiora tot fœlicitatum, & victoriarum signa præ oculis sint, eo euer sionis calamitas acerbius exædat Iudæorum animos. Pulchrè aiebat D. Zeno serm. 2. in Exod. ait. *Verumtamen Iudæe, quid monumentis tui criminis gratularis? Ad hoc sanè in eremo aquam de petra bibisti, manna de cœlo gustasti, vt cum esses ad egestatem post modum deuolutus præteritorum bonorum recordatione acrius torquereris.* Ad hoc seruantur à Deo monimenta bonorum, vt acerbiora sint mala reprobandis, ad hoc signa victoriarum, & triumphorum reliquuntur versari ob oculos captiuorum, vt clades augeatur, & ipsi acrius torqueantur. Nõne immensè cruciabitur miser dæmoniorum mancipium, cùm videat signum crucis, sub quo ipse aereas sæpius debarat potestates? Sub quo innumera sperarat bona, quorum posset fœlix possessor euocari? Crediderim hoc reprobis fore ipsa Gehenna grauius!

D. Zeno.

§. IIII.

Impios sera, iustos tempestiua cruciat pœnitentia.

ECCE quos maximè exhorruistis dies luctus tandem aduenit; dicit enim: *Tunc plangent omnes tribus terræ:* Nullus

peccator liber à lacryma, liber à planctu, sed infelices reprobi tunc soluentur in luctum, quando iam per tempus non licebit fructus lacrymarum matureſcere. De illis Sapient. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur insubitatione insperatæ salutis. Dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes.* Ad lacrymas, ad gemitus, ad suspiria confugient miseri, sed in casum, quia post tempus transactum, vndè D. Basil. regul. 261. ex breuioribus, ait. *Ommissa ex negligentia idonea occasione in qua rogationem fieri potuisset, postea alieno tempore, & in casum rogant.* Cassa, & vana promunt suspiria, infructifera, & prorsus sterilia edent lamenta, quia nimis præpostera, & sera fient. Præclarè isti à D. Iuda in Canon. vocantur, *arbores autumnales bis mortuæ*, ex quibus Hugo præfatum sapientiæ locum, sic illustrat inquiens. *Sera nimis erit illa pœnitentia. Erunt enim illi quasi arbores autumnales, quæ florere incipiunt, quando fructus aliarum arborum comeduntur.* Quando pœnitentiæ fructus metuntur à iustis in exultatione, quando in cœlestibus horreis superefluant maturæ segetes lacrymarum, tunc impij incipient flere, incipient pœnitentiam agere, arbores prorsus autumnales, bis mortuæ, & corpore, & anima. Fœlices iusti viri, qui tempus lugendi prænoscentes, non cum metunt, sed cum seminant temporaneum, & serotinum imbrem lacrymarum amittunt. Lacrymis castigantur, & luctu, sed tempore suo, tempore salutari nimirum, cùm lacrymarum possunt percipere fructum. Prouerb. 16. *In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quasi imber serotinus.* Quæ verba ponderans alibi datus Guarricus serm. 3. in Ramis expendit, qualis imber à conspectu Dei in iustos homines descendat, nimirum, serotinus, hoc est, tempestiuus ad maturandos fructus, habēt enim à gratio Dei conspectu homines, vt peccati vulnus lacrymis impleant eo tempore, quo perfectā accipiant salutem. Etenim exempli gratia dicit: *Mox enim, vt Dominus respexit Petrum, Petrus de clementia pijssimi vultus suscepit imbrem serotynum, lacrymas post peccatum.* Non lacrymas post mortem, quandoquidem istæ ab autumnalibus, & bis mortuis arboribus decidunt, sed post peccatum immediatè, vt fructus pœnitentiæ cernatur in tempore suo. Illas lacrymas afferet secundus Christi aduētus in mundum: has intulit primus, vt dicat Oseas cap. 6. *Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ.* Vbi enim vultus regis nostri apparuit in terra, videres peccatores oppor tuno tempore se dedere luctui, & tunc lacrymas fundere, cū fructus possit sperari auctior, & maturior. Ad hæc D. Cyprianus serm. in Cœn. Dom. ait: *In huius præsentia Domini non superuacuè mendicant lacrymæ veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quoties te in conspectu Domini video suspirantem, Spiritum sanctum non dubito spirantem: cùm intueor flentem, sentio ignoscentem.* A tanti præsentia regis, cùm hoc se nobis tempore insinuat, nullus imber ad nos venit non temporaneus, & serotinus: nullæ lacrymæ, quæ æternæ mendicitatis ruborem patiantur, sed potius, quæ maturos pœnitentiæ fructus diuites exhibeant.

Sap. 5.

D. Basil.

D. Iuda.

Hugo.

Prou. 16.

Guterr.

Oseas 6.

D. Cypria.

§. V.

Tempestiua Dominicæ passionis memoratio tota mellea est, nil habet amaritudinis: intempestiua autem plena felle inuenitur.

PArebit equidem passionis Dominicæ signum in die iudicij, noscentque manifestè vniuersi homines crucis mysterium, quid tunc impij? Tunc plangent, omnes tribus terræ, merito tunc non alius, nisi amarissimus planctus, & stridor dentium, & suspiria importuna rumpentia damnatorū viscera à Christi passione cognita proficiscuntur. Modo autem petra illa Christus virgis millies percussus dulcissima mella distillat, quæ simul ebibit iustorum oculus, & refundit. Ad hęc D. Cyprian. serm. de Cœna Dom. inquit. *Vide quomodo his, qui Christi commemorant passionem inter sacra officia, quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lacrymis nectareis anima delectetur. Non illos imbres procellosæ tempestatis suscipit; vos matutinus est de cœlestibus stillans, & quasi vnctio spiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem, & noctem retro & ante se affectio intuens, inter data condonando se diuidens, gratias agit, tàm veris beneficij largitori, & se sanatam agnoscens fletibus se abluit, & lachrymis se baptizat.* Quid suauius? Veniunt equidem à Christi D. Passione visa lacrymarum imbres, sed imbres, qui in impiorū oculis amarissimas, & procellosas tempestates effingent, verùm ad pios & iustos homines instar torrentis voluptatum, & matutini roris accedunt, vt supra omnes delicias necta-

D. Cypria.

nectareis lacrymis delectentur. Ideò Chri-
Cant. 1 sti dolores meditata sponsa, ait. Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Ecce tibi spinarum flagellorum, crucisque fasciculus inter vbera numeratur, inter vbera constituitur, sed ab vberibus nectarei dimanant fluctus, an & â myrrhæ fasciculo similiter? Equidem Christi passi instrumenta vniuersa inter vbera cõmorantur, & inter vbera connumerantur, vberibus prorsus similia in effundendo melle, in dulcedine communicanda. Quare D.
D. Bern. Bernard. serm. 43. in Cant. ait: *Hæc mea sublimior interim philosophia, scire Iesum, & hunc crucifixum. Non requirit vbi pascat in meridie, cum intueor Saluatorem in cruce. Illud sublimius, hoc suauius, & paratius. Panis illud, hoc lac. Hoc viscera replet parvulorũ, hoc replet vbera matrum: & ideò inter vbera mea commorabitur.* Non alia vbera requirat, quisquis in præsenti præ oculis habet Iesum, & crucifixum, Passionis Dominicæ signa, ex his nectarei exundabunt fructus, quibus tota mens ho-
Psalm. 35 minis dulcedines manabit. Psalm. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ad quæ Hesychius in cat. Græca, ait: *Domus Dei corpus est eius. Vbertas sanguis, & aqua, quæ à latere eius fluit, ex qua fideles omnes salutari ebrietate inebriati sunt. Torrens enim voluptatis fuere Christi pœnæ.* Quot Christi vulnera nostris repræsentantur in animis, tot voluptatum torrentes de interioribus fontibus excitantur: torrentes, inquam, non ab imbribus procellosæ tẽpestatis exorti, sed à matutino rore, & vnctione diuini spiritus exundantes. Sanè iustis Dominicus calix nihil aliud propinat, quàm quod dulcissima vbera propinarent: amaritudo, & dentium stridor reprobis in diem iudicij reseruatur, de quibus Psal. 10.
Psalm. 10 *Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Ecce tibi, quæ sit pars Dominici calicis impijs reseruata, nimirùm, ignis, sulphur, spiritus procellarum. Nec miror cùm enim iusti viri tempore opportuno diuini calicis latices gustarent, illis purissimæ dulcedines datæ sunt; fœces autem amarissimæ in fundo reseruatę fuerunt illis, qui nimis seri accesserunt ad diuinum calicem. Psalm. 74. *Calix in manu Domi*
Psalm. 74 *ni vini meri plenus misto*: nimirùm, passionis eius calix, quem à se ad nos etiam transire ali quando Dominus precabatur. *Inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fax eius non est exinanita; bibent omnes peccatores terræ.* Inclinatur passionis calix ad nos, quoties eius dolores meditamur; sed impijs huius vitæ meditationibus, & si gustatur calix, solum gustatur, quàm suauis sit Dominus, quidquid amaroris est, & felleum in fundo integrum reseruatur, vt bibant peccatores terræ in die examinis. Et merito soli tempestatis procellosæ imbres seruantur miseris in fundo Dominici calicis, qui dum per tempus licebat, nolue runt, nec primis labijs eius dulcedinem gustare, imò nec de illo cogitare. Memini in præsenti non absimilem seueritatem esse in pristinis sacerdotibus respectu peccatorum obduratorum; illis enim, quibus pax offerabatur dum viuerent, si illam contemnerent, vt peccatis indulgerent; postea in mortis articulo etiam, cùm lacrymis exorata negabatur: cuius seueritatis rationem grauissi-
D. Cypr. me reddit D. Cyprianus epist. 52. aiens. *Et idcirco frater charissime pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes: prohibendos omnino censuimus à spe communicationis, & pacis, si in infirmitate, ac in periculo cæperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium qui se non cogitauit esse moriturum.* Nimius rigor, sed forsan illo tempore, non adeò nimius videbatur, modo post Ecclesiæ diffinitiones minimè tenẽdus: sed semper illa mihi placet sententia nimirum, *quòd non est dignus in morte accipere solatium, qui nunquam cogitauit, se moriturum*; ex qua sic rem præsentem vrgeo, quòd non est dignus post mortem in Christi Cruce accipere solatium, qui nunquam cogitauit, nec æstimauit Christũ cruxifixum. Plangant ergo impij viso signo filij hominis in iudicio, lamententur, gemitibus, lachrymisque emissis areant: merito nõ aliud illis solatium Dominicus calix propinabit, quia dum opportunè potuerunt, nunquam voluerunt ad crucifixum respicere. Sic Dominicus calix opportune visus melleus est, dulcedinesque stillat; importune autem, cum videbitur felleus est, totus ignis, & sulphur, & procellarum spiritus.

§. VI.

Iesus in iudicio seueriſsimus iudex, quia extraneus, & ignotus, ab externis veniens.

NON parua exaggeratio timoris reorum illa est, quæ dicit, quòd *videbunt filium hominis venientem, &c.* non enim vnus è medio iudicabit, sed aliundè, à remotissi-

mis finibus mittetur iudex. Metuenda semper res est in hominum delictis, quòd non illa inquirat hordinarius oppidi iudex, sed externus à curia veniat inquisitor, ab hoc enim nihil licet expectari non seueriss nũ, & terroris plenum. Solet ordinarius iudex consuetudine molliri, reorum agnitione præhabitisque cognitijs frangi, at qui externus, qui ignotus, qui de foris venit totus durus apparet, & inflexibilis. Primus ille peccator Adamus post facinus perpetratum timore, & tremore possessus latebras quærit, in nullo alio constituens spem salutis, nisi in fuga. Cur non potius sperat in notissimi, sibique familiarissimi Dei clementia? Cur miseri non potius spei bonæ, quàm timori, quàm fugæ vos committitis? Ait textus cap. 3. *Cùm audissent vocem Domini Dei ambulãtis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, &c.* Sanè audierunt vocẽ iudicis non prægogniti, sed ambulantis, hoc est in habitu deforis venientis, & extranei: quo nihil non metuendum cogitarunt. Pulchrè Moyses Bercephaepiscopus Syrus lib. de Parad. part. 1. cap. 28. ait. *Sæpe quidẽ alias apparuerat Deus Adæ, & Euæ: paccatè, & blandè aliis vicibus apparuerat illis: at iam ita plane se repræsentat, vt suis illi sensibus percipiant, nimirũ humana specie formidabilis, difficilis, & quasi peregre aduenies.* Expende vndè prosiliant timores in primis peccatoribus, nimirum ex eo quod obijciatur iudex, quasi peregre aduenies, nunquam enim peregrinus iudex non formidabilis apparet, & difficilis. Vbi quasi peregre aduenies iudex obijcitur, cur non timeant, & fugiant rei? Ex quo lucem capiunt verba Isaiæ capit. 28. quibus de secundo aduentu Christi loquutus, vt placet Glossæ in additione 2. ait. *Vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum peregrinum est opus eius ab eo.* Equidem Dominus, vt faciat opus suum, nimirũ, opus iudicij, & vindictæ à patre sibi commissum; siue vt expressius loquitur Adamus, vt exerceat fortitudinem suam aduersus vos, & iustam sumat de vobis vindictam, illum habitum sumit, quo alienus, & peregre veniens in operibus suis apparet. Quid inde? Quid quod alienus appareat in iudicio Dominus? Pulchrè D. Hieron. *Non est opus Domini perdere quos creauit, sed facere opus alienum: quòd ad crudelitatem magis, quàm ad clemẽtiam pertinet.* Nil non crudele mediteris in iudice se operibus suis peregrinum ostendente, & alienum: vt enim Dominus opus vindictæ faciat absque vlla misericordia, cùm omni seueritate, & rigore, alienum se, & peregrinũ ostendit. Cum à curia venit iudex peregrinus, quàm maximè solet timeri eius rigor; quot tunc vincula? Quæ supplicia? Quæ bonorum spoliationes? Inde Isaias cap. 13. *Dominus exercituum præcepit militiæ belli venientibus de terra procul. A summitate cœli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram.* Non iam tradentur peccatores potestatibus mundialibus, vt puniantur; de terra procul, à summitate cœlestis curię venient iudices, venient iniquitatis vltores, ne impij aliud videant, quàm vasa furoris, & maledictionis extremæ. Quò respexit expressius Chaldæus aiens. *Venientes de terra longinqua à finibus cœli. Dominus, & vasa calicis maledictionis coram eo, vt disperdat omnes impios terræ.* Heu miser peccator, quis te liberabit à facie furoris diuini, quando & iudex, & vasa maledictionis extremæ de terra longinqua, à finibus cœli venient! Cùm hoc audio miror Iesum puerum in Ægyptum descendentem, & tamen Ægyptijs nullum inferentem malum. Nonne Ægyptij criminosi homines? Quomodo iudex transiens per tot crimina neminem punit, imò multa bona impertitur? Rem attigit Anastas. Sinaita lib. 3. Exam. inquiens: *Quando ex præsepe Bethlehen in Ægyptum, cum sua matre fugiente ab Herode versatus est: statim terra Ægypti detegitur, deponit tenebras Solis iustitiæ lumen induit, Versatus enim est cum proprio orbe nempè matre.* Itaque venit Sol iustitiæ ad Ægyptum, sed venit cum proprio orbe, venit in propria sede sua consistens, nimirùm, in matris suæ sinu, & ideò mansuetus venit, non terribilis. Eu quando è proprio orbe descendat, suasque sedes relinquat, vt veniat, væ peccatori, qui eius conspectui assistat.

Moiſ. Ber. *Gloſſ. 2.* *Hieron.* *Iſai. 13.* *Chaldæus.* *Anaſt.*

Matth. 24. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cœlorum vsque ad terminos eorum.

§. VII.

Iudicij timor colligit iustos, & asserit in tuto.

NON ociosè ad electorum collectionem præmittitur horribilis vox tubæ, sed vt pateat, quam multos collegit in vitam pauor iudicij futuri. Quo expectabat Amos

cap. 3.

cap. 3. inquiens: *Si clangerit tuba in ciuitate, & populus non expauescet?* Sanè non est popu lus adeò excors, in quo si tuba ventura iudicis audiatur, totus timens, & tremens non se recipiat ad bonam frugem, studeatque in timore operari salutem. Ad hæc dicebat Rupert. *In collectione electorum operatur etiam for tissimus iudicij terror auditus in omni mundo. Sequitur ergo: si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Tuba namque belli signum reuelationem ita designat venturæ.* Equidem timor est, qui dispergat oues Dei, illasque in inferno statuat, vbi pascua fiant mortis æternum duraturæ; sed est, & timor, qui congreget agnos, illosque ad Dei dexteram constituat. Qualis hic timor? Timor iudicij venturi, dum enim intonuisset illa extrema tuba auribus nostris, nemo esset qui non se ad bonam frugem recepisset. Psalm. 33. ait: *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos.* Quid est docebo, timorem Domini? Possumus ne errare in timore, adeò vt egeamus circa illũ Doctoris vigilijs? Possumus, & ideò magna cura inuestigandus est nobis timor ille, qui nos colligat in vitam, qui est timor extremi iudicij. Quòd meditatus D. Basil. in cat. Græca dicit: *Timor autem salutaris, & sanctificationis adductor, qualis nam sit, vis vt exponã? Cùm ad aliquod scelus patrãdum te accingis, cogita illud horrendum, & non ferendum Christi iudiciũ, &c.* Hic est verè timor sanctificationis adductor, quem vltima parturit tuba, & mentibus humanis ingerit memoria iudicij, vt illo affecti non deseramus sanctitatum, virtutumque cutricula. Quibus resonant Zachariæ verba, cap. 9. vbi sic. *Et Dominus Deus super eos videbitur, & exibit, vt fulgur iaculum eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine austri. Dominus exercitum proteget eos.* Expende, diuina protectio, qua iusti in tuto asseruntur, vndè oriatur, nimirùm, ex Domini aduentu instar fulguris, ex tubæ sonitu, qui minacem iudicis promat vultum, vt expressius insinuat Lectio Septuag. aientium: *Deus in tuba clanget, & ibit in commotione minarum suarum. Dominus omnipotens proteget eos.* Quos proteget, & tutos faciet? Vtique quos tubæ clangor minacibus vocibus deterruerat. Ita D. Hieron. *Denique iungit, & dicit: Dominus proteget eos, quos prius sua comminatione terruerat.* Fit sanè à Deo tubæ clamor minax, vt se se homines ad tutum recipiant, nec iræ diuinæ iaculis pateant, & venantium dæmonum effugiant laqueos. Quòd sibi à Deo sperabat Psalm. 90. *Quoniam ipse liberabit me à laqueo venantium.* Venatorum sors in eo sita est, quòd & laquei ponantur, & nullus strepitus fiat, sed in summo silentio sint omnia. Clangor ergo tubæ vniuersos venatores reddit vacuos, de quibus dicebat D. Bernard. ibi ser. 3. *Qui sunt venatores isti? Venatores vtique pessimi, & nequissimi, & crudelissimi venatores, qui cornu non sonant, vt non audiantur, sed sagittant in occultis immaculatum.* Eò spectant venatores diabolici, vt dum totus mundus scatet laqueis, vt dum ipsi iustis viris insidiantur, silẽtium fiat, nec cornu, nec tuba sonet. Verùm Deus in tuba canet, & proteget suos, illosq; in tuto asseret, irritis venatorum laqueis. Vide lib. 14. cap. 21. §. 8.

Rupert. Psalm. 33 Zach. c. 9. Septuag. D. Hier. Psalm. 90 Bernard.

§. VIII.

Separatio electorum à reprobis, maximum reprobis incutiet dolorem.

Mittuntur Angeli à Deo, vt omnes electos congregent ex quatuor mundi angulis; & mittuntur in hoc ministerium, cùm tuba, & voce magna. Quare cum tuba? Sanè Laban vbi à se discedentẽ Iacobum cõuenit, sic de illo quæstus est. Gen. 31. *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & timpanis, & cytharis?* Nil magis solemne apud homines, quàm quod dilectorum aduentus cũ gaudio, & timpanis, & cytharis excipiant. Quare Deus, vbi mandat electos suos sibi cõgregari, & adduci, non vult, vt hoc fiat cum gaudio, & timpanis, & cytharis, sed cũ tubarum horrore, & vociferationũ clamoribus? Crediderim id prouisum esse à Domino, vt ostenderetur extrema reproborum vastatio, & immedicabile vulnus ad illos profectum ex separatione electorum. Idẽ equidem erit electos congregari ad Deum, & bellum reprobis inferri, quo misere torqueantur. Quò spectat illud Isaiæ. cap. 3. *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea*: hoc est domesticos cœlorum, gloriæ ciues vocaui, quibus iræ meæ negotium mandaui, quid tunc per hos ministros actum est? *Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium. Vox sonitus regum, gentium congregatarum. Dominus exercitum præcepit militiæ belli, &c.* Ecce tibi & regalium hominum congregatio, & simul in impios belli intimatio; etenim exibunt Angeli Dei imperium ferentes, & congregabunt electos, & in aëris altitudine audietur vox sonitus regum, gentium congregatarũ, & indè bellum, gladius doloris veniet in vniuersos

Genes. 31. Isaiæ, c. 3.

uersos reprobos humi deiectos, qui vel hac sola separatione inenarrabilibus doloribus afficiẽtur. Equidẽ ait, Sap. c. 5. *Stabũt iusti in magna constãtia aduersus eos qui se angustiauerunt, &c.* Quia iustorum adunatio, & aggregatio in gloria pluet super peccatores sagittas, iarcum, & bellum: nec aliud videbitur in illa sanctorum collectione, quàm chorus exercitorum reprobis in dolorem oppositus. Sap. c. 5.

Apud Luc. 16. damnatus diues *eleuans oculos suos, vidit Abraham, & Lazarũ in sinu eius.* Ecce tibi Lazarus, & colligitur ad Deum, & simul ante faciem reprobi statuitur. De quo D. Titus Bastrenus, ait: *Vt Deus Adamo è Paradiso eiecto, ex aduerso Paradisi sedes assignauit: quò creber eiusdem conspectus dolorem instauraret: ita Lazarum in cruciatuum augmentum diuitis huius aspectui obiecit.* Comparat rem Paradisi, & rem iudicij diutini: Paradisus homini erepta flammeos gladios in hominem pluit, dum ante illius faciem statuitur, à quo cernitur amissa; sic sanctorum collectionem ante faciem reproborum statuit Deus, vt inde dolorum gladij prosiliant, qui miserorum transuerberent viscera. Luc. 16. D. Titus. Pulchrè Chrysol. serm. 22. *Quale est inter æternos cruces, de contemptu dolorem, de ignobilitate pœnam, de uilitate opprobrium sustinere: & tunc addici pœnis, quando alij promouentur ad regnum.* Vis scire quantus futurus sit dolor hic? Stephanus citatus à Talmanno in allegorijs, ait. *Damnati minus dolebunt de suo supplicio, quàm quòd carebunt consortio sanctorum.* Non tam gehennali cruciabuntur flamma, quam hac separatione ab electorum consortio. Quæ rabies hanc separationem sequetur? Qui zelus? Diues ille purpuratus dum esset in tormentis, non sic flammarum cupiebat refrigerium, vt iusti Lazari consortium: quippè pro ardoris refrigerio semel tantum orat, dicens: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Et refrigerium ardoris Gehennalis, & aduentum ad se Lazari postulat; in vtroquè repellitur, at ille quasi ardoris oblitus iterum pro Lazaro flagitat, *Mitte Lazarum in domum patris mei.* Negatum semel refrigerium non curat amplius; at negatam semel Lazari ad lectionem non desistit iterũ postulare, enixe contendens illum secum, vel inter suos habere, quasi maius quam à Gehenna tormentum habeat, ab eo quod Lazarum videat à se disiunctum, & inter filios Dei aggregatum. Pulchrè D. Chrysol. serm. 123. & 122. fatur. *Ante dixit, Mitte ad me. Modo dicit, Mitte ad fratres meos. Dolet, agit in felix, ne videat felicẽ: & zelo magis incẽditur, quàm Gehẽna. Est grauis illis malũ, est illis incẽdiũ non ferendum, quos aliquãdiu habuere contemptui videre fœlices.* Pro paruo haberet supplicio flammis absque refrigerio exuri, dum Lazari à se in Dei gloriam asciri caueret conspectum, hic illum conspectus mordet plusquã flamma, plusquam Gehenna, minus cruciandus si Lazarum non è regione positum, sed Lateronem, vel paulisper haberet. Creber autem conspectus illorum, qui à reproborum lateribus ad gloriam congregantur, quid reprobis manentibus pariat, nisi acerbiorem dolorem, insuperabilem confusionem? Hæc erat vox collectionis sanctorum apud Iob cap. 6. *Venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt*: Quippè qui modo reprobi æternis iacent tenebris consepulti, aliquando exibunt corpora induturi, & in vallem Iosaphat peruenient, ibique à latere suo non cadere, sed exurgere videbunt millia millia, in æternamque felicitatem asciscì, & quanto id dolore, & confusione cõspicient? D. Greg. lib. 7. Moral. cap. 14. inquit: *Vsque ad sanctam quippè Ecclesiam in die iudicij reprobi veniunt, quia vsque ad eius tunc perspiciendam gloriam perducuntur: vt ad maiora tunc reatus sui supplicia, repulsi videant, quod perdiderunt.* Mirum in modum auget supplicium conspectus amissæ fœlicitatis, ad quam te remanente, videas Lateronem tuum æstimare. Iob, c. 6. D. Greg.

Matth. 24. Ab arbore fici discite parabolam: cũ iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis.

§. IX.

Nemo vnico virtutis enixu contentus hæreat.

VIS nosse homo, qualis appareas ante diuinum tribunal? Ab arbore fici disce parabolam; ficus te docet, quæ non semel sed bis fructificat, & vere, & æstiuo tempore, sic & tu minime hæreas vno contentus virtutis enixu, sed quod in te bonum est, semel, & ter, vt sic optatum fœlicitatis terminum obtineas. Memini apud Marc. 8. hominem cæcum Iesu oblatum, cuius oculos

los expecto illiniens Iesus, & manus suas imponens quærit ex eo, quid videret? Tunc ille: *Video homines, vt arbores ambulantes. Iterum posuit manus super oculos eius, & cæpit videre: & restitutus est, ita vt clare videret omnia.* Potuisset equidem Iesus prima manuum impositone hominis oculos perfectè aperire, cur id noluit? Cur maluit secundam manuum impositionem expectare? Vt qui res permanentes, & fixas cupit videre, doceatur non vnico virtutis hærere actu. D. Petr. Chrysol. serm. 176. ait. *Iteranda est ergo cura Christi, vt perfecti oculi futura certa, manentia videant, & æterna.* Sunt, qui contenti semel ad Christum accessisse, semel opus virtuti nauasse, ibi hæreant, hi ad summum arbores ambulantes vidébunt, hoc est leuidensia, & transitoria aliqua bona percipient, sed qui manentia, & æterna cupit, non semel tantum, sed semel & ter virtutum operibus insistat. Huc spectabat illud Domini monitum, Matth. 6. nimirum: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Quid si sciat sinistra, quid faciat dextra? Forsan ipsa hærebit otiosa, hoc vno contenta, quod fuerit dextera operata. Rem explico exemplo Patris familias, qui consueuit eleemosynam alicui pauperi elargiri, quod si pauper post acceptam eleemosynam ab illius vxore, inscio illo, adhuc postulans accedat, dabit ipse proculdubio, quam merito negabit, si sciat ab vxore fuisse præstitam. Ex hoc sic monet Dominus, nesciat sinistra tua, quod fecit dextera, hoc est, ex vno virtutis opere, non insurgat in te vacatio alterius; sic nouis operibus insiste, quasi nullum feciſſe cognoueris. Pulchrè Galfridus citatus à Tilmanno in allegorijs. *Quid est, nesciat sinistra tua, quid facit dextera, nisi propterea non vacet ipsa? Multi enim sunt, qui peccata sua eleemosynis redimunt, & propter beneficia, quæ impendunt, aspera sustinere refugiunt. Si ergo, quia eleemosynam dextera facit, sinistra vacat ab abstinentia, nouit, & bene attendit sinistra, quid facit dextera.* Ita ergo operetur dextera tua, vt non inferat otium sinistræ, quin potius operante dextera, sic insurgat in opus sinistra, quasi ipsa sola operetur. Et vix alio euidentius cognoscuntur nouæ Dei plantationes, quam ex multiplici virtutum enixu: indè ad Ephes. 2. ait Paul. *Ipsius enim figmentum sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Ecce tibi diuinæ plantationis ingenium, in quo se prodat, nimirum, in operibus bonis, in multiplici virtutum studio, & opere. D. Prosper. de vocatione Gentium, cap. 23. ait. *Proprium ergo habet noua creatura per gratiam, vt qui figmentum Dei sunt, qui natiuitate cœlesti condiuntur in Christo, non otio torpeant, neque desidia resoluantur, sed de virtute in virtutem proficiant per viam bonorum operum ambulando.* Expēde illud de virtute in virtutem, vt nulla sola virtute contentus sis, sed alias, & alias acquirere statuas, quantumuis prima excellens videatur. Ecce vobis sponsa, Cantic. 2. ait: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Sedi, ait, non sedeo, quia minime contenta vmbram percepisse, statim ad alios fructus percipiendos perrexit. Origen. hom. 2. *Vides, quia non semper in vmbra sistit, sed inde ad meliora transierit dicens: Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Nunquam dulcedinem cœlestem gustaret, si vmbræ refrigerio cōtenta ibi tota desidiosa hæreret, quia ille diuino saturatur nectare, qui instar argumentosæ apiculæ nullam præterit florem, sed à virtute in virtutem operosus contendit. Vide infra lib. 14. cap. 2. §. 8. & alibi.

Marc. 8.

Pet. Chry.

Matth. 6.

Tilmanni.

Ephes. 2.

D. Prosp.

Cant. 2.

Origen.

§. X.

Mundialium culminum partus ruina est, & excidium.

EX floridis arborum partubus diuites autumni aduentum præsagire solemus, sic ex mundialium elementorum ruinis, ex bellis frequentibus, ex fame, ex defectibus astrorum, ex Maris gemitibus insolitis iustitiæ solis aduentum penè in ianuis esse præsagire iubemur. Sed ponderandum maxime nobis est, quod in præsagium venturæ messis, simul proponantur à Domino, & arborum floridi partus, & mundi calamitates. Quæ conuentio calamitatis mundialis cum arborum partubus, vt inter se simul comparentur? Magna per omnem modum, quia in vtroq; cernitur fructus sui germinis. In ficulneæ, siue alterius arboris partu fructus eius exhibetur, qui iam diuitē indigitet messem: in mundiali exitio, & frequenti calamitate etiā fructus mundi manifestè ostenditur; nunquā enim mūdi magnalia aliud, quam ruinā, quā calamitates pepererūt. Hinc apertius apud Lucā c. 22. fatur Dñs: *Videte ficulneā, & omnes arbores. Cùm producūt iā ex se fructū, scitis, quia prope est æstas. Ita & vos cū videritis hæc fieri, &c.* Quæ verba sic elegāter enucleat D. Greg. ibi: *Sicut ex fructu arborum vicina æstas agnoscitur, ita ex ruina mundi prope esse cognoscitur Regnum Dei. Quibus profecto verbis ostenditur, quia fructus mundi, ruina est.* Nescit equi-

Luc. c. 22

D. Greg.

equidem proceriſsima mundi arbos non parere ruinam, & calamitates extremas. Vt homines à mundi vbertibus auelleret Dominus, ſic illis dicebat Matth. 3. *Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.* Noua ſanè, & prorſus inſolita ratio ponendi ſecurim; quæ ad arboris potius ramos, ſiue ad truncum applicari conſueuit, nũquam ad radicẽ. Quis, vt arborem ſuccidat; ſecurim ad radicem applicat, & non potius ad ramos? Danielis 4. vbi ſuccidenda erat arbos regia, ſic ait vigil *Succidite arborem, & præcidite ramos eius; excutite folia eius, & diſpergite.* Tota ibi ſucciſsio mandatur circa ramos, circa truncum, de radice nil malum, quin potius dicitur: *Verumtamen germen radicum eius in terra ſinite.* Sic in quauis arborum ſucciſsione radix intacta ſub terra ſolet perſeuerare. Quid modo ſecuris cum radice? Crediderim ibi de calamitoſo mundi fructu aliquid prælibari. Solet enim quod radice immiſcetur totum fructum arboris ſibi aſsimilare, adeò vt ſi aroma immiſceas radici pyri, v.g. inde iam aromatica pyra naſcantur; ſi virus radici apponas, lethalia etiam poma ſtabunt. Hinc Dominus, vt oſtendat mundialium gloriarum fructus quales debeant ſperari, Sapienter ait: *Securis ad radicẽ arboris poſita eſt*: quaſi dicat, quia radici mundialium bonorum ſecuris adiacet, cauete à mundo, qui de tali radice neſciet, niſi mortes, cædes & extrema excidia fructificare. Huc ſpectabat Chryſoſt. in Pſal. 3. vbi videns Abſalonem à ramo arboris pendẽtem tribus telis transfixum, ait: *Ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat; & tanquam fructus pẽdebat ab arbore.* Hos fructus arbor vitæ humanæ parit, quando ad radicem ſecuris ponitur: vndè miſer Abſalon, qui curau t radici ſuæ vitæ, nempe patri gladium immittere, à ramo pendens telis tranſfoſſus, tanquam fructus apparuit. Et quando mundi magnalia non pariunt ruinas, & calamitates? Iſaiæ cap. 1. ſic Iudæos lugebat Dominus: *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt: Filios enutrini, & exaltaui, ipſi autem ſprenerunt me.* Nec otioſe in hac Dei querela vocantur Iudæi exaltati à Deo, exaltati, inquam, bonis mundialibus, quibus ditati præ omnibus nationibus extiterunt: ſed cur hanc mundialium bonorum exaltationem meminit Dominus, niſi ne miremur ruinam, & calamitatem præſentem eiuſdem populi, quandoquidem mũdialis gloria, nil aliud præter ruinam fructificaret. D. Zeno ſerm. 3. de Iſaia, ait: *Cœlum, terramque Dominus teſtes citat, vt exaggeret crimen; filios appellat, vt abdicatio, exaltatos, vt ruina timeatur.* Adeò proprius eſt fructus mundialium gloriarum ruina, & perditio, vt non poſsint illæ nominari, quin ſtatim ruina præ oculis habeatur.

Matth. 3.

Danielis

Chryſoſt.

Pſalm. 3.

Iſaiæ, c. 1.

D. Zeno.

Matth. 24 Amẽ dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

§. XI.

Sanctorum patientia malorum omnium incurſus exhaurit.

NOſce homo generationem quærentium Deum, quærentium faciem Dei Iacob: de hac enim generatione loquutus in præſenti Dominus iuxta Chryſoſt. & Theophyl. ait, quod ſancta generatio non præteribit, donec omnia prædicta mala fiant. Hoc eſt, quod mala vniuerſa, mundi bella, peſtes, fames, tyrannorum rabies non ſecum rapient fidelium generationem ſed illa omnia pertranſiẽt, generatio autem ſancta adhuc poſt illa finita ſtabit. Quid plura? Ea eſt ſanctorum patientia, quæ omnium & ſi rabidiſsimorũ tyrannorũ pharetras vacuabit, & prorſus exhauriet. Ad hæc Theophylactus, ait: *Non præteribit generatio fidelium, donec omnia fiant. Non enim, quia audiſtis famem, & peſtilentiam, credatis, quod generatio fidelium his malis intereat, ſed permanebit, & nihil illi præualebit.* Omnium malorum incurſus ſanctos inuadent, nullo tamen malorum impetu rapientur ſancti, ſed ſtabunt in magna cõſtantia, donec inimicorum ſagittæ vniuerſæ exhauriantur. Vnus pro mille Iob, aduerſus quem ſeſe vniuerſus infernus armat; hinc bonorum ruinæ, hinc filiorum neces, hinc morbi, & omnium malorum exercitus virum iuſtum inuadunt, impugnant, ſed minimè expugnant. Videres totos dæmonum exercitus, vniuerſa mortis vaſa mittentes in Iobũ, quid tunc Iob? Quid tunc homo carneus inter tot pennatas mortes? Inter doctiſsima ingenia tormentorum? Sanè omnes malorum theſauros euacuauit diabolus, & Iob inuincibilis manſit, vt dicat text. cap. 1. *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis: neque ſtultum, quid contra Deum locutus eſt.* Quid eſt *in omnibus his*? Omnia inuaſerunt mala; vniuerſę tempeſtates irruerunt; pertranſiere cunctæ inferorum furię, Iob autem poſt illa

Theoph.

Iob c. 1.

la omnia euacuata integer omnino permansit. Pulchrè ad hæc D. Chrysost. ad Olympiadem fatur. *Hic ipse Iobus plagam accipiens non infligens, oculos diaboli confinxit, cunctas ab eo emissas sagittas excipiens, pharetram exinaniuit vniuersam.* Defuerunt equidem diabolo tormentorum instrumenta, & non defuit Iobo tolerantia, illa pertransiere omnia, & in Dei seruo non pertransiuit constantia. Huic similem patientiam, fidelibus familiarem suadebat Tertul. aiens: *Fatigetur improbitas, patientia tua.* Et quidem valde fatigatur malus, cum iam nihil, quòd agat, habet; cùm sagittarum pharetras videat exhaustas, & fidelium patientia, nec visa sit labare. Pertranseunt vniuersa mala, mens autem fidelis in æternum stat: Hæc erat illa fidelium vox Psal. 43. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, & derisum his, qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis, & obloquentis à facie inimici, & persequentis. Hæc omnia venerunt super nos, nec oblitisumus te.* Expende illud, nimirùm, *hæc omnia venerunt*, nullum est malum, quod non accesserit, quòd non impugnauerit iustum, nullum telum in thesauro remansit, quòd non emissum fuerit aduersus sanctum, ipse tamen post omnia exinanita mala inuulnerabilis permansit. Ex quo aiebat D. Cyprianus in exhortatione Martyrum: *Durat fortis, & stabilis religiosis meditationibus fundata mēs; & aduersus omnes diaboli terrores, & minas mundi animus immobilis perstat, quem futurorum fides certa, & solida roborat.* Plagæ vniuersæ insurgant licet aduersus sanctos, ipsæ exhaurientur, præteribunt, mens autem fidelis fortis, & stabilis durabit. Dan. 3. tres pueri Hebræi capiuntur, apud Babylonium tyrannum accusantur, sistuntur regi irato, minas sustinent, ad mortem ligantur, in mediam conijciuntur fornacem. Tunc Deus illos illæsos seruat, & liberat à furente tyranno, cur nō antea? Pulchrè D. Chrysost. hom. 6. ad popul. ait. *Voluit tyrannus puerorum vrbem euertere, & non prohibuit Dominus; voluit captiuos ducere, & non impediuit, voluit ligare concessit, infornacem injcere permisit: flammam vltra modum succendere, & hoc dimisit. Et quando nihil reliquum fuerat, sed omnē vim tyrannus exhauserat, tunc suam Deus virtutem demonstrauit, & puerorum patientiam.* Quid pulchrius? Non multū miraberis, quòd dæmonum tela exhauriantur a fidelium patientia, quandoquidem dæmonum rigor finitus est; vndè in certamen vocandus infinitus aliquis pronocator aduersus sanctos. Veniat igitur Deus, qui omnipotens est, qui infinitæ virtutis est, & crediderim, adhuc tantam esse fidelium patientiam a Deo ipso communicatam, vt Dei etiam tela exhauriant. Ecce vobis Genes. 12. tentauit Deus Abraham, & qualia tela in illum parat? *Tolle filium tuum vnigenitum, quē diligis, Isaac.* Deus bonè, quis tantum impetum ferat? Quis pater hæc audiet, & viuet? Si hæc vincat Abrahamus, manet ne in illum telum aliud? Filius ei eripitur, & filius vnigenitus, & dilectissimus filius, & filiūs, cui riserunt parentes, planè nullum telum relinquitur in amoris pharetra, quòd non exhauriatur, vt patientia Abrahami triumphet. Eleganter D. Basil. Sel. orat. 7. fatur. *Tentatione Deus purgat, Habrahamum patientia simulachrum, nauiculam ventis agitat: fluctuum ciet impetum, vt obstupescas, quam nulla tentatione moueatur machinas admouet, naturæ fluctus, in iustum substollit. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isac. Arma naturæ exacuit, omniaque amoris ingeniti tela exhauriet.* Sic vacuantur pharetræ, sic exhauriuntur tela, sic pertranseunt martiales machinæ, & iustus vir immobilis stat, patientiæ simulachrum, quandoquidem ea est sanctorum patientia, quæ vniuersos tentationum thesauros exhauriat.

Chrysost. Psalm. 43 Cyprian. Chrysost. Genes. 12 D. Basil.

§. XII.

Iesu verba permanentem ad omnes efficaciam habent.

PRæclarè æstimauit hominum verba Thomas à Kempis de imitat. Christi. lib. 3. cap. 46. aiens. *Quid sunt verba, nisi verba? Per aerem volant.* Et quidem, qui hominum verbis fidit, non absimilis est illi, qui persequitur aues volantes, Sola Iesu verba permanere nouerunt, & stare immobilia, vt illis repleatur quælibet aduenies generatio. Quippè ait in præsenti Dominus: *Cœlum, & terra transibunt verba autem mea non præteribunt.* Hæc notissima diuini verbi proprietas, quod semel alicui datum non prætereat, sed fixum, & stabile ad omnes generationes permaneat. Vndè Orig. in cat. *Verba Moysi, & Prophetarum transiuere, quoniam quæ prohetabantur ab illis, impleta sunt. Verba autem Christi semper sunt plena & quotidie implentur, & adhuc sunt implenda*

Origen.

in sanctis. Tempus euacuat prophetias, & linguas hominum exhaurit; sed verbum Iesu à nullo vnquam euacuatur, exhauritur; integrum semper manet ad implendos venturos alios. Psalm. 61. accinit: *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas est Dei, & tibi Domini misericordia: quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.* Ecce tibi quale sit, vel semel prolatum Dei verbum, nimirùm potens misericordiam effundere in vnumquemque nũquam sic ad vnum determinatè procedere solet, vt cum illo transeat Dei verbum: sed eo ipso quod semel prolatum sit, vnusquisque aduenienſin qualibet generatione illius abundantia replebitur. Accipe Iesum verba facientem apud Matth. cap. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis.* Medijs Ierosolymis hæc verba sonuerunt, ibi primò facta sunt ad præsentes Iudæos. An pertransierunt statim, & euolarunt? An cum illius temporis hominibus, vel saltem, cum Ierosolymis euanuerunt? Absit: transiere homines illi; transiere Ierosolymorum gloriæ; verba autem Christi hactenus stant stillantia laborantibus requiem. Id pulchris verbis explicat D. Basil. Sel. orat. 29. fatus. *Audiuit Publicanus: venite ad me omnes, qui laboratis, & eam vocem sui causa prelatam ratus currebat. Vnus sum, inquit, qui publicanorum grauantur oneribus, iugum tuum subeunt: retia tua exosculor, & factus est publicanus, publicanorum expiatio. Neque orationis Christi efficacia hactenus stetit. Quemadmodum lata sagena in late fusum mare explicata vndequaque piscium cõuertit examina, sic & peccatorum turbæ in salutarem vocis illius sagenã incurrunt.* Quot verba Iesu tot retia in mundiali mari explicata, quæ nouerint millies impleri, & adhuc alijs capiendis parari. Nulla peccatorum gens parietur, quæ si velit à fæculento scelerum one re liberari, in salutarem vocis illius sagenam non possit incurrere, quandoquidem orationis Christi efficacia hactenus stetit. Sapienter aiebat Petrus Luc. c. 5. ad Iesum. *In verbo tuo laxabo retia*; non ait retia contraham, sed laxabo, & potuit equidem Verbo Christi indigere, vt retia contraheret, siquidem præ multitudine piscium rumpebantur, & illa vt trahere posset, socijs annuit; nilominus non ait, in verbo tuo contraham, sed laxabo retia, quia cum Dei verbo illa retia componuntur, quæ in latè fusum mare manent explicata, vt nullus existat, qui verbi Iesu non capiat efficaciam. Componite modo, cum Petro Centurionem, qui Matth. 8. vt salutem pueri à Iesu obtineret, fatur: *Dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.* Cur bone non opera saluatoris, sed verbum solum illius requiris ad salutem paruuli? Sanè Cananæa dum requirit opera, audit; non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt ex Israel; quia facta saluatoris, cum generatione illa Israelitarum, quasi pertransibant: at eius verba permanentia erant, & semel prolata neminem excludunt, sed ad omnes domesticos, & extraneos manent. Chrysolog. serm. 5. *Dic verbo, quia iste credit in verbo omnes virtutes manere*, nulla nullibi finiri: *Verbum tuum Domine sanitas est; verbum tuum vita est, verbum in quo Petrus, cum laxaret retia piscium multitudinem cœpit.* Nullus excluditur gentilis, nullus peccator, nullus operarius; quamuis serus, quamuis ad Solis occasum accedat, inueniet Petri retia laxata, nimirum, Dei verbum permanens, cum omni efficacia, & virtute sua, vt omnes saluet.

Psalm. 61

Matth. 11

D. Basil.

Luc. 5.

Matth. 8.

Chrysol.

Matth. 24. De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi solus Pater.

§. XIII.

Scientia, quæ non communicatur, nulla censetur.

NEmini dubium esse debet, quin & Iesus filius Dei verus viuorum, & mortuorum iudex sciat diem, & horam determinatam iudicij; cur ergò modo dicitur diei extremi scientia, non in Angelis, non in filio Dei, vt Marcus addit, sed solo in Patre existere? Sanè solus pater illam scientiam communicat, & dicit filio; filius autem illam accipit à patre, nullique illam communicat alteri; & ideò merito non censetur esse in illo, à quo non communicanda est alijs. Acutè D. August. lib. 83. q. inquit quæst. 60. cap. 4. *Benè accipitur, quòd dictum est solum Patrem scire, secundum prædictum modum sciendi, quia facit filium scire: filius autem ne scire dicitur, quia non facit scire hominem.* Vbi sapientia non effunditur ad alios, non esse censetur; & quãtum tibi soli sciueris, merito putabetis ignorare, cum sapientia ex communicatione censeatur. Hinc est, quòd solus Pater diuinus dicto modo, sibi sapiẽtiæ thronũ & cathedram adscribat, quia solus ille nihil scit, quòd filio non cõmunicarit. Eccleſiastici. 1. *Vnus est altissimus creator omnium* (& ex Hugone additur, scilicet, Pater) *omnipotens,*

August.

Eccles. 1.

tens, & rex potens, & metuendus nimis sedens super thronum illius. Ipse creauit illam Spiritu Sancto, & vidit, & numeranit, & mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua. Vnus & solus pater æternus omnigenæ sapientiæ sedem sibi appropriat, nimirum, quia ille solus creauit illam, & effudit illam super omnia, quandoquidem sola censetur sapientia, quæ effusa est, & communicata. Vndè præfata verba sic expendit D. Dionysius Areop.

D. Dionys. in cat. Græca Iobi cap. 19. fatus. *Solus, inquit, est potens, sapiens valde, sedens super thronũ suum. Causam q̃ exponens, cur illi soli nomẽ hoc præcipuum, & peculiare attribuerit, inquit; Dominus ipse creauit eam, & numeranit eam, & effudit eam super omnia opera sua.* Quasi inde ipse Deus pater sapientis nomen sibi attribuerit, non quod sapientiam solus habeat, & omnia sciat, sed quod illam effuderit, aliisq; personis communicatã præstiterit. Et quidem, quæ foras non egreditur sapientia, vix

Eccles. 41 censetur, quòd sit. Ecclesiastici 41. *Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus: quæ vilitas in vtrisq;.* Quibus vesbis Hildebertus Cenomanensis Episcopus hortatur Doctorem, vt sapientiã euulget suam: quippe ait epist.

Hild. Ca. 1. *Deniq; sapientia abscondita, & thesaurus inuisus; quæ vilitas in vtrisque? Aurũ melius dispersum rutilat, quàm signatum. Nihil à vilibus tòphis gemmæ differunt, nisi in medium deducantur. Scientia quoque distributa suscipit incrementum, & auarum dedignata possessorem, nisi publicetur, elabitur. Noli ergo claudere riuos doctrinæ tuæ. Sed iuxta Salomonem deriuentur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis diuide.* Hęc ille: & quidem solus ille poterit prædicari aliquid scire, qui poterit, quòd scit, in mediũ deducere, & auditoribus publicare.

Matth. 24. Sicut autem in diebus Noe: ita erit, & aduentus filij hominis. Sicut enim erãt in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, &c.

§. XIIII.

Durissimum peccatorum malum est, quòd a deliciarum summo, in summum miseriæ transeant immediate.

EXpende seueritatem vltoris diuini, vt inter prandia, & nuptiarũ lætitias triste renuntiat mundi excidium; prandentibus bibentibus, & nubentibus hominibus repẽtinus aduenet dies vindictæ, vt reorum dolor indè incrementum accipiat, quòd à vitæ floribus immediatè transferãtur, ad sulphureos ignes. Sanè diabolus vbi crudelitati suæ habenas remisit cupiens Iobum immanitate dolorum concutere, illum mensæ assidentem aggreditur: etenim ait nuntius cap. 1. *Filijs tuis, & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti repente vẽtus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domos, quæ corruens oppressit liberos tuos.* Quòd maius telum contorqueri potuit aduersus parentem, quàm tot filiorũ nunciatas neces? Sed & teli crudelitas crescit immensè ex circumstantia temporis, nimirùm *filijs tuis vescentibus, & bibẽtibus*, erat enim tempus prandij, quando non solũ filij, sed & vniuersi ciues, & Iob ipse mensis assidebant; & tale tempus hostis expectat, vt dũ excidia, & ruinæ prandenti nũtiantur, a suauibus æscis, ad tantum amarorẽ repẽte tractus truculẽtiore glodio transfigatur. Orig. lib. 1. in Iob, ait. *Sic itaq; hora prandij manducantibus illis, ac bibẽtibus, Iob sanò in domo sua, filij autem, & filiæ in domo fratris sui maioris, nũtius venit ad Iob. Erat nam q̃ nequissimi diaboli versutia, vt horam prandij obseruaret, vt prandente illo tristes, ac mortiferos nuntios ad eũ mitteret, quo magis fatigaret, ac interficeret, vt tempore comestionis, ac potus, atq; iocunditatis tristes nuntios mittendo, deficere illum iustum faceret.* Ecce vobis crudelissimum diaboli ingeniũ, vndè exacuere nouit doloris gladium, quo virum iustum vehementissime excruciaret; horam obseruauit prandij, & à suauium hominem escarum delicijs ad amarissima spectacula transfert, vt indè dolor crescceret, & afflictio esset maior. Hinc diuina vindicta in multandis Israelitis speciem furoris habuit, Num. 11. vbi dicitur: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus; & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis.* Et merito nihil aliud particulare explicatur huius plagæ. nisi quod acciderit, cum concupitę, & delicatæ escæ erant in ore percussorum, quo solo supposito sufficienter probatur quæuis plaga magna nimis. & intolerabilis. Crudelis ille in pauperes epulo in tormentis erat, gehennali vndequaque flamma circũdatus, & inter hæc solius linguæ tormentum magis ducit intolerabile, & oblitus aliorum membrorum, aquam flagitat, vt refrigeret linguã Luc. 16. Et cur linguę pœnæ intolerabiliores, nisi quia illa tota delicijs ocupata immediate excepit tormentorũ extremã? Quippe

Origen. *Num. 11.*

de illo dicitur: *& epulabatur quotidie*: inde sanè lingua continuis innutrita epulis intolerabiliores habet, quas subito incurrit flammas vltrices. Quando enim à delicijs ad tormenta nō fit durissimus trāsitus? Hinc exaggerabat Zachar. cap. 2. Christi Domini labores pro hominibus exantlatos, aiens: *Post glorias misit me ad gentes, &c.* quæ verba sic expendit Rup. *Quam bonus est vnigenitus, qui cum in forma Dei esset, propter nos accepit formā serui, atque post gloriam claritatis, quam habuit, apud Deum prius quam mundus fieret saturatus est opprobrijs, dans percutienti se maxillam factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Sic ille: & merito, indè enim vehemētissimè crescunt dolores, & tormenta, quòd veniant homini summis glorijs assueto. Huc reuoco Samsonis calamitatem, de qua Iudic. c. 16. ait: *Ar illa dormire enim fecit, super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitq; tonsorem, & rasit septem crines eius, & capit abigere eū, & à se repellere, statim eum ab eo fortitudo decessit: dicitq;, Philistim super tē Samson. Qui de somno cōsurgens dixit in animo suo. Egrediar sicut antè fecit, & me excutiam, nesciens, quod recessisset ab eo Dominus. Quem cum apprehendissent Philistim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catheris, & clausum in carcere molere fecerunt.* Quid prius mirer in hac calamitate nescio, multi multa ponderant, ego nunc illud non parui puto esse momenti, quòd à sinu dilectæ ad molam subito translatus sit. Quid hoc grauius? Multi reges in prælio ceciderunt, vel captiuitatē incurrerunt, ab armorumque ferro ad catenarum ferrum deuenerunt: hæc vsitata esset in fœlicitas. At à sinu amicæ, ad hostes infensissimos, à blanditijs dilectæ ad ferrum subito transire, insuetum genus in fœlicitatis est. Vndè Abul. quæst. 3. ait: *Quis ò Samson sufficienter tantam calamitatem lugere queat? Imò quis digne cogitare valeat? subito in te summa infimis coæquata sunt.* Nil amplius dici potest, de calamitate maxima.

Zachar. 2

Iudic. 16.

Abul.

Matth. 24. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto: vnus assumetur, & alius relinquetur.

§. XV.

Vbicumque adest Dei gratia eandem salutem potest causare: & vbicumque desit, eadem inde manabit damnatio.

NVllus locus est, nulla occasio, nulla paupertas, ex qua Dei gratia nequeat æqualis pretij, & æstimationis salutē causare: siue in lecto decumbas floribus septus, siue molæ assideas volabilibus mundi bonis inhians, siue in agro degas rusticanus, quanta hæc discrimina ad Dei gratiam? Prorsus nulla: imò æquales indè coronas dabit, & ad æqualia virtutum opera te faciet euolare. Celebris fuit dies apud Numer. cap. 7. in quo Principes tribuum Israel munera offerunt Deo, quippè sic, ibi: *Primo die obtulit oblationem suā Naasson filius Aminadab de tribu Iuda: fuerunt quæ in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, &c. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar dux de tribu Issachar acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, &c. Tertio die princeps filiorum Zabul obtulit acetabulum argenteum, &c.* Sic singuli tribuum Principes singulis diebus obtulere, quorum munera si spectes, eadem in singulis inuenies, nullum discrimen, nulla differētia in muneribus eorum inuenietur; & quidem non omnes eadem poterant. Tribus regia Iudæ cæteris omnibus opulentior, & duplo numerosior erat, & inter duodecim aliquæ erāt inferioris notæ, & possibilitatis, tamen in exhibēdis muneribus Deo, nulla minor, omnes æquales, æque diues à regia opulentiori, & à minima tribu munus exhibetur. Ex quibus sic addubitat Rupert. lib. 1. in Num. cap. 27. *Quid ergo hoc sibi vult, quod oblationum omnium, quas obtulere singuli duces, eadem quantitas est, nec plus à septuaginta quatuor millibus sextentis, qui fuerunt de Iuda, quā à triginta duobus millibus ducentis, qui fuere de Manasse, Domino iubente, exactum est.* An idē potest locupletes thesaurus, & pauper penu? An regiæ potestatis est tantum bonorum ab oppidulo, quantum ab opulenta vrbe extrahere? Cur ergo idem prorsus obsequium præstāt Iuda, & Manasses, & Issachar? Iuda regio fulgens stratu, Issachar agri fudoribus madens; Iuda voce laudis, & confessionis decorus, Manasses totus obliuiosus de puluere volubilium rerum sædatus, & tamen eadem prorsus munera Deo sacrant? Vndè hoc? Pulchrè Rupert. supra capit. 28 *Hæc isti obtulerunt, vnusquisque secundum*

Num. c. 7.

Rupert.

Rupert.

dum mensuram gratiæ. Non ibi res agebatur naturæ, sed gratiæ potestas exprimebatur, cui æquales parturiunt messes inopia, siue copia; desertus, aut paradisus; lecti flores, aut molæ puluis. Nullum impedimentum, nullum discrimen gratia inuenit, si ipsa adsit, siue de locuplete, siue de paupere, aut de lecto, aut de agro eosdem nouit metere fructus. Exod. 12. ait, Dominus Israelitis sacrificaturis: *Tollat vnusquisque agnum, per familias, & domos suas.* Et post pauca subdit: *iuxtaquem ritum tolletis, & hædum, &c.* Nullum excludunt Dei sacra, & agnum, & hædū admittunt. Ex Hebræo vtrumq; coniungens Caietanus legit: *ex agnis, & ex capris accipietis.* Et quando capra potuit Deo aliquid placitum parturire? Matth. 25. *Venient Dominus separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidem a dextris, & hædos à sinistris.* Ex ouibus electorum greges, ex capris reproborum turbæ statuūtur. Hic hædos expuit, illic ipsius capræ arripit filios; hic solæ oues nouerunt electorum greges implere: illic, & ab ouibus, & à capris Deo gratiosi eliguntur hinnuli. Quare hoc? Sane hic solius iustitiæ opus, nullum gratiæ facinus ostenditur; illic redemptio Saluatoris exprimitur, & eius gratiæ efficacia, cuius tāta vis est, vt æquales electorum fructus faciat ab ouibus, & à capris, hoc est, à peccatoribus, & iustis parturiri. Non longè abest, Nazian. orat. in Pasc. inquiens. *Eligitur autē non ab agnis solum, sed & à specie deteriore, & sinistræ manus hædis, quoniam non solum pro iustis, sed & pro peccatoribus iugulatur Dominus: forsitan pro his magis, quanto plus indigemus misericordia.* Vbi Dei miserētis gratia est, non solū à lecto, sed ex mola, ex ægro, non solū ex ouibus, sed & ex hædis inueniet, quos eligat, & oues, & capræ æquales salutis partus dabunt. Pro quo liceat aptari illud prophanū Theocriti aientis.

Tūc geminos pariunt ouis, & capra: dulcia mella
Stipat apis, ramos altior arbor agit.
Cùm venit huc Milon: formosus, vt ille recessit,
Pastor & ipse aret, marcet & omne pecus.

Proh vana prophanissimi amoris persuasio! verum si de gratiæ diuinæ aduentu loquere mur, fidem in eā accipiunt similes exaggerationes; vbi enim illa venit, ouis & capra salutis fructus pariunt, æquale salutis obsequiū ab agnis, & ab hædis eligitur; at vbi illa recedit, cū quam marcet omne pecus, non solum capra, sed & ouis sinistros edit partus. Psalm. 48 Hoc sonat Psal. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Non solum hædus, sed & ouis à Dei gratia deserta vltrices inferni flammas nutriat: vt enim ex Dei gratia habetur, quòd ab hædis, & agnis signum effulgeat salutis, sic deserente Dei gratia, non solum hædi, sed & agni diem patcualem dabūt inferni flammis. Ouis licet sis vnice amata Domino 2. Reg. 12. de pane illius comedēs, & de calice bibens, & in sinu eius dormiens, ab hoc potes cadere culmine, & à gratia deserta ineuitabile malum incurres. Nulla conditio, nullus locus adeò securus est, in quo, si gratia diuina desit, miseram non experiaris tui ruinam. Vndè rectè dicebat Elias ad Achab. 3. Reg. 21. *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes, si autē mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres*: vt constet, quam parum vtilia sint quæuis loca homini à gratia Dei deserto, tàm parum enim securus erit talis homo in ciuitate, quàm in agro; & æque velocius inuenietur à perditione, in agro, quàm in mola, quam in lecto. In lecto enim licet sit, vel in sinu Domini, de calice eius bibens, & de pane comedens, si gratia desit, tam rapietur in perditionem, quàm si molæ alligatus in profundū demergeretur. Quo respiciens Oseas cap. 7. ait: *Et fur ingressus est spolians latrunculus foris.* Quæ verba leguntur à Theophylacto sic. *Furq; ad eos ingredietur, prædator exuens in via eius.* Et pergit ipse. *Fur, & prædo Sathanas ingressus hominem spoliat, ac ab omni gratia diuina nudum cōstituit in via eius, hoc est, in quocunq; vitæ genere fuerit, siue in sacerdotali, siue monastica, vel populari, &c.* Itaque nullus locus, nullus status ab huius latronis mortifero telo vacat. 3. Reg. 21. Oseas c. 7. Theophyl.

Matth. 24. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est.

§. XVI.

Fœlix, qui venientem iudicem, vt suorum bonorum Dominum exceperit, non vt furem.

MErito moneris vigilare, vt vigilās excipias Dñm, & caueas furē, fur enim venit alie-

aliena rapturus, Dominus autem sua repetiturus. Ille ergo præclare se geret, qui moriturus nihil in se ostendat, quòd ad Dei dominium non pertineat, cuius Deus verecundetur dici Dominus. Hanc fœlicitatem obtinuit Moyses, de quo ait Dominus Iosue 1. *Moyses seruus meus mortuus est.* Expẽde Moyses commendationem summam, quod seruus Domini mortuus sit, hoc est, sic ad mortem peruenit, vt Deus in Moyse à viuis eripiendo non furem ageret, sed Dominum, quidquid enim seruo tuo eripias, non es fur, sed Domini iure vteris. Sic ergò Moyses se ad mortem composuit, vt nihil in se præferret, quòd ad Deum non spectaret, vt propria bona spectant ad Dominos suos. Caietanus ibi sic fatur: *Dicẽdo, Moyses seruus meus mortuus est, aperit, quòd mortuus est seruus suus: hoc est, quod licet quandoq; peccauerit, & peccando non fuerit seruus meus; attamen mortuus est seruus meus, mortuus est in statu seruitutis meæ, mortuus est sic, quod quidquid erat, quidquid operabatur, meum erat, seruus enim totum quod est, Domini est.* Proh serue prudens, & vigil, qui in morte Deum furem cauisti, & Dominum excepisti? Sic te, & tua parasti moriturus, vt adueniens iudex furem agere non posset, sed Dominum, cùm in te nihil non suum reperiret. Accinit Dominus, Apoc. 3. dum Episcopo Ecclesiæ Sardis, sic scribit. *Esto vigilans, & confirma cætera, quæ morituraerant. Non enim inueni opera tua plena coram Deo meo. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur.* Vigilandum nobis est, & in quo vigilandum? Nimirum, vt opera nostra plena sint coram Deo, hoc est, vt nullũ opus nostrum inueniatur, quòd Deo nõ placeat, qui enim sic vigilat, Deum venientem excipit, vt mansuetissimum Dominum, qui autẽ opera habet vacua, minimè ad Deum spectãtia, hic non Dominum, sed furem excipit, à quo misere spolietur omnibus bonis, imò ipse confodiatur. Vndè Rup. hic ait. *Si non vigilaueris veniam ad te sicut fur. Non veniam ad te, sicut ad homines illos, qui vigilant, & expellant, venit ipsorum Dominus, sed tanquam fur, qui domum perfodit, & Dominum domus necat.* Ex operibus tuis potes scire, qualẽ excipies Deũ in fine tuo, si vigilanti discussione caueris, vt opera tua omnia plena sint coram Deo, hoc est perfectè Deo famulantia. Sic ad te veniet Deus, vt Dominus ad sua, illa promouens, & perficiẽs; sin autem veniet, vt fur, omnia perdens, omnia deuastans. Ex quo lucem affero verbis D. Paul. 1. ad Corinth. 6. *Ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis: Deus autem, & hunc, & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.* Meritò cauit Paulus alteri seruire, quã Deo, huic omnia sua sacrat, & famulatũ plenum libens præstat; cæteris nihil prorsus. Et cur omnia soli Deo? Nam si quid sit à Deo alienum, id accedens Deus, vt fur, vt vastator funditus perdit; solum seruans, & promouẽs quod suum est, respectu cuius verum Dominum agit. Exemplum capies homo in te ipso, in ipsa, & naturali, & penè necessaria seruitute, qua alijs præter Deum seruis, & qua soli Deo seruis, in illa experiris Deum vastatorem, in hac Dominum. Naturale est, quòd seruias ventri, alimenta, vndè viuas, parans, quis hanc à se seruitutem exuit? Non sic est necessarium seruire libidini, vndè plurimi totam seruitutem libidinis exuentes, corpora sua integre Deo sacrant hostiam viuentem, castam, Deo placentem. Quidergò Deus adueniens? *Esca ventri, & venter escis: Deus autẽ, & hunc, & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.* Ecce tibi vbi Deus inuenit seruitutem alijs præstitam, & si necessarijs, vt cibo, & alimento ventris, tamen ad hãc, vt fur venit, destruẽs prorsus opera illa, & penitus vastans: attamen respectu corporis sibi perfecta seruitute sacrati, non vt vastator, sed vt Dominus accedit, promouens illud à claritate in claritatem. Ait Anselm. *Vndè quamuis ad tempus venter escis moderatis debeat, corpus autem fornicationi nũquã debet mancipari, sed semper Domino Christo, vt ei seruiat, & Dominus Christus debetur corpori vt ipse sit eius præmium, dans ei participationem immortalitatis suæ.* Væ corpori, quod non se totum, & integrè Dei seruitio mancipauerit; quod aliquid in se alterius habuerit; hoc Deum furem, & vastatorem habebit; quòd autem Dei fuerit seruitio addictum, Dominum experietur, qui gloria, & honore coronet suum seruum.

Iosue. c. 1.

Caietan.

Apocal. 3

Rupert.

1. Cor. 6.

Anselm.

CAPVT III.

De supremi iudicis sententia proferenda.

LECCE vobis antiqua Patrum suspiria, nimirum, roratè cœli desuper, & nubes pluant iustum; & quidem iustissimus, & seueriſsimus Dominus in nubibus cœli veniens pluet super peccatores laqueos, gladium, & sulphur. In cuius fulgen-

fulgentissimo conspectu in dextram, & lævam omnium hominum diuisse tribus non iam ipse benedicent, & maledicent, sed hinc indè aliæ, & aliæ maledictionem, & benedictionem excipient. O vos fœlices, qui quotidianis obsequijs Deo exhibitis, diuinam benedictionem vobis æternare nouistis. Fleant, licet, à benedictione expulsi, perpetuoque lacrymarum flumine sulphureas inuidentiæ suæ flammas enutriant, semper illa optimi parentis vox fœlicium aures demulcet, ex Cen. 27. *Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi; & comedi ex omnibus priusquam tu venires? Benedixique ei, & erit benedictus.* Æternat equidem benedictionem suam, inter fratrum lamenta, qui properante ferculo nouit cibare Christum; vnius panis, quem comedit, non obliuiscitur Dominus, & in illo flammanti iudicij igne vnus panis exhibitus decoquitur, vt dulcissimas Dominis suis dapes exhibeat; cui hic panis non suppetit, minimè palleæ deficient, hoc est, alimenta æternorum ignium.

Genes. 27

Matth. 25. Cùm autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidem á dextris, hædos autem a sinistris.

§. I.

Etiam reproborum hominum honori consulit Dominus: sic vniuersi iudices damnatorum honori prospiciant.

VIde quantum valeat consortium naturæ, quandoquidem ipse Dominus per se ipsum venit, vt homines iudicet, reprobosque condemnet, nec id munus alteri cõmittit, vt dignitati humanæ maneat consultum, quæ non ab alio, nisi à Deo ipso mittitur in supplicium. Vndè Euseb. Emissenus serm. 2. de Symbolo ponderans illa verba, *indè venturus est iudicare vivos, & mortuos*, sic in rem præsentem edisserit: *Potuit Deus delegare Angelis suis discutiendi homines potestatem: sed agnosce homo dignitatem tuam, nulli etiam, vel cœlesti creaturæ esse te subiectũ voluit, nulli de te iudicare permisit. Agnosce nobilitatem tuam. Soli Deo competit de te iudicare.* Hunc voluit Deus consorti suæ naturę seruare honorem, vt homo solum Deum iudicem sustineret, & non per alium, quam per Deum damnationem mortis acciperet. Qui honos forsitan quoad aliqua, nempè quoad examẽ peccatorum non habetur his, qui extra Ecclesiam Dei periere, de quibus Psal. 1. *Non resurgent impij in iudicio*, quasi diceret, adeò miseri sunt infideles vniuersi, vt nec honore illo extremo digni sint, quo in discussionis iudicium per Deum ipsum per actum quo ad nos perueniant, sed ipsi sua manifestissima impietate damnentur. Id quod attigit D. Greg. lib. 26. Mor. cap. 20. inquiens. *Non enim eorum tunc causa discutitur, qua ad conspectum stricti iudicis iam, cum damnatione suæ infidelitatis accedunt. Increpatione indicis in extrema examinatione non audiunt, quia præiudicati infidelitatis suæ tenebris, eius, quem deperierant, inuectione redargui, non merentur*: Quis dubitet honoratius perire, qui per Deum ipsum discutitur, vt pereat? Cuius damnationis causam Deus ipse per se examinat, nulliquè ali examinandam credit? Non hũc honorem meruere Angeli, quorum causa in prælio illo cœlesti Apoc. per Michaelem Angelum definita est. Non meruere infideles, qui prorsus ignoti iudici perierunt; sed dignatus est Dominus fideles quondam suos sic honorare, vt dum damnandi sunt, illorũ nobilitati consulat, non illos alteri tradens, sed ipse per se castigans illorum scelera, & ad id è supernis in terrani iterum veniens: Hoc affectas honore fatuas virgines notauit non nemo, cuius locum amisi, dum non transcripsi: illæ quippè accedunt dum clausæ essent ianuæ, & nuptiæ intus celebrarentur, Matth. 25. ianuas pulsant, & inter pulsandum, sibi aperiri crebris clamoribus contendunt. Quid tunc? *At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.* Ille ipse sponsus inter nuptias, inter charissimarum sponsarum amplexus, inter dulcissima colloquia dignatur externarum clamores attendere; & illis respondere; cur non promptiores ministri, & serui respondent? Sanè ostij pulsatrices vsitatius à seruis responsum acciperent; insolitum est, quòd illud accipiant à Domino, & Domino nuptiarum occupato festis, nouarum sponsarum gaudijs prorsus

Euseb. Emiss.

Gregor.

Matth. 25

intento, sed hunc fatua virginitas extremũ excipiebat honorem, quod non seruus aliquis, aut hostiaria ancilla, sed ipse Dominus illis dignaretur mortis annuntiare responsum. Vtinam hinc iudices hanc Dei discerent dignationem, qua sic damnatis suis consulerent, vt præter supplicij pœnam, nihil pietatis illis negarent, nihil honoris. Vidè pientissimum Abrahamum, cum epulone apud inferos damnato loquentem, Luc. 16. *Fili recepisti bona in vita tua.* Filium vocat, quid honorificentius? Equidem renuit pientissimus iudex afflicto afflictionem augere, sufficiebat misero horribilis damnatio, cur aliundè negarentur illi bona, & honorabilia verba? Chrysostom. ibi: *Vide philosophiam, vide humanitatem iusti. Non dixit, Inhumanè, crudelis, sceleratissime, cùm tam multa commiseris in hominem, nunc mentionem nobis facis humanitatis, misericordiæ, & veniæ? Non pudes? Non erubescis? Sed quid dicit? Fili, inquit, recepisti bona tua. Nam anima, ait, dejectæ non addes perturbationem.* Tormentis illum addictum relinquit, sed quam potest humanitatem, & honorificentiam illi habet, sic iudices Christiani afficiantur erga reos suos, vt citra infligendam pœnam, qua possunt illos excipiant honorificentia, & pietate. Chrysost.

§. II.

Peccata non Deo, sed suis authoribus damnum inferunt.

MErito Iesus Dominus noster conspicietur ab omnibus damnatis, in maiestate sua, & gloria, vt pateat, quod nõ Deus, sed ipsi peccatores damnum excipiunt ex peccatis, quandoquidem post tot mundialium blasphemias, post tot scelera maiestas Dei in omni sua amplitudine, & gloria conspicitur, soli peccatores æternis sunt damnis mancipati. Sapienter carpebat Ierem. cap. 2. Israelitas Idololatras, satus. *Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est huiusce modi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi nõ sunt dij: populus verò meus mutauit gloriam suã in idolum.* Expende modum loquendi, quo grauissima Israelitarum carpuntur scelera facta in Deum, & eundem nullum scelus sic Deo contrariatur, vt Idololatriæ scelus, hæc Deum verum quantum est ex se, tollit, eiusque gloriam, & maiestatem lædit. Attamen Dominus nõ queritur gloriam suam læsam ab idololatria, sed gloriã populi sui, ait enim, *populus meus mutauit gloriam suam in idolum*, quãdoquidem, nec per maxima scelera Dei gloria immutari potest, illa mutatur, & læditur, & prorsus deletur, quæ populi gloria est. Ad hæc D. Chrysostom. orat. 1. aduersus Iudæos fatur. *Non dixit, mutastis Deum vestrum: Deus enim non mutatur: sed mutastis gloriam vestram. Neque enim me læsistis, inquit, neque vlla noxa ad me pertinuit: vos metipsos affecistis ignominia. Meam gloriam non imminuistis, sed vestram ipsorum.* Integra manet, & illæsa Dei gloria, inter blasphemantium iniurias, inter contumelias, & hominum opprobria: post quæ omnia solus peccator sibi non Dei maiestati apparet attulisse nocumentũ. Quòd notans Iob cap. 7. ait: *Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi grauis?* Ecce merces contrarietatis aduersus Deũ, nimirùm, factus sum mihi metipsi grauis; extollet se quantum voluerit puluis humanus; Deique se in omnibus ostendat aduersarium; illi acriter repugnet, non Deo, sed sibi grauis erit, ipse grauissimum onus telorum à se iactorum reportabit. Vt dicat Philo de vita Moysis. *Graue malum est incredulitas, sed solis perniciosum incredulis.* Mittentur equidẽ amissoris hominibus tela in Deũ, quæ ipsius gloriæ detrahant, eiusdem inaccessibilem lucem turpent: & tandem post rabidissimorum hominũ blasphemias, post scelerum audaces turmas, quid tunc? Diuina apparet maiestas fulgentissima, tota plena, & miseri peccatores irremediabiliter astant percussi. Ad hæc Dominus apud Isaiam cap. 44. *Deleui, vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua.* Quibus verbis pulchrè agnoscit Adamus exemplum Solis in dissipandis nubibus, cuius instar Iesus noster dicit se dissipaturum hominum iniquitates. Quippè tellus nigros halans vapores, & nubes, & nebulas in Solem iaculatur, quibus Sol obtenebretur, fulgentissimosque eius radios extinguat: ecce vobis Sol nubibus deuictus latitat, conglomerantur nubila, & tenebræ, & horror. Quid tunc? Vicisti terra? Solem vaporibus oppressisti? Absit: imò interea nubila solis ardore compressa liquãtur in nimbos; furit tempestas, tonat cœlum, fulgurat, fulminat, ardent turres, grandinantur segetes, virides quatiuntur pampini, in tot damna desinunt nubes, & Sol aureus in tota sua gloria medio sereno cœlo, nihil non videns tempestate percussum apparet fulgentissimus. Sic iustitiæ Sol Christus, vt nubes delet iniquitates, & peccata, quando dum illorum retributio in peccatores fiat, ipse in maiestate aderit, & gloria, vt pateat, quòd vt nubes, non Soli, sed terræ aqua orta est, Ierem. Chrysost. Iob cap. 7. Moysis. Isai. c. 44.

sic

sic scelera non Deo, sed artificibus suis pernicioſa exiſtunt. Tantum non hæc dixit,
Psalm. 90 Psalm. 90. sic ad Iesum locutus: *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquauit. Verumtamen oculis tuis cõsiderabis, & retributionem peccatorum videbis.* Multa equidem erit peccatorum audacia; te ò bone Iesu carabunt vndique opprimere, cingent latera tua; iam dudum clamãtes, circumueniamus iustum, morte turpissima condemnemus eum, sed interea calore tuo soluentur, & cadent ipsi à dextris, & sinistris tuis, ad te nullus casus appropinquabit, nullum nocumentum, ruina nulla; quin potius te omni decore, & maiestate sublimem spectan dum dabis, dum & ipsę illæsus, omnes tuos aduersarios miserrime lædi aspicies. Id quod Theodor. exprimit dicens:
Theodor. *A tua dextera, siue à læua tua multitudo infinita accesserit, tibi quidem nihil nocebit, videbis verò illos diuina plaga percussos.* Sic in Deum tela iacta, in authores suos resilient. Propone tibi ob oculos Samsonis historiam, is Iud. 14. ad nuptias dum tendit. *Apparuit catulus*
Iud. 14. *Leonis sæuus, & rugiens, & occurrit eum. Irruit autem spiritus Domini in Samsonem, & dilacerabit Leonem, quasi hædum, &c.* Ecce tibi Leo aduersus Samsonẽ sæuissimus insurgit magno rugito edito hominem voraturus; quid tunc? Primò in congressu Samson victor apparet, & Leo, iam non Leo, sed hædus miserè discerptus manet. Hæc Augusti. in rẽ præ-
Psalm. 80. sentem trahit, Psalm. 80. fatus. *Quãdo fremuerunt gentes, tunc Leo viro fori Samson venienti ad ducendam de alienigis vxorem, Christo scilicet descendenti ad habendam Ecclesiam de gentibus, fremens ibat obuiam. Sed quid egit? Tenuit, dissipauit Leonem, factus est in manibus eius velut hædus caprarum. Quid enim fieret populus fremens, nisi languidus peccator?* Equidẽ fremit homo in Deum, illum sceleribus offendit, sed transibit tempus peccatorum, & victor Iesus apparet in omni gloria sua, & in manu eius sinistra apparet peccator velut hędus discerpendus, dilacerandus.

§. III.

Summa Iesu gloria, quod ex omnibus mundi plagis electos suos congreget.

QValis Christi gloria, & quanta apparebit in iudicij die? Quæ eius ingentis maiestatis thronum virtutes extollent? Crediderim, quod inter Iesu glorias, hoc vnum spectabit ad summas, nimirùm: *congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit, &c.* Nulla gens non aderit Iesu cõspectibus, & ex singulis, & si remotissimis in thronum regni admittet electos suos, quo sibi parabit regnum gloriosissimum. Hinc Christi regni gloriam extollit, Psal. 86. *Gloriosa dicta sunt* *Psalm. 86*
de te ciuitas Dei. Memor ero Raab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigina, & Tyrus, & populus Ætyopum, hi fuerunt illic. Ecce tibi quam iactat vulgò gloriam celsissimam Iesu, nimirùm, quod intra eius mœnia inueniantur inclusi, & Raab, & Babylon, & alienigena, & Tyrus, & Ætyopes. Ad hæc D. Bruno, serm. de dedicat. Eccles. & cap. 6. de
D. Brun. Laud. Eccl. inquit. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, & quæ gloriosa? Memor ero Raab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Ætyopum, hi fuerunt in ea. Et re vera gloriosa, & plus quam gloriosa sunt hæc.* Cur non gloriosissimum sit Iesu, quòd è tãdisitis, & diuersis populis suos electos congreget in vnum? Dicebat ipse apud Isaiam cap. 49. iuxta lectionem, D. Augustini lib. de vnitate Eccles. capit. 7. relato à Leone à
August. Castro, ibi: *Sic dixit Dominus, qui finxit me ex vtero seruum sibi, vt congregem Iacob, & Israel ad eum appropinquabo illum, & honorabor coram Domino, & Deus meus erit, mihi virtus.* Ecce tibi ex quo honorem suum, & manifestationem suæ virtutis diuinæ Dominus Iesus cõstituat, nimirùm, ex eo, quod Israelem spiritualem, nimirùm, genus, & semen electum, ex omni generatione, & natione congreget, & regali throno appropinquet. Hinc crescit Iesu honor, & gloria, hinc in eo esse ostenditur virtus diuina, quæ è vastissimis mundi regionibus raros electos nouerit colligere, & congregare, quin vel vnum præteriret. Indè D. Ambr. epist. 47. ad Iræneum ex lib.
Ambr. 7. sic ait. *Quis congregauit Dei populum, nisi Christus? Quis glorificatus est ante Dominum? Quis est Dei virtus? Cui dixit Pater: Ecce posui te in testamentum generis mei, in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.* Equidem Iesus magna exaltatur gloria, infinitãque Dei in se ostendit virtutem, in eo quod ex vastissimis gentium lucis, ex mundi extremis oris nouerit semen electum congregare, & colligere. Ingenti enim admiratione, & stupore perpendi electorum dispersionẽ, cùm notabam à prærruptis Peruanæ regionis montibus, è medio nationis prauæ, & prorsus euangelicæ luci ignotæ puerulum, quasi per errorẽ ad nostros diuertisse, à quibus in salutem alebatur, & vitam. Siccine Deus bone tuos electos dispergis, vt vnus nascatur in peruana valle penè hominibus

inacceſſa; alter inter innumeras Iapponiorũ barbaries; alij & rariſsimi in remotiſsimis extremiſque Turcarum oris, & etiam non nemò illorum apud afferos, & inhoſpitales barbaros modo alatur? Sed eſt Ieſus meus, qui colligat, qui congreget omnes; non ille vnus ab vmbris Noruegæ ortus præteritur; non alter inter nondum cognitas regiones altus; non rari illi, qui in propè infinitis remotiſsimorum barbarorum turbis degunt, omnes, & ſingulos peruadit virtus Chriſti, & mirabili ſuauitate, & efficacia illos vndique noſcet colligere. Huc totus triumphus, & gloria crucis ſpectabat, ait enim Ioann. cap. 11. *Ieſus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.* Et quam diſperſi erant filij Dei? Non ſic diſperſum fuit ſemẽ Euangelici agricolæ, cuius aliqua pars cecidit ſecus vias, alia ſuper petroſa, alia ſuper ſpinas, alia ſuper terram bonam, & ex his periere ſemina, quæ in ſpinis, & petroſis, & ſecus vias ceciderunt; verùm, & ſi filij Dei diſperſi erant in omnem terram, adeò, vt aliquis eorum eſſet inter abrupta indorũ montium, alius barbarorum vepribus, & ſpinis vallatus, & inacceſſus, alius extremis mundi regionibus ſolum notus; in hac tamen diſperſione nullus perditur, ſed vndique à Ieſu meo in vnum fuere tracti, & congregati, quo eius gloria maxime exaltatur. Quapropter dicebat, Cant. 7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Ex quo ſic diſperſa congregantur per triumphum crucis, crux iam non lignum, non gregaria arbor, ſed palma dicitur, & inſigne victoriarum, quandoquidem nulla victoria ſic exornat, & exaltat crucifixum, vt illa, quæ ſic diſperſos Dei filios potuit colligere, & congregare. Vndè Drogò Hoſtiẽſis, ſerm. de Sacram. Paſſ. ait. *Aſcendit in palmam, & collegit fructus eius. Sic mediator Dei, & hominum medius inter cœlum, & terram fructus arboris, vndiquè colligebat, quos in corpus ſuum traijciebat: quia confluebant omnia ad arborem vitæ, quæ erat in medio paradyſi.* Expende illud, *vndique colligebat*: quippè ex quo brachia in cruce tetendit, adeò potens extitit brachiatus hìc noſter dux, & longimanus, vt ex remotiſsimis, & abſtructiſsimis mundi oris diſperſos ſuos electos valeret colligere, & ad ſe trahere.

Ioan. c. 11

Cant. 7.

Drog. Ho.

§. IIII.

Optimi regis forma eſt, quod in ſupplicijs contractior, in beneficijs largior debito appareat.

QVis non miretur ſupremi noſtri regis Ieſu indolem? Minabatur, ſe in iudicium ſeueriſsimum iudicem venturum: imò dies illa propter eius ſeueritatem, dies iræ dicitur, dies caliginis, & tenebrarum, dies vltionis, dies crudelis, in qua nihil non ſeuerum, & durum ſpectandum. Quid tunc? Ecce dies venit; ecce tribunal apparet, & rei circumſtant, & ille ſeueriſsimus iniquitatum vltor, *ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis.* Sicut paſtor, ait, in ipſius iuſtitiæ acie ſe meminit paſtorem, & paſtorem agit; beneficentiæ ſuæ paſcua vſque illuc dilatans, & curtans quidquid inuenitur pœnale. Eſt equidem optimi regis in immenſum dilatare terminos beneficiendi; ſuppliciorum autem grauitatem curtare, circinare. De rege Regum Pſal. 29 loquutus ait: *Quia ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Hæbraicè dicitur: *ad momentum eſt ira eius.* Chaldæus explicatius. *Vna hora ira eius, vita æterna bona volũtas eius.* Voluntas benefaciendi in optimo Principe nullis tenetur carceribus, nullis terminis claudi tur, ſed ſuper omnes graditur. Accinit Iſaias cap. 54. *Ad punctum in modico de reliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abſcondam faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redemptor tuus Dominus.* Quæ verba pulchra paraphraſi, & ſententia in rem præſentẽ ornat Nazianz. orat. 27. fatus. *Videor mihi hanc vocem audire ab eo qui in vnum collegit diſperſos, & ſuſcipit oppreſſos. In ira parumper te percuſsi, & in miſericordia æterna glorificabo te. Ego te tradidi, ego tibi ſuccurram. Maior menſura eſt clementiæ, quam emendationis.* Sic bonus Princeps beneficentiæ menſuras exhibeat largas, coagmentatas, ſupereffluentes; ſeueritatis autem menſuræ ſint breues, curtæ, & penè dimidiatæ. Talis erat Dauid rex factus ſecundum diuinum cor, de eo ſic 2. Reg. cap. 8. *Et percuſsit Moab, & menſus eſt funiculo, coæquando eos terræ. Menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum.* Argutius reddit Hebræus Caietani aiens: *vnum ad occidendum, & plenitudinem funiculi ad viuificandum.* Quippè in manibus regijs ſola menſura vitæ plena ſit, & coagmentata, & ſupereffluens, menſura autem occiſionis vacuata

Pſalm. 29

Iſai. c. 54.

Nazianz.

2. Reg. c. 8

Caietan.

Caietan. cuata. Ad hæc ipse Caietanus, ibi: *Maior clementia significatur, dicendo, & plenitudinem funiculi ad viuificandum; vt funiculus mortis insinuetur mancus, funiculus verò vitæ insinuetur plenus. Properiores enim debent esse Principes ad vitam hostium, quàm ad mortem eorum.* Hæc sit vna Principum cura, vt vel inter oues occisionis pastores agant, commoda illis aliqua parando, & supplicia curtando. Nil enim magis in se regale exhibebunt, quam si se nō carnifices, sed pastores ostendant. Vndè illa Cā-

Cant. 1. tic. 1. ad dilectum sum, ait: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie?* Et sanè in meridie primos peccatores à paradiso exturbarat, igneum gladium illius ostio addixerat, cur non potius petit sponsa, vt dilectus indicetur, & ostendatur per seueritatem gladij flammantis, per vindictam peccatorum, sed per amæna pascua? D. Am-

D. Ambr. brosius lib. de Isaac cap. 4. fatur: *Rectè dicit vbi pascis? Quia regale est Dei verbū.* Vbi nouerat regium dilecti sui ingenium, nihil in illo duxit familiarius, quam pastoricias curas, etiam inter vindictas peccatorum, inter flammantes gladios.

§. V.

A solius Dei infinita potentia venit, quòd afflicti, & despecti homines bene habeant.

QVis mundialis Princeps erga oues non potius Lupus, quàm pastor apparet? Sanè, hoc est, ingenium mundialium Principum, quod despectos, & afflictos homines, pauperculos, & infirmos despiciat, mactet: id quod persuadebat Dominus pauperculis suis, Matth. 10. aiens: *Mitto vos sicut oues*

Matth. 10 *in medio luporum*: nemo non lupus est aduersus afflictos pauperes, qui à mundialibus æstimantur, ad Rom. 8. *Vt oues occisionis.* Vide ergò, quas oues vniuersi, vt lupi infestant, diuinissimus Iesus seruat, & selligit sibi, vt pastor; *sicut pastor enim segregat oues.* Quis sic oues tractaret, nisi Deus? Quis sic erga pauperculos, & afflictos terræ, nisi ille, in quo tota diuinitatis virtus habitat corporaliter? Non equidem minoris virtutis est, quàm omnipotentis, gratos habere afflictos, & despectos pauperes. Fœlices vos Sanctorum greges, terræ afflicti, à mundialibus despecti, luporum omnium experti rabies, si tandem accessistis ad Iesum pastorum Principem, de cuius omnipotenti virtute venire potuit, vt ab illo, in æterna pascua ducamini. Apud Isaiam cap. 44. sic exaggerat Deus omnipotentiam suam in educendo populo captiuo ex Babylone, & eodem restituendo in Ierusalem. *Ego sum Dominus faciens omnia ex-* Isai. c. 44. *tendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientiam retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. Suscitans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalem, habitaberis, & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini, & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, pastor meus es.* Expende modo in quod desinant tot ostentationes diuinæ virtutis, & omnipotentiæ, nimirùm in eo: qui dico Cyro, pastor meus es, tanta molis erat, quod Cyrus fieret à Deo pastor populi sui? Cur non prius dicitur hic imperator constituendus à Deo pastor populi sui, quàm ipse Deus asseratur omnium rerum creator, & potens ex nihilo constituere omnia? Sanè incredibile erat quòd populus afflictus, & captiuus apud Babylonem experiretur Principem nō lupum, sed pastorem, nisi ibi interesset omnipotentis Dei infinita virtus, qua potest vniuersas creaturas euertere, & conuertere. Erat Dei populus Babylone captiuus, apud tyrannos illos, positus, vt ouis occisionis; promittit Deus, se suscitaturum Babylonis imperatorem Cyrum nomine, qui miseros illos captiuorum greges humaniter tractet, & in propria reducat. Sed à quo in mundialem regem dilapsus est hic pastoralis affectus erga pauperes captiuos, erga oues occisionis, nisi ab omnipotente, & infinita Dei virtute, omnia ex nihilo producente? Ipse solus omnipotentis spiritus potest, sic affici erga oues occisionis, erga pauperculos, & terræ afflictos. Omnipotentis erat vox illa apud Lucam cap. 12. *Nolite timere pusillus* Luc. c. 12. *grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Quis hæc tanta, & tam gloriosa speraret gregi pusillo? Quis sic afficeretur, erga viles ouiculas, erga afflictos pauperes, vt eos in regnum vocaret, ibique confirmaret? Nullus hoc præstiterit, nisi pater æternus, nisi solus, qui virtutem in se habet infinitam. Ad hæc Chrysol. serm. 23. *O bonitas* Chrysol. *effusa, ò inaudita pietas! O ineffabilis affectio in societate sensus pastor oues assumit, atque ad consortium dominationis seruos Dominus asciscit ad participatum regni rex gregem populi totius admittit: sic sic dat, cui deficere census, cui regnum minui, vacuari potestas non potest.* Expende cuius sit pastorem agere erga pauperculas ouiculas, nimirum eius, cuius potestas vacuari minimè potest. Vbi virtus finita est, & limitata,

mitata, afflictæ ouiculæ lupos potius inueniunt, quàm pastores; vbi autem infinita viget virtus, omnia prospera, & omnia magna parantur pauperculis ouiculis, Genes. 49. de Ioseph educto à carcere, vt pastorem ageret famelicis populis prospiciens, dicitur. *Gen. 49.* *Dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob: indè pastor egressus est.* Ex quo potentissimi Dei Iacob manus roborauit Iosephum, & à carcere illum eduxit, & pastorem afflictorum effecit; non antea liber à carcere, & pastor egreditur Ioseph, quam potentissimum Deum Iacob sibi assistentem haberet, de cuius infinitę virtutis afflatu venit, quod homo erga pauperes, & afflictos pastorem agat, & non potius lupum.

Matth. 25. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei possidere paratum vobis regnũ à constitutione mundi. Esurui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui: & dedistis mihi, &c.

§. VI.

Misericordia in pauperes omninodam acquirit benedictionem.

NON otiosè, qui panem esurienti pauperi dederunt in remuneratione vocantur benedicti à Deo; nec eorum benedictio in particulari explicatur, an fuerit cœlestium, an terrenorum? an agri pleni, an frumenti, & vini? quia misericordis hominis benedictio absolutissima est, & omnes vniuersas benedictiones complectens. Non vno, aut alio modo benedictus est pauperum curator, sed simpliciter, & absolutè benedictus, omnia benedictionum decora, & vocabula claudens. Solemne erat Iesu precãtium votis annuere illis verbis: *Fides tua te saluum fecit*, vel illis: *ecce sanus factus es*, vel huiusmodi alijs, at super egenorum curatores non hæc, aut illa, sed simul omnia bona verba, & benedictiones congerit. Id quod notans Nazianz. orat. de Pauperum amore. 16. fatur. *Dicet Dominus animæ tuæ. Salus tuæ ego sum, & fides tua saluum te fecit, & ecce sanus factus es, necnon omnia humanitatis verba, si solum te dolentibus videris humanum.* Hoc age, vt dolentibus, & egentibus compatiare, & simul omnia gratiæ, humanitatis, & benedictionis verba per alios dispẽsa, in te adunata capies: nulla, quæ alteri sit data, benedictione, frustraberis, omnes in te vno capies. Senio confecto, & infirmo, & esurięti Isaaco cibũ obtulit Iacob, quid inde? Statim super illũ benedictio aiẽs Gen. 27. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, &c.* Det, inquit Chrysost. tibi, qui edulia attulisti, quasi esurientis cibus sit, qui benedictionem afferat cibanti. Sed qualis ista benedictio, an vna, & singularis? Absit, imò ea est benedictio saturantis famelicum infirmũ, & debilem, vltra quam non inuenitur alia? Sic post hanc benedictionem Esau quærebat: *Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondet Isaac: Dominum tuum illum cõstitui, frumento & vino stabilitui eum, tibi vltra quid faciam?* Ex quo benedictio effusa est super cibantes pauperum, in vanum existimatur restare alia benedictio; ibi omnes benedictiones effusæ sunt. Quòd apertius indicat Chrysostom. paraphrasis dũ ait. *Respondit Isaac, & dixit: Disce, quod omnes benedictiones in eum effudi.* Non ita benedicitur egenorum saturator, vt aliquam benedictionem relinquat alijs, quin vniuersas in se benedictiones amplexatur. Ex quo lucem capit locus Genes. 49. vbi dum ad benedictionem Ioseph ventũ est, dicitur. *Dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob: indè pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli, desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, & vulvæ, &c.* Expende Iosephi progressus ex ægyptio carcere, primùm negotiante id Deo detracta sunt ei vincula, & vinculis liberatus egreditur indè, qualis egreditur? Egreditur pastor, hoc est, vt ait Rup. lib. 9. cap. 36. *Qui tempore famis vigilantissima pastoris cura multos pasceret populos,* ideò equidem à carcere egreditur, vt annonæ pecuniariæ occurrat, vt famelicis populis cibos prouideret, egentesque pasceret. Quid tunc? num vnam inde benedictionem habuit? Imò omnes benedictiones in eum effunduntur; etenim ait: Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, & vulvę. Sic omnes benedictiones simul confluunt in vnum egenorum procuratorem. Ex quo Malach. cap. 4. *Sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam.* Quippè alijs datur

Nazianz. *Chrysost.* *Genes. 27* *Genes. 49* *Rupert.* *Malach.*

tur benedictio, verùm in illos, qui pauperum fames faciant, prorsus effunduntur benedictionum fontes, & omnium creaturarum voce benedicti acclamantur. Sic habes Ecclesiastici. 31. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum.* Nullius labia muta sunt in benedictione illius, qui pauperum satiat fames, indè Psal. 40. *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum.* Non solum liberationem, & indemnitatem in iudicio promittit viro misericordi, sed & modo benedicta in illum colligit, & precatur bona, dicens: Dominus conseruet eum, & viuificet eum. Id quod ponderans Chrysol. ser. 15. fatur: *Non dixit: conseruat, & viuificat; sed dixit: conseruet, & viuificet. Dixit, non vt denuntiantis vox sit ista, sed rogantis. Qui audiuit rogantem egenum, ecce audit orbe toto pro se Ecclesiam sic rogantem, Dominus conseruet eum, & viuificet eum.* Sic orbis precationes, & benedictiones in vnum misericordem virum colliguntur.

Eccles. 31

Psalm. 40.

Chrysol.

§. VII.

Ciuilem etiam bonorum possessionem per eleemosynam apud Deum acquiris.

NON otiosè dicitur dispersoribus bonorum in pauperes, *possidete regnum*, firmam enim, & inuariabilem possessionē bonorum ex Deo acquirimus per eleemosynæ dispersionem. Solemne enim est iure ciuili, quod dum possessiones dignitatū, siue principatus assumuntur, aliquot nummuli inter præsentes populares dispergantur, quasi sine effusa beneficentia, possessio firma bonorum nequeat fundari. Sic etiam apud Deum ille solum firmam bonorum possessionem acquirit, qui nouit aliqua dispergere in pauperes. Psal. 118. *Anima mea in manibus meis semper*: quibus verbis multi putāt Dauidem se verum, & firmum animæ suæ possessorem ostendere, inter quos citatur à Lorino Græueus ser. 265. qui ex his ponderat, quàm fœlix ille homo sit, qui animæ suæ possessionem habet, vereq; & firmiter eius dominatur. Sed iam scirè cupis, cur vt possessionis actus circa animam explicetur, dicatur anima esse in manibus? Equidem quia sola manus pauperi aperta, cibos in egenos spargens nouit possessionis firmæ, & stabilis apud Deum actus celebrare. Hinc præclare D. Nazianz. orat. 16. de pauperum amore, ait. *Obediamus igitur verbo, quæramus requiem, quæ illic est, abijciamus facultatem, quæ hic est, quòd bonum in illis est, hoc solum lucremur, possideamus animas nostras in eleemosynis.* Nullos possessionis actus habebis apud Deum, circa bona tua, imò nec circa te ipsum, nisi dispersæ eleemosynæ in pauperes solemnitas adsit. Ex quo lucem affero obscurissimo loco Prouerb. 23. *Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ opposita sunt ante faciem tuam; & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Si animam in potestate habes, hoc est, si animæ possessionem tenes, id tibi agendum in conuiuijs est, nimirùm, vt cultrum gutturi statuas, vt nec buccellam glutias, quin cum pauperibus diuidas; nullam tibi integram buccellam accipias, sed cum paupere diuisam, & indè incipis possidere, quòd es; quandoquidem rei stabilem possessionem, & dominium apud Deum dispersio eleemosynæ in pauperes constituit. Luc. 12. ait Dominus. *Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam.* Expende illationem; ex eo quod omnipotēs pater decreuerit nobis dare regnum, iubemur nostra bona in pauperes diuidere: cur hoc? Cur necessum est bona nostra in pauperes effundere, ex eo quod accepturi veniamus regnum à patre? Sanè id petitur ex vsus communis necessitate, & obligatione, qua in accipiendis possessionibus principatum, & dignitatum missilia popularibus expectantibus immittuntur. Quò spectans Chrysol. serm. 23. inquit. *Est consuetudinis, est animi fœlicis, vt ascitus ad regnum, quòd fuit proprium, quod priuatum, mox parentibus, mox propinquis, ciuibus indignentibus liberaliter prorogare; ne sit mendicus animo, qui censu functus, & honore. Tali ergo prouidentia Dominus, consilio tali, vilia & caduca iubet, vt vendamus, vt largiamus, vt donemus, qui in cœlesti regno omnia, quæ in cœlo, & quæ in terra sunt, volumus possidere.* Spargat munuscula indigentibus, qui regni possessionem ingreditur; nulla enim principatus possessio firmatur, quin popularibus, & egenis missilia iactentur.

Psal. 118

Nazianz.

Prou. 23.

Luc. 12.

Chrysol.

§. VIII.

Beneficentia in pauperes regno digna.

AD cœleſte regnum vocantur, qui pauperes ſubſtantia ſua pauerunt; nec inſolitum eſt, regna, & imperia dedicari à miſericordia, & beneficentia. Mardochæi purpuram, & regium ſplendorem nullus eſt, qui neſciat, ſed ſi ſcire cupit, quæ virtus captiuum hominem à mortis limine in regiam dignitatem euexit, notet verba ex capit. 2. Æſter, vbi ſic de illo: *Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſa, quæ altero nomine vocatur Eſther: & vtrumque parentem amiſerat: pulchra nimis, & decora facie: mortuiſque patre eius, ac matre Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiam.* Quòd miſericordiæ opus præſtantius? Quæ maior pietas, & beneficentia? Et pauperculam, & orbam vtroque parente virgunculam adoptat vir bonus, ſuiſque bonis nutrit, qua miſericordia, & beneficẽtia nobile regno futuro auſpicium dedit. Sic Rup. lib. 8. de Victor. capit. 4. *Mortuiſque patre eius, ac matre, Mardochæus eam ſibi adoptauit in filiam. Opus pium, pietas operoſa, pium habuit iudicem, & inſpectorem Deum; cui tali in facto, in tam liberali gratia ſuauis vtique oblata erat eleemoſyna. Re vera odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, & re vera benedixit eis, & huic, quæ adoptata fuerat, & illi, qui adoptauerat. Benedixit, inquam, vt ambo creſcerent in ſalutem populi, in ſaluationem ſuæ gentis.* Ille fuit primus gradus ad regiam dignitatem, quòd Mardochæus orphanæ virgunculæ fuerit adiutor, & nutritius; vbi talem miſericordiam operatus eſt, locum illi in regijs Dominius præparauit, vt regio e culmine populorum ſaluti inuigilaret, qui priuatus pauperis commodis inuigilabat. Indè eſt, quòd ſapientiſſimus Iſaac regiam benedictionem filio daturus, non prius illam dat, quam ſenex, & infirmus viribus, lectoque decumbens cibos filij manu accipiat. Sic habes Gen. 27. Affer mihi cibos de venatione filij mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet, obtulit ei etiam vinũ. Quò hauſto dixit ad eum; accede ad me, & da mihi oſculum fili mi. Acceſsit, & oſculatus eſt eum, ſtatimque vt ſenſit veſtimentorum fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri, cui benedixit Dominus. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus. Eſto Dominus, &c.* Ecce tibi, quot culmina peperit ſatu-

Æſter.

Rupert.

Geneſ. 27.

ratio infirmi, & ſenis parentis, & ne putaretur, auſpicium illud regni ad alium ſpectare ex intentione parẽtis, ideò addid illud pronomen demonſtratiuum, nempe, *tibi*, quod ſic expendit Chryſoſt. *Det, inquit, Dominus Deus tibi, qui edulia attuliſti, qui à me oſculum accepiſti, & ſeruiant tibi gentes, &c.* Vnum edulium famelici, & infirmi pauperis ſpectant imperia, ab edulio pauperis, non niſi ad regnum itur; quando quidem nihil magis regium eſt, quàm proſpicere egenis. Et adeò coniuncta ſunt hæc duo, regnum, & eleemoſyna, vt vnum ſine altero inueniri nequeat: vt ſi eleemoſyna adſit, ſtatim adueniat regnum, & ſi regnum eſt, continuo ad eleemoſynas ſit veniendum. Apud Luc. 12. *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum.* Quid tũc? Quid huic regno proximius? *Vendite, quæ poſsidetis, & date eleemoſynam.* Non ſtat regnum ſine eleemoſyna, nec vlli datur regnare, niſi de conſortio beneficentiſsimæ virtutis, qua propter vehementiſsime ad eleemoſynas faciendas vrget Nazianz. orat. 16. de paup. amore, inquiens. *Quis te Dominum, & regem ſuper omnia terreſtria conſtituit? Quis, ne ſingula enumerem, omnia donauit, in quibus homo cæteris præcellit? Nonne Dominus, qui nunc præ omnibus, & ante omnes humanitatem à te expetiuit?* Nunquam à manu Domini regnum venit, ſine beneficentia comite, nec beneficentia ſine regno: vbi regnum porrigit, ſtatim vult lucere munus in beneficentia; & vbi beneficentiam videt, ſtatim regnum porrigit. Vndè merito ille, qui nec veſte pauperem, nec cibo famelicum fouere poterat Iſaiæ, c. 3. à ſe deprecabatur regnum. *In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite conſtituere me Principem populi.* Ille merito auſpicium regni habet, qui à ſe confotos habet pauperes. Eunuchus ille Candacis reginę Actor. 9. accepit in curru ſuo Chriſti pauperem Philippum, ait enim textus: *Rogauitq; Philippum, vt aſcenderet, & ſederet ſecũ.* Quid tũc ex cõſortio pauperis? Pulchrè D. Baſil. hom. 13. pro exhortatione ad Bapt. ait. *Verum ſtatim dives pauperem in curru accepit: idiotam ac deſpectum magnificus, ac ſublimis: ac demum edoctus Euangelium, regni continuo fidem in cordis penetralibus concepit.* Simul cũ paupere regios ebibit ſpiritus, & qui ante vile ſeruitium huius mundi præſtabat creaturę, vbi pauperem itineris ſocium habuit, veri regni, ſibi manentis notitiam adipiſcitur.

Luc. 12.

Nazianz.

Iſaiæ, c. 3.

Actor. 9.

D. Baſil.

§. IX.

§. IX.

Cæteræ virtutes pugnant, verum misericordia in pauperes erigit trophæos.

QVis non miretur, iudicem solius misericordiæ in pauperes meminisse? An cæteræ virtutes non requiruntur in saluandis, cur ergo sola ibi misericordia in mediũ adducitur? Habent equidem virtutes sua tẽpora distributa, quibus luceant; ita, vt aliæ pugnis attendant, aliæ trophęis erigendis inuigilent. Pro trophæis erigendis misericordia in pauperes constituitur, & ideo in iudicio sola monstratur, quia ibi trophæorum tempus est: cæteræ virtutes suum tempus in prælijs cum vitijs habent. Ad hæc D. Laurent. Nouariẽsis hom. de Eleemosyna, fatur.

D. Laur. *Stet dextra tua obnoxia cõtra partes pestilentiæ, contra arma hostilia, contra effœminata vitia, cõtra peccata, & crimina; stet dextera tua armata; id est fides robusta, spes stabilita amore copulata. Obducat scutum fidei, inducat loricam spei, obijciat iustitiæ hastam, intẽdat orationis arcum, erigat eleemosynæ trophæum.* Ecce tibi quando vniuersæ virtutes pro armis assumuntur ad confligendum, ad pugnandum, vni eleemosynæ mandatur trophęorum erectio, quippè non tam pro pugnis, quàm pro triumphis ipsa charitas in pauperes statuitur. Indè Iob

Iob c. 29. cap. 29. ait: *Oculus fui cœco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Quid fructus ex tot misericordiæ operibus congestis? Iam explicat aiens. *Dicebamq́, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.* Meritò vt sẽ instar palmæ effingeret, præmisit tot officia erga pauperes, sola enim misericordia est: quæ triũphat, & in qua vniuersæ palmæ radicantur. Ait Chrysologus relatus à Tilmanno in allegorijs ad cap. 21.

Chrysol. Prouerb. *Ieiunium licet innocentia radiat, castitate fulget actu, pingitur moribus, micat sanctitatis incessu, toto magnificatur ornatu: sed sine misericordia gloriam non habet, palmam non tenet.* Vbi stringendus gladius aduersus vitia est, ibi, & ieiunium, & cæteræ aliæ virtutes accurrunt, & in omni fortitudine sua apparent; verùm vbi triumphus agendus, vbi trophæa eleuanda, vbi palmæ reportandæ, ibi misericordia in pauperes se ostendit, penes quàm totum est negotium, & triumphorum & palmarum. Psal. 17. aiebat Dauid ad Do-

Psalm. 17 minum: *Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti, vt arcum æreum brachia mea.* Quibus verbis contemplabatur Vates totum virtutũ exercitum pro se pugnatem, in quo præterquam, quòd vniuersæ virtutes strenue, & fortiter præliabantur, eminebat tamen inter omnes virtus quædam brachiata, quæ instar brachiatorum militum pro signis ferendis, suprà́que hostilia mœnia constituendis veniebat in aciem. Quæ hæc virtus brachiata? Athan. in caten. Græca, ait: *Manus, & brachia sunt virtutes, quæ intellectuales hostes iaculantur, & expugnant. Maxima verò manus est eleemosyna, quæ pauperum amatores omni materia fortiores reddit: nunquam enim infirmantur brachia miserentis.* Nulla magis brachiata virtus pro signis ferendis, & trophæis figendis inueniri potest, quàm charitas erga pauperes, hæc nescit non peruenire ad palmas, hæc vbicumque victoriarum signa erigenda sunt, manifesta apparet. *Athan.*

Matth. 25. Tunc respondebunt ei iusti dicentes, Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus: sitientem & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudũ, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmũ, aut in carcere, & venimus ad te? Et respõdens rex dicet illis: Amen dico vobis, quãdiù fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis,

§. X.

Diuinæ remunerationis gloria tanta erit, quæ omnium molestiarum temporalium vestigia prorsus deleat.

SCiebãt sanè iusti homines, quòd eleemosynas, & officia pauperibus exhibita Christus Dominus accipit, pro cuius amore illæ dabãtur. Nihilominus dum remunerationis gloriã potiuntur, sic afficiuntur intrinsecus, vt quasi non meminerint eleemosynarum, nec temporariæ seruitutis, aliarumve mo-

lestiarum, quæ inter remuneratoris diuini præmia prorsus disparent, & oculis eripiuntur. Non longè ab hoc aberat Abacuc cap. 2. inquiens. *Si moram fecerit, expecta eũ, quia veniens veniet, & non tardabit.* Expende verborum quasi cõtradictionem, in primis supponit, quòd diuinus remunerator moram facit, ait enim, *si moram fecerit*; deinde asserit, quòd moram nõ facit, dum dicit: *non tardabit.* Quomodo non tardabit, siquidem moram facit? Moram quidem facit, & longissimam, & molestissimam dum non venit, at vbi iam aderit remunerationem afferens, tot effundet gaudia, quæ prorsus deleant memoriam præteritæ moræ, adeò vt minimè videatur moratus, sed breuissimè aduentasse. Ita Rup. ibi ait: *Cùm venerit, non tanquam tardus aderit, sed totum præteritum tempus videbitur fuisse nimiæ breuitatis.* Sic remunerationis inter glorias præteritę molestiæ euanent: sic longissimæ erumnę, multorum annorum labores leuissimi, & momentanei videbuntur. Paul. 2. ad Corinth. 4. ait. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Nihil in præsenti reputat non leue, & momentaneum; sed sunt in præsenti, qui habeant triginta & octo annos in infirmitate, qui integrum penè sæculum in fame, & siti, & nuditate traijcient, quæ ergo ars sæculum conuertit in momentum, & pondus in leuitatem? Illa ars, qua simul posuit Apostolus remunerationis gloriam, *aiens: æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, etenim inter glorias remunerationis, sic præteritæ ærumnæ euanent, vt longissima sæcula, & grandia infirmitatum pondera, leuidensia videantur, & momentanea. Annuit Chrysost. hom. 8. de Pœn. fatus. *Coronam proposuit, certamen atque leue fecit, & sæculum.* Tanta paratur à Deo fidelibus suis gloria, vt in conspectu illius laborum pondera prorsus dispareant, & sæcula ærumnarum instar momenti cuiusdam fuisse videantur. Indè Apocal. 21. de cœlestibus ciuibus locutus, ait: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*, lachrymam dicit abstergendam, non lachrymas abstergendas; non fontes lachrymarum siccandos. An lacryma erat, & non potius lacrymarum flumina; de quibus Dauid Psalm. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo*? An lacryma, & non potius lacrymarum fontes, vbi Ierem. ait cap. 9. *Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis*? Equidem lachrymarum sunt fontes largissimi à sanctorum oculis defluentes in hac lacrymarum valle, & miseriæ, verum vbi remuneratoris manus accedit, vt abstergat, tãta ibi gloria fulgurat, vt instar vnius lacrymulæ appareant lacrymarum flumina. Quid plura? Non solum instar lacrymulæ apparent, sed & prorsus euanent, vt nec remaneant vlla earum vestigia. Quis enim plures labores sustulit, plures lacrymas fudit plures fames, sitesuè passus est, quàm Dominus Iesus? Hũc tamen cum sancti vident gloria, & honore coronatum, dicunt. *Quando te vidimus esurientem, & paximus, sitientem, & dedimus tibi potum*? Sic loquitur Matthæus, sic loquitur Zachæus, sic Magdalena, & Lazarus nobilissimi hospites Christi, negant illum sitientem, aut esurientem vidisse. Vndè hoc potuit euenire, nisi ex summa Christi gloria, quæ tanta est, vt penitus aditum occludat memorię pristinæ iniuriæ, & neget fieri potuisse egenum, qui modo apparet in tantis gloriarum diuitijs? Pulchrè D. Paschasius, lib. 11. in Matth. fatur. *Magnæ admirationis est stupor, quem in tanta maiestatis gloria conspiciunt, & claritate, si eum esurientem aliquando, vel sitientem videre potuissent.* Sic pristinas egestates abolet præsens gloria Christi, vt non fuisse pene appareant illis ipsis, qui esurientem pauerunt, & tanquam leprosum putarunt, & à Deo percussum. Vndè cum ibi ipse Dominus aiebat: *Esurini, & dedistis mihi manducare.* Stupet Chrysol. quod præterita esuries, vel in mentem venerit adeò glorioso regis. Qualiter ò Domine meministi esuriem in tanta gloria constitutus? Nonne gloria tua radit penitus memoriam laboris pristini? Imò adeò memorias laborum radit gloria, vt necessum habeat diuinare, qui illas velit meminisse. Ita Chrysol. serm. 14. *Qui totius creaturæ bona non esurit, saginatum se in esca pauperis prophetizat in regno cœli coram omnibus sanctis, in conuentu resurgentium.* Expende illud: prophetizat: prophetia enim est de re minimè apparente, in gloria autẽ resurrectionis, sic labores præteriti disparent, vt nec Iesus, nisi prophetando agat de illis.

Abacuc.

Rupert.

2. Cor. 4.

Chrysost.

Apoc. 21.

Psalm. 6.

Ierem. 9.

D. Pasch.

Chrysol.

Chrysol.

§. XI.

Solus Iesus verus frater, à quo vno venit, quidquid fraternæ charitatis in nobis inuenitur erga hostes.

POnderanda sunt illa verba, nimirũ, *quod fecistis vni ex minimis istis fratribus meis,*

cur

cur non potius dicit, *fratribus vestris*? Equidem dum iuberis eleemosynam facere, iuberis respicere fratrem tuum, tali enim nomine proponitur tibi pauper, Ecclesiastici cap.29. *Propter mandatum assume pauperem. & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuũ. Perde pecuniam propter fratrem tuum.* Quasi tuus frater, sistitur tibi pauper, vt eius miserearis, post eleemosynam autem factam humili, & pio pauperi, iam pauper non frater tuus dicitur, sed Christi frater, quòd fecistis, ait, vni ex minimis istis fratribus meis, & merito, quia solus Iesus verus frater est, vt qui solus nouit, non solum inopiam iustorum, sed & mala fratrum superborum tolerare, & rependere bona. Non absimile quid inuenio apud Amos cap.6. vbi sic. *Ve qui opulenti estis in Sion, & confiditis in nomine Samariæ: optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israel.* Et post pauca subdit: *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritionem Ioseph.* Duplex eis peccatum obijcit, vt testatur Ribera noster, quòd ipsi omnibus rebus abundent, cùm alij in paupertate degant, & quod tranquillo, ac paccato animo sint, fratribus suis inopiæ dolore tabescentibus, propter hoc dicit: Nihil patiebãtur super contritionem Ioseph: hoc est, non misebantur diuites isti egentes, dolentesque fratres. Sed scire cupis, cur, vt insinuaret fratrũ contritionem, & inopiam, maluit dicere cõtritionem Ioseph? An quia Ioseph solus verus frater, ideò Ioseph pro fratre ponitur? Equidem merito non nouit aliud fraternitatis vocabulum, quam Ioseph; quia solus Ioseph nouit se fratrẽ ostendere, & ideò quidquid fraternum est, & illius proprium est, & eius vocabulo explicatur. D.Augustin. lib.4. de doct.Christ.cap.7. ait. *Miro decore non dictum est, nihil patiebantur super contritionem fratris, sed positus est pro fratre Ioseph: vt quicumq; frater proprio eius significaretur nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, vel in malis, quæ pendit vel in bonis quæ rependit.* Ille solus fraternitatis explet vocabulum, qui nouit, vel lædentibus fratribus benefacere, & bona rependere malis. Indè solus Ioseph stat pro verò, & germano fratre, qui solus nouit tunc fratrum iniurias beneficijs repensare. Et longè præstantior illo frater Iesus, qui pro inimicis nouit, & dare sanguinem; vndè merito misericordes viri non dicuntur, in retributione fratres pauperum, quia hi iustis, & humilibus pauperibus bona sua dederunt; non autem superbis, & resistentibus dederunt sanguinem, quòd fecit Iesus, & ideò solus dicitur eorum frater. Hoc enim est complementum veræ fraternitatis, quod vbi non explicatur, nec vera explicatur germanitas. De occisso Abele aiebat Dominus ad Cain: *Vox sanguinis fratris tui clamat*, cauit dicere vox fratris, quia minimè est fratris clamor, qui etiam in hostem datur. Ambr.lib. 2. c.9. ait: *Et benè, ait, vox sanguinis, nõ frater clamat. Hoc innocentia, & gratia fraternitatis etiam in ipsa morte seruat.* Non est frater, cuius vox nõ dicitur pro hostibus exorasse. Et planè solus Iesus hanc indit hominibus veram, & perfectam germanitatem. Accipè duos vterinos fratres, quàm maximè desidentes Iacob, & Esau; hic illum maximè persequebatur: ille hunc, vt fraternũ in amorem traheret, Gen. 32. humilis accedit, & post oblata dona multa, *adorauit septies in terra.* Expẽde modo diligẽtiam, quàm exhibet, vt fraternum amorem in hoste etiam excitaret, nimirùm, adorauit septies. Cur septies ad hoc adorat? Sanè Christi Domini spiritus ille est, qui apud Matth. 18. iubet, fratri peccãti, & offendenti, & septies, & septuagies septies remittendum, quem Christi spiritum septena adoratione hostis sui nititur Iacob exsuscitare, sciens, de illius afflatu posse venire fraternã inter adeò læsa, & contraria corda charitatẽ. Do D.Amb.lib.2. de Iacob cap. 6. *Hoc igitur spiritu propheticò sanctus Patriarcha significat in aduenientem respiciens, qui non solum vsq; septies, sed etiam septuagies veniam fratri laxari iuberet; vt eius contemplatione conuentus Esau, iniuriam, quam sæpe accepisse putabat, remitteret fratri, & quamuis læsus in gratiam rediret.* Non à muneribus, non ab officijs, sed vel ab vmbra solius Iesu putabat Iacob posse venire, tàm fraternum amorẽ, qui iniuriosum & inimicum reciperet amanter frater.

Ecclesi. 29

Amos c. 6

D. Augu.

Ambros.

Genes. 32

Ambros.

Matth.25. Tunc dicet & his, qui à sinistris erũt, discedite à me maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. &c.

§. XII.

Soli viri misericordes cauent verbum asperum, quo misere confodiuntur immisericordes.

VIde quot asperissima verba à Iudice geminantur in reprobos auaros, qui nec

frustro panis voluerunt emere cœlestẽ principatum: *Discedite*, ait, *maledicti in ignem æternum.* Eu asperissima verba audienti! Quis ferat à Deo reiectionem, quis maledictum ferat? Domine si miseros damnas, si æterno tradis igne cruciandos, cur addis maledicta, cur maledictos etiam nominas? Sufficeret miseros de facto perire, quid necessum est & asperrimis verbis confodi? Sanè parua est Gehenna ad immisericordis hominis cruciatum, aliud quid Gehenna maius excogitatum est, nimirùm, verbum asperum, quo excrucietur. Ad immisericordẽ illũ diuitem dicitur Luc. cap. *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Mortis damnatio illi intimatur, imò & Gehenna annuntiatur propè, & quasi in ianuis esse. Quid acerbius? Quid durius? Crediderim pro acerbiori, & duriori pœna additum esse illud asperitatis verbum, quo vocatur stultus, quæ pœna verbi asperi, vt immisericordium propria, sic illis omnium durissima venit. Ad hunc D. Basil. hom. in diteſcentes, fatur: *Audi miserie dignam appellationem, quam tibi nullus hominum, sed ipse Dominus indidit: Stulte, hac nocte animam tuam abstè repetent: superat æternam pœnam tristitia ista stultitiæ.* Hæc est propria immisericordis hominis pœna, & quidem Gehennali incendio grauior, nimirùm, probrosa verba, & aspera quibus feritur. Hãc, nullus immisericors deuitat, sed solus ille totam cauit asperitatem verborum, qui factis suis paucorum interrigilat commodis, & saluti. Psalm. 99. aiebat: *Liberauit me à laqueo venantium, & à verbo aspero*, prius à laqueo venantium, se liberum gaudet, deindè à verbo aspero; quasi non aliter à verbis asperis liberari posset, nisi prius à se excluserit laqueum venantium, hoc est, laqueum auaritiæ, quo Iudas, & vniuersi duri ad pauperes suffocantur. Ex quo D. Bern. tract. de diligendo Deo, sic immisericordem pungit. *Væ tibi populo stulte, & insipiens; nec modo enim liberari vis de laqueo venantium, siquidem qui volunt diuites fieri in hoc seculo, incidunt in laqueum diaboli. Nec tunc à verbo aspero poteris liberari. O verbum asperum, ò sermo durus, ite maledicti in ignem æternum.* Planè confoditur aspero verbo, qui prius se se pecuniarum seruadarum non eripit laqueis: dum inter hos laqueos ambulas, væ tibi homo, & dira, & maledicta, & probra, & omnia aspera verba tibi manent: quæ solus effugit, qui misericors est, qui verè cum pauperibus sua diuidit. Isaias cap. 57. ait. *Iustus perit, nemò est, qui recogitet in corde suo; Et viri misericordiæ colliguntur, quia non est, qui intelligat.* In quibus verbis acuta est obseruatio Adæ in oration. funebri Tilmanni, vt ipse expendit, quod propheta, vt misericordis viri mortem exprimeret, diuersissimo verbo vsus est, ab eo, quo explicauit mortem etiam iusti. De hoc ait, *perit*, nec vereatur asperissimum verbum perditionem significans in medium producere; de illo autem dicit, *colliguntur*, quasi caueret omnem verbi asperitatem, ab omni enim verbo aspero viri misericordiæ sunt immunes.

D. Basil.

Psalm. 99

Bernard.

Isai. 27.

§. XIII.

Infernalis flamma eo durior, quo Dei visionem intrinsecus tollit.

NOn adeò atrociter æternus ignis damnatos exciperet, nisi præcederet, quod in illo Dei conspectu carerent, necessum enim est, quòd à Deo prorsus discedant, diuinumque conspectum prorsus amittat, quicumque æterno cremantur igne. Quanta hæc pœna? Crediderim omnium durissimã. Et quidem dum meditor hanc pœnam, ex Matth. verbis dicentibus: *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, vbi ignem æternum video simul cum discessu à Deo, cum amissione diuini conspectus, statim incido in illud, Psal. 57. aientis. *Super eos cecidit ignis, & non viderunt Solem*, non ignis, qui illuminaret, sed qui visionem auferret, qui æternum cruciet homines cœcitate, qua perdant diuinum solem. Ad hæc D. Gregor. lib. 9. Mor. cap. 38. fatur. *Ignis enim super impios cadit, sed Sol igne cadente non cernitur; quia illos, quos Gehennæ flamma deuorat, à visione veri luminis cœcat: vt & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cœcitatis obscuret: quatenus qui authori suo corde, & corpore deliquerũt, simul corde, & corpore puniantur, & vtrobique pœnas sentiant, qui dum hic viuerent, prauis suis delectationibus ex vtroq; seruiebant.* Inter rabidissimos æternorum ignium aculeos, hoc erit reproborum acerbissimum supplicium, quod æterna caligine suffusi iustæ solem sentiant in pœnis, inglorię fulgorem nõ videant. Hunc est, quod seuerissimus iniquitatum iudex, vbi sordentem hominem à nuptiarum domo, in supplicij locum mitti iubet, tali illum verbere confodit, Matth. 22. *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium.* Solis tenebris traditi hominẽ, & nihilominus putat in tenebris causam esse interminabilis luctus, rabidissimiq; dentium stridoris. Fumo quidem abolitis lacrymas cieri nouimus. Sed quomodo tenebræ

Psalm. 52

D. Grego.

Math. 22

nebrę idem præstent officium, vsque adhuc inauditum est. Non id præstant humanarum noctium tenebræ; non materialis solis absentia: non luminum vniuersorum cœlestiũ occasio: sed illæ tenebræ eam solum causam lacrymarum, & desperatissimi stridoris inducunt; quæ diuini solis visionem obcœcant, & penitus intercludunt. Indè citatus D. Hieron. ad Demetriad. sic ait: *Caue, ne*
D. Hiero. *mittaris in carcerem, & in tenebras exteriores, quæ quanto à Christo verò lumine separamur, tãto nos maiori horrore circumstant.* Non horribiles sunt tenebræ, quæ à Dei conspectu & præsentia non separant, verùm illæ plenæ horroris, & calamitatis, & miseriæ inenarrabilis, quæ à Dei conspectu separationem inducunt. Quàm miserabilissimam calamitatem solam minatur Dominus impio, vt vniuersos perterrefaciat impios, dum Isaiæ.
Isaiæ. 26. 26. inquit. *In terra sanctorum iniqua gessit, nõ videbit gloriam Dei.* Impuris Sodomitis sulphureas comparat flammas; sedit osis Dathan, & Abiron sepulchralem terrę hyatum opponit: sacrilegis autem, & omnium nequissimis hominibus hoc vnum acerbissimum minatur supplicium, ne videant gloriam Dei. Id quod ponderans D. Bern. in de-
D. Bern. clamationibus, ait. *Durus est hic sermo, & cõminatio valde terribilis, non videbit gloriam Domini. Quid igitur cætera vidisse præstat?* Sanè Absalon opulentissimæ Ierosolymæ delicias potiebatur, pulcherrimarum puellarum choris intererat: coequalium iuuenum voluptatibus erat oppletus: vno solo patris cõspectu carebat; paternæque domus solius liminibus exclusus, inter alias immensas delicias, ac voluptates sic miserandus clamabat 2. Reg. 14.
2. Reg. 14 *Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse; obsecro ergo, vt videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.* Et si ab exilio Gessur in Ierosolymam esset reuocatus: patriasque ibi delicias frueretur, omnia contemnit, dùm minimè licet frui conspectu patris; imò hanc solam priuationem longè acerbiorem ipsa morte putabat. Conueniant huc vniuersi, qui mundialibus immersi voluptatibus, sibi comparant priuationem visionis beatę. Quid præstat cætera vidisse, si Deum minimè visurus es? Quam fœlicius ageres, si cum omnium iactura bonorum, imò cum mille mortiferis plagis vnum hoc comparares bonum, vt videas faciem regis summi, ab eiusque dulcissimo cõspectu nequeas separari?

Matth. 25. Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

§. XIIII.

Summa hominis miseria est, quod miser degat inter fœlices.

VIde vltimæ miseriæ exaggerationem, quòd dum iusti coronas accipiunt, palmasque vestibus fulgent, impij eant in supplicium. Cur aliud tormentum spectes? Cur flammas, ignes requiris? Hoc vnum excedit omnia cruciatuum genera, adeò vt dicat D. Chrysost. epist. 5. ad Theodorum lapsum: *Et si enim fluuius ignem non volueret, neque Angeli assisterent adeò formidabiles: soli autem conuocati homines, quorum pars laudata est, & in admiratione habita, pars ablegata in gloriæ, ne gloriam Dei videat: num istud per se pœna foret, tota geheuna acerbior?* Chrysost. Equidem acerbissimus dolor, rabidissimùsque inuidentię stridor reprobos inuadet, dum se videant omni orbatos bono apud fœlicissimos, & rapi in tormenta, dũ alij ad coronas rapiuntur. Cant. 2. aiebat Spõsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: hoc est, donec iustorum, & peccatorum sors manifestè in iudicio appareat: sic diei nomine iustos, vmbræ autem vocabulo peccatores in præsenti designat teste Bern. Sed cur dicit, aspiret dies, & inclinentur vmbræ? Aspirare solum potest, qui viuidus, & fortis est; & si dies aspiret, si dies in fortitudine sua viuat, vmbræ prorsus disparent, & euanent; quæ tunc solum inclinantur, & cadunt de montibus, cũ dies occumbit. Quales ergò vmbræ erunt, quæ inclinentur, & crescant in diei fortitudine? Sanè peccatores dum videant iustos fulgentes in magna constantia, maiori horrore succumbent; fulgentissimaque sanctorum cohors in fortitudine splendoris sui faciet, non quod euaneant, sed quòd inclinetur, & prorrogetur tristissimæ vmbræ, & horribilis mortis æternæ imagines. Ad hæc D. Bern. serm. 72. in cant. *Hæ siquidem vmbræ* (nempe tenebrosi Principis asseclæ) *non planè, cum aspirauerũt, in nihilũ reuertẽtur sicut à facie huius corporeæ lucis vmbras corporeas nõ disparere tantum, sed & penitus deperire videmus. Itaq; erunt quidem minimè extremius nihilo, miserius tamen. Erunt, sed inclinatæ, & subditæ. Inclinauit se, inquit. Psal. & cadet vm-* D. Bern.

brarum Princeps. cùm dominatus fuerit pauperum: ibuntq; de tenebris in tenebras densiores, vt qui in tenebris sunt, tenebrescant adhuc. Sic ad conspectum dominatus, & exaltationis sanctorum horrores, & strictissimæ reproborũ vmbræ cadent, & inclinabuntur magis, in maiusque deuenient augmentum calamitatis. Eòque magis crescent horrores vmbrarum, quo iuxta illas fulgẽtiores dies sanctorum appareat. Vbi autem Deus percussionis diuinæ dolorem imminui gaudet, nihil magis curat, quàm percussum à fœlicium conuictu separare. Sic Gen. 4. ad primum parricidam loquitur: *Maledictus eris super terram. Cùm operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos: vagus, & profugus eris, &c.* Suffecisset misero maledictio diuina, ad sceleris vltionem, cur insuper additur exilium à patria tellure? Sanè exilium additur, ne in fœlix cogatur apud fœlices versari, vt indè eius magis asperetur malum. Id quod ponderans Claudius Marius Victor. lib. 2. in Gen. ait.

Genes. 4.

Clau. Ma.

Nàm profugum tantum, atq; exterrem ab vtroq; parente,
Longius amandat, vastaq; relegat in oras,
Et iubet à patrijs confestim excedere terris.
Hac etiam longè misero fœliciter in re
Gratificans: grauior nam multo est pœna, videri
Inter fœlices, & puramente beatos.

Nunquam non sciuit miser à fœlicium conspectu incrementum dolorum non sumere.

§. XV.

Labor & solicitudo Christi Domini pro suis nõ cessat vsque in hanc fœlicem sanctorum regenerationem.

MErito nunc dicuntur iusti, quòd ibunt in vitam æternam: vsque modo diuinus pastor humeris suis portabat oues, quæ portatæ oneri, & labori pastori suo erant, modo iam non sunt oneri, iam non portantur, sed ipsæ per se eunt in vitam æternam. Sponsa adhuc in hac generatione constituta memorans dilectum suum, ait, Cantic. 2. *Qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Etsi inter lilia sit Dominus, sic floridas iustorũ mentes sibi adlegit, quasi qui gramina mandit, quasi qui virentia prata dente pascitur, quòd pascuale conuiuium erit Domino, donec aspiret dies, & inclinẽtur vmbræ, nimirùm, fugatis tenebris mundialibus in inferiorum antra iusti vniuersi effulgeant, sicut soles in perpetuas æternitates. Tunc enim iam sancti non pascua, sed potus erunt Domino: quippè ait Matth. 26. *Non bibam de hoc genimine vitis, donec bibã illud nouum vobiscum in regno patris mei.* Ecce tibi post fugatas vmbras, in regno patris non pascua, non cibus, sed potus fiunt Domino sancti eius. Cur ibi non pascua, sed potus erunt sancti? Quid plura? In hac mortali generatione nullus est sanctus, qui laborem non afferat saluatori, vt cibus prandenti, neque enim cibus absque aliquo labore manditur: in regeneratione autẽ sic vniuersi sancti Iesu adhærebunt, vt nullum amplius laborem, nullam solicitudinem incutiant, vt mera pocula bibenti non laborem, sed delectationem inferunt. Id quod pulchris verbis attigit D. Ber. ser. 72. in cant. fatus. *Sanè in tempore isto, qui vult omnes homines saluos fieri, dissimulat multa, & curat, vel quippiam elicere sapidum, quasi arte quadam, & quodam labore mandendi. Erit, cum erit virtus potabilis, & non fatigabit mandentem, quæ bibentem absque operæ delectabit, tanquam vtique potus, non esca. Donec, inquit: bibam illud nouum vobiscũ in regno patris mei. De cibo nihil ibi penitus inuenitur. Sponsa ergo conscia mysterij huius, cum dilectum pasci inter lilia comperisset, constituit terminum, quod id dignaretur, dicens, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Sciebat enim virtutibus eum postea potandum potius, quam pascendum.* Hìc solum sancti laborem inferunt saluatori suo, & solicitudinem, ibi non ita. Hic Christianæ ouiculæ humeros premunt diuini pastoris, & nisi eius humeris portatæ, vix gradum faciunt in vitam: ibi quiescente pastore ipsæ per se oues eunt in vitam æternam. Hic vt diuinus pastor dispersas oues colligeret, *exultauit, vt gygas ad currendam viam suam*; sed ibi post congregatas oues, vel *puer paruulus minabit eas.*

Cant. 2

Math. 26

D. Bern.

Psalm.

Isai.

LIBER

LIBER DECIMVSQVARTVS DE CONCIONIBVS A CHRISTO DOMINO HABITIS AD POPVLVM.

CVM ad conciones Christi Domini accedo, ab illis distinguo, quæ ornamenta solent esse Concionum, nimirùm, Parabolas, Historias, & alia huiusmodi, quibus separatim dabo locum, dum libros confingo nouos. In præsenti ergo Parabolis remissis, & Historijs Conciones tracto illas, quæ pulchro, diuitèque sermone salientes in vitam, venas aperiebant populis.

CAPVT I.

Christi Domini concio panegyrica in D. Ioannem Baptistam.

NON immerito Conciones Domini explicaturus, eam in primis assumo, quæ panegyrica est, quandoquidem hoc genus, & gratius est, & præcipuum in dicendi pompa. Nec voluit dissertissimus rhetor Iesus in se desiderari, quòd pulchrescere facit linguas humanas, præcipue materiam nactus omni maiorem verbo creato, in suo præcursore Ioanne. Is in vinculis agens, dum se morti approximari prænoscit, vitæ authori Iesu discipulos remittit, vt interrogarent; non vt sequerentur; quia Christi sequela non à Ioanne mittente; sed à Iesu vocante poterat nasci. Interrogant discipuli Ioannis à Iesu, nõ quod nesciret Ioannes, sed quod efficacius illo Iesus ipse traderet, & persuaderet hominibus Omiram Ioannis prudentiam, & virtutem, qui, dum discipulis suis diuinum præceptorem acquirit, suarum victoriarum nobilem decantatorem nancisçitur. Vix enim mandatum Ioannis absoluerant discipuli, & ecce tibi Iesus eiusdem laudatissimas virtutes incipit prædicare; quid mirum, quòd exindè Ioannes, & prophetis maior, & mulierum natis longè excellentior appareat?

Matth. 11. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

§. I.

Summa crudelitas lasciuiæ expenditur.

ECce tibi Angelus ille tanto mundi bono natus, in cuius natiuitate, incredibili gaudio vicini omnes exultarunt, modo He-

Herodiano in carcere ferreis strictus vinculis delitescit. Quis non paueat? Imò quis dæmonum tale potuit excogitare scelus? Machinari tam crudele nephas? Pulchrè rẽ attigit D. Basil. Seleu. orat. 18. aiẽs: *Diabolus Herodianis affectibus pro armis vsus viam aperit ad Baptistæ mortem. Primum fraterni cubilis perfossorem fecit, vt ex adulterij fossa ad Baptistæ cædem transilire faciat.* Non tanta esset crudelitas dæmonum, quæ viam inueniret Ioanni perdendo, nisi lasciui hominis pectoribus insereretur: primùm luxuriantes affectus Herodi inseruit; & illis immixtus nil non crudele meditatur: & vincula, & carceres, & ferrum spirat in Ioannem. Et quando nesciuit esse crudelis, & ferrea lasciuia? Recole pulcherrimam illam, & voluptuosam imaginem Nabuchodonosori obiectam apud Daniel. cap. 2. aureum illi os erat, nobile circa pectus argentum, crura ferrea, pedesque etiam ex parte ferrei. Quis dum aureum os cerneret, argenteumq; pectus splẽdescere notaret, ferreum extimescet calcem? Quod aureum vnquam nouit in ferrũ desinere? Eu miser homo caue tibi ab aureo formosorum ore: totum illud aureũ voluptuosorũ decus in ferreos definet calces, quibus crudeliter necet, & obstinatissime obsistentes mactet. Richard. Vict. de eruditione interioris hominis, sic fatur. *Pes autem ex parte ferreus, quia delicata mens, nunc in eorum odium obduratur, per quos fortè à suis desiderijs restringitur.* Palsi sunt Iudæi auarissimi nummorum mensas Iesu flagello euerti; nec inter tot æra euersa verbum durum in Iesum eiaculant: verùm aurea, & delicata pulchritudo nunquam sciuit sustinere ruinam suarum voluptatum: vix linguæ oppugnationem sentit, & in odium obdurata ferrum promit in obluctantes. Æratas mensas, & vendentium cathedras flagello euertit Iesus, & impune agit: Ioannes autem vix delicatum adulterorum lingua tangit thalamum, & ferrum sustinet, & vincula, & carceres. Nullus affectus trucior, quàm affectus odij lasciuo natus in pectore. Saltatrix illa puella saltationis præmium à Rege dimidiũ regni oblatum sibi audiuit: etenim ait Rex Marc. 6. *Quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.* Quid gratius auarissimæ fœminarum indoli quam regni oblatio? Verũ illa de matris consilio nihili regnum æstimat; vnum Ioannis caput expostulat: quòd minimè crederet, quicumque nesciret lasciuientium odijs longè superari omnes alios affectus. Dicebat D. Fulgent. ibi: *Culmine regni contempto caput Ioannis petiuit in disco, plus odiens eum, qui interdixit incestum, quam diligens eum, qui promiserat regnum.* Rabidissimum parit odium lasciuia: fallar, si est fera sæuior, & crudelior. Cui non fuit horrori cædes illa pijssimò virò Naboth ab impijssimo rege Acabo illata? Sic occissorem castigat Elias. 3. Reg. 21. Occidisti, & possedisti? Propter hoc hæc dicit Dominus: *In loca in quo linxerunt canes sanguinem Nabothi, in eo lingent canes sanguinem tuum: & meretrices lauabũt se in sanguine tuo.* Cur addit, quòd meretrices lauabunt se illius sanguine? Qua le hoc supplicij genus? Sanè vt supplicium respondens sceleri, ostenderet, quòd rabidissima, & ferocissima Achabi feritas, non nisi à meretritio eius pectore ortum habuit. Merito equidem in meretricum lauacrum datur sanguis adeò meretritius, vt ferarum in perdendis hominibus excederet rabies. Vndè eleganter D. Ambr. lib. de Nabothe cap. 11. ait: *Quid sibi autem vult, quòd meretrices lauerunt se in sanguine eius, nisi forte, vt meretritia quædã in illa feritate fuisse, regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries; qui sic fuit luxuriosus, vt olus desideraret: sic cruentus, vt propter olus hominem occideret?* Nil visum fuit grauius, vt Ambrosius ostenderet luxuriæ crudelitatem, quàm quod lasciuus animus propter oleris delicias hominem occcideret. Sed accipè aliud crudelius nimirum, quòd lasciuia homicidia æstimet instar suauissimæ cibum dapis. Quò spectat in re præsenti saltatricis lasciuæ postulatio, quæ sic habet Marc. 6. *Volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis.* Discũ postulat lasciua feritas, quasi homicidium tantum pro dapibus æstimaret. Chrysostom. hom. 49. in Matth. fatur: *Quasi de dapibus loqueretur, sic sacrum illud caput, afferri postulat, & absque ratione aliorum calamitatibus honorari contẽdit.* Hinc Lamech Gen. 4. se reum homicidis noscens, simul etiam diuinam vindictam experitur, pro quo ait textus. *Dixitq; Lamech vxoribus suis Adæ, & Sellæ; Audite vocem meã vxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain; de Lamech verò septuagies septies.* Quibus expendẽdum est, quòd Lamech homicidiorum vindictam, & pœnas, non alijs, quam vxoribus suis prædicet. Cur solis vxoribus dicit vindictam homicidijs manentem? Quia à fœmineis delicijs manare consuevit tota homicidiorum crudelitas. D Ephrem apud Lyppoman. in catena, ait: *Apud vxores suum crimen confessus est, non apud viros. Multũ enim per id tempus lasciuia vigebat, ob quam multæ etiam cædes committebantur.* Quando lasciuia non crudelis, & cædium spirans?

Basil. Sel. *Dan. 2.* *Ric. Vict.* *Marc. 6.* *Fulgent.* *3. Reg. 21* *D. Ambr.* *Marc. 6.* *Chrysost.* *Genes. c. 4* *Ephrem.*

§. II.

§. II.

Nulla est adeò atrox iniustitia, quam amasia à iudice non extorqueat.

COnueniant huc mundiales scioli, qui gubernatori optimo, & integerrimo iudici putant minimè obesse amores fœminarum. Sanè Herodi Galilææ præsidi, & iudici semel fœmina placuit, & quid indè malum, & indignum præsidè? Indè statim carceres, & vincula, & mortes decernuntur in Ioannem. Propone tibi iudicem Herodem quasi pro tribunali sedentem, in cuius præsentia Ioannis viri planè Angelici causa agitur: petitioque exhibetur coram tanto iudice de perdendo Ioanne, sic enim ait Herodias Marc. 6. *Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis.* Annuit iudex, & propria manu subscribit petitioni adeò nefariæ. Quis sic iudicem peruertit? Quis in tantum iniustitiæ dedecus iudicem traxit? An diabolus? Pulcherrimè D. Chrysost. hom. 49. in Matth. fatur: *Diaboli vlla fœmina patrocinio petitionem peregit: ille comparari petitiones eius fecit, illa mentem Herodis eripuit.* Sanè diabolus iniustitiæ agit aduocatum, & oratorē, petitiones ordinat, at sæpissimè in Christiano tribunali causa cadit: verum iudicis amasia fœmina nunquam frustratur, nullam diaboli petitionem profert, cui iudex statim nō subscribat. Turpissime fallitur, qui in animo lasciuiæ dedito credit posse iustum residere iudicium. De Israelitis nequissimis iudicibus, sic ait Dan. 13. *Videbant Susannam quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterūt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum.* Ecce tibi vbi concupiscentia in iudices intrauit, omne ius, fasque ab oculis, & memoria illorum auolauit. Non recordantur lasciui iudices iudiciorum iustorum, nec vlla lex diuina, aut humana, aut naturalis potest habere pondus apud eos, qui sese tradunt turpibus amoribus. Vndè sic hæc verba explicat D. Hieron. *Nec recordarentur iudiciorum iustorum, siue Dei siue honestatis, siue naturæ*, quin potius omnia hæc iura perditum erūt in Præside lasciuo. Hoc satis notum erat legislatori diuino, quando in solis Regibus, sic cauet Deutheron. 17. *Cùm fuerit rex constitutus: Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius.* Non equidem, vt notat. D. Aug. quæuis vxorum pluralitas interdicitur regibus, sed ea nimia pluralitas, quæ effrenem voluptatum ostendat appetitum: is enim voluptuosus appetitus, cū effrenatur, funditus euertit reges, & perdit iudices. Ad quæ respiciens Æsdras lib. 2. c. 3. dum fœminarum vim in perdēdis regibus multo illustrat exemplo, sic tandem finit. *Ipsum autem Salomonem duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ, & certe in gentibus multis non erat rex similis ei.* Nec innotatum remittam, quòd de Salomone notauit D. Gregor. vix enim regni clauum acceperat, & pro tribunali federat, vt subditis daret iura. 3. Reg. 3. & ecce tibi: *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, steteruntque corā eo,* &c. Post regnum, post sapientiam regnandi acceptam, prima regis tentatio per meretrices disceptantes venit; sic notat D. Greg. lib. 8. Moral. c. 17. sic Angelomus, sic Euchetius. Sed cur regalis policiæ initium, permittente, imò prouidente Deo per meretricum pulsatur quæstionem? An vt sibi iam rex caueret, & indè nosceret, quales tentationes deberent timere regalia iudicia? Sic penè Glossa interlinealis: *Merito ad illum meretrices venerunt, quem post modum deceperunt.* Illæ nouo regi præmittuntur, quæ regalem policiam trahunt ad ruinam; vt iam à primis regni auspicijs videat rex, à quibus sibi cauendum est, & contra quas sese armare debet, ni velit omnia iudicia peruertere. Quippè ait Ecclesiasticus 19. *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos.* Nulla iuris prudentia sic iudicis confirmat, quòd non corrumpantur, vbi eorum animos pulsat lasciuus amor.

Marc. 6. *D. Chrys.* *D. Hier.* *Deut. 17.* *3. Reg. 3.* *Gregor.* *Ang. Euc.* *Eccles. 19*

§. III.

Pijs viris pretiosissimum est, voluptatum cauere simulacra.

CVm audis Ioannem in vinculis, non calamitatem, sed fœlicitatem eius mirare, quandoquidem à vinculis nō iam Herodianas voluptates, sed Christi opera dicitur audire. Adeò enim pretiosum est sanctis viris, cœlestes colere virtutes, vt vel omnium vinculorum tolerantia velint voluptuosa cauere simulacra. Hinc Tert. lib. ad Martyres extollit victorum fidelium carceres, aiens. *Non vides alienos Deos, non imaginibus eorum incurris, non solemnes nationum dies ipsa commistione participas, non nidoribus spureis verb[illegible] vel furore, vel impudicitia celebrantium cæderis;* *Tertull.*

ris, non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt. Hoc præstat carcer Christiano. Sanè præstat Christiano carceribus detineri, vinculis reuinciri, à quibus hoc habet beneficium, ne libidines populares videat, nec voluptatum respiciat simulacra. Iob enim sic
Iob c. 31. gloriatur, ca. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine.* Habuit fortissimus vir pro maxima victoria, ne in formosarum libidinum cõspectum veniret: sed scire cupis, quibus armis, seù quo precio illam pretiosam sibi cœcitatem compararit?
Chrysost. Ipse ait: *Pepigi fœdus cum oculis*: Chrysost. hom. 34. in Matth. *Legit: legem posui oculis meis*: Sed argutius: Septuag. legunt: *Testamentum posui oculis meis*. Non quolibet pacto, non qualibet se obstrinxit lege, ne libidinum incentiua videret; sed lege, & pacto testamenti, in quo & translatio omnium bonorum, & mors ciuilis, quæ fit per amissionem libertatis, aut mors naturalis intercedat, necesse est. Itaque sanctus Iob sic accedit ad tractandum de fugiendo conspectu libidinũ, quasi accederet ad testamentum condendũ vniuersa bona, & libertatem, & vitam spondens, dum modo pretiosam cœcitatem acquirat, qua molestissimam sibi fugiat faciem voluptuosorum. Et quidẽ Senecæ tam preciosa erat libidinum apparentium fuga, vt vel oculorum amissione putaret emendam; Sic habet lib. de remed. fortuitorum. *Oculos*
Seneca. *perdidi. Quam multis cupiditatibus via incisa est, quàm multis rebus carebis, quas, ne videres, oculi eruendi erant. Non intelligis, partem innocentiæ esse cæcitatem? Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic vrbem, & mala omnia, &c.* Quam voluptuosorum fugã emit gentilis homo oculorum amissione; cur non emat fidelis omnibus bonis, & si libertatem amittere oporteat? Inuincibilis ille castitatis athleta Ioseph post importunũ Ægyptiæ fœminæ cõgressum accusatus est apud Dominum suum, Genes. 39. *Qui iratus est valde*
Genes. 39. *tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus.* Quid tunc Ioseph nigro in carcere clausus? An calamitatem luxit? Absit: suam cecinit fœlicitatẽ: quando tenebris carceris occlusus hoc habuit, ne amplius videret in Ægyptia domina voluptatum simulacra. Sic ipse in testam.
Patriarch. duodecim Patriarch. cap. 11. ait. *Rursus coniectus sum in carcerem. Ego autem hilari voce gaudens glorificaui Deum meum solum, quod per hanc occasionem amouebar ab Ægyptia.* Sunt equidem pijs viris, & tenebræ, & cæci-
[redacted] carceres pro delicijs, quandoquidem illis com-parant hoc, vt fugiant conspectum libidinum, & voluptatum.

§. IIII.

Docti viri, & ingenioſi maiorem curam, & diligentiam adhibeant Deo quærendo.

HOC mirum in Ioanne mihi visum est, quòd non expectet, quòd discipuli sui vocentur: imò trahantur à Iesù, sed ipse eos per se ire facit ad illum. Cur hoc agis Ioannes? An ignoras illum esse Iesum, qui inter ipsa retia, & nummulariorum mensas vadit, vt sibi inde trahat sequentes? Qui ergo ad publicanorum mensas, ad piscatorum retia vadit collecturus homines, non satius expectabitur, quod vadat ad scholas præcursoris sui, vt colligat indè discipulos? Absit quod Ioannes id expectet, sciens Deũ non ad scholas sapientium, sed ad retia iturum, vt colligat fideles suos, in sapientibus maiorem diligentiam requirit, & solum venientes suscipit, stultos autem, & ignorantes etiam non venientes requirit. Ecce tibi apud Lucam cap. 15. Cœlestis Pater diuisit substantiam suam duobus filijs prodigo, & frugi, prodigus autem filius accepta substantia profectus est in regionem longinquam, ibique vniuersam consumpsit, adeò vt in extremã paupertatem deueniret, opraretque impleri porcorum siliquis, & nemò illi dabat. Quid plura? In se reuersus, ait: surgam, & ibo ad patrem meum. Quid ais miser? surgam, & ibo? Cur non magis expectas, vt pater mittat ad te, & trahat in domum suam? Sanè nõ filius, sed ouis etiam dicitur à domo egressa perditum iuisse: quàm vt amissam notauit cœlestis pastor, statim ipse exilit in desertũ, ouem requirit, tandem inuenit, inuentamque humeris suis reportat. Qui quærit, & portat ouem, non quæret filium? Pulchrè D. Hieron. epist. de duobus filijs, inquit.
Hæc inter parabolas supradictas ratio distinctionis est. Secundum personas, vel mentes peccantiũ, vt pater filium non requirat peregrinantem, sed recipiat pœnitentem. Pastor verò ouem errantem, & non sapientem reuerti, requirat, & humeris suis referat. Iam pridem homines, & iumenta saluat Dominus, nimirùm, sapientes, & stultos: sed in hominibus maiores diligentias expectat, quas ipse in iumentis suplet. Si filius es, si sapiens, vt homo ipse cura à perditione surgere, & ire ad patrem, non expectes, quèd pater ad te veniat, & humeris suscipiat: id præstat Deus, sed ouibus, hoc est, rudibus, & insipientibus peccatoribus. Dauid Psalm. 118. finiebat: *Erraui sicut ouis, quæ perierat:* *Hieron.* *Psal. 118*

perierat: quære seruum tuũ Domine. Indè quæri postulat à Deo, quia non sicut filius, & homo sapiens errauit, sed sicut stulta ouicula extra caules prosiluit. Quem enim errabundam nouit Dominus quærere, & humeris suscipere suis; filius autem sapiens, & sciolus ad maiora tenetur, ipse negotium salutis agat, nullique labori parcat, vt quamlibet salutis occasionem arripiat. Id quod
Ephes. 5. monebat Paulus ad Ephes. cap. 5. *Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* In hoc ab insipientibus sapiẽtes debent distingui, quod sapientes redimant tempus. Quid est, redimant tempus? Pulchrè explicat id lectio D.
D. Thom. Thomæ aiens: *redimẽtes occasionem, &c.* Satis est omnibus hominibus, quod nulla occasio salutis acquirendę prætereatur; verum à sapientibus non solum, non præterire debet salutis occasio, sed insuper omni laborũ sumptu emi debet. Expectet insipiens, quod salutis occasiones sibi obueniant, obueniet equidem, & plures obuenient: at qui sapiens est, qui perspicaci intellectu est præditus, emptũrus occasiones eat; illasque quouis sumptu, quouis labore dato sibi acquirat.

§. V.

Labores patienter habiti vocalissimi sunt ad impetrandum.

NOn innotatum relinquam, quàm paucis absoluat Ioannes suam orationem apud Iesum: quippè dixit: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Quid plura? Hæc dixit, & omnia impetrauit: qui enim in vinculis erat, non longa oratione opus habuit, quando vincula, & labores omnium linguarum disertissimi sunt ad vniuersa ex Deo impetranda. Bonus ille latro vix labia mouit dicens ad Iesum: *memento mei;* & ecce totus illi statim conceditur paradisus: *Hodie mecum eris in paradiso*: quæ orationis flumina, quæ loquendi vis sic Deum traxit? Non equidem verba, sed ærumnæ, sed crux sic ad impetranda tot bona ex Deo
August. valuit. Præclarè D. August. in Psalm. 86. ait: *Hoc fecit ille latro, fortior in cruce, quam in fauce.* Non tam diserta est lingua rethorum apud Deum, vt crux, vt carcer patienter toleratus. Non talem Oratorum pompam edocent doctæ paginæ; qualem vincula, & cathenæ. Quò spectabat Psalm. 104 loquens de Ioseph. *Humiliauerunt in Psal. 104. compedibus pedes, eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius. Eloquium Domini inflammauit eum: misit rex, & soluit eum.* Ecce tibi, vt Iosepho daretur sermo sapientiæ, vt ignita, & diuina eloquia ab eius ore procederent, quæ efficacia forent ad salutem obtinendam, cui scholæ, & disciplinæ ipse addicitur, nimirùm, carceri, vinculis, ferro. Claudituir equidem nobilis adolescens carcere, vinculis alligatur, donec ei verbum veniret; sed cum liber esset, non dabat Ioseph verba? Verba dabat antea Ioseph, sed verba odiosa, & inuidiosa fratribus, quæ nullam salutem pariebant, ideò in ordine ad salutem obtinendam, quasi mutus, & omnino elinguis videbatur. Missus est in carcerem, obstrictus vinculis: & ecce tibi in Iosephi ore verba eructant ignita adeò, vt vincula soluant, & ingentes salutes nanciscantur. A vinculis, eloquium Domini inflammauit eum: sic floret eloquio, vt instar Domini, dicat verbo, & se, & Ægyptios sanet: & sibi libertatem, & famescentibus imperij dapes asferat. Quam vim in compenditorum verbis odoratus, Isaias cap. 26. aiebat. *In tri-* *Isai. 26.*
bulatione murmuris doctrina tua eis. Quę verba sic reddit Vatablus ex Hebræo: *Domine in ipsa tribulatione memores erunt tui, fundent murmur, cum erit afflictio tua eis.* Sed cur ab afflictione, à neruo fundent murmur, & non potius altissimas voces, quę cœlos penetrent? Sanè Forentius datus lib. 11. cap. 3. §. 2. in murmure intelligit nuta illa carmina venefici incantantis sapienter, quæ dum veneficus sapiens murmurat, quidquid cupit ad se efficaciter trahit, aut rapit. Sic afflictiones, & ærumnæ verba fundunt adeò efficacia, & potestate plena, vt instar carminis, seu murmuris incantatorum sapientissimorum omnia ad se rapiant, & omnimodam faciant apparere salutem, siue in libertate, siue in dapibus, siue in vita. Accipitè Actor. 16. Paulum, & Silam, *hos custos* *Actor.*
missit in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. Quid tunc? Concluſi carcere sancti viri, cathenisque vincti eam faciunt orationem, qua carcer contremiscit, & aperitur, vincula reorum soluuntur, custos attonitus miraculo conuertitur ad Iesu fidem, lauacrum accipit, & Paulo mensam apponit, eiusque famem leuat honesto conuiuio. Quæ carmina? Quæ incantatorum murmura hæc efficerent? Et sanè cathenæ toleratæ instar sapientissimi in

cantatoris murmuris hæc efficiunt. Pulchrè ad rem D. Chryſoſt. hom. 7. in Act. ait. *Carcerem ingreſſa Pauli cathena, & omnia, quæ illic erant, Eccleſiam effecit, & corpus Chriſti attraxit, & menſam ſpiritualem appoſuit, & fatus parturijt, in quibus & Angeli gaudent.* Componite modo ſapientium incãtatorum meditata carmina, cum hoc vinculorum murmure, vter efficacior cantus eſt? vter potentior ſermo? Trahunt incantatorum carmina è montibus feras, è cœlo lunam? Faciunt famelicis menſas apparere, à vulneratis fugere vulnera, venire ſalutem? Equidem verius, & efficacius alligatorum murmura Deum trahunt, *qui vinctos ſuos non deſpexit*, Pſal. 68 menſas ſpiritualibus dapibus refertas faciunt apponi: *Paraſti in conſpectu meo mẽſam adverſus eos, qui tribulant me*, Pſal. 22. & vel verbum ingentem trahunt à Deo ſalutem Paralip. 2. 33. *Ceperunt q; Manaſſem, & vinctũ cathenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem. Qui poſtquam coanguſtatus eſt, erauit Dominum Deum ſuum. Deprecatuſque eſt Deum, & obſecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ieruſalem in regnum ſuum, & cognouit Manaſſes quod Deus ipſe eſſet Deus.* Et quando vincti oratio Deo quidquid vellet non perſuaſit, Deumque, & omnes ſalutes ad ſe non traxit?

D. Chryſ.

Pſal. 68.

Parali. 2. 33.

§. VI.

Ioannis, & Ieſu perfectiſſima ſimilitudo, in qua poſita eſt ſumma Ioannis laus.

DVM Ioannes erat in vinculis, Ieſus aberat, ad quem diſcipulos Ioannes mittit: Ieſu bone cur non magis Ioãni ades? Sanè ſapientia Patris cap. 10. *Iuſtum venditum non dereliquit: deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum.* Sapientia proxima eſt iuſto in ipſis vinculis, & Ieſus à Ioanne vincto abeſt? Abeſt Ieſus à Ioanne vincto, quia nondum venerat hora eius; nec fieri poterat, quod eadem cathenà non tangeretur Ieſus, ſi adeſſet, qua Ioãnes tangebatur. Non ne Ioannes erat vox clamantis in deſerto? Non ne Ieſus erat verbum apud Deum? Et quidem tanta erat vocis, & verbi concordia, vt altero pulſato, neceſſe eſſet, quòd alter pulſaretur. Similem notat effectum in chordis eiuſdem temperaturæ Caſiodorus lib. 2. variar. epiſt. 40. his pulchris verbis. *Vbi tanta vocum collecta eſt ſub diuerſitate cõcordia: vt vicina chorda pulſata alteram faciat ſponte contremiſcere, quam nullum contigit attigiſſe. Tanta enim vis eſt conuenientiæ, vt rem inſenſualem ſponte ſe mouere faciat, quia eius ſociam conſtat agitatam.* Cathenis pulſata Dei voce, ſi Dei verbũ vicinum eſſet, procul dubio contremiſceret, & ſimiliter pulſaretur, quandoquidem tanta erat verbi, & vocis ſub diuerſitate concordia, & tanta vis conuenientiæ, vt Ieſum in ſimilia trahi faceret; quia eius ſocium Ioannem conſtat agitatum. Hinc poſt decollatum Ioãnem ait Matth. c. 14. *Accedentes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud, & venientes nunciauerunt Ieſu. Quòd cum audiſſet Ieſus ſeceſſit indè.* Cur Ieſus audita Ioannis morte diſcedit indè? Cur non vult manere vbi antea? Ne ſimilem luctum ſuis daret, ne poſt Ioannem mors ante tempus eius Ieſum pulſaret, quaſi ſocio pulſato nequiret vicinus Ieſus ſimiliter non pulſari. Hieron. ibi ait: *Receſſit Ieſus parcens inimicis ſuis, ne homicidium homicidio iungerent; in diem paſcha ſuum interitum differens.* Pulſaretur ſanè Ieſus, ſi adeſſet, eadem morte, qua ſocius Ioannes erat pulſatus: tanta enim eſt Ioannis, & Ieſu ſub diuerſitate concordia, & ſimilitudo, vt nequeat alter non tangi, quando vicinus pulſatur. Id quod adhuc illuſtro ex Matth. 4. vbi poſt Ieſu à Iordane aſcenſum, & deſerti tentationes enarratas, ſtatim ait. *Tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli miniſtrabunt ei. Cum autem audiſſet Ieſus, quod Ioannes traditus eſſet, &c.* Ecce vobis ſimul videt Ieſus diabolum tentatorem à ſe diſcedere, & audit Ioannem in carcerem rapi; quæ connexio, & conuenientia, & tentationum Ieſu, & vinculorum Ioannis, vt immediate poſt illam hæc audiantur? Magna erat conuenientia, tentato enim Ieſu, neceſſe erat, vt pulſaretur eius ſocius Ioannes; nec poterat fieri, quod ex verbo non veniret ad eiuſdem conuenientiæ vocem tentatio. Accinit. D. Baſil. Sel. orat. 18. ſatus: *Primum cum abluto Chriſto conflixit diabolus, vbi cum victoriam deſperaſſet, in Ioannem vertit arma, & Herodianis affectibus pro armis vſus viam aperit ad Baptiſtæ mortem.* Sic ſibi concordant Ioannes, & Ieſus, verbum, & vox, vt ab vno ad alterum immediatus ſit tranſitus, nec pulſato altero, poſſit alter non pulſari, & dum Ieſus afficitur, faciat Ioannem moueri, quia conſtat ſocium agitatum: & dum Ioannes tangitur, faciat Ieſum ſua ſponte contremiſcere,

Sap. 10.

Caſiodor.

Matt. 14.

Hieron.

Matth. 4.

Baſil. Sel.

re,

re, quia sibi similimus agitatur. Quid glorioſius de Ioanne poterit prædicari, qui eò ſimilitudinis, & concordiæ peruenit cum verbo Patris? Huc ſolum reſpiciebat effrænis illa Luciferi ambitio, aiens Iſaiæ. 14. *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* In vna hac Dei ſimilitudine ſiſtit, quaſi in ea ſola vniuerſa ſint bona, & vltra eam inueniri poſsit nihil. De quo Franconius Abbas tom. 1. de gratia Chriſti, ait: *Neque hoc fine pertingendi, ſcilicet, vſque ad ſimilitudinem Dei ſuperbus ille, ac ſuperbiæ inuentor ſpiritus contentus eſſet: niſi hic finis infinitus eſſet.* Induit infinitudinem, qui Dei ſimilitudinem induit; nec habet Deus, quò magis extollat creaturam, quam dum eam peruenire facit ad ſui ſimilitudinem. Dicit enim Paul. ad Roman. 8. *Quos præſciuit: & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit; & quos vocauit: hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit*: Ambroſius legit, & *magnificauit*. Quòd ſi quæras in quo glorificauit, & magnificauit Dominus vocatos ſuos? In nullo alio magis, quam in eo, quod ait paulò ante: *conformes fieri imaginis filij eius*: quaſi nihil glorioſius, & magnificentius concedi poſsit creaturæ, quàm concordia, & ſimilitudo, cum filio Dei. Ita D. Amb. ibi. *Aliter fieri non poteſt, niſi quos præſciuit Deus, ipſos & iuſtificauit, ac per hoc magnificauit illos vt ſimiles fiant filio Dei.* Hæc ſuprema ſanctorũ magnitudo eſt: quam Ioannes attigit omnium ſimilimus Dei filio. De Ioannis ſimilitudine cum Dei filio. Vide infra §. 21.

Iſai. 14.

Frãc. Ab.

Ad Ro. 8.

Ambroſ.

§. VII.

Laborum, ærumnarumque tolerantia omni alio miraculoſo opere longè præſtantius opus eſt.

NOn grauabor in præſenti veterum Patrum meminiſſe ſententiam, quæ putat, Ioannem poſt audita Chriſti opera miraculoſa, miſſe diſcipulos, vt interrogarent, an qui talia efficiebat magnalia, ad vincula, & mortem ſuſtinendam ſimul veniret. Non quærit, an ſit Ieſus filius Dei? an ſit expectatus ab Iſraelitis? Sed an veniat, vt vinciatur, & morti detur? Ita Ambr. lib. in Luc. 7. Euſeb. Emiſſen. Pon er. Venant. Gregor. relati à Maldonato in hunc locum. Nec mirarer, quod Ioannes expertus vinculorum, & paſsionis præſcellentias, requireret inter Ieſu magnalia, & ſplendida opera, vinculorum & mortis tolerantiam; quæ quidem præſtantiſsimum opus eſt omnium miraculorum. Sanè Ieſus cœcis viſum, claudis pedes, leproſis mundiciem, mortuis dabat vitam; ſed quid hæc magnum in Ieſu, vt oſtendat in ſe naturam deitatis, niſi etiam manus ipſe ſuas vinculis daret, ſeſeque paſſioni voluntarius traderet? Paul. ad Philipp. 1. *Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt Euangelij, ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abundantius auderent, &c.* Non opprimunt vincula cauſas Dei, imò illas promouent plus omnibus: ante vincula Paulus Ieſum Deum, & Saluatorem oſtendebat mille patratis miraculis, infirmis ſanatis plurimis, mortuis ad vitam tractis: venit tandem in vincula, patitur carcerem, nullus tunc infirmus ſanatur, nullus mortuus reſurgit, quid indè? Chriſti cauſa cadit, obſcuratur? Abſit: imò magis proficit ex tunc Euangelium, magis claret in ſeruo vincto Chriſti Deitas: magis eius gloria per vinculorum tolerantiã euulgatur. Ad hæc Chryſoſt. hom. 5. de Iob fatur. *Vides vinculorum fortitudinem magis, quam reſurrectionem mortuorum eſſe glorioſam?* Superat equidem vinculorum tolerantia vniuerſa alia facinora, etiam ſi mortuos in vitam trahas. Nullum ſanè opus, & ſi illuſtre, & ſi hominibus ſalutare, ſic Deum oſtendit, ſic diuinitatem explicat, vt vinculorum, ærumnarũque tolerãtia: cætera illuſtria facinora beneficam manum, ſiue vltricem oſtendunt: at tolerantiã paſsionum ipſiſsima Dei natura, quaſi viſibilis exhibetur. Tertull. lib. de Patient. ſic ait. *Non ſermonibus modo in præcipiendo, ſed paſsionibus Domini ſuſtinendo probant, his, quibus credere datum eſt, patientiam Dei eſſe naturam effectam, & præſtantiam ingenitæ cuiuſdam proprietatis.* Hæc eſt Dei natura, ſiue præſtantiſsima, & inſeparabilis à Deo proprietas, nimirum tolerare patienter, aduerſa, & vincula, & carceres, & mortem. Facias innumera alia facinora; tunc inhabitantem Dei naturam, præſtantiſsimamque eius proprietatem pãdis, ſi in patientiæ deſcendis ſcamma, ſi noueris vincula tolerare. Magis equidem glorioſa vinculorum tolerantia, magis diuina, quàm mortuorum reſurrectio. Hinc eſt, quod Ieſus dum naturã diuinam, ingenitamque præſtantiam in ſe

Philipp. 1.

Chryſoſt.

Tertull.

inhabitantem curat ostendere, taliter ad resurrectionem mortuorum confugit, vt in illa etiam ostendat aliqualem vinculorum tolerantiam. Nonne resurrectio Lazari quatriduani pro gloria Dei, ostensioneque diuinitatis à Iesu peragitur? Vocatur igitur Lazarus à Iesu, vt à mortuis resurgat cap. 11. Ioann. *Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis.* Cur resurgit Lazarus ligatus? Cur Iesus, qui à morte educit liberum Lazarum, non etiam educit à vinculis absolutum? Cur vt mortem fugauit, non simul, & vincula? Sanè dum pro ostendenda natura diuina pugnabat non tantum resurrectione mortuorum, quantum vinculorum proficeret tolerantia. Euomuit infernus viuum Lazarum, sed ligatum, vt in vinculis ostenderet contradictionem suã aduersus Iesum, quod dicit Chrysol. ser. 65. *Tartarus ligatis manibus, & pedibus Lazarum retulit ad superna. Nam si de Moysi corpore diabolus Angelo contradixit: quomodo non Tartarus Christo de vita, & resurrectione Lazari cõtradicet?* Agebatur negotium naturæ diuinæ reuelandæ, & ideò Iesus vult simul in eodem opere, & mortuum suscitare, & contradictionem pati in vita Lazari triumphat de morte, in vinculis patitur inferni contradictionem, & per hanc vinculorum tolerantiam præstantissima occultæ diuinitatis proprietas apparet. Et quidem Paulus, 12. ad Hebræos non miraculorum virtutem, sed tolerantiam contradictionum in Iesu nostro considerari mandat: ait enim: *Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem:* quasi Iesus glorioſior, & diuinior appareret in tolerantia contradictionum, quam in mortuorum resurrectione.

Ioann. 11.

Chrysol.

Hebr. 12.

Matth. 11. Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.

§. VIII.

Deus in Iesu humanissimus, & facilimo negotio accessibilis omnibus illis, qui amico accedunt animo.

IS erat Deus in Moysi, cuius verba vix sustinerent fortissimi quique Israelitarum: quippè dum Dominus in summitate montis verba legis traderet, tot efficiebat terrores, vt vnus Moyses intrepidus ei astaret, reliqui autem populares, & si longè positi sic concutiebantur, vt diceret Exod. capit. 20. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, & perterriti, ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus, ne loquatur nobis Dominus, &c.* Nec quod à Deo fiebat, nec quæ loquebatur etiam longè positi valebant Israelitæ, siue audire, siue spectare. Non sic Deus in Iesu venit, sed prorsus humanus, & accessibilis, cuius magnalia, & verba omnibus patent videnda, & audienda. Hanc humanitatem iubet Iesus Ioanni renuntiari, ex illa præcipit commendari diuinam apud homines cõuersationem. Nimirum, quod sic Deus agit inter homines, vt nullus bono animo accedat, qui non eum inueniat, & eius præsentia, & virtute fruatur etiam si cœcus sit, etiam si claudus, etiam si à conuictua amandatus, vt leprosus, etiam si mortuus, etiam si pauper sit, ac debilis, etiam si peregrinus, & alterius scholæ. Non terrent Dei hominis magnalia, sed omnibus sunt patentissima, & accessibilia, & fructuosa. *Renuntiate,* inquit, *Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Cœci vident, &c.* Non fumat mons, sed cœci fruuntur claritate, non ignis flammat, sed & mortui vitali succo irrorantur: non buccina horrendum sonat, sed & debilis pauper euangelizatur. Sic in Iesu etiam miracula humanantur, vt ea vniuersi capiant. Non absimili modo dicebat Eliu amicus Iob cap. 33. imò penè in eandem sententiam fatur. *Ecce & me sicut, & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis.* Nihil terrificum neque in verbis, neque in ipsis miraculosis operibus exhibetur, appareret Deus facilis, suauis, ex eadem hominum masse coagulatus. Quid indè? Hoc

Exod. 20.

Iob 33.

planè

planè elicitur clare; non est cur alius expectetur, non est, cur pauper, aut imbecilis, aut claudus, aut cæcus, aut mortuus mœreat, bono animo accedat, & in Iesu copiam Dei, & salutis habet. Non est cur popularis, & inops, & pauper dicat: loquatur nobis Moyses, & audiemus, non loquatur nobis Deus, imò iam Moyses taceat & vniuersi, etiam debiles pauperes accedant, quâ doquidem Deus humanatus, non miracula terrifica, sed salutaria, & quæ etiam à pauperibus sustineri queant, verba facit. Bono animo accedas, & Deum vides, & Deum habes, & si cæcus sis, & si miser, & pauper; solis impijs inaccessibilis Deus in Iesu adest. Quoties apud Ioannem cap. 18. se se offert impijs Iesus dicens: *Ego sum, ego sum, si me quæritis sinite hos abire*? Et nihilominus ipsi medias inter lanternas, & flammantes lampades, vix adducuntur, vt videant, & noscant Iesum etiam tunc salute manantem in percussum Malchum. At cœci homines, & inopes illum copiosa turbarum nube circumseptum nihilominus sentiunt, & agnoscunt, & contemplantur. Vndè hoc? Pulchrè D. Hieron. de vera Circuncis. ait: *A cœcis videtur, & à videntibus non videtur, & illud mysterio occultandæ operationis exequitur, vt cum infirmi, ac debiles ad poscendam opem salutis nullo monstrante cognoscant, & persecutores, vel inimici, quem tenere debeant, nisi prodatur ignorent.* Si impius sis, & Dei persecutor quamuis oculatissimus videaris minime Deum in Iesu videbis; at si pius, si bono accedas animo, quamuis oculis careas, quamuis cœcus sis, quamuis infirmus, quamuis mortuus etiam nullo monstrante noscis Christum, tenes astantem tibi. Ad Ephes. 5. *Surge, qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: D. Paulinus epist. 12. legit: *& attinges Christum.* Cùm mortuis, & cum dormientibus loquitur, quibus promittit Christum adeò facilem, vt & manibus defunctis sentiri, imò attrectari possit; & cognosci ab oculis somno sepultis. Non cœcitas, non infirmitas, non mors impedimentum afferunt videndi Iesum his, quos purus imbuit animus, & vitæ impellit habitus. Apud Daniel cap. 4. Aiebat Nabuchodonosor ipsi Danieli: *Visiones somniorũ meorum, quas vidi, & solationem earum narra*, quę verba sic legit explicatus D. Cyrill. Ierosol. Catech. 7. *Dic mihi visionem, quam ego, vidi, & quæ sit nescio.* Videbat impius rex cœleste mysterium, & ad eum, qui non viderat, confugit, vt certior de illo fieret. Quid miser quæris à Daniele, qui non vidit, illud, quòd tu vidisti? Siquidem tu solus vidisti, tu potius enarra non videnti. Sed ò Dei virtutem! Qui illam habent, etiam sine oculis vident; & impij etiam oculatissimi penitus patentissima cœli ignorant. Ad hæc datus Cyrill. ait. *Cernis vim Spiritus Sancti? videntes nesciunt: non videntes agnoscunt, & interpretantur.* Hoc vnum cura bono, & prompto esse animo ad diuina, & nulla cœcitas, nulla imbecillitas, nulla mors impedient, quominus tibi sint facilima accessu.

Ioann. 18

Hieron.

Ephes. 5.

D. Paul.

Dniel. 4.

Cyrill.

Matth. 11. Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in deserto videre? Arundinem vento agitatam?

§. IX.

Virtutis via arripienda, nõ quam occasio offert, sed quam seriæ electionis, & affectus pondus parit.

AVdito nuntio Ioannis in vinculis existentis Iesus totus conuertitur in Ioannis commendationem, eius labores, & vitæ asperitatem diuinis efferens laudibus. Et hoc valde mirandum est, quòd habens præsentissima Ioannis vincula, nihilominus nil de vinculis fatur, sed ad desertum confugit, & quis ibi fuerit Ioannes, nititur explicare. O bone cur præteris vincula adeò gloriosa Ioanni, & mauis eius desertum representare? Equidem in deserto petendo illa fundata fuit virtus Ioannis, quæ & in deserto, & in ciuitate, & inter vincula, & inter ipsos gladios claruit. Petiuit enim Ioannes desertum: nulla occasione externa impulsus, sed seria virtutis meditatione, & toto affectus pondere raptus, quo omnibus mundialibus tempestatibus superior euasit. Id quod innuent Iesu verba: *Quid existis in desertio videre? Arundinem vento agitatam?* Absit, quod talis fuerit vir tantus. Arundo, & leuis paleæ hoc habent, vt ad occasionem ventorum viuant; inuenies arundinem totam inclinatam in dextram, inuenies paleam inter floridas hortorum coronas. Cur iam non æstimabis arundinem, nõ æstimabis paleam? Non æstimas sanè, quia quod arundo in dextrã inclinet, quod palea

inter floridas coronas sit, hoc tulit flantium ventorum occasio, qui si è contra reflarent, & palea, & arundo vergerent in contrariũ. Arundo est, palea est, quisquis ad occasionem occurrentium viuit, quisquis non ex seria virtutis meditatione, & toto affectus pondere ad virtutem tendit. Is, si occasio tulerit, vt inter pios agat, vt inter virtutũ æstimatores degat, & ipse virtutem colet, & virtutis facinora præstabit: verum si alio sese diuerterit occasio, eadem facilitate rapietur alio. Ecce vobis Saul. 1. Reg. 10. eligitur à Deo per Samuelem, à quo accipit signa electionis suæ, & inaugurationem regni, & vix à Samuele electus incipit viam capere; *& ecce cuneus prophetarum obuius ei, & insilnit super eum spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum.* Verè tunc fortunatus vir, qui offendit obuios sibi prophetas, inter quos, & ipse prophetat, & vniuersa prophetarum facinora peragit. Accessit Saul ad eos, qui spiritu Domini agebantur, & simili spiritu actus similia opera edebat. Sed iam indè ascendit regale solium, cæpit inuidiæ patere, & mundialibus tempestatibus exponi, quid tunc? Ait cap. 16. *Spiritus Domini malus arripiebat Saul, &c.* Vt ad spiritum bonum non accessit Saul, ex toto affectus põdere, nec ex seria virtutis electione, sed ex occasione prophetarum obiantium; sic prout tulit occasio reflantis contrarij spiritus, ab illo etiam eadẽ facilitate ferebatur. Ex quo pulchrè Tertul. lib. de anima cap. 4. ait. *Saulem tam Dei spiritus vertit in alium virum, id est, prophetam, quam malus spiritus postea euertit in alium virum apostatam, scilicet.* Vbi virtus arrepta fuit à Saule ex occasione nimirum, quia accessit ad cuneum prophetarum inter quos spiritus Domini flabat; nil in Saule durabile, nil non damnabile reperiendum erat. Despicit enim Dominus arũdines, despicit paleas, quæ ex occasione ventorum, siue in dextram, siue in sinistram inclinantur. Et illi amantur, qui ex affectus pondere, in bonũ feruntur, vtpote qui omnibus reflantibus tempestatibus superiores euadunt. Apud Luc. 3. dicitur de Iesu: *Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Sanè bonus agricola, & triticum, & paleas recondit & seruat: quandoquidem ex vtrisque lucrum habet. Cur diuinus agricola solum triticum æstimat? cur & palearum non etiam aliqualem æstimationem habet, sed eas igni tradit? Rem attigit Nazian. orat. in dictum Euang. vbi fatur: *Ventilabrum habet, quia repurgat aream, & quidquid leue est, ac vento obnoxium, reijcit: quidquid verò graue, in horrea reponit.* Reiectitiũ est apud Deum, quidquid vento obnoxium est, quidquid ad ventorum occasionem degit, ille saluti reponitur, qui ex seria animi, & affectus ponderatione virtutem arripit, à qua nullis reflantibus ventis separari poterit. Is erat Ioannes, qui ita sese toto affectus conamine, & pondere à primis vnguiculis virtuti sequendæ tradidit, vt nullla reflante tempestate in contrarium rapi potuerit. Concuti furentibus Herodis ventis, imò conteri potuit, cedere autem ventis non potuit, vtpotè qui non arũdo, sed procerissima arbos erat. Pro quo nõ illepidus est apologus penè in hanc rem adductus à Guilliel. Par. lib. de moribus, tract. de Spe, vbi ait: *Cùm quercus confracta esset impetu venti: arundo verò illæsa permansit. Admirata quercus confractionem suam, & euasionem harundinis, interrogauit harundinem, qualiter hoc factum esset: & respondisse fertur harũdo: Quia tu, inquit, præsumens de fortitudine tua voluisti resistere vento, qui fortior erat te, sicut euidenter ostendit confractio: ego autem cessi, & ita euasi: & euado similiter ab omni vento, quia vnicuique vento cedo. Sic & multi omni tentationi cedunt, & post omnem concupiscentiã suam abeunt.* Non sic procerissimæ arbores, non sic brachiati milites Christi, non sic Ioannes, qui furentibus obnitens tempestatibus confringi potest, cedere non potest, quia tuto mentis affectu, & pondere amplectens virtutis curricula, etiam reflantibus ventis idem seruat animi propositum.

1. Reg. 10

Tertull.

Luc. 3.

Nazianz.

Guilliel.

§. X.

Vilescunt tentationes animo ad illas præparato.

MErito non meminit Iesus carceres, & vincula Ioannis, quæ præsentissima erant; & meminit eius desertum, vbi enim Ioannes desertum petiuit, ibi omne genus afflictionum, & tentationum amplexatus ad vniuersam, & solicitudinis, & abstinentiæ, & vinculorum, & carceris, & mortis molestiam se præparauit. Quid post hæc Ioanni accidere potuit memoratione dignũ? Equidem vniuersæ tentationes, & carcer, & vincula, & mors ipsa parui momenti sunt animo ad illa præparato. Indè Paulus ad Hebr. 10. memorans sumptum à Iesu factum pro hominibus ait eius nomine. *Corpus autem aptasti mihi: holocausta, & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio.* Vide Christia-

Hebr. 10.

Christiane, quid debeas Iesu, videns ipse à patre nouum holocaustum desiderari, quòd pro peccato torreatur, consumatur, dicit ecce venio, sese paratum, & quasi in procinctu exhibet. Sed cur hoc solum de Iesu dicitur, quòd se paratum offerat? Cur nō magis cætera explicantur, quod vinculis de facto fuerit illigatus, quod ad columnam religatus, quòd ligno suffixus? Cur hæc maxima silentio prætermittuntur, & solum dicitur: *ecce venio*? Equidem animo prępparato, & ad omnia se exhibenti, imò iàm venienti, & vincula, & columna, & crux minoris momenti videbantur, & ideò merito silentio tegebantur. Ad quæ respiciens Tertull. lib. de Patient. vt Christi expendat patientiam, *Tertull.* inquit: *Taceo, quod figitur, in hoc enim venerat.* Inter Christianæ patientiæ symbola putat Tertull. crucem tacendam, silentioque premendam, cur non potius primò exprimitur loco crux? cur inter maxima patientiæ signa non exprimitur? Ipse insinuat dicens: *in hoc enim venerat*, vbi enim quis ad omnia promptus, & paratus accedit, parui momenti sunt, & penitus reticenda quæcumque dura eueniant: pro nihilo habentur tribulationes vniuersæ. Sic Hebræos exhortabatur Paulus cap. 10. *Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti: in altero socij taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis.* Merito ponit Paulus præ oculis primam illam alacritatem, & fortitudinem, qua Hebræi Christianismum amplexabantur; Christianismum, inquam, in quo luctæ, certamina tribulationum, exilia, fames, spoliationes bonorum, tormenta, vincula, carceres, ad quæ omnia sese parabant, qui Christiani fiebant. Et quidem ea erat Hebræorum tunc fides, & fortitudo, vt omnia illa vorarent, & de facto socij taliter conuersantium efficerentur. Quid tunc? *Nam & vinctis compassi estis.* Nūquam desiui mirari mētem Pauli his verbis, qui post notatam alacritatem, & fortitudinem, qua se recentes conuersi deuouebant luctis, vinculis, carceribus, morti; statim extollit compassionem, quam habebant vinculorū alienorum; cur non prius, explicat, quòd & ipsi fuerint vincti, in carceres coniecti, insuper verberati? Cur non magis dicit, quòd ipsi fuerint vincti, quàm quod vinctis compassi fuerint? Equidem hoc fuit in illis fidelibus præcipuum, nimirū, quod alacriter, & strenue sese ad omnia pararent, & omnibus tribulationibus deuouerent, post hæc, & vincula, & carceres, & tormenta pro nihilo habent, sic censentur vincula, quasi non sint. Vndè præclarè aiebat Chrysost. *Nam & vinctis compassi estis: Non enim putastis vincula vestra esse vincula, sed sicut athletæ fortes, sic estis: quia non solum in vestris opus non habuistis exhortatione, vel consolatione, sed etiam alijs exhortatio, & consolatio facti estis.* Sic alacri, & parato animo tentationes vniuersæ pro nihilo sunt: vt qui sese deuouit tentationibus, sua non æstimet, nec censeat vincula, & alijs maxime compatiatur vinculis. Non in præsenti prætereūda est alacritas illa, & imperterritus animus Samsonis, dum ibat ad nuptias Iudic. 14. Ibat igitur strenuus adolescens nil metuens, nullum non contemnens periculum, vt optatis frueretur amplexibus, *apparuit autem catulus leonis sæuus, ac rugiens, & occurrit ei.* Quid tunc Samson cessit periculo? Absit: *Irruit autem spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hædum.* Ecce tibi, quam vilescant tentationes animo parato: qui leo erat sæuus, & rugiens, vbi strenuum athletam Samsonē omnibus periculis paratū offendit, vt vilis hædus apparuit. Pulchrè Aug. in Psalm. 80. *Leo ille vir fortis Samson venienti ad ducendam de alienigenis vxorem ibat obuiam. Sed quid egit? Accepit, tenuit, fregit, dissipauit leonem, factus est in manibus eius velut hædus caprarum.* Felix qui imperterrito, & alacri animo sic viā virtutis arripit, vt ad omnia subeunda animum ex tunc spondeat, ex indè nil, quod timeat, habet: vilescunt coram illo maxima quęque certamina, & pro nihilo reputantur.

Hebr. 10.

Chrysost.

Iudic. 14.

Psalm. 80

§. XI.

Prima Ioannis virtutum lineamenta præstantissimo, & quæ possint diuinam commendare manum.

NOn purpurascentem Ioannis finem, sed primum in desertum ingressum ob oculos proponit Iesus, aiens: *Quid existis in desertum videre?* Cur ò bone reuocas in memoriam Ioannis desertum, & nō potius sertum martyrij, & virginitatis odorem halās? Cur purpureas effusi sanguinis perfectiones non meminisli; & prima lineamina vitæ arundineis vmbris deserti delitescentia in memoriam trahis? Sanè etiam præstantissimis primordia sua neborem afferunt aliqualem; quando & vas electionis dicebat, ad Corint. 13. *Cum essem parvulus, loquebar vt parvulus,* *1 Corint.* 14

nulus, sapiebam vt parvulus, cogitabam vt parvulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui qua erant parvuli. Sic præstantissimi primordia sua erubescũt ob oculos ponere; verum pueri Ioannis primordia, quod trimus desertum petiuit, & arborum etiam cibos suspectos habens locustis pascebatur, non ruborem, sed gloriam, & Deo, & Ioanni pariũt immortalem. Solent enim nominatissimi pictores in suæ artis summam commendationem, non perfectas imagines, sed earũ adumbrationes, & prima lineamenta, primosque conatus euulgare: summi namque artificis manum, non tam perfectio extollit, quàm primus lineaminum conatus, & adumbratio. De Ioanne ait D. Luc. cap. 1. *Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.* Puer est Ioannes, trimus desertum adit, in quo si non vltima perfectio, primus tamẽ conatus, & adumbratio summi, & præstantissimi artificis manum sapit. Quid plura? Apud Cassiodorum. 1. Variar. 4. sic Theodoricus rex ipsum Cassiodorum extollit fatus. *Primus eius administrationis introitus Comitiua Priuatorum molestus datus est: vbi non tyrociniorum infirmitate titubans, nouitatis vitio, vel innocenter errauit: Sed abstinentia firmato vestigio, imitando vixit exemplo.* Vt familiare est tyronibus, & nouitijs, in quolibet officio errores admittere, sic familiare est nullum illis errorem imputari: innocenter enim errat, qui non voluntatis, sed nouitatis vitio in errorem cadit. Sed vide præstantissimi pueruli excellentiam, ipse trimus heremum intrauit, nouitius in vita, nouitius in virtutum operibus, nullum videt exemplar, nullum magistrum habet, nec tyrociniorum infirmitate titubat, nec nouitatis vitio etiam innocenter errat, sed abstinentiæ firmato vestigio, imitando vixit exemplo. Penè adillum Dominus loquebatur Ierem. 2. *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto.* Recordationem faciens sui præcurrioris, quid primum meminit Dominus? Ipse ait dicens: *miserans adolescentiam tuam*, &c. Nil de viri facinoribus, sed eius puerilia in deserto peracta recordatur. Is est Ioannes, quem vt extollat Dominus, non spectet virilia facinora, sed iuuenilia, imò puerilia facta eius sibi ob oculos proponat, sic enim ait in præsenti Syrus: *Recordatus sum tibi gratia pueritiæ tuæ*: vt diuinæ gratiæ opus magnificentissimum explicem, non virum spectato Ioannem, sed puerum, eumque trimum in deserto agentem. Cur vir inter gladios intrepidus non stabit? Cur armatus rex non timeat Ioãnem virum, quem puerum deser-

Luc. 1.

Cassiod.

Ierem. 2.

tus aluit, frigus nutrinit, fames educauit? Sydonius Apollin. in Panegyrico Anthemij laudans Romam, quod Thraciæ dominetur, ait. *Sydon.*

Thracum terra tua est, heroum fertilis ora,
Excipit hic natos glacies, & matris ab aluo
Artus infantum molles nix cinica durat.
Pectore vix aluntur quisquã, sed ab vbere tractus
Illus potat per vulnus equum: sic lacte relicto
Virtutem gens tota bibit.

Nonne talẽ Christianus desertum à diebus Ioannis Baptistæ? Sanè ex tunc terra deserta & inuia, & in aquosa, facta est regio fertilis Heroum, dum ibi Ioannem recens natũ excipit glacies, & infantis molles artus durat; & puerulus ab vbere tractus nec manducãs, nec bibens, imò de locustarum vulnere, lacte relicto virtutem bibit. Merito relictis alijs hanc Ioannis pueritiam recordatur Dominus, hanc amat, quippè Arabicus ita vertit verba Ieremiæ prædicta: *Recordatus sum tibi gratia adolescentia tua, & dilexi tolerantiã tuam: quia tu secuta es me in deserto.* Pueritia Ioannis in deserto peracta pluries ante oculos Dei obuersatur, quam alia viri facinora: illa diuini artificis cõmendat manum, illa oculos Dei spectantis oblectat: illa diuinitatem sibi assistentem notam facit. Non vobis in præsenti negabo Dauidis ausum, qui inermis ausus est inire certamen, & conferre manus cum bellicosissimo Gigante, is vt persuadeat Regi, quòd in se vno totam Israelis aduersus Philistæos collocet causam, nil aliud in medũ adducit, nisi pueritiæ suæ facta: ait enim. 1. Reg. 17. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis. Et persequebar eos, & percutiebam, eruebam que de ore eorum.* Hæc Dauid ostendit à se puero peracta in deserto facinora: hos pueritiæ suæ ludos in medio profert, vt dicat Eccles. 47. *Cum leonibus lusit quasi cum agnis; & in vrsis similiter fecit, sicut in agnis ouium in adolescentia sua.* His auditis rex annuit, & vni Dauidi credit omnem difficilimi belli fortunam. Sed dubitare licet, cur rex sapiens tantã rem puerilibus credidit acinoribus? Cui dubitationi Aug. hom. 31. ex 50. respondent. *Intellexit rex, cum videret audentem puerum aliquid in eo diuinitatis esse, nec illum tenera ætate sine diuino instinctu talia posse præsumere.* Expendè illud, quòd vbi pueriles Dauidis ausus notauit rex statim intellexit, *aliquid in eo diuinitatis esse*, non enim potest non sapere diuinam manum, quòd pueritia tantam exerat virtutem, & adeò precox ætas exhibeat, tam maturos fructus. Quid plura? Ioannes trimus in deserto agens, nonne super aspidem, & ba-

1. Reg. 17

Eccles. 47

D. Aug.

& basiliscum ambulauit? Nonne conculcauit leonem, & draconem? Nonne serpentem illum vectem interfecit, & mille alia facinora præstitit? Vndè hæc puer, nisi quia in eo erat aliquid diuinitatis, imò tota Dei manus erat cum illo? Moyses in durissimum Pharaonem serpentes immisit, similiter, & Magi serpentes miserunt: aquas ille in sanguinem vertit, & ranarũ incredibilem multitudinem fecit nasci; similiter, & Magi ab aquis sanguinem, & ranas efficiunt. Tertio accedit Moyses ad miracula, & ingentem cyniphum exercitum exerit, qui Pharaonẽ, & Ægyptum conculcent: ad similia accedũt Magi Exod. 8. & non potuerunt: *& dixerunt Malefici ad Pharaonem: digitus Dei est hic.* Quod magna animalia regna deuastẽt, virtutis potest esse creatæ: verum quod cyniphis paruus aculeus armatos reges contundat, quis non videat id opus esse diuinæ manus? Potest equidem latere manus diuina in magnorum virorum facinoribus, ast quod Ioannes trimus desertum petat: manus cum Principe tenebrarum conserat: aereas conculcet potestates, & lacte relicto virtutẽ bibat, in eo sole clarius scintillant diuinitatis radij: & digitus Dei, & manus, & totus ipse Deus inhabitat in Ioanne: cuius paruuli facinoribus sese maximè commendat diuina manus.

Exod. 8.

Matth. 11. Sed quid existis in desertũ videre? Hominem mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.

§. XII.

Mollis cultus corporis Regibus fatalis est.

SApienter præceptor noster, innuit mollibus vestitos in domibus regum, non in solijs esse; hoc est, non regibus ipsis, sed ministris regum familiarem esse cultus molliciem: nunquam enim non fatalis fuit regibus nimia cultus corporis mollicies. Scatent exemplis, & mundiales, & sacræ litteræ: pro mille vnus sit Absalon Dauidis filius: huius cura, & studium circa comarum cultum singulariſsimum; in cæteris audax adolescens, in comis nutriendis mollis, & effœminatus. Non comptior Phœbi cęsaries, non cultior Berenices. 2 Reg. 14. *Porrò sicut Absalon vir* 2 *Reg.* 14. *non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: Et quando tondebat capillum (semel autẽ in anno tõdebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducẽtis siclis.* Absalon elegantię studiosus, non tam ensis, quã pectinis memor comã nutrit, quàm vel sub nouaculæ acie videre timet, nisi quãdo iam eius aureum pondus sustinere nõ valet. Hic ergò comptũlus princeps paternum regnũ præoccupat; & ingẽti armatus exercitu paccatũ diadema patris internecione sperabat: sed ecce dum certamen initur, dũ furit Mars cap. 18. *Accidit vt occurreret Absalon seruis Dauid sedens mulo; cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui, &c.* Miraberis, quod tale potuit contingere duci, & duci in prælio existenti? Nonne in bellum armatus intrauit? Si armatus intrauit, vbi galea, quæ caput operiret, nec sineret vagari capillos? Equidem elegantiæ studium, comæque cura galeam exuit, ne intorti crines tererentur; quo accidit, vt comis illigatus periret: mollis enim comarum cultus ad crucẽ currit, non ad diadema regni; quod potuis spectat tritos galea capillos. Hinc Sydonius Apolli. in Panegyrico Anthemij pulchrè accinebat: *Sydon.*

Iam tu ad plectra veni, tritus cui cæside crinis
Ad diadema venit, rutilum cui Cæsaris astrum,
Deposito thorace datur: sceptrogq; replenda
Mucrone est vacuata manus.

Non ab anulis splendentibus, sed à fulgurante mucrone manus ad sceptra; non mollis vestis, sed thorax ad purpuram, nõ coma culta, sed crinis tritus cæside ad diadema venit, & diadema conseruat. Ad Romanum Imperatorem Carinum Parthorum legati veniunt, aurea cæsarie formosi pretiosis vestibus cultu: hos humi stratos Imperator videt, & quæ illis honorem præstitit? Pulchrè D. Synes. lib. de regno scribit. *Eos ergo cum vidisset, neque surrexisse, neque quidquam mutasse fertur, sed è vestigio vocatis dixisse, se quidem illos scire ad se venire, se enim Carinum esse, inueniq; regi, vt eadem die renuntiarent, iubere, ni saperet omnem ipsorum saltum, campũq; omnem intra lunare spatium Carini capite fore nudiorem, simulque dicentem detracto pileo caput ostendisse nihilo galea adiacente villosius.* Sanè ostendit vir egregius comptuli regis ministris, quale esse debeat inuictiſsimi, & metuendi imperatoris caput, nimirùm, nihilo galea adiacente villosius. Vna regis cura sit circa galeam, cæterorum cura sertulis relinquatur; non enim pictæ vestes, non rotati calamistro crines diadema tuentur, sed thorax, *D. Synes.*

rax, sed tritus sub cassidè crinis, sed caput nihilo villosius adiacente galea.

§. XIII.

Domus regia vestiarium est mundialis comediæ ex prophanorum hominum corruptela.

SVnt equidem, qui mollibus vestiuntur in domibus regum; quandoquidem mũdus comedia est, domus regia vestiarium à Iesu reputatur, vbi personarum vestes asseruantur, vt pro illarum varietate variæ personæ compareant. Fecit enim hoc mundi corruptela, vt quod in comedijs familiare est, sola vestis regis distinguat, & notos faciat. Vndè merito Cassiod. 1. variar. 2. purpuream tinctura laudans, ait: *Cassiod.* *Color minio lepore vernãs, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem discernit, dum conspicuum facit: & præstat humano generi, ne de aspectu Principis possit errare.* Ecce tibi comediæ vestiarium datis vestibus, & distributis per singulas personas, & Reges, & Principes, & Duces, & milites facit, qui vilis vermula erat, vbi vestiarium ingreditur, purpuram accipit, & rex apparet. Hoc quod in comedia rides; in omni mũdiali culmine notat Cassiodorus factum; purpura regnantẽ discernit: vestis pretiosa præstat generi humano, ne de aspectu principis possit errare: tolle vestes, tolle purpurã; nullum nosceit regẽ mundus; nõ habet vndè discernat reges corruptela humana. Accipite apud Isaiam cap. 3. regalem inaugurationẽ à corruptis populi moribus peractam. *Isai. 3.* *Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui. Vestimentum tibi est, princeps esto noster.* Sic mundialis error, & corruptela hominum nescit constituere reges, nisi à vestimentis, vt faciunt comedi: & eò peruenit generis humani corruptio, vt in aulæis principum, & nobiliũ, nihil aliud inueniatur, quo principes appareant, quàm id quod inuenitur in vestiario comædorum, nempè vestes. Quoties curiam deambulãs, videns domus nobilium animo meditabar, me quasi vestiarium comædorum deambulare, & sicut ibi singulis mansiunculis distributis, pro Rege, pro Duce, pro Milite, nihil Regis, nec Ducis ibi cernitur præter solas vestes; sic in domibus nobilium, & principum nostrum miserabilis ævi instar mansiuncularum vestiarij, vix aliud cernitur, quàm vestes. Id quod notabat D. Bern. in nobilibus Ecclesiasticis sui *D. Bern.* temporis hom. 4. super Missus est, inquiens. *Videas, & homines pecuniosos ad herores quoque Ecclesiasticos peruolare: nonq; sibi applaudere sanctitatem, vestium dumtaxat mutatione, nõ mentium.* Sic vniuersi nobiles, nobilitatem sibi applaudunt, in eo quod taliter vestiãtur, non in eo quod ingenue viuant. Contra hos D. Basil. Isaiæ verba tractans sic inuehitur. *D. Basil.* *Verus princeps non per hæc insignia externa internoscitur, cuiusmodi sunt purpura, torques, seu amiculum pertenue, & diadema. sed per id, quia in primis obtinet virtutem principe dignam. Qui enim miserabili iugo voluptatũ premitur, ac seruit varijs concupiscentijs, cũ seruus sit peccati, inidoneus est, nec accõmodus obeundo principatui.* Et quidem externa ornamenta sola, nõ tam faciunt, quã mentiuntur principes; ni te vita discernat, ni te manus nobilẽ, regiũque ostẽdat: cætera omnia nõ te à comædo personã regis agente disparẽ facit. Sapiẽter enim ait D. Synes. lib. de Regno: *Quantũ imperatoribus superbi, atq; arrogantis cultus accessit, tantũ decessit veritatis.* Fictos, & personatos nobiles vestimenta, & corporis ornamenta faciunt; veros principes sola virtus declarat. Samuel inauguraturus Saulẽ, vt regnũ à Deo capiat, 1. Reg. 10. post multa electionis signa prædicta, sic ait: *Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumq; inuenerit manus tua, quia Dominus tecum est.* Ecce recentis regis monitũ: *fac quæcũque inuenerit manus tua*: non ait, quære purpuram, induere his vestibus, quæ te regem, & principẽ demonstrent: sed omnia vni Saulis manui cõmendat: quasi dicat: manus tua te regẽ ostẽdat, ea opera fac, quibus rex à Deo cõstitutus innotescas. Ad hæc D. Hieron. in tradition. Hebr. fatur: *His signis noscere poteris, quia Deus te regẽ fore voluit: & idcirco, ad omnia, quæ tibi agenda sunt, regaliter age, quia Deus tecum est.* Vbi mundialis corruptela ad regnũ vocat, solum præparat vestimenta, instar comædorũ, verũ vbi Deus regnũ parat, non à vestibus, sed â moribus; non à cultu elegantiæ, sed à manuum operibus regẽ monstrat; vt rex sit, non qui molliter vestitur, sed qui regaliter viuit. Nec mirũ quod regale decus verum fugiat immundas mollicies, amat pura virtutũ opera; quando sanguis ille nobilis, quo regiæ vestes purpurascunt, omnem turpitudinis refugit odorẽ. Sic de illo Cassiodorus 1. variar. 1. *Cassiod.* *In illis autem rubicundis fontibus, cum albentes comas serici doctus moderator intinxerit, habere debet corporis purissimam castitatem, quia talium rerum secreta refugere dicuntur immunda.* Sic ille; vt appareat regius splendor, quam pendeat à vitæ puritate, integritate.

§. XIIII.

Laudabilis fidelium mos in induendis puerulis religioso amiculo.

NEc otiosè Iesus cum Ioannis in deserto celebrat natalitia, eius ob oculos proponit amictum ab omni purum mollitie, religionis, & pœnitentiæ virtutibus sacratum. Et si enim trimus puer in desertum abijt, non credendum est eò secum detulisse pictas fasciolas, bullas, coralia, & cætera puerorum crepundia, molliculaque ornamenta; imò iam in domo parentum crepundijs, & pictis stolis relictis habitum acceperat, qui minimè dedeceret heremitam. Exémplum indè mansuit, quo pijssimus increuit mos fidelium, apud quos pueruli religionẽ docentur sugere, dum habitu induto religioso quisque apparet religiosus pusio. Apud
1. Reg. 2. 1. Reg. 2. dicitur de Samuele: *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quã afferebat statutis diebus.* Et si puer Samuel, & si adhuc tenellus sacris tamen vestibus induitur, illiq; mater afferebat ephod paruulum. Sed ephod habitus erat sacerdotum, cur sacerdotis habitus puero datur? Cur non magis pictæ stolæ a genteæ bullæ, crepundia puerorum? Vt vel ex habitu puer disceret esse etiam in pueritia modestus, & grauis instar sacerdotis. De quo elo-
D. Alcim. ganter D. Alcimus lib. 1. ad Fuscinam sororem occinuit.

Non secus exultans sterilis post damna inuentæ
Iam fœcunda nouum cum ferret fœmina fœtum,
Vestem lætæ suo paruam texebat alumno:
Disceret vt Samuel iam tunc puer esse sacerdos.

Pijssimum, & valde pulchrum est parẽtibus quòd tales habitus parent suis filijs, quibus videantur pueri sacerdotes, & religiosi pueri, ex habituque assuescant noscere religiosas virtutes, & vel ex odore sacri habitus diuino parenti placere, eiusque ingentes benedictiones sibi acquirere. Sanè Rebecca, vt iuniorem filium patri gratiorem redderet, illique benedictiones maioris surripe-
Genes. 27 ret, hoc astu via est: ait enim Genes. 27. *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hædorum circũdedit manibus, & colli nuda protexit.* Ad quæ verba tradunt Hebræi primogenitos sacerdotum officio esse functos: & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti offerrent Deo victimas. Sed statim insurgit difficultas, cur Rebecca surreptura mariti benedictionem iuniori filio, illum sacris maioris vestimentis induerit? Benè pelliculis hædi manus, & colli nuda protexit, ne cœcus pater pilos maioris fratris in minore requireret; at vestes sacras minimè requireret, cum illis non vteretur Esau pro cibis inferendis, sed pro offerendis victimis. Cur ergò Rebecca vestes minimè necessarias ad tegendũ dolum induit iuniori filio? Equidem res agebatur de benedictione cœlesti impetranda, ad quod plurimum valent sacræ vestes etiam pro crepundijs pueriliibus. Vndè, & Isaac etiã si cibis acceptis, & manuum, collique tactu persuasus fuerit adesse filium maiorem Esau, non tamen ad benedictionem descẽdit, nisi odore vestium adductus. Quippè ait: *Statimq; vt sensit vestimentorum illius fragrantiam benedicens illi ait, &c.* Vna sacra maioris vestis aptata iuniori fecit hunc benedictionem cœlestium fructu potiri: sic puto in puerulis fidelium: qui à parentibus pie religiosorum habitu pro crepundijs induũtur, nõ enim id infructuosè efficitur, sed ingentes Dei benedictiones paruis puerulis, vel ex odore sacri habitus acquiruntur.

Matth. 11. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetã. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

§. XV.

Plusquam propheta est, qui quis inter mundialium caliginum latitudines angustam viam salutis pertingit.

FVtura prædixere prophetæ, quod diuinissimæ virtutis est signum: Ioannes non futura prædixit: sed præsentem salutis viam Iesum demostrauit: vndè ergò Ioannes plusquam propheta est? An plus est præsentem noscere, quàm futurum demonstrare? Sanè inter mundiales caligines, inter humanæ vitæ fallacias, inter errantium multitudines, inter voluptatum lenocinia, & horro-

horrores pœnarum, adeò occulta est angusta salutis via, vt longè plus sit illam sic latentem cognoscere, quàm futura prænuntiare, Rem firmo ex 1. Reg. 21. vbi fugiens
1. Reg. 21 Dauid Saulem, eiusque fanaticum furorem, sacerdotem Achimelec adijt consulturus de fœlici venturo statu: & vt sacerdotem facilius ad consultationem alliciat, fugam celat, imò ait: *Rex præcepit mihi sermonem: & dixit: nemò sciat rem, &c.* Vbi valde mirandum est, quòd Dauid prudentissimus vir sic studuerit celare aduentus sui causam sacerdoti, & ei sacerdoti, à quo sperabat se certiorem faciendum de euentibus futuris. Cur non veretur conuinci fallaciæ ab eo, qui etiam futura prædicit? An putabat ab Achimelecho futura prænosci posse, & veritatẽ præsentem fallacijs obnubilatam sentiri nõ posse? Pulchrè Abulens. quæst. 4. in cap. 14. lib. 3.
Abulens. Reg. ait: *Dauid satis putarat, quod poterat mentiri impunè, hoc est, quod quamquam mentiretur, & consuleret Achimelech Dominum pro eo, non posset cognoscere ex responsione Dei, an mentiebatur.* Quippè longè maius est lumen ad discernendam præsentissimam veritatem mendacijs, & fallacijs obnubilatam, quàm ad futura prophetanda. Propheta sit, qui futura prænoscit: at qui mundialia mendacia, & humanas fallacias deprehendat: & inter latissimos errorum calles, angustam veritatis, & salutis semitam internoscat, plusquã propheta sit necessum est. Ad quæ respi-
Prou. 15. ciens Sapiens Prouerb. 15. ait. *Semita vitæ super eruditum*: hoc est, plusquàm eruditus, plusquam sapiens, plusquam propheta esse debet, qui semitam vitæ pertingat: Christus nobis via est ad vitam, ait Hugo in præsenti, sed sic occultus apparuit, sic inglorius, venit, vt vel à sapientibus, & prophetis, vt leprosus, & percussus à Deo reputaretur. Qui illum sic cognouit, eiusque semitam ostendit, super omnes extollendus est prophetas. Huc vocanda est parabola patris familias, qui & prima diei hora, & sexta, & nona, & vndecima misit conductos operarios in vineam: & tempore soluendæ mercedis, iubet, quòd nouissimi primum accipiant præmiũ: Et cur nouissimi tanti habentur à Domino, quòd primi omnium premio donentur? Sapienter D. Hieron. lib. 2. contra Iouinian.
Hieron. putat hos nouissimos esse fideles, qui Iesum in terris agentem, percussumque à Iudæis, & inter iniquos deputatum videntes, nihilominus susceperũt, quo se super omnes etiam prophetas extulere. Sic ille fatur: *Prima hora vocatus est Abel, & Seth, Enoc, & Noe: sexta Abraham Isaac, Iacob, nona Moyses, & propheta, vndecima gentium populus, cui primo redditur merces, quia in crucifixum credens Dominum, difficultate fidei magnitudinem meruit præmiorum.* Et merito se super prophetas extollit ille, quem totæ passionis tenebræ, tot Phariſæorum mendacia; immensa mundialium bonorum lenocinia non impediuere quominus angustissimam viam vitæ in Iesu crucifixo cognosceret. Quis iam neget Ioannem plusquam prophetam esse, qui inter peccatorum greges latitatem Dei agnum cognouit? Qui inter vitreos legis splendores pretiosum lapillum ostendit? Qui inter latissimos suauiter viuentium calles angustam salutis viam adinuenit? Fallar, nisi Ioannem respiciunt verba Iobi, cap. 28. *Locus* Iob ca. 28
Sapphiri lapides eius, & gleba illius aurum. Semitam ignorauit auis, neque intuitus est eam oculus vulturis. Sanè vt Gregorio placet, Iesus lapis est Sapphirus ab aurifera virginis terra ortus adeò occultus, & inter peccatores latitans, & persecutionum nubibus obductus, vt semitam eius ad imitandum oculatissimi, & pennati sapientes, qui & remotissima diuinare solent, minimè pertingunt. Quid tunc? *Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes. In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius. Profundaque fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.* Is est Ioannes, qui, dum lapillus pretiosus latitat, ad silicem extendit manum suam, hoc est, ad duritiam gentium suæ prædicationis brachium extendit, & fecit peccatorum montes à radicibus commoueri, dumque ad fluuiorum ripas baptismum pœnitentiæ prædicat, fontisque Christiani præfert dignitatem, omne pretiosum videt oculus eius, & abscondita vitæ semita facit, vt appareat, & pretiosus lapis effulgeat oculis credentium. Ioanni equidem debemus, quòd abstrusus Iesus appareat, salutiferi fontis profiliat vena. In quem apto verba Ruricij Episcop. lib. 1. epist. 3 Hesperio data. *Te elicitorem, & formatorem lapillorum nobilium, & rimatorem auri; te repertorem aquæ latentis elegi: qui scires abstrusas lapidibus gemmas propriæ reddere generositati: quæ vtique in tanta rerum confusione amitterent nobilitatem si indicem non haberent: aurum quoque arenis vilibus mixtum, nisi artificis solertia labetur aquis, ignibus eliquetur, nec splendorem poterit retinere, nec meritum; septas etiam aquarum venas, & obductum terra fluenti alueum, nisi diligentius eruderauerit apperitoris industria, laticis vnda non fluet.* Hæc ille: quibus nos beneficia à Ioanne in mundum profecta noscimus decantata: ipse primus salutiferi fontis venas indigitauit, & inter viuida fluenta pretiosissimam gemmam, inter turbarum confusio
Ruric.

nem

nem penè ignobilem, dum indicat, antiquę reddidit generositati: ipse verũ aurum cœlestium bonorum ab arenis mundialium libidinum discretum ostẽdit, & vniuersas virtutum margaritas, preciososquè lapillos ab aquarum fluentium gurgite nobilis vrinator extraxit.

§. XVI.

Ingens Ioannis gloria, quod Angelus dicatur, imò quod plusquam Angelus sit. Vbi quòd ærumnæ nos faciunt Angelis superiores.

MAgnam sui præcursoris ostendit Dominus gloriam, dum illum nobilitat Angeli vocabulo aiens ex scriptura: *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Etenim summa gloria est, quòd lutum Angelicos possit repræsentare volatus, & inter Angelorum decora coruscare. Vbi beatorum principum gloria exprimenda fuit, & excellẽtia singularis, ait Dominus Matth. 22. *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Hac sola similitudine putauit Dominus sufficienter beatorum gloriam demonstrari; quam vt ostenderet maximam, angelicis splendoribus lutea beatorum corpora comparauit. Ad hæc D. Hieron. in Epitaphio Lucilij fatur: *Quando dicit, erunt sicut Angeli in cœlis, nõ natura & substantia corporis tollitur, sed gloriæ magnitudo mostratur.* Et quidem dum Ioannes dicitur Angelus, non tollitur corporis lutei substantia, sed gloriæ ostenditur magnitudo; quòd luteum corpus imitetur perpetes Angelorum volatus, angelicosque sequatur ausus. Nec miror, quod Ioannes in terris agẽs assimiletur Angelis, quibus gloriosum est beatis existentibus in cœlis assimilari. Sed potius miror, quòd Ioãnes nõ dicatur plusquam Angelus? Cur bone Iesu non vides præcursorem tuum longè superiorem Angelis esse? Desertum solum Ioannis laudabat Dominus, nondum ad vincula, ad carceres, ad labores accesserat exãtlatos, quod si Ioannem vinculis afflictum voluisset extollere, haud dubium, quin illum plusquam Angelum prædicaret. Planè vincula, & ærunæ pro Deo acceptæ nos faciunt longè superiores Angelis. Actor. 12. *In ipsa nocte erat Petrus dormiẽs inter duos milites vinctus cathenis duabus: Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri excitauit eũ, dicens, surge velociter, &c.* Expẽde modo Petrum vinctum & cathenis adstrictum; & Angelũ lucidissimum illi astantem, vtrius gloria maior? Vtrius magis excellentiam ambires? Penitus dubium exsuflat D. Chrysost. hom. 8. in cap. 4. epist. ad Ephes. fatus. *Hic si mihi quispiam dixisset, elige vtrum velis, vis esse Angelus Petrum stimulans, ac soluẽs, an Petrus seruatus? Petrus vtiq; maluissem esse, propter quem Angelus descendit. Vinculis istis potiri libuisset.* Eligibilior equidẽ est gloria, & excellentia vincti, & afflicti hominis propter Deũ, quàm tota excellentia, & claritudo Angeli. Tanta est vinctorũ in Domino, & afflictorum gloria, vt super Angelos sese extollat, imò vt Angeli esse inferiores, & seruos illorum ambiant. Quis afflictior Tobia? Is captiuus erat, insuper pauperem vitam agebat, postremo percussus est cæcitate. Quid tunc? Raphael Angelus accedit, vt seruiat Tobiæ filio, id quod, vt cõsequatur, sese sub alio nomine occultat aiens cap. 5. *Ego sum Azarias Ananiæ magni filius.* Quam rem sic eleganter expendit D. Aug. ser. 228. de temp. inquiens. *Ad hoc Tobias cæcitatis incurrit exitium, vt Angelum susciperet medicũ. Quid meruistis Tobias pater, filiusq; Tobias? Mercenarium habere cœlestem, & tanquam operarium locare terrestrem? Cælauit vobis Angelus nomen. Azarias sum, inquit, & non dixit, ego sum Raphael Angelus. Si enim diceret, ego sum Angelus, non esset Tobiæ mercenarius.* In tanta erat gloria afflictus, & ærũnosus senex, vt Angelus eius mercenarius, & seruus esse ambiret; & ne tantam dignitatem amittat, sub alieno nomine Angeli cælat proprium vocabulum.

Math. 22

Hieron.

Actor. 1.

Chrysost.

August.

Matth. 11. Amen dico vobis, nõ surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in regno cęlorũ, maior est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ vsq; nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

§. XVII.

Ioannes Baptista primas omnium tulit.

SAnè nemò, qui a peccati morte in gratiam surrexit, non inferior est Ioanni, vt pote, qui omnium nesciuit non rapere primas. Si eius vocem spectes, statim audis

dicentem sponsam Cant. 5. *Labia eius distillantia mirrham primam*, vt potè qui pœnitentiæ, & aspiratis vitę fuerit primus proclamator. Si ad hominis statum vertas animũ, virgo inter agni comites agit, *primitiæ Deo, & agno*, Apoc. 14. In omnibus sic primas rapit, vt nesciat esse secundus. Quòd notabat D. Cyril. Alex. lib. 2. in Ioann. cap. 34. inquiens. *Quis maior beato illo Baptista? Qui ad apicem virtutis peruenit: qui nulli fuit pietate secundus.* Ab aliis degustatos cibos fastidiuit, nihil non primum sibi præripuit. De eius parentibus ait Luc. 2. *Et non erat eis filius, eò quod esset Elizabeth sterilis.* Cur necesse fuit, quod Elizabeth esset sterilis? Cur nõ potius, vt Dauidis mater fœcundissima multos antè filios pareret, vt minimus natus Ioãnes electus videretur è millibus fratribus? Absit à tanti viri matre fœcunditas, quæ faceret, vt alius primas prærripetet Ioanni; cui soli omnium prima debebantur. Ad hæc D. Chrysol. ser. 89. ait. *Beata sterilitas, quæ vnum seruabatur ad partum, & expectabat Ioannem, cui, quia prima omnia debebãtur, primogeniti dignitas non periret.* Nil primum potuit deficere Ioanni, vt qui primus index stetit sapientiæ incarnatæ. Nonne de Ioanne videtur locutus Spiritus sanctus Prouerb. 3. Quippè ait ibi. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia; melior est acquisitio eius negotiatione auri, & argenti, primi, & purissimi fructus eius.* Quidquid nobilis hæc arbor fructificat, primum est, & præstantissimum inter fructus vitæ: primi & purissimi fructus eius. Sed iam desideras scire, qui sint hi fructus, qui sibi prærripiunt. Illos longo sermone tractat Petrus Damianus, & tandem sic pro summa concludit. *Verbum pœnitentiæ dulce, & glorioſum, verbum regni cœlorum latum. & adorandum illi soli primario conuenit. Quis sic puer eremum cõcupiuit? Quis ita legitur sublimiter conuersatus? Quis pœnitentiam, & regnum cœlorum primus ostendit? Quis baptizauit regem gloriæ? Cui se primum trinitas reuelauit? Cui tale testimonium perhibuit Deus.* Vni Ioanni omnia prima videbis collata, quidquid in hoc vides primũ est, & primi, & purissimi fructus eius, ipse ipse de se videtur locutus illa Manilij lib. 1.

Integra quæramus rorantes prata per herbas
Vndamq́, occulis meditãtem murmur in antris.
Quam neque durato gustarint ore volucres
Ipse nec æthereo Phœbus libauerit igne.
Nostra loquar, nulli vatum debebimus ortus.

Quis vatum veterum expressis verbis dixit, appropinquat regnum celorum? Quis baptismi fontes aperuit? Sanè post Ioannem baptizat Christus Spiritu sancto, & igne; cũ autem baptizat Ioannes, fontem hunc, neque durato gustarant ore volucres, ipse nec æthereo Phœbus libauerat igne. Vndè non multum aberrauerit, qui Ioani attribuat illa Sapientiæ Ecclesiastici. 24. *Cyrum cœli circuiui sola, & profundum altissi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti. Et in omni populo, & in omni gente primatũ tenui.* Sed qualem cœli gyrum circuiuit solus Ioannes? Cyrus cœli filius Dei est, qui à patre exiuit, & venit in mundum, & iterum redit ad patrem, vt dicat Psal. 18. *A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsq́ ad summum eius.* Hunc gyrum circuiuit Ioannes dum cognouit, & pupilus manifestauit, quo factum est, vt in omni populo, & gente primatum raperet. Sed non is est Ioannes, qui primatuum glorias sibi ambiret, imò qualescumque habuit, ideò habuit, vt vidente mundo Iesu Dei filio cederet primas: quo non grauabor Ioanni decãtare summas Tobiæ laudes, quæ sic habent cap. 1. *Hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Hierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua fideliter offerens.* Omnium prima sibi Ioannes prærripuit, non vt aures captaret populares, imò omnium fugiens consortium, & acclamationes, Iesu omnia primitiua sua fideliter obtulit.

Eccl. 24.

Psal. 18.

Tobiæ. 1.

§. XVIII.

Summæ argumentum sanctitatis, vel minimam aliorum virtutem sibi superiorem recognoscere.

VAric torquentur expositores illis verbis, *qui minor est in regno cœlorum maior est illo*: quorũ difficultate facili negotio me expediã, hoc vno supposito, quòd mihi euidentissimum videtur, nimirum illis verbis Dominum non voluisse aliquomodo coarctare, & limitare assertum de magnitudine Ioannis prælibatũ, imò voluisse aliquid amplius tãto culmini addere. Absit enim erat inter extollendas Ioannis excellentias, sine vrgente aliqua necessitate aliquid longè excellẽtius illi opponere. Nemò igitur ibi me moratur, qui in re sit maior Ioãne, sed in æstimatione, & cogitatione ipsius Ioannis, quòd maxime extollit eius excellẽtiã. Magna est Ioannis commendatio illa: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*: sed ecce quid longè maius, & excellentius, quòd cum sit Ioannes omnibus maior.

maior, tamen in eius mente, & æstimatione omnes sunt maiores, vel minimus iustorum vt putat ipse Ioannes, maior longè est, atq; præstantior. Et quidem nunquam grandior ostenditur Ioannis sanctitas, quam vbi ipsè vel minimos Christi ministros putat sibi
Matth. 3. maiores. Dicebat enim Matth. 3. *Qui autem post me venturus est, fortior me est: cuius nō sum dignus calceamenta portare.* Quæ sunt Christi calceamēta, nisi Apostoli de quibus Psal.
Psal. 107. 107. *In Idumæam extendam calceamentum meum*, id est, mittam ministros euangelij, quos Ioannes meditatus, se multum illis reputat inferiorem: quasi dicat: non solū Dei filius Iesus maior me est, sed vel eius calceus nimirum minimus eius minister longè me superat. O maxima Ioannis, & vere humilis
Rupert. sublimitas? Perdocte Rupert. in præsenti fatur: *Ioannes ita iudicando, ita non quæ sua sunt, sed quæ aliorum erant, considerando: & superiores sibi futuros Apostolos arbitrando, regulā custodiebat sanctæ, & veræ humilitatis, semet ipsum deprimens, tamquam minor esset omnibus illis. Sed numquid ita iudicabat Dominus iudicij? Nequaquam, sed tamen dico vobis ait, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Ecce tibi quanta sit Ioannis sanctitas, quā sublimis, quā rara, cum ab ipsa veritate æstimetur omnium virorum maior, ipse se Christi seruulis reputat inferiorem, & nullius, vel minimi virtutem notat, quam non æstimet maximam. Sic ille, in quo Dei gratia incipit habere profectum, nullius vel minimam sanctitatis scintillulam videt, quàm non æstimet sanctitatis culmen. Prodigus ille iam compunctionis gratiam receperat, & in se reuersus ait Luc. 15. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.* Cœlestis tamen panis nunquā abundat in mercenarijs animis: vndè ergò prodigus iste tātam sanctitatis abundantiam videt in mercenarijs? Ait D. Ber. ser. de diuersis affectionibus animæ: *peccator compūctus reputat sanctissimum quacumque ex causa alterum videat innocentem.* Nil non maximum in alijs videt qui spiritu Dei agitur: dum vel oratiūculā à proximo, quacumquè ex causa proferri sentit, illud sanctissimum, & omnibus modis perfectum habet. Id quod cupiebat Pau. ad Philippen. 2. omnibus persuadere Christianis, aiens. *Idem sapiatis, eandem charitatē habentes, vnanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes; non quæ sua sunt singuli considerantes sed & ea, quæ aliorum.* Semper paratus sis proximum tibi superiorem, & longè præstantiorem existimare; & non tua, sed illius opera credere illustriora: hoc qui præstat, fallar, nisi attigerit culmen perfectionis.

§. XIX.

Ioannis vis tanta, vt ante mortem Iesu iam ipse cœli claustra contundat, & faciat labare, & minari proximam ruinam.

QVid pro virtute præcursoris dici potuit excellentius? *A diebus Ioannis Baptistæ usque nunc regnum cœlorum vim patitur*, obfirmati cœlestes muri per peccatū adeò erant, vt & pinus, & robur, & montes ipsi ante ipsorum faciem, vt cera liquescerent. & Israelitarum ducum tela ad concutiendum cœleste claustrum, ficulnea haberentur. Intactæ, imò inaccessibiles apparebant cœlestes balbæ inter pennata Habrahamidum iacula accessit Ioannes, & eius vim incipiunt præsentire, concutiuntur, labant, ruinam minantur. Non aliud potest efficere vis creata: cœlestes vectes confringere, solo claustra æquare non hominis, sed Dei virtus est: quòd Dei erat, non præstitit Ioannes, cœlestia claustra demoliens, verū talem illis imprimit vim, qua, si non prorsus ruunt, soloque prostrantur; tamen concussa iam proximam ruinam minantur. Vndè eleganter Petrus Damian. ait: *Totus ad stupeo baptizanti, & hominem video violentiam ipsis cœlis inferre.* Ridebant cœli hominum iacula; ridebant cœlestes balbæ arietes humanos, sed accedente Ioanne, tanto concutiuntur ariete, vt iam iam proximæ ruinis videā tur. Huc respiciens Isaias cap. 40. iuxta Hebraicam lectionem, ait. *Quoniam completa est militia eius, &c.* id est, militantis Ecclesiæ militia completa est, ad summum peruenit; quidquid ars, & potentia militaris potest, omne id est peractum: sed scire cupis, quis tātus fuerit in re militari? Iam explicat subdens: *vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Per illum, qui in deserto clamauit, viā Domino parans, nimirum per Ioannem, vt testantur Forerius, & Leo à Castro in præsenti, potestas militaris vltimum accepit incrementū, peruenit eò ad quod non possit, non vltima belli fortuna approximari. Hoc ipse Ioannes innuebat Matth. 2. *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitētiā, qui post me vēturus est, fortior me est.* Quid cōsequētię habet vel similitudinis baptizator cū forti? debēt enim cōparati inter se insidē generis versari

Pet. Dam.

Isai. 40.

Matth. 2.

vt videantur recte pronuntiata. Est ne in baptismo Ioannis aliquid fortitudinis respectu cuius dicatur venturus Iesus fortior esse? Est equidem in baptismo Ioannis fortitudo, imò summa commendatio virtutis militaris Ioannis: olent nanque munitissimæ vrbis circumcingi profundo aquarum fluenti, vt inaccessibilem reddant, & omnino obstruitum hostibus aditum. Et dux ille, qui aquarũ impedimentis superatis vim infert murorũ balbis, huius fortitudo, & rei militaris peritia à nemine non cõmendatur. Cœlestis ciuitas præter æneos muros, præter portarum seras confirmatas, adhuc aquis cingebatur, nec vllus, ad illam introitus patebat, nisi superatis baptismi aquis. Primus virorum hoc nouit Ioannes, primus curauit aquarum fluenta insinuare, primus totam aquarum rem inuasit, quo facto est, vt iam iam ciuitas capienda ostenderetur, & solum requireretur ille fortissimus rex, qui fortior Ioanne posset diuina sua virtute murorum impedimenta solo æquare, & vltimas, & victrices manus imponere certamini. Rem explicat. 2. Reg. cap. 12. vbi de expugnatione Rabbath agens dicit. *Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. Misitque Ioab nuntios ad Dauid dicens: dimicaui aduersus Rabbath, & capienda est vrbs aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam.* Superbiebat Rabbath, & inexpugnabilis videbatur, propter frequentissimos, & profundissimos aquarum gurgites, quibus cingebatur, adeò vt indè vocaretur vrbs aquarum. Ast Ioab maximus ducum Israelitarum eò animum, & vires applicuit, vt aquas superaret, & ciuitatem ostenderet expugnabilem à rege suo. Quòd vt decreuit, sic strenue peregit, & superatis aquis, eam vim intulit ciuitati, qua manifeste apparuit, quòd capienda in proximo esset; sed reseruanda erat gloria illa regi Dauid, ideòque rex vocatur, vt expugnet, & vltimas imponat manus certamini. Contentus Ioab ita à solo rege fortissimo excelli, vt immediate post regẽ, ipse gloriam expugnatæ vrbis capiat, vt pote, qui superatis aquis ciuitatem prosterni posse monstrauerit. Non absimilis fortitudo Ioannis, qui facto impetu, & prædicato baptismo in pœnitentiam ostendit, quòd capienda esset vrbs aquarũ, quod iam iam instabat rex ille fortissimus Dei filius, qui ruptis muris cœlestibus victricia signa leuaret. Contentus Ioannis à solo tanto rege superari, & quod immediate post Deum ipse vnicus sit inter natos mulierũ, qui militarem industriam in aquis superandis monstratet. Quòd spectabat D. Theodorus Studita orat. in Ioan. Baptis. fatus. *Nunquid ergò ò Ioannes super terram ascendisti ad cœlestia promotus es, angelicos, & primo operantes ornatus transcendisti? Et quod eis est à sæculo obscurum, & quod minimè dedicerunt, statim tanquam post Deum traiecisti, & nobis annuntiasti.* Equidem Angelorum exercitus superauit nostri militia Ioãnis, illi nihil nouerunt de vi cœlis inferenda superatis aquis, solus Ioannes *tanquam post Deum*, hoc nouit, hoc demonstrauit, & potestate sua militari ostendit, quòd esset capienda vrbs aquarum, quòd ruinam minabatur, quòd fortior rex iam aderat, à quo erat funditus expugnanda. Hinc ad Ioannem dicebat Isaias cap. 40. *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere: dic ciuitati Iudæ: Ecce Deus vester. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur.* Merito fortissimus gratiæ gygas Ioannes, vt cœlo vim inferat, iubetur ascendere montem, vt sit mons in vertice montium, & sic montibus supra montes compositis ostendatur à fortissimo virorum cœlum capiendum, & muros eius æneos expugnãdos, cui expugnationi non Ioannes, sed Deus in fortitudine aderit, & brachium eius dominabitur, ita vt post Deum Ioannes sit, qui auspicium dederit expugnationi tantæ. Vt dicat Guarricus Abb. ser. 2. *Accingimini, inquam, viri virtutis, & sequimini ducem, ac magistrum huius militiæ, Ioannem loquor, à diebus cuius cœlum capit esse expugnabile.* Sic ille.

2. *Reg.* 2.

D. Theò.

Isaiæ. 40.

Guarric.

Matth. 11. Omnes enim prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetarunt, & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.

§. XX.

Quidquid magnum, & præstantius volueris, hoc est Ioannes.

QVam præclare Dominus satisfecit desiderijs totius orbis; hoc enim vniuersi desiderabant scire, quid esset Ioannes? huc

huc tendebant populariũ curę Luc. 3. *Quis putas puer iſte erit ?* Eò ſpectabant Hieroſolymorum deſideria, dum mittunt ſacerdotes, & leuitas, vt interrogarent : *Tu quis es?* Sic vniuerſi mirantes excellentias hominis anxij curabant ſcire, quid eſſet? Quibus curis, & deſiderijs ſatisfecit Dominus in præſenti aiens: *Omnes prophetæ, & lex vſque ad Ioãnem, & ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias.* Quaſi dicat, cum omnes veterũ virtutes vſque ad Ioannem peruenerint, in illoque exiſtant, ipſe vobis erit, quidquid magnum volueritis; eſt prophetа, ſi vultis quod propheta ſit; & ſi vultis, ipſe eſt Elias: ſic Ioannis magnitudines, & præcellentiæ veſtris aptatur voluntatibus. Hoc exiſtis videre in deſertum, nimirum hominem in virtutum ſuarum oſtenſione deſeruiens cuiuſque voluntati. Sic dum in deſerto eſſent Iudæi, receperunt ex Deo mirabile beneficium: ait enim Exod. 16. *Mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerunt adinnicem, Manhu, quod ſignificat, quid eſt hoc?* Nouam, & mirabilem videntes pluuiam, in admirationem rapiuntur, tanto deſiderio interrogantes, quid eſt hoc? vt ex hac interrogatione cibus ille nomen ſumeret. Nullo enim melius explicatur excellentia cœleſtis cibi, quàm per has omnium admirabiles interrogationes: quid eſt hoc? quid eſt hoc? Quibus in ſummam cibi commendationem ſatisfacit vnus locus Sapient. 16. aiens. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panẽ de cœlo præſtitiſti illis, ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quàm in filios habes, oſtendebat: & deſeruiens vniuſcuiuſq; voluntati, ad quod quiſque vilebat, conuertebatur.* Ecce tibi, quæ ſit natura, quæ ſit excellentia eius cibi cœleſtis, cuius nomen eſt, quid eſt hoc? Cuius naturã omnes deſiderant noſcere, de illa quærunt vniuerſi aientes, quid eſt hoc? Eſt equidem, quod quiſque vult; ſi velis, perdix eſt, & ſi velis ſummere, ipſe pauo eſt. Hinc iam ſe ſe pandit Ioannis gloria ſingularis, nonne ipſe apparuit in ſolitudine minutum? Nõne recenſnatum mirantes vniuerſi clamant: Manhu, quid eſt hoc? Quis putas puer iſte erit? Quis es tu? Equidem Ioannes cœleſtis manna eſt, angelicus eſt, à cœlo dilapſus eſt: deſeruiens vniuſcuiuſque volũtati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur. Quidquid magnum, quidquid excellens volueris, id Ioannes eſt. Ad hæc Iſaias cap. 40. de Ioanne locutus, ait: *Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini:* vox dicitur Ioannis, & vox eius explicatur, quaſi nihil aliud fuerit: qualis ſit perſona huius vocis, & quæ omnino reticetur. Sed cur vox exprimitur; & perſona tacetur? Vt tu illi voci quamcumq; præcellentiſsimam perſonam volueris, poſsis apponere. Vis ſub illa voce videre Ieſum Naue, qui in tubarum voce muros Hiericho deiecit? Si ita vis recipere, Ioannes ipſe eſt Ieſus Naue clamante voce contundens muros cœleſtes: Vis Dauidem carnere, cuius citharæ vox & Saulem ſanauit, & dæmonium abegit? Si ita vis recipere, Ioannes ipſe Dauid eſt, qui voce canore tenebrarum principes à mundo pellit. Vis Eliam ſpectare Reges terrefacientem? Si vis, Ioannes eſt Elias cuius vocem adhuc Herodes metuit. Vis Apoſtolos, vis martyras, vis Doctores, vis virgines ſub hac voce miracula patrare cœleſtia? Si ita vis, Ioannes Apoſtolorum vox eſt, martyr eſt, virgo eſt, Doctor eſt. Nil excellens in ducibus, nihil canorum in prophetis, nihil magnum in Apoſtolis, nihil glorioſum in martyribus, nihil pulchrum in virginibus, nihil ſapiens in Doctoribus eſt, quod ſi vis, non tibi hæc vna vox oſtẽdat, ad quod volueris conuerſa. Non longè abeſt Euſeb. Emiſſenus ſer. in Dom 4. aduent. vbi ſic loquitur. *Hanc Ioannis vocem ſignificabant omnia illa muſicorum genera, quibus Dauid cantare conſueuerat. Hanc ſignificabant illæ tubæ, quibus canentibus capta eſt Hiericho. Lege in Apocalypſi, & ſeptem Angelos inuenies tubis canentes, per quos omnes Eccleſiæ prædicatores ab ipſis Apoſtolis vſque in finem ſæculi ſignificantur. Omnes igitur iſtæ tubæ, omnes iſtæ võces vnam illam vocem ſignificant, quæ loquitur dicens: Ego vox clamantis in deſerto.* Nullum itaque in nouo, & veteri teſtamento inuenies virum illuſtrem, quem in ſe non oſtendat Ioannes, ſi ipſe velis, transformans ſe in omnes iuxta voluntatem tuam, vt ſit ipſe quicumque velit; & ſolum non ſit, quòd ipſe non vult. Ait enim Aug. hom. 4. in Ioan. natiu. *Putari Chriſtus potuit, & voluit, exiſtimari Chriſtus potuit, & noluit.* Solum non eſt Ioannes, quod eſſe non vult; alioquin eſt quiſquis tu volueris. Et licet in alienis labijs ponatur gloriarum Ioannis oſtenſio, nunquam tamen paruum quid de illo exiſtimabitur. Id quod in Ioanne præſtantiſsimum meditatur D. Bern. ex illis verbis Ioann. 5. *Ille erat lucerna ardens, & lucens:* ardens, & lucens, vt Sol, qui cum luce ardet, non vt luna, quæ non ardet, ſed lucet. Et cur Ioannes nõ erit, vt luna, quando Eccleſia dicitur pulchra vt luna? Ibi Bern. *Quia enim ſplendet luna,*

Exod. 16.

Sapien. 16

Iſai. 40.

Euſ. Emiſ.

Auguſt.

Bern.

luna, sive feruore: modo plena, modo exigua, modo nulla videtur. Sic qui in alienis labijs conscientias suas posuerunt, modo magni, modo parui sunt, modo nulli, secundum quod adulantium linguis, vel vituperare placuerit, vel laudare. At verò Solis splendor ignceus est, & cum feruet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur. Singularis equidem gloria est Ioannis, quòd cum laudes suas in hominũ labijs posuerit, adeò vt sit quisquis, illi voluerint, nunquam tamen paruus, aut minimus, vt luna, sed magnus, & excellens semper, vt Sol appareat. Non absimile accidebat mannæ, quod habens omne genus suauitatum, ad quod quisque volebat conuertebatur, si tamen bonũ quid & excellens desiderabatur. Vndè murmuratores, Num. 11. inquiunt. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriquè, & cepæ, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man.* Sed si Man conuertitur in omne id, quod vultis, quid aliud requiritis? Vel quid requiri potestquòd in Manna non habeatis? Non ne pro omnium carnium suauitatibus Manna vobis est? Sanè crediderim, saluo meliori iudicio, in Manna esse quidem omnes præstantiores suauitates, quas ingenuus, & de fæcatus gustus capere potest, vilium tamen rerum sapores, qualia sunt allia, cæpe, & porri, & cucumeres, & rusticorum carnes, minimè in Man posse reperiri. Hoc enim habent cœlestia illa dona, vt nullius voluntate vilescant, nec in se ostendant aliud præter præstantissimas qualitates. Id quod in Ioanne mirandum est, cuius virtutes in nullius ore possunt videri non magnæ. *Num.* 11.

Matth. 11. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coęqualibus dicunt: cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.

§. XXI.

Magna Ioannis excellentia, quod similis filio Dei.

VT puerorum choro canente non solent alij pueri saltare; nec etiam flente solent flere, sic accidit in Iudæorũm conuẽtibus, qui puerum Iesum lætissimos edentes cantus audientes, minime ad numerum saltant: & fletus propinantem puerum Ioãnem contemnunt. Nec parua est gloria Ioãnis ab his repulsis Iudæorum, quandoquidem illis apparet, quòd nõ est seruus maior Domino suo: imò quod quãtum potest humana fragilitas diuinæ approximari conditioni, tantum videatur puer Iornnes, approximatus Iesu puero. Ambo à Iudæis repulsi; ambo dicuntur pueri adeò similes, vt non solum ab infirmis oculis alter pro altero reputetur, sed & Ioannes respectu diuinissimi patris, vices vnigeniti filij in terra gerat. Nõdum verbum patris, nondum vnigenitus filius Dei à viscеribus virginis in mundum, lucemque prosilierat. *Et ecce iste*, nempè Ioannes, *veniet saliens in montibus*, post saltus inuteros datos, magno orbis bono inter prærrupta montium natus apparet. Nascitur itaque puer Ioannes, & vicinia omnia gaudio replentur, muta parentis labia cantus edunt, miracula fiunt. Et vndè vagienti puero sic cœlum, & terra arridet? Ait Luc. capit. 1. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Huc peruenit recens nati pueri magnitudo, quod illi merito affigatur hic titulus, nimirum, *manus Domini*, quandoquidem illo ostenditur Ioannes posse apud cœlestem patrem supplere vices vnigeniti filij, & pro filio aliquãdiù in terris existere. Rem explico ex 2. Reg. 18. vbi de Absalone dicitur. *Porrò Absalon erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum, qui est in Valle regis; dixerat enim non habeo filiũ, & hoc erit monimentũ nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalonis.* Ecce tibi ambitiosissimus adolescens, vt putauit sibi filiorum loco posse sufficere columnæ præfixum titulum, nimirum *Manus Absalonis.* Cur ergò non putemus Ioannem pro Dei filio existere apud diuinum patrẽ, a quo similem inscriptionẽ habet præfixam, nempè, *Manus Domini?* Est equidem puer Ioannes similimus puero Iesu; & non quidem solum in passionibus, in virili virtute, sed ab ipso cõceptu nulli magis assimilatur, quam generationi verbi diuini. Apud Luc. 2. dicitur: Elizabeth autem impletum est tempus pariendi: *& peperit filium.* Chrysost. ex græco non legit, *peperit*: sed legit: *genuit*, vt dicat: *Elizabeth impletum est tempus pariendi, & genuit filium.* Et merito dicitur Ioannes à matre genitus, vt in hoc eius natiuitas ostendatur supra naturã creatam, & valde similis generationi increatæ filij Dei. De vnigenito diuino solo credimus in symbolo, & asserimus genitum, non factum, vt mira- 2. *Reg.* 18 *Chrysost.*

mirabilem eius modum nascendi ostendamus. Ecce vobis de Ioanne etiam asseritur, quòd mater, *genuit filium*, vt in hoc natiuitas Ioānis similis verbi natiuitati asseratur. Ac-
Chrysost. cipitè Chrysost. in Ioan. natiu. hom. 2. fantem. *Cur autem Elizabeth peperit, & genuit? Quòd illud quidem est opus naturæ: hoc verò supra naturam: quandoquidem peperit quidem, vt mulier, sed superuenit gratia sancti spiritus, & genuit supra naturam. Erat enim miraculum, quod fiebat à Ioanne, & non tantum habebat paterni generis, quantum Dei verbi.* Et verbum Dei, & Ioannes similem modum generationis habent, vt ex hac similitudine pateat, quam singulariter Ionnes filius Dei habeatur. De hac similitudine Ioannis vide supra §. 6.

§. XXII.

Summa peruersitas hominis, qui diuinis non demulcetur cantibus. Vbi de musica sacra.

HVc peruenit Iudæorum malitia, quòd nec cātibus traheretur Saluatoris; quā do cantus, & diuinum modulamen diabolicum furorem valent expugnare. 1. Reg. 16.
1. Reg. 16 *Dauid iolliebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.* Non potest equidem spiritus malus resistere cœlesti cantui, necessum est, vt discedat, si Dauid cantet: si diuinum resonat modulamen. De
Cassiodor. hoc pulchrè Cassiodorus, lib. 2. variar. epist. 40. fatur. *En quod saculum miretur, & credat: repulit Dauidica lyra diabolum: sonus spiritibus imperauit: & canente cithara in libertatem rediit, quem internus inimicus turpiter possidebat.* Diabolo peior est, qui obsistit diuino modulamini: nesciunt malorum pondera, non agnoscere diuini cantus efficaciam: quæ & rigentia pectora potest emolire, & durissimos quosque trahere in lætissimos saltus.
Psalm. 28 Psal. 28. *Vox Domini confringentis cedros, & cōfringet Dominus cedros Lybani, & comminuet eas tanquam vitulum Lybani.* Aquila, Symachus, & Quinta editio sic vltima hæc verba reddunt; *& exultare, & saltare faciet eas, &c.* Raptas feras, & montes inclinatos ad vocem cantus antiquæ tradunt fabulæ: sed maior vis est diuini modulaminis, diuina vox resonat, & ad eius numerum ecce tibi procerissimas cedros, vastissimas lignorum syluas saltantes. Eù quam perditus est, qui resonante diuino cantu non mouetur, quādo & spiritus malus fugatur, & insensibilia ligna saltant. Potentissima vis est diuini cantus, & si quis cantus potuit aliquando ciuitatē, cum mœnibus constituere, vt de Thebanis muris mentiuntur fabulæ, solus diuinus cantus id nouit in veritate præstare. Psal. 95. tit-
Psal. 95. ulus, ait, *Quando domus ædificabatur post captiuitatem*, Sic titulus, at si Psalmum ipsum spectes, incipit: *Cantate Domino canticum nouum, &c.* Quò circa acutè addubitat August. de conuenientia tituli cum Psalmo: cum enim titulus de ædificatione domus sonet, iam spectabatur Psalmus de lapidibus à monte scissis, de dolatis trabibus, de sapientia artificum, de iuncea æquitate columnarum, sed nihil de his in Psalmo, imò totus est in cantilenis nouis parandis. Quid ergò habet cantus apparatus, cum lapidibus secandis, &
August. muris construendis? August. ibi. *Si canticum nouum cantat omnis terra, sic ædificatur, cū cantet. Ipsum cantare ædificare est, sed si non vetus cantet. Vetus cantat cupiditas carnis: nouum cantat charitas Dei.* Quis lapis, & si rudis, quæ arbos quantumcumque vasta ad vocem diuini cantus non saltat? Non venit sub ascia? Non ferrum exultans patitur? Non ædificatur in cœlestia palatia? Sanè ad vocem cantus diuini, nos ipsi rigidiores ligno, duriores lapide, grauiores montibus exultamus, & scissis operibus mortuis ædificamur viui lapides domus spiritualis. Sanè 3. Reg. 3.
3. Reg. 3. Elisæus, vt diuinum spiritum in se sopitum suscitaret, ad cantum confugit, ait enim: *Nunc adducite mihi psaltem. Cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini.* Quis iam contemnat sacros cantus? Pulchrè ad
Rupert. hæc Rupert. libr. 5. in lib. Reg. cap. 23. ait. *Mouet intus musica vi quadam, & potentia naturali spiritum hominis, & tunc decenter conuenit, cum verbo diuinæ laudis, concutit penetralia cordis, & illam, quam accepit homo, resuscitat in eo gratiam Spiritus sancti.* Non vane ergo Christianis sacramentis adductus est etiam iste materialis cantus, sed cum magna vtilitate populi Christiani. Quàm D. Amb. præ-
Ambr. fation. in Psalmos expendit, dum ponderas Moysis canticum fatur: *Moyses tunc maximè cantico vsus est, quando cœlum testificabatur, & terram, vt salutem suam cœlestis sono gratiæ concinentem auidius mundus audiret, & sacræ suauitate dulcedinis in æternam legis obseruantiam mentibus inoleret humanis. Denique legis tabulæ priusquam cantico firmarentur, per indignationem Moysi fractæ, & comminutæ sunt. Vbi verò tali signo consecratæ sunt, humana locū ira non habuit, quia sanctificatio eam sacræ suauitatis exclusit.* Merito legales tabulæ firmitudinem recipiunt à cantu: vt constet, quantum

conducant facti cantus ad legum obseruantiam: & quàm pernitiosè contemnitur eorũ virtus, & potestas. Pro quo etiam stat Chrysol. Chrysol. ser. 14. aiens. *Qui sine tuba dimicat, miles non est: fertur furore, non prælio: virtute non agit, sed periculo: quærit perire, non vincere. Hoc dixerim, vt Christi miles intelligat, cœlestis quæ re prouisa sit cantilena.* Hæc ille.

Matth. 11. Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccetorum amicus.

§. XXIII.

Supra naturam humanam est, nihil de rebus mundialibus tibi sumere.

MErito supra Ioannes vocabatur à Domino Angelus, quando dixit: *Ecce ego mitto Angelum meum.* Nonne Angelus est potius, quam homo, qui nullas hominũ necessitates ostendit præsentire? *Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens,* quomodo hic non Angelus? Supra hominis naturam est, sic penitus à se omnia mundialia excludere. Chrysost. Pulchrè D. Chrysost. hom. 33. in Matth. põderans, quòd Apostoli à Domino mittãtur, sine sacculo, & sine pera; qnasi nih l egerent, circa victum, vestitumque, ait: *Ipsos ad vniuersi magisterium missurus, ad Angelicam, vt ita dixerim, disciplinam ex humana vita traduxit.* Et quidem sacculo, & pera carere; nil vndè victitemus, habere, sed omnia penitus abijcere, supra hominem est, Angelicũ est, Num. 20. cœlestique proximum naturæ. Numer. 20. misit Moyses ad Edõ nuntios, qui ab illo peterent transitum, per quem liceret Israelitis ire in terram sibi promissam: & reluctanti Edon pergunt dicere: *Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos, & pecora nostra, dabimus quod iustũ est: nulla erit in pretio difficultas: tãtum velociter transeamus.* Expende illud: velociter transeamus, quippe rex Edon, terrenus dicitur rex, mũdialis potestas, sub quo omnia mũdi bona vigent imperio: quod cũ ita sit, nihilominus generosi Israelitæ promittũt, se ita velociter per omnia transituros, vt nihil indè recipiant. Id quod maximè extollẽs Philo lib. quod Deus sit immutabilis, ita inquit. *Celeriter, inquit, transibo per terram tuam. O magnam promissionem, generosam, & magnificam! Ita ne obsecro superare, transire, transcurrere quidquid in terra bonum censetur, poteritis? Nihil ne vestram properationem remorari poterit? Conspectum diuitiarum cõgestarum auersabimini deflexa facie? Quid maiorum dignitates, paterni, materniq; generis, & ecantataque à multis nobilitates despicietis? Gloriam quoque, quam homines rediment cæteris bonis omnibus, prætercurretis tanquam rem vilissimam? Quid sanitatem corporis, integritatem sensuum, pulchritudinem optabilem, robur inuencibile, & cætera, quibus animæ domus honestatur, transcurretis obiter, vt nihil horum referatis in bonorum ordinem? Olympia, cœlestisque animæ sunt hæc tam ingentia facinora.* Sic omnia mundialia bona præterire, sic contemnere, vt nec sitiens salientium gurgitum traharis lenocinijs? virtus equidẽ est non huius temporis, non creationis huius; sed cœlestis, sed Angelica, sed diuina. Fœlices illi Magi, qui auro onusti ad paupercula Christi cunabula proficiscuntur, Hierosolymam intrant; Herodis regis adeunt palatia, ibique de loco nascentis principis informantur. Abeunt igitur Bethleem, puerum adorant diuinum, aurum, cæteraque omnia bona ad eius pedes abijciunt. Quid tunc? Ecce Angelus Domini illos de reditu in patriam per aliam viam admonet. Sed scire cupis, cur cum veniunt, permittuntur conuenire Herodem regem, ab illoque certiores fieri de via; cum autem reditum parant, solus Angelus illis præmittitur? Cur non etiam antea Angelus datur? Equidem veniebant onusti auro, & istis bonis fidentes adhuc caducis, ideò mittuntur ad regiam, vt similes gaudeant cum similibus: at postquã aurum, bonaque omnia ad pedes abijciunt Christi, Angelum merentur habere ducem itineris, quasi iam effecti cœlestis, Angelicæque virtutis participes. Acutè, & ponderosè D. Hieron. de vera Circũc. inquit. *Magi suis affectibus spoliati in auro, thure, & myrrha conuersationum itinere mutato, qui per Herodem venerant, per Angelum redeuntes.* Sic eleuat contẽptus terrenorum suos, vt super homines volans illos efficiat angelicæ consortes naturæ. Quisquis te ita componis, vt humanos affectus comprimas, ne ad lubrica hæc terrenorum bona prosiliant, sed omnia pro nihilo reputent, nec vltimis labris velint illa pertingere, ad cœlestem, & angelicam

Philo. D. Hiero.

transi-

trāsiliſti naturam. Sic compoſitos habebat affectus Habraham, cum præcepto accepto non cunctatur, ſed ſtatim alacer, & feſtinus aptat ſeſe ad iugulandum vnicum, & amantiſsimum filium. Sed Dominus factum impediens ſic fatur Gen. 24. *Quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito pro me benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli*: quaſi indè cœleſtis fuerit effectus naturæ, iam illi cœleſte ſemen promittitur. D. Hier. vbi ſupra. *Habraham cum vnico non parcit in terris, ſtellas profilijs annumerare iubetur in cœlis: carnaliſque deſpector natura in natura ſyderum collocatur.* Neceſſum enim eſt, quòd inter cœleſtia numeretur, qui adeò chariſsimi mundi bonis nouit vale dicere.

Gen. 24.

CAPVT II.

Chriſti Domini concio panegyrica in D. Petrum Chriſtianæ Eccleſiæ primatem.

IAM iam ſe ſupra omnes Petrus extollit, Petrus inquam, ſeù forte melius, Petra firmiſsima fidei, Petra refugium erinaceis, quæ triuos ſudat olei, & de cuius virtute pennatę Eccleſiæ alites nouerunt voces dare. Is tantus vir primus Ieſum prædicabit Chriſtum Domini, & ſupra cœleſtem ſcandens machinam in ipſo viuido patris fonte vidit filium pleniſsimo diuinitatis ſcaturientem amnè, illumque demonſtrauit ſtantem poſt parietem noſtrum, reſpicientem per feneſtras, ſiue (vt melius Amb.) eminentem ſuper retia. Excuſit equidem retia corporea nobilis piſcator, & de profundo diuinitatis abyſſu piſce edidit, dum interrogatus apud Cæſaream Philippi, ait: *Tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* Hæc tantū Petrus, & tacuit, quia indè diuinum verbū ſeſe effundere cæpit in Petro laudando. O Felix piſcator cum tuæ laudis oratorem natus, cuius verba, & te ſumme extollunt, & efficaciam habent præſtandi, quidquid in te prædicant magnum. Iam beatus es, iā Eccleſiæ caput, iam claues regni habes, ipſe dixit, & facta ſunt, haud dubium, quin cunctis malis præualeat, quia ipſe mandauit.

Matth. 16. Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis?

§. I.

Solus rex regum Ieſus poteſt habere miniſtros: qui ſubditis omnino proficui ſint.

PErlege hiſtoriam huius Euangelij, & videbis Petrum adeo ſua confeſsione populis proficuum, vt exinde claues regni cœleſtis accipiat, quibus omnes illuc fideles nullo pretio accepto poſsit intromittere. Sed cur tantum miniſtrum, tàm proficuū populis deſignaturus dominus venit Cæſaream Philippi? Cæſarea ciuitas fuit ſic vocata à Philippo in gratiam Cæſaris domini ſui, ibique exactiones, & tributa prouinciæ ipſi Cæſari ſeruabantur collecta, vt author eſt Ericus in præſenti. Merito ergò Petrus claues regni accipit eo loco, vbi Philippus colligit, & cenſus, & tributa ſuo principi: vt euidenter pateat diſcrimen inter Chriſti miniſtros, & mundialium principum. Miniſtri mundialium, quantum vtiles ſunt in regimine populorum, tantum infenſi, & graues ſunt in imponendis tributis, & inuenie dis nouis exactionum generibus. Soli miniſtri regis ſummi Ieſu toti ſunt in ſaluandis, & liberādis abſq; vllo pretio ſubditis. Huc iā accedit cantatiſsimus ille Prorex Ægypti Ioſeph, Pharaonis miniſter, ſeù potius ſaluator totius prouinciæ. Is dum clauum regni tenet, & ſaluatoris venturi munus exercet erga Iſraelitas; & miniſtrum ſe gerit Pharaonis erga Ægyptios, & quāta duplex hoc munus exercet differentia? Accedunt Iſraelitæ ex illo quærentes frumentum, vt poſsint viuere; ille autem, & frumentum præbet, & pecunias pro frumēto acceptas, inter ipſum frumentum illis reſtituit, ne dū ſalutem à Dei miniſtro comparant, videātur, vel teruntium perdidiſſe. Quippè ait Gen. 45. *Præmiſitque me Deus, vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis*: quaſi ſolus Deus hos poſsit habere miniſtros, qui ſine vllo diſpendio populorum ſaluti proſpiciant. Sed ecce vobis accedunt Ægyptij fame enecti petentes ab ipſo Prorege frumenti eſcas, pro quibus & pecunias

Gen. 45.

& pe-

& pecora omnia, & terras, & se ipsos tradũt in seruitutem. Quid tunc Ioseph fidelissimus Pharaonis minister? Ait cap. 47. *Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præmagnitudine famis, subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos, &c.* & pauca interiecta addit ipse Ioseph loquens cum Ægyptijs: *En vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet, accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis, &c.* Eù carissima salus omnibus bonis, & libertate ipsa cõparata! Sic mundiales ministri vendunt curas suas; prospiciunt quidem populorum saluti, sed tot additis grauaminibus, vt dubiũ sit, an sęliciores à periculis emergant, quàm perirent. Ad hæc eleganter Casiodorus lib. 12. variar. 28. *Ioseph, legimus, contra famem funestam emendi quidem tritici dedisse licẽtiam sed tale posuisse pretium, vt suæ subuentionis auidus, se potius venderet, alimonia mercaturus. Quale fuit, rogo, tunc miseris viuere, quibus acerba subuentio libertatem suam videbatur adimere? Vbi non minus ingemuit liberatus, quam potuit flere captiuus. Credo virum sanctum hac necessitate constrictum, vt & auaro principi satisfaceret, & periclitanti populo subueniret.* Et quidem hac vniuersi mũdialium principum ministri necessitate constringuntur, qua in liberandis populis simul, & suis, & regalibus thesauris prospiciunt; vndè fit, quod sæpe sæpius liberati non minus bonorum amissione ingemant, quàm possent flere captiui. Quòd autem liberentur populi, nec ducum principumque commodis grauentur paulo minus, quàm incursu hostili, hoc solum est proprium Iesu, hanc gloriam soli Iesu ministri sibi prærripiunt: vt merito dicat Paulus 1. ad Corinth. 9. præmittens se nullo populorum sumptu prædicare salutem: *Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.* Vbi Ansel. pulchra paraphrasi, inquit: *nequis dando euacuet gloriam meam, quàm pro hac abstinentia habere volo in Christo apud Deum.* Non enim vanagloria est nihil accipere à populis pro data salute, sed gloria est à Christo Deo solo dilapsa in suos ministros. Recole vniuersas historias, nullum inuenies, qui sine magno populorum sumptu gloriari possit, quòd populis salutem intulerit, sola hæc gloria est ministrorum Iesu. Hinc pensanda gloria Iosue, qui post victorias partas, post introductum Israelem in terram promissam, post distributas prouincias, nihil sibi retinuit, nihil sibi elegit è tot terris acquisitis: quòd meditatus Theodor. quæst. 17. ait. *Quare Iosue, cum alijs terram dispertiret, sibi non distribuit aliquam portionem? Imitatus est in eo Domini modestiam, docens eos, qui in aliquo magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed vtilitati subditorum inseruire.* Solo à Iesu schola potuit hæc venire doctrina, & seruari ab eis, qui tanti Domini aguntur spiritu, quibus solis gloriosa est populorum cura; alioquin, nec magnum, nec gloriosum est, quòd populorum defendas salutẽ ab incursibus hostilibus, si tu eorum bonis apponis insidias. Pręclare enim ait D. Synes, lib. de Regno: *Qui peregrinum à me hostem propulsat, ipse autem moderate mecum non agit, is à cane mihi non differre videtur, qui lupos propterea longissime abigit, vt per otium gregem commode dilaniare possit, cum potius in custodiæ mercedem se lacte satiare oporteat.* Hæc ille.

Gen. 47. — Casiodor. — 1. Cor. 9. — Theodor. — D. Syn.

§. II.

Celsi animi nil tam æstimant temporale, quam nominis claritatem.

APud Cæsaream, vbi Cæsarum tributa seruabantur, nobilis rex regum Iesus, de nominis sui inter populares ęstimatione cũ discipulis agit, vt doceat, qualis cura deceat præcelsos principum animos. Huc debent à prima inauguratione principes spectare: non qualiter auri pondera additis tributis augeant, sed qualiter eorum nomina effulgeant popularibus: quàm laudabiles apud prouincias appareant. Ait enim non parum sapienter Casiodorus libr. 9. variar. 25. *Gloriosis dominis gratiosiora sunt præconia quam tributa. Quia stipendium, & tyranno penditur, prædicatio autem, nisi bono principi nõ debetur.* Apud Cæsaream tributa Cæsari dependuntur, & ibidem regi regum Iesu, & diuinitatis, & facinorum suorum præconia dantur, vter igitur gloriosior, vter diuinior, vter regalior apparuit, Cæsar cũ tributis populorum, an Iesus cum proninciarum præconijs, & suorum laudibus? Equidem tributum non distinguit inter regem, & tyrannum; aurea spolia tam solent esse latronum prædæ, quàm ornamenta dignitatũ, & præmia facinorum: at præconia, & communes laudes nunquam non designãt verè celsissimum, & regalissimum animum. Sic Prouerb. 27. *Quommodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis.* Conflatorium nunquam non discernit aurum, argentumve à terra, & vilioribus alijs metalis, sic solæ communes laudes

Casiod. — Prou. 27.

laudes distingunt inter regem tyrannum, & regalem; inter venationes, & beneficia, inter dignitatem, & latrocinium: quod conflatorium auro, hoc laus glorioso principi, à quo præ aliis bonis longè pluris æstimatur. In dè Dauid, qui regalissimum Dei animũ nouerat, ait Psal. 68. *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude: Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.* Non is est diuinus spiritus, qui alijs lucris, seù spolijs gaudeat: hoc vnum illius studium, vt laudabilis appareat laudesque eius personent toto in orbe terrarum. Vndè D. Aug. in præsenti ait: *Amplius ergò placebit Deo laus eius exiens de ore meo, quam magna victima adducta ad aram ipsius.* Nunquam enim glorioſis Dominis non sunt gratiosiora præconia, quam tributa: Quando nobilẽ animum non plus solicitat nominis claritudo, & decantanda per ætates facinora? Egò nil magis obstupeo in principibus, quam quod non solicitentur fama commendatione, & quod non timeant nomini suo. Absolutissima illa Dei potestas omnium potestatum victrix, non erubescit, quasi hoc vno teneri timoris affectu, quo nominis sui metuebat claritudini. Apud Isaia, cap. 48. vbi iuxta vulgatam dicit Dominus: *Propter nomen meum longe faciam furorẽ meũ & laude mea infrænabo te:* ex Hæbræo putat Arias Montanus legendum: *laude mea infrænabor:* quasi Deus diuino zelo incitaretur in vindictam rebellium, & nihilominus timens laudi suæ, timens præclaræ nominis sui celebrationi sese coniberet. Vndè explicatius Vatablus vertit: *Propter nomen meum differã furorem meum, & propter laudem meam frenũ injciam mihi, tui causa, ne te omnino exscindã.* Adeò in glorioſis Dominis potens est laudis, & commendationis cura, vt ea etiam absolutissimæ Dei naturæ frænum injiciat. Et non mirabor hoc frænũ stupeum esse apud mundiales principes? Audiui sæpè, quemdã regem, qui nullis parcebat legibus hoc solo fræno posse contineri, nimirum quòd ferret, omnia sua commendanda esse scriptis. Et quidem non illi negassem hunc maximè nobilem, & regium, & diuinum spiritum, quòd laude sua, & nominis obscurandine tui infrænari potuisset. Et vtinam quicumquè nobiles, & principes haberi volunt, hoc in vita laudis tangerẽtur studio: vt enim ait ex Nacianc. D. Antonius in Melissa cap. 15. *Præcipuum beneficium est in rebus honestis laudari: laus enim parit amulationem: amulatio virtutem, virtus felicitatem.* Nil ergò sic tangat animos principum, quam suorum facinorum prædicatio, & nominis claritudo.

Psal. 68.

Augusti.

Isai. 48.

Vatab.

D. Ant.

§. XIII.

Fieri nequit, quòd linguæ terrenorum hominum non impingant in præexcelsæ virtutis vigorem?

QVem dicunt homines esse filium hominis, quærit sapientissimus magister, scit enim impossibile esse, quòd terreni homines tantæ virtutis virum non impetant linguis. Cuius hominis terreni lingua silet, vbi præexcelsa, & insueta alicuius apparet virtus? Quę labia non incipiunt abire post sordes, cum purior cæteris esse præsentat oculis vita? Isaias ait cap. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum: & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphin stabãt super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebat: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Quòd si scire cupis, quẽ tanta ornatum sanctitate viderit Isaias, id expresse tradit Ioann. cap. 12. aiens: *hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo;* nimirum quando vidit gloriam Iesu eleuati super omnes creaturas in summo sanctitatis culmine, de quo ibi locutus est. Vidit igitur Isaias Christum excelsum præ regibus terræ, noua & inaudita sanctitate conspicuum, quid indè? *Et dixi væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito.* Qualis est ista tam velox transgressio à sanctitate Christi, ad labiorum sordes in aspicientibus? Non potuit apparere ter sanctus Iesus, quin statim videntium labia fordescerent? Sanè nulla virtus conspicua est, in quã terrenorum hominum lingua non impingat, & per delios errores fordescat. Pulchrè D. Chrysol. ser. 57. ait. *Hinc est, quod Isaias vbi videt regem cæli, hoc est Christum, ipsum esse Dominum Sabaoth, clarâ visione conspexit, sua, suique populi labia immunda detexit: quia sicut labia emundat Christi confessa diuinitas, ita Christi pollut negata maiestas.* Non potuit Christi sanctitas sublimis errantibus linguis non morderi, vndè necessum fuit, quòd celsitudine sanctitatis visa, simul populariũ labia pollui viderentur, quãdo nequit terrenorum hominum lingua non impingere in viros sanctitate pollentes? Id optimè notat Dauid Psal. 10. aiens: *Quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer? Quoniã ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas,*

Isai. 6.

Ioan. 12.

Isai.

Chrysol.

Psal. 10.

sagittas, vt sagittent in obscuro rectos corde. Vix audet in mõtem auolare, in altum virtutum conscendere; quia terrenorum hominũ fulmina aduersus celsissimũ sanctitatis culmen par antur: virtute conspicuus, tanquam in monte sublimis vbi apparet; ecce tibi peccatores sagittas parantes, & quas sagittas? Didymus in caten. Græca per sagittas intelligit bibratas linguas, quæ paratæ, & prõptę sunt aduersus sanctitate conspicuos, adeò vt minimè contineri queant, quin in illos prosiliant. Id quod eleganter depingit Nazianzanus carm. de silentio, quod per quadragesimam tenuit, inquiens. *Nazian.*

At linguam nemò properantẽ ad verba represit,
Non nix, non scopulus, non homo, non fluuius.
In promptu iaculator, in arcu sæua sagitta:
Circulum, & in crena neruus adactus habet.
Quas animus misit, volitant, feriuntq́; sagittæ
Viuos, victuros, cum superisq́; homines.

Vidisti aliquando venatores in monte omnino promptos, contentis arcubus, sagittis appositis, toto esse intentos conatu ad prædam, quam, vbi apparet, protinus hinc indè iaculant, sic terreni homines, sic vniuersi populares in promptu sunt, & linguis paratis, quæ cohiberi nequeant, sed cum primum præcelsum virtute virum conspiciunt, pennatæ volant, & semper maculant. Vide infra cap. 9. §. 26.

§. IIII.

Principum vita inde tenetur purior esse, quia, nequit esse non patentissima omnium oculis.

POpulorum sententias circa se Dominus quærit, docens simul, qualis debeat esse principum vita, vt potè, qui omnium oculis sic pateat, vt nullus homuntio possit inueniri, qui de illa non ferat iudicium. Quid salutarius principibus? Nullò sese potest malitia protendere, quæ ab oculis iudicantium circumuenta, non cogatur se iterum reprimere, Zacharias 3. *Ecce lapis, quem dedi corã Iesu, super lapidem vnũ septem oculi sunt.* Proponitur ibi à Propheta Sacerdos magnus Iesus, ille nimirum, qui, & zorobabel instaurarunt Iudæorum rempublicam, eius tenentes clauum post captiuitatem Babylonicam: his ergo principibus proponitur electorum à Deo principum præclarum signum, nimirum lapis augularis, sub cuius nomine frequentissimum est in sacra pagina significari principes. Ecce ergò coram Iesu Sacerdote magno ponitur optimi principis signum, scilicet lapis vnus angularis, super quẽ vnũ septem oculi sunt. Quippè ita debet se gerere princeps, vt qui quoquo se vertat, oculos suarum actionum inueniat iudices, quibus sanè custoditur, ne quando exorbitet à recta via. Pulchrè ad hæc D. Synesius epist. 105. inquit. *Episcopum diuinum esse hominem oportet, vt potè qui ab omni ludo peraque, atque Deus ipse, alienus, & inexorabilis esse debeat: qui quo vitæ suæ propositum teneat, ab innumerabilibus oculis custoditur.* Nullus est princeps super quem non sint tot oculi, quot subditi, præfixos omniũ oculos in se videat princeps, necessum est, ne quid indecorum admittat. Prudentissima Bersabeth hoc vno conueniebat Dauidem, ne cederet nefarijs Adonię consilijs, sed in eligendo successore regni strenuè, & regie se gereret: ait enim. 3. Reg. 1. *Verumtamen Domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis, quis sedere debeat in solio tuo Domine mi rex post te.* Non clanculum es, & in oculto, vt possis cedere impunè nefariorum hominũ consilijs, sed oculi totius Israel te vndiquè cingunt, te spectãt, & qualem facias electionem successoris, quæcumquè illa sit, in conspectu omnium facienda est, & innumerabilibus oculis perspicienda, ponderanda. Quis erroneas fore putet actiones, tot oculis vndique custoditas? An vellet errare, qui se vndiquè circumuentum spectãtium oculis experitur? Sapienter dicebat Chrysol. ser. 1. *Propinquorum quot oculi, tot lucernæ. Vndè viventi inter tot virtutum duces, eriminũ tenebræ propinquare non possunt.* Nil tenebrosum audet erumpere in viro tot oculis circumuallato: quem sic oculi sepiunt, fallar, si alio egeat humano auxilio, quo turpitudines caueat, & infamias. Ex his patet, quid innuat lex illa de pignoribus reddendis Deuteron. 24. *Non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimento suo, &c.* Quæ verba sic legit Philo Iudæus lib. de somnijs: *Si pignus acceperis vestem à proximo, ante occasum solis reddes eam, est enim eius amictus, quo solum tegit suam turpitudinem.* Quòd si amiculus solus iste in pignus datus facit, ne prodatur turpitudo, cur legislator tam anxie curauit, vt redderetur ad solis occasum, ne pernoctaret in domo creditoris, & non magis, vt redderetur illuscescente die? In nocte minus egemus amiculis, cũ ipsæ tenebræ nos vndiquè cingant, & faciant, ne turpitudo appareat: in die autem magis patemus, & dum à luce prodimur, vix est turpitudo, quę non emineat, Cur ergò legislator magis curauit de reddendo

Zach. 3. *Synes.* *3. Reg. 1.* *Chsylo.* *Deut. 24.*

reddendo amiculo in nocte, quàm in die? Equidem non tam agebat Deus de materiali, quàm de morali operimento turpitudinis, indè autem quando omnium oculi nos vndiquè sepiunt, satis custodiæ est, ne turpitudo audeat erumpere: at in nocte, vbi iam oculi clausi sunt, tũc opus est operimẽto, ne turpitudines prodantur. Nulla enim custodia, nullus amiculus sic turpitudinem facit recondi, vt oculi spectantium, si vndique adsint.

Matth. 16. At illi dixerunt: alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex Prophetis.

§. V.

In mundialium regum curia mendacium est, quod prævalet. Vbi quam plus valeant apud illos fœminæ naniæ, quam virorum oracula.

IDeò primò loco ponitur à discipulis Iesu error popularis de Ioanne Baptista, quia hic error plus omnibus alijs prævalebat, & magis receptus erat. Sed scire cupis, cur iste plus cæteris prævaluit? quam quæstionem facili negotio dilueres, dum solum aduerteres originem illius erroris; manauit enim hic error ab Herode, qui nõ semel audita fama Iesu dixit, *Ioannes, quem ego decollaui, surrexit à mortuis, propterea virtutes operantur in illo.* Et indè profectus penè vniuersos Herodis curiales occupauit. Quippè habent hoc peculiare mendacia apud palatinos de seminata, vt magis prævaleant. Ex 3. Reg. 23. nescio quis egreditur, qui se decepturum Achabum regem promittit, & modum deceptionis suæ explicans, ait: *Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.* Cui statim diuinum responsum accinit his verbis: *Decipies, & prævalebis.* Vndè id dicit Dominus, quod & deceptio certa futura sit, & quod prævalere debeat? Nonne posset fieri, quòd rex mendacijs fidem non haberet? Adeò efficax est mẽdacium in curijs regum ad prævalendum, vt vel ex sola notitia huius medij ponendi possit à quoquam prænosci, quid facturus esset rex, & eius famuli vniuersi. Sapiẽter Caietan. ait: *Manifestat Deus efficaciam huius medij, nempè mendacij in curia & hoc officium menciendi vsq; adeo versatur in curijs, vt Diogenes definierit, Curiam esse locum ad decipiendum, & prævalendum.* Nullibi maiores vires habet mendacium, quam apud Palatinos, & Curiales; non amplius excrescit ignis in medio palearum, quàm mendacium serpit, & prævalet apud Principes mũdiales. Hinc est, quod Petrus, qui toties pro veritate steterat, vbi Principis Sacerdotis terit atria, statim cæpit amare mendacia. Vide illum in horto imperterritum, sese opponentem exercitui pro Christi veritate tutãda; & post pauca eundem vide abnegantem se nosse Iesum. Cur modo negat, pro quo dimicat paulò antè? Luc. ait cap. 22. *Comprehendentes autem eum duxerunt ad domũ Principis Sacerdotum Petrus autẽ sequebatur, &c.* In Principis domo negat Iespm Petrus, quia in domo Principis sola valent mendacia; Chrysost. ser. 2. de Pass. *Negat in domo Cayphæ, ibi negat, vbi potest valere mendaciũ.* Forsitan non negaret, nisi in domo Principis, in qua sola vendibilia sunt mendacia. Id quod perspicuis verbis tradit Oseas cap. 7. fatus: *In malitia sua lætificauerunt regem; & in mendacijs suis Principes. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente.* Viri impij malicioſe accedunt ad regem, illi morem gerẽtes, & iuxta animi desideria loquentes, & interim mille fabellas concinnant, mille mendacia inter Principes disseminant. Quid tunc? Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus; sic omnes à veris deficientes adhærent falsis, & mendacijs, vt flammans clibanus adhæret adhibitis palleis. Quid pulchrius dici potuit? Ecce tibi succensus cliba nus, cui si immittantur fortia, & solida pabula, non exurgit in flammam, sed paulatim & difficulter, & quadam reluctatione procedit: verum si leuidensia, nimirùm paleas, stupam adhibeas, rapidissime extollitur in cælum vsq; flamma. Omnes mundiales Principes instar clibani sunt, libidinum, & cupiditatũ succensi flammis, si adhibeas illis leuissima mendacia, mulierecularum fabellas, sine reluctantia admittunt, & in immensum pascuntur rebus inanibus. Verùm si fortia, si solida, & vera immittas, reluctantur, resiliũt. Recole tibi Pilatum, is venerandum veritatis nomen ex ore Iesu capiens Ioan. 18. ait. *Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos.* Vix gustat veritatis vocabulũ, & statim infecta re, conuertitur ad Iudæos. Vbi acutè D. Bern. ser. in 3. Prouerb. ait: *Merito fratres Pilatus reuerberata acie protinus resiluit, & responsum non sustinens, egressus est ad Iudæos.* Non sustinent mundialium Principũ flammæ tam solida pabula; sed vel à ve-

3. *Reg.* 23

Caietan.

Luc. 22.

Chrysost.

Oses. 7.

Ioan. 18.

D. Ber.

ritatum odore, quasi reuerberata facie resiliunt, & rapidi conuertuntur ad tesquas, ad quisquillias, & fabellarum palleas. Sæpissimè ergò rideo principes viros, qui minimè sustinet audire solidissimas doctissimorum hominum veritates; hoc tamen hac, illac discurrentes, vt simplicium muliercularum, & homuntionum audiant somnia, amplectentes auidè id, quod maiorem speciem habet leuitatis. Rem ob oculos pono ex historia Iudith: cum enim Holofernes appropinquaret Israelitarum regioni, & miraretur, quod Israelitæ auderent eius exercitui resistere; scire cupijt, quæ esset illa gens tam audax? Tunc Achior Ammonitarum dux accepta, facultate, incipit coram Holoferne magnalia Dei Israelis prædicare; quoties populum suum ab hostibus saluum fecerit, quot exercitus perditioni dederit, quot duces, quot tyrannos potentissimos postrauit; nec esse in mundo potentiam, quæ sub ira Dei Israel posset stare. Hæc dixit multis Achior, quid tunc? Ait text. cap. 5. *Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba hæc: irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eũ.* Iudith. 5. Et post pauca incipit etiam caput 6. dicens: *Indignatus Holofernes vehementer dixit ad Achior, &c.* Sic resiliunt, sic reluctantur mundiales principes, cum solidas audiunt veritates. Quid plura? Non multum interfuit tempus, & ecce tibi cap. 11. Iudith fœmina per militares copias transiens vsque ad Holofernem peruenit, eique astans post millia efficta verba sic verba, seù potius fallacias facit: *Ego adducam te per medium Ierusalem, & habebis omnem populum Israel sicut oues, quibus non est pastor: & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, &c.* Compone modo Achioris concionem, & Iudith apud Principes Assyrios factam: ille solidissima Dei miracula proponit, insuper addit patẽtissima testimonia triumphantium Israelitarum, & pereuntium tyrannorum, quæ receptissima, & vulgò notissima erãt: hæc amphibologica verba, seù vt D. Thomæ placet, mera proponit mendacia, nullo fundamento cõfirmata, sed solum dicit, sibi à Deo per summam prouidẽtiam fuisse insinuata: & nilominus illa offendũt, hæc principibus placent. Quid mirum? Clibani erant cupiditatum succensi flammis, resiliunt ad solida, & leuissimas fallacias, & fœmineas amphibologias auide capiunt. Non longè ab hoc abest Zorobabelis successus. 3. Æsdræ. 4. 3. Æsd. 4. Is coram rege Babylonio locutus duo asseruerat, nempè mulierem esse omnium creaturarum fortissimam, & tamen illa præstantiorem esse veritatem. Pergit deindè prorostris mulieris fortitudinem decãtare; eius lenocinia, eius carmina, eius vires, quibus subijcit sibi etiam potentissimos tyrannos: ad hæc textus, ait: *Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum*, quippè stupentes, & demirantes tantam in mulieribus virtutẽ. Sed & Zorobabel mulieribus omissis transit ad extollendam excellẽtiam veritatis, illam super terram & cœlum constituit, æternã facit, & imperturbabilem. Quid tunc? *Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt: Magna est veritas, & præualet.* Expende, quod vbi valentia fœminarum decantatur, ibi rex, & purpurati stupent: vbi autem veritatis gloria prædicatur, nihil rex, nec purpurati faciunt, sed populi clamant, & extollunt veritatem; quippè hoc est ingenium principum mundialium, non moueri ad veritarem, sed illud magis mirari, quòd maiorem speciem habet leuitatis, & mendacij.

§. VI.

Non solum principibus, sed nec vlli hominum renuntianda sunt, quæ iram mouere possint.

IEsus à populo vocabatur Propheta, sed & dæmoniacus, & Samaritanus, & vini potator habebatur: quare ergò discipuli omissa vituperia illa, solum meminere laudabilia: nimirum quod Ioannes, quòd Hieremias, quòd Propheta diceretur Iesus? Prudentissimi Christi laterones, & magistro, & Domino narrare contemnunt ea, quæ contumelioſa, & odiosa illi sunt, sed magis, quæ lenitatem, & humanitatem concilient. Ioab ille Israelitarum dux accepit à Dauide litteras, quibus Vrias in bello erat occidendus: non piger dux, & exercitus partem, & Vriam objcit hostibus, qui præualuerunt, & facta magna strage virorum, simul & Vriam interfecerunt. Rem, vt nuntiaret Dauidi Ioab. 2. Reg. 11. *Præcepit nuntio, dicendo, cum compleueris omnia verba prælij loqui ad regem. Si ascenderit ira regis, & dixerit tibi, cur accessistis ad ciuitatem, vt præliaremini, nonne sciuistis, quod proijcerent ex muro? Dices. Etiam seruus tuus Vrias Hæthæus occubuit.* 2. Reg. 12. Non dubitabat Ioab acerbissimam fore, imò contumelioſam Regi suorum stragem, ideò cauet, vt postquam regi dictũ fuerit malum belli, quo

quo irasci incipiat, statim dicatur ei mors Uriæ, qua animũ induat lenem, & placatũ, Sic instructus nũtius à duce venit ad regẽ, & dixit: *direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper: mortuiq; sunt de seruis regis, quin etiam seruus tuus Vrias Hetheus mortuus est.* Quid ais homo, nonne à duce Iussus es belli tristem euentum nuntiare regi tacita Uriæ morte? Cur non prius narras exercitus ruinam, & postquam videris regẽ ira commotum, tunc obijcis Uriæ mortem, quandoquidem sic iussi tfacere Ioab? Sanè prudentissimus nũtius collegerat Uriæ mortem gratam futuram regi, & ideò studet in primis nuntiare regi, quod eius gratiam cõciliet, nõ quod iram moueat. Caietan. *Hinc apparet prudentia nuntij non spectantis, vt rex irasceretur, sed prauenientis eius iram perpenderat enim ex verbis Ioab placere ira regi mortẽ Uriæ, vt nuntiare illius mortem esset medicina reliquij mali.* Quippè prudentissimus, & sapientissimus ille est, qui principibus nũtiat ea, quę humanitatem extorqueant, non quæ moueant iram: quæ placeant, non quæ offendant: quæ ad laudem sunt, non quæ ad contumeliam. Nemò enim bonus propinat valenti principi amaritudines; quo circa monebat Leuit. cap. 19. *Non eris criminator, nec susurro in populo*: pro illo verbo, *susurro*, est in originibus *Rochel*, quòd verbum multis sonat pharmacopolam, negotiatorem, vt dicat: *Non eris criminator, nec pharmacopola in populo.* Equidem criminatores, & susurrones, qui deferunt vituperia, & murmurationem clanculum dictant, instar pharmacopolæ sunt propinantis amarissimas potiones valentibus hominibus. Propone tibi virum integra pollentem valetudine, forte mensæ accumbentem, & sitibundum falerna vina spectantem: tunc pharmacopola charissimis hominis ministris insertus amarissimam deferens potionẽ, illam homini ministrat. Qualis tunc facies rerum? Quòd venenum nocẽtius? Quæ iniuria molestior? Fallar, si potionis amaritudo totam domum felleam nõ reddat, & pharmacopolam intempestiuum omni supplicio dignum. Ergò tibi caue, ne quid simile committas, dum principi suggeris in illum congesta maledicta, quot maledicta, quot contumelias huiusmodi defers, tot amaritudines valẽti vito propinas pharmacopola intempestiuus. Sis potius sapiens minister, qui sapores, qui laudabilia ministres; nunquam enim non à malo venire solet, quod odiosa, & amara dicantur principibus. Vndè Eccles. 10. ait. *In cogitatione tua regi non detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocem tuam.* Expende, qui sint, qui deferant maledicta, & clandestinas murmurationes, nimirum, aues cœli, hoc est, aereæ potestates, illæ, quæ etiam verbi Dei semen rapiunt à via. Id quod notans Hugo sapienter distinguit officium boni, & mali spiritus, aiens: *Boni Angeli, cum preces, & cogitationes nostras Deo placere vident, dicuntur eas Deo nuntiare.* Hugo. *Vnde Tob. 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepelichas mortuos: & derelinquebas prandiũ tuum, ego obtuli orationem tuam Domino. Sed mali Angeli dicuntur detractorias cogitationes nostras Domino annuntiare.* Tob. 12. Et quidem reproborum spirituum est, ea renuntiare alicui, quæ stomachum faciant, & iram irritẽt. Qui bonus, & sapiens est, nunquam nisi decora, & laudabilia amat dicere, & proponere vnicuique. Audio sapientissimum, & prudentissimum virum cõparari negotiatori, Matth. 13. vbi sic: *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas.* Matth. 13. Et quando, vel in quo negotiator potuit sic cę lestem virum exprimere? In eo quod ait: *quærens bonas margaritas*; quippè sunt multę imperfectæ margaritæ, & impolitæ; sed bonus negotiator sic vniuersas componit, vt tectis imperfectionibus, sola appareant decora, & laudabilia. Nullus vnquam negotiator dixit, malum esse, quòd vẽdendum proponit, nec voluntates traseuntium allexit, merces vituperans, quin imò, quæ irritare, & offendere possent, occultas, ea prædicat; quæ ornamenti sunt, & pulchritudinis. Pulchrè in rem præsentem Chrysol. ser. 47. *Ne minem nomen negotiatoris offendat: hic negotiatorem loquitur prouidẽtem ornamenta virtutũ, non irritamenta vitiorum.* Chrysol. Tunc fœlix negotiator erit, qui sapientiæ veræ terit curricula, si ea semper exhibeat oculis, quæ ornamento possint esse cuilibet: quæ vniuersos ornatu suo alliciant, non quæ moueant, & irritẽt iræ turpitudinem. Quò respiciebat, qui fortem mulierem laudas. Prouerb. 31. ait: *Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum.* Prou. 31. Siue vt Septuag. reddunt: *Facta est tanquam nauis mercaturam exercens: congregat autem hac vitam.* Nec dubito, quin congreget vitam, & diuitias cumulet, quisquis mercatorum instar, semper laudanda proponit, nihil non ornatum, & perfectum in ore suo admittens.

Matth. 16. Dixit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis?

§. VII.

Quot fauores à principe in suos proficiscuntur, tot obices sunt, ne ad illum defæcata veritas perueniat.

QVi blandissimis verbis traditorem excipit moriturus, cum ait: *Amice ad quid venisti?* nunc gloriæ suæ confessionem a discipulis educere cupiēs, nulla illos amica compellatione delinit. Nō at vos amici mei, vos charissimi, vos inclyti sodales, & laterones mei; sed simplici, imò haud suaui vocabulo dicit: *vos autem quem me esse dicitis?* Et meritò seuerus, & grauis veritatis indagator, blandas, & amicas compellationes dimittit, sciens fauores illi principum, quam occludāt aditum veritati accessuræ. Ex Plinio dicebat similitudinum collector: *Cupresso non innascuntur ceraſtæ propter amaritudinem, nec buxo propter duritiem: ita postis adulationis fugit seuera, ac tristia ingenia: mollia captat, ac dulcia.* Vbi seueritatē præfert princeps nulla in ministris relinquitur adulationis suspicio, verum vbi princeps emollescere incipit, dulcesq; fauores confere ministro, nil verum expectet audire, sed adulatorium. Accipe. 1. Reg. 4. Israelitarum exercitum à Philistæis percussum, arcam fœderis captam: rei tristissimæ nuncium venientem ad Eli. Quid tunc? Eli notans faciem nuncij, sic hominem amica compellatione delinit: *Quid actum est fili mi?* Cur filium vocas, quem seruum esse vides venientem, vt enuncient triste bellisuccessum? Præclarè D. Greg. lib. 3. ibi, ait: *Eum itaque filium vocat, à quo, quid actum fuerit, scire cupit, vt profectò ille pro impenso honore adulationis, seriem perueriteret veritatis.* Equidem fauores principum sic deliniunt subditorum animos, vt veritati penitus occludant viam. Quis audeat veritatis rigida, & seuera nunciare principi arridenti sibi? Quis vt placeat principi fauenti seriem veritatis non peruertat, non adulteret? Exercitus perduntur, regnum labat, & regius fauor sic ministros tenet obstrictos, vt aditum occludant tantarum perditionum veritati, ne pura perueniat ad aures principis. Et quando regis gratia etiam in præstantissimis viris nō obscurat veritatem sermonibus placidis? Micheas Propheta Domini rogatus à ministro regio, vt bona regi, nunciaret, constantissimè respondit: *Viuit Dominus, quia quæcumquè dixerit mihi Dominus, hæc loquar.* 3. Reg. 22. verum vbi ad cospectum regis peruenit, & audiuit se à rege placide compellatum dicente: *Michæa, ire debemus in Ramoth?* Tunc ipse constantissimus Propheta regis voluit aliquomodo seruire voluntati, & dissimulans veritatem quoad licite potuit, iucunda, & prospera nunciauit aiens. *Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, tradet eam Dominus in manu regis.* Cur sic deludis regem, cur prospera nūcias, cum scias tristissimā imminere populi stragem? Tanta est gratia regum, vt nemo velit illis odiosus esse, sed & sanctissimi viri, quoad sine offensa Dei possunt, illorum seruiunt voluntati prospera semper nuntiantes, etiam si necessum sit dissimulare veritatem. Vndè Theodor. in præsenti, ait. *Quoniam rex putabat Michæam propter odium prædicere ea, quæ erant molesta, prius dixit ea, quæ erant iucunda.* Quis hanc nō reddat gratiam principibus? Propterea monebat sapiens Prouerb. 26. *Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei;* siue vt in rem præsentem aptiùs legit Regia: *Quando gratificauerit vocem suam, ne credideris ei.* Non enim multum credendum est voci gratificantis, beneficia enim semper nouerūt etiā dissimulata veritate laudes extorquere ab animis gratis.

3. Reg. 22

Theodor.

Prou. 26

§. VIII.

Christus Dominus non perfectè habetur, nisi per plurium Sanctorum imitationem.

NOn negat Dominus se Ioannem Baptistam, & Eliam, & Hieremiam esse, sed post horū propositas virtutes ad supremam suæ diuinitatis confessionem iam discipulos vocat: quasi innuens, quod ille solus dispositus vltimè est ad perfectè Christum Dominum habendum qui per pluriū sanctorum imitationem illum quæsierit, Matth. 13. dicit Dominus: *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærēti bonas margaritas, & inuenta vna pretiosa margarita, vendit omnia quæ habet, & emit illam.* Ecce tibi bonus negotiator nō vnam margaritam, sed multas, & bonas quærit, tamen vbi multas quærit, vnam pretiosissimam inuenit nempè Christum, qui minimè inueniretur

Matth. 13

retur perfectè, nisi ab eo, qui per pluriũ sanctorum imitationem accedit ad illum. Cyril. Alex. lib. 1. Glaphirorum, ait: *Necessum est quæri prius à nobis bonas margaritas, ita enim inueniemus vnam, & pretiosam, nempè Christũ. Quænam autem sint bonæ margaritæ? Dixerim sanctos esse. Inuestiganda itaque sunt diligenter, quæ de vnoquoque præcipue veterum dicta, & facta sunt: videbimus enim in illis altum religionis nostræ mysterium, hoc est, Christum.* In uestigandæ sunt virtutes Ioannis, & virtutes Eliæ, & virtutes prophetarũ, & sanctorum plurium: illæque tibi ad imitandum proponendæ sunt, & ex his facili negotio peruenies ad Christum. Quippè Christus Dominus is est, qui nequeat vno nixu nostris in animis parturiri, sed per plurium virtutũ nixum perfectè debet acquiri. Doceris in primis Ieiunium Christi, quo videris alter Baptista; doceris cilicium, quo videris Elias; doceris pias pro peccato lachrymas, quibus videris Hieremias; doceris hospitalitatẽ, qua videris Habrahamus, doceris inimicis parcere, quo videris Dauid, & sic dum ad plurium sanctorum imitationem reformaris, peruenis ad vnum habendum Christum. Id quod innuebat Paul. ad Galat. 4. inquiens: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec efformetur Christus in vobis.* Quid est iterum parturio, donec efformetur Christus? Non sufficit saltim nasci denuo, vt in nobis perfectè efformatum habeamus Christum? Equidem necessum est, per plurium natiuitates virtutum eniti vnum Christum, vt perfectè possit in nobis inueniri. Ad hæc Gillib. Abb. ser. 10. in cant. ait: *In nobis Christus, & parturitur, & perficitur, nec semel, sed sæpius, & itera ta crebro parturitionè. Nec possumus omnes Christi simul virtutes adaptare nobis, equidẽ, nec vnquam quamlibet ad plenum.* Nunquam simul vnico virtutis enixu Christus in nobis perfectus illucet, sed iteranda crebro, & repetenda parturitione, altera enim parturitur Christus à ieiunatoribus, non plusquã Ioannes, altera accrescere potest, vt videatur Maria, nec enim possumus simul omnes nobis adaptare Christi virtutes. Apud Ioan. cap. 20. inuenit Dominus Magdalenam plorantem pro defuncto, & ait: *Mulier quid ploras?* & post paululum iterum vocat: *Maria.* Ecce tibi, vbi tantum lachrymæ pro defuncto inueniebãtur in Magdalena, nihil in illa videbatur diuinum, sed solum mulier apparebat, sed vbi de præsentia magistri roborata in Domino proficit, iam Maria mater Iesu videtur, & sic per gradus crescit in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Totum id dixit D. Amb. libr. 3. de virg. vbi sic. *Quando non credit, mulier est, quando conuerti incipit Maria vocatur, hoc est nomen eius accipit, quæ parturit Christum.* Nondum Iesu gaudet nomine, sed in primis Mariæ matris Iesu insignitur, vt paulatim per plurium imitationẽ perfectè in se efformatum ostendat Christũ. Ex quo percipies Apostoli assertũ ad Ephesios cap. 4. dicentis: *Ipse dedit quosdam quidẽ Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & Doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Expende quorsum tot nobis proponuntur sancti diuersi, nimirum Apostoli, Euangelistæ, Pastores, doctores, omnes hi proponuntur nobis in ædificationem corporis Christi, vt in nobis formemus Christum per multorum imitationem, induti iã Apostolorum fortitudine, iam sapientia doctorum, modo benignitate pastorum, modo puritate virginum, donec ex his crescamus in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vide supra lib. 13. ca. 2. §. 9. & infra lib. 15. cap. 1. §. 17.

Cyr. Ale.

Galat. 4.

Gilli. Ab.

Ioan. 20.

Ambros.

Ad Eph. 4

Matth. 16. Respondens Simon Petrus dixit: tu es Christus filius Dei viui.

§. IX.

Oculatior est ad percipienda diuina simplex, & rudis innocentia, quàm mundiales vniuersi sapientes.

QVò tendunt longissimæ studiorum noctes? Quò tanta frequentia populi ad sapientiæ limina? Quando nobiles Athenæi inter sapientissimorũ dogmata sic intonãt? Quando celebres propter oracula Apollinis tripodes tale reddidere responsum? Et ecce tibi rudis, & ineruditus piscator oraculorum responsa vincit, & sapientibus oculacior abstrusa diuinitatis dogmata manifeste insinuat. Haud dubium, quin sapientibus prophanis mundialia, & dæmoniaca magis sint obuia, rudi autem, & ignoranti homini innocentiæ cultori diuina etiam abstrusissima præsto sint. Num. 22. Sciolus ille Magus Balaam, cuius sapientiam mirabantur mundi principes. Insidens asinæ ibat per agrum maledicturus Dei exercitibus,

sed ignorante illo. Angelus Domini ex aduerso stabat, vt reuocaret illum à via. Quid tunc? *Cumquè vidisset asina stantem Angelum concidit sub pedibus sedentis, &c.* Non vates, sed asina Angelum Dei videt; sed cur, quod potuit asina videre, Magus sapientissimus non videt? Cœlestia, & diuina non dedignantur rudes, & simplices; dedignantur autem prophanos sapientes, quibus amiciora sunt, & chariora mundialia, & dæmoniaca.

Augusti. Pulchrè D. Aug. ser. de temp. 103. ait: *Prætendens autem ire Balaam comprimitur in via, conteritur ab asina. Sed Magus dæmones vidit, asina tamen Angelum videt.* Veniret dæmon offerens Mago, & sapienti mundiali pecunias, vt vocem pro iniustitia vendat, vt iura corrumpat, haud dubium, quin videatur ab illo: accedat voluptas, & superbissimi fastus pocula propinantes, dulcia cernentur proculdubio à sapientibus mundi: verum Dei Angelus, diuina consilia, cœlestia misteria à solis simplicibus innocētiæ cultoribus cog-

Matth. 2. noscuntur. Apud Matth. cap. 2. habes etiam Magos sæculi sapientes, qui dicant: *Vidimus stellam eius in oriente, & venimus, &c.* Et merito miratur Chrysol. aiens: *aliquando videt Magus!* quasi stupeat, quod mundiales sapientes sic cœlestia norint, sic diuina percipiant. Et cur id non stupeat Chrysol. quan-

Isai. 10. do & Dominus dicit Isaiæ. 10. *Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius.* Nunquam enim in oculis mundialium sapientum non inuenit Dominus, quid castiget, qui quidem ad sola carnalia, & dæmoniaca clari, ad cœlestia prorsus caligant. Tamen aliquando Magus videt, sed ille Magus, qui factus sicut iumentum apud Dominum, non dedignatur stabulum ingredi Deum adorās in pueritia, oculatiorem in stabulo, quam in ca-

D. Bern. thedris sapiētiam induens. Pulchrè D. Ber. ser. 1. de Epiph. ait. *Quia per sapientiam mundus Deum cognoscere non poterat: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos fieri credentes. Ingrediuntur Magi stabulum, inueniunt involutum pannis infantulum procidunt, venerantur vt regem, adorant vt Deum.* Ecce tibi vbi sapientiæ sæculari renuntiant, & sic stultescunt Christianè, vt quasi iumenta stabulum non dedignentur, cœlestia penetrant, inter infantilia membra prænoscunt Deum. Paul.

1. Cor. 3. 1. ad Corinth. 3. monebat: *Si quis videtur sapiens esse apud vos in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum.* Stultus in Christo sapientissimus est, oculatissimus est; & sapientissimus mundialium omnium stultissimus omnium est. Et vndè stultissimus, nisi quia facilis cum sit ad carnalia; ad diuina manet prorsus difficilis? Vndè Tertul. libr. de carne Christi, *Tertul.* ait. *Apud sapientiam sæcularem facilius creditur Iuppiter taurus factus, aut cygnus, quam verè homo Christus.* Proponatur Sciolis Iouis adulterium, Europæ raptus, conuersio in taurum, in cygnum, & hæc vana, & dæmoniaca, dum facile percipiunt, ample & untur; si audiant mysteria Dei in mundum venientis, humanitatem assumentis, sic ad hęc cæcutiunt, vt audientes non audiant, videntes non videant. Calcanda sunt ergò mundialia omnia, & rhetorum flumina potius contemnenda per stultitiā Christi prædicationis, vt præsto nobis sint cœlestia, & diuina. Matth. 14. Petrus dum tumentes maris fluctus pedibus conculcat, à Iesu manibus sustineri obtinuit, quòd meditatus Amb. lib. 1 *Ambr.* de interpellatione cap. 9. ait: *Si vis sapientiā inuenire, calca fluctus huius mundi, sicut calcauit Petrus, & ambula super aquas huius sæculi, & porriget tibi dexteram sapientia, sicut porrexit Petro.* Petrus vnus nobis sit instar mille exemplorum, is non ab Apollinis tripode, sed à mundi contemptu, à conculcatione mundialis sapientiæ eò peruenit, vt diuini verbi natiuitatem specularetur.

§. X.

Summum Petri magisterium est, sic altissima nobis præsentare mysteria, ne à gloria tantæ maiestatis opprimi possemus.

QVid ais Petre sic audes lumen illud de lumine scrutari, hominibusque porrigere? Nonne scrutator maiestatis opprimetur à gloria? Deus ignis consumens est, & quis poterit illęsus tangere igneas diuinitatis scaturigines? Ignis equidem est Deus, lucemque inhabitat inaccessibilem, quam nō videbit homo, & viuet; verum per magisterium Petri sic attemperatur, vt iam indè, & salutaris existat hominibus, & accessibilis. Ecce tibi apud Isaiam cap. 32. vbi prima in *Isai. 32.* diuinitate scaturigo, nimirum ortus Dei de Deo, & luminis de lumine explicatur, legūt Septuag. *Et apparebit in Siō sicut fluuius fluēs, sub umbra petræ, glorioſus in terra sitienti* Erumpat in paterno corde sermo ignitus, flammans verbum, & indè fluens apparet glorioſum in terra sitiente. Sed qualiter igneus fluuius potuit glorioſus, & salutaris appare-

re

re in terra,& non magis lethalis? Iam explicat, dum dicit: *ſub vmbra petræ.* Sic flammas ſcaturigo per vmbroſus petrarum calles in tepeſcit, vt accedenti non horrorē, ſed ſuauitatem obijciat. Quid plura? Hoc fecit Petri magiſterium, dum ſeſe vmbroſam petrā fluenti obiecit diuino; qui à primo Eccleſiæ ſaxo ſuſceptus, indè mitigatus deſcendens, minaci ardore depoſito, ſuaui temperatione molleſcit, qua accedentibus hominibus ſalutem propinet. Liceat huc transferre ver
Caſiod. ba Caſiodori, qui lib. 2. variar. 39. ſic extollit artificem, cuius ingenio ardentiſsima in origine fluenta, in temperiem balneorum decurrunt. *O magiſtri mirandum ſemper ingenium, vt naturæ furentis ardoros ita ad vtilitatem humani corporis temperaret, vt quod in origine dare poterat mortem, doctiſsime moderatū & delectationem tribueret, & ſalutem.* Habes Chriſtiane hoc immenſum à primaria Eccleſiæ petra beneficium, vt ſub vmbra eius colliſſum diuinitatis ardens fluentum ſic mitigatum appareat, vt quòd vel aſpicientibus habebatur lethale antiquitus, iam doctiſsime moderatū ſalutiferas eructet vndas. Cur vndas vocem, & non potius olei ſuauitates, quandoquidem magna Dei propago, dum in terris apparet, ab ore Petri dicitur in primis Chriſtus, hoc eſt, oleo delibutus? Non ſolum enim Petri ſapientia temperauit ardens diuinitatis fluentum; ſed & hoc ſub tā tæ petræ vmbra in olei ſuauitatem trāſmittitur: vt dicere Chriſtianus cum Iob poſſet
Iob 29. cap. 29. *Petra fundebat mihi riuos olei*, quando in ore Petri flagrans Dei propago apparebat hominibus ſalutaris Chriſtus. Et fallar, niſi huc reſpiciat illud Moyſis Deuther.
Deuth. 32 32. *Conſtituet eum*, (nempè Dominus populum ſuum) *ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſsimo.* Ecce tibi oleum vndè habet ortum, nempè de ſaxo duriſsimo, de firmiſsima petra Eccleſiæ: hæc valuit igneam diuinitatis pluuiam, in ſuauitatem olei tranſmittere. Pro cuius explicatione accipè illud Cant. 1. *Oleum effuſum nomen tuū:*
Ruper. vbi miratur merito Rupert. quod nomen Dei fortiſsimum poſsit in ſuauitatem olei conuerti, idque tribuit creaturis, perquas communicatur mundo. Quippè ait; *Nomen Dei tam forte, tàm magnum, ecce eſt oleum effuſum, Mira res! Quid verbo fortius? Et quid oleo ſuauius? Ergò ne verbum à ſua natura eſt immutatum? Non: ſed qualitates creaturarum cum quibus illi ratio eſt, diuerſæ ſunt; & pro qualitatibus diuerſis vnum idemq; verbum diabolo, vt fulmen, & Beatæ Virgini, vt oleum ſe exhibuit.* Itaque diuinitatis riuus qualitatibus creaturarum, per quas fluit, ſeſe accommodat, vbi per ſulphuream Dæmonum regionem tranſit, ibi ſic exardeſcit, vt totus appareat fulmineus; vbi in mariana viſcera dilabitur, ſic molleſcit, vt oleum videatur effundi. Iam hinc mirare Primariæ Eccleſiæ petræ virtutem, quæ fulmineum etiam diuinitatis fluētum, ſic molleſacit, & ſuauiat, vt in olei ſuauitatē tranſmittat, adeò vt de illo, qui erat ignis conſumens poſſet dicere, *Tu es Chriſtus*, nimirum oleo delibutus.

§. XI.

Petro debent gentes primas honoris Chriſtiani.

NOn filius Dauid vocatur Ieſus à Petro, ſed filius Dei viui, vt teſtetur non ſolum ad Iudæos, ſed & ad gentes venire bonum tantum, quatenus apud Deum non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. Ecce tibi quidquid prophetæ veteres de Meſsia venturo, de Chriſto Domini Iſraelitis in Dauidis filio promittebant; totum id ſimplici verbo congerit Petrus in filio Dei viui, vt indè gētes, quo glorientur habeant. Non multum
Iſai. 55. fallar, ſi Petro adſcribam illud Iſaiæ ca. 55. vbi fatur. *Ecce teſtem populi dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus.* Siuè vt Septuag. legunt: *Ecce teſtimoniū gentibus dedi eum, principem, & præcipientem gentibus.* Et ſanè Petrus, dum reticet vulgariſsimum Meſsiæ nomen, nimirum filium Dauid, quo Iudæi gloriabantur, & Chriſtū filium Dei vocat, omnia per prophetas ſparſa teſtimonia explicat de rege venturo non pro vno Iudæę viculo, ſed pro vniuerſo terrarum orbe. Quo factum eſt, vt in Petro habeant vniuerſæ gētes fideliſsimum teſtem ſuæ gloriæ: cui primo debeant claritatem, quàm habēt totius Chriſtiani nominis. In regibus Italiæ doctus vir ſcrutatus fuerat genalogiam Gothorum, quem laborem Italis glorioſum his verbis decantat Caſiodorus lib. 9. var. 25. ſic lo-
Caſiodor. quens. *Originem Gothicam hiſtoriam fecit eſſe Romanam colligens quaſi in vnam coronam germen floridum, quod per librorum campos paſsim fuerat ante diſperſum. Perpendite, quantum vos in noſtra laude dilexerit, qui veſtri principis rationem docuit ab antiquitate mirabilem. Vt ſicut fuiſtis à Maioribus veſtris ſemper nobiles æſtimati, ita vobis regum antiqua progenies imperaret!* Hæc ille ad Italos loquitur; quæ nos libentiſsime D. Petro aptamus pro vniuerſo orbe Romano. Petrus enim fœliciori cona-

tu Originem diuinam historiam fecit esse Romanam, colligens in præcelsam suæ confessionis clausulam, quasi in vnam coronam floridum germen, quòd per tot prophetarũ cãpos fuerat antea disperſum. Et in sui præceptoris laude, mirum in modum dilexit gentes, qui nostri principis nationem testatur ab æternitate mirabilem: vt sicut à Maioribus nostris fuimus semper nobiles æstimati, ita nobis antiqua Dei progenies imperaret. Nec abs re exaltationem suam Petro acceptam referens gentium natio cantat illud Psalm. 29. *In petra exaltauit me, & nũc ecce exaltauit caput meum super inimicos meos.* Sepulta tenebris errorum gentium Ecclesia, sic per Apostolum Petrum exaltata est, vt iam verè diuinitatis sectatrix in hac petra fundata in summam gloriam euecta compareat. Vt merito dicat Eusebius in cat. Græca. *Populum, qui olim latebat, in lucem euectum in altum extulit, & sublimem constituit Dominus, vt eundem supra firmam, & tutissimam petram eius nixum, & fundatum omnes cernerent & glorioſum prædicarent.* Sanè quidquid splẽdoris, quidquid Christianæ gloriæ habet hodie gentium natio; merito acceptum referat Petro, è cuius confessione tãquam è firmissima petra, testimonium accepit clarissimæ suæ nobilitatis, & inuincibilis inter inimicos constantiæ. Nec Petro absimilis erectus ille lapis inter Labam gentilem, & Iacob Iudæum in testimoniũ æternæ amicitiæ, de quo lapide dicitur Gen. 31. *Quod appellatũ est nomen eius Galaad.* Cuius nominis significatio apud D. Hier. de locis Hæbraicis est, *aceruus testimonij, siue transmigratio testimonij*, vt iam indè ostenderetur, quod primarius Ecclesiæ lapis testimonia vniuersa de Iudæorum regno in filio Dauid, ad gẽtium regnum in Christo filio Dei transire faceret.

Psal. 29. Euseb. Gen. 31. Hier.

Matth. 16. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est.

§. XII.

Præstantes virtute filij maximam parentibus gloriam accumulant.

SImon vocatur à Domino Bar-Iona, hoc est filius Ioannis, nec immerito inter Apostolicas laudes meminit Dominus parentis Ioannis; qui etsi dum Andræam Petri fratrem genuit, videatur omnibus reuerendus: tamen vbi & Petrum etiam dedit Apostolatui, quasi naturaliter videtur exigere poni inter Apostolicas laudes. Nobili viro Cypriano, qui filios patritios genuerat, sic Theodoricus rex applaudit apud Cassiodo. lib. 8. variar. 21. *Quando talium filiorum pater effectus es, natura ipsa videris esse Patritius.* Et quidem à natura parentis venire probatur, quòd vniformiter splendet in omnibus filijs. Et negem Ioanni quasi naturales esse Apostolicas laudes, quando Andræam genuit, & Petrum Apostolorum principem? Imò de tantorum Apostolorum parente attexam, quòd de Deciorum familia asseruit ipse Cassiod. lib. 3. variar. 6. *Maximè serenitatis regiæ luminibus Deciorũ sanguis irradiat: qui tot annis continuis simul splendet claritate virtutis. Sæculis suis producit nobilis vena primarios, nescit indè aliquid nasci mediocre: tot probati, quot geniti: & quod difficile prouenit, electa frequentia.* Sic in filijs clarissimis gloria clarescit patrum, & in Ioanne parente Apostolorum maxima innotescit præstantia, quãdoquidem sæculis suis produxit nobilis vena primarios, dum ante Iesum dedit Andræam discipulum Baptistæ, & post modum Iesu prædicanti Petrum addidit, nesciuit equidem à tali patre exire aliquid mediocre, tot probati à Deo, quot ab illo geniti. Quanta hæc parentis gloria? Crediderim nullam maiorem gloriam temporalem parentibus posse attribui, quàm illã, quæ nascitur ex præstantia filiorum. Hac in primis gloria remuneratur à Deo sponsa diuina, eo quòd populum, & parentes obliuiscens vni adhæserit Christo. Quippè ait Psal. 44. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.* Paternam domum oblita propter Deum maximam spectaret retributionem gloriæ; sed vide qualem retributionem accipiat, nimirum, quòd primarios parturiat: vt dicat D. Basil. in cat. Græca: *In obedientiæ retributionem nunc pro patribus filios accipit, tot ac tantis dignitatibus excellentes, vt eos principes super omnem terram constituat.* Conducit valde ad commendationem, & gloriam parentum præstantia filiorum; tuncque parentes sibi magnam gloriæ retributionem acquirunt, cum eos genuere filios, qui virtute, & dignitate præcellentes fiant. Hinc monebat Prouerb. cap. 29. *Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ*; Septuag. magis ad rem: *& dabit ornatum animæ tuæ*: adeò enim ornant parentes suos filij conspicui, vt qui

Theodori. Cassiod. Psal. 44. D. Basil. Prou. 29.

ob

ob propriam vilitatem æterno erant sepeliendi silentio, ob filiorum claritudinem in principum,& illustrium virorum catalogis appareant conscripti. Inter regales Christi Domini progenitores, prætermissis sanctissimis regalissimisque fœminis distinctè scribuntur Thamar fornicatrix, Ruth idolatra, Bersabee adultera, in quo explicatur quantum ornẽtur parentes ex filijs, quãdoquidẽ tanta dedecora non valuerunt vmbris committere fœminas, quæ genuerunt tot regales filios, Cur non nominetur illustrium virorum mater? Cur inter filiorum laudatissima facinora, non appareat pater conspicuus? Gen.4.dicit: *Sed & Seth natus est filius quem vocauit Enos: Iste capit invocare nomen Domini.* Pro his vltimis verbis legitur ex Hebræo: *Hic sperauit inuocari nomine Domini.* Quam lectionem retinet Euseb.Emis. in cat.Lyppom.& D. Cyril.Alex.lib.1.Graphinorum putantes ex ea quod Enos sperârit, imò obtinuerit vocari Deus. Ex quo merito dubitari possimus penè cũ D. August. lib.15 de ciuit.cap.18.cur Enos potius sperârit vocari nomine Domini, vocari Deus, quam Abel? Sanctissimus Enos; sed forsan sanctior Abele? Absit, putârim enim Abelem sanctiorem fuisse Enos, vt qui nomine iusti Abel insignitus sit ab ipso filio Dei. Cur ergò potius quam Abel, sperauit Enos vocari nomine Domini, vocari Deus? Sanè Enos præter quam quod ipse sanctissimus fuit, filios etiam genuit tãta virtute conspicuos, tot facinoribus religionis claros, vt dum ipsi habentur filij Dei, patrem suum Deum fecerit acclamari. Quippè quando Enos, tot diuinorum filiorum pater effectus est, quasi naturà ipsa videtur ipse diuinus.

Gen.4.

Aug.

§. XIII.

Caueat proprium cerebrum, qui veritatem cupit pertingere.

VEritatem Petri probat Dominus dogma, ex eo principaliter, quod nõ in illo carni, & sanguini acquieuerit, hoc est propriis affectibus fuerit minimè ductus: quisquis enim proprio applaudit cerebro, mirũ erit, si non minetur ruinam. Ezech.28.dicitur creaturarum sapientissimæ: *Perdidisti in decore tuo sapientiã* Mirabar, quod decor posset sapientiam sic perdere; & dum quæro, vndè decori adnasci potuit tantum aduersus sapientiam virus: statim incido in illud pronomen *tuo*, quippè non adsolutè ait, in decore, sed in decore tuo, vt ostendatur sapientiæ virus, non de alio, sed de proprietate posse venire. Id quod acute notans D. Ber.ser.74.in Cant.dicit: *Quis ille tam noxius, tamque perniciosus decor? Tuus. Planiùs audi. Priuatus, proprius. Denique si aduertisti, nõ in decore, sed in suo decore dictus est ille perdidisse sapientiam.* Toties insipiens redderis, quoties propriis affectibus habueris fidem. Quis Petro sapientior, dum supra carnales affectus euolat, dum supra sua, & supra se ipsum lenatus filij Dei natiuitatem in sinu patris valuit prospicere? Et quis insipientior ipso Petro, dum carni, & sanguini acquiescit, dum proprijs affectibus incipit seruire? Breuissimo temporis interuallo, & sapientiæ suæ retributionem percipiens dicitur à Domino: *Beatus es Simon:* & post pauca insipientiæ mulctatus supplicio audit: *vade post me Satana.* Vndè tam dura, & repentina mutatio? Vndè sapientiæ candidatus, tam cito in Satanæ incidit stultitiã? Ipse animaduertere poteris, ex verbis in vtroque subnixis primò enim dicitur ei *quia caro, & sanguis non reuelauit tibi*: secũdo autem protinus additur: *quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*: vbi humanos exuit affectus sapiẽtię tulit primas; at vbi carnali nixus affectu circa vitam magistri, illũ à morte auertere cupiens, officium arripit pastoris stultissimi. D. Augustin. ser.13.de verbis Domini secundum Matth. inquit *Quia non caro, & sanguis tibi reuelauit, sed pater meus, qui in cœlis est, de meo, non de tuo. Ecce audisti causam quare beatus, & quare Petrus. Quare autem Satana? Quare, nisi quia de tuo? Non enim sapis, quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Apage carnalis hæc sapientia, siue, vt melius loquar, stultitia, quæ affectibus proprijs hominum nititur, hęc nunquam sciuit parere, nisi ruinam nisi excidium.

Ezech.28

D.Ber.

Augustin.

§. XIIII.

Mens humana carnalibus affectibus exuta, facili negotio se ingerit diuinis.

VBi caro, & sanguis non perstrepunt, quàm facilè cœlestis patris vox ab anima percipitur. Beatus & fœlix Petrus, in quo carnales affectus fuerunt omnino consopiti: indè enim facili negotio arcana patris spirituali percepit auditu. Sapiẽter monebat Apostolus ad Rom.12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora*

Ad Ro.12

vestra

vestra Deo hostiam viuam, sanctam, &c. Expēde, quòd iubeat Apostolus exhiberi Deo hostiam, nimirum corpus: de anima prorsus silet. Cur non potius animam iubet exhiberi? Nonne anima potior pars hominis est? Nonne ipsa à Deo magis diligitur? Nonne iubetis Deum diligere ex tota mente tua, ex tota inima tua? Cur igitur de anima silens totus est Apostolus in obsecrando, & præcipiēdo, vt corpus exhibeatur Deo hostia viuā? Quia si semel corpus Deo mactes, si carnales appetitus exuas, vel facias consopiri, anima facili negotio sese ingeret diuinis. Accipè Chrysol. ser. 109. *Quid est, quod tacetur anima, & solum corpus ad Dei hostiam sic vocatur? Fratres hic Apostolus honorat corpus, non minorat animam. Nam corpus, quod capiunt peccata, quod delicta vinciunt, quod deprimunt crimina: hoc Apostolus cupit soluere, laborat atollere, vt corpus ad originem animæ conscendat: & corpus animam comitetur ad cœlum.* Non dubitat Paulus de ascensu animæ ad Deum, dū ipsa à corpore is, & carnalibus affectibus libera sit: ideò totus in corpore mactando, & subijciendo occupatur, vt ipsum possit animam in cœlum comitari, quàm scit eo protinus ascensuram, cùm primū vacet carnalibus affectibus, & curis. Vndè Ps. 45. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus:* vnam solam vacuitatem rerum temporaliū, curarum, affectuum humanorum requirit, qua posita, statim mentis oculus sic acuitur, vt possit penetrare diuina. Ad hæc Diu. Basil. ex cap. 5. Exodi dicit: *Nouit hoc, & Pharao proprium esse hoc liberiori otio fruentium, vt Deum inquirant. Atque ideò opprobrabat Israeli dicens: vacatis, otiosi estis, ac ideò dicitis, Dominum Deum nostrum adorabimus.* Non difficile est animum ad Deum reuocari, dummodo carnis opera vacent, dummodo affectuum negotia quiescant. Sopiantur carnis affectus, ne perstrepant, & anima rapitur statim ad vocem patris cœlestis. Psal. 41. *Effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei in voce exultationis, &c.* Prima verba sic apud Chaldæum sonant. *Effundam super me cogitationem animæ meæ,* quasi hoc sit priniū fundamentum ascensionis ad Deum, quòd cogitatio animæ superet affectus corporis; taceant hi semel, & mortui, vel saltem sopiti permaneat: & ecce tibi de cęlis vox resonat, qua ducta anima vsque ad diuinum penetrale ingredi non cessat. Do in præienti August. fantem. *Abstrahens se ab omni strepitu carnis, & sanguinis, peruenit vsque ad domum Dei. Quomodo peruenisti ad domum Dei? In voce, inquit, exultationis. De illa æterna, & perpetua festiuitate sonat nescio, quid canorum, & dulce auribus cordis, sed si non perstrepat mundus.* Sileat mundus, conticescat caro, & sanguis, & ecce in animæ auribus dulcissima Dei vox, qua ducta anima domus cœlestis peruenit ad secreta.

Chrysol.

Psalm. 45

D. Basil.

Psalm. 41

August. in.

Matth. 16. Ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

§ XV.

Retributio pro beneficijs acceptis non fit ab hominibus huius mundi.

NOn otiose Dominus, dum facit Petro retributionem pro celebri diuinitatis suæ confessione, inquit: *Ego dico tibi,* hoc est, ego, qui non sum de hoc mundo; ego ipse, qui de paterno sinu, vt fateris, descendi; non equidem alius retribuere benefactori meminit, nisi qui alienus ab hoc sæculo de cœlo descendit. Pro quo recole miraculum apud D. Lucam cap. 17. peractum à Iesu Domino erga decem leprosos; hi dum irent ostēdere se sacerdoti, in via curati sunt Christi virtute: vnus autem illorum, qui alienigena erat, memor tanti beneficij, redit ad benefactorem, illi immortales gratias referēs. Quid tunc Iesus? *Non est inuentus,* inquit, *qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena?* Cur solus alienigena efficaciter mouetur, vt aliqualem retributionem faciat pro beneficio accepto? Rationem reddit D. Ansel. ibi dicens. *Quia non inuenitur, qui post acceptam veniam recordetur diuinæ pietatis, & ei gratias deuoto corde respondens perseueret in bonis actibus, nisi qui non sit ex filijs terrenæ Babylonis, sed ex filijs Hierusalem cœlestis.* Cœlestis sit, necessum est; & prorsus ab hoc mundo alienus, qui meminerit benefactori suo retribuere. Vndè Paul. ad Coloss. 3. prius quam gratitudinem persuadeat, proponit cum Iesu filio Dei incorporationem, quasi gratitudo proprius sit effectus illius, qui Dei filio incorporatus est. Quippè ait: *Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua, & vocati istis in vno corpore: & grati estote.* Cum sic pacificum Christum induatis, vt ei concorporei sitis, in vnum corpus cum eo coaliti,

Anselm.

liti,tunc iam gratieſtote : poteſt enim expectari à filijs Dei gratitudo,non à filijs huius mũdi. Quippè Exod.1.*Surrexit interea rex nouus ſuper Ægyptum,qui ignorabat Ioſeph.* Nemò ſanè apparet in mundiali theatro, qui non debeat ſic definiri,nimirum, qui ignorat benefactorem ſuum. Vndè ſapienter Lyppoman.in cat.ait.*In hoc rege,qui non nouerat Ioſeph,ideſt,beneficia , quæ Ioſeph contulerat in Ægyptios,obſeruandi veniunt mores huius ſæculi,in quo maxima inuenitur hominum ingratitudo.In rebus enim humanis ferefieri ſolet,quod Pindarus ait in Iſthmijs:Vetus beneficium obliuioni, & quaſi ſomno traditur.* Non eſt huius temporis,nec huius naturæ benefactoribus rettribut onem impertiri. Sed tã propria eſt cœleſtis,diuinæque mentis hæc pro beneficijs retributio,vt Deus ipſe oblitus,quod dederit,ex eo velit agnoſci, & celebrari,quod tribuerit.Cũ Deo enim locutus Dauid Pſal.115 ait: *Quid retribuam Domino pro omnibus,quæ retribuit mihi?* Sola meminit,quæ retribuit Dominus, non quæ tribuit,cum hæc ſint in rigore omnia,eſt enim Deus munificentiſsimus,qui bona data nouit dare hominibus;& nemò eſt,qui ab illo nõ acceperit multa.Cur ergò ſilẽtur Dei exhibita nobis beneficia, & ſolũ retributiones eius manifeſtãtur? Is eſt Deus,qui velit, non tã ex beneficentia celebrari,quã ex ſibi propria gratitudine.Parum abhoc abeſt D.Baſil.hom.in martyrem Iulitam fatus: *Etenim magnificus dator Dominus,haud quaquam dignus eſt tribuiſſe,ſed retribuiſſe,ac ſi ipſe non cepiſſet prior in nos gratiam conferre.* Hoc meminit diuina natura,quod retribuerit , vt ex hac gratiſsima proprietate cognoſcatur, nõ veretur innumera ab illo in nos beneficia priora profecta ſilentio occludere.Hanc diuinam indolem imitatur Theodoricus apud Caſ.var.libr.1.capit.12.*Nec benignitas noſtra vna remuneratione contenta eſt , honorem geminat,& eo ſtudio dona reparat, quaſi debeat omnia,quæ præſtat.* Sic diuini regis laus non tàm in dando,quàm in retribuendo eſt ſita. Proh quam diuinus eſt , qui benefactoribus ſuis retributionem impendere ſtudet! Quiſquis huc peruenit,à terris receſſit , ſumma virtutum culmina videtur attigiſſe.Gen.29 de Lia dicitur:*Quarto concepit, & peperit filiũ & ait:Modo confitebor Domino.Et ob hoc vocauit eum Iudam:ceſſauitque parere.* Ecce tibi vbi ceſſant naſci terreni filij,nimirũ vbi benefactori Domino gratiarum actio parturitur:hanc enim exprimit nomen Iudæ. Pro quo accipè pulchram excogitationem Philonis lib.de plãtatione Noe,vbi inquit: *Ergò Iudas intellectus benedicens Deum , & gratiarum actionis hymnos indeſinẽter meditans ipſe re vera ſanctus, & laudabilis fructus erat non è terrenis enatus arboribus.Sed è natura bona rationali. Quamobrem natura,quæ cum peperit, dicitur deſiiſſe parere,quando non habebat,quo ſe verteret,iam ad perfectionis progreſſa terminum.Nam inter omnia rectè facta nullus partus eſt præſtantior,quam hymnus in Deum.* Non terrena natura,ſed ſuperior , ſed ad culmen perfectionis progreſſa , quæ ſciuit meditari gratiarum actiones in Deum benefactorem noſtrum;nec eſt,cur inde terrenorum dicatur mater,quæ adeò cœleſtes exprimit conatus.Ceſſent iam filij terreni,vbi gratus in benefactorem animus creatur,à quo cœleſtis,& diuina progeniens inſeminatur.

Exod.1.

Pſal.115

D.Baſil.

Theod.

Gen.29.

Philon.

§. XVI.

Summa Petri altitudo expenditur.

VBi ad hanc Eccleſiæ Chriſtianæ petrã accedo, nõ qualemcunque petram intueor,ſed altiſsimam refugij rupem , & celſiſsimum lapidem adiutorij, cuius culmen, & cœlum pertingit,& diuinitatis remotiſsima ſcrutatur ſecreta.Quò reſpiciebat ſponſa,quando Eccleſiæ caput meditata , inquit Cant.*Caput eius aurum optimum:* alij legunt: *aurum Cephas* , non enim in Eccleſiæ capite licet videri aurum,quòd Cephas,hoc eſt petrum,non referat : nec petram licet videri, quæ aurea non ſit.Sed quid indè, quod petra in capite Eccleſiæ poſita aurea ſit ? Sanè indè oſtenditur ingens ſapientiæ moles,quę altiſsima Dei ſecreta valeat pertingere , qualis ſapientiæ altitudo in Petro fuit. Ad hæc D.Amb.in Pſal.118.ſer.15.ait. *Caput eius aurum Cephas,vndè & Aquila Petrum aurum dixit Simachus lapidem aureum,quod ſignificat ſtabilem,eminentemquè ſapientiam.* Quis eminentiam ſapientiæ Petri dicat ? Quis huius aurei lapidis altitudinem penè infinitam explicet?In terris erat,& ſic ſe ſe in altitudinẽ extulit,vt internam,& abiſtruſiſsimam diuini Patris ſoquelam valuerit percipere. Quã ſummam Petri altitudinẽ vt expendas,propone tibi ob oculos Paulum.2.ad Corinth. 12.de ſe ſantem:*Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore neſcio: ſiue extra corpus neſcio Deus ſcit) quoniam raptus eſt in Paradiſum: & audiuit arcana verba,quæ non licet homini loqui.* Dei arcana,vt perciperet Paulus,ad cœlum raptus eſt, quaſi è terris,nõ poſſet ad illa pertingere.Id quod notans

Cant.

Ambr.

2.Cor.12

Ambros. tans D. Ambr. libr. 1. de interpell. cap. 6. ait. *Paulus audiuit aliqua secreta sapientiæ, quæ prohibitus est alijs intimare, & ideò raptus est in Paradysum, raptus vsque ad tertium cœlum, vt audiret ea, quæ in terris audire non poterat.* Itaque Paulus, qui in terris percipere abstrusa diuinitatis non poterat, supra tertium cœlum stabilitur, vt cominus illa percipiat. Verum Petri, aurei lapidis tanta erat altitudo, vt in terris manens secretissimam æterni patris loquelam perciperet, & indè procedens verbum nobis annuntiat. Fallor nisi Petrum

Isai. 33. respiciat illud Isaiæ. 33. *Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius. Panis ei datus est.* Minimè audiuit Petrus carnem, & sanguinem, vndè adeò excelsus apparuit, vt rupium altissimarum refugia sublimitate sua superans viuificum panem, nempè Christũ iam tenuerit. Non longe abluimus à mente

D. Greg. D. Greg. 23. Moral. 25. vbi sic prædicta verba meditatur. *Quid est, obturare aures, ne audiant sanguinem, nisi peccatis suadentibus, quæ de sanguine, & carne nascuntur, non præbere assensum? Iste in excelsis habitabit: quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit.* Hęc est aurei lapidis, nempè Petri altitudo, quæ superat altissimarum rupium cacumina, & terras non deserens altissima, & abstrusissima Dei patris arcana, siue generationis diuinæ murmura

Cassiodor. pertingit, illaque populis euulgat. Et quidem, vt ait Cassiod. libr. 6. var. 3. *Nemò amplius videtur erigi, quam cui, potuit Roma committi.*

§. XVII.

Petri imperium indè firmum, quia in pace fundatum. Vbi infirmis mundi imperijs.

ECce quanta bona Simoni Ioannis filio obuenerint, ex quo sanguinis, & carnis voces non audirit, & patris arcana audiuit, & in tantam firmitudinẽ venit, quòd à Domino posset petra dici. Vtinam regnorum fundatores sic a carnis, & sanguinis vocibus abstinerent; absque dubio imperia, sine fine stabilirent. Reuoco ad examen nuper dictũ

Isai. 33. Isaiæ locum cap. 33. *Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum. Iste habitabit in excelsis, munimenta saxorum sublimitas eius.* In Hæbreo habes: *retia saxorum sublimitas eius.* Sed dubitas, quæ sit conuenientia inter munimenta saxorum, & retia saxorum? Retia linea sunt, aut lanea, munimenta autem durissimas requirunt species, quæ mortes possint repellere, siue inferre. Quid ergò valent retia ad munimenta? Multum equidem valent retia, si cum saxis fundamentalibus iungantur: vt fundent ædificium æternum. Dauid Saulis gladium perfossus lapidem laneo funiculo iniecit, & primo lanceæ fundæ rotatu gygantem prosternit, & regnum sibi acquirit æternum. Quid fortius laneis retibus cũ lapidibus? Sanè retia saxorum sublimitas eius, indè imperiũ insuperabile Petri exaltari cœpit, à retibus lapidis huius primarij Ecclesiæ. Iecit Dominus hunc lapidem, nõ ferro, & gladio vastantem, & conterentem, sed lineis, aut laneis retibus in se trahentem, & reipientem; & ecce tibi firmissimum indè surgit imperium. Pulchrè D. Leo. ser. 1. *Leo.* de Petro, & Paulo componens Romam à Petro fundatam, cum Roma fundata à Romulo fatur. *Isti sunt, ò Roma, patres tui, qui te regnis cœlestibus inserendam multo melius, multoquè fœlicius condiderunt, quàm illi, quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibis is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cade fadauit: Isti sunt, qui te ad hanc gloriã prouexerunt, vt sis gens sancta, populus electus, ciuitas regia per sacram Beati Petri sedem caput orbis effecta, latius præsideres religione diuina, quàm dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij tui terra, marisquè protuleris, minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit.* Non duraturi imperij caducæque Romæ prima fundamina, primi lapides vocem audierunt sanguinis, à ferro, à gladio surrexerunt, & per ferrum, & gladium inualuere & miseras indè ruinas reportarunt. Verum postquam reformatæ Romæ non sanguinarij gladij, sed retia saxorum, hoc est, Apostolica Petri retia iniecta sunt, multo fortior & firmior, & potentior Roma de retibus, quã de gladijs apparet. Fieri nequit, vt imperia sanguine fundata, æterna sint: quòd præter quam, quod ipsa experientia testatur, manifestè patet ex 4. Gen. vbi Caĩn primus parricida insurrexit in fratrem, & occidit illum, terramque eius sanguine impleuit. Quid indè natum est? Ita Dominus cædis vltor: *Nunc igitur maledictus eris super terram: quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos, vagus, & profugus eris super terram:* siue vt alij legunt magis in rem nostram: *gemens, & tremens eris, &c.* A terra sanguine humano fœdata hic proprius *Gen. 4.*

prius fructus, sine dubio parturitur, nimirũ, tremor, quo fortissima quæque ædificia labant, & passim minantur ruinam. Ita D. Chrysost. in Psal. 1. *Terram, quæ sitiebat pluuiam, sanguine irrigauit. Vnde etiam dignum fructum nempè execrationem, & maledictionem produxit, sanguine enim inebriata tremorem genuit.* Tremula sunt, & vicina ruinæ, quæ sanguine fundantur imperia: nunquam enim terra sanguine satiata humano alios parturiunt portiores fructus, quàm tremores, quibus deeidant etiam firmissima. Ex quo lucem non paruam accipiunt Iesu verba dicta Petro percutienti auriculam serui pontificis Matth. 26. *Conuerte gladium tuum in locũ suum: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Non quidem loquitur ad Petrum, in quantum ipse particularis homo erat, quandoquidem multi etiam sunt homines particulares, qui impunè gladium accipiunt, & hostem percutiunt. Sed loquitur ad Petrum, vt fundatorem, & conditorem Christiani imperij circa fideliũ animas; quasi dicat generalissimam, & verissimam legẽ à Deo latam in omnia mundialia imperia, quæ vbi non habent aliud fundamentum, quàm fundamentum gladij, & sanguinis effusi, sic tremula sunt, & sub gladio viuunt, & tandem finiuntur. Vndè Petrus fundator æterni, & duraturi regni, non gladios exerat, sed retia laxet, quandoquidem *retia sanorum sublimitas eius.* non iure belli, sed iure pacis stabilitur, & firmatur æternum Ecclesiæ imperium. Quòd respiciebat Paul. ad Colos. 3 aiens: *Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua, & vocati estis in vno corpore.* Vocantur equidem populi in vnum regnũ; sed non classicum sonat, non tuba personat bellica; sed pax alma sua exerit signa, & palmas duraturas ostẽdit. Pro quo stat D. Thomæ lectio dicens: *Et pax Dei palmam ferat in cordibus vestris*: quippè à sanguine belli caducæ parturiuntur victoriæ, à pace euangelica palmæ exaltantur perpetuæ.

Matth. 26.

Chrysost.

ad Colos. 3

§. XVIII.

Petri imperij auspicium ex incorruptibilitate iudicij.

PRæterea notandum est, vndè veniat Petrus ad hoc, vt sit Christiani imperij fundamentum, & caput Ecclesiæ, nimirùm ex eo, quòd homo cum sit, & filius hominis, & patres habens, & populum carnalem, in ferendo iudicio de Christi operibus, minimè audierit carnem, & sanguinem, nec vllo carnali studio ductus fuerit, sed in nomine Dei Patris, sincerè, & fideliter veritatem profiteretur. Hæc sunt frequentissima auspicia Principis à Deo electi ad imperium, nimirùm, quod apud illum nullus carnalis valeat affectus, nulla notio à parentibus, à patria, à conuictu, sed sola secundum Deum prævaleat veritas. Propone modo tibi ob oculos Ioseph electum à Deo in Ægypti regem, & administratorem tanti imperij, qualis indolis fuit nobilis hic adolescens? Vel ex vno facto eius licet conijcere: venditur à fratribus, traditur in carcerem ab emptore: seruus erat, & in carcere oppressus Genes. 39. *Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu Principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quidquid fiebat, sub ipso erat, nec nouerat aliquid cunctis ei creditis.* Ecce tibi à carcerario constituitur Ioseph vinctus supra alios vinctos, & in hac quasi vmbra dominatur qualiter se gerit? Id notat textus, aiens: *nec nouerat aliquid cunctis ei creditis*, ex quo sibi creditos vidit vinctos, nihil singulorum nouit: non qui antea amicior, & familiarior, iam illi notus erat; cum vmbratilem etiam potestatem accepit, simul, & omnes particulares notiones, & carnales exuit affectus. Pulchrè Rupert. lib. 8. in Genes. cap. 35. *Quia vinctis vniuersis sub manu traditis, nullius personam accipiebat, sed eadem sedulitate cunctis ministrabat, idcirco dictum est. Non nouerat aliquid cunctis ei creditis. Nam si personam acciperet, aliquid nouisset.* Ij meritò à Domino eliguntur in Principes, & iudices populi; quorum talis indoles est, vt nesciant àliud quid prẽter meritorum dignitatem respicere. De ipso Deo, qui essentialiter, & à propria natura iudex est, ait Ecclesiasticus cap. 25. *Dominus iudex est, & non est apud illum gloria personæ.* Expendenda est, & ponderanda hæc optimi iudicis definitio, nimirùm, *non est apud illum gloria personæ*; hoc est, vt digna gloria videatur persona non habet id, ex eo quod adiuncta sit Principi, nec ex aliquo alio Principi adiuncto, sed ex valore proprij meriti. Id quod pulchro exemplo explicabat Ægidius diaconus lib. de regimine Principis, dum ait: *Ne sit speculatis sed opacus Princeps.* Natura speculi est, quòd referat colorũ facies, sedsi quæras, quas facies referat speculũ? An pulchras, an deformes?

Gen. 39.

Rupert.

Eccles. 25

mas? An candido colore lucentes, an fusco? Sanè speculum parum curat has differẽtias, illa, quæ magis vicina, & adiuncta est speculo, ab illo representabitur, quæcumq; sit: cæteris omnibus quauis excellentia præstantibus prætermissis. Dum Æthiops speculo ad hæreat, Phæbũ ipsum vincet, quia representatio nõ agitur ex his, quæ ad valorem pulchritudinis conducunt, sed ex his, quæ apud speculum sunt. Optimus ergò iudex cauet, ne speculum sit, hoc est, ne apud illũ sit gloria personę, ne persona in illo gloriosa appareat, ex eo, quod vicina, seu magis adiuncta sit, sed ex eo, quod dignior. Expendè modo, quales sint illi iudices, qui in præmiorum locietatem, eos solum admittunt, qui compatriotæ, & vicini sunt, hi non à natura, non à Deo iudices sunt, sed ab artis humanæ malicia inuenti instar speculorum: quos autẽ facit, aut Deus, aut natura Principes, & iudices non speculares, sed opaci existunt, qui nec vicinos agnoscunt, nec facile contra veritatem frangũtur. Quippè speculares illi, vt habent instar speculi, adiunctis, & vicinioribus præoccupari, sic similiter habent instar speculi vitreos esse, & vel leui munere corrumpi. Id quòd affirmat veritas ipsa Prouerb. 28. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit iste, & pro buccella panis deserit veritatem.* Nouit equidem spiritus diuinus affectus humanos, & qualiter inrer se coniuncti sint, & is asserit hæc duo esse coniuncta in malo iudice, & cognoscere faciem, & pro buccella panis deserere veritatem. Hæc dixi memorans hispanam iuuẽtutem, quæ in Collegijs Academiarum nutritur, vt indè in iudices, & populorum Principes euadant: in quibus rarus est, qui boni iudicis specimen tribuat, si enim eorum abusus in admittẽdis socijs spectes, omnes iudices speculares sunt: non enim principaliter admittuntur ex meritis, sed ex adiunctis, quòd si quæras, cur potius hic, quàm alius admissus est? Respondet veritas ipsa, quia hic vicinus erat, & conterraneus iudicum illorum integerrimorum. Inter hæc vitrea specula, inter hæc iudicia, seù potius iudicum corruptelas nutriuntur Hispaniarum iudices, & ab ipsis cunabulis acceptio personarum intimis medullis imbibitur. Sic clarissima iustitiæ cunabula, quæ tot præstantissimos iudices, & Principes dare nõ cessant, metui potest, ne ob hos terrenissimos, & iniustissimos affectus fordescãt penitus, vt nihil indè fulgidum, nihil decorum, nihil illustre prosiliat. Porrò iudex, qui respicit faciem personæ vocatur, Prouerb. cap. 25. *Fons turbatus pede, & vena corrupta.* Turbatur equidẽ fons iustitiæ manu, cum iudex muneribus corrumpitur; verum cum his terrenis affectibus ducitur, turbatur pede: nec dubium, quin minus indecorum fonti est, turbari manu aurea Principis bibentis, quàm pede muli, aut belluæ transeuntis. Eù iustitiæ clarissimus fons, quis te sinat turbari, & non, vt aurum accipiat, sed vt muli, & belluæ ad præmia transiliant, ea ratione, quod viciniores sunt iudici? Et quã turpis sit hic fons turbatus, & quam pulcer, dum purus est, & per purissimos canales trã sit, quis non videat? Merito Cassiodorus lib. 12. var. 11. destributores regalium munerũ sic notat: *Mutant enim quaslibet largitates rapientium manus. Et sicut fontis puritas per limosa corrumpitur: sic affluẽtia boni regis auaris distributionibus immutatur. Aurum ipsum, cum soluitur in liquorem, nisi mũdissimo calculo suscipiatur, inficitur; quando puritatem sui illa sola custodiunt, quæ nulla sordium admixtione fuscantur. Quàm gratum per niueos calculos riuulos videre currentes; & ipsam quodammodo naturæ liberam ridere puritatem, quando in nullis maculis iniuriata turpatur? Sic dona rerum Domini, nulla debent pollutione fuscari. Sed sicut ab ipso exeunt copiosa, ita debent ad Romanos peruenire purissima.* Sic ille: pulchris similitudinibus exprimit iustitiæ puritatem in distributione præmiorum: vt enim turpescunt, & sordent aurea ipsa flumina, cum per limosa, & puluerea transmittuntur vasa; sic præmia, quæ distribuenda proponuntur, vbi per terrenos affectus transeunt, omnem splendorem, & decus amittunt. Cassiod.

§. XIX.

Id apud Deum quisque est, quod ipse operibus exprimit.

INter nutantes vulgi opiniones de Christo Domino, Simon Ioannis filius inconcussam fidei firmitatem ostendit, vndè petræ referens virtutem Petrus à Dei filio dicitur, penes quem id quisque valet, quod ipse suis operibus exhibet. In duobus primis fratribus id euidenter ostenditur, quorum alter à superno iudice inter agnos reputatus est, alter quasi palea, & stipula æternis traditur ignibus. Sed vndè Abel inter agnos habetur? Gen. 4. *Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.* Agnũ Abel obtulit Deo, Cain culmos penè, sine fructu: indè Abel agnus inter agnos habetur, & Cain, vt stipula inter zizaniorũ fasciculos. Sapien- Genes. 4.

ter

Chryſol. ter D. Chryſol. ſer. 109. *Abel agnum portans ad Dei ſacrificium, ſicut agnus aſſumitur: Cain geſtans ſibi ſtipulam, fomẽtum ſibi, per quod exuretur, inuenit,* Eù, quam fallitur, qui putat aliud eſſe apud Deum, quàm ſunt ipſa munera, quæ Deo exhibet. Ex his, quæ Deo præſtas, muneribus prorſus cenſeris; ſi ſtipulas Deo exhibes, ſtipula es ignibus apta, ſi fortia, & inconcuſſa opera offers, petra es æterno ædificio reponenda. Tua te munera exhibent, qualis ſis. Vndè Dauid Pſalm. 28. ſic
Pſalm. 18 clamat: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Quibus verbis meritò addu-
Chryſol. bitat Chryſol. ſerm. 10. an fieri poſsit, quòd homines vocentur, & ſint Dei filij? *Putas ne,* ait, *cœleſtes taliter appellat iſte virtutes? aut homines Dei aptat in filios? & terrenam carnẽ cœleſtem ſubleuat ad naturam?* Magnũ quidem, quòd carnei homines Dei appellentur filij? Et vndè potuit vates in talem cogitationem venire, quòd homines filios Dei eſſe putet? Ex eo, quod dicit: *afferte Domino filios arietũ,* fieri enim nequit, quòd qui ex agnis poſſunt offerre Deo filios, non ſint, & ipſi Dei filij, quandoquidem cẽſetur quiſque ex munere, quòd Deo præſtat. Quòd meditatus
Origen. Orig. in cath. Græc. ſic tandem finit: *Paulus ſanctus Filius Dei per Euangeliũ factus eſt. Genuit autem filios, & hos Deo attulit.* Indè filius Dei ipſe, quia Deo dedit filios; & qualia fuerint, quæ dederis Deo munera, talis es tu.

§. XX.

Bona quæ à Deo in homine laudantur, & vera, & permanentia ſunt.

CVr Simonis virtus Petræ nomine non inſignietur? Petrus eſt, qui à Deo laudatur, & marmori inſculpuntur, quæcũque virtutes in homine diuinas merentur laudes audire. Vnum pro mille obijcio Iobũ, quis in virtute firmior, & conſtantior? Quis magis marmoreus, & æneus, vt vitiorum repellat, & tentationum iacula? Nonne ipſe mira tus incredibilem vim ingruentium calamitatum aiebat, *nunquid caro mea ænea eſt?* Et quidem æneus, & marmoreus ſtitit inter tot tentationũ impetus: ſed ſcire cupis, vndè Iobi virtus incepit ſic lapidaſcere, & marmorea effici? Antè omnes viri cõgreſſus, ſic ca.
Iob, c. 1. 1. audio Deum differentem cum hoſte: *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Hinc non mirabor, quòd Iobi efficiatur marmorea virtus, quandoquidẽ virtutes in homine à Deo laudatæ, ſic cõfirmantur, vt inſtar marmarũ indureſcant aduerſus omnes contrarios impetus. Do pulchra D. Chryſoſt. verba in cat. *Chryſol.* Græca, vbi ſic. *A cũctis hominibus, omniq; terrarum orbe contemni, quid tandem ob fuerit ſi is, qui Angelorum Dominus eſt, noſtrarum rerum laudator, ac preco fuerit? Contra quid inuerit à terrarũ, & maris cũctis incolis prædicari, de noſtris laudibus Deo ſilente? Id igitur ipſi ſemper ſpe Elemus, vt de nobis prædicet Deus id, quod ſinacti erimus, quãuis in nos vniuerſa, quæ ſenſu hauriuntur, mala ſeſe effundãt, cunctis tamen erimus ſuperiores. Quandoquidem Iobus, qui reſidebat in ſtercoris domicilio: qui intolerabilia perferebat qui ſputo à ſeruis fœdabatur, qui egeſtate, fame, morboq; inſanabili cõflictabatur, fœlicitate cunctos ſuperabat.* Nulla mala, nullus calamitatũ tẽtationũque impetus valebit aduerſus virtutes in homine à Deo laudatas. Hoc age, non vt ab hominibus lauderis, ſed vt merearis laudes diuinas: etenim hæ vbi exhibẽtur non ſolũ veræ ſunt, ſed & veritatẽ efficiunt, & confirmant. Vndè fœlicis hominis deſcribens Paulus laudes ad Rom. 2. ait: *Cuius laus* *Ad Ro. 2.* *non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Merito cauet laudes ex hominibus, vt quę inconſtantiſsimæ ſunt, & materia habeãt motibus crebris expoſitam: at laus, quæ à Deo venit, ſolida, inconcuſſa, & inſtar marmoris firma manet: efficit enim laus Dei, & confirmat id, quod laudat Anſel. ibi. *Non ex inani vocabulo laudatur ab hominibus, ſed ex intima veritate à Deo, qui per ſuam gratiã præſtat ei, vndè laudari poſſit, & dicere: in Domino laudabitur anima mea.* *Anſelm.* Sunt hominũ laudes inania vocabula: lauda tur quis ab hominibus, & dicitur cœlũ, Sol, Deus, quid magis inane? Proh vocabulorum inanitatem! vocabula ſunt iſta, nihil omnino rei habent. Verùm qui à Deo laudatur, quidquid dicitur, verè dicitur, & efficitur, & in eo confirmatur. Si de conſtãtia, aut robore fidei. v.g. à Deo laudaris, ſic robuſtus efficeris in veritate, vt inſtar duriſsimi lapidis, vel rupis, rideas quãtumuis furentes fluctus mundialis maris. Vndè Chryſoſt. hom. *Chryſoſt.* 2. in epiſt. ad Titum, ſic monebat. *Non prohibeo gloriam appeti, ſed illa, volo, ambiatur, quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt: cuius laus, ait Paulus, nõ ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Vnum intueamur, ſolum ad id noſtra dirigatur intentio, quo ſcilicet pulſo Dei mereamur ore laudari. Si hoc intẽte inſpiciamus, humana ſemper omnia nihil æſtimabimus.* Planè, vt fluctus furẽtis maris pro nihilo æſtimantur ab ſtante rupe, ſic homo his operibus confirmatus, quæ Dei laudes elitiant, humana omnia, ſiue aduerſas, ſiue proſpera facile deſpiciet.

Matth.16. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcumque ligaueris super terram, &c.

§. XXI.

Deus nõ patitur, quòd homines parum fidant eius immensæ liberalitati.

SAtis se erga homines Dominus liberalẽ probari vult, quando inter homines linquit omnium suorum bonorum, cœlestiúq; thesauri clrues Et quidẽ, qui bona sua promittit, & simul eorum tradit claues, non patitur de sua liberalitate dubitari. Ea, quorũ claues tecum habes, nullique communicas, minimè effundere vis: sic Apoc. 1. Timore concussum Ioannem Dominus alloquitur:

Apoc. 1. *Noli timere, ego sum primus, & nouissimus, vivus, & mortuus, & ecce sum viuus in sæcula sæculorum, & habeo claues mortis, & inferni.* Dicit se habere clauis mortis, & inferni, & nequit timeri: imò Domine indè Ioannes te magis timeat, quia apud te videt claues mortis esse. Cur non timeat regem habentẽ claues mortis? Dum rex apud se claues seruat, nulliq; illas cõmittit, proculdubio nihil eorum, quæ talibus clauibus concluduntur, patietur effundi, patietur tamẽ effundi omnia, quorum claues alteri committit. Indè cap. 9. dicitur: *Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi, & aperuit, &c.* vt ex hac clauis traditione nullum relinquatur dubium, quin effundẽda essent vniuersa mala putei super mundum. Similiter cum bonorum claues traduntur hominibus, explicat Dominus, quam amet magnificum, & liberalem haberi, imò quam ægre ferat, quod quis eius liberalitati, nõ se penitus committat. Non equidem patitur de liberalitate erga homines contendere, dũ vel ante petitiones iam bonorum omnium claues committit. Hinc est, quod tam exactè curat solicitudinem bonorum habendorũ ab

Matth. 6. hominũ cordibus resecare: Matth. 6. *Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neq; corpori vestro, quid induamini.* Sed cur hæc solicitudo, tàm hominibus, vt apparet, necessaria, ingrata Deo est? Cur offendat Deum solicitudo, quæ dat hominibus viuendi commoditates, & affatim ministrat bona temporalia, sine quibus vita non agitur humana? Indè in Dei conspectu crediderim hanc solicitudinem claudicare, quia bona quærens hominibus, aliquam æmulationem, & contentionem videtur, inferre diuinæ liberalitati, quasi hæc non satis dedisset. Id quod acutè, notat Tertull. lib. 4. in Marc. fatus: *Quis enim nollet curam nos agere animæ de victu, & corpori de vestitu, nisi qui ista homini ante prospexit: & exindè præstans, meritò curam eorum tanquã æmulam liberalitatis suæ prohibet.* Nunquam Deus tolleret curam, & solicitudinem de habendis bonis, nisi omnia ipsa prius patientissima propinasset: atpostquam bonorum traditis clauibus thesauros suos apertos habet hominibus: non patitur, non fert, quod homines minus fidant eius liberalitati: & quãcumque habẽdi solicitudinem, vt æmulam, & aduersariam diuinę munificentiæ insectatur. Cur de bono habendo soliciteris, cuius claues Deus tradidit, & ostendit apertũ thesaurum? Sanè fidelissimus ille Abraham, vbi patẽtissima Dei beneficia cœpit gustare, sic se eius liberalitati commisit, vt vel ipsas diuinas promissiones non curaret, quasi nihil iã Deus promittere posset, quòd non sit hominis præ manibus. Sic Genes. 15. vbi Dominus ingentes adhuc mercedes Abrahamo promittit, respondit ipse: *Domine Deus, quid dabis mihi?* A Deo quæris, quid dabit, nõ dubitans de promissione, sed Dei extollens infinitãm liberalitatem, qui sic omnia sua profudit in hominem, vt videatur nihil in cœlesti thesauro contineri, quòd homo iam non habeat præ manibus. Ita commentatur hæc verba Philo lib. Quis rerum diuinarũ sit hæres: vbi sic fatur. *Quid mihi dabis? Non dubitantis est verbum, sed gratias agentis pro acceptorum beneficiorum magnitudine. Quid mihi dabis? Nũ est, quòd sperem præterea? Copiosæ sunt O magnificentissime, tuæ gratiæ, nullis circumscriptæ terminis, nec modum, nec finem habent, fontiũ more inexhaustæ, & subscatentes perpetuo.* Antiqua fuit Deo liberalitas, qua nil suũ nouit retinere, sed omnium bonorũ fontes sic effudit, vt fieri nequeat, quòd homo aliquid boni possi requirere, cuius præ manibus non habet à Deo copiam: quandoquidem bonorum omnium relictæ sunt apud homines claues.

Tertull.

Genes. 15

Phil.

CAPVT III.

De Octo Beatitudinibus.

CELEBRIS Adest nobis sermo factus à Domino in monte, qui a Matthæo cap. 5. & à Luc. cap. 6. recensetur; licet neuter omnia illius plenè explicet, vterque tamẽ attingit præcipua.

pua. In primis beatitatis, & fœlicitatis vias, quarum quatuor iummatim attigit Lucas, octo exprimit Matthęus, nimirùm, paupertatem voluntariam in Dei gratiam, humilitatem, inſtar Chriſti, qui mitis eſt, & humilis corde: lacrymas, iuſtitiæ ſemen: miſericordiam: cordis munditiem; pacem: perſecutionum tolerantiam. His octo vijs in fęlicitatem, & beatitudinem aſſerẽte Dei filio currimus. Quis non arripiat vias, quarum finis ſit beatitudo, & æterna fęlicitas?

Matth. 5. Videns autem turbas aſcendit in montẽ, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos, dicẽs: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

§. I.

Prælatus is ſit, qui habeat doctrinam ſuam, non qui egeat emendicare alienam doctrinam, & vigilias.

PVlchrè Princeps prælatorum Ieſus dicitur aperuiſſe os ſuum, vt qui proprium os, & doctrinam ſuam habebat, notans indè
Iſai. 3. prælatos, qui nihil de ore ſuo, ſed omnia de alieno ore ſubditis nouerũt miniſtrare. Calamitatem Iudęorum deſcribens Iſaias, cap. 3. inter alia fatur: *Apprehendet enim vir fratrẽ ſuum, domeſticum patris ſui, veſtimẽtũ tibi eſt, princeps eſto noſter, ruina autem hæc ſub manu tua. Reſpondebit in illa die, dicens. Non ſum medicus, in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite conſtituere me Principem populi.* Meritò ſe principatu indignum iudicat, cuius in domo nõ eſt doctrinæ panis, quãdo enim alia ſuppeterẽt, quibus ſubditos regere poſſis; tamen dum panem ex te, & in domo tua non habes, ſed illum ab alijs emendicaturus ſis, ex hoc ſolo debes timere plurimum prælaturam ſcandere. Vndè ſapienter D. Baſil.
D. Baſil. præfacta verba commentans, ait: *Abſit, vt cõtingat in creatione præſulũ Eccleſiæ, vt vnus aliquis plebeius æque vilem apprehendat, nimirùm, vnde vis emẽdicare cogatur ſpirituales dapes, & ne in domo eius ſuppetãt, hoc eſt, in arcano ſeceſſu cordis ſui non habeat panem verum, ac viuentem, qui confirmare poſſit cor hominis.* Valdè fœdum eſt in quouis prælato, quòd tãta panis doctrinæ penuria afficiatur, vt prorſus ipſe vacuus cogatur hunc panem emendicare ab alijs, & nihil doctum, nihil ſapiens in ſe oſtẽdere, niſi alienum, & commodatum. Acutã ſecurim habebat prophetarum filius, qua ſyluarum ſecabat ligna, & forte dolabat, ſed dum ſectioni inſtat, ſecuris è manu in fluuiũ proximum proſilit. Quid tunc? Ait text. 4. Reg. 6. quod ipſe clamãs aiebat. *Eu, eu Domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperam.* Perditur in hominis manu commodatum acumẽ, & incepto negotio, ad quod commodatũ acceperat, fœda perditione explicatus ſecuris, non ſua, ſed aliena fuiſſe. Quod notans D. Nilus in Aſtetico, ait: *Id illis accidit, qui quæ male dedicerunt, docere conantur, & finem optatum aſſequi nequeunt, qui non ex proprio habitu loquuntur.* Planè qui prælaturę ſedem ſcãdit, aliena ſapientia nixus, aliena miniſtrorũ doctrina ſuffultus non abſimilis eſt huic Propherę filio ſecãti ligna aliena ſecuri, in cuius perditione neceſſum fuit fœdo dolore alienum manifeſtari acumẽ, & propriam penuriã. Sæpiſsime in prælaturæ officio perditur oleum, & opera; quia raro ſudor doctrinæ, & ſapientiæ acumen proprium eſt in prælato, ſed alienũ, & ab alijs commodatũ. Cum autem reuelatæ fuerint hæ perditiones, eù quanto dolore, eù quanta, & quam fœda verecundia dicent in conſpectu iudicis: Eù, eù Domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperã. Prælati propria vox, & doctrina, & induſtria maiorem habet efficacitatẽ ex Deo ad perficiendos ſubditos: quare prælatus, qui nil nouit exhibere proprium in voce, in cura, in doctrina, & ſapientia: ſed omnibus his alienis vtitur, metuat, ne in horũ perditione cogatur flere propriam egeſtatem, & penuriã. Vndè Doctorum Principes deſignans ſponſus iuxta paraphaſim Chaldaicam, ait Cant. 7. *Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis.* Nunquam enim non turpis eſt prælato indigẽtia diuini laticis; & quod doctrinæ pocula cogatur emendicare ab alijs; ſed ipſe habeat ex ſe illius plenitudinem, vt dicat D. Ambr. epiſt. ad Irinæum circa cap. 16. Exodi: *Vmbilicus tuus crater tornatilis: eſt enim in omni doctrina ornatus, & potus ſpiritualis non deficiens plenitudine, & cæleſtiũ ſecretorum cognitione.* Quicũq; ad doctrinã populi Princeps conſtituitur, ex ſe plenitudinẽ habeat, ex ſe ſe effundat ſalutaria pocula; indignũ erit, quod ſemper factus indignus aliena emẽdicet. Huc etiam reſpiciebat præceptũ illud diuinum ad Ioſue cap. 5. *Fac tibi cultros lapideos, & circumcide ſecundo filios Iſrael.* Cur ad hanc circunciſionẽ petuntur cultelli

Cant. 7.

Exod. 16.

Ioſue. 5.

lapidei, cum tot ēnſes, tot gladij, tot pugiones ferrei ſuppeterent Iſraelitis? Nonne longè promptius fieret circunciſio his ferreis, quàm illis lapideis? Cur ergò lapidei deſiderantur, & ferrei reijciuntur? Inſinuabatur iā animorū circūciſio, quæ per diſciplinam prę latorū fit; quàm nō tam apte exprimitur ferreo, quàm lapideo cultello. Enſis enim, & gladius ferreus acumē ſubtile, quo ſecare poſſet, minimè exſe habet, ſed ex adiuncto, ſibi Chalybe acquirit, ideò reijcitur, vt minus aptus, quādo animorū vitia nō benè reſecātur à prælatis per emēdicatā, & alienā doctrinā. Id quòd animaduertens D. Hier. de vera Circūc. ait. *Hieron.* *Ioſue repromiſsionis ingreſſurus terras, cultellos animorum non in enſe ponit, ſed decautè facit, vt ex ſe habeat petrinus, quod ferreus habet alīunde.* Quippè parum ſemper proficient prælati in animis ſubditorum polliendis, & perficiendis per alienum, & emendicatum doctrinæ acumen, quandoquidem vna paſtoris propria vox plus valet, quam centum ora, centumque aliorum linguæ.

§. II.

Damnatio, & maledictio hominum ferè non eſt, vbi aurum non eſt.

CVr pauperes ſpiritu nō beati? Cur cœleſtia regna non habeant? Cur primi benedictionibus non ſubiacerent? Sanè in illis aurum non eſt, & vbi aurum non eſt, benedictio eſt, maledictio, & damnatio non eſt. *Apoc. 17.* Apoc. 17. *Veni, oſtēdam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cū qua fornicati ſunt reges terræ, &c.* Damnatio miſerrimæ fœminæ, & maledictio oſtenden da promittitur: quòd ſi oſtendi amplius cupias, quali exeat habitu miſera hæc, vt damnationem, & maledictionem ſuſcipiat, pergit indè aiens: *Et mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, &c.* Qualis hìc habitus ad damnationem ſuſcipiēdam? Cur non potius cilicino ſago operta, quales apparere ſolent, qui ad mortis damnationem currunt? Quare vt maledictionem ſuſcipiat magis inauratur auro, & lapide pretioſo? Equidem non potuit in damnatione aurum abeſſe; vbi enim aurum non eſſet, non eſſet maledictio damnationis. Pulchrè Tertull. de cultu fœminar. *Tertull.* inquit. *Illa ciuitas magna, quæ ſuper aquas multas præſidet: cum proſtituta à Domino appellationem meruiſſet, quali habitu appellationi ſuæ comparata eſt? Sed & certè in purpura, cum coccino, & auro, & lapide pretioſo, quæ maledicta ſunt. ſine quibus nō potuit maledicta deſcribi.* Tolle aurum, & ferè nequit eſſe damnatio, & maledictio; aurum eſt maledictionum ſeminarium, vt dicat Prouerb. 3. *in ſiniſtra eius,* nempè Dei, *diuitiæ, & gloria;* in ſiniſtra Dei maledicendi erunt, ibi enim tanquam in proprio loco erunt maledictiones vltimæ, indèque in damnatos proſilient: ſed & inibi diuitiæ, & aurea mūdialium gloria, ſine quibus nulla poteſt cōſtare maledictio. *Prou. 3.* Eccleſiaſtici cap. 31. *Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium: væ illis, qui ſectantur illud.* *Eccleſ. 31.* Sic auro aſſotiatum eſt, & væ, & maledictio. Nefariſsima fuit auri fames, quæ Iudam in magiſtri venditionem coegit, ſed quis dicat, quot maledictiones traxit in miſerum venditoris caput? Pſalm. 108. Proponit tibi triginta maledictiones, nec vnam minus, omnes eiaculatas in Iudam. Sed cur nō amplius quam triginta? Nonne ſcelus fuit omnium maximum? Nonne ſuppererant mille aliæ maledictiones, quæ ſimiliter eiaculari poſſent in miſerum? Equidem ſupererant mille aliæ maledictiones, ſed non ſunt eiaculata pluſquam triginta, quia non fuerunt pluſ quam triginta aurei, vel argētei, quibus captus fuit venditor miſer: & vbi aurei, argenteiuè deſecerunt, non progreſſa eſt maledictio. Rupert. lib. 1. in Sophoniam cap. 1. ait. *Rupert.* *Secundum numerum argenteorum, quibus & ille vendidit, & illi ſanguinem Domini emerunt, triginta maledictionibus inuoluti ſunt, tam emptor, quam venditor, quarum Pſalm. 108. prima eſt: conſtitue ſuper eum peccatorem: vltima: & operiatur ſicut diploide confuſione ſua.* Quouſque peruenit aureorum numerus, peruenit, & numerus maledictionum; nec hæ amplius progredi potuerunt. Ibi ſiſtit maledictio, vbi aurum ſiſtit; quia vbi aurum non eſt, maledictio raro, aut nunquam eſt. Deſinat aurum, & non erit maledictio, imò & benedictio habebit effectum ſuum. Iacob iam moriturus videns coram ſe paruulos, nepotes ſuos filios Ioſeph: hanc illis benedictionem mandat loco teſtamēti Geneſ. 48. *Angelus, qui eruit me de cūctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum nominaque patrum meorum, &c.* Hæc Iacob nepotibus mandat: ſed miraberis, cur bonus auus nepotibus adeò dilectis nihil temporalium bonorum dari iubet. Quis auus puerulo dilecto non mandat, vel vaſculum, vel aurea crepundia? Et hic bonus nil horum meminit, dum dilectos nepotes relinquit. Sanè ſapienter, vbi illis benedictionem Dei im- *Gen. 48.*

precatur,

precatur, cauet, nec minimum auri munusculum, nec pecuniarum fagum meminisse, quasi non benè conueniant aurum, & Dei benedictio. Vndè monebat omnes D. Chrysost. hom. 66. in Gen. *Ne igitur operam nostrã in colligendas opes collocemus, quas relinquamus filijs: sed doceamus eos virtutem, & benedictionem Dei illis imprecemur.* Expende ex illis: *sed doceamus, &c.* quasi benedictio Dei aduersaria sit pecunijs, ita docet curam à pecunijs acquirendis tollendam, vt possimus diuinã benedictionẽ imprecari. Vndè D. Ber. serm. 3. in Psalm. *Qui habitat:* inquit. *Vos autem fratres mei, vos pennati, anè quorum oculos frustra iacitur retè: vos qui diuitias huius sæculi penitus reliquistis, quid timeatis à verbo aspero, quoniã iam liberati estis à laqueo?* Timeant verbi asperi maledicta, qui auro incubant, verum qui aurum exuerunt, vix habent, quod timeant.

Chrysost.

D. Bern.

§. III.

Ferè nulla res sic impedit impleri diuina promissa, vt impedit aurum.

NOn multum detinetur pauperum spiritu præmiũ, sed statim in regno sunt; ipsorum enim non erit de futuro, sed est de præsenti regnum cœlorum. Nullum temporis spatium, nulla mediat dilatio, si pauper es, regnum habes in manu. Et quidem non est, vndè pauperum præmium promissum dilatetur, quandoquidem aurum est, quòd currentes detinet, ne brabium aequirant; aurum est, quod promissa cœlestia morari facit, ne cito veniant. Christianè satis Tertull. lib. de cultu fœm. ait: *Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicta populi Israelitici denotantur. Retinacula ista sunt spei nostræ.* Quid nõ sperarunt Iudæi ex Deo? Quid nos Christiani non speramus? illi sperarunt Saluatorem, nos speramus salutem: illi ducem sperabant, nos iam expugnatum cœlorum regnum speramus: sed quæ res potest tales promissiones morari? Præcipue aurum; bonaque mundialia: hæc sunt retinacula spei nostræ: hæc à nobis elongant diuinas promissiones, ne cito citius impleatur. Apud Dan. 2. celebris est illa imago in somnis obiecta regi Babylonio, *cuius* caput aureum, pectus argenteũ, cætera siue ærea, siue ferrea: quippè in his metallis mundialia regna figurabãtur regno Christi contraria, & oppositа: quę tandem à lapide deciduo, sine manibus cõteruntur. Sed iam expendendum est, cur regna, quæ opponebantur venturo Christi regno aurea, & argentea proponuntur? Cur non potius ignea, sulphurea proponuntur, vt vel aspectu ipso regnum quatiant? Sanè hoc nitebatur diabolus, vt promissio de regno cœlesti futuro omnino impediretur, ne appropinquaret; ad quod nulla res aptior videbatur, quàm aurum, quàm bona temporalia, vt quæ sunt retinacula spei Christianæ. Rem attigit Rup. lib. 6. de Vict. cap. 17. aiẽs, *Quia videlicet hic auro, illic argento armatus nitebatur diabolus præpedire, ne adimpleretur promissionis verbum.* Non flammanti igne diabolus armatus, sed auro, sed argento, vt sese opponat diuinis promissionibus: quasi nullo magis longè fiant à vobis, quam auro. Tolle aurum, & rapidissimo volatu ibis ad diuina: Matthæus Lucris insederat, argenteoque laqueo omnino obuolutus erat, sed pertransiens Iesus illum vocans, ait: *Sequere me, & surgens secutus est eum.* Cur tam ocior volat in Christi sequellam? Cur non magis tardat, cunctatur, rem examinat? Sanè vox Christi aurum à corde eius exsufflauit, vincula aurea rupit, quò nullũ impedimentum mansit, quominus rapidissimo cursu iret in diuina. Prorsus Chrysol. serm. 29. inquit: *Generosus animus, eo quæ magna putarat, facile, & quasi nulla contempsit: à lucris, vt se sensit, & vidit liberum, sic raptus est ad diuina.* Vbi aurum à corde excluſum fuit, defecere retinacula nostræ spei, & ruptis impedimentis rapidissimo cursu fertur homo ad possessionẽ diuinam. Videre cupis rapidissimum hũc cursum, siue volatum? Psal. 67. ait: *Erunt pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri*: quasi pennatus ocissimè ad diuina raperis: natę enim sunt tibi pennæ, quę velocissimo te extollunt volatu, sed pennæ, quæ aurum retro relinquunt, & posteriora dorsi eius in pallore auri: Cui enim aurum non ob oculos est, sed retrò relinquitur, nõ mirum, quòd ei adnascãtur pennæ, quæ nesciant tardare in acquirenda diuina substantia. Ad hæc D. Bern. ser. 4. in Aduẽt. ait: *Magna quadam penna est paupertatis: qua tam cito volatur in regnum cœlorum. Nam in alijs virtutibus promissio futuro tempore indicatur: paupertati non tam promittitur, quàm datur.* Vbi aurum retrò reijcitur, non est impedimentum, paupertate pennatus volas, omnique rupta mora, cœleste regnum habes.

Chrysol.

Psalm. 67

D. Bern.

§. IIII.

Glorioſum eſt, quòd aurum ex affectu, & amore Chriſti contemnas.

QVid beatius? Quid glorioſius, quàm ſtudio diuini amoris aurum contemnere? Eccleſiaſtici cap. 31. *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abijt: nec ſperauit in pecunia Theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo & perfectus inuẽtus eſt: & erit illi gloria aterna. Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus.* Eccleſ. 31

Hugo ſapiẽter addidit: *non timore, ſed amore*: quippè totum hoc miraculum, tota gloria, & beatitudo hominis aurum contemnentis; in eo ſita ſit, quòd illud contẽnat hoc vnico amoris diuini affectu. Pro cuius explicatione do verba Caſiodori munera aurea reſpuẽtis lib. 5. var. epiſt. 44. vbi ait: *Negligatur aurũ, vbi electum eſt cõſcientiæ præmium: patiatur aliquando repulſam, quod ſemper auaris regibus imperabat. Ita quod per bella ſolebat quæri, amoris ſtudio declaratũ eſt, potuiſſe contẽni.* Caſiod.

Quid glorioſius, quã quod tanta auri illecebra poſsit cõtẽni? Quã quod ex Chriſti amore glorientur homines non æſtimare, nec habere velle aurũ? Ardẽs ille Chriſti amator Petrus pauperi ſtipẽ poſtulãti ſic reſpondet Act. 3. *Argentum, & aurum non eſt mihi.* Act. 3.

Quid ais Petre ſic tuam penuriã publicas? Solent homines, & quas non habent pecunias oſtentare, vt gloriam captent popularem: cur tu ita te deijcis, vt contẽpta voce te auro vacuum publices? An hoc non tibi inglorium putes? Abſit: imò indè bonus Chriſti amator magis gloriatur; & quidem glorioſa eſt pauperies in his, qui Chriſtum amant. D. Ambr. lib. 7. in Luc. ait: *Petrus gloriatur, quod non habeat argentum, neque aurum, vobis pudor eſt minus adhuc habere, quam cupitis? Eſt ergò pauperies glorioſa, quia eſt & beata; de qua ſcriptum eſt, beati pauperes ſpiritu.* Planè glorioſa eſt pauperies, ſed in amatoribus Chriſti: glorioſum eſt poſſe aurum publice contemni, ſed amoris diuini ſtudio. D. Ambr.

§. V.

Pauperes ſpiritu cœleſtium bonorum dominantur.

ECce tibi tota fœlicitas pauperum ſpiritu, nimirùm, quia ipſorum eſt regnum cœlorum; mundialium egeni cœleſtium dominantur; quorum gemitus in mundo contemnuntur, eorum imperio cœleſtia, & diuina famulantur. Quis Elia pauperior? Hunc accipè cœleſtibus imperãtem, 3. Reg. 17. dum ait: *Vivit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* 3. Reg. 17

Quid ais homo? Nõ habes, quo induaris, amictum, nec panem, quo veſcaris, & nubibus imperas? Deficiũt tibi vniuerſa bona terrena; & tuo vis imperio cœleſtia ſubiugare? Imò quia ſic à ſe deiecit terrena, quia nudus omnium terrenorum eſt, in cœleſtia magis audet. Vndè D. Chryſoſt. lib. de conſubſtant. Filij ait: *O rem mirabilem, ne veſtem quidem habuit, & cœlum clauſit! ob hanc ipſam nimirum cauſam, cœlum clauſit, quia veſtẽ non habuit, quia nihil hic poſſedit, id circo multam exhibuit poteſtatem, cùm labra tantum deduxiſſet, vt innumeri è cœlo theſauri laberentur, effecit. O ſanctum os, cui fontes in brium inerant! O vocem bonis innumeris ſcaturientem!* Chryſoſt.

Hæc eſt vox pauperis, & eius potentia: hæc & poteſtas hominis nudi, hominis aurum contemnentis. Caret terrenis bonis, ſed vel cœleſtia ſuo ſubiugat imperio, & cum nec arculam in mũdo habet, diuinæ poteſtatis theſauros, prout vult, referat. Ad hæc dicebat Petrus Actor. 3. *Aurum, & argentum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Ieſu Nazareni ſurge, & ambula.* Act. 3.

Auri egenus, ſed virtute dives, nequit nummos exerere, ſed exerit pedes, ſed exerit ſalutes. Pulchrè Chromatius ſer. 1. in præſenti, ait: *O verè beata paupertas, quæ cum nihil de mundi facultate habeat, tantum de cœlo largitur! Non dat quidem argentum, vel aurum, ſed quod plus eſt diuitijs omnibus, reddit corporis ſanitatem.* Chrom.

A mundiali diuite ſperaret pauper Lazarus ad ſummum micas cadentes, de mẽſa, eſt enim circa micas omnis poteſtas poſſidentium aurum. Verùm à paupere Chriſti, ab eo, qui aurum ſpernit, non micæ ſperantur, ſed ſalutes, ſed membra ipſa corporis, ſed ea bona, quæ diuinis aſſerbantur theſauris. Nec deberi volo pulcherrima verba D. Baſilij Seleu. orat. 21. ſic ex Petri ore loquentis ad hunc claudum: *Tu verò cum differtis auro theſauris, quòd à nobis accipis, compone.* D. Baſil.

pone. Pro obolo ferpedes, pro pane temporario naturæ ſupplemẽtum accipe, pro amoris ſolatio vim vſumq; membrorum. Hæ meæ diuitiæ, hoc aurum Petri, hoc Apoſtolorum munus: ſurge, & ambulat. Sic cœleſtes virtutes præſto ſunt imperio Chriſti pauperum, ſic hi cœleſtium dominantur.

§. VI.

Non omnibus ſanctis correſpondet in cœlis diadema regni.

AVdio paupérum ſpiritu eſſe regnum cœlorum, vt proprium præmium; ſed & omnibus ſanctis datur cœlũ pro præmio, ſi ergò omnes cœleſtia ingredientur, cur dicuntur pauperes ſpiritu ſoli ſuũ habere regnum cœlorum? Equidem omnes ſanctos ſpectat cœlum, ſed non omnes ſpectat regnum in cœlo; ſunt enim apud cœlicolas varia, & diſtincta nobilitatum ſtemmata iuxta varia merita ſingulorũ: alios decorat regale diadema, alios alia decorant. Sic Latroni in cruce conuerſo dicit Dominus Luc. 23. *Hodiẽ mecum eris in paradiſo*, verum D. Petro di-
Math. 16 cit Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cœlorum*, non idem datur vtrique nobilitatis inſigne, ſed alteri requies offertur paradiſi, alteri regia præmittitur cœli poteſtas. Id quod expendens D. Amb. epiſt. 19. ait: *Is, qui ſub ictu*
Ambroſ. *mortis conuertitur, & confitetur Dominum Ieſum, mereatur incolatum Paradiſi. Qui verò multo ante ſe exercuit, & Chriſto militauit, acquiſiuit populorum animas pro Chriſto ſe obtulit, habet paratum ſtipendijs ſuis Dei regnum, cuius ſe remuneratione donatum gaudeat. Ideòque Petro dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum. Ex latrocinio conuerſus requiem habet: in Apoſtolatu probatus accipit poteſtatem.* Sic apud cœleſtes ciues variantur nobilitatum inſignia; ne quis careat gloriæ, ſed alius ſit ſplendor Solis, alius ſplendor Lunæ, alius ſtellarum ſplẽdor, & vbi eſt multitudo magna, & innumerabilis triunphantium, ſint etiam aliqui ſelectiores regio ſplendore fulgentes. Matth. 19. ait Dominus: *Et ſunt Eunuchi, qui ſe caſ-*
Math. 19 *trauerunt propter regnum cœlorum.* Ecce tibi, vt regnum cœlorum teneant, aliqui virginitatem vouerunt, quaſi ſine virginitate ad regnum cœlorum peruenire non poſſent. Ergò ſi virginitas via eſt ad cœlorum regnũ, nuptiæ, quę virginitate carent, remanebunt in damnationem mortis? Abſit: ſalutẽ enim habent, & nuptiæ, & virginitas, ſed nuptiæ, nõ habẽt regnũ, quòd proprium eſt virgi-
S. Sixt. nitatis decus. S. Sixtus lib. de caſtit. ait *Hi ergò ſoli regnum cœlorum accipiũt, qui ſe poſſeſſionis eius cauſa caſtrauerint. Quid, ergò damnauit nuptias? Abſit: ſed tantum regni gloriam illis, non vitam denegare videtur.* Habent vitam æternam omnes iuſti; habent itidem æternã gloriam, ſed non omnes habent diadema regni; quod præſtantioribus, & illuſtrioribus reſeruatur meritis. Spectat ſanè regnum in cœlis eos, qui regna terræ contemnere, & calcare nouerunt; vt indè ſciant nobiles & primarij viri, qui paupertatis vexillis nomen dederunt, quàm poſsint, & principatus, & poteſtates facere æternas. Prodigus enim eſt nobilitatis, & principatus, qui hæc relinquit, vt vnus ſit è multis iuſtis, ſed eò animũ tendat, vt qui regius fuit in mundo, & rex, etiam ſit apud Chriſtum. Ex quo ſuam Demetriadem commendabat D. Hier. epiſt. 2. *Hieron.* inquiens: *Meminit enim, rectèq; meminit, quas mundi opes, gloriamq; reſpuerit, quibus voluptatibus renuntiauerit, quas denique contempſerit vitæ præſentis illecebras. Et ideo contenta non eſt cõmuni hoc, mediocrique genere viuẽdi, & quod facile ipſa multorum ſocietate vileſcat. Nouum aliquid, & inuſitatum requirit; præcipuum, ac ſingulare quoddam flagitat, non minus conuerſationem ſuam, quàm conuerſionem cupit eſſe mirabilem. In ſæculo nobilis, apud Deum cupit eſſe nobilior. Tàm precioſa requirit in moribus, quã contempſit in rebus.* Et quidem ſi quæ nota potuiſſet cœleſtes maculare ciues, hoc illis eſſet indecorum, qui in mundo Principes fuerũt, qui & nobilitates, & principatus mundiales reliqueruſit, ſi regium diadema ex meritis, non habeat à Chriſto.

Matth. 5. Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram.

§. VII.

Sola manſuetudo habet propria ſua bona.

NOn otioſe terræ poſſeſsionẽ attribuit Dominus mitibus, & manſuetis: ſed vt oſtendat, quod hi ſoli poſſunt habere aliquid ſuum proprium bonum. Cùm enim poſſeſsio ſit firmum, & ſtabile dominium rei, ad ſolos manſuetos poteſt hoc dominiũ, pertinere, quandoquidem quiſque alius cẽlerem patitur mutationem rerum. Et quomodo ſua reputet, quæ vix ad momẽtum tenuere. Pſalm. 36. *Deſine ab ira, & derelinque* *Pſalm. 36* *furorem, noli æmulari, vt maligneris. Quoniam,*

qui

qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem Dominum hæreditabunt terram. Et adhuc modicum, & non erit peccator, & quares locum eius, & non invenies. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Ecce tibi hæreditas, & possessio bonorum solis mansuetis, & mitibus attribuitur, vt qui in tranquillitate, & securitate stabiles bona sua habeant. Verùm qui mansuetudine carẽt, nihil securum habent, nihil suũ reputant, omnia illis sunt in via ad alios. Quod perspicuis verbis adnotat Theodor. in cath. Græca fatus. *Qui à diuina spe pendent, & mitem vitam eligunt, in quiete, & tranquillitate manebunt, æternas habentes delicias. Qui verò fluxis fœlicitatibus confidunt, celerem mutationem recipient.* In transitu, & celeri fluxu habent omnia, quasi commodata, non quasi sua, quicumque vacui sunt spiritu mititatis, & mansuetudinis; at mansueti firmiter omnia possident, vt qui habent propria sua. Dauid Psalm. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Cur dum Deum solicitare contendit, vt beneficia infundat vnam solam profert mansuetudinem? Nonne illustriores alias virtutes habebat, & fidẽ, & charitatem eximiam, cur his prætermissis solam mansuetudinem meminit? Nimirùm, petens à Deo dona, etiam ostendere voluit, se habere aliquid suum, quod offerre posset, ideò profert mansuetudinem, ex qua venit, quòd per veram possessionam bona habeat quisque propria, & sua. Pulchrè D. Chrysost. hom. 34. in Genes. *Hinc Dauid maiorem cœlitus conciliauit benevolẽtiam, & afferẽs, qua sua erãt, à misericorde Deo maiora assecutus est.* Quasi dum mansuetudinem non præmitteret, nihil posset afferre, quod suum videretur, & ideò, vt sciatur habere aliquid suum, vnius mansuetudinis memoriam cõmendat. Huc spectabat illud D. Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, quæ verba explicans D. Gregor. hom. 35. in Euang. ait: *Per patiẽtiam igitur animas nostras possidemus, quia dum nobis metipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus.* Nil tuũ habes, neque te ipsum, dum nescis mansuetè, & patienter viuere; ab hac sola patienti mititate, & mansuetudine oritur, quòd tuũ aliquod bonum possideas. Nec solum tua possides, & habes bona, quisquis mansuetus es, sed & quod miraris magis, protuẽdis tuis etiam patronos, & aduocatos acquiris. Anna illa Samuelis mater. 1. Reg. 1. dum se cõtumelijs appeti videt a Sacerdotis puero, & sacerdote, non molestè tulit, imò & patientissimè, & mansuetissimè se gessit, mite responsum contumelijs referens. Quid indè? Stupens mansuetudinem sacerdos, ait: *Vade in pace, dabit tibi Dominus Deus Israel omnem petitionem tuam, quam ab eo petisti.* Ecce tibi non solum vota sua mulier Deo offert, sed & aduocatum habet sacerdotem coram diuino iudice. Quis ergò accusatorem in aduocatum conuerteret, nisi mansuetudo præmissa? D. Chrysost. hom. de Fide Annæ, ait: *Mulier ex accusatore fecit patronum. Tanta res est humanitas, ac mansuetudo.* Quidquid iracundi, & impatientes habent, non tutum, sed sublite habent, nesciunt enim viuere, sine litibus, sine rixis: mansueti autem omnia tuta, & secura habent, & vel ante lites, accusatores in aduocatos conuertunt pro tuẽdis suis. Ad quæ respiciebat Prouerb. cap. 18. *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?* Quasi dicat spiritus hominis mitis, mansuetus, & placidus in nullo sentit infirmitatem, ipse tutores, aduocatos, & defensores suorum passim suscitat: verùm iracundus nusquam securus, hinc inde illi oriuntur rixæ, contentiones, pugnæ, nihil non sublite habet, nullum non patitur accusatorem.

Theodor. Psal. 131. Chrysost. Luc. 21. D. Greg. Chrysost. Prou. 18.

§. VIII.

Mitibus, & mansuetis hominibus omnia sunt frugifera, & fæcunda.

NOn arida, sed irrigua, & fœcunda terra datur mitibus in possessionem, & merito, quia mitia verba nunquam sine fructu existunt. Verbum Dei semen est, quòd non semper, sed aliquando iuxta Matth. 13. *Cadit in terram bonam, & dat fructum*, at verba mitium, & mansuetorum hominum nunquam non inueniunt, aut faciunt terram bonam, in qua inseminata fructificent. Accipe Saulem hominem terrenum, imò lapideum in Dauidẽ, furit rex armatus, & multis millibus cinctus quærit Dauidem ad mortem. 1. Reg. 24. verum Dauid hostilem Saulis animum expertus, illumque in manibus habẽs, vt posit trucidare, sic mansuescit, sic mitescit, vt parcens regis vitæ, sic insuper dicat: *Cogitans, vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus, dixi enim. Non extendam manum meam in Dominum meum, quia Christus Domini est. Quin potius pater mi, vide, & cognosce orã chlamydis tuæ in manu mea, &c.* Non solum persecutori parcit, sed & Dominum illum, & patrem vocat, quæ verba mitiora? Sed quid

Math. 13. 1. Reg. 24.

Saul

Saul ferus homo ad hęc? *Dixit Saul. Nunquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem ſuam, & fleuit.* Proh nouum ſpectaculum! Saulis lapideum cor, non Moyſis virga percuſſum, ſed Dauidis mitiſsimis verbis tactum in flumina ſoluitur lacrymarum. Hoſtile & ſaxeum pectus omni benignitatis humore carens, in terram irriguam conuertitur, quæ virtus talia potuit præſtare? Equidem ex quo mitia Dauidis verba inſeminata ibi fuerunt, non potuerunt, non demonſtrari, & mollitudine terræ, & fertilitate. Pulchrè aiebat Chryſoſt. homil. de Saule, & Dauid. *Vide quantum fecerit lucri Dauid illa locutus: non iam ſuſtinuit Saul illam vocem audire, ſine lacrymis, ſed ploranit amarè, animi ſanitatem, ac philoſophiam, quàm Dauid inſeuerat, lacrymis declarans.* Expende verba illa, nimirùm: *quam Dauid inſeuerat*: quippè verba mitia ſemina ſunt, quæ minimè perduntur, in ſaxa arentia licet cadant, ibi irriguam terram, & fructibus fœcundam, aut inueniunt, aut faciunt. Sic de mānſuefactis Chriſti doctrina hominibus loquutus Iſaias, cap. 2. fatur: *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces*: quæ verba tractans Tertull. lib. 3. aduerſus Marc. explicat, qualiter homines in Chriſto miteſcentes animorum nocentium, & linguarum infeſtarum, & omnis malitiæ ingenia cōuertent in ſtudia modeſtiæ, & manſuetudinis. Sed illud mirandum: quòd miteſcentium hominum verba, dicantur vomeres, & falces: vomer, niſi terrā irriguam inueniat, nihil facit: & falx, niſi vbi fructus metendus eſt, non apparet. Cur ergò neceſſum eſt, vt mitia verba vomeres ſint, & falces? An quia mitibus nequit deficere etiam inter ſaxa, irrigua terra, & fructibus fœcundata? Equidem dum mitis ſis, & manſuetus nullum non molleſcis ſaxum, ſic verba tua inuenient lapideos animos, vt vomeres irriguam, & tempeſtiuam terram, vt falx maturos fructus quos capit. Non multū abeſt D. Irenæus, lib. 4. cap. 67. inquiens: *Gladios, & lanceas bellatoris in aratra fabricauerunt ipſi, & in falces, quæ donauit ad metendū frumentum.* Vbi mites fiunt homines, non terras habent, quas gladio vaſtent, ſed quas vomere colant, non ſpolia, quæ rapiant: ſed fructus, quos falce metant: ea ſunt verba mitia, vt in illis totum negotium ditiſsimæ agriculturæ videas, quandoquidē mitia verba pro ſemine, & vomere, & falce ſunt, quibus terra fructifera ſemper ita eſt parata, vt nunquam deficiat. Quò reuocauerim illud Prouerb. cap. 15. *Lingua placabilis lignū vitæ*: hoc eſt, lignum vitaliſsimum, ſunt enim ligna adeò ex ſe vitalia, & ſucco plena: vt quouis loco rigantur, ſic frondeant, vt videantur terram fœcundam inueniſſe. Sic lingua mitis, & ſuauis adeò eſt ex ſe ſucculenta, & vitaliſsima, vt nullibi ſterileſcat, ſed vel in ipſis ſaxis inueniat terram frugiferam.

Chryſoſt.

Iſai. 2.

D. Iran.

Prou. 15.

Matth. 5. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.

§. IX.

Illæ fœlices lacrymæ, quas vna Ieſu conſolatio abſterget.

AVdis lacrymas beatas prædicari; ſed vt notat D. Paſchaſius, non ex quacumque cauſa ſunt beatæ, & fœlices lacrymæ, ſed ex conſolatore, quem merentur habere. Illius ſanè erant fœlices lacrymæ, qui dicebat, Pſal. 76. *Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum.* Qui vanas mūdi conſolatiunculas reſpuit; qui nihil non lacrymandum in mundo nouit aſpicere; ſed ſolum Deum conſolatorem ſperat, is fœlix eſt, beatus eſt. Hanc beatitudinis notam exprimit Apoc. 21. *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, &c.* Non ſuffeciſſet ad beatitudinem, quòd ibi, nec lacrymæ, nec luctus, nec lamentum eſſe poſsit, niſi adderetur, quod Deus ipſe per ſe ſolus lacrymas abſtergeret ab oculis. Vndè pulchrè D. Bern. in Declamation. ait: *Fœlices lacrymæ, quas benigna manus conditoris abſterget: & beati oculi, qui in talibus liquefieri flectibus elegerunt.* Hinc tota naſcitur fœlicitas, & gloria lacrymantium, quòd habeant vnicum abſterſorem Deum; quòd non creatura, neque Angeli, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, ſed ipſe Deus per ſe ipſam inducat conſolationem. Sanè lugebat Samuel ſanctiſsimus pertinacem, & obduratum Saulem, & lugebat illum die, ac nocte; cui Dominus. 1. Reg. 16. *Vſque quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlemitem. Prouidi enim in filiis eius mihi regem.* Qualem hanc putas lugentis Samuelis conſolationem? Lugebat quod Saul excluderetur à regno, & vt iam conſolationem caperet, dicitur ei, quòd Dauidem vngat in regem. Qualis quæſo iſta conſolatio erat? Nonne magis exacerbaretur hominis animus, cum & Saulis æmulum videret? Quòd Dauid eligatur pro Saule, qualis hæc ratio

Pſalm. 76

Apoc. 21.

D. Bern.

1. Reg. 16

leuami-

leuaminis in lugente? Maxima equidem, & fœliciſsima, & gloriosiſsima Samueli, quatenus in Dauide veniebat iam vnigenitus Dei filius, qui per ſe ipſum, & lacrymas abſtergeret, & conſolationem inferret. Ruper. lib. 4. de gloria, & honore filij hominis, inquit: *Samuel lugendo talem conſolationem conſecutus eſt, vt miſſus à Domino vngeret Dauidē Regem, & ſalutis temporalis ducem, & ſalutis æternæ fontem, ſiue originem, ideſt, patrem ſaluatoris Chriſti.* Equidem non eſſet conſolatio alia Samueli, niſi quam filius Dei verus ſaluator, & conſolator inferret. Triſte eſt, & luctuoſum, quidquid extra Deum debemus cernere: vndè monebat D. Bern. ſer. de cōuerſione ad Cleros, cap. 19. *Conſideret fidelis, neque intus, neque ſubtus, nec circa ſe ſibi occurrere conſolationem, vt vel tandem diſcat quærendam ſurſum, & deſurſum eſſe ſperandā. Lugeat interim plangens dolorem ſuum, exitus aquarum deducat oculus eius, & palpebræ non quieſcant.* Vnus Deus lacrymas abſtergat, & fœlix es, & ſi bona ſuppetant, & ſi gaudia inuitent, & ſi Angeli applaudant; ne à lacrymis abſtineas, luge, plora: hoc tuæ fœlicitatis habens auſpicium, ſi ſolus Deus lacrymarum deletor ſperetur. Maria Magdalena videns Ieſum mortuum qualiter fleuit? Ioannes. 20. *Dum ergò fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cū dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, &c.* Quis nō miretur Magdalenæ fletus non deſiſſe ad Angelorum conſpectum? Plorat, lacrymatur, inuenit pulcherrimos Angelos, qui eius lacrymas abſtergere curant, & relictis illis conuertitur retrorſum, quaſi nihil duceret Angelos ad conſolationem captandam: cur ſic deſpicis Angelorum conſpectum, vt lugeas amplius? Sapienter Orig. in præſenti rem tractat, aiens: *Maria doloribus confecta, tota in exceſſu mentis poſita, nullam recipit conſolationem, & ad nullam tēdit conſolatorem: ſed intra ſe cogitat dicens: Proh dolor, qualis eſt iſta conſolatio? Oneroſi ſunt mihi omnes conſolatores, grauant me, & nō conſolantur. Ego autem quæro creatorem, & ideò mihi grauis eſt ad videndū omnis creatura. Nolo Angelos videre, nolo cum Angelis manere, quia poſſunt dolorem augere, & non poſſunt penitus delere.* Meritò nō cenſetur lacrymarum conſolatio, quæ à creaturis venit, & à Domino ipſo non venit: inhonoræ abeunt, & ingloriæ lacrymæ, quas manus ipſa, & ſola creatoris non abſtergit; imò ne putes abſterſas eſſe lacrymas, quas creatura abſterſit: hæc enim nunquam penitus delet planctū; ſola Dei manus ſic abſtergit lacrymas, vt amplius, nō ſit luctus, neque clamor, neque dolor. Fœlices lacrymæ: quæ talem abſterſorem meruerunt!

Rupert. *Bernard.* *Ioann. 20.* *Origen.*

§. X.

Vbi Deus abeſt, non cenſetur vita, quæ ſine luctu eſt.

MErito lugentes in hoc incolatu dicuntur beati, & fœlix, & beata vita illis attribuitur, quia vbi Deus abeſt, vita ſine lacrymis, & luctu, nec dum cenſetur vita. Lugentem Magdalenam offendunt Angeli Ioānes 20. & dicunt: *Mulier, quid ploras? Dicit illis: quia tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet conuerſa eſt retrorſum, &c.* Cur relictis Angelis conuerteris retrorſum? Cur non magis attendis ad Angelos, eorūque auſcultas verba? Quid ab illis audiſti, propter quod anxia refugis illorum conſpectum? Nonne audiſti eos deploratu quærentes, forſitan, vt lacrymas abſtergant? Cur ergò hoc ab illis beneficiū, non magis expectas? Imò hoc, tàm anxie vitare contendit, quando vidit illos ſolicitos deplanctu ſuo, timet ne, ſine lacrymis, dum abeſt Dominus, iubeant eſſe; quod idem reputat, ac non eſſe, ac penitus interfici. Sic apud Orig. in præſenti: *Si cauſam Angeli non ignorant, pro qua ploro, cur dicunt mihi: quid ploras? An ideò interrogant, vt me plorare prohibeant? Quæſo non hoc mihi ſuadeant, non hoc moneant, alioquin interficiant.* Inſtar mortis reputat lacrymarum prohibitionem, dum abeſt Dominus; vitam tollit, qui tollit lacrymas ab eo, qui abſens a Deo ſuo deplorat. Quam ſcienter regius Vates Pſal. 41. aiebat: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* Et quidē vbi Dei ſui abſentiam experiebatur, non ſolum lacrymas fundit, ſed iunt ei lacrymæ pro pane, id eſt, pro vita, ſcil vitæ ſuſtentaculo, quis viuit, ſine pane? Similiter vbi Deus abeſt, nō viuit anima, ſine lacrymis; tam neceſſariæ ſunt lacrymæ ad vitam, vt eſt neceſſarius panis. Ad quod reſpiciens Cellenſis Abb. lib. de Panibus, cap. 12. ait: *Panis itaq; lugentium, abundantia eſt lacrymarum, ſicut enim panis eſurientem, ſic lacryma reficit animam dolentem: deficit eſuriens, ſine pane, lacerata languet anima, ſine lacrymarum effuſione.* Laceratam puta, & penè emortuam eam animam, quæ ſine luctu, ſine lacrymis eſt, dum

Origen. *Pſalm. 41* *Cell. Abb.*

1. ad Ti. 5. dum ab ea Dominus abest. Paul. 1. ad Timot. 5. ait: *Quæ autē verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte, & die. Nam quæ in delitijs est: viuens mortua est.* Sane defuncto viro tandiù vidua viuit, quandiù sub luctu, & ploratu est; vbi autem pro lachrymis quærit delitias, & gaudia tractat, tunc viuens mortua penitus est. Id quod in fideli anima considera, quæ absente Deo sponso suo, tandiù viuet, quandiù nutrietur pane lacrymarum, & in luctu, & planctu versabitur; si verò à lacrymis cesset, & delitijs incumbat, iam non viua, sed mortua cēsetur. Pro quo monebat D. Ephræm serm. 4. de compunctione, & salute animæ. *De anima dicit Apostolus: quæ in deliuijs est, viuens mortua est. Caue igitur tuam animam interimi permiseris: sed nutri, & foue illam in verbis diuinis, in Psalmis, & hymnis, in ieiunijs, & lacrymis. Hæc & his similia nutrimentum sunt animæ, ac vita: potissimum verò lacrymæ, propter Deū stillantes, panis, salusq; animæ existunt. Idcirco Dauid dicebat: Fiāt mihi lacrymæ meæ panis die, ac nocte. O fœlicem animam Dauid, qui nutriretur lacrymis.* Fœlix vtiq; ille, qui in absentia tanti sponsi nempè Dei, nescit cessare à luctu, sed pane lacrymarum sustentatur, is verè viuit, & beatè viuet: cum primum autem hic luctus defuerit, deerit & vita, & viuens mortuus erit. Sed quomodo vbi quis in Domini absentia non luxerit mortuus erit, & si luxerit, viuet? Id pulchro exemplo explicat D. Nyssen. orat. 4. de Beatitud. inquiens: *Quemadmodum in corporis morbis, quibus aliqua pars corporis ex violenta quadam lasione tabida facta fuerit, in dolentia argumento est, mortuam esse illam partem: sed si arte quadam medica vitalis denuo sensus corpori restitutus sit, dolente iam parte gaudēt certissimo argumento vtentes, ad sanitatem conuertisse se morbum, eo quod membrum sentire iā caperit ea, quæ faciant dolorem.* Et quidem vbi quassatum crux, nec dolet, nec gemitus excitat, argumentum præbet, quod mortuum sit, & tunc ad vitam excitatum creditur, cum adhibitis fomentis dolere incipit, & excitare gemitus. Sic prorsus anima viduata Deo, tantoque malo affecta, si non doleat, si non sit in luctu, & gemitu, emortua censetur: & tunc reuiuiscet, cum accepto diuino medicamine, nimirùm metu mortis, & gehennæ, incipit dolore, & lugere quotidie plagā acceptam.

D. Ephr.

D. Nyssen.

Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

§. XI.

Fames grauissimum telum ad perdendas hominum animas: vnde gloriosum erit illam vicisse.

STo à sententia Ruperti, & Maldonati in præsenti, qui non de spirituali virtutum fame, sed de materiali ciborum probāt, hæc verba deberi intelligi. Quæ sic in eum sensum explicarim ego, nimirùm, beati illi, qui esuriunt, & sitiunt, propter iustitiam tuendā, penes quos tanta est iustitiæ cura, vt nec in summa fame, & penuria eius leges contēnant. Quid beatius? Quid magis beatificandum à Saluatore? Equidem beatissimum est vicisse rabidæ famis telum, quando nullum aliud perniciosius habet hostis ad perdendū humanum genus. De Iesu Domino dicitur, quod cum ieiunauerit quadraginta diebus; *postea esuriit, & accedens tentator, &c.* Nunquam antea accedere ausus est, nisi cum famescentem vidit: vbi enim Iesu famē notauit, fortissimum locū habere putauit, exquo certa iacula mittat. Id quod benè aduertit Theodor. serm. 10. de Prouid. inquiens: *Famē conspicatus, ex illa seù edito ex loco tela immittit.* Superiorem se putat diabolus aduersus homines, vbi pro se famē habet, ex qua certissimas dirigat sagittas. Nouerat id Dauid, qui cum haberet à Deo optionē eligēdi suorum peccatorum suppliciū, aut gladiū, aut famem, aut pestilentiam. 1. Paralip. 21. pestilētiam magis voluit eligere. Sed cur rex opulentissimus non potius elegit famē? Nōne magis in promptu essent regi potentissimo saltim aliqualia famis subsidia? Sed tamē pestilentiā elegit præ fame, quia fames atrocius telum est ad perdendum, omnibus, quę diabolus habet. Vt dicat D. Amb. in Psal. 37. *Famem populi vitauit, quia grauior morte, & omnibus supplicijs habetur.* Et quidem vix audio virginem tenellam morti, & exquisitis tormentis cessisse ob Christi fidem, & virgineum decus seruandum: & innumeras lugeo sucubuisse fami. Eu quoties virginitas triumphare docta, in macellum redacta est à buccella panis! Eu quoties matronalis pudor, propter panem à porcis conculcatur! Eu quoties inuictum virorum pectus, micis cadentibus de mensa conquassatum est! Quid, si hæc famis lues per nobiliū grassetur

Theodor.

1. Par. 21.

Ambros.

ſetur domos? Fallar, niſi mittat vniuerſos in
Iſai. 5. barathra, Iſaias. 5. *Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, &c.* Vbi fames nobiles quatit animos, quid ſperes, niſi quod infernus ſinus ſuos dilatet? Tanta enim erit perditio à fame cauſata, tot ſeſe diabolo ob panem dabunt, vt debeat infernus dilatari, ſi vult omnes capere. Et quis nobilis non duriſsimum telum putet, vel videre filios ſuos fameſcentes, & velut nouellas oliuarum in circuitu menſæ prorſus vacuæ conſediſſe? Vafer ille humani generis hoſtis Iobum fœlicem bonis, & feliciorem filijs aggreſſurus, in primis illũ omnibus ſpoliat bonis. Et cur nefariſsime, non prius ſanctiſsimum virum, non prius orbas filijs? Nonne grauior eſſet viro nobili perditio filiorum, quàm bonorũ perditio? Scit equidem malus ſuis vti ſagittis; & ſcit quam torqueat, imò concutiat nobiles animos penuria, & egeſtas familiæ. Nouit id Chryſoſt. homil. 1. in Iob. inquiens:
Chryſoſt. *Primum capit hæreditaria bona viuis hæredibus arripere, quo filijs filiabuſq; exiſtentibus per iumentorum amiſsionẽ lethale accipiat iuſtus mœſtitiæ vulnus.* Lethalior eſt præ alijs telis famis ſagitta, dum homo nobilis pauperem familiam ſub huius tyrannide premi videat. Qui ſub hoc telo meminerit iuſtitiã fortiſsimus eſt; non huius infirmitatis homo, ſed quaſi illius beatitudinis incola exiſtit. Huius viri præſtantiam, & gloriam depictam puto Da-
Dan. 3. niel. 3. vbi ecce tibi a Babylonio rege erigitur aurea ſtatua immẽſæ magnitudinis, quæ adoretur à populis; & iuxta flammantem appoſuit fornacem, qua miſerè exurantur, qui auro nequeant adorationẽ impertiri. Quid plura? Fornacem hanc flammantẽ, quæ impellat ad auri cultum, pauperiem, & famem exiſtimant ſanctiſsimi, & prudentiſsimi viri. Fornax eſt pauperies, fornax eſt fames, & quidem flammantiſsima, cuius duriſsimos aculeos, quis ſuſtineat, præcipuè auro coram viſo? Ex innumerabili penè populo, tres ſolos iuuenes glorioſiſsimos, & diuini filij ſocios video, qui intra hanc fornacem meminerint iuſtitiam, gratias agant, & auri adorationem refugiant. Rari ſunt, & ſanctiſsimi, & beatiſsimi, & filij Dei ſocij, qui pauperiei fornace cincti gratias agant, & auro nolint turpiter ſeruire. Ad hæc eleganter. D. Chry-
Chryſoſt. ſoſt. hom. 23. ad Popul. ait. *Nouum & mirabile videamus miraculum, hominem in fornace pſallentem, agentem in igne gratias, extrema compeditum inopia, magnamque Chriſto benedictionem ferentem. Illis enim pueris pares reddunt, qui paupertatem cum gratiarum ferunt actione. Ab ipſiſq; ne recedas iniectis. Sed cum diabolus aurum non adorantes, in caminũ paupertatis immittere minatus fuerit, ne de mittentium, ſed de miſſorum velis eſſe numero, vt ex his qui ſaluantur, non ex his, qui comburuntur, efficiaris. Maximus enim eſt ros, diuitiarum deſiderio non teneri, cum pauperibus cõuerſari. Hi ſunt omnibus abundantiores, qui diuitiarum peſſum dedere cupiditatem; quoniam & illi regem contemnentes, facti ſunt rege clariores. Igitur & ſi tu quoque mundana contempſeris, toto eris dignior mundo.* Piaculum duxi, ſi quod ex his verbis ſubtraherem: quibus tu conſidera fornacem, & fornacem: fornacem igneam, & fornacem paupertatis, ſeu famis, vtraque impellit in adorationem auri, in contemptum veri Dei, & iuſtitiæ eius: vtraque innumeros trahit in impietatem. Sed rari illi, qui in qualibet harum cõiecti gratias Deo agũt, iuſtitiam tuentur, quantam cõſequentur ibi fœlicitatem? Et Deum ſocium habent, & rore cœleſti ſuſtentantur. Iam nobis Lucas cap. 16. obijcit ſuum mendicum, & famelicum Lazarum, qui ad ianuam diuitis coniectus cupiebat, *ſaturari de micis, quæ cadebant* *Luc. 16.*
de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Proh miſerum famis ſpectaculum! Qualem putem Lazarum ſic fameſcentem coram menſis ciborum fartis? Pulchrè D. Chryſol. ſer. 121. vocat, *non tam Lazarum, quàm conflatorium.* Et *Chryſol.*
ſanè, & Lazarus, & conflatorium erat; vel melius Lazarus in conflatorio, in fornace flãmante famis, & paupertatis. Ibi tamẽ quam fœlix? D. Fulg. epiſt. ad Gallam. 2. ca. 9. *At-* *D. Fulg.*
tende Lazarum in paupertate diuitem: ſine veſte, ſed non ſine fide, ſine cibo, ſed non ſine Chriſto, expoſitum canibus, ſed ſocium Angelorum, qui non accipiebat de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, ſed cœleſtem panem ruẽtabat de viſceribus æternis. Fœlix, qui nouit ſuſtinere viſcera pane vacua, qui & beatitudinis ciues ſocios habet, & Deo impletur, cœleſtiq; pabulo. Nũquam enim cœleſtis ros defecit exiſtentibus in fornace paupertatis. Ad Eliam 3. Reg. 17 ait Dominus: *Coruis præcepi, vt paſcant te ibi:* *3. Reg. 17*
in media populi fame, iubẽtur corui, vt Eliã paſcãt. Cur coruis datur id munus, niſi vt oſtendatur, quod ros cœleſtis deficere nõ poſſit exiſtẽtibus in media famis fornace, vt iuſtitiam tueantur, quandoquidem corui ipſi à parentibus deſtituti, & fameſcentes cœleſtis roris accipiunt paſcua? Ex quo Nazianz. virginẽ monebat in exhortatoria ad virg. *Victus* *Nazianz.*
gratia nihil vnquã turpe ſuſtineas, nam ſi crediderit, nunquã te olei vaſculũ deſtituet. Coruus te paſcet, quẽadmodũ Eliam in deſerto. Noſti quemadmodũ Tecla ex igne, & à feris ſit erepta: ac Paulus ille magnus eſurierit, ac prõpte aſſerit: vt & tu virgo ad Deũ ſolũ reſpicere diſceres, qui tot millia

in

in deserto pascere nouit. Sic ille. Eodē accedit
Tertull. Tertul. lib. de Idèlol. inquiens. *Nemò eorum quos Dominus allegauit, non habeo, dixit, quo viuam. Fides famem nō temet, scit enim famem, non minus sibi esse contemnendam propter Deum, quam omne mortis genus. Didicit non respicere vitam, quanto magis victum?*

§. XII.

Solus Iesus homini sufficit, cætera non sufficiunt.

INter eos, qui famē non corporalem, sed spiritualem iustitiæ & sanctitatis in præsenti beari putant, placet mihi singulariter Chromatius serm. 1. qui nomine iustitiæ ipsum Iesum intelligit: & meritò dicuntur saturandi, qui Christum sitiunt, quandoquidem solus Iesus sufficit homini, illumque implet, & nemo præter ipsum. Abrahamus cum beneficam Dei potentiam in se inclinare voluisset, eò pietatis deuenit, vt iussus nō refugeret Deo litare filium. Sanè sapientissimus senex vnici filij sui hostia cupiebat diuinis saturari diuitijs, verùm dum iam penè iugulat filium, audit diuinam vocem clamantem Gen. 22. *Ne extendas manum super*
Gen. 22. *puerum.* Non ait, ne extendas manum super filium, sed super puerum, & cur non ait super filium? Maluit seruum nominare, quam filium; vt ostēderet nihil magnum, & plenum sperandum à seruis, quod solum præstare potest ille, qui verè vnicus, & dilectus filius est Patris æterni Christus Dominus noster. Indigebat equidem Abrahamus hostia, qua cœlesti impleretur benedictione, qua saturari posset diuinis epulis: hanc non inueniret in puero, non in creatura vlla, non in seruo, sed in solo filio Dei Iesu. Chrysost. hom.
Chrysost. de Iob, & Abraham: *Quare non dixit filium, sed puerum? Opus erat non puero, vel seruo, sed filio.* Mihi crede Christiane, si vis impleri non spectes siliquas mundialium bonorum; non tibi opus sunt quæ cumque seruiunt: ille qui dominatur, ille, qui filius est, qui panis est, qui vita est, solus te potest implere, & præter
Isai. 16. hunc nemo. Sic clamabat Isaias c. 16. *Emitte Domine agnum dominatorem terræ de petra deserti.* Moabitæ consueuerant pendere regi Israel annum tributum centum millium agnorum, quòd tributum detrectauerunt pendere mortuo Achaz. Id quod supponens in præsenti Isaias clamat: *Emitte Domine agnum dominatorē terræ de petra deserti, hoc est, de Moab.* Sed cur agnum petit, & non agnos, cum tot agnorum millia mitti solerent? Vbi tot agni requirebantur, cur solus agnus petitur? Sanè sciēter petit non agnos, sed agnum dominatorem, vel vt Syrus legit: *mitte filium dominatoris terræ*: quippè vbi non seruus, sed Dominus, nō puer, sed filius vnigenitus Dei expetitur, ipse solus sufficit, ipse solus saturat, & implet gētes. Quid ad Prophetā, quid ad Israelē seruitia illa tot agnorum Moabitarū? Cùm omnibus his vacuus erat, & pauper Israel, merito ergò despiciūtur seruitia, & dominator petitur, qui solus humanas vacuitates repleat. Hunc possederat Paulus, quando fastidiēs cætera, & seipsum dicebat ad Gal. 2. *Viuo ego, iā non ego, viuit in me Christus.* Sed *Ad Gal. 2.*
scire cupis, quomodo verum sit, quòd Paulus iam non viuat, & quod viuat? Equidem præclarè ex tunc viuit, ex quo ipse nō viuit, sed Christus viuit in illo, nam per Christum habet vitam veram, fartam, quæ nunquam deerit. Nazianz. orat. de statu Episcopi. 17. *Nazianz.*
ait: *Verum illud de se non tanquam penitus mortuo dicit, sed quod meliorem, quàm plures alij, vitam viuat: ac vitam adeptus sit permanentem, & quæ nulla morte posset finiri.* Cùm ipse per se viuebat, quot & quanta egebat? Semper indigus creaturarum emendicabat seruitia, & nunquam non egebat: vbi iam non ipse viuit, sed Christus in illo vita est: iam perfectè viuit, iam diues viuit, iam defectum vitæ nō timet, sed omnibus superabundat in Domino, quibus carebat in seruis.

§. XIII.

Nec minima virtutum despicienda sunt.

ILle virtutem, & iustitiam esurit, qui sic auide illam arripit, vt vel minima adimplenda perquirat. Nonne famelicus ille ostenditur satis, qui post acceptas æscas, etiam decidua frustula, & paruulas micas auide vorandas inquirit? Sic tu siti iustitiam, vt omnem adimpleas, vt nihil, quod ad iustitiam possit conducere prętermittas, & si paruulum sit, & si minimum. Abrahamus Isaturus filium in morte maximè voluntariū omnia parat, omnia sacrificātis munera explet; & omnibus expletis, Gen. 22. *Cum alligasset* *Genes. 22.*
Isaac filiū suum, posuit eum in altare. Cur ligat filium volentē mori? Si ipse libēs, & gaudēs sese gladio paterno obtulerat, cur adhuc eū pater ligat? Rē attigit D. Zeno ser. 2. *Ne quid* *D. Zeno.*
minus ab hostia videretur, pedē ligatura distrinxit,

xit. Ligabantur vniuersæ hostiæ, quæ sacrificari solebant: indè fœlix homo iussus sacrificare filium, tàm anide iustitiam sitit, tàm anxiè omnia implere procurat, vt nec vni pareat filo. Vidisti aliquando hominem famelicum, qui nactus carnem filijs aptatã, vt assari posset, nil inuoratũ permittit, nec filum ipsum. Ita iustitiæ famelicus Abraham, sic omnia sacrificij implere studet, vt nec parcat filio, nequid & si paruum, & si minimè necessarium habeat minus hostia sua. Sanè, qui nimis esuriens magna vorat, nunquam parcit minimis. Petitur à Iesu, quod soluat Cæsari tributum Matth. 17. minimè debebat Iesus minimũ illud pecuniæ soluere, vt pote Dei filius, & tamẽ prompte soluit pro se, & pro Petro. Sed cur tàm facile dat indebitum tributum? Sanè auidissimè sese totum dederat pro hominibus, & ideò non parcit minimis. Nazianz. orat. 6. *Hoc enim haud est prætereundum, quod & ipse didrachma dat pro tributo, & non tamen pro se solo, sed etiã pro Petro discipulorum honoratissimo, quoniam pro nobis homo factus est, & serui formam assumpsit, & propter iniquitates nostras mortem quoq; sustinuit.* Qui sic humanam esurijt salutem, & sitijt, vt totum mare tempestatum plenũ sumeret, & sitibundus biberet; nec paruæ guttæ pepercit, nimirùm, exhibitioni indebiti tributi. Vtinam homo sic sitiret, & esuriret salutem suam, proculdubio, nec minimam iustitiæ acquirendæ occasionem præteriret. Satis superque amaritudinum Iesus biberat, & cum posset videri opprobrijs exsaturatus, adhuc clamat, quod sitit. Sic Ioan. 19. *Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt: vt consumaretur scriptura, dixit: sitio:* Si omnia erant consummata, quid voluit amplius consumare dicens: sitio? Erant omnia præcipua, & quæ alicuius momenti videbantur consummata, sed restabat tantũ aceti paruus quidam gustus, ait enim Matth. *& cum gustasset, noluit bibere,* amaritudinis guttula restabat, sed eam habebat Iesus iustitiæ sitim, vt post omnia expleta, adhuc sitibundus requirat, imò lambat guttulas, ne minimum quid videatur prætermisisse. Quòd expendens August. tract. 119. ait. *Dixit Iesus post omnia: sitio: tanquam diceret: hoc minus feceritis, date, quod estis.* Sic requirit guttulas nequid minus fiat.

Nazianz.

Ioann. 19

August.

Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

§. XIIII.

Quam potens est affectus misericordiæ in animis, qui ad Deum spectant.

MIsericordiam semper lidium lapidem putaui, cuius tactu noscũtur cœlestes animi: in te aliquid cœleste, diuinum aliquid si adsit, potentissimus erit misericordiæ affectus, qui te ob proximorum miserias quatiat. Amos cap. 7. iuxta lectionem Septuag. ait: *Ecce vir stabat super murum adamantinum:* nimirùm, vt explicat D. Hieron. Dominus stabat super Apostolos, quibus donauit, vt ipsi adamantini muri essent, vt à nullo possent superari, sed dicerent. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Et quidem non otiosè puto dictum, quod ex Dei in se præsentia dicantur Apostoli adamantes; quando adamas ad omnia aduersa durissimus, & indomabilis prorsus, solo hircorum cruore dissoluitur, & apparet contritus. Fieri enim nequit, quòd qui Deo impletur, inter insuperabiles vires, nõ etiam hanc recipiat adamantis teneritudinem, qua prorsus conteratur ad sanguinem miserabilium. Ecce vobis Paulum Deo plenum, factum inexpugnabilẽ adamantis murum: is Actor. 21. sic loquitur: *Quid facitis flentes, ac conterentes cor meum.* Vix fletũ, vix orbitatem suorum potest videre, & iam mollescit, iam conteritur adamas ille. Ex quo pulchrè D. Chrysost. hom. 14. in epist. ad Colloss. ait: *Cùm videret quorũdam lacrymas, ita perfrangebatur, & conterebatur adamas ille, vt animi affectionẽ non absconderet, sed mox diceret. Quid facitis flentes, & conterentes cor meum? Quid dicis, dic quæso? Adamãtinum animum lacryma conterere potest? Etiam inquit. Nam omnibus resisto: vna dempta dilectione, illa me vincit, ac superat: hoc Deo ita probatur. Abyssus aquarum illum non contriuisset, & modica lacryma contriuit.* Sic vniuersi, qui Deo probantur, qui ad Deum spectant, ad sanguinẽ, & lacrymas miserabilium conteruntur. Validissimus est affectus misericordiæ in cœlestibus hominibus: vt indè te ad Dei pertinere possessionẽ facile ostẽdas; si pulsaris miseratione miserabilium. Reuocate in memoriam Iosephi fratres criminis conuictos coram ipso Ioseph regnante in Ægypto. Qualis tunc eorum facies? Qualis pauor? quanti gemitus intrinsecus? Quantus dolor? Verum adamas ille pudicitiæ inter hæc

Amos. 7.

Act. 21.

Chrysost.

mira

mira quadam animi teneritudine, & cõpassione affectus sic ait Gen. 50. *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Quæ verba in rem nostram argutius legit D. Chrysost. inquiens: *Ne timeatis, Dei enim sum ego.* Expende, vndè miseri iubeantur ponere metus, & bona, & clemẽtiam sperare ab offenso iudice, nimirùm, ex eo, quod ait: *Dei enim sum ego*; quasi qui ad Deum spectat, non possit non tangi miseratione, non possit, nõ esse misericors, & Clemens. Ad Colloss. cap. 3, monebat Paulus: *Induite vos ergò sicut electi Dei, sancti & dilecti viscera misericordiæ.* Hęc sit vestis, hic habitus eorũ, qui ad Deum spectãt: nimirùm viscera misericordiæ. Sed expendendum est illud verbum. *induite vos, &c.* quippè rubens ille gladius, qui nobilitat, & designat strenuos D. Iacobi equites, nõ tam induitur ipse, quàm indumenti certæ parti assuitur, ita vt facile negotio possit operiri. Non sic apponendum est stemma eorum, qui ad Dei spectant miliciam; non enim dicit, circa pectus ponite viscera misericordiæ; sed induite vos illa: vos vndique cingant, vt quoque versus pulsentur, appareant conspicua, in affectu miserationis, & teneritudinis. D. Ansel. *Internum affectum misericordiæ circundate vobis in opere, vt internus affectus piæ commiserationis, quàm erga proximos habueritis, vndiquè appareat in operibus vestris, vndiquè vos ornet. Vestes quippè, qua induimur ab omni parte nos tegit. Ita & vos ab omni parte circumtegi debetis visceribus misericordiæ, vt in cunctis actibus vestris fulgeant.* Non sustinet Deus suos equites circa pectus solũ habere stemma diuinæ militiæ, nimirũ, viscera misericordiæ, sed ea vndique esse effusa à capite vsque ad talos, imò vsque ad terram ipsam, vt non possit non vel a longè tangi sensu miserabilium. Ad quod spectabat illa miserationis Ieremiæ exaggeratio Threnor. 2. *Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meũ super contritione filiæ populi mei.* Iecur nominat velut præcipuam viscerũ partem, & sedem miserationis, & amoris, vt benè notat Pater Cornelius à Lapide. Sed qualis illa exaggeratio cõpassionis est, quod iecur effusum sit in terram? Nimirùm, quod in ruina populi ea induerit misericordiæ viscera, quæ non solum vsque ad talos peruenerint, sed instar regij amictus, & gloriosæ vestis per terram etiam diffluerent. Id quod apertius insinuat Arabicus Alexandrinus inquiens: *Dolore affecerunt me viscera mea præ multitudine flectus. Cecidit honor meus super terram, præ dolore super ciuitate.* Et Arabicus Anthiochenus adhuc clarius. *Conuoluta sunt viscera eius in vẽtre ipsius, & coagulatũ est cor eius: quia honor eius reuolutus est super terram.* Sanè honori ducitur vestis in terrã vsq; diffusa, sed quę indè non parum afficiat hominem, dum per nimiam frequentiam nequeat non tangi, & pessundari à pluribus. Sic Ieremias indutus viscera misericordiæ, ea vt honoris vestẽ vsq; ad terram extendẽs in tanta multitudine miserandorum, non poterat, non tangi, imò affectibus miserationis pessundari. Sic quisquis sub Dei milicia, & nobilitate conscribitur, ea miserationis viscera induat, quę vsq; ad terram producta non possint nõ tãgi clamoribus miserabilium. Fallar, nisi hãc largissimam miserationẽ speculabatur Dauid Psalm. 132. vbi charitatem proximorũ extollẽs, ait: *Sicut vnguentũ in capite, quod descendit in barbã, barbam Aaron. Quod descendit in orã vestimenti eius.* Sic viscera miserationis & charitatis totum hominẽ Dei peruadant, & simul cum extima vestis ora per terram fluant, vt nulla sanguinis effusio, vel retrorsum accedat, cuius commiseratione, non se tangi, & moueri totus Christianus videat.

Gen. 50. — Ad Col. 3. — Ansel. — Thren. 2. — Psal. 132

Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

§. XV.

Castitas mentis oculos acuit, vt diuina intueantur.

PRæclare ad oculos acuendos, vt videant Deum, petit Dominus munditiem mentis, hoc est, iuxta Chrysostom. Theoph. Euthim. castitatem, hæc enim cœcitatẽ abigit, & oculos reddit ad cœlestia clarissimos. Iob cap. 39. ait: *Nunquid ad præceptũ tuũ eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidũ suum? In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atq; in accessis rupibus. Inde cõtẽplatur escã & de longè oculi eius prospiciunt.* Expẽde quid præmittat, vt aquilæ sublimitatem, & acutissimum visum exponat, nimirũ illud: *nunquid ad præceptum tuũ elebauitur aquila?* Equidem aquila nullis præcepti limitibus arctata sublimia petit, clarissimos, & acutissimos oculos in cœlestia defigit. Quæ est hæc aquila, nisi virgo? *De virginibus*, ait Apostol. *præceptũ Domini non habeo, cõsiliũ autẽ do.* Nõ se inter præceptorũ angusta cõcludũt virgines, sed sublimitates amãt, & vt cęlestia penetrẽt aquilinos imitantur obtutus. Hinc pulchris

Iob 39.

verbis Rupert. trahit nos in æmulationem Euangelicæ aquilæ Ioannis Euangelistæ, in
Rupert. procœmio eius Euag. dicens. *Omnes carnaliũ sordes affectuũ ab oculis cordis abstergendæ sunt, eis, qui in schola Christi sunt; vt hanc valeant aquilam prosequi, quàm cordis munditia iunit; vt claritatem solis æterni, plus cæteris diuinis visionis animalibus irreuerberata possit mentis acie contẽplari.* Non sic haberet euangelica aquila acutos, & claros oculos, nisi mundiciẽ præ cæteris maiorem in corde prius acquireret. Hæc sola mundicies est, quæ suis sectatoribus, & perpetes tribuit volatus, & oculos aquilinos, quibus rimentur altissima, diuinissima. Ad hæc Isaias cap. 23. *Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regẽ in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe.* Sanguinem expue, hoc est, iuxta D. Gregor. 23. Moral. 25. quæ de carne, & sanguine nascuntur voluptates, prorsus dimitte, & indue, & volatus, & oculos aquilarum, quibus cœlestia omnia pateant. Ioann. 1. epist. cap. 3. ait: *Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, & omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut ipse sanctus est.* Expressius hæc vltima verba leguntur in rem nostram apud Augustum. Didymum & alios: nimirùm: *Omnis, qui habet hanc spem,* scilicet, videndi Deum, sicuti est, *castificat se ipsum, sicut ipse castus est.* Quippè nequit aliter Deus videri, nisi ab oculis, quos perfectissima carnis mundicies acuerit. Id quòd docet Clemens Alex. lib. 3. Strom. cap. 4. dicens. *Quomodo fieri potest, vt qui victus fuerit à voluptatibus, Domino assimiletur, aut Dei habeat cognitionem? Mens enim quæ est munda, & ab omni vitio libera, est quodammodo apta ad Dei potestatem suscipiendam, cum diuina in ea assurgat imago: & quicumq; habet hanc spem in Domino, se ipsum, inquit, mundum, castumq; facit, quatenus ille est castus. Planè enim fieri non potest, vt quis simul sit, & scientia præditus, & blãdiri corpori non erubescat.* Minimè Deum videbis, nec mentis oculis capies cœlestia, dum voluptatum sordes minimè à corde verris. Nulla res ex his, quæ appetitui subeunt, sic mentes nostras obcęcat, obtenebrat, nequid Dei capiant, quàm vel halitus, vel vmbra voluptatis. Propone tibi Petrum lapidem illum primarium, & oculatũ apud Cæsaream Philippi, sic Iesum prænoscentem, vt dicat: *Tu es Christus filius Dei viui*: hunc post resurrectionẽ ad mare Tiberiadis minimè cognoscit ipse Petrus. In ò cum multitudinem piscium eius imperio caperent Ioan. 21. Discipulus ille, qui diligebatur à Iesu, ait: *Dominus est. Petrus, vt audiuit, quia Dominus est, &c.* Ioann. 21.
Ecce tibi supra omnes præuenit, publicando, & cognoscendo, & confitendo Dominum: hic autem à Ioanne præuenitur, vndè sic tardat mens Petri? Vndè vincitur in Dei scientia? Pulchrè D. Chrysol. ser. 78. ait: *Quæ res illam Petri sic tardauerat mentem, vt ab alio audiret Dominum qui cæteris consueuerat nuntiare? Vbi est illud ipsius singulare: Tu es Christus filius Dei viui, vbi est? In domo aufugerat Caiphæ principis Iudæorum: tardius suum Dominum videbat, qui vocem facile ancillæ susurrantis audiuit.* Vna fœminea vox, vna vel voluptatis vmbra aurem Petri tetigit, & sic eius oculos obtenebrat, vt in aliàs notissimi sibi Dei cognitione vinci queat. Apud quos magis notus Deus, quàm apud Israelitas, quos miraculis, & victorijs claros reddidit? De his tamen dicitur Iudic. 2. *Omnesque illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerũt alij, qui nõ nouerant Dominum.* Quid fieri potuit, vt hi non nouissent Dominum? Sapienter Orig. hom. 2. ibi fatur. *Generatio illa, quæ non cognouit Dominum Iesum, ista est pessimarũ cupiditatum, quæ procedit ex corde. Ista est generatio, quæ non cognouit Iesum, neque opera, quæ fecit in Israel.* Et quidem quos non excæcet, cupido cæca? Chrysol. Iudic. 2. Origen.

Matth. 5. Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur.

§. XVI.

Filialis charitas in Deum semper pacem profert.

NOn dicit, quod pacifici erunt filij Dei, sed quod vocabuntur, aliquid enim plus est vocari, quàm esse, potest enim, quis esse verè filius Dei, & non talis haberi, nec vocari. Pacifici ergò de futuro adhoc peruenient, vt vocentur filij Dei, filios Dei vocari expectãt, non esse: quippè eo ipso, quod pacifici sint, iam supponũt se esse filios Dei, filialique percussos charitate: de qua habẽt, quod pacem inseminent, pacem proclamẽt. Post vastatum à Deo orbem, adhuc fluctuabat Noe nobilis noui orbis propago: & scire cupiens, an futura iam sint tempora paccata Gen. 8. *Dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo.* Quid aliud columba portaret, nisi oliuæ ramum? Aut cuius in ore, nisi columbæ melius esse posGen. 8.

set

set pacis arbor? Columba species est spiritus filios Dei adoptantis, species est charitatis, quæ filios adoptionis facit, ex cuius ore nihil prius sonat, quàm pax alma. Accipitè Arato rem lib. 2. in act. Apost. sic accinentem.

Arat. *Rostriq; modesti*
Pignus oliua fuit: dilectio semper in ore
Fructum pacis habet.

Nescit filialis charitas alios prius parturire fructus, quam fructus pacis: neque pax ab alio prius nascitur quam ab ore charitatis filialis. Semper charitatis in ore fructus est pacis. Paul. ad Colos. 3. ait. *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quòd est vinculum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris.* Vbi charitas pro fundamẽto subijcitur, statim pax debet exultare; vt dicat ibi D. Thom. *Ex charitate mox oritur pax.* Nescit neque ad momentum charitas in cordibus nostris esse, quin statim in ore fructus pacis appareant. Vbi charitas nõ est, ægre, & difficulter inuenitur, vel tenuis vmbra pacis, vt quæ amet in charitate fundari. Nouisti discrimen legis, & Euangelij assignatum à Paulo c. 8. ad Rom. vbi fatur: *Quicunque spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, &c.* Sanè in lege spiritus seruilis, timoris, in Euãgelio spiritus datur filialis charitatis. Quid indè? In lege pugnæ, bella nil pacificum, nil non turbatũ prę lijs: in Euangelio pax alma claret. Rem attigit D. Ambr. Psal. 118. Octon. 21. *Lex pacẽ non potuit dare: ideò Moyses semper praliatus est, semper legis populus versatus in ancipiti bellorũ est: Iesus autem Naue plebis animos profunda pace composuit: quoniam qui sub lege est, agitatur incertis. qui sub Euangelio est, audit dicentẽ: Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis.* Timor seruilis nequit, non generare lites, & dissensiones: dilectio sola habet in ore semper fructus pacis. Psal. 118. *Pax multa diligẽtibus nomen tuũ*: quasi nõ possit nostris in animis Dei dilectio morari, quin pateat ex voce pacis. Imò Psal. 71. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Vndè abundantia pacis, nisi ab spiritu charitatis cũ Iesu accepto? Chrysost. ibi: *Habemus aliam pacem abundãtẽ in nobis charitatẽ, quam hæreditariam dorauit nobis dicens: Pacem meã do vobis.* Vna charitas est, quæ facit pacem abundare. S. Ambr. ad c. 3. ad Colos. de charitate loquens, ait: *Hæc est, quæ complectitur vnitatẽ, hæc est, quæ omnes vnũ corpus facit: hæc est, quæ veram habet pacem, quam corde puro custodit.* Sic ille.

Matth. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

§. XVII.

Voluntaria paupertas martyrium est.

IN præmio, & qui persecutionem patiuntur, & pauperes spiritu merito coniugun tur, quia paupertas voluntaria martyrium est, vel quia pauper instar membri dolentis, facile ab omnibus pulsatur: vt dicat in præsenti D. Nyssenus: *Egestas pulsu facilis est*: vel quia nullum tormentum grauius, quam inter mundiales diuitias velle egere: & de Tãtalico supplicio inter ipsa poma esurie præmi. Rem pulchris verbis explicat D. Ber. ser. 1. in Festo omnium Sanctorũ. *Quid sibi vult, quod eadem promissio facta est pauperibus, & martyribus, nisi quia vere martyrij genus est paupertas voluntaria? Quod martyrium grauius est, quam inter epulas esurie, inter vestes multas, & preciosas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster appetitus? Deniq; propterea pauperibus pariter, & martyribus regnum cœlorum promittitur, quia paupertate quidem emitur, sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur.* Et martyres, & pauperes sub eadem sunt corona conspicui, qui pari li fortitudine mundialia omnia pessundant, & aspera quæque amplectuntur. Quis ignoret trium puerorum inuictam fortitudinem, qua sese flammis dederunt, ne statuam regis auream adorarent Dan. 3. capite? An putas his pueris fornacem ingredientibus debere esse pares, qui aurum contemnẽtes voluntariã amplectuntur paupertatem? Equidem id affirmat Chrysost. hom. 23. ad Popul. aiens. *Illis enim pueris pares reddantur, qui paupertatem, cum gratiarum ferunt actione.* Nec mireris quod pueris in camino ardenti constitui pares dicantur Christi pauperes voluntarij: quãdo cum virili Apostolorum concertatione inter flagra, inter vincula comparant, qui nouerunt ob Christum terrenis istis bonis renũtiare. Ad hos loquebatur Paul. ad Hęb. cap. 10. *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melliorem & manentem substantiam.* Quid ais Paule, cur athletas Christianos à minimis laudas? Cur bonorum amissiones in medium prodis, &

Nyssen. *D. Bern.* *Chrysost.* *ad Heb. 1.*

non potius flagella, verbera, cruciatus, quos cum gladio sustinere, Apostolicũ fuit? Sed non minus Apostolicum opus, sustinere cũ gaudio extremam egestatem, quam flagra, quàm cruciatus. D. Remigius ibi: *Sustinuistis cum gaudio rapinam bonorum temporalium. Hoc autem totum fuit Apostolicum opus, & dignum fortibus animabus, vt flagellis gauderent, sicut in Actibus dicitur: ibant gaudentes, quoniã digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Quasi non minoris fortitudinis opus videatur, paupertatem auide pro Iesu amplecti, quàm & verba, & cruciatus pati.

D. Rem.

§. XVIII.

Quot vulnera pro Iesu, tot citæ, & gloriosæ palmæ.

QVæ pro Deo pateris vulnera, non infirmitatis, & calamitatis signa puta; habent enim etiam nunc in hac valle lacrymarum, nescio quod regale decus, quo citius à Deo illustratur, quam ab hoste infliguntur. Quippè qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, ibi, penè in ipsa persecutione, est illorum regnum cœlorum; nõ differtur, sed simul cum vulnere, aut in vulnere ipso est decus cœlestis regni. Nonne Iob persecutionem passus est? Nonne vulnera excepit? A planta pedis vsque ad verticem capitis non fuit in eo sanitas. Sed dum feritur ab hoste, dum amicorum verbis affligitur, adest Dominus, & sub to omnia patientissimi Iobi vulnera pulchrescere incipiunt. Accipè pulcherrima D. Aug. verba ser. 224. de tempore. *Pœna fugata reuertitur sanitas, & cicatricibus fœlicior redditur medicina. Celerius curat Dominus, quàm vulnerat inimicus. In gaudia genitus migrauere, & in fossis vulnerum munerabantur monimenta victoriæ.* Qui militant sęculo multo labore columnas erigunt, & turres, vt desuper victoriarũ suarum monimenta rutilent. At Christi milites nulla expectatione franguntur, in ipsis fossis vulnerum receptorum victoriarũ monimenta enumerant. Vbi vulnus est, laurea est, decus est, regnum cœlorum est. Miser ille diues, dum in inferno exureretur, non poterat sustinere Lazarum in sinu Abrahæ quiescentem, & sic orabatur ad Abrahamũ Luc. 16. Luc. 16. *Rogo te pater Abraham, vt mittas Lazarum in domum patris mei, &c.* A regno cœlesti illum cupit ad locum vulnerum, persecutionum, & paupertatis reuocare, nimirũ, ad domus suæ ianuam. Sed misere fallitur, dum putat Dei Athletam posse alicubi esse, sine insignibus gloriarum, sine virtutũ laureis, quãdo & locus dolorum, & vulnera ipsa, & sanies, monimenta sunt gloriæ. Quò ibit miles Christi, sine insignibus regni, quãdo in ipsis fossis vulnerum rutilant palmæ? Acutè satis Chrysol. serm. 66. sic miserum conuincit stultitia. *Quid miser rogas? Vt mittas Lazarum in domum patris mei. Antequàm benè iacuit: vbi postes tuos suis vlceribus laureauit, vbi sanie sua pinxit micas tuas. Patere ergò stare vices, iam depone dolos.* Ne putes Lazari priuãdum regno, etiam si ad ianuam tuam, & vulnera reuocetur, quandoquidem, & ibi sic regnebat, vt ab ipsis vlceribus pulcherrimæ procederent laureæ, quibus, & postes tui effulgebant. Inutiles sunt doli aduersus Dei seruos, quorum vel vulnera, vel vlcerũ sanies, quid aspirant cœleste, & gloriæ proferunt palmas. Siue in sinu Abrahæ iã sint, siue primum vulnerum profiliant in scãma, vbique lauros ostendunt, & monumenta gloriarum. Et inter vulnera ipsa: *ipsorum est regnum cœlorum.* Ad hæc Guarr. Abbas ser. de Festo omnium sanctorum ponderans verbum illud de præsenti *est*, fatur. *Non ait ipsorum erit, sed est regnum cœlorũ: non solum propter ius firmissimum, sed etiam propter vsum fœlicissimum: non solum, quia paratum est eis regnum ab origine mundi, sed etiam, quia iam in quandam ipsius possessionem cœperunt introduci, iam habentes thesaurum in vasis fictilibus, iam portantes Deum in corporibus suis, & cordibus.* Vbi primum persecutiones pro Christo pateris, vbi vulnera sustines iam rex es, iam regnum habes tuum, nullam patieris in expectando regno moram, sed omni rupta mora in ipsis fossis vulnerum diademata ostenduntur regalia. Petierat mater filiorum Zebedæi à Iesu thronum regale filijs suis Matth. 20. cui Dominus respondit: *Non est meum dare vobis*: & quidem multa alia petita fuerant à Iesu, & nulli vnquam tale responsum dedit. Petierunt alij oculos, alij manus, alij vitam: & nemini dixit; non est meum dare: cur ergò vni huic mulieri tale quid respondit? Regni petitio non simpliciter struenda erat, sed cum probatione meritorum, adductis etiam testibus, qui ius ad regnum testarentur. Ita Dominus apud D. Basil. Sel. orat. 24. *Si leprosus curationem quærit, virtutem ex fero; si mortuum è tumulo resurgere necessum est, potestatem exprome. Quod si thronum quis petat, & regiam potestatem quærat: fusum proprietatem sudorem testibus reposco.* Magna res est regni cœlestis postulatio, nec statim soluenda, sed examinanda, & terminis probatorijs adhibitis, & testibus adductis sagaci,

Augusti.

Guar. Ab.

Matth.

Basil. Sel.

&

& prudenti consilio ponderanda. Has probationum, testiumque moras sustinet, qui nihil passus integro corpore regnum cœleste ambit. Qui verò persecutionem passus est, qui vulneribus confossus adest, nullam moram patitur, nulla probatione eget, nullos testes requirit, ipsa passione rex est, & regnum suum habet Dicebat Cassiodorus, lib. 8. var. 10. *Vulnera, opinio inseparabilis sine assertore præconium, propria lingua virtutis, quæ licet ea præsens periculum ingerant, reliquum tamen vitæ tempus exornant. Eget enim astipulatoribus corpus illæsum, quærit alios, qui visa diuulgent; de fortitudine vulneribus probata non ambigitur, quæ tali testimonio comprobatur.* Qui illæsus est, præbet iuri suum ad regnum; exerat vetustos codices, fumosas chartas exhibeat, adhibeat insuper testes, oratores, aduocatos, declamatores. Qui vulneribus confossus Christi adest; nil illorum eget: iam ipsa passione est rex, iam vulnerum in fossis rubent purpurea diademata, & gloria candicat regni. Verba erant Pauli illa ad Ephes. 4. *Ego vinctus in Domino* quæ luculenter tractans Chrysost. hom. 8. ait: *Magna dignitas, regno quouis, & consulatu longè maior. Nihil ita splendidum, vt vinctum esse pro Christo. Vinctum esse propter Christum, illustrius est, quàm siue Apostolum, siue Doctorem, siue Euangelistam esse. Si quis erga Dominum ardet, is nouit, quæ sit vinculorum virtus. Hic vtique prius habebit optione data, vincula ferre propter Christum, quàm cœlos intrare. Quouis auro splendidiores, quouis diademate regali illustriores manus illis ostendit. Non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, vt cathena ferrea, qua propter Christum fertur. Tum videlicet ipsis regijs illustrior erat carcer, ipso etiã cælo. Quid dico regijs? vinctum enim habebat Christi.* Et ipsa vincula, & vulnera, & passiones propter Christum, regalissimum quid, imò diuinissimum spirant.

Castod.

Ad Eph. 4 Chrysost.

Matth. 5. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.

§. XIX.

Minimè dolendum, imò lætandum in iacturis, quæ pariunt lætitias æternas.

ET persecutio, & rapina bonorum, & famæ, honoris, & vitæ iactura temporalis, potius lætitiæ, quàm dolori esse debent, hominibus illis, qui sciunt, post hæc ad alia se peruenturos gaudia, & vitam æternam. Abacuc cap. 3. sic canebat: *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ; & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentũ in præsepibus. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi cervorum: & super excelsa mea deducet me victor, in Psalmis canentem.* Ecce tibi media in iactura omniũ bonorum, nil dolet iustus homo, nullã tristitiæ vocem exerit, quin potius saltibus, & cãtibus iacturas bonorum comitatur, eo solum, quod immediatè post illas, videt se ingressurum in gaudia Domini sui, in cœlestia regna. An dolet nobilis vir in scissione extremæ vestis, cum aureæ pulchritudines, sese per scissuras fundunt? An doleret sponsa, quòd paries rumperetur, post quem nouit stare dilectum nuptiarum incorruptibilium accensurum tædas? Sic nec Christianus habet, quod doleat, sed quod summo gaudio excipiat in iacturis temporalium rerum, per quas videt iam eminere cœlestia. Ad hæc D. Cyprian. ad Demetriadem fatur. *Vinea licet fallat, & olea decipiat, & herbis siccitate moriẽtibus æstuans campus arescat, quid hoc ad Christianos? Quid ad Dei seruos, quos paradisus inuitat, quos gratia omnis, & copia regni cœlestis expectat? Exultant semper in Domino, & mala, atque aduersa mundi fortiter tolerant, dum bona & prospera futura prospectant.* Dum futura bona ob oculos nobis sunt, non est cur nos moueat iactura præsentium: cœlestia rimemur; immensas paradisi copias, delitias, glorias, frequenti aspiciamus contuitu, & læti, atque hilares temporalium iacturas aspiciemus; vt quæ præmitti debent ad illorum aduentum. Cur doleant, & non gaudeant potius quibus paratur regnum? Tertul. ad Martyres dicebat: *Nihil crus sentit in nerno, cũ animus in cœlo est.* Imò crediderim notam inuri diuinis, cœlestibusq; bonis, dũ quis sentit iacturas, quæ ad illa ducunt. Isaac dum sub gladio sperat alacer mortem Deo gratam, meruit ab Angelo liberari, & parenti lætissimo de filij incolu-

Abac. 3.

D. Cypria.

Tertull.

columitate reddi: sed Iepte filia, dum immolanda accedit, minimè liberatur ab Angelo, imò, & ibi vitam amittit, & orbum, & tristem relinquit parentem. Quę ratio huius differentiæ? Cur Deus, vt vitá Isaaci lætificat Abrahamum, non sic lætificat Iepte vita suæ filiæ? Cur Isaac seruatur, & virgo hæc in morte derelinquitur? Sanè Iepte maximè dolebat in filię victima, & ipsa filia licet se morti obtulerit in Dei religionem, tamen prius voluit flere duos integros menses, & non nisi magno fletu, & lacrymis accessit ad mortem, quam religionis causa suscipiebat; vndè tàm pater, quàm filia indigni sunt habiti diuino beneficio. Rem attigit Anastas. Nizenus quæst. 36. inquiens. *Nec pater erat dignus beneficio Abrahæ, post illam incredulitatem, & de voto pœnitentiam, & vestiũ dilucerationem, lamentationem: neq; filia Isaaci vita post impium luctum, & duorum mensium eiu latum, vt quæ indicaret hoc sacrificium esse, quauis calamitate grauius.* Ille Deo placet, qui in iactura temporali propter Deum suscepta non soluitur in planctus, sed cœlestia spectãs nullam temporalem calamitatem æstimat. Quippe pro Deo affligi, interfici, non calamitosum, sed iucundum, & salutare hominibus accidat, si velint, ingentia lucra pro ruina temporali reportari.

Anastaf. Nizen.

§. XX.

Idem tibi ex mundo expecta, quod noueris anteceſſoribus euenisse.

QVis bonus à mundo non mala accepit? Vide primos iustos, ab Abele in mundo existentes, vide Prophetas vniuersos, quẽ horum mundus non persecutus est? Meritò ait Dominus: *Sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt antè vos*: vt nemò aliud à mundo speret, quàm ruinam, quàm mortẽ. Stultus valdè est, qui non idem sibi reputat aduenturum, quod primis omnibus aduenisse prænoscit. Prudens ille Raguel Tob. 8. post septem sepultos generos tandem filiam suã nupsit nepoti suo Tobiæ Iuueni; iam sese receperant nuptiali thalamo, & tota domus in quiete, & expectatione erat. Quid plura? *Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raquel seruos suos, & abierũt, cum eo pariter vt foderent sepulchrum. Dicebant enim. Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis, septem viris, qui ingressi sunt ad eam.* Durissima foret socero, & generi, & consobrini sepultura, tamen non audet prudentissimus vir aliud sperare nouissimo huic genero, quàm id ipsum, quod vidit euenisse septem alijs prioribus. Si ab illo quæreres, cur intempesta nocte surgit? Cur sepulturam parat? Vndè putat fore, vt tantus iuuenis ipsa nuptiarum, & lætitię nocte posit sepeliri? Sanè eo solum, quòd vidit septem alios priores similiter fuisse sepultos, idem prorsus putat sperandũ in hoc nouissimo. Disce tu hanc prudentiã, ne vnquã putes tibi aliud euenien-dum in mundo, quàm quod euenit alijs omnibus, qui præcesserunt. Simili voluuntur rotatu humanæ vitæ: eadem erit semper sanctorũ conditio, dum fuerint in mundo. Ezech. cap. 1. dum triumphalis currus à se visi describit elegantiam, ad rotas accedens, ait: *aspectus earum, & opera, quasi sit rota in medio rotæ.* Quæ verba trahens ad humanos mores D. Ambr. lib. 3. de virg. circa finem, vitæ humanę rotatũ in magnis, & in paruis, in primis, & nouissimis prorsus similẽ meditatur: quippè ait: *Rota in medio rotæ, veluti vita intra vitam: quòd sanctorum sibi vita non dissonet, sed qualis fuerit superioris ætatis, talis sit, & sequentis.* Quæ sunt sub eodem axe rotæ eodem voluuntur cursu; vbi primæ cæperint se rotare, similiter, & cadent, & desinẽt, quæ secuntur. Rotæ sunt humanę vitæ, quę sub eodem cœli axe voluuntur, vt primæ, sic & nouissimæ: primæ sanctorum vitæ odiosæ malis fuerunt, suspectæ, inuisæ, opprobria sustinuere, famem, sitim, mortẽque ipsam, similiter nouissimæ cadunt, & per eadem omnino volubili rotatu feruntur. Sapiẽter Tertull. aduersus Gnost. prænoscit, quid fratribus, quid iustis omnibus euenturũ sit in mũdo, vnum proferens in medium, & primum iustum, & fratrem Abelum: quippè, vt illa prima naturæ rota volui cæpit, sic necessum est, vt voluantur nouissimæ. Ait enim. *A primordio iustitia vim patitur, statim, vt coli Deus cæpit, inuidiam religio sortita est. Qui Deo placuerat occiditur, & quidem à fratre, quo procliuius impietas alienum sanguinem insectaretur in suo auspicata insectata est.* Quid deindè? Quid quod prima rota sic vergeret in occasum? Iã ipse prosequitur: *Demũ, non modo iustorũ, verum etiam Prophetarũ, Dauid exagitatur Elias fugatur, Ieremias lapidatur, Isaias secatur, & c.* Sic per singulos percurrit, vt ostendat, quam similiter decidant sanctorum virorum rotæ. Ex præteritis, quæ nouit, paret se homo ad expectanda similia; non enim erit aliud, nisi id ipsum, quod alijs euenit. Ecclesiastes 1. *Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est, quod factum est? Ipsum quod faciendum est.*

Tob. 8.

Ambros.

Tertull.

Eccles. 1.

CA-

CAPVT IIII.

De Ecclesiæ Præsulibus.

POST Beatitudinũ vias, aspe ras quidem propositas pergit Dominus Apostolos suos, & Ecclesiæ Principes commẽda re; dũ illos clarissimis cognominibus exornat. Non enim Christianũ concionatorẽ dedecet, ablata assentatione, ad laudes Principũ, & prælatorũ descẽdere aliquando. Et quas laudes suis attribuit doctoribus Dominus Iesus? Et sal, & lux mundi, & eminens ciuitas, appellantur; sed sal, qui metuat conculcationem, lux quæ candelabro luceat, nõ quę in frumentis congerendis insumatur: ciuitas telis exposita, & hostiũ incursionibus, sed his facinoribus clara, quæ conditori suo Deo gloriam pariant immortalem. Nõ enim, quia Principes, ideò se putẽt exleges, sed ita supra vniuersas leges constitutos agnoscant, vt instar Iesu Domini legum spiritũ adimpleant. Quo magnum, & glorioſum nomen in regno cœlorũ conquirent, vbi ille solum magnus est, & Princeps, qui non solum verbis, sed & factis emercatur nominis magnitudinem.

Matt. 5. Vos estis sal terrę. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

§. I.

Christianorum Principum cura, non tam in eo ponatur, quòd vitia castigentur, quàm in eo, quod non fiant peccata.

EO spectet Christianorum cura, quò sal spectat, nimirũ, ne detur carnis corruptio: sal enim sic carnes condit, vt corruptioni aditum intercludat, & ille præclarissimè agit, qui sic hominum animos componit, vt nullum corruptelis vitiorum aditum relinquat. Hanc curam eleganter commendat in Siculorũ gubernatore Theodoricus Cassiod. 1. var. 3. inquiens. *In ipso quippè imperij nostri deuotus exordio, cum adhuc fluctuantibus rebus prouinciarum corda vagarentur, simulorũ suspicantium mentes ab obstinatione præcipiti deuiasti, culpam remouens illis, nobis necessitatem subtrahens vltionis. Egit salubris persuasio, quod vehemens poterat emendare districtio. Lucratus es dãna prouinciæ, quæ meruit sub deuotione nescire.* Glorioſus hominis labor, qui prohibet, ne culpæ fiant, ne vltio, seù districtio iudicis inueniat, quod puniat. Multorum est ferro, & igne corruptos hominum mores sanitati restituere: at qui artis industriæ, & suadelæ vi corruptioni obuiat, ne erumpat, is rarus est, & omni laude dignissimus. Iud. 3. dicitur: *Post hunc fuit Sangar, qui percussit de Philistim sexcentos viros vomere.* Expende quo se armet iudex hic aduersus hostiles impetus. nimirùm aratro, vomere, non ferro, nõ igne. Vomer terram proscindit, euoluit, commouet, ne locum habeant nascendi herbæ inutiles, sed aptissimum inueniãt semina vtilia. Magnus ergò triumphus iudicis, qui non ferro, & igne, sed aratro depellit hostiles incursus, quatenus sic componit hominũ mores ne locũ dent vitijs. Pulchrè Orig. hom. 4. ibi ait: *Aliud genus laudis in Sangar video. Iste in aratro pugnat. Aioth pugnabat in gladio. Iste in aratro vincit. Potest ergò fieri, vt Ecclesiæ iudex non semper gladium proferat, non semper austeritate, & acumine correptionis vtatur, sed aliquando etiam imitetur agricolã, & velut aratro sulcans animæ terram, ac sæpius eam commotione rescindens, aptam eam suscipiendis seminibus paret.* Hoc genus laudis non omnium est, sed vnius: rarus est, vnus est, qui nõ ferro, sed vomere sciat vti: qui præueniat natiuitatem vitij: qui terram animorum sic componat, vt nec spinas, nec fænum admittens protinus nesciat damna ignis, sed optimis sit semper aptata seminibus. Sedem primariam in Ecclesia petẽtibus Zebedæi filijs, ait Dominus Mar. 10. *Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem, quem ego bibo: aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Ecce quem baptismum proponat cupientibus Ecclesiæ gubernaculum; nimirùm sui ipsius baptismum: non baptismum populis communem, quo per tinctionem aquæ peccatũ in anima suffocatur, sed baptismum sanguinis, quo per occisionem carnis, prorsus intercluditur aditus peccatis. In quo sicut, & baptismi, ita & boni gubernatoris ostenditur præstãtia. Vndè Orig. hom. 6. in lib. Iudic. ait: *Vides ergò, quia profusionem sanguinis sui baptisma nominauit. Et ne ista diccns offendã, vereor, ne istud baptisma emi nẽtius sit illo, quod per aquam traditur. Illo enim accepto valde pauci sunt ita beati, qui id immaculatum*

Cassiod.

Iud. 3.

Origen.

Marb. 10.

Origen.

culatum vsq; ad exitum vitæ seruare potuerint. Hoc verò baptismo, qui baptizatus fuerit, peccare iam vltra non potest, per illud præterita peccata purgantur, per istud etiam futura perimuntur. Ibi peccata dimissa sunt, hic exclusa. Non sedē affectet, qui nescit vti præstantissimo hoc baptismo sanguinis, quo nimirùm sic reddat homines mortuos peccatis, & concupiscentijs, vt videatur omnes his aditus amputasse. Multi sunt, qui instar aquei baptismi, nō valent efficere, ne vitia nascātur, quæ nata ferro vindictæ, & pœnitentiæ tradunt: at qui præstantior est, instar baptismi sanguinis, facit, ne vlterius nascantur peccata. Indè Dominus sese infensissimum ostendebat Israelitis, quòd eis leges permitteret, quibus minimè a peccatis præseruarentur, imò quæ de facto solum deseruirent punitioni peccati.

Ezech. 20. Ezech. 20. *Ergò, & ego dedi eis præcepta nō bona, & iudicia, in quibus non viuant.* Quæ hæc præcepta, & iudicia non bona? Quæ minimè remanentes culpas, auferunt, sed afferunt necessitatem vindictæ. Et quidem durissime sibi consulit, qui non vitat materiem vindictæ: quale enim iudicium est hominis, qui non depellit, sed admittit, quod puniat, & longa animaduersione castiget? Nescio, si duriori iudicio possit homo in hac vita puniri: etenim D. Hier. epist. ad Saluinam hoc ponit supplicium à Deo datum populo post

D. Hier. Idololatriā. *Fornicata est quondam Ierusalem & diuaricauit pedes suos omni transeunti. Cumq; ad deserta venisset, & Moysis morarū impatiens, quasi æstro libidinis furibunda dixisset: Isti sunt dij tui Israel: accepit præcepta non bona, & iustificationes pessimas, in quibus non viueret, sed puniretur.* Quàm pœnam, vt maximam dedit Dominus nationi peruersæ, & prauæ post mille idololatrias, hāc dant populo suo, quicumq; iudices non curant peccata præcauere, sed illis inferre supplicia. Hanc sibi summunt, qui non remouent culpas, sed admittunt postmodum puniturī, castigaturi. Fœlicior, qui in morte Christi baptizatur, ad Rom. 6. hoc est, qui instar mortui Iesu, sic ipse peccato omnino moritur, vt remouens culpam necessitatem auferat vindictæ.

§. II.

Semel acceptus virtutis sapor conseruandus est, ni velis Saluatori odiosus esse.

QVod semel recipiunt æscæ à sale condimentum nunquam amittunt; semel enim saporata caro, ex sale adiuncto, nūquā eò insipiditatis redditur, vt noua salis aspersione indigeat. Sic morum condimenta sumuntur à virtute, vt ciborum condimenta à sale sumuntur, sic amat homines cōdiri, qui ad discipulos suos dicit: *vos estis sal terræ*, nil æstimans, nuntiare salutem, quę sit iterum in mortē desitura. Et quidem ad vitia, & carnis corruptelas sæpius relabi, nunquam non fuit maximè saluatori offensiuum. Aiebat enim ipse Psalm. 29. *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.* Quæ verba in communi vsu Ecclesiæ, & sanctorū tribuuntur Christo deprecanti corruptionem cadaueris sui diuini, ne corruptum redigeretur in puluerem. Et notandū maximè, quod qui libēti animo amplexatus est primā corruptionem corporis sui, nempè mortem; tā anxiè deprecetur hanc corruptionem secūdam cadaueris diuini, quasi hæc damnatior futura esset pretio sanguinis effusi. Vndè maiori horrori est saluatori hæc secūda corruptio, quàm prima? Indè maximè horribilior est, quia secunda iam est, vt ostendatur, quod in mēbris corporis Christi iterata corruptio saluatori non potest, non esse offensiua. Ad hæc sapienter D. Gaudent. tract. 12. *Psal. 29.*

D. Gaud. ait: *Itaq; conseruemini, ne author malarum cupiditatum diabolus iterum principetur in vobis: eius crudeli regno iterum, nos subijcientes in contumeliam redemptoris, vndè merito conqueratur exprobrans: Quæ vtilitas in sanguine meo, sine causa meus pro vobis sanguis effusus est, si ita vos geritis.* Quasi operam, & oleū saluatoris perdant, qui semel, & iterum redeunt in carnis corruptelas: qui nō semel abacti à voluptatum sanie, nilominus iterum, atq; iterū accedunt, inibi misere interimendi. Quos depingebat Ecclesiastes. 10. dum ait: *Muscæ morientes perdunt suauitatē vnguenti*: vel iuxta lectionem Venetam: *fœtere faciunt vnguētum.* Musca importunissima omniū millies abacta, & fugata, semper instat, semper redit ad saniem, ad vnguentū, donec inibi immersa pereat, & fætere faciat vnguentū. Sic importunissimi peccatores sunt, qui sæpe à voluptuosis vijs fugati, dum iterum redeunt, & ipsi pereunt, & fætere faciunt Saluatoris effusum vnguentū, hoc est, Iesum prorsus, quātum est in se, interimunt, & habent ostentui. *Eccles. 10.*

Iosue cap. 20. dicitur: *Mortuus est Iesus filius Num.* Quæ verba meditatus Origines valdè miratur, quod Iesus sic solum dicatur mortuus, nulla facta mentione resurrectionis, an potest esse, quod Iesus prorsus mortuus maneat? Et quando sic moritur Iesus, vt necvllū vitæ auspiciū præbeat? Tunc fane cum iterata morte se peccator interimit, tūc sic Saluatoris vnguentum perdit; vt penè illud fætere faciat, & ponat ostētui. Origen. hom. 2. *Iosue 20.*

in

in lib. Iud. ait. In quibus autem sic defunctis
Orig. est Iesus? *In illis sine dubio, qui sæpe pœnitendo, & iterum delinquendo, velut insultare morti Iesu dicuntur. De quibus scribens ad Hebræos edicit Apostolus: Rursum crucifigentes sibimet ipsis filium Dei, & obstentui habentes.* Sanè offensiua est Saluatori iterata peccatorum corruptio, quem tũc extollimus, cum sic saluti acceptæ inuigilamus, vt quod vis lethale vulnus horribile nobis adsit. Quis enim nõ metuat iterum infirmari, iterum ferro, & igni subesse, iterum morti approximari? Non sunt quidem hæc talia, quæ multoties sustineri valeãt. Ex quo monebat Paul. ad Rom.
Ad Ro. 6. 6. *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato.* Ideo crux, ideo lãcea, ideo mors inuenta est, vt destruatur peccatum, vt his doloribus abigamur ita à peccato, ne ad illud redire velimus. Quid plura? *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo.* Nemo quidem pluries vult mori, pluries vult secari: sufficiat semel sanguine vitam comparasse: quis sanus velit iterum expauescere ignem, expauescere gladium? Pulchrè aiebat
Patian. D. Patian. epist. 3. ad Symphorianum: *Volet ergo ille sanatus iterum se secari, iterum exuri? Volet peccare iterum, & iterum pœnitere, cui labor tantus imponitur, cui carnis interitus imperatur, cui iuges lacrymæ, cui genitus sempiterni?* Hæc talia sunt, vt vel semel sublata sufficiant: nemo enim non amens vellet iterum amittere salutem, non nisi talibus doloribus, & mortibus comparandam. Id quod vt hominibus persuadeat, ait Paul. ad Rom.
Ad Ro. 6. etiam c. 6. *An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?* Quæ verba meritò quæstionẽ faciunt D. Remig. cur dicat Paulus nos baptizari in Christo Iesu, & non potius dicat, quod baptizamur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti? An potest esse baptismus in nomine Iesu solum? Absit: sed Paulus nõ tradebat ibi formam Sacramenti, sed rem nempe salutem ibi causatam cruciatibus, & morte Saluatoris comparatam, ideo abstinuit prudentissimè a Patre, & Spiritu sancto nominando, & solum meminit Iesum & hunc crucifixum, vt persuadeat hominibus illam salutem semel receptam seruare, quæ non vt merum donum obtinetur à Patre, siue Spiritu sancto, sed magno sanguinis, & sudoris, & tormẽtorum sumptu debet amissa comparari, vt Iesus ipse illam comparauit. Ad hæc Remigius. *Indignum Paulus duxit personam Patris, & Spiritus sancti ponere, quæ carnem non suscepit, neque mortem: sed personam tantummodo Filij, quæ carnem assumpsit, & pro nobis mortua est.* Ne quis putet Iesu vilius posse salutem comparare, si illam semel permittat auolare.
Remig.

§. III.

Vel vnus iustus valet, vt omnem terram condiat, & saporet.

NE te moueat, pauculos Iesu discipulos vocari sal terræ: paruum enim granũ salis multam carnem saporat, sic vel vnus iustus sufficit ingentem carnalium hominũ multitudinem saporare, eorumque mores insipidos, & efferos condire. Quis numeret multitudinem belluarum in Noe arca custoditam? Leones ibi, Tigrides, Lupi, Vrsi, vultures, corui, struthiones, & alia ferarum genera immitissima: ait tamen Textus Genes. 8. *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum.* Genes. 8.
Post Noemum immediatè omnia animantia effera ponit; cur non prius Noemum, deinde Noemi filios, & vxores filiorum posuit, tum iumenta mãsueta, & postremo effera animantia? Rem sic attingit D. Ambr. Ambros.
lib. de Noe, & arca, cap. 16. aiens. *Cur non animantia, quæ mitiora sunt, post hominem nominauit sed ferociora? In quo videtur illa esse ratio, vt ea, quæ ferociora erãt, vtriusque partis vicinitate mansuescerent.* Et quidem totus ferocientium animantium exercitus mansueceret, dulcesceret: quem ex vna parte multitudo iumentorum mansuetorum, ex alia parte vnus solus Noe iustus frænabat. Non enim filij, nec nurus: sed vnus Noe sufficiebat, vt ex parte sua ferocientem exercitum belluarũ ad mores mãsuetorũ perduceret. Iudic. 2. etiã dicitur: *Dimisit ergo Iosue populũ, & abierũt filij Israel vnusquisq; in possessionẽ suã vt obtinerent eã: seruieruntq; Domino cũctis diebus eius:* vnus Io ue adeò rebellẽ populũ, & durę ceruicis, in religione, & pietate cõtinuit. Quid plura? Apud 2. Paral. 9. di- Iud. 2. 2. Par. 9.
citur. *Fecit quoq; rex soliũ eburneũ grande, & vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoq; gradus quibus ascendebatur ad soliũ: & scabellum aureũ, & brachiola duo altrinsecus, & duos Leones stantes iuxta brachiola sed & alios duodecim leunculos stantes, &c.* Miraberis quod tot leonibus regẽdis, cicurãdis brachiola apponãtur, & nõ potius fortissima brachia? Sed vide qualia sint brachiola ait enim, *& brachiola altrinsecus;* quæ enim altrinsecus spectant, & non humi dejecta, sed cœlestia, & diuina meditantur, & si brachiola, & si minimæ res videantur innumeram leonum

ferarũmque multitudinem ad iuſticiæ, manſuetudinisque metam poterunt reducere.

Matt. 13. Huc ſpectat Matth. 13. ubi ſic: *Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.* Id quod expendens Theophylactus ait, *Fermentum dicit Apoſtolos. Sicut enim fermẽtũ, cum paruũ ſit, totam farinam in ſe transfert: ſic & vos totum mundum transformabilis, licet pauci ſitis.* Et quidem non paucitas iuſtorum ſpectanda eſt, ſed uirtus, quæ iuxta fermenti, ſaliſque naturam, immenſam multitudinem condit, ſaporat: adeò, vt vel per vnum iuſtum ſtent leones, ſtent efferati populi, & integra regna polleant. Dum Herodes ſaltatrici puellæ dimidium etiam regni promitteret Marc. 6. illa petiuit dari ſibi caput Ioannis Baptiſtæ. *Et cõtriſtatus eſt rex propter iuſiurandum, &c.* Cur conſtritatur rex propter iuſiurandum? Vel quo iuramento tenebatur? Nonne ipſe petitionis terminum poſuerat, dimidium regni? Sed Ioannis caput totum illud regnum conſernabat: & ab vno illo capite ſic regnum pendebat, vt illo abſciſſo, nec iſtud poſſet durare. Habebat excuſationem iuramenti, & facilẽ, & euidentem rex impius, quando in Ioannis capite non dimidium, ſed totum regnum petebatur. Ex quo D. Baſil. Sel. orat. 18. ait: *Age enim, quãdo dimidium pollicitus regni, Ioãnis caput pro munere poſcebatur, quid admiſiſſet iniuriæ, ſi talia locutus fuiſſet. Ego dimidiatum regnum pollicebar, tu verò Baptiſtæ caput exquiris toto meo regno longè pretioſius, quodque ceptris meis clarius emicat, ac dignitate mea longè eſt excelſius. Nam aut alterum Baptiſtam monſtra, aut quod obſcurum non eſt, toto regno me ſpoliare aues* Nec falleretur, ſi vel in vnius iuſti perditione totius regni ſuſpicaretur caſum. Et quod regnum magis florens, quam Pentapolitanum? Sed ecce duo Angeli accedunt Sodomam, conueniunt Lothum. Gen. 19. *Eduxeruntque eum, & poſuerunt extra ciuitatem.* Quid tũc? *Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem.* Id expendens D. Ephrem de mala conuerſatione vitanda fatur. *Poſt iuſti ab his abſceſſum omnipotẽs manus ſuas poſſuit ſuper eos, de cœlo pluit ignẽ, & ſulphur, & perdidit omnes. Quemadmodum enim ciuitas munita ſubuerſis muris facile capitur, eundem in modum, & hi præſidio orationum iuſti huius deſtituti, pariter omnes deleti ſunt.* Sic vel vnum iuſtum ſequũtur florentiſſima regna; eiuſque vel bono ſtant, vel perduntur malo.

D. Baſil.

Gen. 19.

S. Ephr.

§. IIII.

Praui hominum mores multo moderamine corripiendi.

SIc adhibenda eſt correctio prauis hominum moribus, vt ſal adhibetur cibis condiendis, nimirum ſub certo mẽſuræ moderamine, ſi enim ſal menſuram excedat, non condit, ſed perdit cibos. Hinc Dominus aduerſus corruptiſsimos hominũ mores Apoſtolos armãs, ait: *vos eſtis ſal terræ*; hoc eſt, eo vos moderamine temperate in corripiendis alijs, quo ſal moderatur, ne cibos perdat, ſed faciat ſaporatos. Nunquam enim correctiõ damnata, quæ certa moderaminis menſura non continetur. Apud Iſaiã. 13. Dominus zelo vindictæ in peccatores ſuccenſus, ait: *Ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint: ſed ſagittis parvulos interficient, &c.* Ecce tibi etiam ad ſummã vindictã ſumendã, quales adducat Dominus carnifices, nimirum, Medos. Cur Medos? Ait D. Aelredus ſerm. 9. in Iſaiam; *Ideo, quia Medi interpretantur menſura.* Eu quam fallitur, qui menſurã oblitus vult accedere ad peccatorum vindictam. Ille meritò accẽditur in vindictã peccatorũ, qui ſic ſe tẽperat, vt cauteat ſuæ iræ exceſſus. Dauid moribundus. 3. Reg. 2. ſupplicium mãdat inferri homicidij Ioab, & maledicentiæ Semei: quod ſi quæras, cur tunc potius, quam antea horũ ſcelera corripi voluerit? Reſpõdet Petr. Dam. epiſt. 140. *Quia quando potuit iraſci noluit vindicare, deficiẽte vero omnis furoris, & iræ materia vltionis exercuit diſciplinã.* Cauit bonus rex ſemper iræ ſuæ acerbitatẽ, & nimiã ſeueritatẽ; ideo maluit expectare vſq; dum modus, & menſura in caſtigandis ſceleribus minime excedẽdus putaretur. Nec in merito hæc debeat eſſe cura iudicibus, quãdo exceſſus vindictæ Deũ reddat placabiliorẽ reis, & duriorem peccata vindicantibus. Apud Gen. 15. rebellẽ, & peccatricem Iſraelitarũ gẽtẽ minatur Dominus quadringentis annis fore captiuã apud Ægyptios, vt ſeruitutis laboribus eius caſtigentur peccata: *Subijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.* Sed vt conſtat inter omnes, poſtmodum non fuit adeò longa captiuitas, quin potius penè non exceſſit ducentos annos. Sed cur Deus ſic accelerauit libertatem Iſraelitarum, & pernicie Ægyptiorum? Rationem pulchram in rem noſtram tradit D. Chryſoſt. hom. 38. in Gen. aiens: *Cum Deus ſit miſericors, & reſpondentes infirmitatibus noſtris ſtatuat pœnas: quia vidit*

Iſai. 13.

Aelred.

3. Reg. 2.

Pet. Dam.

Gene. 15.

Chryſoſt.

dit Hebræos nimio labore oppressos, & præter modum ab Ægyptijs affligi ante definitum tempus, & vltus est Ægyptios, & in libertatem Hebræos vindicauit. Sic vbi præter modum nimio zelo mordentur peccatores, offenditur Deus, & citius placatus erga reos, ira exardescit in vindicantes.

§. V.

In correctione cauendum, ne exasperentur, & irascantur peccatores.

DVm sal cibis adhibetur, maximè cauetur ne cibi referant in se ipsos aculeos salis; quod maximè cauendum est in correctione peccatorum præstanda: quæ sic attemperari debeat ne peccator exasperatus, & iratus maneat. Samuel. 1. Reg. 15. Saulis Regis rebellem, & ingratum Deo animum maximè pungit, & regni amissionem sine vlla misericordia protestatur, & cum hæc dixisset, quid amplius facit? Ait Text. *Reuersus ergo Samuel secutus est Saul, & adorauit Saul Dominum.* 1. Reg. 15 Cur sequitur, quem reprobarat? Cur non potius fugit ab eo, quem scit à Deo reprobatum? Cur Dei propheta non prorsus despicit, & à se abijcit, quē abiectū iā & despectū à Deo cognoscit? Equidem prudentissimè correptionem moderatur, ne rex aduersus stimulos calcitret, vel nepotius acceptis stimulis exacerbetur, & irascatur magis, vt prę iracundia nihil malum aggredi vereatur. D. Gregor. ibi. lib. 6. ait. *Proijcit ergo eum, & cum eo reuertitur, quia in potentatibus huius sæculi, sic est damnanda iniquitas, vt bonum quod habent, exasperati nō perdant.* D. Greg: Semper ad profectum hominis peccatoris attemperanda est correctio, & sic debet pungere, ne iram excitet; ne aculeos iracundiæ exacuat; ne furoris fumos efficiat dē siores, quibus scintillulæ manentis virtutis minus culpabiliter extinguantur. Hinc Iesus vbi Iudam murmuratorem de Magdalenæ pietate in effundendis aromatibus accepit, & si nouit auarum eius, & rapinis studentē animū, tamen dissimulato aculeo, multo illū corripit moderamine: aiens Matth. 26. *Sinite illam.* Matt. 26. Cur non acrius? Cur non vehementius mordit rapacē? D. Gaud. serm. 13. ait: *Nihil acerbū Christus voluit pro merito sceleratæ mentis illius loqui; ne Iudas eum tradere videretur iratus.* S. Gaud. Quasi aliqualē inueniat excusationē etiā attrocissimū scelus, si fiat ab animo exacerbato, & per correctiones ipsas irritato, sic cauet Dominus reprehensionis aculeos; ne Iudas irritetur, nē irascatur, & ab hac ira in proditionem impulsus videatur. Hoc correptionis moderamen, vt apud mūdiales difficile inuenitur, sic illud suis offert Dominus etiam gratis: quippe apud Isaiam. 55. clamat: *Venite, emite absque argento, & absque vlla cōmutatione vinū, & lac.* Isai. 55. Nō vinum sine lacte; tēperandū enim est vinum cum lacte, vt vinū minus mordeat, ne potius iracundiam accendat, quā morbū sanet. Ad quæ verba respiciens D. Bern. serm. 2. de Resurr. Dom. ait: *Eme à Domino moderatam correptionem, quia omnino magnū quoddam bonū, & datum optimū est, & quod habent pauci. Videas multos sincera licet intentione, leuiter dicere, quod grauiter audiatur. Volat irreuocabile verbū, & quod sanare debuerat, (quia mordacius forte videtur) exasperat, & exulcerat magis. In spiritu vehementi cōterimus naues Tharsis, conterimus quassatum calamū, extinguimus linum fumigans.* Bernar. Eu quoties mordax verbum in reprehensione elapsum omnia turbat, & nihil integrum, nihil virtutis inextinctū manere patitur. Emenda est ergo à corripiente correctionis moderatio, hoc est, vinū, & lac, ne solo zelo succensus ea verba promat, quę magis oleant vini mordacitatem, imò insaniam. Sunt qui pro sermonis occasione zeli calore succendātur; & in ea deueniant verba quæ repentinus zeli excitat calor: horum tunc verba fallar, si longè abesse videantur à vini insania. Quippe acerbissima supra modū, & nimis mordentia, & exasperantia huiusmodi verba sunt; & magis ad exulcerādū, quā ad sanandū. Hi emant vinum, & lac, nihil nō emptū, id est, pōderatū, examinatū, vt ea quæ emi solent, imò & temperatum proferant. Ideo etiam crediderim vitiorum correctores à Iesu sal vocari, quia sal nisi emptum non solet haberi, vt doceamur, quod verba correptionis minimè proferenda sunt, nisi instar rerum emptarum, ponderata prius, & mensurata.

§. VI.

Se quisque in infirmitatibus proximorum nouerit.

SIngularis est D. Hilarius in exponendis verbis Saluatoris, quibus Apostoli sal terræ nūcupantur, quippe nominari putat sal terræ, hoc est, sal ex terra factum. Quo posito meritò addubitat in hunc modū: *Sal terræ nullū est, quomodo ergo Apostolos sal terræ nuncupauit?* Hilar. Et quidē cū sal ex aqua fiat, nō ex terra, non ocioso vocantur Apostoli

sal terræ, hoc est terreni sales: sed vt admoneantur, se suamque infirmitatem ob oculos habere, cum terrenos hominum mores
Ad Gal. 6 accedunt sugillare. Id quod monebat etiam D. Paul. ad Gal. 6. *Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusce modi instruite in spiritu lenitatis, cõsiderans te ipsum, ne & tu tenteris.* Nunquam mihi crede ad carpenda vitia proximorum accedas, & si lethalia illius vulnera proden da sint, quin te primũ cõsideres, te ipsum videas, tuamque infirmitatẽ ad illius conferas infirmitatẽ, quo fiet, vt in correptione minime excedas. Recolẽdum n odo est Elisæi facinus. 4. Reg. 4. is vidit aliquando filium hospitæ suæ mortuum, cui vt vitalẽ spiritũ infunderet, quid fecit? Expuit, mẽbra emor-
4. Reg. 4. tua contudit? Expauit mortui pallorẽ, imò & fœtorẽ? Absit: *Ascendit, & incubuit super puerũ: posuitque os suum super eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incurrauit se super eum, & calefacta est caro pueri.* Sic sic mensurat os, pedes, manusque suas cum defunctis manibus, & pedibus, & ore pueri, vt sic illi sanitatem infunde re possit. Sic curauit os suum, manus suas, & pedes suos commensurare cum mẽbris pueris emortui, vt parum, aut nullum inter vtrumque discrimen esse posset. Ita prorsus quisquis cupit proximorum sanare emortuos, imò fœtidos, & omnino frigescentes mores, se ipsum videat, se ipsum ad illius mẽsuram efformet, os suum, manus suas, & pedes suos toties infirmantes, toties in Dei via claudicantes, tot malis expositos, cum proximi manibus, & ore adeò componat, vt vix discrimen intercipi possit, & fallar nisi ex charitatis calore exsuscitet emortuos. Ad hæc pulcherrimè Bachiarius epist. de recipiendis lapsis fatur. *In defuncto fratre opus imitare Elisæi: manus manibus, pedes pedibus, os cri compone primum, vti compatiaris ei, qui mortuus iacet. Neque elatus integritatis tuæ triumpho super extendas te ei. Et si cum membris membra tua fuerint copulata, spem capit resurgendi, vt qui per peccati frigus emortuus est, consolationis tuæ tempore reducetur ad vitam.* Sic quoties infirmitates tuas cognoscens, eas proximorum infirmitatibus exæquare contendis, non poteris non illi spem impertiri resurrectionis, vt pote qui est tanto charitatis calore confotus. Dominus Luc. 23. aiebat: *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete & super filios vestros.* In quibus verbis D. Bern. serm. 2. in Resur. expendit correptionis fraternæ ordinem aiens: *Ordinem diligenter attende. Super vos, inquit, primo: deinde super filios vestros. Temetipsum attende, vt alij noueris compati, vt arguas in spiritu lenitatis: Te ipsum considera, ne & tu tenteris.* A se ad alios descẽdat, quisquis prodesse cupit: videat infirmitatem suam inter tentationum impetus penè labantem: videat se inter laqueos, vix effugientem, videat non alterius terræ, non alterius fortitudinis substãtiã habere, & hinc fiet, vt arguat in spiritu lenitatis. Id quod monebat Chrysost. hom. 17. in genes. fatus: *Quando reos condemnamus, nõ tam crudeliter illis loquamur, neque ferina in illos vtamur sanitia: sed longanimiter, & misericorditer agamus, vt pote nostra ipsorum membra condemnaturi.* Sic ille.

Chrysost.

Matth. 5. Quod si sal euanuerit in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

§. VII.

Principatus sedes qui occupant, multo sunt honore prosequendi.

ANimaduerte ordinẽ principatuũ propter peccata puniendorũ: nimirum, *vt mittantur foras, & conculcentur ab hominibus*, prius à sede deponatur, quàm honoraudeat in principem maledicta congerere. Dum foras non mittitur, dum adhuc sedem principatus tenet, quis est homo qui audeat, in principẽ? Quis impune principis dedecus poterit, vel videre? Indecorum Saulis casum Dauid accepit. 2. Reg. 1. & iusto zelo repletus sic excandescit: *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos. Nec sint agri primitiarũ, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi nõ esset vnctus oleo.* Percussus est ab hostibus Saul; mõtes Gelboe nullã illi fecerunt vim, imò cadentẽ regem sinu suo exceperũt, vulnera eius solum viderunt cur ergo siccitate mulctantur æterna? Equidẽ crimẽ est creaturis, indecora principum, vel videre. D. Ambr. libr. 3. offic. c. 9. *Aruerunt montes prophetico maledicto, & diuina vis sententiã maledicentis implenit. Itaque pro regia necis spectaculo, pœnam elementa soluerũt.* Nec videre licet impune principum dãna; vt pateat quã puniẽdi sint semper, eorum qui in dignitate cõstituũtur, despectus. Ibi reducebatur arca à Philistinis, stetit circa Bethsames. 1. Reg. 6. *Percussit autẽ Dominus de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia populi.* Tãtũ scelus fuit vidisse arcã? Nõ viderũt illã simpliciter, sed cum despe-

2. Reg. 1.

D. Ambr.

1. Reg. 6.

despectu aliquo, eo quod captiua hucusque esset. Id quod notabat Eucherius, aiens: *Ob hoc autem à Domino percussi sunt, quia non solũ appropinquauerunt ad arcam, sed etiam, vt alia translatio habet, despexerunt.* In nullo casu, in nulla ruina permittit Dominus, quod primariæ sedes habeantur despectui. Qui sedem principatus, & dignitatis occupat, etiam si captiuus agat, etiam & vitiorum, & cupiditatum noteturseruus, nõ debet à popularibus hominibus despici, cum solus Deus sit, qui *aufert spiritum principum*, Psal. 75. Deo vni sunt in cura præsulum casus, & scelera; popularibus autem, & subditis nullo prætextu datur licentia præsulum casus attingendi. Exod. 2. Reg. 6. fiet amplius id manifestum, ibi ait: *Extendit Oza manum ad arcã Dei & tenuit eã, quoniam calcitrauerunt bobes, & declinauerunt eam. Iratus est Dominus indignatione contra Ozam. Et percussit eum, &c.* Cadẽti manum protendit Oza, & interfectus est à Domino, vt iam caueant populares præsulum casus, vel indice prodere. De quo elegãter Chrysost. hom. in locum ex 16. ad Rom. de colendis sacerdotibus, vbi sic. *Videre licet quomodo subditum procul à sacerdotum correptione abesse oportet. Nam cum aliquando arca reduceretur, & subditorum aliqui ad lapsum inclinantem videntes erigerent, eo ipso in loco pœnam dederunt, & à Domino percussi mortui manserunt, tametsi nihil agerent absurdum. Non enim subuertebant, sed lapsuram erigebant.* Ne te fallat bonus prætextus; nullus equidem est prætextus bonus, vt homo subditus præsulũ velit ruinis occurrere. Si quis haberet prætextum iustum carpendi principem, is est Dauid, qui tamen. 1. Reg 24. *Percussit cor suum eo quod abscidisset oram chlamydis Saul. Dixitque ad viros suos. Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quoniam Christus Domini est. Vixit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, &c.* Nouit præsulũ correptionem vni Deo reseruatam, & ideo ipse ab illa abstinet, quin etiam dolet, quod vestis sciderit oram: & merito dolet, inquit Lyra, *quia in hoc fecerat irreuerentiam ipsi Saul, qui honorandus erat, quandiu in regno tolerabatur à Deo.* Quandiu non ejicitur foras, sed adhuc in dignitate quis est, eius honori debent cõsulere omnes homines. Ideo filius hominis Iesus, dum percutitur Ioan. 18. quod Põtifici quærenti de doctrina, responsum dederit: cum posset Põtificis inanẽ vmbrã fugillare, maluit se ab omni irreuerentiæ suspicione vindicare. Quod põderans D. Cypria. epist. 69. ait. *Adhuc Dominus in Euangelio, cũ ei dictum esset: sic respondes Pontifici? custodiens, & docens sacerdotalem honorẽ seruari oportere contra pontificem nihil dixit. sed innocentiam suam tantummodo purgans ait: si male locutus sum, exprobra de malo. si autem bene, quid me cadis?*

Eucher.

2. Reg. 6.

Chrysost.

1. Reg. 24

Lyr.

Cyprian.

§. VIII.

Plurimum valent principum clades ad commonendos homines de infirmitate humana.

ECce tibi sal infatuatum ad quid valet, nimirum ad hoc, vt eiciatur foras, & cõculcetur ab hominibus, & hoc valere est? Qualis valor in hoc, quod princeps conculcationi detur? Magnus equidem inde valor nascitur, ad conterendos, & confirmandos humanæ ambitionis conatus. Nulla res sic valet homines de infirmitate sua commonefacere, imò perterrefacere, vt si princeps potenstque vir deiectus à culmine potestatis cõculcationi traditus videatur. Rem explico ex Iosue c. 10. vbi quinque potentissimi, & clarissimi reges obscuro in antro conclusi, post victoriam partam iussi sunt coram Iosue, comparere. Quid plura? *Cum adductiessent ad eum vocauit omnes viros Israel, & ait ad Principes exercitus, qui secum erant. Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiecissent colla pedibus calcarẽt, rursus ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini, & estote robusti.* Vbi merito notat Abulensis, quod dum iubentur principes exercitus colla regum calcare, non confortentur à Iosue, nec iubeantur ponere metus & fortitudinem induere, sed totum hoc iuberi post regum colla ab ipsis conculcata. Non cũ ad conculcandos reges pergunt, sed postquam eos calcant, *rursus ait ad eos Iosue: Nolite timere, nec paueatis; confortamini, &c.* Cur non potius ante conculcationem regũ confortantur, vt illam strenue peragãt? Cur magis indigent robore post reges conculcatos, quam antea? Nonne antea magis illos cohiberent, & frangerent regij vultus adhuc in suo splendore stantes? Reuocate in memoriam primogenitum Gedeonis ex lib. Iudit. c. 8. qui iussus à patre, vt irrueret in duos reges Zebee, & Salmana ligatos astantes; *non eduxit gladium, timebat enim, quia adhuc puer erat*, nimirum, regalis hominum præsentia iuueni timorem incussit, ne ad offendendũ accederet. Cur similiter regij vultus illorũ, adhuc in regio cõsistẽtes decore, non magis infringerẽt principes Iosue, vt necesse haberent potius tunc roborari, & confortari, quam post conculcata regum colla? Equidẽ regius splendor puerilia solum pectora

Iosue. 10.

Iudic. 8.

frangit, nõ virilia robora, quæ ex nullo magis franguntur, imò conteruntur, quam ex conspectu regis fastus dati conculcationi. Bene non antea, sed post conculcata regum colla post reges sub pedibus raptatos, iubentur duces Israelitæ metus, & pauorem deponere, cur enim non timerent suas vices, qui potentissimos heri reges, altéris fulgentes in thronis, modo raptatos humi, & vident conculcationi datos? Sanè non est humanæ fortitudinis ab hoc conspectu non frangi, non conteri. *Pet. Dam.* Sapientissimè Petrus Dam. libr. 1. epist. 17. hanc rationem reddit, cur Deus voluerit Romanorum Pontificum curricula sic breuiare, vt crebro eorum appareant funera, & interitus; vt nimirum inde territus fragilitatis humanæ concutiat vniuersos. Quippe ait: *Dum præcipuus hominum tam angusti temporis compendio moritur, tremefactus quisque ad præstolandi sui obitus custodiam prouocetur: & arbor humani generis, dum cacumen, ac verticem suum, tam facilè corruisse considerat, flatu concussa formidinis, in suis vndique ramusculis contremiscat.* Quis nõ contremiscat ad magnorum casus? Quem non perterrefaciat puluerulentus finis splẽditissimorum hominum? Fallar, si vis inueniatur valentior ad commouendos, & confringendos humanos animos, quam splendores mundiales in puluerem, cinereſque redacti. *Zachar. 6* Zachar. c. 6. in receptissima omnium expositione, quatuor potentissima mundi regna depingens, ait: *Ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ærei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri: & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes.* Loco illius verbi, *fortes*, legunt alij ex Hebræo vocabulo, *Conterentes*, erant equidem equi hi varij omnium aliorum robustissimi, & validissimi ad conterendum. Quod si quæras in quo appareret hæc maior fortitudo, & robur? Id insinuat paraphrastes Chaldæus ponens, non fortes, neque cõterentes, sed loco illorum aiens: *In quadriga quarta equi varij, & coloris cinerei*: quasi hæc esset singularis fortitudo ad conterendum, nimirum, cineres, quos in se præferebant. Nec dubium, quin robustissimam vim habeant ad confringendos humanos animos cineres, in quos desinunt glorioſissima culmina, cuiusuis imperij. Saltem Deus nullo alio se se horribiliorem, & formidabiliorem ostendit mundialibus, quam dum speciosa *Psal. 75.* mundi in cineres redigit. Sic Psal. 75. *Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera terribili, & ei, qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.* Terribilis Deus vocatur, hoc est, terrorem incutiens mundialibus, & vnde, qui totus est desiderabilis, potest videri terribilis? D. Augustin. *Vnde terribilis? Exultate cum tremore, & ei, qui aufert spiritum principum.* Quis non caueat sibi, quis non terrefiat in ruina principũ potentissimorum? Quis nõ timeat iam pro regnis mundialibus pugnare, cum cineres regum videat? Sanè Israelitæ armati Moab obsidebant, vt expugnata vrbe totũ etiam regnum potirentur: sed cũ iam capienda esset vrbs, 4. Reg. 3. misserimus Moabita rex: *Arripiens filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel: statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.* Victor exercitus, qui nullis machinis deterreri potuit ab obsidione, cũ iam victoriam, & regnum præmanibus haberet, sic ad conspectũ occisi Principis Moabitæ confringitur, vt abiecta è manibus victoria, & regno, statim recesserit in patriam suam. Et quis visis Principibus ad terram deuolutis, non timeat sibi à regno, & à mundialibus triumphis? Quis amet regnum, cuius decora funditus perduntur, & passim pessundantur ab hominibus.

Augustin.

4. Reg. 3.

§. IX.

In deiectos à culminè homines vehementer insultant, & ferociunt alij.

REiectitium sal, quàm certa expectat hominum conculcatio! Deiectum à culmine virum quis hominum non fastidiat, non conculcet? Proh humana pectora, quã insultatis in deiectos homines! Dan. cap. 8. *Dan. 8.* *Magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas.* Nunquam non deiecta à culmine lumina expectat cõculcatio. Quis vnquam cecidit, qui non expertus sit hominum calces? Dauid Psalm. 35. *Ne veniat mihi pes superbiæ*, Caldæus, *ne veniat mihi pes superbi, & manus peccatoris nemoueat me. Ibi ceciderunt omnes, & c.* Notat hominũ casus, quod nullus est, qui frequenter non cadat; omnes, inquit, ibi ceciderũt, haud dubiũ, quin & ego cadam: & siquidem mihi cadendum est, vnum precor, ne mihi veniat pes superbi: sic enim connexa est hominum insultatio, & conculcatio cum casu, vt deiectus nihil prius timendum videat, & deprecandum

Psal. 35. Chald.

quam

quam hominum superborum, & insultantium pedes. Nec miror hoc à Dauide præcaueri, qui nobis etiam rei experientiam dedit: cum enim à rebello filio impeteretur coactus est regiam deserere, & pedes fugere per cliuum montis, cinctus tamen fortissimis militibus. Quid tunc? 2. Reg. 16. *Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersus eum, terramque spargens.* Quis crederet, hominem tionem eo peruenire potuisse audaciæ, vt tantum regem fortibus stipatum sic auderet pessundare, & fœdare iacto puluere, nisi nouerit hanc esse deiectorum à culmine fortunam, quod omnibus impunè liceat insultare in illos? Eiectus ibat Dauid à culmine regio, quo solo ne mireris si puluere operiatur, & conculcetur à quouis homine vili. Ad hæc Isaias ca. 26. *Incuruauit habitates in excelso, ciuitatem sublimem humiliauit: humiliauit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad pulverem. Conculcauit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.* Caue, ne ab excelso throno declines, ne cellitudine potestatis depositâ incurueris; cuius enim, & pauperi, & vili homini venies in conculcationem. Dum hæc meditor, in mentem veniunt alia Isaiæ verba, cap. 18. vbi inter alia iubet Angelos ire *in terram expectantem, & conculcatam.* Sed quæ est terra expectans, & conculcata? Terra, quæ à magna rerum possessione decidit; quæ omni bono à se ante possesso vacuata est. Eleganter in rem præsentem vertit Syrus: *Ad gentem depilatam, cuius pennæ detractæ sunt.* Quippe pennati alites, dum pennarum gaudent beneficio, & aera, & cœlos dominantur, super omnia terrena efferũtur, omnes despiciunt laqueos, qui iuxta Salomonis prouerbium frustra iaciuntur ante oculos pennatorum. Verum quæ amissis plumis depilata est, quam rudis? quam plũbea? quam reptilis? Ad cuius pedes nõ offendit? cuius risum non concitat? Et perpes Aquila ætheris dominatrix, dum depilata est, vilissimos catellos veretur, à quibus, & conculcatur. Sic qui volatili mũdialium dignitatum culmine erigebantur, si plumis depilati decidunt, nulli non sunt conculcationi, & despectui. Non neminem inuenio prorsus depilatũ, à regno eiectum, nudum relictum, nimirum regem Babylonium Nabuchodonosor, cui tamen suus honor fuit integer seruatus, dicente Daniele cap. 3. *Regnum tuum tibi manebit, &c.* Sed qui fieri potuit, vt Aquila hæc grandis magnarum alarũ prorsus depilata, & nudata repossiam haberet integram dignitatem? Ipse Daniel insinuat causam paulò ante aiens: *Eijciente ab hominibus:* extractus fuit de medio hominum, & in syluas ferarum amandatus; nullus oculus hominis vidit hanc Aquilam depilatam, si videret, & conculcaret, & ad primos honores occluderet aditum. Nunquã enim ambitiosorum casus non fuit hominibus gratus: id quod docebat D. Gregor. Nazianz. orat. 15. fatus: *Deficit anima mea propter eos, qui trucidãtur: quos quidem non gladius, aut fames, sed gloriæ, & imperij amor sauciauit: ita, vt, qui cadunt non miserationem magis, quam odium sui excitent.* Etiam in casibus, in quibus alij miserationem acquirunt, ambitiosi excitant odiũ maius.

2. *Reg.* 16

Nazianz.

Isai. 26.

Isai. 18.

Syr.

Dan. 3.

§. X.

Nihil abiectius, & durius principi viro, quam ad inferiorum pedes obolui. Vbi de infelicitate reproborum.

INfatuato sali, iniquo præsuli non mortẽ crucemque minatur Dominus, sed quod ad inferiorum hominum pedes sit deuoluẽdus, mittetur foras, vt conculcetur ab hominibus. Et fallar, nisi hoc ipsa morte, & cruce sit abiectius, & durius homini principi. Cõpone tibi regem regum Iesum in cœnaculo & in caluario, hic ad crucis brachia figitur, illic ad discipulorum pedes stratur: hic sanguinem totum effundit, vt peccati crimina mundet: illic aquam è pelui summit, vt sordes pedum lauet. Vbi rex regum deiectior, vbi vilior apparet? Rem exprimat Nazianzen. orat. 16. fatus: *Saluator omnium, & Dominus, non solum se vsque ad serui formam humiliauit, neque faciem sputis exponere, ac cum iniquis reputari erubuit, ille inquam, qui à peccatis mundum purgarit: sed & discipulorum pedes in seruili forma lauit.* Quasi minus fuerit sputis faciem exponi, & inter iniquos reputatum mori: sic ait Nazianz. non solum illa à Domino lata, sed & insuper, quasi ad abiectiora, ad pedes discipulorum deueniisse. Est ne principi viro aliud abiectius excogitandum, quã inferiorum sub pedibus auolui? Quam à suis pessundari, conculcari? Inde Dominus suam expendebat abiectionem, Psalm. 40. inquiens: *Verbum iniquum cogitauerunt aduersum me: Nunquid qui dormit non adijciet, vt resurgat? Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplãtationem.* D. Augustin. ibi aliter

Psal. 40.

legit,& explicat,dicens: *Amplianit super me calcaeum. Erexit super me pedem, conculcare me voluit.* Quid tunc ? *Tu Domine miserere mei.* Expende verba crucis,verba mortis, quam videantur à Domino;verum conculcatio inferioris,quam paueatur. Cogitauerunt hostes verbum iniquum,quo me morti traderent,ait,sed quid inde ? Nunquid qui dormit,non adijciet,vt resurgat? Non magis timeo mortem,quam somnum,à quo cito surgam. Quid ergo times Domine? Quid tanto affectu deprecaris? Iam explicans,ait: *Homo pacis meæ ampliauit super me calceum. Erexit pedem,voluit me conculcare. Tu Domine miserere mei.* Mortem facili negotio contemnit:inferioris insultationem in se,& conculcationem,hanc reputat grauissimum, & penè intolerabile malum. Hinc Philo Iudæus expē dit Flacci præfecti extremam calamitatem: *Philo.* *Exceptus est à duobus infestissimis accusatoribus,paulò ante sapius ab eis,vt subditis salutatus Dominus,& seruator bene meritissimus. Tunc verò sensit eos aduersarios longè praualentes,non modo iure,quo fidebant,verū etiam fauore summi principis,ac moderatoris rerum humanarū. Nihil autem est molestius,quam maiores ab inferioribus , & magistratus accusari à subditis, haud secus,quam si herus reus,postuletur a vernis suis,aut emptis mancipijs.* Hæc abiectionū omnium,& vilitatum est vltima,& quidem ingenuo viro molestissima. Cur molestissima non sit,quæ à supremo iudice in pœnā scelerum decernitur principibus damnatis? Sic purpuratus ille princeps apud Luc.cap. 16.quasi ad pedes Lazari prouolutus , eius digitis contendit à tanto incendio subleuari. Id quod meditans Chrysol. serm. 66. *D.Chrys.* inquit: *Modo inhumani diuitis & Lazari pauperis stupendas vices,pauendas successiones,conditiones admodum lamentandas in medium producere,& afferre gestimus.* Et quidem nil magis stupendum,& pauendum principi,quàm quod veniat ad pedes sui vilissimi,& contēptissimi seruuli ab illo timens mala,vel egēs eius leuamine. Et forsan ille malus œconomus ad reddendam rationem villicationis vocatus,non tantum timuit Gehennam,quā vicem huius mendicitatis , totus enim afflictus,non inquit metuo cremari,sed *mendicare erubesco.* hæc illis in primis pœna in memoriam venit,ne cogatur æternam pati mē dicitatem,obuolutus ad pedes seruuli,quōdam pauperculi.iam tunc iudicis inexorabilis. Ad hos enim loquitur Malach. cap.4.fa- *Malac. 4.* tus: *Et calcabitis impios , cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum,in die qua ego facio,dicit Dominus exercituum.* Eu expauendas vices,cum tot principes,& mundi rectores ad pauperculorum seruulorum pedes obuoluti,cinereos , & puluerulentos præferentes vultus,vel pusilla leuamina emendicent,& æterna fastidia , & despectiones sustineant. Sic de illis Isaias. 66. *Et erunt ad satietatem visionis omni carni:* seu vt Vatabulus, & Pagni- *Isae.66.* nus: *Erunt fastidio,& despectui omni carni:* qui modo omnia fastidiūt virtutis itinera,& omnes despiciunt: post modum abiectionis eò deuenient: vt pauperculorum seruulorum æterna fastidia sustineant.

Matth. 5. Vos estis lux mundi.

§. XI.

Proprijs necessitatibus parcant Prælati, vt suorum inuigilent saluti.

NOn luminibus,quæ domum, sed quæ mundum illustrant,comparantur prælati,vt instar cœlestium luminariuꝫ sciant ipsi nihil egere sibi, sed totos sese effundere in conquirenda suorum subditorum salute. Iam se mihi offert cantatissimus ille Israelitarum dux Iosue,is cap. 10.ab ortu penè Solis cum quinque regibus cruentissimā pugnam init,& cum labor pugnæ vsque in occasum produceretur,metuens,ne Sol ante deficeret , quam hostes omnino defice- *Iosue.10.* rent,sic ipsis imperat cœli luminibus. *Sol contra Gabaon ne mouearis, &c. Stetit itaque Sol in medio cœli , & non festinauit occumbere spacio vnius diei.* Cur maxime ducum non magis petis Solis occasus? Integra die pugnatum est,nec quietē,nec cibum inter pugnandum sumis , quis operarius non optat noctem,vt à labore requiescat, & sumpto cibo vires reficiat? Cur laborum dies sic auges? Cur non meministi humanæ fragilitatis? Carneus ne homo es? Cur non potius lucernas intromitti ad cœnandum curas , quā solares radios detinere studes? Equidem bonus dux cum Sole agit,& quasi par Solis ipsius,nihil sibi putat egere,nec ipsum victum vt saluti suorum incumbat. De hoc bene *Tertull.* Tertull.in pessimo illo suo libro aduersus Psychicos,ait: *Iesum Naue debellantē Amorrhæos prandisse illa die existimabimus , qua ipsis elementis stationem imperauit ? Vt autem accedebat Sol in occasum,& finem diei vnius , non fuit dies talis retro & in nouissimo vtique tam prolixus,vt exaudiret Deus hominem , parem scilicet,*

scilicet Solis instantem tamdiu officio. Proh imperatorum, & præsulum maximus, ipsius solis par, nulli suæ indigentiæ prospiciens, sed totus deditus salutis subditorum officio. Merito aiebat D. Bernard. serm. 53. in Cant. *Is qui alijs præest in solicitudine, vix vnquam, vel rapo secure vacat sibi.* Et quieti, & somno, & cibo parcat necesse est præsul, vt saluti subditorum inuigilet. Sic agere debet, quasi incorporeus sit, quasi nullas ipse patiatur necessitates, quasi instar cœlestium corporum impassibiles omnino sint. Psal. 103. mirabundus exclamat Dauid. *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignē vrentem.* Et Angeli quando non fuerunt spiritus, vt miretur Dauid, quod nunc quasi de nuo spiritus fiant? Non loquitur Dauid de Angelis cęlestibus, sed de terrenis Angelis, nimirum, de Doctoribus, & Præsulibus Ecclesiæ Christianæ, in quibus non cessat mirari, quod carnei, & infirmi cum fuerint, sic aptantur in salutem proximorum, vt videantur incorporei, & mere spirituales. Vt instar cœlestium spirituum, cœlestiumque luminum nulli propriæ necessitati prospiciant, dum pro subditorum salute fuerit pugnandum. Ad hæc respiciens Chrysost. hom. 2. de laudibus Pauli, sic eius prælaturam commendans, ait: *Paulus in terra gradiens, sic se agebat in cunctis quasi Angelorū societate frueretur. Nam passibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantisque fragilitatibus subditus, in nullo inferior supernis virtutibus apparere certabat. Nam, & tanquam pennatus totum docendo pernolauit orbem: & velut incorporeus labores omnes periculaque contempsit.* Hanc cœlestium corporum impassibilitatem referant, qui nobilem gubernādi homines thronum scandunt, qui vero suis proprijs necessitatibus, & commodis studere præsumit, caueat sibi à populi gubernaculo. Sic apud Iudic. cap. 9. Oliua recusat oblatum imperium, aiens: *Nunquid possum deserere pinguedinem meam?* Cuius exemplum, & ficus, & vitis secutæ sunt, de quibus ait D. Nilus in ascet. *Quemadmodum oliua, ficus, & vitis lignorum syluæ recusarunt imperium, quod magis fructibus suis latarentur, ita qui fructum aliquem in se virtutis aspiciunt, vtilitatemque sentiunt, licet vocentur ad multorum imperium, illi commoda sua semper anteponunt.* Habet enim nescio quod contrarium gubernatio cum propriis commoditatibus, quibus omnibus parcendum est, eò ipso, quod voceris ad prouinciæ clauum.

Bernard. Ps. 103. Chrysost. Iudic. 9. D. Nilus.

§. XII.

Princeps nullo magis reddit prouinciam inexpugnabilem; quam terræ inuigilans prouentibus.

MIraberis, quod principes non dicantur belli fulmina, sed magis mundi lumina nominentur. Equidem cęli lumina ad orbis gubernaculum inuenta sunt, dicente scriptura ex lectione Chrysost. quod luminare maius factum sit, *in præfecturam diei, & luminare minus in præfecturam noctis.* Sed quālis mundi Præfectus Sol? Non quidem qui arma exacuat militibus, qui tormenta militaria inueniat, qui classicum intonet, & sub signis nationes componat. Nihil horū Sol, sed vnum solum attendunt singulariſsimi Principes Sol, & Luna, nimirum, vt agricolarum labor, non pereat: vt prouētibus annuis terra sit fœcunda; populus enim fructibus diues, vel ipsis turgentis spicæ aristis lanicinabit hostes, vel aratro prosternet inimicos. Ex 3. Iudic. notissimus est princeps Israelita Aod, is quasi munera deferret regi Eglon, dum solus cum illo ageret, dissimulatum gladium strinxit, regem percussit, à tantòque tyranno liberauit populum suum. Magnum hoc facinus, sed accipe aliud longè præstantius, & illustrius, ait enim Textus: *Post hunc fuit Sangar filius Anath, qui percussit de Philistæim sexcentos viros vomere; & ipse quoque defendit Israel.* Ille regem Englō gladio prostrauit; hic ingentem hostium exercitum vomere fudit: ille in dolo, quasi daturus munus lethalem gladium aduersus vnum armauit: hic sine dolo, sed patenter, & facie ad faciem solo vomere armatus hostili exercitui resistit. Nec immeritò post illum hic successit, nisi vt videant principes, longè plures hostium strages fieri ab aratris, quā à gladijs. De regia tribu Ephraim, quæ tot reges, tot victores exercitus peperit locutus Oseas, cap. 10. ait: *Ephraim vitula docta diligere triturā* Cur non magis victricem gentem thauro comparauit, qui potens cornu hostes inuadebat? Ephraimi regnum, & potentia, & victoria ab vbertate fructuum, à diuite segete, proueniebat: in eo regni sui potentiam, qua hostes debellabat, constitutam Ephraim habebat, nimirum, in messium abundantia. Multum ad hanc rem facit D. Ambros. lib. de Ioseph, cap. 7. sic prædictum transferens locum. *Ephraim vitula edocta diligere victoriam*: quasi & victoriæ, & trituræ, nec vno differant inter se

Iud. 3. Oseas. 10. Ambr.

voca-

vocabulo. Regnum enim, in quo trituræ abundant, in quo messes diuites sunt, necessum est ab hostibus frequentes victorias reportare. Accipe 2. Paralipom. 26. potentissimum, & fœlicissimum regem Oziam, de cuius potentia in armis multa, & rara ibi dicuntur. Inter ea dicitur: *Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ, & diuulgatum est nomen eius vsque ad Ægyptum propter crebras victorias.* Sed scire cupis, qualis erat mens huius regis, quale genium, cui studio intendebat cupidius, è quo tot victoriæ pullulabãt? Statim Textus: *Ædificauit Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitque eas. Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisterras plurimas, eo quod haberet multa pecora, tam in campestribus, quàm in eremi vastitate vineas quoque habuit, & vinitores in montibus, & in Carmelo. Erat quippe homo agriculturæ deditus.* Hoc vno subijcit robustissimum fundamentum victoriarum, nimirum: *erat homo agriculturæ deditus.* Cum tantam eius audiebam gloriam militarem tantis, tamque crebris victorijs partam, expectabam virum intentum vulcania in fornace fulminibus fabricandis: & ecce audio: *erat homo agriculturæ deditus.* O ingenium dignum regis orbis domitoris! Sint in regno aratra, agglomerentur messes, feriat vindemiæ opus, & hinc inde his è feminibus victoriæ pullulabunt. Ecclesiastę. 5. vbi noster habet: *Et insuper vniuersa terræ Rex imperat seruienti*, Septuaginta legunt: *& præstãtia terræ in omni est Rex agri culti.* Et ex Hebræo D. Hieronym. dicit: *Et amplius terræ in omnibus, est Rex in agro culto.* Et adhuc ad rẽ præsentem apertius alij ponunt: *Et post omnia terræ Deus super. sui similis expectandus est, vt Rex agri, qui colitur.* Quippe vt Deus super omnia potest, & Dominus exercituum omnia domat, huic similis in potentia, & viribus Rex ille est, qui habet cultos agros, cuius in regno indefessa opera agriculturæ naturatur.

2. Par. 26

Eccles. 5.

D. Hier.

§. XIII.

Iustus homo lucidior post peccatum castigatum, quam in ipsa innocentia.

INfatuato sali audio statim conculcationem obuenturam prædici, luci obtenebratæ nihil durum dicitur, nihil graue. Vt sal in fatuari potest, nonne & lux potest obtenebrari? Cur ergo sali infatuato vindicta conculcationis paratur; & luci, & si obtenebretur, nihil prædicitur mali? Sal si in fatuetur, ad nihilum valet; lux autem si obtenebratur, quam primum reparatur, nouoque splendore, nouoque decore à tenebris incipit renasci. Sic iustus, qui vt lux splendet, dum ob humanam fragilitatem peccati tenebris obuoluitur, non ibi manet, sed inde ex pœnitentia longè lucidior, & fulgentior, quam ante fuerat, apparet. Memorare Moysem Exod. 32. de illo post longum, cũ Deo colloquiũ, vt legis tabulas acciperet, dicitur ibi: *Et reuersus est Moyses de mõte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraque parte*: has ipse statim, vt vidit populum peccantem, confregit: tunc in populum vindicauit idololatriam: rursus ascendit in mõtem nouas accepturus legis tabulas: denique acceptis nouis tabulis descendit. Quid plura? De hoc secundo descensu post restauratione tabularum dicitur Exod. 34. *Cùmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua, &c.* Ex Hebræo explicatius legunt alij: *Et Moyses non sciebat, quod radians esset facies eius*: Et Chaldæus adhuc dicit: *Moyses autem nesciebat, quod multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui.* Expendendum nunc maximè est, quando illustratur, & splendet Moysis facies: non equidem quando primas accepisset legis tabulas, quamuis & tunc longum habuisset cum Deo colloquium: sed postquã hæ primæ tabulæ prorsus confractæ sunt materialiter à Moyse, spiritualiter à populo peccante, & castigato peccato, instauratæ sunt legis tabulę, tũc multiplicatus est splendor in facie Moysis, tunc longè lucidior, & splendidior comparuit. Id quod notãbat Rupert. libr. 5. in Ioa. fatus: *Cum prioribus tabulis facies Moysis non refulsit: sed acceptione tabularum posteriorum splendida facta est.* Qui integris adhuc legis tabulis non refulgebat, post harum confractionem, sic in restauratione sese extollit, vt solares in se imbibat radios, & lumine suo penè inaccesibilis appareat. Et quidem in iustis viris, & peccatum, & legis fractio occasionem afferunt explendidiores, & illustriores virtutum, emittendi radios. Ad hæc Cant. 1. ait Sponsa: *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Ex nigredine commendat suã pulchritudinem, & splendorem: quasi ex nihilo præterito commendetur speciositas, & nouus decor apparentis Solis. Ex quo sic in rem præsentem Caldæus ait: *Quando Israe-*

Exod. 32.

Exod. 34.

Rupert.

Cant. 1.

Cald.

Israelitæ fecerũt vitulum, denigrata sunt facies eorum, & quando egerunt pœnitentiam, & dimissum eis fuit peccatum, multiplicatus fuit splẽdor gloriæ vultus eorum, sicut vultus Angelorũ. Obtenebrantur quidem, nigredineque suffunduntur mundi lumina, viri iusti, Christi sponsæ, sed tenebræ illæ, & nigredo non pariunt confusionem, imò dum castigantur peccata, longè maioris luminis, & splendoris afferunt occasionem. Psalm. 44. *Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere, procede, & regna.* Ad quẽ hæc verba putas prolata? Ad aliquem sic splendidum, & pulchrum, vt nunquam viderit peccati nigredinem? At quis est hic, quis est homo, qui non fuscetur peccatis, quæ lux, quæ non obnubiletur? Et tamen cum his loquitur, de horum speciositate, & pulchritudine sic sentit, quasi semper exurgat in augmentum. D. Laurent. Nouariensis, hom. de eleemos. fatur: *Tibi hoc dicit, qui criminibus cedis, ad te loquitur, qui criminibus vinceris. Plora compunctus, vt possis recipere speciem cordis, & pulchritudinem corporis.* Nunquam enim iustis viris accidit peccatũ nisi eo modo, quo pulchræ faciei mulieris solent apponi sordes, vt inde nouus generetur splendor cutis, nouaque pulchritudo vultus efflloreat. Quod meditatus Bachiarius epist. de recipiendis lapsis, pulchris exemplis contra negantes pœnitẽtiã exsurgit fatus. *Quid mirum, si ille, quẽ fornicationis hasta percussit, in passione congressionis superauit? Nonne sic fecit ille Nazaræus Samson, ex repromissione natus? Quem cum in pernitiem sui mulieris blandimenta vicissent, post modum in fine obitus sui, maiorem inimicorũ exercitum prostrauisse, quam antea quando Nazaræus, id est, immaculatus, reperitur.* Accidit etiam militibus Christi, quod necesse est accidere strenuis etiã militibus sæcularibus, qui dum ad facinora properant, vulnerum etiam squallore fœdantur, sed illa vulnera gloriam non tollunt, imò dum splendidioribus facinoribus præbent ansam, quasi ipsa gloriosiora apparent. Sic enim dicebat Casiod. lib. 8. var. 10. *Conflictus virorum fortium mutua tela non respuit, nec semper tuus fuit, qui cum numeroso hoste contendit: vnius forsan ictus solerter eliditur, qui multis restitit, à parte, qua non credit, vulnus excipit: quæ tamen ei nunc sunt gloriosa, quantum tunc habuere periculi.* Profectò sicut in mundi, ita & in Christi contingit militia, quod maiores sæpe gloriæ nascuntur è vulnere.

Psal. 44.

Laur. No.

Bachiar.

Casiod.

§. XIV.

Principis hominis errores potentissimi.

QVi lumina sunt mundi, hoc etiam habent, quod pateant cunctis, in omnibus actibus suis, nil ocultum ab omnium oculis possint in se admittere. Sic monebat Casiod. libr. 11. var. 7. hominem patritium & chancellarium vrbis. *Latere non potest, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clausira patentia, fenestratas ianuas. Et quamuis studiose claudas, necesse est, vt te cunctis apperias. Vide quò te Antiquitas voluerit collocari, vndique conspiceris, qui in illa claritate versaris.* Fallitur homo in dignitate constitutus, si putat errores proprios abscondere: is lucidas fores habet, imò totus in luce est, vndique circum spicitur, nec gradum facit, nec lapidem, aut laterem calcat, in quo nõ sunt mille oculi, qui eius testentur facinora. Zachar. cap. 3. Iesum summum Sacerdotem nobis ob oculos proponit, iam cyclade ornatum, & sedis sacerdotalis potitum. Tunc ait: *Ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt.* Sanè Iesus sacerdos magnus statuebatur, vt sacras ædes reædificaret, & vide quales illi lapides proponantur ad ædificium, vt vel pauimentum complanetur lapidibus, vel parietes lapidibus construantur, nimirum *super lapidem vnum septem oculi sunt*; ne putet princeps esse in domo sua lapidem, qui mille non producat oculos testatores suorum facinorum. Latere non potest principis error, quando vel lapis coram illo oculis scatet ad videndum. Hoc qui norunt, vel ad lapidem offendere erubescunt, ne cogantur lapsum tot oculis depictum videre. Hinc nata fuit illa solicitudo Abimelech Genes. 20. qui intactam restituens Saram viro suo, sic ait: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocumque perrexeris, memento te esse deprehensam.* Et si se putabat innocentem, verebatur tamen bonus rex oculos, qui turmatim nascuntur, vt principum facta explorent. Sed eius solicitudinem amplius explicat lectio Græca, dicens: *Ecce tibi erunt in pretium faciei tuæ, & omnibus, qui tecum sunt, & omnia vere dicito.* Non solum oculos, sed & testimonium verebatur, summòque curabat studio, ne aliquod eius crimẽ euulgaretur D. Chrysost. hom. 45. in Genes. *Quid est in honorem vultus tui,*

Casiod.

Zachar.

Genes. 20.

Chrysost.

tui, & omnia vere dic? Nempe pro his, quæ per ignorantiã tentauisti facere, te quæ vxor es iusti in domum introducens. Verum tu omnia vere dic, id est, omnes à te discant, quod nihil factum est à me iniquũ, cum intacta exieris de domo mea. Loce etiam virum tuum, me à peccato mũdum esse, atque innocentem. Sic bonus curat innocẽtiam suam in facto illo testificari, cũ sciat principum errores, etiam ignoranter admissos, apud omnes esse cantatissimos.

Matth. 5. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

§. XV.

Ecclesiasticam disciplinam non ad aliud, quàm ad expugnanda vitia sumat quisque non velit in ea perire.

CVpit animus apostolicos viros hic non tam ciuitati, quam monti comparatos intelligere, monti, inquam, super quem fundata, & erecta est Ecclesiæ ciuitas, quæ ædificata est cum propugnaculis, & respicit contra Damascum. Et quidem de hac dicebat Psalm. 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis*; montes sunt viri apostolici, quorum humeris fundata Ecclesiæ ciuitas, seu arx cum sit, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Hanc ergo arcem humeris suscipiant aduersus vitia pugnaturi, qui velint montium in se præferre robur. Mons est inexpugnabilis quisquis arcẽ Ecclesiæ subit pugnaturus aduersus vitia, at qui ad Ecclesiasticam disciplinam accedit, non vt ad bellicam ciuitatem, seu arcem; sed vt ad mollem stratum, quo requiescens decumbat, is & fragilitatem, & perditionẽ caueat. Inexpugnabilem fidelium fortitudinem expendens Moyses in benedictione Iosephi, ait Deuter. 33. *Cornua rhinocerotis, cornua illius: in ipsis ventilauit gentes vsque ad extremum terræ.* Per rhinocerotis cornua, non intelligit determinatum illud, & singulare huius belluæ cornu, quod est duplex in tauris, sed totam militarem vim, & potentiam fundatam in rhinoceronte, qua rhinoceron tes hominum exercitus, & se ipsos inexpugnabiles reddunt, & hostibus prorsus formidabiles. Quippe rhinoceros pugnaturus subit humeris ligneam arcem ingentibus fabricatam trabibus, multo milite plenam, & sic armata bellua potentissima est, inexpugnabilis, potentissimorum exercituum vastatrix. Sed quæ sub hæc lignea arce, tanta est, dum quæ situra requiẽ ligno accedit, præda fit venatorum, & misere deiecta capitur. Rem põderet D. Petrus Dam. lib. 2. epist. 18. fatus. *Quis etiam admiratione ducat indignum, quod Elephas, qui turrita castra tot loricatis plena militibus portat, vnius arboris ictu depressus occumbat? Nam qui triginta duos armatos, vel plures, & cum turribus adinstar vrbium desuper eminentibus subsistendo non cedit, ad casum vnius arboris corruit. Cui, videlicet, arbori frequenter innixus in soporẽ se quiescendo relaxat. Nonnulli enim has instruunt propter ebur insidias, vt arborem, quam elephas inniti tendo frequentat, ex altera parte vsque ad medium ferè concidant, & sic arbor ad tam enormẽ molem corporis corruat.* Sic misera bellua, dũ vnicum quærit lignum, vt quietis, soporisque fulcrum, infirmatur, & perijt; quæ ligneas subiens vrbes ad pugnam inexpugnabilis est, fortissimos fugat exercitus, & prorsus vires hostiles frangit. Sic virorum Apostolicorũ cornua, cornua sunt rhinocerontis ad ventilandas aereas potestates, dum enim turritam Ecclesiæ vrbem multo milite armatam subeunt, ad bellum inferendum vitijs, ad deuastandum regnum peccati, & simul montium robora subeunt, & ruinum inexpugnabilitatem. Verum vbi ad bona Ecclesiæ accedunt, quæsituri soporis quieti fulcra, vitæ laxamenta, eũ miseri, quasi ingens moles perforatæ arbori nitatur, statim cadunt, & pro foribus perditionem habent. Is est enim Christus, qui Ecclesiæ suæ, nec calicem aquæ frigidæ permittit potari ad requiem, sed ad ineundum cum hostibus certamen. Sitibundo populo dulces parturiuit aquas lapis percussus virga Moysis, Exod. 17. & quid inde? statim Moyses ad Iosue, dicit: *Elige viros, & egressus pugna contra Amalech* Nec gutta permittitur aquæ à petra Christo desumi, nisi pro subeundo certamine. Augustin. serm. 93. de temp. *Bibit ergo de petra populus, & statim init bellum contra Amalech. Videte fratres, quia posiquam quisquis de petra biberit, id est, Christi sacramenta susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere.* Felix, qui Ecclesiæ dignitatem, Ecclesiæ bona suscipit, vt bellum inferat peccato, vt aereas depopuletur potestates; is elephas est, qui turrita castra loricatis militibus plena portans reditur inexpugnabilis: is mons est fortissimus, super quo dum fundatur Ecclesia, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Sed expende illud: *Necesse est illi*

Psal. 86. *Deut. 33.* *Prt. Dam.* *Exod. 17.* *Augusti.*

illi ad pugnam procedere: qui vel micam panis Ecclesiastici, vel guttulam aquæ gustauit, iam necessarium habet bellum, nisi velit perire. *Psal. 72.* Plane pereunt quicumque in Ecclesiæ bonis non bella, non pugnas, non labores, sed requiem, sed diuitias meditantur. De his Psalm. 72. ait: *In labore hominum non sunt; & cum hominibus non flagellabuntur; ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, &c.* Vide ex qua labe cõsurgat immedicabilis ægritudo; quo ex fonte manet ruina, & perditio: *in labore*, ait, *hominum non sunt*; quod ad laborandum ad pugnandum conducit, abominãtur, minimè ad arcem, nec ad mœnia vocatos se credunt, sed ad stratum, ad mensam, *D.Bern.* ad crateres. Pulchrè D. Bern. in declamatio, ait: *Totum, quod delectat, eligunt, quod molestum est, fugiunt. Cum militibus superbia fastum: amplam familiam: & nobiles apparatus: equorũ phaleras: accipitres: aleas, & similia quæque frequentant: Cautæ omnino loricæ pondus, in somnes in castris noctes, in certaque discrimina prælioru declinant. Quid igitur restat, nisi vt eum sortiantur locũ, vbi sempiternus horror inhabitat?* Perforatum est crucis Christi lignum, non sustinet has belluarũ moles, necessum est, quod cadat & pereat, qui illo ad corporis laxamẽta nititur: victurus si ad præliandum, si ad expugnandos animarum hostes, fructiferos crucis census susciperet.

§. XVI.

Prorsus inexcusabilis est, qui veram Christi Ecclesiam non agnoscit.

QVis ciuitatem supra montem non videat? Quis montem coram positum non cernat? Equidem cum Christi corpus lapillus erat sine manibus decisus, non mirarer, quod oculis absconderetur mortalibus, quod plurimi illum possent præterire. Ad postquam creuit in montem magnum, postquam penè totum orbem occupat, inexcusabilis est, qui illum prætereat, & gra- *Dan.2.* tis obcæcatus non videat. Sic Dan. 2. dicebat ad regem Babylonium: *Abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos.* Quid plura? *Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Quis ergo lapideum montem ignoret? Ecclesia Christi mons magnus est, qui totum occupat orbem, & mons lapideus, qui tandem inexpugnabilis apparet. Forsan, & synagoga aliqua Sathanæ orbem etiam repleuit, & in hoc creuit instar montium, sed hi montes, *sicut cera fluxerunt à facie Dei Iacob*, non vt lapidei permanserunt, sed sicut cera, molles, & delicati liquefacti sunt. Illa sola Ecclesia Christi est, quæ ex lapide mons magnus facta, totam terram occupauit, nec fluxit vt cera, sed vt immobile saxum manet. Quis hunc montem non videat, qualem excusationem habet apud *August.* iudicem iniquitatum? D. August. tract. 4. in Ioann. *Ignoscendum est Iudæis, qui offenderunt in lapidem: qui nondum creuerat. Quales sunt illi, qui in ipsum montem offenderunt? Qui negant Ecclesiam toto orbe diffusam, non in humilem lapidem, sed in ipsum montẽ offendunt, quod factus est ille lapis dum creseceret. Cæci Iudæi nõ viderunt humilem lapidem. Quanta cæcitas est non videre montem?* Vbi paruus lapis sic creuit, vt instar magni montis terram occuparet, simul omnem excusationem abstulit his qui volunt manere in cœcitate. Insipienter, imò & damnabiliter fidit oculis suis, qui mõtem non vidit, & sic offendit ad montem, vt potest offendere ad lapidem Moyses vbi ad petram accessit petiturus aquas nescio, quã *Num.20.* incurrit dubitationem: ait enim Num. 20. *Audite rebelles, & incredeli, num de petra hac vobis aquam poterimus eÿcere: Cumque eleuasset manum percutiens virga bis silicem, egressa sunt aquæ largissimæ, ita, vt populus biberet, & iumenta. Dixitque Dominus ad Moysem, & Aaron, Quia non credidistis mihi, &c.* Ecce tibi vbi ipse Moyses ad petram aliquomodo offendit: & petræ paruitas potuit dubitationem Moysi hucusque fidelissimo viro generare. Quid tunc? Post desertum superatum, cum iam terra promissionis vicina esset, iubetur Moyses ascendere in montem Neuo, *Deut. 32.* & ibi mori, ait enim Deut. 32. *Morere in monte*: quasi mons non caperet dubitantes, sed vbi montem viderit, amplius existere nequiret dubitatio. August. hom. 27. ex quinqua- *August.* ginta fatur. *O mira mysteria! Ad petram nata est dubitatio, & in monte mortua est. Quandiu humilis fuit Christus in passione, quasi petra iacebat ante oculos, merito in illo dubitabatur.* Aliqualem habebat excusationem, qui ad petram, & paruam, & latentem offendebat, sed qualis erat excusatio, quæ nec in amplissimo monte finita est.

Matth. 5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.

§. XVII.

Virtus non est, quæ nullis externis operibus proditur.

NOn ea est virtutis fax, quæ totaliter possit occultari, si quę in corde tuo accenditur, mihi crede, ipsa sese prodet, & per externa opera insinuabit. Et dum in externis minimè apparet, falleris, si putas te intrinsecus in corde occultam illam habere. Prouerb. 31. dicitur de illa forti muliere: *Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum.* Expende, quos amictus quærat virtutis mulier, nimirum, *lanam, & linũ*: sæpius inuenies mulieres circa linum occupatas, quam circa lanam: hæc autem æquali studio circa lanam fertur, & linum: & quando linum ad internum amictum spectat, nil se arbitratur fecisse, nisi etiam externo lanæ decori aliquid operis tribuat. Ex quo D. Augustin. serm. 217. de tempore pulchrè disputat, inquiens: *Inuenies dicentem tibi: sufficit mihi conscientia mea, Deum colo, Deũ adoro, quid mihi opus est ad Ecclesiam ire, aut visibiliter Christianis misceri? Linum vult habere sine lanea. Non nouit, neque commendat talia opera mulier ista. Inuenit hæc mulier lanam, & linum, & fecit vtile.* Non satis prudens anima est, quæ circa linum, & lanam non inuigilat, quæ intimam cordis gratiam, simul in externorum operum decore lucere non procurat. Imò prorsus incredibile videtur, quod intrinsecus floreat virtutis vigor, quin statim non appereat extrinsecus. Psalm. 4. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Miraberis omnem filię regis gloriam intrinsecam esse, intusque in medio cordis manere reconditam. An quia nihil extrinsecus apparet? An quia nulla illi cura est circa externum decorem, circa externa virtutum opera? Absit: imò inde solũ gloria intrinseca filiæ regis censetur, quia multis claret externis virtutibus, quia enim intrinsecus est virtus, nequit etiam exterius vllus apparere defectus virtutis. Hinc D. Petr. Dam. lib. 7. epist. 5. Agnetis Imperatricis Romanæ extollens virtutem, inquit. *Vidisse nempe tunc te, & quæ circa te, mirandum valde spectaculum, & imitandum Saluatoris erat, ædificationis exemplum. Vestis enim pulla, & lanea. Mutauerat enim coronam velo, purpurã saccus: & manus quæ in modum columnæ gestare consueuerant sceptrum, attrita iam erant portare Psalterium. Re vera, quia omnis gloria filiæ Regum ab intus.* Et quidem vbi intrinsecus cœpit virtus radiare, non potuit non se prodere: vbi candidissimum supernæ gratiæ linũ intimam cordis nuditatem vestiuit, non potuit non se ostendere in exteriori veste lanea & sacco. Mille prosiliunt exterius radij, vel ex minima virtutis scintilla latentis intrinsecus. Monebat Dominus Luc. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Lucernæ, non lacerna, quasi mens studiosa virtutis, nequeat non prodi multis virtutum externarum luminibus. Vndè Chrysol. ser. 22. *Sic multiplici coruscat in lumine licita qui requirit.* Dum intrinsecus sit, vel scintilla virtutis, nescit occulta manere, sed inde mille radij extrinsecus prosiliunt. De quo vide supr. lib. 10. cap. 1. §. 5. & infra lib. 14. cap. 20. §. 19.

Prou. 31.

Augusti.

Psal. 44.

Pet. Dam.

Luc. 12.

Chrysol.

§. XVIII.

In benefaciendo nulla seruanda mensura.

NOtanter vetat Dominus lucernam abscondi sub modio, qui enim mensurã exhibet, mercator est, non ingenuus, & beneficus homo. Quapropter, qui ad regalem ingenuitatem, & beneficentiam filiorum Dei spectant, mensuram in benefaciendo caueant. Monebat Dominus apud Luc. cap. 7. *Prout vultis, vt faciant vobis homines, facite & vos illis similiter.* Non ait, prout videritis quod fecerint vobis homines, sed prout vultis, vt faciant, ne intra debiti se mensuram contineant, vt semper soluendo debitores appareant: quin potius sic præueniant beneficijs, vt vel hinc omnẽ mensuram vincere videantur. Pulchrè D. Ambr. libr. 5. in Luc. ait: *Nescit virtus mensuram gratiæ: nec contenta referre, quod acceperit, vult cumulare, quod sampserit: ne inferior sit beneficio, licet aqueturo officio. Non enim cumulo tantum, sed ordine, & tempore beneficia pensantur, cum in beneficio pari prior sit, qui prior caperit. Beneficius enim est, qui gratiam caperit, debitor, qui retulerit. Aliud itaque beneficium est beneficij principatus.* Planè beneficij principatum habet, non seruitutem, qui nullum debitum spectans incipit benefacere, iam inde supra omnem solutionis se extollens mensuram.

Luc. 7.

Ambr.

suram. Sic qui seruilem conditionem depellere à se cupit, non ostendat statim prosoribus beneficentiæ suæ mensuram: Exodi enim
Exod. 16. 16. vbi Angelorum panis porrigebatur, ait Moyses: *Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit, gomor per singula capita*: insuper additur ibidem: *Colligebant autem mane singuli, &c.* Vide quot ibi mensuræ, & quantitatis, & temporis: quantitas non excedebat Gomor, tempus matutinis crepusculis claudebatur. Quid hæ mensuræ protendebant, ni-
Basil. Sel. si seruile ingenium ministrantis? Id quod notabat alibi datus Basil. Seleu. orat. 33. fatus. *De cœlo manna quondam Israelitis dabatur. Sed quia miraculi administer seruus erat necessitatis quoque donum seruiebat. quodque residuum euanescebat.* Seruile ingenium est, & plane ignobile, quod se se intra certam mensuram beneficentiæ claudit nec vnquam sciuit mensuram excedere. Sunt enim, qui quantitatē, & horam beneficiorum sic præfiniunt, vt vltra id, nec minimum præstari permittant: si mane sit erogandum, vel modius destinetur modio euacuato, & mane trāsacto ęnei prorsus redduntur ad benefaciendum. Hoc seruile ingenium, vt depelat, & regalem ingenuitatem inserat fidelibus, monet Ecclesiastes, cap. 11. *Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua.* Quæ verba pulchrè
Eccl. 11. *D. Hier.* edisserit D. Hieron. fatus. *Ne eligas, cui benefacias sed & cum bene feceris, nunquam à bono opere desistas. Matutinam iustitiam vesper inueniat. Et vesperi misericordiam solis ortus accumulet.* Intra nullius quantitatis, intra nullius temporis angustias nobilis claudenda est beneficentia: non instar rei venditæ, aut emptæ mensuranda sunt beneficia, sed instar seminis indiscriminatim spargenda. Qui vendit, & ponderi, & mensuræ totus intendit, quinimò, & tempori, qui seminat, omnia di
Psal. 111 spergit. Psal. 111. *Dispersit, dedit pauperibus.*
Theodor. Quid est dispersit? Theodoretus ibi: *imitatur seretes large semina, & dissipantes ob manipulorum spem.* Non quidem angustatur beneficus instar mercatoris pondera mercis trutinantis, & vel fili excessum obseruantis, sed instar seminantis large, & munificè spargit, imò dissipat. Hinc extollit regium animum
Damia. Imperatricis Agnetis D. Petr. Dam. epist. 5. lib. 7. fatus: *O beata superbia, ò beata mentis elatio omnibus digna præconijs. Nullis parcitur rebus, & hoc solum indigentibus, & Ecclesijs non confertur, quod extra tui iuris peculium reperitur: cuncta proijcis, cuncta dilapidas, vt ad sponsi cœlestis amplexus exonerata prorsus perueniās.* Hanc ingenuam superbiam imbibant, qui beneficentiæ gloria velint radiare: qui ignobilium mercatorum mensuras in regia cupiunt stemmata mutare, non sub modio, sed large seminent, sic dispergentes, beneficia, vt vniuersi, qui in domo sunt, illorum potiantur. Id quod D. Anselm. ponderans 2. ad Corinth. cap. 9. ait. *Dispersit, id est, non*
2. Ad Cor. 2. *vni omnia tribuit, sed diuerso modo his, & illis sparsit, vt pluribus proficeret, & vnicuique iuxta quod decebat.* Quod solum regium esse, sic
Casiod. approbat Casiod. lib. 3 var. 29. *Hæc sunt enim regia dona, quod semina: sparsa, in segetem coalescunt: in vnum coacta depereunt. Optamus ergo munera, multis collata dinidere, vt possint vbique nostra beneficia pullulare.* Ille regius est animus, qui nulla quantitatis, temporis, seu personarum clauditur mensura; sed ruptis quibuslibet limitibus beneficia semper, & ad omnes spargit: O quales segetes gloriarum hæc semina generabunt!

Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.

§. XIX.

Magis cauenda est propria lingua, quam hominum oculi in bonis operibus exhibendis.

NON sic occultanda sunt bona opera, vt nulla eorum debeant patere oculis humanis: & in secreto, & in conspectu omnium tenemur bene operari. Quod si caute procedere cupis in externis virtutum operibus exhibendis, sic viue, vt homines bona opera tua in te videant, non tamen audiant ex lingua tua. Securè oculis hominū credita sunt virtutum facinora, de quibus
Iosue. 10. nunquam propria lingua non siluit. Notissima sunt facinora Israelitarum Iosue. 10. quando quinque potentissimos reges prendiderunt, quando ne tot illorum facinora tenebris nocturnis sisterentur, imperatum est soli, vt retraheret luminum cursus. Quid tunc? Ait Textus iuxta lectionem Septuag. *Et reuersus est omnis populus ad Iosue in Maceda in castra sani: & non mutiuit filiorum Israel, neque vnus lingua sua.* Omnes redeunt sani, omnes victoriales præ-

seserunt in columitatem, & nec vl'us mutit lingua sua: facinora, & sanitas, & incolumitas in singulis manifestè cernuntur, sed nullius lingua auditur, vt sic Iesu duci gloria, victoriarum integra constaret. Pulchrè Origen. hom. 12. ait: *Quod autem addidit, quia nullus mutuit in lingua sua, hoc mihi videtur ostendi, quia de victoria nemo se iactat, nemo sua virtuti, quia superauit, ascribit: sed scientes, quia Iesus est, qui victoriam tribuit, ipsi in lingua sua non mutiunt.* Ex eo solũ patentissima facinora nostra intelliguntur summo imperatori Iesu, & attributa, & sacrata, quod nihil circa illa mutiat propria lingua: vbi nil iactat lingua, securè credita sunt bona opera oculis humanis. Vnam linguam cauere debes, quæ sola, vel index, vel causa est operis vanitatis. Ad hæc cauebat Dominus Matth. 6. *Cum ergo facies eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua* Hoc tibi mandatur in virtutum operibus exterioribus, quod dextrum opus à nullo sinistro vitio, vt tibi simile cognoscatur. Sed quo studio efficies omnia opera tua prorsus dextra, prorsus sinistro vitio incognita? Ipse in primis cauet fatus: *Noli tuba canere ante te:* si labia tua nec mutire audeant, si prorsus taceas, quodcumque opus bonum feceris, dextrum omnino est. Acutè, vt assolet, Chrysol. serm. 27. ait: *Ergo vt opus est dextera, quod facit tacitus dator, quod facit dator garrulus, hypocrisis est sinistra.* Lingua est, quæ probat operum qualitatem, si loquatur, vel sileat. Quot canit opera lingua, tot cognoscit sinistra, quia tot reputas tua, & tibi tribuis: vbi lingua silet, nil nõ scis tuum, sed quæcumque facis à sedente in dextera patris profecta reputas fuisse. Hinc opera virtutum sinistræ à Deo respiciuntur, non quod ex se appareant hominum oculis commendabilia, sed quod commendentur à propria operantis lingua. Inde Dominus Ioann. 5. *Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum.* Non cauit opera virtutum à se peracta in cõspectu populorum, sed linguæ suæ, & si diuinissimæ testimonium hoc semper cautum fuisse ostendit, & negat vnquam operibus virtutum sermonalem, & declamatoriã adidisse commendationem. Sic Rup. libr. 6 in Ioan. hæc verba pulchrà ostendit paraphrasi aiens: *Ego apud vos non verbis accuratis beneuolentiam, vel fauorem vestrum captare studui: sed exhibito vere virtutis opere cunctorum hominum beneuolentia digno. id est, sanato toto orbe à longa infirmitate auditorium postulaui.* Hæc sunt vera, & secura Christianæ religionis facinora, quæ non commendatitijs operantis verbis, sed suæ pulchritudinis tacita exhibitione spectantium oculos trahunt. Quam securitatem sola lingua propria valet perturbare: ait enim D. Chrysost. hom. 5. de laudibus Pauli: *Grande malum est, de se ipso aliquid grande dicere, atque mirabile: extremaque omnino dementiæ est nulla imminente necessitate rerum proprijs velle laudibus decorari. Non enim est hoc secundum Deum loqui, indiciũ est potius istud insaniæ.* Sic ille vt in patrandis exteriorum operum virtutibus, nihil tam fugiamus, quàm linguæ propriæ laudes.

Orig.

Matth. 6.

Chrysol.

Ioann. 5.

Rupert.

Chrysost.

Matth. 5. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amẽ quippe dico vobis, donec trãseat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege: donec omnia fiant.

§. XX.

Christianorum principum familiæ legalissimam agant vitam.

QVando, & salis, & lucis, & ciuitatis insignibus Christianæ Ecclesiæ explicantur principatus, sapienter cauet Dominus in suis principibus, ne putent inde ex lege ducere vitam, quod familiare est, in pessimorum regum famulitio. Quippe regia mundi caterua nullam solent vereri legem, id totum licere putant, quod possunt. Nil tale putent, qui sub rege regum Christo militant principes, quorum domesticorum insigne legum sit adimpletio, non solutio. Ab hoc fonte manauit pulchrum illud decretum regis Theodahadi apud Cassiod. 10. var. 5. vbi sic iuxta hoc Christi Domini monitum cauet nobilis princeps. *Præsenti iussione præcipimus, vt quicumque ad domũ rostram voscitur pertinere nullis præsumptionibus insolescat. Quia solus dicendus est ille meus, qui legibus potuerit esse tranquillus. A domesticis in choare volumus disciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere* Quid pulchrius? Regius solus cognoscitur, seu famulus, seu filius, qui legi-

Cassiod.

legibus potest esse tranquillus. Nec scio, qualiter princeps posset regere subditos, effrænesque illorũ mores legibus cohibere, qui prorsus nouerint ex legem regiam familiã.

Exod. 4. De Moyse dicitur Exodi. 4. *Cum esset in itinere, in diuersorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit præputium filij sui, &c.* Duo fecit Dominus, & Moysem angebat quasi occissurus illum, & vt vis hæc à Moyse depelleretur, incitabat Sephoram, vt filium Moysis circumcideret. Sed cur tam anxiè procurat Dominus pueri circumcisionem?

Tertul. Tertul. lib. aduersus Iudæos, inquit: *Id circo filium Moysis ducis futuri instigat circunci di, vt cum cœpisset per eum populo dare præceptum circuncisionis, non aspernaretur populus videns exemplum istud in iudicis filium iam celebratum.* Potentissimæ equidem sunt leges, sub quibus viuit regis familia, ad populares animos captãdos. Ex quo crediderim, Deo gratos reges nullo melius depingi, quam le-

Prou. 21. galissimo omnium elemento. Ait enim Prouerb. 21. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini.* Quæ verba ex multis alijs legit noster Salazar: *Sicut pelagi aquarum ita cor regis in manu Domini*, componens regem, cum immenso maris pelago. Sed quid habet rex cum mari commune? Sanè, hoc est proprissimum maris, quod in quacumq; sui commotione nusquam leges suas obliuiscatur, imò illas etiam cum turbulentissimũ

Prou. 8. est, ostẽdit in se sanctas, integrasque, & prorsus inuiolatas. Prouerb. 8. *Legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Quoquò rabie vẽtorum impellatur, semper sese intra leges contentum ostentauit. Sic quisque principũ qui à Dei manu velit protegi, & sustentari, nusquam non habeat leges comites, & vitæ

Deu. 17. socias. Iuxta illud Deut. 17. *Postquam autem sederit in regni sui solio, Deuteronomium legis huius describet sibi in volumina, legetque omnibus diebus vitæ suæ.* Nullo se vertat rex; quin instar maris in se ratas, sanctasque leges ostẽdat: quo imperij sui præsignauit futuros omnium fælicitatum euentus. Quippe ait Pro-

Prou. 16. uerb. 16. *Diuinatio in labijs Regis*: quæ est ista diuinatio posita in labijs regum? Irridetur à Iansenio Lyra, quod diuinationem hanc regis referat ad accuratam lectionem, & obseruationem diuinarum legum. quam præsefe rentes Reges, omnium fælicitatem iam iam sibi aduenientium præsagium præbent. Nõ placeat hæc excogitatio Iansenio, forsan, quia ingeniosior est, at placebit cuiquam, qui rem accurratius perpenderit, sciens illã verissimam fælicitatum esse diuinationem, quæ fundatur in obseruantia legum. Accipite D. Basil. in cap. 8. Isaiæ fantem: *Vis certo persuaderi, quæ sint futura? Proinde sedulo, vt quæ tibi lex facienda præscripsit, opere expleas diligenter, & certus opperitor incundissimam fruitionem repositorum tibi bonorum.* Quis legum obseruantiam in ore principum videat, qui iam certus non diuinet bona futura aduenientia? Equidem nobilissimi principes certissimum præsagium habetis futurorum euentuum in obseruantia legum, quam in vobis ostenditis. Sanctissimus ille Iosias rex 4. Reg. 22. vbi primum notauit leges à maioribus suis conculcatas, futurorum metu tactus scidit vestimenta sua, & misit ad Holdam prophetidem, vt prædiceret, quid mali Regiæ exlegi protenderet. Sed cur bonus rex misit ad fœminam consulendam? Nonne Ieremias propheta Domini tunc temporis vigebat? cur non potius ad hunc quam ad fœminam mittit? Abulensis putat, tunc temporis fuisse Ieremiam Prophetam, & nihilominus Iosiam misisse ad Holdam, forsan, quia ad futura diuinanda ex obseruantia legum quilibet sufficiens est, vel etiam fœminea infirmitas certissimam in his veritatem præstat. *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*, ait Dominus simul iungens prophetas cum lege, dum enim hæc floreat, non poterunt nõ esse prophetæ.

Matth. 5. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

§. XXI.

Cœlestium magnalia occupantur ab eo, qui opera sermoni addiderit.

QVid magnum efficiet sola linguę volubilitas? Mihi crede, qui verbis solis nituntur, nunquam magna perficiẽt, ille solus magnalia cælestium etiam occupabit, cuius opera, & splendida facinora sermoni de virtutibus fuerint addita. Cum Iesus verba populo faciebat, populares acclamationes passim audio, vt est illud frequenter in Euangelio repetitũ, *nunquã sic locutus est homo beatus*

venter, qui te portauit. Quid hæ ad Christi Domini intentum? Quid magnum quod ex hominibus acclamationes, & laudes Dominus expilcaretur? Cum autem verbis virtutum suarum facinora, siue miracula addidit, id effecit, vt lutei homunciones magnalia cœlestia præoccuparent. Id quod pulchris verbis expendit D. Basil. Sel. orat. 21. fatus. *Vani quidem, simulque adulterina sapientiæ amatores, quique sola lingua sapientiam excolunt, propria doctrina fallacijs colorata dictione deliram inuexerunt insaniam. Christus autem veritatis magister oratiem permiscens miracula fidem genuit rerum diuinarum prædatricem.* Ecce vobis cœlestium expugnatrix vis vnde nascatur: nimirum, ex facinoribus Christianis permixtis cum loquendi efficacia. *Mel, & lac sub lingua eius,* ait Cant. 4. quasi lingua sola solum nouerit, vel peccatores lactare, hoc est, seducere, vel ad summum, si lingua Christi sit, possit alere puerilia virtutum, & perfectorum infantiam. At vbi panis fortium, & magnorum virorum, qui ad magna nouerint aspirare, porrigendus est, non in sola lingua sed in labore, & opere manuum, in sudore vultus vescimur illo pane. Audacem animũ illorum, qui turris cacumina ad cœlestia pertingentia meditabantur, sic scriptura definit. Genes. 11. *Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem: Dixitque alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres, &c.* Quid tunc? Quid amplius inde moliuntur? *Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum.* Et quidem vbi, & sermo, & manuum opus sibi mutuo correspondebant, non miror, quod animus generaretur, qui cœlestia cacumina velit pertingere. Non lingua, non vnitas labij solius, sed vnitas, & concordia labij, & manus nescit non magna, & cœlestia parturire. Sola lingua, etiam si præstantissima, nil cœleste præfert: at vel rudis lingua iuncta cum operum splendore, nil non cœleste, & magnum meditari sciuit. Apud D. Luc. cap. 2. *Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos.* Ad quid Angelus cœlestia relinquit, & iuxta pastores degit? Ait etiam: *Ecce Euangelizo vobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator.* Sic Angelus ducit pastores in nati Saluatoris cognitionẽ: quod munus etiam præstat stella apud Matth. cap. 2. tribus regibus, qui quidem aiunt: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus stellam eius, &c.* Angelus pastores ducit, & stella ducit Magos; Angelus, vt ducat pastores, cœlestia dimittit, & in terris apparet, stella, vt ducat Magos, non ad terras descendit, sed è cœlo lucens præstot ducatum. Quare stella non descendit, vt Angelus, sed cœlestia tenens inde ducit Magos? Rationem innuit D. Petr. Dam. libr. 8. epist. 1. fatus. *Qui per stellam, nisi simplex quilibet sacerdos honestæ vitæ instruitur: qui licet affluentis eloquij facultate non polleat, claris tamen operibus, velut quibusdam laudabilis vitæ radijs micat.* Nescit non in cœlo apparere, qui vel ad paruulam eloquij facultatem splendida vitę opera scit adiungere. Dum tantum acturus erat verbis Angelus ad inferiora descendit, inter infimos que versatur. Qui autem operum splendore confirmat doctrinam, is nunquam in infimis, semper in cœlestibus apparet sublimis, vt dicat Dan. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates.* Quæ verba sic transfert Syrus: *Factores bonorum, & intelligentes lucebunt, vt lumen firmamenti, & qui iustificant multos, erunt fulgentes, & stantes sicut stellæ in sæculum.* Sic qui verba doctrinæ, cum operibus iungit, nunquam non firmamento adhæret, instar stellæ.

D. Basil. Cant. 4. Genes. 11. Luc. 2. Pet. Dam. Dan. 12.

§. XXII.

In Doctore, vel minimus defectus operum, nulla eloquentia potest suppleri. Defectus autem eloquentiæ per additionem operum suppletur

QVi soluerit minimum mãdatum, semper ipse, & minimus, & pusillus in docendo apud Deum habebitur, nunquam enim supplebitur operis defectus. At qui fecerit omnia, & docuerit, semper magnus erit in cœlo, etiã si in eloquio aliquos patiatur defectus. Nullus defectus linguæ retardat doctorem additis ab illo splendentium operum aggeribus. Vnde monebat D. Pet. Dam. libr. 8. epist. 1. *Necesse est, vt clarius per vitæ meritum luceat, qui fœcundæ prædicationis affluentia non abundat.* Ne metuas repulsam à doctorum cœlestium cathedris, qui linguæ impeditioris es, adde lumina operum, vbi deficiunt verborum flumina, & certus obtinebis doctorum sedes. In doctorum calculo videbis adscriptos Moysem, & Aaron, vterque apud Deum magnum sibi acquisiuit cognomen. Vterque populum diuinis instruxit legibus: sed de Moyse dicitur

Exodi

Exod. 4. Exodi. 4. quod *impediti oris linguæ esset*, verum Aaron ibidem vocatur homo eloquens. Et nihilominus de vtroque æqualiter Psaltes

Psal. 76. 76. inquit: *Deduxit sicut oues populum suum in manu Moysi, & Aaron*: quasi æqualem manum vterque in deducendo populo habuisset. Vnde impeditior lingua æquari potuit dissertissimæ, & eloquentissimæ? Sanè ex plurium virtutum luminibus, & splendoribus, hinc fuit, quod Deus Moysis faciem fecit instar solis splēdescere, vt sic posset æquari Aaronis eloquentiæ. Quod expendens

Pet. Dam. D. Petrus Damian. vbi supra, ait. *Hinc est, quod Moysi, qui dixerat, obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum: adeò postmodum facies clarificata resplenduit: vt filiorum Israel visus obtū deret, & in eum præ splendoris magnitudine respicere non valerent. Aaron verò de quo diuina voce responsum est: Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit: nullus supernæ claritatis splendor accessit.* Itaque dum cœlestium virtutum addatur splendor, quilibet linguæ defectus facilè in doctore supplebitur. Hæc requirit Deus in doctore tardioris linguæ, ieiunioris sapientiæ, quod ipse Moysi fecit, nimirum, vt splendorem virtutum addat, quo apud populares maximè splēdeat. Addito enim vitæ splendore semper doctor in regno cœlorum magnus erit: si autem minima virtutum relinquat, & si addat eloquentiam, & si addat sapientiam, minimus tamen

Psal. 49. in regno cœlorum erit. Ait Psalm. 49. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Sed cur peccator non enarret iustitias Dei? Nonne dum studet iustitijs prædicandis, magnum illi emolumentum accrescit? Minimè; quin potius semper decrescet, & minor fit. Pro quo expendendum est illud: *Tu vero proiecisti sermones meos retrorsum*: Deum prædicat iustitias Dei, dum diuina testamenta pulchis ad populum demulcendum sermonibus ornat, non factis: hoc euenit, vt penitus sermonum Dei obliuiscatur, eosque proiectos habeat retrorsum, quæ quidem cuicumque rationali homini sunt in promptu. Additio enim eloquij, & sapientiæ sine moribus in doctore non supplet, imò absumit legis naturalis memoriam, & ipsam naturam rationalem curtat, & minorat, ne adspicatur ea, quæ sunt etiam perspicua rudioribus. Id quod

Chrysost. expendens D. Chrysost. in hunc Psalm. ait: *Habeat ergo vita tua claram vocem, & licet os tuum obstruxeris, vel tuba clarius personabis. Quod si cum sis sordidatus, doctoris sedes coneris inuadere: non solum ex legis doctrina, nulla tibi facta est accessio, sed etiam quod habes à natura, mutilum, mancumque redidisti. Eorum enim quæ sunt agenda, & non agenda, rationes nobis à natura insitæ sunt. Tu autem ea repulisti, & nō habuisti in memoria.* Ecce tibi qualiter additio virtutum, etiam in defectu eloqui, extollat doctorem; & additio eloquij in defectu virtutum, potius doctorem curtat, & minorat. In quocumque defectu linguæ magnus est doctor operans in regno cœlorū: in quocumque eloquentiæ additamento si virtutū operibus careat, minimus semper erit, & pusillus doctor.

CAPVT V.

De ira sedanda.

PVLCHERRIMO, vt inquit D. Hilarius, Ingressu incipit diuinus concionator opus legis excedere, dum quod in lege imperfectum fuit, perficit; quod obscurum, explicat: quod mutilum in illud deducit incrementum, vt necessum sit, iustitiam scribarū, & Pharisæorum longè excedat, quicumque Christianus velit pertingere regnum cœleste. Excedit in primis, qui sic afficitur erga proximum, vt nec opere, nec animo, nec verbo illi lethale inferat nocumentum. Ab homicidio caueat Christianus, imò & ab homicida animo, insuper a contumeliosis verbis; tandem proximo offenso, quin prius reconcilietur, ad diuinas aras minime accedat. Quę iniurium proximi hominem auersantur: amplectuntur verò eum, qui inter se, & proximum nec minimam diuisionem admittere velit.

Matth. 5 Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

§. I.

Iusto, & fideli viro grauissimum tormentum est, cum pessimis, & bruteſcentibus hominibus comparari.

AD iustitiam eam inflammantur Christiani quæ regnum mereatur cœleſte; vtpote quę Phariſæorum iustitiam excedat. Sed cur dominus ſuos ad iustitiam inflammans, Phariſaicam iustitiam meminit? Crediderim in diuino conſilio factum fuiſſe, vt quos pœna ad excedendos illos non moueret, moueret comparatio, qua ſe viderent in iuſtitia, non impares peſsimis hominibus Scribis, & Phariſæis. Et quidem ingenuos animos valde pungit, & torquet comparatio cum fędis, & turpibus vitiorum macellis. *Iſai.1.* Iſai.c.1. fideles Habrahamides compunctus ſic loquitur. *Audite cœli, auribus percipite terra, quoniam Dominus locutus eſt: Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit vos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit.* Quantũ hoc calcar ad Iſraelitas excitandos, vt excederent bobem, & aſinum? Nonne magis pũgeret Iſraelitarum animos, ſi meritas peccatorũ obijceret pœnas? Cur his omiſsis tantum obijcit, quod bos, & aſinus fecerunt? Sanè ingenui viri nulla ſic torquentur pœna obiecta, quam torquentur, cum ſe comparatos, & æquatos peſsimis, & bruteſcentibus *Zeno.* animis cernunt. D. Zeno, ſerm. 5. in Iſaiam, ait: *Bobem illis, aſinumque præponit, vt grauius poſsint, ſi reſipiſcant, comparatione torqueri, quã pœna.* Maximè quidem torquet animos ingenuos, quod ſeſe videant comparatos peſ- *Ezech.16* ſimis, & exæquatos bruteſcentium hominum moribus perditis. Hinc Ezech. 16. *Hæc dicit Dominus Hierusalem. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaam, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cathæa.* Et hominibus perdidiſsimis, ſceleſtiſsimis, plenis iniquitatis, plenis blaſphæmiæ, cur terribilem iudicij ſui gladium non oſtendit exertum? Cur ſolum mauult illorum vitam non abſimilem à Chananæis, Amorrhæis, & Cæthæis oſtendere? Ait Theodoretus ibi: *Hoc autem ſatis erat ad eos admodum perterrendos.* Res magni horroris eſt viro ingenuo, ſe inter famoſiſsima vitiorum mancipia videri cõtentum, ab illorumque infamiſsimis moribus, nec vngue tranſuerſo differre. Apud Iſaiam, ca. 1. ſic Dominus crucifixores ſuos alloquitur. *Audite verbum Domini principes Sodomorum,* *Iſai.1.* *percipite auribus legem Dei veſtri populus Gommorrhæ.* Et in nephariſsimos Pontifices Anã & Chaypham durum aliud ſupplicij conſtitui non potuit. Pulchrè Forerius ait: *Quid* *Forer.* *durius in magiſtratus, & pontifices dici potuit?* Sanè mille tormẽtis emiſſet nobilis Dei cultor, ne inter infamiſsimos Sodomæ viros poneretur: longèque magis expaueſceret ad ictum huius comparationis, quam ad haſtã in ſe venientem, & grauius torqueretur hac ſocietate, & communione, quam quouis alio tormento. Vnde pergens Dominus lo- *Ezech.16* qui ad Ieruſalem Ezech. 16. ait: *Soror tua maior Samaria, ipſa & filiæ eius, quæ habitant ad ſiniſtram tuam: Soror autem tua minor, quæ habitat à dextris tuis Sodoma, & filiæ eius.* Ecce tibi quibus lateribus conſtituitur vrbs Ieruſalem: & quid inde? Quaſi dextro, & ſiniſtro eius lateri adhibuiſſet flammantes lamias, ſic pergit: *Ergo, & tu porta confuſionem* *Theod.* *tuam, quæ viciſti ſorores tuas, &c.* Theodoretus legit in rem noſtram accommodatius: *Et tu ſuſtine tormentum tuum ſuperans, in quo corrupiſti ſorores tuas peccatis tuis.* Et merito tormentum ſuperans vocatur infamia, qua quis afficitur ex communione peſsimorum quia ſuper omnem pœnam illo torquetur ingenuus homo. Reproborum pœnam inde exaggerat Zacharias cap. 12. quod miſeri *Zach.12.* Chriſtiani Iudæorum peſsimorum tribus admiſcendi, & æquandi ſint. Ait enim: *Et planget terra, familiæ & familiæ ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, familiæ domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum; familiæ domus Leui ſeorſum, &c.* Sed ſcire cupis, cur in poſtremo illo planctu ſolæ nominantur Iudæorum familiæ? An nullus Chriſtianus incurret plangendam damnationem? Vtinam, verum damnabuntur plurimi, quorum animi, vt magis torquantur, in Iudæorum cenſu permixtim intelliguntur, vtpote illis prorſus ſimiles, & æquales, in nulloque differentes, & diſiuncti. Ad quod reſpiciens Origen. hom. 30. in Matth. ait. *Omne igitur* *Orig.* *terrenum agmen, cum ſit tribus terræ, quod eſſe ſibi ipſi attribuerunt, maxime ſi oportet in aliquo peccatorum abundantius plangere, plangent cum ſimilibus ſuis. Qui enim ex doctoribus male vixerunt, ſunt tribus Nathan plangens. Qui peccatores ſunt ex his, qui præpoſiti ſunt Eccleſiæ, ſunt domus Leui plangens, &c.* Sic Chriſtianorum reprobi cenſebuntur inter Iudæorum feces, & peſsimi ſacerdotes cum Ana, & Caypha, & peſsimi doctores

cum

cum Phariſæis, & peſsimi reges cum Herode, & vita, & nomine pares, pares etiam ſuſtinebunt damnationes. Quis Chriſtianus non metuat numerari inter fæces Iudæorum.

Matth. 5. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides, qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

§. II.

Iracundus homo adeò cerram damnationem habet, vt iam videatur tortori, & carnifici traditus.

ASſentio Euthimio, & Iuuenco, qui reū iudicio putant illum, cui pœna capitalis ſic à iure decreta eſt, vt nullatenus per vllius iudicis arbitrium, aut minui, aut tolli poſsit. Et merito viri iracundi ſic a iure diuino prædamnantur; quippe eorum damnatio, quàm inuariabilis ſit, ex eo manifeſtè apparet, quod ſimiles homines iam nunc tortori, & carnifici traditi penitus videantur. Accipite 1. Reg. 18. Saulem iraſcentem in Dauidem: etenim Textus ait: *Præcinebant mulieres, ludentes, atque dicentes: Percuſsit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus eſt autem Saul nimis.* Quid tunc? Saulem habemus iratum, & nimis iratum, quid inde mali? *Poſt diem autem alteram inuaſit ſpiritus Dei malus Saul: tenebatque Saul larceam, & miſit eam, putans, quod configere poſſet Dauid.* Expende poſt iracundiæ ingreſſum, quis ingrediatur in pectus Saulis, equidem ingreditur ſpiritus malus; reproborum hominum carnifex & tortor ſimul inuadit Saulem, vt vidit illum iraſcentem. Non expectat iudicis ſententiā, ſed vt à iure damnatum ſtatim inuadit. Sanè hominem turpi laſciuia comprehenſum apud Corinthios nilominus carnifex non inuadit donec adeſt Paulus, qui ferens in illum ſententiam, ait: *Tradidit huiuſcemodi hominem Sathanæ in interitum carnis*; nec ante tanti iudicis ſententiam auſus eſt carnifex nefariſsimum hominem, vel tangere. At dum homo iratus apparet, iam non neceſſe habet damnationis ſententiam expectare, ſed illico illum inuadit, & vexat reproborum carnifex. Pulchrè D. Petrus Damian. lib. 4. ep. 17. accinit: *In Saulis cor ira præceſsit, & mox nequitiæ ſpiritum introduxit, qui abreptitium ſuum in zelum veſani furoris accendit. Fremebat enim in vaſculo ſuo auctor iracundiæ ſpiritus.* Eu mi ſerum hominem tali carnifici traditum! Et quis credat hominem iracundum ferri affectibus humanis, & non potius tortoris immaniſsimi flagris agitari? Nequit plane iracundia in humano pectore eſſe, quin immaniſsimus diabolus ſtatim ibidem appareat iam plectens, & contundens miſerrimam animam. Propterea monebat Apoſt. ad Epheſ. 4. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite dare locum diabolo.* Quaſi in irato animo nil citius appareat, quam hominum carnifex diabolus: ex cuius ſæuitia etiā nunc incipit pœnas dare. Quo ſpectabet D. Chryſoſt. hom. 47. in Ioan. latus. *Inter iram, & inſaniam, nihil differt, ſed breuis quidam dæmon eſt, imò quam qui dæmonio vexatur, grauior. Ille enim venia dignus eſt iratus nulla, ſed ſupplicijs innumeris ſponte ſua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram Gehennam pœnas dat.* Non expectat iratus extremam iudicis diuini ſententiā, iam hic excludit à ſe veniam omnem, iam ſe ſe in diabolum penè transformat, adeò, vt in irato quaſi ſolus diabolus videatur: ſic tortorem patitur, & generis humani carnificem, vt ab illo plene poſſeſſus appareat immaniſsimas pœnas dans. Miraris dictum eſſe iratum hominem dæmonis poſſeſsionem, ſed adhuc dicam aliquid amplius, nimirum non vnius dæmonis, ſed plurium impetus ſuſtineri ab irato. Recolenda eſt hiſtoria à D. Luca, cap. 8. propoſita de miſero homine à dæmonio vexato: qui cum ad Ieſu pedes procumberet; ait Ieſus ad dæmonium: *Quod tibi nomen eſt? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum:* Maximum hoc erat, quod integra dæmoniorum legio miſerum hominis pectus occupaſſet: ſed non minori admiratione dignum fuit, id quod accidit. Accepta enim ex Ieſu poteſtate legio illa hominē relinquit, & in gregem porcorum tranſit: *& impetu abijt grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt.* Quę huius rei ſpecies? Sanè nulla ſubijt ſpecies aptior ad exprimendum malum hominis irati; is vt ab ira poſſidetur, non vni tortori, ſed toti immaniſsimorum militum legioni traditur vapulandus. Sic in Romano iudicio rei abintegra legione vapulabant, qui iudicio reus homo iratus legioni traditur, a qua

1. *Reg.* 18

Pet. Dam.

Ad Eph. 4

Chryſoſt.

Luc. 8.

iam

iam non vt homo, sed vt grex porcorum agitur in præceps, in profundumque perditionis defertur suffocandus. Accipite modo D. Greg. Nazianzenũ sic ab homine prudenti amouentem hanc iræ rabiem, quæ in brutescentes solum animos regnum habeat. Ait enim car. de Ira in fine. *Nazianz.*

O iræ feruor, dæmonis domus horridi,
Horrenda legio multiplex labes mali.
Te Christus fugere confestim hinc iubet,
Porcorum in aluum te tuorum conijce,
Capit ruentem grex libens hic in mare,
At parce nobis, qui Deo curæ sumus.

Non homo est, qui à tali supplicio, qui à tortorum immanissimorum non cauet; qui enim hominis adhuc sensum habet, nihil magis studet, quam à se depellere tantum malum. Quod ab homine euictum videte, quo abeat, nimirum, in gregem porcorum, hoc est, in gregales illos conuentus iuuenum gladiatorum, lites, & rixas passim excitantium. Ad hos confugit legio dæmonum, velut ad suorum porcorum gregem, & capit ruentẽ grex libens hic in mare. Et ea est stultitia horum, vt totam tortorum, carnificumque hãc legionem libenter admittant, quæ in præceps ruunt, & inter felleos haustus, inter gladios, & mortes iactati miserè contunduntur flagellantur.

§. III.

Iracundi homines obnoxij iudicum rigoribus, carceribus, vinculis.

ECce quid tibi pariat iracundia tuo in pectore nutrita, vt reus vbique agaris, vt creber sistaris iudicibus, vt vix te vinculis, carceribus possis eximere. Apud Matth. cap. 8. occurrunt Iesu duo dæmoniaci homines, *sani nimis, ita, vt nemo posset transire per viam illam*; de altero horum nempe insigniori addit Marcus, cap. 5. quod erat, *sæpe compedibus, & catenis vinctus.* Nunquam non compedibus constrictus, nunquam non catenatus, vt videas pulchram effigiem sæuientium, & irascentium hominum. Quo te feret iræ furor, nisi ad compedes, ad catenas ad iudicum tribunalia seueriss ma? Pulchrè ad hæc Sedulius, libr. 3. Paschali, cap. 8. inquit: *Heu quàm grauis est furoris conditio. Qui vim sustinet lacerantis insaniæ, illum necesse est, & vinculis pœnalibus subiacere.* Quando iracundus homo euadit vincula? Sanè hi sunt, quos neruus, & compes, & niger carcer spectat: hi sunt legum pœnalium mancipia: hos trirremes vocant, crux penè designat. De illis locutus Iob, cap. 41. ait: *Cum apprehenderit eum gladius, non poterit ei resistere, neque hasta neque thorax.* Ecce quàm validus quàm strenuus pugil, cui nec hasta, nec thorax resistere potest pugnanti rixanti, sed expende illud: *Cum apprehenderis eum gladius*: debuisset dicere, cum ille gladium apprehẽderit, nemo resistet armatus. Cur maluit dicere, cum apprehenderit eum gladius? Acutè sanè irascentium hominum expressit cõditionem, qui dum ad gladium currunt, non tam apprehendunt, quàm apprehenduntur ipsi, danturque ab ipso gladio suo in iudicũ prendentium prædam. Stephanus apud Til man. in alleg. ad cap. 1. Naum fatur. *Dicitur, qui per abrupta furoris graditur, non apprehendere gladium, sed à gladio apprehendi.* Nil promptius manat è rixis hominum iratorum, quã vincula, quibus tenentur ipsi, & apprehenduntur. Ibi in vinculis, nimirum, in carceribus, in neruis, in iudicijs desinunt ferè semper iratorum hominum facinora. Ad quod spectans diuinus Spiritus, ait Prouerb. 27. *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor*: expende illud: *erumpens furor*, quasi furor explicetur instar aquarum venæ erumpentis, & cum impetu fluentis: quam comparationem clarius exprimit Hebræa origo legens: *& inundatio indignationis.* Prodit equidem, imò erumpit furor iræ, non aliter quã rapidissimus torrens, quàm flumen inundãs & quia omnia flumina in mare desinunt, sic iræ torrens habet mare suum, in quod vniuersæ apparent desinere, nimirum, in carceres, in vincula, & supplicia. Accipite pulchrà verba D. Isidori Pelus. lib. 3. epist. 329 *Nonnulli te intemperantem linguam habere cauillantur, fontiumque maledicentiæ flumen esse ipsius fluenta copiosè, profusèque tum excipiens, tum eructans: quæ quidem in supplicij, & crucia tus mare hominem conijciũt.* Quid pulchrius? Ecce tibi linguæ indignantis fluenta vbi erũpunt, quo miserum hominem conijciant, in mare cruciatus, & supplicij: & sicut mare nullus effugit fluuius: sic carceres, sic vincula nullæ irarum voculæ contumelios æ effugiunt. Quippe ait Apoc. 11. *Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua.* Cum primum hominũ iræ crebrescunt, statim summi iudicis apparet ira, quæ supplicijs, & cruciatibus mortalium excipit iras.

Matth. 8. *Mare. 5.* *Sedul.* *Tilm.* *Prou. 27.* *Isid. Pelu.* *Iob. 41.* *Apoc. 11.*

Matth.

Matth. 5. Qui autem dixerit fratri suo Raca, reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue: reus erit Gehennæ ignis.

§. IIII.

Ira furor nullis sciuit contumelijs siue in homines, siue in Deum parcere.

QVò non se fundat ira, dum semel intimis præcordijs efferuescit? Nullis equidem parcit linguæ contumelijs. Notabat D. Petrus Damian. libr. 4. epist. 17. linguam duabus sese portis posse effundere, nimirum, vel per sonos minimè significatiuos, vel per significatiuas voces. Vtrisque occludendis in homine irato instat Dominus vetans, ne dicatur fratri Raca, hæc est interiectio naturalis furoris, nihil aliud significans; & ne dicatur fatue, hæc est vox significatiua, & contumeliosa. Vtrisque, inquam, portis occludendis anxius instat Dominus, vt qui nouerit iræ ferociam, quæ semel effussa nullis cõtumeliæ generibus parcere nescit. Quin potius, & nutibus, & clamoribus, & verbis, & blasphemijs sese exerit in Deum contumeliosa, & homines. Sapienter D. Paulus ad Ephesos 4. furentis irę omnes gradus proposuit, aiens: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malicia.* Nũquam ira feruescens pauciora nouit spicula torquere; ab illa, & indignatio prosilit, & simul clamor, & blasphemia, cum omni malitia. Nullos præfixos habet ira terminos, vbi furere incipit, per nutus debaccatur, & per clamores, clamans, fremens, vituperans, blasphemans. Quo respiciens D. Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 328. Anatolio cuidam maximè querenti, quod blasphemus diceretur, sic respondet. *Blasphemijs vsque adeò clamor, & indignatio, & ira grauior est, vt etiam priorẽ hac illam Paulus collocarit. Quare cum ira, per quã omne malorum genus in mundum irrepsit, labores: aut hanc quoque defere, aut cum blasphemus appellaris, animi cruciatum ne concipe.* Et quidem, qui iræ furijs se dedit, ne offendatur, quod habeatur blasphemus, nescit enim ira, vbi effunditur, alicui generi offendendi parcere, imo effussa per omnes, & contumeliosa fit, & blasphema, æquè rabida in Deum, & homines. Ad hæc D. Cyrill. apud Damas. lib. 3. Paralypom. cap. 32. ait: *Quidnam ira peius excogitari queat? Quod enim flagitium est quod non suscipiat, aut qui sermo malus, a quo abstineat, qui huiusmodi flammam intimo pectore flagrat?* Nulla vox, nullus clamor, nullum conuitium, nulla contumelia, nulla blasphemia tanta est, quam simul non eructet hæc virulenta bellua. Nullum non telum torquet, nulli parcit spiculo, quo ferire possit; nullum veretur terminum, sed vltra omnes prosilit, vbi feruere cœpit. Id quod meditatus D. Nazianz. in Iambico de Ira, fatur.

Ad Eph. 4

Isid. Pelu.

Damas.

Nazianz.

Medicamen alijs est Deus menti obuius,
Ast ira primum numini occludit fores.
Cum grauior extat, si Deum quis proferat,
Multum ingrauescit: iungit hunc conuitijs.
Vidi ipse, saxa, puluerem, & verba aspera,
Qui iaceret in Deum (proh scelus nefarium)
Nulla arte, nullo qui modo vinci potest.

Eò peruenire potest iræ furor, siue rabies, quòd a nullo contumeliarum, siue blasphemię abstinere queat: si times blasphemiã, caue iram, dum enim iracundus fueris, & contumelious eris, & blasphemus.

§. V.

Mansuetudo hominem, iracundia feram facit.

VOx Raca, cum nihil significet, vt ex Petro Damiano, & D. Paschasio; & alijs suppono, non tam propria est hominum quæ non possit esse, vel fremitus ferarum. Et meritò iracundis hominibus tribuuntur clamores etiam, & fremitus, communes ferris, quando solus mansuetus vir, purus, & perfectus est homo. Apud Ezech. cap. 14. *Hæc dicit Dominus Deus: Homo, homo de domo Israel.* Qui Israelis domum habitare velit, nimirum, cœlestem patriam incolere, fit homo homo. Cur iubetur esse homo homo, an quia homo possit esse aliud, quam homo? Planè homo id est, quod affectibus suis ostendit; si linguæ venenum fremens in fratrem iaculat, serpens est, viuora est cum verbis, & moribus mansuetudinem refert, tunc solum homo homo est. Ad hæc Orig. hom. 3. in Ezech. *Estote homines, homines scilicet: quia non omnes homines, homines sunt. Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & assimilatus est eis. Iste non est homo homo, sed homo iumentum.*

Ezech. 14

Orig.

Gene-

Generatio viperarum, quis ostendet vobis fugere à ventura ira? Talis non est homo homo, sed serpens homo. Absit ergo à nobis, vt tales simus, qui mereamur audire, non esse nos homines homines. Si enim boni, & mansueti simus duplicamus hominis nomen, vt sit in nobis non simpliciter homo, sed homo homo. Hoc nouit in te facere mansuetudo, vt sis homo homo, vt nullo ex latere non referas hominem; siue loqueris, verba homini decentia, & propria profers: siue taces, in eo etiam ostendis prudentiam & sapientiam hominis. Quantum à mansuetudine deficis, tantum perdis hominis, in tantum te feralem, & vipereum, & serpentinum ostendis. Iracundia te in fremitu leonem, in sibilo serpentem ostendit: & vtinam ab iracundia in vnam solam feram transformareris, sed omnium immanitatem, & virulentiam refers. Psal. 57. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, &c.* Psal. 57. Suffecisset misero, quod vni serpenti assimilaretur, cur vlterius, & aspidi assimilatur? Facit hoc iracundiæ furor, qui in hominis corde, & lingua, & gestu, non vnum, sed varium, & multiplex ostendit ferarum venenum. D. Basil. de Ira, fatur. *Hæc hominẽ prorsus efferat, ac ne hominem quidem esse sinit, vt qui iam rationis præsidio careat. Nam quod venenatis animantibus venenum est, hoc iræ parcitis est excandescentia. Rabie laborant, vt canes, subsultant vt scorpij, mordent vt serpentes. Si ali quem præ iracundia dentes acuentem videris, illud cogita eum aprosimilem esse, vt qui internum furorem per dentium confrictum ostendat.* Basil. Sic omnium ferarum formas, siue deformitates, siue immanitates iracundus homo præfert, quis non timeat, vel conspectum illius. Prou. 22. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.* Prou. 22. Expende periculum conuiuendi cum iracundo, nimirum, *ne sumas scandalum animæ tuæ*, hoc est, ne vitam tuam in manifestũ periculum constituas, constitues enim, vel leuissima occasione data, vel si nutu, aut halitu te te illi opponas. Id quod pulchra comparatione exprimit Nazianz. in Iambico de Ira, inquiens. Nazianz.

Reprimere tentes? in caput bilem tuum
Trahes, furentem vt belluam sono edito.

Expende illud furentem, vt belluam sono edito: quippe viditi sæpe in arena taurum hinc inde agitatum, furore iam percitum: hunc si vel ex platææ angulo sibilo, aut quouis sono edito voces, quanto subito in te furore conuertitur? quanto impetu inuadit? pennatus sis, si cornuto eius ardori te eripis. Ita prorsus cum iracundo homine tibi eueniet, illius flammantem bilem in te trahes, furentem, vt belluam sono edito. Quare ab iracundo homine, & fremente, & oblatrante nõ minus fugiendum, quàm à bellua: eiusque conuicia, & contumeliæ, & blasphemiæ non aliter excipiendæ sunt, quàm fremitus belluarum, sibilus serpentium. Sanè ferarum voces nullum mente sanum in se prouocant, quin potius fugam consulunt: vt tu salúti fugiendo consulas. Quis audiẽs leonis fremitus, sic in leonem irritatur, vt eum inuadat similiter fremens, quin potius tacitus sese fugæ commendat? Sic & si probra, & si conuicia audias ab ore iracundi, reputa ferarum fremitus, & fugiens te ab eius insania eripe. Pro quo accipite Nazianzenũ vbi supra. Nazianz.

At probra sunt hæc, probra, si cadas simul.
Ægros ne probris mutuis ipse impetes?
Quid rabidus ad te forte si currat canis?
Quid? si camelus quispiam ferox tonet
Gutture, tibiq; tendat infestum caput
Stabis ne pugnans? Nonne, qui sapit, fugit?

Equidem, qui sapit, ferarum fremitus non ponderat, sed fugit: nec tu probra iracundi hominis æstimes, sed ab illius congressu te eripe.

Matth. 5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniẽs offeres munus tuum.

§. VI.

Quò quis Deo propinquior, eò fraternæ vnionis diuisionis plus fugiat.

QVis Dei altare conscendat, si interse, & proximum diuisionem aliqualem meminerit? Curet, mihi crede, integrã cum proximis vnionẽ seruare, eò diligẽtius, quo quis est diuinis aris propinquior. Abraham litaturus Deo vaccã, trimẽ, & arietẽ trimũ, colũbãque & turturẽ sacro iã astabat altari. Quid tunc? De illo habes Genes. 15. *Qui* Genes. 15.

tollens

tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. Vacca, capra, & aries diuisæ interse membratim sacris altaribus ponuntur; sed aues minimè ibi diuiduntur. Cur aues non diuisæ, quãdo cætera diuiduntur?

Pet. Dam. Id explicat D. Petrus Dam. epist. 15. ad Alex. 2. inquiens. *Terrena animalia contra se, & altrinsecus opponuntur, quia terreni quique contra proximos iurgijs, & contentionibus fæuiunt, vel certè occultis aduersus eos odiorum formitibus inardescunt. At contra, qui sese in altum cœlestis desiderij pluma sustollunt, dum sacrificium Deo semetipsos offerunt, à mutuæ dilectionis glutine non recedunt.* Hæc sit prima cura eorum, qui Deo appropinquare nituntur, vt fraternam dilectionem integram, sanctamq́, in pectoribus suis obseruent. Hoc vno signo distinguũtur terreni homines, ab his, qui se se extollunt, & cœlestibus, & Deo ipsi appropinquãt: nimirùm, terrenos, & iurgia, & dissidia, & lites variant, cœlestes vnio, charitas, concordia conglutinat: illos frequentes diuisiones notant, hos vna indiuisio designat. Recolite modo duos illos fratres Abelum, & Cainum; vterque parat Deo munera, vterque ad aras accedit: vterque sua offert sacrificia, sed non vterque placet, quin potius, & munera, & persona Cain minimè Deo accepta fiunt. Vndè Cain in ipso sacrificio offensam incurrit? Ipse textus insinuat Gen. 4. ex

Genes. 4. lectione Septuag. inquiens: *Nonne si rectè offeras, nõ rectè autem diuidas, peccasti?* Terrenus homo Cain diuisiones à fratre meditabatur: ex quo eius munera odiosa Deo existunt, vt potè munera illius, qui ausus est diuinis appropinquare obtutibus, præseferens diuisionem, & in pectore discordiarum semina ducens. Ad hæc D. Paschasius lib. 4. in Matth.

Paschas. inquit: *Recordari conuenit Cain, & munerum eius, ad quem, cùm offerret, non respexit Dominus, neque ad munera eius: profectò, quia indignationem in animo contra fratrem gerebat. Vndè dicitur, si rectè offers, & non rectè diuidis, peccasti.* Temerè Deo appropinquat diuisiones, cum fratribus præseferens: qualiacumque enim quis Deo munera acumulet, nil facit, dum à fratre diuisus accedit. Itaque qui voluerit Deo gratus astare, eius ãd se trahere misericordiã, hanc in primis adimpleat charitatis legem, vt sese fratribus in vinculo pacis annectat. Quis ignoret filiorum Iacob rabiem in fratrem Ioseph? Oderant illũ adeò, vt venderent Madianitis, & à se prorsus arcerent, ne vel eius memoria offenderentur. Tandem annonæ gratia coacti descendũt in Ægyptum: ibi explorationis suspitione comprehensi deferuntur ad terræ Saluatorem: ignorãtibus enim illis à Deo cõstitutus erat Ioseph Saluator terræ. Ad huius igitur pedes prouoluti, de crimine suspecti nihil non agũt, quo eius solicitet erga se clementiã; & interrogati, qui sint, aiunt vnanimiter Gen. 42. Serui tui venimus, vt emamus frumenta. Omnes filij sumus vniusviri, pacifici sumus, non sunt serui tui exploratores. *Duodecim,* *Genes. 42* *inquiunt, serui tui fratres sumus.* Cur se modo dicunt duodecim fratres, quãdoquidem Iosephum à se ablegauerant, a se toto corde reiecerant? Dempto Ioseph, & à fratrũ numero abrupto, non erãt duodecim; quare ergò adhuc se duodecim numerant? An quẽ abiecerant, nunc ad se totis cordibus reuocant fratrem, vt sic placabiliorem Deum in iudice inhabitantẽ experiantur? Prorsus idfaciunt, se enim reos fraterni sanguinis tunc noscentes, nil acceptum, nil misericordia dignũ putant posse facere, quin prius modo quo possunt reconcilientur fratri, & ideò quem oderant, & abiecerant, nunc mente, & verbis ad se recipiunt, & secum numerant fratrẽ. Ad

Chrysost. hæc Chrysost. hom. 64. in Gen. fatur: *Illi autem necessitate coacti, & volentes eum ad misericordiã flectere, dicunt: Duodecim sumus fratres serui tui. Etiam eum, quem negotiatoribus vẽdiderant, in numero suo recẽsent. Et non dicũt duodecim fuimus, sed duodecim sumus fratres.* Non equidem misericordiam acciperent, nisi eiectum fratrem reuocarent, nisi & se fratri, & fratrem sibi adiungerẽt in vinculo pacis. Id quod perficiat Christianus, & vereatur Deo appropinquare, quin prius saltem visceribus suis, si aliter non potest, admittat eiectum a se fratrem, & iniuriatum.

§. VII.

Quod semel Deo munus offers, teneris illud omni ex parte perficere, & integrare.

NON iubetur quis, vt oblatum Deo munus tollat, & abeat reconciliari fratri suo, sed quod abeat reconciliari, relicto ibi corã Deo munere. Cur relicto ibi munere, & nõ potius secũ lato? Ideo crediderim nõ permitti indè iã auferri mun⁹, sed potius ibi iussum manere, vt ibi manẽs ostẽdat obligationem, qua tenetur homo perficiendi munus, quod Deo semel obtulit, ne ex aliqua deficiat parte. Equidẽ nõ tenemur multa offerre munera Deo; sed quæcunq́; offerimus, ex eo, quod oblata Deo sint, in eã nos inducunt obligationẽ, vt illa vndequaq́; perfecta constituamus. Cant. 5. ait Dñs ad Sponsam, quæ sese iam illi, deuouerat: *Aperi mihi soror mea,* *Cant. 5.*

amica mea, columba mea, immaculata mea, vbi noſter legit: *immaculata mea*: ponit Nyſſenus ex Græco: *perfecta mea*. Nec contentus eſt Dominus, quod ſponſa ſua qualeſcumq; virtutes attingat, perfectiſsimæ amicitiæ opera faciat; ſed inſuper monet, vt nihil perfectionis relinquat intactum: vt ſic ſe, ſuaq; Deo deuoueat, vt nulla ex parte deficere videatur. Quippè ait Nyſſen. hom. 11. in cant. *Oportet autem appropinquare veritati, & adeò exactè eſſe propinquum, vt nullo intermedio diſiungatur. Et habere in natura columbæ perfectionem, hoc autem eſt, nulla in re deficere, & eſſe plenum omni innocentia, & puritate.* Quidquid Deo offertur, obligat offerentem ad hoc, vt nulla in illo perfectio requiratur, vt cum omni perfectione, & puritate tandē offeratur. Spectandum eſt donum, quod Deo exhibetur, & pluries ſpectandū, nequid minus habeat; & toties illi addendum, quoties neceſſum ſit, vſque ex omni parte perficiatur. Hinc Abelum cōmendat Paul. ad Heb. 11. fatus: *Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain obtulit Deo.* Quid eſt illud, *plurimā hoſtiam*? Crediderim eſſe hoſtiam pluries ſpectatam, pluries conſideratam, vt illi adderetur, quod deficeret: non ſemel aris impoſitā & ibi relictam prorſus; ſed ſemel, & iterū ad examen reductam, donec omnimodam illi perfectionem adiungeret. Huc ſpectat D. Baſil. Sel. orat. 4. aiens: *Abelus verò longè aliter, quàm Cainus, qui cum donū totus ſpectaret, gregis datorē ſe lectiori gregis portione honorabat, animi virtutem cum donis copulatis, vnáq; animum ipſum offerens accipienti Deo.* Expēde ab illis, nimirū, *cum donum totus ſpectaret*: quippè Cain donum ſemel aris impoſuit, ibi relictū, nil amplius curauit, at Abel totus erat in ſpectando dono, nequid illi perfectionis deficeret; & ſemper illi ex animo ſuo addēs, quouſque perfectio doni omni ex parte cōſtaret. Equidem totus ſpectauit donum, ex quo didicit, perfectionem illi vltimam adderę; quæuis enim oblationes Deo factæ exigunt ab offerente, toties ſpectari, donec vltimam perfectionem capiant. Hinc eſt, quod Anna Samuelis mater, cum puerum ſuum Deo obtuliſſet: non antea voluit oblatū donum deferre, quàm illud perfectiſsimè poſſet Deo dare: ait enim 1. Reg. 1. *Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.* Cur ſtatim non vult deferre puerū Deo ſuo? Erat equidem puer donum oblatum a matre in Dei cultum, ideò ex eo, quod donū erat Deo oblatum, obligabat parentem, vt eius profectui proſpiceret, & tunc ſolū vellet tale donum offerre, cum id poſſet exequi perfectiſsimè. Vndè D. Chryſoſt. nunquam non laudat hanc Annæ cautelā hom. in præſenti, fatus. *Non ſolum autem, quod illum Deo ſpopondit, verum etiam ex hoc, quod non auſa aſcendere priuſquā ablactaſſet infantem, fœminæ pietatem licet perſpicere. Ait enim viro ſuo: Cum ablactauero illum: offeretur in conſpectu Domini, & ſedebit illic in æuum. Non exiſtimabat eſſe tutum relicta domo aſcendere in templum: quod cum accepiſſet donum, non ſuſtineret, abſq; dono comparere. Rurſus adducto illo, ac more recepto, deſcendere verebatur. Eoq; tanto tempore manſit, vt cum dono compareret.* Sic ad omnes defectus ſibi cauebat, & proſpiciebat, quòd ſemel oblatum Deo donum nihil perfectionis requireret, quaſi ex ratione doni Deo oblati haberet perfectiſsimo, quo poſſet modo, illud offerre.

Chryſoſt.

Nyſſen.

ad He. 11

Baſil. Sel.

1. Reg. 1.

Matth. 5. Eſto cōſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerē mittaris, &c.

§. VIII.

Per notos, & tritos calles virtutum vitæ ratio eſt inſtituenda, & perquirenda.

ET ſi in via ſis cum aduerſario, nō iuberis viam notam, & tritam deſerere, vt ab illo fugias, quin potius in via perſiſtere, & ibi os aduerſarij occludere. Eu quam fallitur, qui relictis notis, & communibus virtutis acquirēdæ curriculis per auia, & inuſitata ſe ducit; is Dei prouidentiam accuſat, quaſi male prouiderit communibus medijs ſalutis. Manifeſtus ille Domini tentator acceſsit ad famelicū Ieſum lapidibus onuſtus, & ait illi Matth. 4. *Dic, vt lapides iſti panes fiāt, &c.* Cur miſer nō potius famelico offers ſpicas triticeas, ſeu alias terræ fruges, vt indè paret cibos? Cur mauis lapides offerre, ex quibus cibi fiant? Vt ad inuſitata, & extraordinaria alliciat, ſciēs, quod ſi quis nota, & cōmunia faſtidiat, ad inuſitataq; anhelet, non difficile in diuinæ prouidētiæ cōtumeliā prō ſiliet. Imò ad inuſitata currere, iā eſt ordinariæ prouidētiæ ſuccenſere. Vndè acutè D. Nyſſen. orat. 4. de Beatit. ſic tētatorē expungit. *Tētationū inuētor, cū intellexit affectū famis conſulnit,*

Matth. 4.

Nyſſen.

consuluit: vt lapidibus exciperet appetitum: hoc autem est detorquere appetitum à naturali cibo ad ea, quæ à natura aliena sunt. Dic enim, inquit, vt lapides panes fiant: quid enim peccauit agricultura? Cuius rei gratia respuuntur semina, vt cibus ex his confectus reprobetur? Cur arguitur sapientia creatoris, quasi non rectè per semina genus humanum alat? Nam si lapis ad cibum aptior apparet: nimirùm, à debita prouidentia circa vitam humanam Dei sapientia aberrauit. Sic de sipiunt, qui relictis notis, & cõmunibus virtutis, salutisque acquiendæ semitis, ad inusitata, & peregrina inhiant. Qui aliia meditatur, sapientiam arguit creatoris, quasi nõ rectè prodiderit suis assectis notas has, & tritas salutis acquirendæ vias. Tu si sapis, ne Dei sis tentator, sed assecla, ne peregrina, & inusitata affectes, sed ama comunia: imò illa tibi sint suspecta, & inuisa, quæ sunt extra consuetum rerum fluxum, & rationem temporum. Baptistæ mater in senectute concepit orationis filium, diuinæ omnipotentiæ pignus, quid inde? Luc. 2. *Et celabat se mensibus quinque, dicens, quia sic mihi fecit Dominus.* Cur nupta fœmina se celat concepto filio? Nonne filiorum generatio præcipuus est in nuptijs scopus? Tumens vterus non ne est honesti coniugij fructus? Equidem habent coniugia suum decus ex filiorum procreatione perquam matres salutem adipiscũtur, vt Paulus inquit, sed tẽpore suo: quòd enim prouectæ ætatis fœmina vterum gestet, peregrina res est, nouum, & inusitatum salutis iter, ideò senex fœmina celabat in se, quod in illa ætate nouum, & peregrinum videbatur. Ad hæc Chrysol. ser. 92. inquit: *Occultabat se mensibus quinque: quia & si erat diuini muneris, sui tamen temporis non erat, quod habebat.* Sic prudentissima verecundabatur extra communes prosilire vias.

Luc. 2.

Chrysol.

CAPVT VI.

De fornicatione, & iuramento vitando.

DERGIT Dominus in monte suos monere assecias, & postquam iræ motus composuit; non minus curat cõponere Luxuriæ tyrãnidem, & linguæ effrænem rabiem in diuino nomine profanando. Itaque in luxuriæ discrimine, & oculorum instantaneus iactus, & vel leuissimus manum cauendus est tactus, si incendium æternum amas deuitare; sæpissime enim parua scintilla ingẽtem syluam comburit. Nec non luxuriæ socia periuria ita cauenda sunt Christiano, vt nullum in illius ore iuramentum, nec leuissimum appareat.

Matth. 5. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis: Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

§. I.

Nulli non fœdissimum, & turpissimum est omniq; deformius supplicio, luxuriæ flammis aduri.

CVm vetabat Dominus homicidium, ipsius homicidij pœnam proponebat simul, ait enim paulò antè: *Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicij*, modo autẽ vbi advetandam mœchiam accedit, de non mœchando præceptũ etiam antiquum euulgat, de supplicio, nec facit verbum, contẽtus dicere: Non mœchaberis, & pœnam silet. Cur modo dissimulata pœna, solum præceptum edisserit? Tale est luxuriæ vitium, tàm fœtidum, tam turpe, tam sæuum in sua mancipia, vt si vel solum præcepto videatur cautum, hoc sufficiat, vt nemò inueniatur, qui illud non fugerit. Ezech. 20. *Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat.* Simmachus legit; *vnusquisque nauseas oculorum suorũ abijciat*, & quidem tales sunt mundiales voluptates, quæ oculorum concupiscentiam fouent, tam fœtidæ, tam horridæ, vt nauseant moueant, & deterreant aspicientes conspectu suo. Nondum fuerant experta terræ animantia voluptatum rabiem; & nihilominus sic illa Dominus præcepto vrget, vt voluptati operam nabent inquiens Gen. 1. *Crescite & multiplicamini.* Nullum tale verbum dixit ad arbores, nec ad terræ fruges, sed ad solos animantes, & cur solos animantes tali præcepto vrget? D. Gennad. in caten. Græc. rationem reddit dicens: *Cum arbo-*

Ezech. 20.

Genes. 1.

D. Genn.

ribus, frugibusq; Deus dederit, vt seruentur in agricultura, animantes verò, vt mutuo interse cõcubito propagentur, ne in eam rem sponte sua ferri videantur, sed compelli potius imperio creatoris ad generis propagationem, meritò talibus verbis animarum generi benedixit. Vel ipsa bellua voluptuosus amplexus fugisset, nisi ad eos captandos præcepto compelleretur diuino, vt hinc pateat, quam sufficit per se ipsa considerata luxuries deterrere homines à vetito concubitu. Quàm multum terrebatur, vt voluptates fugeret ille, qui dicebat Eccles.

Eccles. 17 cap. 7. *Et inueni amariorem morte mulierem.* Cur mors proponeretur in pœnam voluptatum captarum, quando ipsæ voluptates, amarioreslongè sunt ipsa morte? Nulla equidem mors est, nulla pœna, quæ tot amaritudines propinet, tot dedecora inferat, & turpia damna, quot infert, & propinat vna libido. Vndè D. Cyprian. lib. de singul. Cleric. non illepide hæc describens damna tandem fatur: *Præcipitia instruit, (scilicet mæchia) interitum fouet: cõfusionem mercatur thesaurizat opprobrium: per infinita dedecora multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum.*

D. Cypr.

Quid verius de voluptate potuit dici? Ipsa est per se pœna grauissima, ipsa morte amarior, imò pluribus mortibus turpior, & inhonestior, & truculentior. Et si quid dicendum est libidinis malignitatem exprimens, ipsa est instar gehennæ ignis. Vndè monebat

Pron. 5. Prouerb. 5. *Ne des alienis honorem tuum: & annos tuos crudeli.* Quibus putant Iansenius, Caietanus, & Rodulphus moneri iuuenem, ne se dedat meretritio amori, ne committat ætatis suæ flores crudelissimæ voluptatũ lanienæ, hoc est, ne dent annos suos crudeli. Ad rem explicatius Rab. Salomon legit: *ne des annos tuos Principi gehennæ:* quippè voluptatum flammę gehennales sunt, gehennæ ardoribus vritur, qui turpibus amoribus incenditur. Iudic. 6. dum Samson ad mortem quæreretur, ipse ingressus domũ meretricis dormiuit ibi, & multo manè consurgens portas ciuitatis sustulit, & in montem ab inimicis liber se recepit. In quo Sãsonis facinore gloria Christi Domini resurgentis à sanctis patribus solet exprimi; qui ad infernum vsque descẽdit, vt Samson domum meretricis fuit ingressus; & indè mortis portis sublatis rediuiuus ascendit, sicut Samson etiam ascendit ciuitatis portas in montem deferens. Sed quid habet similitudinis descẽsus Christi ad infernum, & Samsonis ingressus in domũ meretricis? Sanè non tam ibi similitudo, quàm identitas inuenitur, quandoquidem domus meretricis infernus est, & voluptatum flamma æterni incendij ardores maximè exprimit. Ita D. Aug. serm. 107. de tempore, ait:

Quid est hoc? Infernum, & amorem mulieris, vtrumq; scriptura coniungit. Inferni ignem tenebat domus meretricis. Pro infernis ponitur domus meretricis. Meretricius amor nihilo à gehennæ ardoribus differt, totum quod infernalis flamma efficit, manifestè cernitur inflã mante libidine. Ad voluptuosam vrbem aiebat Dominus Isaię. 13. *Et erit Babylõ illa gloriosa in regnis, inclyta insuperbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam.* Expende cui assimilatur Babylonius fornax, nimirùm cõcupiscẽtia carnis, quippè assimilatur euersę Sodomæ. Sed scire cupis qualis sit Sodoma euersa? In tota euersa Sodoma nihil vitale relictum est: ibi in pomis extrinsecus color, intrinsecus turpitudo, cinis, & fabilla, in terris fumus, & fœtor; in fontibus viscus. Ex quo sic in rem præsentẽ D. Aelredus ser. 10. in Isaiam, inquit. *Meritò fœdum illud detestabileq; peccatum fœda, & horrenda reliquit vestigia; vt aduertant homines, quibus supplicijs subdantur in inferis, quos fumus excœcat, quos fœtor corrumpit, quos immundicia viscus, instar vtuminis æternis vinculis ligat. Hic est finis deliciarum tuarum ò Babylon.* Hoc est exemplar mũdialium deliciarum, hoc speculum voluptatum: sunt equidem libidines vniuersæ carnales instar Sodomæ euersæ, quæ ignem, fumum, cineres eructant; decipiunt paululum colore venusto, sed contrectatæ cinereum, quid euomunt à gehennali calore intrinsecus latitante productum. Simul exprimit Sodoma euersa, quæ sint inferorum supplicia, & quæ sint carnis deliciæ, sicut in inferno, sic & in voluptate carnalium, nil aliud inuenitur, quàm flamma vorax, fumus excęcans, fœtor corrumpens, viscus in æternos cruciatus, sine misericordia ligans. Vndè D. Hieron. ad Lætam, ne in filia voluptatum lenocinia patiatur, scribit. *Nec capillum irrufes, & aliquid de gehenna ignibus auspiceris.* Inter lenocinia enim voluptatis, vel ipse rufus color est valdè suspectus, vt qui iam exprimere videatur gehennam.

Augus.

Isai. 13.

D. Aelr.

Hieron.

Matth. 5.

Matth. 5. Quod si oculus tuus dexter scãdalizat te, erue eũ & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membro rũ tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, &c.

§. II.

Alienæ pulchritudinis conspectus voluntarius nunquam non tardat, & grauat etiam castissimos animos.

QVando pulchritudo visa est, & non scãdalum aliquale genuit? Etiam dexter oculus, & purissimus cõspectus in prospicienda pulchritudine offendiculum inuenit, quo detinetur, quo quis etiã imperceptibiliter retardatur. Quis pulchram formam aspexit, & non ibi longiores quam par erat, moras fecit? Pulcherrimus inuenis Saul, dũ parentis asinas quæreret, consulturus Prophetã accessit: & iuxta oppidi portas ad fontem puellas cum vidisset, eò pergit rogaturus an in oppido maneret Propheta. Rogat igitur, & puellæ ad formosi adolescentis cõspectum, non vnum, sed multa incipiunt fa-
1. *Reg. 9.* cere verb. 1. Reg. 9. *Quæ respondentes dixerũt illis: Hic est ante te festina nunc. Hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes vrbem, statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendũ. Nec enim comesturus est populus, donec ille veniat: quia ipse benedicet hostiæ, & deinceps comedent, qui vocati sunt. Nunc ergò ascendite, quia hodie reperietis eum.* Ecce tibi puellæ, quã lõgum texunt sermonem, quàm tardant in responsione sua: quot verba cumulant minimè necessaria; satis fuisset virginali decori respondisse vnico verbulo, nimirũ, quòd Propheta ibi esset, id quod solum quærebatur, at illæ multa alia commiscent, & de sacrificij hora, & de prandio, de conuiuij etiã ordine. Sed vndè hanc, colloquij moram cum hospite, & verecũdæ, & honestæ puellæ ebiberunt? Sanè ab ictu oculi, & si dextro conspectu formosum iuuenem respicientes, sic impediuntur, sic morantur, vt non facile ab illo conspectu se expediant, sed plusquã parerat temporis, in colloquio contererent. Ad hæc Lyra fatur: *Istæ puellæ plura verba dixerũt Sauli: quia volebant illum aliquantulum detinere verbis admirantes eius pulchritudinem.* *Lyra.* Proh quot offendicula parit, vel innocens conspectus pulchritudinis; ne te cito ab illo expedias: sed quasi in via mille offendiculis præpediaris. Quid aliud fecit vxor Loth, quam castis licet oculis ardẽtes Sodomæ libidines respicere, & statim facta lapis ibi in æternũ remansit? De quo pulchrè D. Augustin. ser. 29 de verbis Domini. *Quando autem scatet tentationibus mũdus, velut pluuia Sodomæ sulphurea, metuẽdum est exemplũ vxoris Loth: Retrò enim respexit, & vbi respexit, ibi remansit:* Expende, quæso, illa verba, *vbi respexit, ibi remansit:* nõ progredi, sed æternum hærere ad salebra datur illi, qui conspectibus pulchritudinis gaudet. Aiebat Aug. Psal. 118. *Auerte oculos meos, ne videam vanitatem:* ex Hebræo propriè: *transfer oculos meos,* ne hæreant, ne visa pulchritudine moras meditentur, & tardiores in transeundo reddantur: ad larga colloquia inuitantes. Ad quod respiciens D. Ephræm de vita spirituali, ait. *Si contingat colloqui cũ adolescentibus, ætate, & aspectus venustate florentibus, custodi oculos tuos ne concupiscentia mentem tuam conturbet, incipiasque in longum sermones affectione plenos deducere.* Hęrent, mihi crede, oculi in pulchram formam iacti, & nisi caueas, longissimis sermonibus senties concupiscentiæ flammas exufflari: vt dicat D. Petrus Dam. lib. 2. epist. 18. *Si consumi libidinis incendio nolumus, muliebris aspectus speciem declinemus, ne de conspectâ formâ flamma prosiliat: & in nobis tota mentis fruteta peruadat.* Non sic silices scintillant, & ignem eructant ex collisione ferrati equi calcis, vt pulchritudo ex ictu oculorũ in flãmas exurgit. Quare cauendus, vel oculi leuissimus iactus, & seueriſsima disciplina multandus. Pro quo Ezec. 2. *Vnusquisq; offensiones oculorum suorum abijciat:* quæ verba trãsfert Aquila fatus: *vnusquisque abscisiones oculorum suorum abijciat:* meritò abscisionẽ vocat, quidquid in oculis deseruire potest concupiscentiæ carnis, vt potè abscindendum etiam cum effusione sanguinis. *Ephæm.* *Pet. Dam.* *Ezech. 2.*

§. III.

In lasciuia nihil non sinistrum, & damnationi proximum.

VBi concupiscentia carnis incendi incipit, meritò iubetur erui, & dexter oculus, & dextera etiã manus resecari, nihil dex-

trum in homine lasciuia, relinquit, nihil lasciuo manet non sinistrum, & vicinum damnatis. Gen. 38. Iudas Thamaris existimatæ meretricis concubitum appetens, turpitudinis pretium spondet: sed quale pretium? *Dixit, mittam tibi hædum de gregibus.* Ecce quid lucretur mæchia, hædum de gregibus, iam indè cernens miserum damnationis statum; egregia quidem mæchiæ compensatio, in qua sinistri reprobi pœna per hædi exhibitionem demonstratur. De quo D. Zeno ait: *Hædũ ei promittit, ideſt, quæ sit peccati merces ostendit.* Nil aliud restat libidini, præter id, quòd à sinistris damnationem extremam spectabit: quidquid à parte agnorum, id est, à dextris venit, in voluptuosis hominibus resecatur; vnus illis hædus manet, nimirùm solum illos sinistrum spectat latus. Psalm. 136 *Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea.* Ecce vobis pœnam illorum, qui cœlestia obliuiscentes, fœdis inhiant huius tẽporis voluptatibus, nimirùm, quod dexteram amittant, & sinistra excipiant iacula: Aug. *Qui obliuiscuntur Ierusalem, hoc contingit, quod dicit, obliuiscitur illos dextera eorũ. Vita enim aterna manet in se, illi manent in delectatione temporali.* Proh misera delectatio carnalis! Eu perditos homines, qui non metuunt esse in cœno voluptatũ, quibus quidquid est dextrum amittitur, & solum, quod à læua iacitur, manet; nimirũ vulnus, mors, perditio. Eæ quippè sunt carnis deliciæ, quæ prospera omnia absumant; sinistræque diuinæ in se solicitent, & trahant lethalia iacula, Gen. 18. ait Dominus: *Clamor Sodomorũ, & Gomorrhæorum multiplicatus est.* Quid inde? *Descendam, & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint, &c.* Qualis est iste clamor, qui Deum vltorem trahit, & tot fulmina in se facit torqueri? An erat innocentum oppressorum clamor? Minimè: sed erat voluptatũ cantus; dum homines in voluptatibus suis choros agebant, dum crebris conspectibus, & amatorijs vocibus mutuas concupiscentias solicitabant, simul Dei iacula, Dei fulmina inse parabant. Rem explico pulchro exemplo: nimirùm cum tempestiuum prolificandi tempus aduenit auibus, & perdix suis se amoribus incipit calefacere, vix marem à longè sentit, & tota se effundit in cãtus rusticum emollit guttur, & qua potest dulcedine suas flammas canit: adest è propinquo mas, & hinc indè constituuntur cupidinis castra; paulatim dum congrediuntur, accelerant cantus, it festinior, & festiuior clamor per aera. Quid plura? Errat forsan tunc temporis venator per campos; audit congressuum voces, sistit gradum, fulmina parat, accedit tacitus, maiori igne fulminato perdit amorum accensas faces. Sic prorsus hominibus accidit, dum se se amoribus tradunt, dum cantibus, dum vocibus se se mutuo accendunt; dum mille appositis pabulis lasciuię perstrepit flamma, eos emittit sonos, qui venatorem Deum sistũt, & ignea parant venabula, quibus miserè cõfodiantur. Pulchrè D. Petrus Dam. lib. 2. epist. 18. *Excitat enim venatorem vox clamoris, cum te accendit flãma libidinis. Nulla quippè vox criminis sonorius elebatur in cœlum: de qua dicitur: Clamor Sodomorum venit ad me.* Proh miser adolescẽs, te te amoribus trade, discurre liber per luxuriæ prata; explica pulchritudines, cane tuas flammas; nocturnis sibilis vigilantem libidinem exsuffla, accende: adde munera, quibus internus ignis exurgat inflammas. Proh dolor voces hæ venatorem excitant, fulminantem Deum conuocant, à cuius læua, & fulmina, & gehennam trahunt.

Heneſ. 38

D. Zeno.

Pſal. 136

Auguſt.

Geneſ. 18

Pet. Dam.

§. IIII.

In eo qui gladium exerit aduersus vitia, nil dextrum perit, omnia detra sunt.

NOtanter ait textus expedit, vt vnum membrum pereat, & non ait, expedit, vt dextera pareat, nil enim dexterum potest perire in eo, qui stringit gladium, vt mortẽ inferat vitijs, sed omnia dextra sunt. Apud Iudic. cap. 3. miseri Israelitæ clamauerũt ad Dominum: *Qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, qui vir ambidexter manu pro dextera vtebatur.* Et quod primum tanti ducis facinus aduersus hostes? *Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudine palmæ manus, & accinctus est eo, subter sagum in dextro fœmore.* Cur non magis in sinistro? Nonne, & natura, & vsus docuit, quòd gladij accingãtur in sinistro latere? Cur Aod maluit accingi in dextro fœmore? Equidem in eo, qui se se armat ad vitia resecanda, vt bellum inferat Principi tenebrarum, nihil sinistrum est, omnia in illo dextera apparent. Ad hæc eleganter Orig. hom. 3. in Iud. fatur. *Vides quia dexterum est omne, quod agit Aod hic ambidexter, & manibus dexter est, & in pedibus dexter est. In fœmore enim dextro gladium portat, vt veniat ad regem, & interficiat eum.* Quid quid in se habet dextrum ostendit ille, qui aduersus tenebrarum Principem gladiũ parat, & tu si te armas, vt vitia expugnes, si au-

Iudic. 3.

Origen.

des

des regnum concutere peccati, nil non dextrum inuenies; omnia tibi dextera applaudent. Israelitæ etiam sub Samuele mille Philistinorum incursiones patiebantur, donec Samuelis ad Deum precibus confirmati durissimum ineunt aduersus Philistinos certamen. Quid tunc? Sic habes. 1. Reg. cap. 7.

1. Reg. 7. *Egressiq; viri Israel de Masphath persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos vsque ad locum, vbi erat subter Bethchar.* Expende, qui locus obtingat Israelitis persequentibus hostes suos, nimirùm locus, *qui erat subter Bethchar*: & quidem Bethchar domus agni interpretatur, non enim hædi, sed agni locus excipit sic pugnantes, vt nihil sinistrum; sed omnia dextra inueniant sibi obuiatia. Id quod insinuans D. Greg. lib. 3. expositionis, ait:

D. Grego. *Dum ergo fidelium triumphus sub Israelis gestis ostenditur, vsque ad locum sub domo agni cæsi alienigenæ dicuntur.* Ecce tibi Christiane, ad quem locum pergis, dum stricto gladio alienos in te mores expugnas, recta via procedis vsque ad locum, qui est subter Bethchar, ad domum agni festinas, te agnorum dextra recipiet, ex qua nihil iam poteris metuere sinistrum.

Matth. 5. Dictum est autẽ. Quicumquè dimiserit vxorẽ suã, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit vxorẽ suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat.

§. V.

Mulier adultera lethalis viro suo.

MEritò Iesus hoc præstat maritis, quod à se separent vxorẽ fornicationis causa, vtpotè, quæ tunc lethalis existet marito. Quippè ait D. Chrysost. hom. 49. ex cap. 14

Chrysost. Matth. *Nec dubitandum est adulterij cupidas ad maritorum cædem paratas esse, atque accinctas.* Nil non lethale meditari sciet mens, quæ adulterij se videt constrictã crimine. Nequit adulterij virus intrinsecus contineri, sed qua potest serpit, vt appareat, in vulnere, in homicidio. Christi parentũ matres aliquę pro prio nomine recẽsentur in genealogia Christi, & quæ recensentur omnes secundas habuerũt nuptias, vt Ruth, vt Thamar, vt Bersabeth, quarum primi viri protinus reticentur, solius Bersabeth proditur, quis fuerit eius vir primus. Quippè ait Matth. 1. *Dauid autem rex genuit Salomonẽ ex ea, quæ fuit Vriæ.* *Matth. 1.* Et cur illarum primis viris prætermissis, solius Vriæ nomen, qui fuit Bersabeth primus maritus ob oculos constituitur? Sola Bersabeth fuit adultera, cuius adulterium vsq; ad necem desæuit mariti; & ideò vbi adultera cõmemorãda erat, necessum fuit commemorare etiam occisum virum, nequit enim prodignitate adulterium memorari, sine occisione mariti. Ad quod respiciẽs. D. Paschas. lib. 1. inquit: *Vnde nomen viri, quòd est Vrias,* *D. Paschi* *velut iusti hominis ponitur, vt ex hoc etiam sceleris immanitas memoretur, dum ipsius causa idem occisus ad medium reuocatur.* Penè quot adulteras memineris, tot tibi statim occurrẽt mariti occisi: nunquam enim adultera sanguinem, & mortem non spirat. Non abs re notabat Matth. cap. 14. vt adulteræ mentem totam spirantem sanguinem indigitet. *Herodes tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit* *Matt. 14.* *in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui.* Quippè serpens ille antiquus, qui animorum sponsum Deum, & eius amicum Baptistam neci dare cupiebat, non prius tãti viri necem audet procurare, quam adulterium seminasset in pectore Herodiadis: ratus adulterij virus tantum esse, vt ipsum solum sufficeret, ad perdendum hominem, & Deum sponsum, & eius amicum. Id quod ponderans D. Basil. Sel. orat. 16. inquit: *Vide* *Basil. Sel.* *Diaboli artem. Primùm fraterni cubilis perfossorem fecit, vt ex adulterij fossa ad Baptistæ eadem transilire faciat.* Nulla cædes, nulla perditio reputabatur ei difficilis, vbi adulterij semen iactum vidit, vtpotè, qui sciret adulteræ mentem in cædes, & ruinas facili negotio venire. De qua locutus Dominus Prouerb. 12. ex lectione Septuag. inquit. *Sicut* *Prou. 12.* *autem in ligno vermis, sic virum disperdit mulier malefica.* Nulla adultera est, quæ malefica, imò venefica nõ sit in virum, illi ruinam, & perditionem struens, id quod testabatur etiã Tullius ad Heren. lib. 4. vbi sic. *Maiores nos-* *Tullius.* *tri, quam impudicam iudicarunt, eam venefici quoque damnatam existimarunt. Quia necesse est, illam, quæ corpus suum addixerit turpissimæ cupiditati, timere per multos. Virum, parentes, cæterosquè, ad quos viderit sui dedecoris infamiam pertinere. Quid postea? Quos tantopere timeat, necesse est, vt veneficio petat.* Nemò securus ab adultera, & vir, & parentes, & consanguinei, & horum amici cruentis illius

subduntur insidijs, cuius virus ad omnes perdendos serpit.

§. VI.

Coniugalis amor filiorum causa nutriendus.

MEritò adulterij causa conceditur viro vt à se abigat vxorem, quãdoquidem adultera totam spem filiorum adimit parenti. Cur homo filios suos spectet ab illa, quæ commiscetur alienis? Eò spectabat Chrysost. ser. quod carnis concupiscentiam ne sectemur, de adulterio fatus. *Non succurrit, quo id sceleris nomine queam explicare, quando non ex se genitum enecat, sed generãdi intercipit causam.* Sanctissimè ergò Dominus vetus castitatis amator, vbi per adulterium confussa, & intercepta est tota filiorum generatio, dimitti vxorem iubet, quo ad thorum; quando coniugalis amor, & copula honestatur ex filiorum causa. Equidem in his, quos Dei spiritus agit, maritalis calor deferbet, vbi spes filiorum procreãdorum funditus abest. Memorare sanctissimum illum coniugem, nempè Iobum, is septem charissimos filios vna die, & interemptos vidit, & sepultos; & post tantam filiorum cladem, diabolus, qui Iobi rebus nocebat, instigauit vxorẽ, vt colloquio suo maritalem animum emolliret, & frangeret. Adest illa cap. 2. ait. *Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere.* Quid ad hæc Iob? Nunquid ad vxoris vocem emollitus est? Nunquid vxorem videns, vicem eius doluit, & eam est consolatus? Imò ait: *Quasi vna de stultis mulieribus locuta est*: de mulieribus vna vocatur, nõ de vxoribus, illam quasi obliuiscitur vxorem, & inter reliquas mulieres habet. Sed cur nobilissimus coniux sic vxorem obliuiscitur, sic ad eius vocem duratur? Rem attigit D. August. ser. 224. de tempore fatus. *Obliuisci vxorem Iob in filijs didicerat.* Et meritò vbi tota filiorum spes emarcuit, deserbuit etiam in sanctissimo viro coniugalis calor. Vxorias blanditias, & voluptates, nec meminerũt viri sancti, vbi totam filiorum vident interceptam causam. Quippè pro omnibus coniugibus dicebat Tobias cap. 8. *Et nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum.* Vbi autem non interuenit posteritatis dilectio, nec manet in sanctis viris cõiugũ memoria. Hunc spectent fideles in cõiugio scopum, ni velint experiri amarissimos sibi fructus cõiugalis thori. Matth. 1. Christi Domini proponẽs genealogiam ait: *Booz autem genuit Obed ex Ruth*: qui nouit castissimas nuptias inter Booz, & Ruth, & quòd ea ratione fuerint celebratæ, vt Booz semen fratris suscitaret, filiosq́, in Dei populo gigneret, nõ mirabitur, quod Obed, id est, subditus, natus sic ex tali coniugio: in obedientia enim, vel contumacia filiorum manifestè perspicitur, qualis fuerit copulæ coniugalis finis. Vndè dicebat Author Imperfecti hom. 1. in Matth. *Talis Booz ex tali coniuge, qualem virum genuit? Obed, qui interpretatur subditus. Nunc autem, qui diuitias eligunt, & non mores: pulchritudinem, & non fidem: & quod in meretricibus solet quæri, hoc in coniugibus optãt: propterea non genuerunt filios subditos, vel sibi, vel Deo: sed contumaces, & cõtra se, & contra Deũ, vt filij eorum non sint fructus iustæ coniuntionis, sed pœna condigna irreligiositatis ipsorum.* Hæc ille: vt discant coniuges meretricias voluptates etiam in cõiugio cauere, nisi velint filios indè sustinere ad vindicandas parentum libidines carnificibus crudeliores.

Chrysost. *Iob, c. 2.* *August.* *Tob. 8.* *Matth. 1.* *Imperf.*

Matth. 5. Iterum audistis, quia dictum est antiquis. Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autẽ dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est, neque per terram, &c.

§. VII.

Dei nominis in iuramentis vsurpatio, quam debeat esse cauta.

ADeò cauenda est Dei nominis vsurpatio in humano ore, vt sanius sit consilium à Iesu prolatũ, quod prorsus ab omninos iuramento abstineamus. Quis frequens, & momentaneus, & repentinus iurator non lingua labitur, & lapsibus conspicatur? Et quis labens, & offendens Dei nomen vsurpare, imò meminisse audeat? Ipse ille Deus, qui lege veteri dicebat: *reddes Domino iuramenta tua*, apud Oseam 4. ait: *Neque iurauerit, viuit Dominus.* Cur qui permittebat iuramentum; in præsenti vetat, quod iurent, viuit

Oseas, 4.

viuit Dominus? videbat illorum labia mille iam lapsibus conspurcata, ideò vehementer cauet, ne labijs pollutis audeant nomen Dei venerabile tractare. D. Hier. sic Deum loquentem facit. *Nolo per os vestrum nominis mei fieri mentionem, quod idolorum recordatione pollutum est.* Caue tibi Ghristiane labijs peccantibus Dei nomen vsurpare; id enim, vel ipse diabolus maximè cauit. Dum hic se se super omne, quod est Deus, extollit, sic fatur Isaias 14. *Ponam thronum meum in nubibus, & similis ero altissimo.* Expende illud simi lis ero altiisimo, cur non potius ait; similis ero Deo? Cauit perfidus labijs peccantibus Deum nominare. Ita D. Chrysost. in Psal. 13 fatur: *Sustulit Deum, & posuit altissimo, erubescens eum, quem iam negauerat.* Non audet diabolus inter offendendum diuini nominis meminisse; & homo non vereatur fætida lingua, pollutis labijs diuinissimũ nomen passim conculcare? Vtinam vel à diabolo discerent homines nomen diuinum vereri: vtinã sic tremerent venerabile nomen deitatis, vt absque magno timore, & reuerentia, & circunspectione, nec illud extremis tangerent labijs. Magnus Abraham Gen. 2. vocauit seruum Giezer, à quo petit, vt iuret per Deũ, quod sponsam dignam è cognatis, & propinquis Isaaco afferet. Cui seruus statim respõdit: *Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es?* Nimius forsam videbitur seruus hic, in proponẽdis statim difficultatibus? Cur non magis dicto obediuit? Cur non magis seni morẽ gessit, & promisit facturum, quod petebatur, sed maluit obijcere difficultates rei? Sanè ad iuramentum per Deum edendum cogebatur, & vbi iurandum erat, vir prudentissimus noluit, vel labra mouere, quin prius omnes iuramenti obligationes claras, & compertas haberet, ne quid præceps in contumeliam Dei nominis iuraret. Ad hæc Theodoretus quæst. 73. ait: *Prudentissima fuit serui interrogatio: qui reueritus iusiurandum sibi claras volebat nuptiarum pactiones.* Non sanè sumebat nomen Dei sui in vanum, qui nec à Domino impellebatur ad iurandum, nisi prius examinasset materiã iuramenti, & pericula, quæ inde oritura possent diuinari. Sic vniuersi fideles iuramentũ caueant, sic metuant Dei nomen inuocare, nisi prius examinata, & perpensa materia, & periculo iurandi. Et cui non sit iuramentum, & venerabile, & sanctum? Elias 3. Reg. 17. vt populum Israelem castigaret, ait: *Viuit Dominus non erit per hos annos ros, neq; pluuia, &c.* Audet homo terrenus cœlis imperare, ne pluant, & terræ ne germinent; sed ex quo habuit spem, quod elementa, quod cœli eius dicta non auderent temerare? Sanè ex iuramento in primis obiecto, cum ait: *viuit Dominus*; certò sciens à nulla efficiendum creatura, quod Dei nomen assumptum sit in vanum. Sic vniuersæ reuerentur, sic cauent iusiurandum. D. Basil Sel. orat. 11. *Iurat per creatorem, vt iuramenti metu, ac reuerentia, creatura vim suam reprimat.* Quę creatura non se reprimat, non vim suam comprimat, vt Dei nomen integrum in iuramentis honorem habeat? Sanè qui hoc despicit, non homo est; peior est diabolo, durior ipso lapide. De impio Sedecia, ait Æsdras, lib. 3. cap. 1. *Adiuratus à Nabuchdonosor, periurans discessit, & indurata in cernice sua, & corde suo transgressus est legitima Domini Dei Israel.* Expende quod prius dicatur periurans, deindè quod induretur eius cor, & lapidascat: quasi obduratio cordis proles sit legitima in homine iurante.

Hieron. Chrysost. Genes. 2. Theodor. 3. Reg. 17 Basil. Sel. 3. Æsd. 1.

§. VIII.

Dei nominis prophanatio, qualis in iuramentis fit, lethalis est homini.

NOn ponit Dominus in præsenti pœnã vllam iuranti, sed solum simpliciter cauet, ne vllo modo iuremus; & quidem, quæ alia pœna requireretur, quando ipsa Dei nominis prophanatio lethalis est, & omni veneno nocentior pectori humano? Apud Iob cap. 2. cupiens fœmina maritum ab innumeris malis quàm primum eripere, vide quale venenum ei porrigat. *Benedic Deo, & morere:* Benedic posuit, pro maledic; nec enim efficatius virus potuit, vel à fœmina excogitari ad citius perdendum virum, quam si suaderetur aliqua Dei nominis prophanatio. D. Gauden. in præfatione, ait: *Mortem blasphemanti debitam pro remedio arumnarum suggerit acquirendam callidus iterum per mulierem serpens. Quia blasphemantis furor non medelam doloribus præstat, sed cruciatum mortis accumulat, illius quippe mortis, quæ nec finẽ miserijs tribuat, & exordium sit pœnarum.* Superfluũ est aliud mortis genus quærere, quo velocius homo cadat, vbi adest blasphema lingua, vbi Dei nominis prophanatio; hæc omni veneno truci or hominem perdit, hæc gladios profert mille, quibus confodiatur miser. Dauid 1. Reg. 17. sola funda, & lapide armatus sic minatur Goliæ, *percutiam te, & auferam caput tuum à te.* Quòd si caput eius auferre intentas

Iob 2. Gaud. 1. Reg. 17

tentas ô Dauid, cur ſolam fundam requiris, cur & gladium non præparas? Sanè audierat Dauid Philiſtæum Dei nomini irridentem, imò & blaſphemantem, & ſuperuacaneum curat gladium quærere, quando blaſphemus ipſe, gladius ſibi eſt, & gladios mille porriget in ſui pernitiem. Franconius Abb. tom. 5. de Gratia Chriſti, ait. *Immanem illã belluam vno tantum ictu conterit, atque blaſphemum caput proprio mucrone victor præcidit.* Nõ requirit ferrum alienum blaſphema lingua, vt ſuum hominem perimat; ab ipſis blaſphemi viſceribus erumpent gladij, qui blaſphemum trucident. Notæ ſunt blaſphemiæ Senacherib in Deum Iſrael, harum vindictam cum peteret Ezechias à Deo, ecce tibi media nocte Angelus Domini perimẽs vniuerſum Senacherib exercitum. 4. Reg. 19. ſolus ipſe Senacherib euaſit ab Angelico gladio liber. Sed cur Angelus, qui blaſphemias puniturus deſcendit, alios percutiens blaſphemum ipſum euadere permittit? Equidẽ blaſphemus ipſe ſibi gladius eſt, è ſuis viſceribus profert ſui pernitiem, non eſt, cur ad illum perimendum gladius Angelicus feſtinet. Id quod euenit, nam quilibet euaſit ab Angelo fugiens in terram ſuam, Idoliq́ue templũ intrans: *Cum adoraret in templo Neſrah Deum ſuum, Adramelech, & Sar aſar filij eius percuſſerunt eum gladio.* Quem euentum miratus Theodor. orat. 3. in Daniel. pulchrè ait. *Qui linguam contra opificem ſuum haud continuit, ab hominibus, quos procreauerat, occiditur.* Nõ aliunde quærenda pœna eſt, quæ infligi poſſit ei, qui lingua ſua offendit nomen diuinũ; intra ipſius viſcera creatur gladius, quo miſerabiliter vitam finiat. Etſi aliquãdo videatur liber pœnam effugiſſe, non erit ſine pœna, tandem comprehendetur, & omnia luet. Apud Zachar. cap. 5. oſtenditur ſupplicium iurantis domui eminens, & quale iſtud? *Ecce volumen volans*: Septuag. ex quibus Chryſoſt. Cyrill. & Theodor. legunt: *Ecce falx volans*: quaſi iurantis pœna non veniat, ſed volet, ne iurans effugere poſſet. Ad hæc libet meminiſſe regem Sedeciam hominem apud Æſdram lib. 3. cap. 1. periurij accuſatum; is ab exercitu Nabuchodonoſor expugnatus fugæ ſeſe committit. 4 Reg. 25. *Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorum regem, comprehenditq́ue eum, &c.* Ecce tibi quàm velox ſit pœna periurij: currebat miſer rex fugiens, ſed gladius hoſtium volabat, vt volare ſolet periuriorum ſupplicium, ne quis periurus tãdem euadat liber. Quod notans Chryſoſt. hom. 29. ad pop. ait. *Ciuitas quidem miſerabiliter ſoluebatur. Rex autem his miſerabiliora, & triſtiora patiebatur, & ſicut ædificia falx illa volãs deſtruxit, ſic & hunc fugiẽtem adſumpſit.* Quis euadat periurij pœnas, quando hæc, & talx eſt, & inſuper habet alas?

Francon.

4. Reg. 19

Theodo.

Zachar. 5

4. Reg. 25

Chryſoſt.

CAPVT VII.

De diligendis inimicis.

CHRISTIANÆ charitatis vexilla hinc incipit dux noſter Ieſus manifeſtius explicare: cũ docet, quàm debeat Chriſtianus nullos ſibi terminos præſcribere, vt gratum faciat fratri etiam iniurianti, etiam hoſtiliter perſequenti. A neminè vinci in bono patiamur, ſed & maiori dono amicorum vincamus poſtulata & hoſtium iniurias officijs ſuperare contendamus. Nonne id Deus agit? Ergò in eo Dei filij efficiamur.

Matth. 5. Audiſtis, quia dictum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

§. I.

Æſtimanda eſt quæuis in malis remiſſio.

NOn cõdemnanda lex vetuſta, quæ permittebat oculum pro oculo, & dẽtem pro dente requiri: imò laudanda, vt quæ in effrænis hominum moribus, ferocientibuſquè iris terminum nouit ſtabilire, vltra quẽ minimè proſilirent. Ait enim Chryſol. ſer. 38. *Iudæos furor vindictæ cupidos ſic tenebat, vt pro oculo caput, pro dente animam poſtularent. Hinc eſt, quod eos lex ad vindictæ viciſſitudinẽ refrenabat, vt qui veniam culpæ ſapere non valebant, vel modum ſaperent vltionis: & tantũ vindictæ exigerent, quantum læſionis intulerat vis furentis.* Sic paulatim ferociẽtes animos edomabat, nec paruum exiſtimabat profectũ ad ſalutem, ſi vel exceſſus in vindicta remitterentur. Et quidem in morbis tunc primum incipit ſalus ſperari, cum intenſi ardores, vel paululum remittuntur, quæuis enim mali remiſsio à prudentibus eſtimatur. Proquo dicebat Nazianz. in Iambico de ira.

Chryſol.

Non

Non parua, porrò nec leuis res est mihi,
Vel parua vitij maximi remissio,
Velut his, grauis, quos obsidet morbi dolor.

Quis non æstimet in intensissimo febris calore aliqualem remissionem? Sic in maximis vitijs quæuis etiam parua remissio, & æstimanda, & procuranda. Tota lætabunda ipsa, quasi albentes iam segetes videret, imò quasi ditissimam iam vindemiam possideret ait Cant. 2. *Tempus putationis aduenit.* Quid magnum hoc? Quid est, cur iam lætetur aduenientè putationis tempore? Sanè quæ per hyemalem brumam viderat totam vineam siluescere, superfluisq; sarmentis sterilescere, non paruum æstimat gaudium, quod per tempus liceat aliquid superfluitatis sterilescentis putari; eò enim bona succrescũt, quo mala ad diminutionẽ incipiunt venire. Qua propter D. Ber. ser. 58. in cant. sic monebat. *Tolle superflua, & salubria surgũt, vtilitati accedit, quidquid cupiditati demis. Demus operam putationi. Putetur cupiditas, vt virtus roboretur.* Non semper spectanda est eradicatio malæ plantæ, nec semper vtiliter procuratur: interea accedat putatio, & si quid putare licet de superfluis, meritò gaudes, quãdoquidem de temporanea putatione nascitur dies vindemia; & quidquid vitio dẽpsisti, virtuti accrescit. Nec reputatur malum, quod nullo sese augmento prodit: hic Leuit. 13. sic lex de lepra cauet: *Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo, & siquidem lepra vltra non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus alijs. Et die septimo contemplabitur, si obscurior fuerit lepra, & nõ creuerit in cute, mundabit eum, &c.* Expende, quo spectet totum mũdiciei examen, nimirùm, si lepra non creuerit, quasi iã indè mundicies censeatur, vndè totum augmentum à malo imputatur. Id quod pulchrè expendens Philo Iudæus lib. de his verbis, Resipuit Noe, ait: *Motum quidem lepra, & serpiginem proscribit, vt impuram, quietem autẽ puram pronũtiat. Dicit enim: Si diffundatur in cute, contaminatum sacerdos pronuntiabit, purum verò si lucens candor eodem loco maneat. Itaquè immunis est, quies a vitijs.* Semper ad salutem pertinet, quòd maculã nõ procedat, sed certò quiescat sub limite. Vndè ad parricidam illum primum ait Dominus Gen. 4. *Peccasti, quiesce*: quasi hoc illi posset indicare salutem si vlterius non progrediatur. De quo ipse Philo vbi supra: *Eus tu peccasti quiesce. Quia peccatum propter motum, actionemquè viciosam damnatur: quies verò propter statum inculpabilis, & salutaris est.* Vbi enim vitium stat, nec vlteriusprogreditur, nec serpit amplius, non potest id non salutem spectare.

Cant. 2.
D. Bern.
Leuit. 13.
Philo.
Genes. 4.
Philo.

Matth. 5. Ego autem dico vobis non resistere malo: sed siquis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium, & quicumquè te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo, &c.

§. II.

In virtutum conamine ille triumphat qui supra debitum de suo aliquid semper addit.

ILliberabilis est, & parcus, qui intra angustos iustitiæ carceres se continens, vltra debitum nescit de suo vnquam addere: contentus si percussus conticescat, si offensus taceat, si in omnibus reddat debitum, & extra id de suo addere aliquid renuit. Hunc monebat Dominus Eccles. 7. *Noli esse iustus multum*: hoc est, ne tam anxius sis de seruando iure, vt nescias vltra debitum aliquid præstare, imò semper stricti debiti terminos per noua facinora extende. D. Isidor. Pel. l. b. 3. epist. 320. *Noli ius tuum seuerè, ac rigidè persequi, verum per bonitatem id exupera.* Periculosè viuit, illiberaliter & sordidè, qui solum studet ius non frangere, sed integrum seruare; verum extra id nihil vnquam efficit. Ille securus, & triumphator, & hostilium debellator incursuum, qui debita studet addito superare facinore. Quis non miretur Sathanæ cum Iobo certamina, & Iobi clarissimum triumphum? Sed vndè Iob sic triumphat de inimico? An quia omnia tela patientissimè tulit? Magnum hoc erat in homine; sed accipe maius, quo ipse penitus confregit aduersarium, ne vlterius auderet instaurare certamen. Quippè ait textus cap. 2. *Egressus igitur Satan à facie Domini percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis, vsque ad verticem eius: qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio.* Proh nobilis Dei miles, hostilia excipit iacula, cruentis vndiquè confoditur vulneribus: quid tunc ipse, an vnguenta parat, an oleum infundit,

Eccles. 7.
D. Isidor.

infundit, vt vulnera foueat? An lineo panniculo leniter saniem trahit, vt aliquantisper sopiat dolores? Imò vniuersi leuaminis prorsus immemor accepta dura, & dentata testa saniem radit, vt de suo duplicet dolores, & addat materiam patientiæ. Ad hæc Polychronius in caten. Græc. ait. *Tantumq; de aduersario laborauit, vt sua sponte asperrimam paupertatem complexus sit, ac testa vlcerum saniem detergens, tolerãtiam exerquerit, in quo & cruciamentorum suorum morsus acriores efficiebat. Et cum leniendi morbum nullam rationem ducit, inuidum hostem desperatione frangit.* Polychro. Ecce tibi; quando totaliter frangitur hostis, nõ quidem quando Iob debitam exhibet patiẽtiam iniurijs eius; sed quando ex suo addit, quò dolores exarcerbentur; quando se adeò fortem, & spontaneum in virtutis certamine ostendit, vt quasi parua reputans vulnera ab hoste accepta, ipse addat asperitatem testæ radentis, vt maiora præstet. Hinc apud Isaiam cap. 40. ait. *Consolamini, consolamini populi meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est malitia eius,* hoc est, labor, seù dolor eius, *dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Isaiæ. 40. Indè Ierosolymæ triumphus, indè lætitia, indè & finis, & terminus malorum, quia suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Forsan putaret aliquis indè potius occludi consolationis, & lætitiæ portas, quãdo ita euerum se ostendit Dominus, vt duplicet pœnas peccatori. An ex hoc non maior metus, quã consolatio oritur? Sanè Deus nunquam bis id ipsum punire solet, contentus vni peccato infligere vnam pœnam, eãque minorẽ debito, at fidelis Ierosolima videns peccata sua, sic se ad illa vindicanda parauit, vt non solum debitis satisfacere vellet, sed insuper multa addere; vndè à Deo pro singulis debitis duplicia supplicia spõte extorsit, vt sic citius victoriæ suæ insigne reportaret. Non longè abest D. Amb. in Psal. 118. ser. 19. *Quàm cito dixit plenitudinẽ deiectionis solutionẽ esse peccati, & repetiuit causam consolationis, eo maius esse reconciliationis insigne, quo numerosior, fuerit pœna, quàm culpa.* D. Ambr. Eò magis erexit insigne victoriæ, quo vltra debitum accepit duplex pro peccatis supplicium. Non iustitiæ rigorem seuerè, & rigidè seruauit solum, attendens ad debitum, neplus solueret; sed alacris, & liberalis profusissimam solutionẽ meditatus, duplo maius pendit, quam debebat, quo & lætitiam firmauit suam, & gloriam stabiliuit. Hanc etiã laudem sibi sponsa attribuit Cant. 3. vbi ait: *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea.* Cant. 3. Suffeciſſet, quòd in lectulo accumbens, ibi & quæreret Deum; quod infirmitates corporis, inualetudinem dolores ægritudinis patiens adhuc Deo quærendo insisteret: sed audacior Dei amatrix insuper addidit ad pœnam tenebras nocturnas, hoc est extrinsecus etiam aduenientibus seſe opposuit iniurijs, ne illiberalis, & sordida videretur pro sponso in congressu cum vitijs. Id quod pulchè expendens Gillib. Abb. ser. 2. in Cant. inquit: *Duplicatum incommodum lectulus, & nox, infirmitas, & aduersitas, sed magna vis amoris, quem neutra compescit, nec illa innata, nec ista illata. Non enim lectulo tenetur, nec nocte terretur; sed in lectulo suo per noctes quærit, quem diligit anima eius.* Gill. Abb. Nõ ea est Dei amatrix quæ infirmitatum dolores, & fastidia contenta sit patienter sustinere; aliquod his additamentum quærit, nimirùm, quod ægritudini addatur aduersitas, addatur vulneri iniuria, lectulo telum, vt dum certamina duplicat, glorioſiorem triumphum amoris erigat.

Matth. 5. Audistis, quia dictum est, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicũ tuũ. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.

§. III.

Ille solus inimicis non parcit, qui prorsus ad Iesu verba surdescit, qui solus sibi malus est.

ECcetibi qualem tribuat Dominus authoritatem præcepto de diligendis inimicis; quippè ait. *Ego autem dico vobis, &c.* à Iesu venit: hæc charitatis vox; à Iesu lingua intonat hoc præceptum, illud qui non seruarit prorsus ad Iesu vocem surdescat necessum est. De filio, & hoste Absalone præceperat Dauid, ne quis illum percuteret; accidit ergò, quod dum fugeret Absalon ab arbore detineretur comprehensus in conspectu militum, qui tamen inimico comprehenso non audent manus inferre. Sed cur quem implicat, & tenet feriendum arbor, miles

miles non ferit ? Rationem reddit textus. 2. Reg. 18. vbi miles inquit: *Nequaquã mitterẽ manũ in filiũ Regis: audientibus enim nobis præcipit tibi, & Abisai, & Ethai dicens: Custodite mihi puerum Absalon.* Miles, qui audierat Dauidis imperium de custodiendo Absalon, nulla ratione audet tantum hostem offendere, nec illum offenderet, nisi qui ad patris imperia velut lignum sordesceret. De quo pulchrè D. Chrysost. homil. de Absal. ait. *Adest arbor in campo ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat. Adest, inquã, arbor, quæ nec patrem, vt tibi parcatur, audiuit, & iussa Dei instanter, implere contendit.* Minime in Absalonem arbor insurgeret, si veniæ plena Dauidis exciperet verba: hinc ligni surditas euidẽtius patuit, quòd ausum est brachia aduersus Absalonem extendere. Et quidem ligno surdior est, qui Iesu mandata de hoste diligendo non exequitur. Fratres illi Iacob filij hoc vnum excogitarunt carmen, vt, quem credebant sibi hostem, & inimicum, ad veniam iniurijs præstandam inflecterent: si vel eius auribus aliquod de hac re patris mandatũ intonuerit. Quippe aiunt Genes. 50. *Ne fortè memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus, mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis, ante quam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te.* Quis hæc morientis patris mandata exciperet & hostiles malitias meminisse vellet ? Quis sic lapidasceret, aut instar ligni rigesceret, vt his paternis mandatis non flecteretur? Sanè Iesus, qui pro nobis spuitur, damnatur, figitur, moritur, hæc præcepit nobis, vt verbis illius diceremus: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros: & quidem prorsus ad Iesu verba surdescat, necessum est, qui inimicos, & iniurios homines adhuc odio prosequitur. Hinc instar ligni est, quod patrem, vt inimicis parcat, non audiuit: instar aspidis est, de quo Psalm. 57. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturãtis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Et quid mali inde acquirent? Iam explicat inquiens: *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, &c.* Non conteruntur dentes eorum in carnibus, seu ossibus aliorum infixi, sed in ipsorum surdescentium instar aspidis ore, ibi conteruntur. Sibi enim inferunt malum, quod alteri parant: sibi sententiam dicunt, qua hostes suos condemnant. Augustin. *Quid est in ore ipsorum? Vt ore suo contra se pronuntiarent, coegit illos ore suo in sententiam dicere.* Quid furis homo aduersus iniurios tibi homines ? Cur instar aspidis obturas aures, ne audias Ghristum loquentem de inimicorum amore ? In te ipsum furis, in te ipsum irascris, inte sententiam dicis, ex verbis tuis summenda est sententia, quæ te absoluat, aut puniat: in te veniet maledictio, quam fulminas. Iob. 31. apud Septuag. *Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat; & exultaui, quod inuenisset eum malum. Audiat auris mea maledictionem meam.* Et quidem, cum aduersus odiosos tibi homines maledicta congeris, puta tuas ibi maledictiones audire, quum iubeberis in æternum ignem abire.

§. IIII.

Christianus triumphus est, inimicis benefacere.

ECce tibi totius Christiani triumphi insigne singulare, nimirum: *Benefacite his, qui oderunt vos*: strenuè agit ille, qui inimicum non odit, imò diligit: verum qui vltra inimicis benefacit, is triumphat. Videte modo qualem triumphum agat patientissimus Iob, cap. 17. *Putredini dixi: Pater meus es, Mater mea, & soror mea vermibus.* Vermes illos, à quibus corrodebatur, vt parentes optimos, vt fratres charissimos habebat clarissimus pro virtute triumphator. Videre erat vulnera Iobi scatentia vermibus; vermes quidem in homine armabantur, hominem confodiebant, laniabant; Iob autem illos corrodentes, vt fratres cibabat, & saturos iam abeuntes leniter, & amicè reuocabat ad pascua, proprias exhibebat carnes, quibus sibi nouos cibos pararent. Quis talis erga parentes, erga fratres, vt Iob erga durissimos sibi vermes ? Sanè diuinus ibi triumphus agebatur: id quod pulchrè respiciens Tertull. lib. de Patient. ait: *Qualem in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ suæ extulit? Ridebat Deus, dissecabatur Malus, cum Iob immundam vlceris sui redundantiam magna æquanimitate distingueret, cum erumpentes bestiolas inde, in eosdem specus, & pastus foraminosæ carnis ludendo reuocaret* Et quidem, qui corrodebant hominem vermes, aliquando erumpebant, & exibant Iobi visceribus saturi, quid tunc Iob, occidebat ne has bestiolas suo cruore fartas? Absit: imò illas ad eosdem

pastus foraminosæ carnis ludendo reuocabat; vt iratum, & à mensa excedentem patrē charissimus filius lusibus, & amatorijs sermonibus ad mensam reuocat, sic Iob abeuntes bestiolas ad suæ carnis pastus reuocabat. Proh charitatis vexillum in sancto viro à Deo explicatum! Huc ego etiam reuocarim Sanct. Ignatij parentis mei facinus: is cum Parisijs studiorum socium haberet; socius, & perfidus, & ingratus substantiolam furatus Ignatij, quasi bestiola viscerибus eius satura fugit, erupit euasit; imò non euasit, quandoquidem morbo correptus post plurium dierum iter iacuit. Res peruenit ad Ignatium, qua cognita sanctissimus vir viam arripuit, fugientem bestiolam inuenit, summa diligentia assistit infirmo, & sanatum ad eosdem secum reuocat pastus. Quam felix illa mensa, penes quam tale vexillum erigitur charitatis, cum illi assident ipsi infensissimi hostes, vt pariter cibum capiant. Fallar si huic mensæ aliqua possit deficere benedictio diuini Patris. Propone tibi Dauidem. 2. Reg. 9. qui post regnum obtentum, post omnes aduersarios debellatos, sic ait: *Nunquid superest aliquid de domo Saul?* Infensi hostis filios requirit Dauid, an vt penitus perdat? Absit: imò, vt ad mensam trahat, inuento
2. *Reg.* 9. enim nepoti Saulis Miphiboseth, sic ait: *Restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panes in mensa mea semper.* Generosus vir hostilis germinis natum ad suos reuocat pastus; & suam præbet mensam ei, qui filius fuerat rabidissimi hostis sui, & crudelissimi tyranni. Suffecisset, illum incolumem seruasse, & vel in regno, vel in ciuitate regia alere, cur & in meusa sua maluit? Vt & vexillum erigeret sanctitatis, & cibis suis omnigenas benedictiones compararet. Post multa in hanc rem D. Chrysost. hom. de Dauid, &
Chrysost. Saul, fatur. *Quid illius mensa sanctius, quam cingebant filij hostis, hostis, inquam, occidere conati? Quid illo conuiuio spiritualius, in quo tam multa abundabant benedictiones?* Fœlix, qui aduersarios suos ad eosdem secum cibos trahit, is equidem omni implebitur benedictione, & vltimum pertingit culmen sanctitatis. Quippe D. Petr. Dam. sermr. 1. de exaltatione Crucis, ait:
Damian. *Magnum quidem, & vlra hominem est, asperitatem verborum, & verberum non solum pati. sed & non reddere; illud vero maius est, & diuinum quiddam sapit: Benefacite his, qui odorunt vos.* Hæc ille.

§. V.

Ex Maria traxit Iesus, quo inimicis iubeat benefacere.

LIbet adhuc expendere illud Saluatoris assertum, nimirum. *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros*; ego autē ait, qui sum & Dei, & Mariæ filius; quando filius eram solius Dei, leges ferebam, quibus dentem pro dente reposcebam; nunc autem humanus factus, qui ex Maria humitatem traho, non solum dente pro dente non reposco, quin imò inimicis iubeo benefacere. Quis ignoret Saulis, & Dauidis congressus? Saul hostiliter Dauidem persequebatur, eius sitiebat sanguinem; à Dauide autem bona pro malis accipiebat: nunquam Dauid Sauli nō parcebat, nunquam non illius incolumitatem, & vitam procurabat. Quæ rei causa? Cur Saul sic fuerit, sic persequitur innocentem? Cur Dauid tanto parcit, & benefacit aduersario? Sanè erat in Saule Paulus secundum eandem tribum, accerrimus Christianorum primitiuorum persecutor, qui pro multis malis illatis multa bona reportauit: erat in Dauide Deus secundum Virginis Mariæ carnem, vnde nihil ibi nisi charitatem in hostes licebat spectari. Pulcherrima do verba Tertul. lib. 5. in Marc. fantis. *Saulis prima asperitas infectationis erga Dauid, deinc pœnitentia, & satisfactio bona pro malo recipientis, non aliud protendebat, quam Paulum in Saule secundum tribus, & Iesum in Dauide secundum virginis censum.* Quibus expendendum illud, *secundum virginis censum*, quasi non suffecisset, quod Deus esset in Dauide ex alio capite ad tantam charitatem erga hostes manifestandam. Fuit equidem Deus in legislatore, & nilominus dentem pro dente, oculum pro oculo requirebat. Fuit in Iesu Naue, & hostium colla calcabat, nec supplici inimico parcebat, non ibi erat Deus per Virginis Mariæ censum. At vbi Dauid apparuit, in quo Deus erat per virginis censum, statim dilectio, & beneficentia in hostes claruit. Qua propter dicebat Fulbertus Carnotensis de Natiu. Virg. *Vna est Maria, & Christi caro, vns spiritus, vna charitas*: Sicut enim ex Maria verbum caro factum est, sic ex ea misericordiæ viscera accepit, quibus lèges charitatis in hostes etiam santiat. Et quidē nil acceptū refert Mariæ, qui nescit inimicis parcere. Ex quo monebat D. Basil. Sel. orat. in Deiparæ Annunt. aiens: *Cum multa*

Tertull.

Fulbert.

Basil. Sel.

multa nobis bona, Deiparæ opera nobis contingant, eam benemerenti vicem rependamus, quæ in nos reciprocetur. Quam? Charitatem mutuã, quæ legis plenitudo est. Ante omnia verò corpus Ecclesiæ seruemus irruptum retenta concordiæ possessione inspoliata. Nec, dum mutua vlciscimur odia, rectæ fidei causam nos tueri simulemus. Hanc pro acceptis beneficijs Deiparæ gratiam repẽdamus, ne iniurias vlciscamur, sed etiam hostes amore, & beneficentia prosequamur.

§. VI.

Calumniatoribus te petentibus satius obiabis, si nihil malum, vel bonum respondeas, sed tacens prorsus illos declines.

IVberis benefacere his, qui te oderunt; calumniantibus autem, & persequentibus minime iuberis benefacere, sed solum pro illis orare. Quippe ait: *Benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniãtibus.* Et cur calumniantibus non iubemur benefacere, sed pro illis orare? Equidem dũ quis exsurgit in calumnias, & opprobria iacit, in ipsoque feruore iræ est, minimè est aptus, vt benefactorem recognoscat, sed tam accenditur in rabiem propter beneficia, quàm propter iniurias, ideo satius declinatur. Cum Dominus propter mundi salutem
Matt. 27 esset in cruce, Matth. 27. *Prætereuntes blasphemabant eũ, mouentes capita sua, & dicẽtes, Vah qui destruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter, & principes sacerdotũ illudentes, cum scribis, & senioribus dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potuit saluum facere, si rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei: confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult: dixit enim, quia filius Dei sum. Id ipsum, & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt. &c.* Expende, quod prius referuntur blasphemiæ in Iesum iactatæ, & post eas eius facinora in Sole obscurando explicantur, nõ enim tenebræ factæ sunt, dum blasphemiæ iactabantur, sed postquam blasphematores cessarunt. Et cur inter blasphemias non fit illud Iesu facinus? Sanè teste D. Luc. cum crucifigeretur Dominus, & blasphemaretur, pro suis persecutoribus orauit, cur & illis non simul exhibuit miraculum tenebrarum? Bona opera, vt in hoste sint salutaria, non sunt exhibenda, dum blasphemiæ, & calumniæ iactantur, sed in oportunius tempus reseruanda. Aiebat Euthimius ibi: *Post petu-* Euthim.
lantiæ, ac scommatum satietatem, id factum est, vt quiescente iam furore, aliquid à miraculo lucrifieri posset. Sic irę locus est dandus, vt inter furentes blasphemantium, & persequentiũ voces, etiam à beneficijs exhibendis abstinea mus. Nihil tunc proderunt, imò fortè æque officient ipsa beneficiorum miracula. Hinc sapiens Rebecca monebat Iacobum filium suum, Genes. 27. *Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te. Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Labam, &c.* Cur sic fugiat Iacob ab irato, & minante mortẽ fratre? Cur non magis illum, & muneribus, & beneficijs placare nititur? Equidem cum dives reuertitur Iacob, Genes. 32. non fugit fratris aspectum, sed præmittens illi munera ait: *Placabo illũ muneribus, quæ præcedunt,* quẽ enim munera, & beneficia non placarent? Cur ergo antea ad similem artem non confugit? Cur maluit tunc à beneficijs abstinere, & fugam tacitus arripere? Tunc Esau erat in ipso persecutionis feruore, nil cogitans nisi probra, & calumnias, & mortes in fratrem, vnde sapienter Iacob à beneficijs etiam abstinens maluit fugam arripere, iræ fratris dans locum, quo securius obtinuit fructum benedictionis. Pro quo ait D. Zeno, serm. de Patient. *Iacob per patientiam,* D. Zeno.
& benedictionem lucratus est, & fratrem; dat iracundiæ locum securus. Vt redeat, demum patri commendat: sensim mitisque discedit, vt probet se, & meruisse, & non ambisse, quod meruit. Securius tacitæ fugæ commisit, & fructum benedictionis, & fratris placationem, quam si tunc furentem beneficijs placare niteretur.

Matth. 5. Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.

§. VII.

Inimicorum dilectio compẽdiosa via est ad salutem.

EXpende quàm breui compẽdio possis à peccati seruitute in adoptionẽ filiorũ

cooptari, seruus es peccati, inimicos ama, patere iniuriãtes, & iam filius es factus. Non ne huc spectat illud, *vt sitis filij Patris vestri*? Affirmat D. Paschasius lib. 3. in Matth. inquiens: *Paschas.* *Ac si patenter Dominus dicat, diligite inimicos vestros misericorditer, & hac sola dilectione supplete omnia, quæ mandaui, vt sitis filij patris vestri.* Sanè quisquis per peccatum mortuus est, & gemitibus, & lacrymis, & pectoris tunsionibus excitari debet, vt in filiatione adoptionis iterũ renascatur. Enim verò Dominus à peccatore multa requirit, sed omnia illa suppleri possunt sola inimicorum dilectione, & iniuriarum tolerantia. Propone tibi modo ex Luc. 18. Pharisæum, & publicanum; ille vt iustus gloriabatur, hic vt peccator confundebatur: ille ieiunia sua, eleemosynas suas, iustitias commendabat, imò cæteros omnes aspernabatur, & præsentem publicanum despectu lancinabat. *Luc. 18.* Ait enim: *Non sum sicut cæteri homines, raptores, adulteri: velut etiam hic publicanus.* Audiuit publicanus se inter raptores, & adulteros constitui, & immemor iniuriæ, solum inquit. *Domine propitius esto mihi peccatori.* Quid plura? hac sola iniuriarum tolerãtia propter Deum suppleuit omnia, vt in sortem filiorum Dei iret. Rem pulchrè attigit D. Chrysostom. hom. de Dauid, & Saule. *Chrysost.* *Hoc tantummodo dixit, propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus in domum suam. Vides celeritatem? Accepit probrum, & abluit probrum? Quot labores erant subeundi publicano, ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua pauperibus elargiendo, in puluere, & cinere sedendo, vt illa tam multa peccata deponeret? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem, ac probra Pharisæi pepererunt illi iustitiæ coronam, idque sine sudoribus, sine laboribus, & absque longi temporis mora.* Ecce vobis quanta, & quot supplet eà solum, iniuriarum tolerantia propter Deum, & quod iniuriantem non oderit. Quę magis compendiosa via ad salutem excogitari potuit? Huc conueniant, qui larga pœnitentiæ tempora horrent; qui aspera ieiunia, sanguinolenta flagra, tristia suspiria pertimescunt, & videant compendium, quo omnia facile suppleant, dum iniuriarum immemores inimicos dilexerint. Quisquis sic ad iniuriatores suos afficitur, tam certo seruitutem peccati exuit, vt vel habitu intrinsecus habitantem Dei filiationem ostendat. Id patet Dauidis exemplo, qui 1. Reg. 24. cum infensissimum hostem Saulem in manus haberet, nihilominus illi pepercit, hac vna re contentus, vt à longè allocutus regem ei ostenderet, quam illi vitæ gratiam fecisset. Quid tunc? Ait Textus: *Cum autem complesset Dauid sermonee suos ad Saul, dixit Saul. Nunquid vox hac tua est fili mi Dauid?* Non ad verba attendit, sed ad solum vocis sonum, & ex vocis sono, nescio quid in Dauide percipit, quod illum filium nominare fecit. Acutè D. Chrysostom. homil. de Saule, & Dauid, ait. *Nec enim dixit; sermones tui isti filij Dauid, sed vox tua ista fili? Adeò mox ad ipsam vocem incaluit. Et quemadmodum pater ex longo intervallo audita filij reuerentis voce, non ad conspectũ in modo illius, verum etiam ad ipsam vocem excitatur, sic & Saul vt accepit verba Dauidis, abiecit inimicitiam, iamque filium agnouit.* Profectò animus tanta erga hostes suos dilectione armatus, non potuit non inuenire etiam in hoste patrem, non potuit, vel ex sono vocis sese filium non demonstrare. Nec aliter respectu Dei, sed eodem prorsus modo, quisquis scruit hostes diligere, vel ex sibilo diuinam in se filiationem manifestabit, & Deum ostendes patrem. Tam certò diuinam in se ostendit filiationem homo inimicorum amore possessus, vt hanc virtutem nactus, quasi nihil habet, quod requirat amplius, sed vel dormiens, & requiescens paternam ingredietur hæreditatem. Actor. 7. Stephanus pro lapidantibus orans, ait: *Domine ne statuas illis hoc peccatum: & cum hoc dixisset obdormiuit in Domino.* Obdormiuit, ait, cur non potius vigilauit? Nonne in morte iubemur curare, vt vigilantes, imò, & cum lucernis accensis inueniamur? cur Stephanus dicitur tunc obdormiuisse? Sanè pro inimicis orauerat, & qui tantus est, vt pro inimicis oret, & curas vniuersas, & vigilias supplet, & vel dormiens, vel requiescens securus abit. D. Augustin. sermon. 2. *Augustin.* *Et hoc dicto obdormiuit in Domino. Fœlix, somnus, & requies vera. Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare.* Beati qui hanc in se nouerint excitare charitatem, qua pro inimicis orent, his verè iam dicitur, vt requiescant à laboribus suis. *1. Reg. 24*

§. VIII.

§. VIII.

In hoc Dei filius ostenditur, quod sibi illatas iniurias in lucem dari patiatur.

QVid magis cordi est creaturis, quam ignominias suas, & iniurias obtegere? Quid magis diuinum, quam scire pati iniurias medio in Sole? Ecce tibi Deus, dum contemnitur, dum blasphematur, dum iniuriatur, quid facit? An tenebras immittit, ne videantur eius contemptus? Imò tunc Solem suum facit oriri super malos, & bonos, sanè quę vilis creatura est, timet sibi à contemptu, & mille opponit tegmina illis rebus, quæ ignominiam habent: verum qui ex Deo natus solidam, veramque nobilitatem habet, mundiales omnes ridet contemptus, illosque pro gloria manifestat. In Sina monte quondam Legislator descendit, Exod. 19.

Exod. 19. *Et ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clamorque buccinæ vehementius perstrepebat, &c.*

Sed & in monte Thabor fuit aliquando Ie-

Matt. 17. sus cum tribus discipulis, Matth. 17. *Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt Moyses, & Elias, cum eo loquentes.* Luc. addit, cap. 9. *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Compone modo, cum Sina monte. Thaboris montem: in Sina Legislator erat, in Thabor Iesus, ibi nubes densissima, hic splendidissimi Soles: illic Legislator non se manifestat, sed cœlat, hic Iesus factus Sol, in Solem lucemque trahit Ierosolymitanum excessum, nimirum, ignominias, blasphemias, verbera, crucem ipsam. Sed cur legislator ille, adeò se cælat, & tegit in Sina, & Iesus in Thabor tot luces, tot soles profert super ipsos iniuriarum excessus? Rationem intimabat Paulus ad Galat.;

Ad Gal. 3 aiens: *Lex propter transgressiones posita est; ordinata per Angelos, &c.* Non Deus erat, sed Angelus, qui legem in Sina ordinabat, & quia Angelus erat, cauebat ostendere demissionem illam, qua in monte erat, publicans legem ab hominibus, & contemnendam, & transgrediendam. In Thabor autem non Angelus, nõ legatus, sed ipse Dei filius adest, & quia Dei filius est, non timet in lucem, solemque dare Ierosolymitanas iniurias, & cõtemptus. Huc spectat alibi dandus Damasc.

Damasc. orat. de Transfigur. aiens: *In monte Sina fumus, & procella, & caligo summam illam demissionem occultabant, hinc videlicet inaccessum legis auctorem prædicantia, & posteriora sua obscurè indicantem. Nunc autem omnia splendore, ac luce perfunduntur. Etenim ipse vniuersitatis conditor, & Dominus ex paterno sinu accessit, &c.*

Vbi creatura est quidquid demissionem, & contemptum sonat, obtegitur, obnubilatur; vbi autem filius Dei adest, omnia luce claressunt, etiam opprobria dantur in soles, & assumuntur in gloriam. Nil sibi timet, qui verè filius Dei est, ex eo, quod in conspectu solis appareãt eius iniuriæ, quin potius eas ille ostendens inde probat, nihil iam ibi manere seruile. Dauid Psalm. 38. *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me; opprobrium insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniam in feciſti, amoue à me plagas tuas.* Paulò ante Psalm. 37. dicebat, *quoniam in flagella paratus sum*, nunc iam flagella cauet, & petit non amplius flagellari; ex quo enim Semei contumelias non abscondit, sed coram omnibus illas sustinuit, patuipendens erubescentiam, nihil in se putauit manere seruile, flagellis dignum, vt qui transierat in affectũ filij: Non longè abest Ambros. in Psalm. 38. inquiens: *Quomodo hoc sibi congruit, quod in superiori Psalmo flagellis se obtulit, hic flagella à se postulat amoueri, nisi quia soluit iam de manu Domini duplicia peccata sua, erubescendo, opprobria sustinendo?* Ex quo erubescentiam contempsit, nec dubitauit manifestè opprobria sustinere, & calumnias, meritò omnem exuit peccati seruitutem, & à seruorum plagis alienus se reuocat in libertatem filij.

Psalm. 38

Psalm. 37

Ambros.

§. IX.

In recto charitatis ordine prius amicis prospicere debes.

CVm iuberis à Iesu inimicos diligere, pro eis orare, non ideo teneris prius impendere amorẽ inimicis, quam amicis, quin potius dum cæteræ circumstantiæ pares sint, prius amicis, quam inimicis cõsulere debes, vt sis filius cœlestis Patris, qui solem suum facit oriri super bonos, & malos: expẽde, quod prius posuerit bonos, deinde malos, vt tu similiter prius tibi constituas amicos, deinde inimicos. De ipso legislatore Iesu; ait Ioa. c.

Ioann. 13 13. *Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt trãseat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisse suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Passioni proximus Iesus ingentes dilectionis

flammas ostendit, in suos, in Apostolos, in dilectissimos discipulos, sed cur tam ardentem se ostendit suorum amatorem? Cur non magis dissimulat charitatis in suos flammas? Instabat iam acerbissima passio, in qua traditus aduersarijs potestatibus, oraturus erat pro inimicis, & crudelibus vitæ suæ hostibus, & ideo ante quam charitatem suam ad hostes extenderet, voluit illam erga amicos prius declarare maximã. Ad hęc Guarricus Abb. serm. in Ascens. ait. *Cum tempus, quo ab eis recessurus erat, instaret; tunc veluti vinci tenero illorum affectu visus est, vt magnã multitudinem dulcedinis suæ, quam eis absconderat, dissimulare non posset. Hinc illud est, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Tunc enim prope modum omnem viam amoris effudit amicis, ante quam etiam ipse sicut aqua effunderetur pro inimicis.* Instabat tempus, quo effundendus, & impendendus erat Iesus totus pro inimicis suis, pro persecutoribus, & crucifixoribus suis, ideò prius curat omnem vim amoris effundere amicis, ne cum ad benefaciendum inimicis pergit, videatur amicorum oblitus, quibus semper debet esse gratia prior. Hinc est, quod Dauid in eo ipso facinore, quod laudatissimus apparuit, tamen male audit apud principem militiæ Ioab. Vbi enim rex nuntium accepit de excidio inimicorum suorum, de nece parricidæ Absalonis, totus in lacrymas effusus nil aliud agebat, quam flere, & lamentari hostium ruinã. Nonne hoc maximè laudandum, & mirãdum erat in viro pio, quod tanta esset charitate affectus erga inimicos suos? Equidem facinus hoc in se consideratũ laude erat dignissimum, at si temporis circumstantia ponderetur, meritò posset male audire apud cordatos viros. Tẽpus erat, quo amici Dauid postquã sese pro illo morti dederant, & mille periculis, veniebant gratiam ab illo reportare: ipse autem amicorum merita præteriens, sic totus ferebatur in hostium desiderium, vt videretur succensere amicis. Ex quo meritò illum reprehendit, & conuincit Ioab princeps militiæ. 2. Reg. 19. inquiens: *Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odiẽtes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis: & verè cognoui modo, quia si Absalon viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede: & alloquens satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Deum quod si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac.* Et sanè, qui sic afficitur erga inimicos, vt non æstimet amicorum pericula, & verecundiam, meritò solus relinquetur. Quis enim vellet pericula subire pro homine, cui non magis cordi sunt amici, quàm inimici? Apud quem potior est, qui oderit, quam qui amauerit? Extrema quidẽ est ignorantia legis diuinæ, si te sic pro inimicis impendas, vt infructuosus, & inutilis, imò prorsus damnosus videaris amicis. Diligendi vtique sunt inimici, sed ita, vt cordis, & beneficentiæ primas ferant amici. Ait enim Prouerb. cap. 25. *Gratia, & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias*; exprobratur meritò, qui amicos non ante omnia curat, quando ex amicitia prope infinita vitæ auxilia recipiuntur. Nonne tres illi reges Iobi amici ad Iobum mittuntur, vt eius fauore delictorum veniam accipiant? Ad quid hoc, nisi vt ostendatur, quod amicitia liberat? Vndè S. Ambros. lib. 3. officio. cap. 16. ait: *Dominus cum à tribus regibus offensus esset, qui sancto Iob honorem non detulissent, ignoscere his per amicum maluit, vt amicitiæ suffragium remissio fieret peccatorum.* Quippè amicitia nunquam non liberat, vt videas, quam tibi ante omnia debent esse cordi amici. De quo vide infra, cap. 20. §. 6.

Guarr.

2. Reg. 19

Prou. 25.

Ambr.

§. X.

Meditatio mortis non sinit inimicos reputare vllos.

NOn otiosè Solem meminit Dominus, vt doceat nos parcere inimicis, Sol enim oritur super bonos, & malos, sed quomodo Sol oritar super bonos, & malos? Planè Sol oritur, eodem die moriturus, vt dicat Psalm. *Sol cognouit occasum suum.* Et crediderim neminem multum irasci posse aduersus inimicum, si occasum suũ videat, si sepulchrum ob oculos suos versari sinat. Ioseph fratres suos passus fuerat contrarios, imò hostes infensimos, & nihilominus dum Ægyptis præficitur, illos videns sibi quasi ignoto supplicantes, non vindictam cogitat, quin potius illos frumento ditat. Vndè bonus vir sic mollitus fuit erga hostes suos? Philo putat fratres ibi locutos de Ioseph, quasi de mortuo, ait enim Gen. 42. *Duodecim, inquiunt, serui tui, fratres sumus, filij viri vnus in terra Chanaam: minimus cum patre nostro est, alius non est super.* Expende illud, alius non est super, hoc est, alius nempe Ioseph, mortuus iacet, imò & sepultus. Quid tunc

Psalm.

Genes. 42.

tunc Ioseph? Sanè vbi de se, quasi de mortuo audiuit, non potuit non habere animũ, etiam erga hostes paccatissimum. Meritò enim, ait Philo ibi: *Hæc de se ipso loquentes audiens, tanquam de mortuo, quid animi habere potuit?* Nullus est adeò ferox, qui de morte sua audiẽs, possit cogitare hostium vindictam: sedat irã mortis meditatio, nec sinit hostiles spiritus nutriri. Ille præclarè se gerit erga hostes suos, cui perpetuo ob oculos versatur mortis puluis. Cupis Christianè medijs etiam hostilibus incursibus, medijs ipsis cũ hoste conflictibus, sic te gerere, vt nullũ inde capias nocumentum animo tuo? Nunquam de hostis vindicta cogites, quin simul mente euoluas mortis puluerem. Aiebat Dauid Psalm. 68. *Placebit Domino super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.* Non qui cornua sola producit vitulus placet Deo, sed qui simul cornua producit, & vngulas. Et cur vngulas cornibus coniungit? In cornibus arma sunt, quibus impetũt hostes suos vituli, in vngulis instrumenta, quæ terram excabant, & puluerem de sub pedibus excitant. Ille ergo placens Deo est, qui nescit cornibus in hostes ire, quin simul puluerẽ mortis excutiat, illumque ob oculos constituat. Ad hæc D. Augustin. ibi ait: *Qui bene instructus est, & laude Dei opulentus, & cornua debet habere, quibus aduersarium vẽtilet, & vngulas, quibus terram excitet.* Nunquam Christianus aduersus aliquẽ feratur, quin mortis suæ puluerem videat, à quo illud accipiet beneficium, quo sciet hostes lethaliter non odisse.

Philo. Psal. 68. August.

§. XI.

Christi Domini fusus sanguis persuadet, quòd minime in inimicos iracamur.

CVm iuberis emulus esse Dei pluentis super iustos, & iniustos, nõ memineris huius communis pluuiæ, qua segetes nutriũtur; sed illius pluuiæ sanguineæ, qua à passionis nubilo Dominus inimicos sibi animos emolliuit, & patri reconciliauit. Quis iræ ardor in iniuriantes tibi non extinguatur pluuia illa sanguinis, quem pro iniuriatoribus suis Dominus à cruce fudit? Aiebat D. Nazianz. in Tetrastichis.

Nazianz.

Cum tu dolore læsus ardes maximo,
Christi memor sis vulnerum, pars & quota
Sint hæc dolorum, quos herus tulit tuus.
Sic nempe, vt vndis obrutus, maror perit.

Non sic pullulantes pampini, erumpentes spicæ obruuntur crebris verberatæ nimbis, vt rabidus mæror ex iniurijs hostilibus exortus sanguineis Christi fluctibus obruitur. Tibi veniant in mẽtem defluentes sanguinis riui à visceribus Saluatoris, & nulla in te aduersus inimicos nõ extinguetur ira. Ad hęc explicatius Nicetas Nazianzeni scholiastes, fatur. *Cuiuspiam in te contumelia efferuescens, atque in summam magnitudinem euecta, ingentem in te furoris flammam excitarit, animumque tuum vlciscendi cupiditate incenderit: fac protinus, tibi Christus in mentem veniat: da operam, vt contumelias, illusiones, flagra, & vulnera ea, qua ille salutis tuæ causa in cruce pertulit, quam primũ recorderes. Sic fiet vt huiusmodi cogitationibus, tanquam aquis, animam tuam leniens, & irrigans, mœroris, atque iracundiæ æstum extinguas.* Quæ irarum fornax crebris iniurijs, contumelijsque vsque in summum accensa, non extinguitur è Christi corpore deciduis sanguinis imbribus? Quas vindictæ cupiditates non suffocent septuaginta duo riui ab spinato Saluatoris capite prosilientes? Fallar, siquis etiam iustã vindictam iniuriarum meminerit, dum Christum passum coram positum videat. Apocalyps. 6. *Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes. Vsque quo Domine, sanctus, & verus, non iudicas, non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum.* Ecce tibi vindictam de hostibus suis iustè flagitant interfectorum animæ; & tamen cum iubentur expectare, patienter expectant, nec vox vltra auditur vindictæ cupida. Vndè, quæ sic vindictam expostulabant, tam facile tacent, nec verbum, quod vindictam sonet, proferunt? Notabat textus, cum introducit eas clamantes, de subtus altari, quippè D. Bernard. serm. 4 in festo omnium Sanct. per hoc altare intelligit Christi Domini humanitatem, quam vulneribus pro se impressis videntes animæ sanctorum facili negotio à iustæ etiam vindictæ desiderio quiescunt, & discunt tolerantiam. Quò respexit Tertull. lib. de Resurrect. carn. fatus: *Martyrum quoque animæ sub altari vltionem flagitantes, sustinere didicerunt.* Et quis cogitet de vindicta, & non potius sustinere ediscat, dum sibi ob oculos proponat Christi Domini holocaustum in cruce celebratum? Sanè vindictam nescit, hostes ignorat, quisquis sibi proponit Iesum passum, mortuum, sepultum. Acutè

Apoc. 6. D. Bern. Tertull.

Cant. 8. Cant. 8. ad Sponsam dicitur: *Quæ habitas in hortis amici auscultant.* Quid ais amici auscultant? Cur non potius inimici auscultant? An non illa est, quæ dicebat: *Filij matris meæ pugnauerunt aduersus me;* quomodo iam non pugnantes, non hostes, sed potius amici auscultant? Ex quo habitat in hortis ignorat hostes, omnes nouit amicos. Quid crucis arbor, quid hortorum sanguineus sudor, quid Iesu pulchrum prius docerent, quam hostium obliuionem? Quisquis his in hortis habitat, nullum habet hostem, vniuersos amat, vt amicos. Nec videns Christi vulnera habet, vnde hostes timeat, de quo infra cap. 20. §. 12.

Matth. 5. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & publicani hoc faciunt? Et si saluaueritis fratres vestros, &c.

§. XII.

Temporalia bona, nil sunt ad æterna comparata.

SI quis amicos temporaliter amet, vt publicani, & mundiales homines amant, is in cœlis mercedem habet nullam, imò vt hunc ab omni spe mercedis excludat, ait, *quam mercedem habebit?* Quasi dicat, nullam mercedem habebit ille, qui amicos carnaliter tantum diligit; licet enim multa commoda veniant ex carnalibus amicis, multæque vtilitates inde oriantur, tamen dum in cœlis nulla oritur merces, cætera omnia merito censentur, quasi nihil. Sola equidē merces est, quæ in cœlis habetur, in præsenti autem quidquid habeas, nihil est, mendacium est. Dauid locutus ad Galaaditas. 2. Reg. 2. ait: *Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem.* Cur ad misericordiam addidit veritatem? Nonne Dei misericordia vera est vbicumque fiat? Planè misericordia Dei, quæ in cœlo præstatur, ipsa sola vera est, imò veritas est: cæteræ autem misericordiæ huius temporis ad illam comparatæ veritatem non habent, sunt nihil, sunt mendacia. D. Hieronym. lib. de tradition. hebr. ait: *Dixit misericordiā in præsenti, veritatem in futuro, quia misericordia, quæ in præsenti sæculo tribuitur ad comparationem æternæ misericordiæ mendacium est:* Dū repositam in cœlis mercedem non possides, quidquid ex huius temporis rebus habes, falsum est, nihil est. Accepit primus homo pro mercede laboris sui, paradisi lignum, quod coleret, de cuius fructu viueret. Verum secundus homo Iesus post mille exantlatos labores rediuiuus pro mercede exijt de sepulchro, & totus gloriosus. Quid tunc? Matth. 28. *Ecce terræmotus factus est magnus.* Terræmotus magnus excipit resurgentem Iesum ex sepulchro, quis non timeat sibi à terræmotu? Quæ gloria inter tempestates non sit timida? Sanè gloria Iesu adeò solida, & vera est, vt terræmotus, & tempestates rideat, minimèque caueat sibi apparere inter magnos terræmotus. Non sic temporalis merces, & gloria, quæ adeò inanis est, vt vel a leui turbine exsufflari pertimeat. Vndè D. Chrysolog. serm. 74. contemplatus primi, & secundi hominis dotem sic acutè dixit. *Modo terræmotus magnus; O si tunc, vel leuis turbo arborem mortiferam deiecisset:* Expende illud, vel leuis turbo; quippe vt vanissimas mortalium delicias perdi videas; non est cur magnos terræmotus, furentes tempestates expectes; adeò euanidæ sunt, vt vel leui aura tactæ funditus cadant. Surrexisset in primordio, vel leuissimus Aquilo, & vniuersam hominis dotem, totam deliciarum paradisum exuri videres. Equidem humanæ mercedes timent sibi à turbine leuissimo; diuinæ autem gloriæ, etiam rident terræ motus magnos. Sic valent cœlestes mercedes, vt inter furentes tempestates, inter ipsa nigricantia nubila non dubitent cō fundere summum splendorem, & valentiam temporalium. D. Paul. ad Gal. 4. notans eircumstantiam diuini aduentus ait. *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suū factum ex muliere, factum ex lege, &c.* Venit itaque filius Dei infirma carne velatus, subiectionem, & humilitatem præseferens, & hoc quando mundialia omnia pleno voluebantur amne; quando temporalitas summā gloriarum plenitudinem attingebat. Et audet nihilominus æternitas inter nubila carnis, inter abiectionum, & vilitatum dedecora sese opponere summæ plenitudini, & valentiæ temporalium? Pulchrè D. Bernard. serm. 1. Aduent. ait: *Nimirum plenitudo, & abundantia temporalium obliuionem, & inopiam fecerat æternorum. Oportune ergo tunc aduenit æternitas, quando magis temporalitas præualebat.* Ecce tibi etiam in maxima sui exinanitione appareat æternitas opportune aduersus summam plenitudinem temporalium;

Matt. 28.

Chrysost.

Ad Gal. 4

D. Bern.

nec

nec refugit æternitas infirmitate, & vilitate obnubilata apparere, vt quæ vel sic detriũphatura est plenissimas mercedes temporales. Nunquam temporalitas audet compare re, vbi æternitas adest. Cant. 6. ait ille: *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma convallium*, vel apud Theodoretum dicit: *In hortum nucis descendi, vt viderem ingerminibus torrentis.* Pulchrè huius vallis lacrymarum bona, vocat germina torrentis. Cur germina torrentis? Quia vt torrens auctus hieme ad æstatis soles disparet, sic omnia mundialia bona ad conspectum æternitatis euanent. Aiunt tres Patres ibi: *Torrentis enim instar tũ gloria, tum opes, tum regnum; tum deliciæ, atque alij huiusce modi vitæ flores dilabuntur. Cum autem apparuerit vita futura, corrumpentur, & desinent, & tanquam torrens, cessantes exarescent.* Et cur non euaneant omnia temporalia ad conspectum æternarum gloriarum, quando vel ad odorem æterni cruciatus nulla est tẽporalis gloria, quæ non disparcat? Cum Eli domus diuinam irã iam sustinebat, eius nurus partus doloribus compressa penè agebat animam, quam vt confortarent obstetrices, aiunt. 1. Reg. 4. *Ne timeas, quia filiũ peperisti. Quæ non respõdit, neque animaduertit.* Audit filium natũ à se, & non animaduertit, & qui dẽ sic masculi natiuitas solet matrem lætificare, vt pressurarum memoriam prorsus deleat, cur modo tanta fœlicitas nihili æstimatur, imò non aduertitur? D. Gregor. ibi lib. 3. ait: *Nam dum æterni doloris experiri amaritudinem inchoat, hoc, quod temporaliter habet, non delectat.* Vanissimæ sunt, & nullius ponderis, ac momenti sunt fœlicitates temporales, vbi aliquid æterni, siue doloris, siue gaudij incipit ob oculos iam versari.

Cant. 6.

1. Reg. 4.

D. Greg.

Matth. 5. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

§. XIII.

Fidelis homo ne se intra strictos naturæ carceres contineat, imò infinitudinem induat.

VIdeat homo, quos terminos virtuti acquirendæ perficiat: nimirum, quod eò tendat, vt propriam deuincens naturam, nitatur assimilari diuinæ. Ne ad propriam naturæ infirmitatem respiciat, sed potius cogitet, qualiter etiam contra naturæ suæ finitudinem operandum sit. Eliæ latitanti dicebat Dominus. 3. Reg. 17. *Coruis præcepi, vt pascant te.* Cur non potius columbis: id munus pascendi prophetam mandauit Dominus? Coruus suos proprios pullos deserit, nec illis cibum ministrat, cur ergo adeò in suos dura auis eligitur, vt pascat Eliã? Equidem quò alienior erat natura corui à munere, eo aptior visa est, vt in illa haberet Elias monitorem operandi contra propriam naturam, in obsequio diuino. Aiebat D. Basil. Sel. orat. 11. *Coruis, præcepi, vt pascant. Ne innatum his in pullos odium imitere: quin potius imitare eorum in te curam. Hi commodato tibi obsequio naturam vicerunt.* Non abegit coruus munus tanquam naturæ suæ alienissimum, imò instante præcepto diuino, naturam supergreditur, & vincit factus prophetæ curator, qui nec suos curabat pullos. Hos ebibant ausus fidelis viri, hæc exempla prospiciant, nemo dicat, non est hoc opus meæ infirmitatis, meæ naturæ, quin potius instante obsequio diuino vincat naturam, terminos suæ infirmitatis transiliat, & oblitus quod homo sit, audeat diuina. Stricti sunt naturæ carceres, vt se intra illos Dei athleta contineat, illos supergrediatur, necessum est, & supra naturæ fines progressus, quasi diuinã infinitudinem induat, quæ nullo casu possit exhauriri. Hanc in suis assectis petebat Dominus, Matth. 5. fatus: *Si quis te percusserit in dexteram maxillã tuam præbe illi & alteram.* Expende, quod nõ ait, præbe illi sinistram, sed præbe ei alteram, nẽpe dexteram, vt notant D. Hieronym. & Casianus apud Tilmannum in allegorijs. Et qualis est ista petitio, quod post percussum dexteram, præbeamus aliam dexteram percutiendam? An nobis est plusquam vna dextera? Si vnam tantum habemus, quomodo vnam præstabimus, & alteram? Hoc vt explicem, reuoco ad memoriam tritissimam Prometheifabulam: is enim ob subrepti ignis culpam dicitur ad rupem religatus viscera præbuisse aquilæ voranda, sed quæcũque rapax aquila vorabat, ipse in se iterum reproducebat, ne vnquam deficeret aui pascua, & misero tormentum, per infinitudinem regeneratricis virtutis illi à superis cõmunicatam. Quid Plura? Quæ infinitudo accidit Prometheo ad supplicium; hæc, vt nobis accidat ad virtutem Dominus flagitat. Renascebãtur in illo viscera præbenda voraci aquilæ, renascantur in nobis dexteræ, quas iniurianti præbeamus. Sic naturæ fines supergrediamur, vt quantum in nobis

3. Reg. 17.

Basil. Sel.

Matth. 5.

est;

est,non vnã solum, sed & alteram, & mille dexteras iniurianti reponamus, infinitudinis diuinę æmuli, quæ nunquam exhauriri habet. Vndè D.Isidor.Pelus. hb. 2. epist. 6.

Isid. Pelu. *Non dixit Saluator, si quis in dexteram maxillam alapam tibi impegerit, forti animo id patere, ac conquiesce, verum illud adiecit, vt alteram quoque ad excipiendam plagam promptam, & paratam habeas. Nam in hoc demum præclara, & splendida victoria sita est: hoc naturâ præstãtius, & cœleste.* Equidem superat naturam humanam, diuinæque infinitudini approximatur ille, cuius virtus nunquam exhaurtiur, sed in vno probata ad aliud excellentius, & perfectius parata renascitur.

CAPVT VIII.

De oratione Dominica.

NOBILIS, & diuinus magister, nõ solum de oratione faciendа dedit nobis monita, sed& ipse orationẽ perfectissimam, omnibusque numeris absolutã perfecit, cuius nos ebiberemus elegantiam,ne diuinas aures inconditis pulsemus vocibus. Et cum mundiales oratores, vt apud iudices dicãt, vænales exhibent voces;monemur fideles non apud iudicem, sed apud cœlestem Patrem clamare; ne vox vęnalis sit,sed prorsus gratiosa qualis debet esse vox filij parenti optimo.

Matth. 6. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum,qui in cœlis est.

§. I.

Virtutum coronas vniuersas furantur humanæ laudes, & plausus.

IN iustitia efficienda meritò iubemur attendere, ne humani oculi, ne humanæ accedant laudes, & plausus; quia vt ait Dominus apud Lucam 11. Si sciret pater familias,qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam: Fures equidem sunt hominum laudes, & plausus. qui,nisi maximè vigiles,nisi summopere attendas,vniuersas iustitiæ coronas proculdubio rapient. Ieiunaturus Dominus desertũ abijt,& oculos hominum deuitans,& plausus, vt solum apud cœlestem Patrem virtutis suæ coronas habeat. Quid tunc? Accessit tentator, & quasi ieiunatorem mirabundus extolleret,ait:*Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant, &c.* Vnde miser tentator tantum ieiunatorem vis extollere, vt eum filium Dei compelles? In paradiso post cibum præmittebas hominibus deitatẽ aiens: eritis sicut dij; in deserto, vel ante cibum, adhuc ieiunu m Iesum prædicas filinm Dei, cur tam dissimilis tui accedis? Cur ieinnatori paras diuinas laudes? In paradiso occisurus veniebat hominum genus;in deserto solũ curat iustitiæ coronas furari, ideo socias furti certissimas præmittit laudes. Aiebat D.Chrysost. hom.13. in Matth. *Non dixit, sis fur, sed si filius Dei es, videlicet existimans posse se aliquid per laudum blandimenta furari.* *Chrysost.* Quot laudatorias voces, tot fures opponit, qui secretum cordis perfodiant, & coronas rapiant. Vbi furaturus tentator accedit non igneas parat machinas,non Neronum exercitus conducit, sed laudatoria testimonia sibi socia assumit, vt quæ latrones superent in deprædandis animabus. Hinc ortum habuit illa D.Pauli cautela,qua virtutum suarum testimonia in alieno ore timebat, in secreto sui cordis integra, inuiolataque conseruabat,ait namque 2. Corinth. 1. *Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ.* 2.Cor.1. In eo prorsus sita est nostra gloria, in eo eius firmitudo constituta est, occulta in nobis maneat,si minimè pateat alieni oris testimonijs illã prædicantibus, laudãtibus. Sed cur fugiat nostra gloria testimonia laudũ alienarũ? Pulchrè D.Chrysost. hom. 72. ex 22. Matth. *Ipsi, quos ad testimonũ tuæ virtutis citas, latrones abstè cõstituũtur, qui te regno cœlorum spoliẽt.* *Chrysost.* Caue oris alieni laudes, si vis latrones cauere: si vis thesaurum gloriæ tuæ integrum,inuiolatũque seruare. Quot laudatores traxeris ostensione virtutum tuarũ, tot latrones vocasti, qui te omni bono relinquant spoliatum. Propone tibi Ezechiæ facinus 4.Reg. 20. Is Babylonij regis legatis in potentiæ suæ commendationem omnes thesauros domus suæ aperuit, nil pretiosum, nil speciosum fuit, quod eis non indicarit. Quid tunc? Sic ad Ezechiam Dominus ait iratus; *Ecce dies venient, & auferentur* 4.Reg 20.

omnia

omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderũt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: nõ remanebit quicquam, ait Dominus. Planè rapinæ exponis, quæcumque decora oculis proponis humanis, vt videntur tui commendationis gratia. Ex quo sic monebat D. Petrus Dam. serm. de Sanct. Barbatiano fatus. *Occultanda sunt ergo, fratres, bona quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incaute portantes latrocinantium spirituũ incursione perdamus.* In virtute facienda caueat oculos humanos, qui latrones bonorum suorum cauere amat.

Pet. Dam.

Matth. 6. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

§. II.

Non tu, sed Deus videatur in operibus tuis bonis, & securus esto.

NOli, inquit, tuba canere ante te; hoc est, non te, sed Dominum sequatur virtutũ prædicatio, sic laudabilia opera efficias, vt te latente, solus Deus appareat laudãdus. Huc voco illud Ecclesiastici 11. iuxta Tilmanni lectionẽ aientem. *Ne laudes hominem in vita sua:* est quidem in homine vita propria, qua sibi suisque cupiditatibus viuit; insuper est etiam in homine vita Dei, quando sibi, suisque cupiditatibus adeò mortus est, vt dicat cum Paulo ad Galat. 2. *Viuo ego, iam non ego, viuit in me Christus:* quidquid hominis est tũc prorsus emortuum, & sepultum latet, solus Christus apparet viuus in illo. Dum ergo in sua vita non laudetur homo, in Christi vita prædicari debet omni laude dignus. Adhæc D. Bern. epist. 23. *Cum laudatur homo, in quo ĩa viuit non ipse, sed Christus, non in sua laudatur sed in Christi vita, ac per hoc non laudatur contra sententiam, quæ prohibet hominem laudari in vita sua.* Prius sibi prorsus emoriatur homo, & sui loco induat Christũ, si velit per laudãtiũ ora volitare securus. O quam fœlix ille est, qui sic nouit se abscondere, qui se, suaque omnia abscondere, & obtenebrare voluit ab oculis viuentium, vt solum in se exhibeat Christum, vt non se, sed Christi magnalia prædicãda hominibus obijciat. De his Isaias c. 50. *Qui ambulauit in tenebris, & nõ est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.* Ecce quam firmum, quàm stabile, quàm securum sulcrũ datur hominibus, nimirùm, Deus illis proponitur pro sulcro, quo innitantur securi, qui ambulant in tenebris, qui non habent lumen. Sed qui sunt hi? Sunt equidem, qui se, suaque eripiũt humanis laudibus, amãtque obtenebrari, & abscondine, videãtur, quin potius in se Christũ exhibent, vt possit pro virtutum suarum splẽdore ipse laudari, hi dum has tenebras sibi faciunt, Deũ constituunt sulcrum suæ securitatis. De quibus elegãter Gillib. Abb. ser. 2. in Cant. fatu. *Ambulant in tenebris, & non est eis lumẽ, sed humanæ laudis lumen, vt liberius sperent in nomine Domini, & innitantur super Dominum suum. Quorum abscõditus est vultus eorum.* Sic dum sese eripiunt laudibus humanis, dum sese abscondunt à conspectu hominũ, nõ penitus latitant, non tenebris conculcantur, sed eminentiores apparent innixi super Dominum suum. Obtenebrati videntur & penitus ignorati à laudatoribus, & inde super Dominum innixi, imò Domino vndequaque vallati maiores omni laude apparent. Pulchrè D. Paul. 1. ad Corinth. 1. ait: *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt quemadmodũ scriptũ est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Expende, quam abscondat, & abdat quidquid hominis est; nec ipse homo est, nec sapit, nec aliquid aliud suũ habet, sed omnia ei fit Christus, & vita, & sapientia, & sanctificatio, & redemptio. Et cur nihil nostrum relinquitur? Cur omnia nobis fit Christus? An vt penitus in tenebris delitescamus? Absit: imò, vt quẽ admodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur, hoc est, vt innixi super Dominũ securiores, & diuiniores obtineamus laudes. Ad hæc præclarè D. Anselm. ait: *Videte, quemadmodum nobis abstulit gloriam, vt daret gloriam, absulit nostrã, vt daret suã: abstulit inanem, vt daret plenam abstulit nutãtem, vt daret solidam. Quanto enim gloria nostra fortior, & firmior, quæ in Deo est, quam quæ in nobis? Non ergo glorietur quisque in sapientia sua, &c.* Tolle omne tuum, & firmissimum fundamentum laudis habes; non te, sed Dominum exhibe, non ante te, sed ante Dominum tuba intonet, vt solidissimæ, & immortales tibi personent laudes.

Ecclesi. 11

Galat. 2.

D. Bern.

Isai. 50.

Gillib.

1. Cor. 1.

Anselm.

Matth.6. Te autem faciẽte eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito,& pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

§. III.

Dum vnum te lateant virtutes tuæ, à nemine alio periculosè videntur.

IVbebamur à Domino in efficiendis virtutibus humanos oculos præcauere, ne videremur ab hominibus; quin etiam sic alibi operari iubebamur coram hominibus, vt opera nostra bona illorum oculis paterent. Ait enim; *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra, &c.* Qualiter ergo hæc duo seruare poterimus, nimirum, vt opera nostra videantur, & non videantur ab hominibus? Ecce efficaciſsimũ medium, quod sinistra tua nesciat, quod facit dextera tua, quod tu ipse non videas opera tua bona; & sic licet in conspectu omniũ fiant, adeò manent abscondita, vt quasi reputentur à nemine alio videri posse. Ad hæc D. Chrysost. hom. 11. ex varijs Matth. *Chrysost.* loquitur: *Interdiu potest ne fieri, vt non videatur homo faciens eleemosynam? Tu te noli videre, & non te videt alius.* Caue sinistram tuam, caue oculos tuos, caue te ipsum, ne te ipse videas; & etiam lucidissime operãtem neque alius te videt, abscõditus es fascinantibus oculis. Quis lucidiora perfecit opera, quàm Iob? Huius quot opera, tot soles mortalium rapientes oculos. & tamen pro lucidissimorum operum custodia tantum ait, *Iob.31.* cap.31. *Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clare.* In Sole, & Luna Iobi facinora notant Olympiodorus, & alij, quod si opera exhibes, ò Iob, Soli, & Lunæ in splẽdore paria, quomodo facere poteris, ne videantur ab hominibus? Iam præueniens dixit, dum ait; *si vidi*, hoc est, minime ipsi vidi mea lucidissima opera, & quod bonum in se quisque non videt, non illud videt alius. Sint tibi tuæ virtutes ignotæ, & securissimè incedunt ante omnes oculos humanos. Non longè abest D. Gregor. lib. 21. Moral. *Gregor.* cap. 5. *Qui verè electi sunt, ab eo, in quo sibi placent, mentis oculos diuertunt: & de his, quæ se minus egisse intelligũt, tristitiam requirunt: & perè soli bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum præbent.* Nil aliud requiritur in electissimo quoque, vt securè, & sanctè procedat, & regnet: quàm quod ipse solus non videat bona sua: & quidem tunc attingis securissimæ virtutis metam, cum à te bona tua abscondis; & mala, & defectus tibi proponis ob oculos. Id quod pulchro exemplo docebat D. Petrus Damian. lib. 2. epist. dicens: *Imitare naturalis in Pauone diuersitatis exemplum. Qui nimirum pullinos, & velut ignobiles pedes præ oculis semper habet, insignem verò caudæ pulchritudinem post se spectabilem præbet. Videt in pedibus, rusticum aliquid, quod despiciat, ignorat in cauda, quod eum mirabilem reddat. In promptu est, vnde se debeat in humilitate deprimere, post tergum gerit, vnde valeat, quasi præ cateris auibus superbire. Te quoq;, quod in te virtutis est, lateat: si quid verò vitiosum, & correctionis est dignum, ab aspectus tui iudicio non recedat.* Quid pulchrius? Fugiant opera bona nostra oculos nostros, & non metuant in cõspectu mortalium hominum: post tergum mittamus fulgentissima quæque facinora, solique defectus obuersentur ante oculos, & omnia tuta sunt nobis. Paulus ad Corinth. 2. cap. 12. innumeras virtutes, & gratias à Deo acceptas perstringẽs tandem, ait: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, &c.* Expende illud, *propter quod*, nimirum, quia incredibilem reuelationum magnitudinem acceperat, quia vsque in cœlum tertium raptus fuerat, quia mirabilia prope infinita peregerat: propterea placet, sibi in infirmitatibus. De quo D. Greg. lib. 21. Moral. c. 5. ait: *Vt ergo discipulos instrueret, de se summa referebat, vt verò se in humilitate custodiret, considerationis oculum non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat.* Sic vniuersi electi nil magis cauent in facinoribus suis, quàm oculos suos; hos si semel fugiant, & à virtutibus abstractos, ad defectus perspiciendos inclinent, securissime terunt viam salutis.

Dam.

2. ad Cor. 12.

Gregor.

Matth.6. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amãt in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: Amẽ dico vobis, receperũt mercedem suam.

§. IIII.

§. IIII.

Oratio pro peccatis tollendis laborem sibi adiungat, vt efficaciam habeat.

QVisquis se peccatorem agnouit, & pro peccatis tollendis apud Dominum parat orare, fugiat hypocritarũ leuitatem, qui non solum gloriæ causa orant, sed statẽs precantur, quasi pro paruis, & non multum necessarijs rem agant. Non sic, qui se peccatorem agnoscit, sed orationi adiungat laborẽ, non stet orans, sed genu flectat, vel humi accumbat, vt ex labore, & afflictione corporis oratio maiorem recipiat efficaciam, vtpotè, quæ necessaria est ad impetrandam veniam peccatis. De Beato Stephano dicitur Actor. 7. *Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Ecce vobis Stephanus bis orat, & positis genibus orat pro inimicis, & antequam genua flecteret, dum adhuc staret pro se orabat aiens: *Domine Iesu suscipe spiritum meum.* Sed cur cum pro se orat, stans orat: vbi autem ad orationem pro inimicis accedit, iam nequit stans orare, sed genu flectit, & positis genibus clamat? Sanè cum pro se orat, pro iusto orat, cui Deum propitium reddere, res erat non multi laboris, sed prorsus facilis: at vbi peccatorum suscipit causam, & veniam obtinere cupit peccantibus, non stat, sed genu flexit, difficilis enim est, & laboriosa apud Deũ peccatorum causa. D. Aug. ser. 2. in præsenti, sic ad D. Stephanum, ait. *Quare pro te stans orasti, & pro inimicis genu flexisti? Pro me stans orauit, quia pro me, qui rectè Deo seruiui, orando, & impetrando non laborauit: quia qui pro iusto orat, non laborat: ideò pro se stans orauit. Venturn est, vt oraret pro Iudæis, & attendens tam multam esse iniquitatem eorum, quæ difficile donari posset, genu flexit, & ait: Ne statuas illis hoc peccatum.* Multum de iustitia præsumit, qui stãs orat; quandoquidem ostendit se talem habere apud Deum gratiam, qua sine labore, sine conatu, facile, & vel quouis leui signo possit, quod vellet impetrari. Non habeat hanc confidentiam peccator, imò sibi persuadeat adiungendas esse, & corporis afflictiones, & humi cubationes, & lachrymas, vt tandem oratio pro peccatis benè apud Deum audiat D. Paul. 1. ad Corinth. 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat. Et non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit.* Expende, quod non ait, & non petistis, & non orastis, vt tollatur talis peccator. An fideles Corinthij, non satis pro fratre egissent, si crebras orationes facerent, si continuo preces ad Deum funderent? Cur Paulus requirit non preces, sed & preces cum ingenti luctu, & lachrymis? Equidem quando peccatoris causa agẽda erat, non quæuis sufficiebat oratio, sed illa, quæ afflictiones corporis haberet adiunctas, & luctum, & lachrymas. Chrysost. ibi: *Non dixit, & non magis abiecistis, sed tanquam in morbo quodam, & peste, luctu opus est, & continuis precibus, vt tollatur: oportet supplices esse, & omnia operari, vt ille de medio abscindatur:* Difficilis est apud Deum peccatoris causa; qui illorum suscipit curam, mihi credat non tantum orationi fidat, vt omnino afflictiones corporis obliuiscatur: oret, sed humi procumbens, sed genu flectens, sed cum lachrymis. Vndè sapienter Rex Niniuita in causa peccatorum populi sui tales precationes disponebat Ionæ. 3. cap. *Operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominũ in fortitudine.* Quasi solus clamor, sola oratio quæ ab homine afflicto, & humiliato, possit peccatorum veniam à Domino impetrare. Quapropter D. Ephræm ostendens Ionam veritum, ne Deus ad voces flecteretur Niniuitarum, ait. *In ciuitate orabant Niniuitæ, ne morerentur. Timebat Ionas inspiciens eorum lachrymas.* Non orationem illorum timebat, sed orationem cum lachrymis; nisi enim, & afflictiones, & labores, & lachrymas orationi adiungerent, non timeret Ionas veniam fore ab illis ex Deo impetrandam.

Actor. 7.

Augusti.

1. Cor. 5.

Chrysost.

Ionæ. 3.

Ephræm.

Matth. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

§. X.

Præstantissimus Dominus est ille, qui in munerum distributione, præsentissimos habet illos, qui virtutis amore maxime se se abdunt, & abscondunt ab oculis.

ONos fælices, qui talem Regem, imò talem Deum habemus, quẽ minimè latet

qui virtutis amore latere cupit: cui præsentissimus est, quisquis ob humilitatem absconditur, etenim noster Dominus videt in abscondito, vt latentes etiam ad regni clauum promoueat. Et quidē hæc maxima est præstātia Domini. Apud Matth. 9. mulier quædā sanguinis fluxibus laborans, vt vidit salutis fontem Iesum, ab illo accipere cupit medelam morbi. Medelam inquam accipere cupit, sed indignam se reputat comparere oculis Saluatoris. Quid tunc fœmina? *Accessit retro, & retigit fimbriam vestimenti eius, &c.* Retro accedit, vt lateat, vt absondatur ab oculis eius, vt faciem declinet, ne possit videri; sed etiam retro latens visa est ab eo, qui videt in abscondito, & saluti restituta: is enim est Dominus, cui nullum sit latibulum, cuius in quouis abscondito inuenientur oculi, vt etiam latitantes promoueat. Acutè Chryso. *Chrysol.* ser. 33. *Retro nihil erat, & ibi faciem, quàm declinabat, inuenit. Erat in Christo corpus multiplex, sed erat deitas simplex, erat totus oculus, qui post se supplicem sic videbat.* Expende præstantissimi Domini insigne, nimirùm erat totus oculus, qui post se supplicem sic videbat. Qui Princeps habet aliud, quam oculos, habet, inquam, & manus, & pectus, præter oculos, quæ retro sunt, obliuiscitur, illa nosset, quæ cernit corā. Noti apud illum sunt, qui se se ante oculos constituūt, qui ad manum inueniuntur, vt Principi gerant morē, qui ante eius pedes se obuoluunt, vt appareant gratiosiores. At qui ob humilitatis, & virtutis amorē latibula quærunt, faciem declinant, & retro humiliter constituuntur, hi prorsus ignoti manent brachiatis & manicatis Principibus. Non est mundialium Principum, retro constitutos, & absconditos meminisse. Qui diuinus Dominus est, & totus oculus, is etiam post se supplices videt, etiā retro latentes agnoscit, & præsentissimos habet ad munera, etiam illos, qui maximè niturtur abscondi. Nondum nouerat Moyses perfectè sub quo Domino militabat, & quod ex aula Pharaonis biberat ructans, anxie curabat ante faciem Domini comparere Exod. 33. Hoc enixe flagitat, vt Domini sui videat faciem, quid enim poterit seruus spectare à Domino, cuius oculis nunquam paret? Sic mundialis quondam palatinus se se ante faciem regis frequentissimum esse ambit. Verum ad illum Dominus: *Ego ostēdam tibi omne bonum!* Quomodo? *Posteriora mea videbis.* Quid ais Domine, sic post tergū tuum mittis Moysem electum? Quando Principum bona dantur his, qui coram sunt, qui ad manum adsunt, qui ante pedes obuoluuntur, tu Moysem retro abire iubes, & ibi omne bonū expectare? Equidē diuinissimus Princeps totus oculus est, etiam post se supplices videt, & deorsum latitantes promouet, & in munera vocat, & cum illis partitur magnalia. Quò humilis magis latere amat, & oculos Dei affectu declinat, & post tergum se locat, ne ad manum sit, eo vicinior est diuini Principis oculis. Ex quo lucem capit obscurus locus Gen. 16. vbi Agar à domo Habrahæ repulsa, in deserto latitans in magnas à Deo spes alitur, quas illa mirata, ait: *Profectò hic vidi posteriora videntis me.* Sanè, qui se videntes videt, non eius posteriora videt, sed faciem; qui ergò fieri poterat, vt Agar videret posteriora eius, à quo simul videbatur? Hoc habent, qui mundialibus Dominis repudiatis, sub diuino Principe incipiunt militare, non egent coram comparere, etiam si latitent, etiam si retro se dedant, si post tergum quasi absconditi sint, nilominus ibi videntur, & ad honores vocantur, diuinissimus enim Dominus totus oculus est, & etiā post se supplices videt. Vtinam hanc mentē vniuersi ebiberent Principes, vt proseligendis ministris illos maximè ob oculos haberent, qui se se absondunt, & quasi post tergum abdunt, non qui sponte sua prosiliunt in faciem, vt ad munera eligantur. De hoc monebat D. Ber. Eugenium Pont. Maxi. lib. 4. de consider. fatus. *Itaquè non volentes, neque currentes assumito: sed cunctantes, sed renuentes. Etiam coge illos, & compelle intrare. In talibus requiescet spiritus tuus, qui non sint attrita frontis, sed verecundi. sed timorati, qui præter Dominum timeant nihil, nihil sperent, nisi à Deo.* Ecce tibi, qui eligendi sunt à Principe in munera non qui sese videndos offerunt, non qui frō te se coram subsiliunt, & eligi clamant, sed qui verentur nosci, qui latere amant, qui potentium oculos fugiunt, & sine spe, & metu soli Deo noti occultam degunt vitam. Princeps, qui in his absconditis videt, quid eligat, quid muneret, is diuinus est, & felicissimus. De quo infra sermo redebit c. 9. §. 10. *D. Bern.*

Matth. 6. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici, putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergò assimilari eis, scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

§. VI.

§. VI.

Prophanæ eloquentiæ cultores verarum virtutum aduersarij sunt.

CHristiana apud Deum oratio sit illa, quę luxuriantem rethorum splendorẽ non oleat, sed quæ succinctos omni virtute lumbos præseferat; habeat animi cõtentionem, non verborum pompam, quæ vt plurimum contraria est verarum virtutum. Quò
D. Ber. respiciebat D. Ber. lib. 4. de consider. vbi sic monet Eugenium. *Verbosum adolescentem, & studentem eloquentiæ, cum sapientiæ sit inanis, nõ aliud, quam iustitiæ hostem reputes.* Et quidem nescio, quid latet in multiloquio, in verborum apparatu, quod Deum offendit, & virtuti contrariatur. Raro inuenitur verborum cultor, qui vanæ gloriæ non militet, & qui ab splendore sermonis aduersus virtutẽ fulmina non retorqueat. Proindè Dominus Oratoribus suis volens suspectũ facere verborum studium, sic in præsenti monet. *Orãtes nolite multũ loqui, sicut ethnici, &c.* Fugiat orator Christianus prophanorum studium in construendis orationibus, qui vt plurimũ militant aduersus Deum. Quæ verba acute,
Tertul. & eleganter expendens Tertul. lib. de Orat. ait: *Pertineat ad fidem, & modestiam fidei, si nõ agmine verborum adeundum putemus ad Dominum.* Expende illud nimirùm *agmine verborum*, eloquentiæ prophanæ apparatus agmen est, & agmen suspectũ, & inuisum Deo. Sed cur verborum agmen, non potius Deo gratiosum, & iucundum? Nonne indè sponsa placebat magis, quia sicut acies castrorum ordinata visebatur. Sic ait Cant. 2. *Pulchra*
Cant. 2. *vt Luna, electa vt Sol, terribilis, vt castrorũ acies ordinata.* Ecce sponsa, quia agmini similis, ideò gratiosior accedit, cur ergò vetamur nos, cum verborum agmine Deo approximari? Nonne agminis ordo pulcherrimus est ad allicièdos oculos? Sanè in sponsa splẽdentium operum agmen consideratur, quod & pulcherrimum visu est, & Deo gratiosissimum, similiter in nobis, non hoc agmẽ vetatur, sed verborum agmen; vbi enim tota cura, totum studium ponitur in verborum apparatu ostentando, in oris pompa præferenda, ibi Deus non quod amet, sed quod timeat, habet. Iam indè aduersus Deũ, & virtutem hostilia parantur agmina. Et quę prophanæ linguæ dotes aduersus Deum, & virtutem non armãtur? Caue Christiane, dum pro virtute stas, dum pietatẽ colis, prophanos blatterones imiteris, quot enim verborum splendores excitas, totus in his occupatus, tot ignes virtuti veræ supponis, tot ruinas aduersus pietatem vocas. Dum vrbs Hai
Iosue. 7. inuaditur Iosue. 7. fidelium Israelitarũ exercitus misere perduntur, & si quæras, cur tanta ruina fideli genti accidat, rem explicat ipse, qui peccauerat aiens. *Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argẽti regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli.* Huius confessionis verba aptius in rem præsentem sonant apud Orig. hom. 7. vbi sic: *Furatus sum linguam auream, & dextralia pura.* Ecce perditio fidelis populi vndè oriatur; ecce vndè prævaleat agmen inimicum virtuti, ex eo, quòd quis fidelium furatus sit auream linguam, hoc est, prophanorum aureos sermones vsurpauerit sibi. Ad hæc Orig. *Si poëtam legeris modu-* *Orig.*
latis versibus, & perfulgido carmine deos, deasque texentem, ne delecteris eloquentiæ suauitate. Lingua aurea est: si eam sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, si introduxeris in cor tuum ea, quæ ab illis asseruntur, pollues omnem Ecclesiam Domini. Nunquam non cauenda lingua aurea blateronum, vix enim fieri potest, vt qui totum se dedit deaureandæ linguæ, rhetorũ suffurandis coloribus, non euanescat, & splẽdenti fulgore eloquentiæ captus solidis rebus, & virtutibus bella moueat. Ideò D.
Hier. Hier. epist. ad Nepotianum, qualem ipse sapientiam studeat docet. *Sermo presbyteri scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse, & rabulum, garrulumque sine ratione: sed mysteriorum peritum, & sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est.* Hæc ille.

Matth. 6. Sic ergò vos orabitis, Pater noster, qui es in cœlis.

§. VII.

Non eget hominum amator Deus multis compellari, vel ad nutum exurgit precantium.

IAm doceris, quo non desideres magnos verborum apparatus, vt Deum trahas; eo accede affectu, quo filius ad patrem, & vel tacitus Deum exaudientem, imò & ob-

audientem habes. In vitam hanc reuocaturus Iesus Lazarum Ioann. 11. dum iam ad est sepulto eleuatis oculis in cœlum, inquit. *Pater gratias tibi ago, quia audisti me.* Nihil ad huc ore petierat, & dicit se exauditum à patre; quomodo exauditur, qui nec verbum fecit, quo aliquid peteret? Sanè dum velut filius petiturus accedit, nõ est cur multa proloquatur, vel tacens à patre exaudiendus.

Chrysol. Chrysol. ser. 65. *Quòd pater audierit, hoc dicitur, quod filius petierit, hoc tacetur. Fratres, inter patrem, & filium audiendi est affectio, non est necessitas supplicandi: ibi amore geruntur omnia, vbi non indigetur obsequio.* Filij spiritum induc, & etiam tacens patrem habebis exaudientem: labia licet taceant, licet lingua minimè sonet, dum filiali teneris affectu, eo solum clamorem excitas, qui teneat aures genitoris. *Ad Ro. 8.* Ad Rom. 8. aiebat Paul. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater.* Sed qualis iste clamor? An vocis? An linguæ? Absit: etiam in tacente, etiã in muto filialis affectus clamorem inuenit pater. *Ansel.* Ait D. Ansel. *Clamor iste cordis est, non faucium, non labiorum. Intus sonat auribus Dei.* In filio etiã tacente. & muto altissimos clamores percipit pater; vnus filialis amor pro voce, imò pro clamore est supplicanti: illum si habes, etiam mutus clamas, & exaudiris: si verò illum amittis, adeò exilem, & raucam vocem habes, vt ægrè à Deo exaudiris. Miratur Petrus Dam. quod Deus quæsturus Adã clamet Gen. 3. vbi est? An sic post peccatum obmutuerant, vt nec ex voce sentirẽtur? An mulier, quæ tot verba fecerat, cum serpente sic se potuit continere, vt nec verbum ad maritum, nec ad Deum faceret, ex quo illorum latibulum nosceretur? Nonne, vel timoris vis aliquot gemitus, & suspiria eliciebat, quæ Deus perciperet? Cur ergò quasi nil audiens quærit, vbi est? Sanè vbi filialis amor in illis friguit, & seruilis metus intrauit, adeò raucæ manserunt eorũ voces, vt illas Deus egre, & difficulter exaudiat. Ad

Pet. Dam. hæc Petr. Dam. lib. 6. epist. 17. *Illius viscera extincti amoris algor obstrinxerat, atq; ideò vox illius in auribus Domini raucum sonabat. Si vis ergò vocem habere intonãtem, vel in orationibus efficacem, satage semper, vt te diuinus feruor accẽdat, ne vocem tuam torpor frigoris intercipiat. Frigidæ quippè mentis oratio, tanquam vox rauciens non auditur.* Vnus filialis amor in cordibus nostris diffusus sonorus est, & vel lingua tacente, tales edit clamores, qui à Deo facile percipiantur. De Anna Samuelis matre habes. *1. Reg. 1.* 1. Reg. 1. *Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* Et nihilominus quasi fortiter clamaret exaudita à Deo est. Vndè exaudita, si vox eius non audiebatur? *D. Amb.* D. Amb. ser. 17. in Psal. 118. ait. *Cum effectu redijt, quæ cum silentio precabatur, quia clamabat in ea spiritus Dei, qui etiam tacentibus nobis clamat, Abba pater.* Non longa supplicatio, non productus oris clamor, non linguæ vox opus est illi, qui spiritum adoptionis filiorũ Dei habet, vt pulset genitoris aures; ille filij spiritus pro clamore est, qui semel infusus nobis, verba dimittit quasi non necessaria, vt exaudiatur. Ille perditus filius, dũ adhuc sederet porcorum seruus Lucæ. 15. ait intra *Luc. 11.* se: *Surgam: & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Hanc longã, & clamosam orationem meditabatur, cum seruus sederet quam faceret apud patrem. Quid tunc? Surgit, vadit ad patrem; pater venienti occurrit, redeũtem amplexatur, osculatur; ille autem, vbi se inter brachia patris videt, ait: *Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus,* hæc dixit, & tacuit, alia non addidit: nonne antè proposuerat se aliquid aliud petiturum? Vbi sunt illæ preces, quas meditatus fuerat, nimirùm: Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis? Cur modo nil orat, cur nil supplicat? Sanè antea in seruitute vixerat, se seruum agnoscebat porcorum, apud quos sedebat, & ideò preces longissimas meditabatur, quibus cœlestia pulsaret: modo inter patris brachia se videns filium agit: & vbi patris filium audiendi est affectio, filio non est necessitas postulandi, sed vel tacitum pater exaudit.

§. VIII.

Filij habitum qui exuit, rauce orat apud Deum.

ORaturus iuberis Patrem Deum inuocare, vt noscas, quo te debeas habitu componere, nimirùm habitu filij, vt ad Deũ intres: habent enim sibi proprios habitus regnum filij. Ita 2. Reg. cap. 13. de Thamar *2. Reg. 13* dicitur: *Induta erat talari tunica: huiusmodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur.* Nõ aliter Dei filij fulgenti innocentiæ habitu insigniuntur: quem qui exuunt, pruinali compressi frigore prorsus rauescunt ad orandum. Propone tibi ob oculos primum hominem Adamum, qui primo filij Dei per fulgentem habitum induit, dum post peccatum

catum à Deo requiritur totus tremens, ait Gen. 3. *Vocem tuã audiui in paradiso: & timui, eò quod nudus essem.* Cur non magis miser Deum supplicas? Cur pro te, & sponsa apud diuinum iudicem nõ magis oratorem agis? Sanè iam ipse causam insinuat aiens: *eo quod nudus essem*, cum enim talarem filij Dei habitum exuisset, sic frigore compressus rauce scebat, vt vix valeret orare. Ad hæc acute D. Petrus Dam. lib. 6. epist. 17. fatur. *Quia illum iã innocentia sublata nudauerat: illius viscera extincti amoris algor abstrinxerat, atq; ideò vox illius in auribus Domini raucum sonabat:* Quid ageret raucus orator? Caue tibi Christiane, ne filialem habitum exuas, ne nuderis, talis enim te inuadet algor, quo nisi raucas preces minimè possis dare. Quisquis velit, raucedinem in oratione cauere, imò gratam iudici, & sonoram vocem conseruare; hanc fugiens nuditatem fulgenti filij Dei habitu insigniatur. Iam filius prodigus redierat ad patrem: qui decreuerat ab illo petere, vt fieret sicut vnus mercenarius: verum inter brachia acceptus antequàm quicquã peteret, ait ipse pater ad seruos suos Luc. 15. *Citò proferte stolam primam, & induite illum.* Scis nobilis pater à refuga filio decretum fuisse, quod postularet à te officium mercenarij, cur nõ expectas hanc postulationem? Cur antequàm ipse postulet, tu de veste solicitus, nil magis curas, quã quod vestiatur? Nouerat raucedinem, quam miser refuga contraxerat ex nuditate; & ideò, & frigus, & raucedinem metuens oratori, prius illũ splẽdenti filiorum Dei habitu consoueri, & insigniri curat, vt de talis habitus beneficio in sua claritate vox orantis custodiatur. Tantum hæc non dixit Euthim. fatus: *Proferte stolam primam preciosissimam, quæ est purificatio, aut gratia, qua custodiatur.* Quippè gratiæ amictus non solum ornat, sed & custodit animam ab aquilonari bruma, ne frigore compressa in oratione rauceſcat.

Gen. 3. Pet. Dam. Luc. 15. Euthim.

Matth. 6. Santificetur nomen tuum.

§. IX.

Peccatori suspecta sit indulgentia, ex qua oriri solet exitij occasio.

CVm Deum Patrem nominasset, statim paternæ indulgentiæ periculum, & metuit, & cauet, aiens, *sanctificetur nomen tuum:* hoc est, patris istud nomen, vsque adeò celatum, cedat nobis in augmẽtum sanctitatis non sit ruinæ, & excidij occasio. Et quidem non semel indulgentia, & condescendentia, quæ exprimitur nomine patris, accidere, solet peccatoribus exitialis. Quis ignoret indulgentiam, & condescendentiam Aaronis erga populum Israel? Illorum votis vt indulgeret, non dubitauit vituli capiti erigere aras; venit tandem Moyses, & videns populi peccatum maximum, vehementissimè doluit, quasi iam videret summam eiusdem populi ruinam, & stragem. Quippè ait textus Exodi. 32. *Videns ergò Moyses populum, quod esset nudatus (spoliauerat eum Aaron propter ignominam sordis, & inter hostes nudum constituerat.)* Quæ verba apud Augustinum sic sonant: *Et cum vidisset Moyses populũ quia dissipatus est, dissipauerat enim eos Aaron, &c.* Quid fieri potuit, vt Aarõ dissiparet populum? Imò Aaron ne populum offenderet, ne constristaret, illi adeò indulsit, adeò condescendit, vt prorsus eius votis cederet: quomodo ergò, qui sic cesit, qui sic indulsit, populum dissiparet? Equidem nil magis solet perdere, & dissipare populum peccatorem, quã indulgentia, & condescendentia, ideò qui sic peccatoribus indulsit, meritò dicitur illos dissipasse. D. August. quæst. 149. libr. 2. ait: *Magis dictum est, dissipauit eos Aaron, quoniam cessit eis; quam dissipauerunt se ipsi, qui tantum malum flagitauerunt.* Eũ quoties indulgẽtia, & condescendentia paterna occasionẽ præbet ruinæ, & dissipationis peccatoribus. Iã viderat Deus peccata Sodomorum, iam vltores Angelos miserat, qui funditus euerterent ciuitatem peccatricem. Angeli verò, vt rem executioni mandarent, sic vrgent Loth iustum Gen. 19. *Festina, & saluare ibi, quia nõ potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* Quid ais Angele Dei? Cur iubes festinare iustum? Si nihil mali inferre potes miseris, dũ iustus non abest, sine morari iustum, sine vt lentè, & pigrè discedat, vt longiores indè dẽtur hominibus induciæ. Deus non iussit festinare iustum ad exeũdum; imò supplicium differri iussit, & dilatari indulgẽtiam, donec ipse iustus exiret. Cur vos Angeli seueriores vultis in homines existere? Cur, cum Deus lentat, vos acceleratis supplicia, & anxiè indulgentiæ tempora curtare nitimini? Non facit hoc in Angelis odium, sed amor miserorum, magis enim metuunt peccatoribus diuinam indulgentiam, quàm supplicium: & sic supplicium accelerant, contremiscentes ad indulgentiam diuinam. D. Ephræm in Loth. fatur. *Creator super cœlestibus virtutibus iussit, vt tanti per intentatas continent minas, donec ex medio ipsorum iustus*

Exod. 32. Aug. Gen. 19. D. Ephr.

tus ſaluetur. Sed nunquid chorus Angelorum ad hanc tanta n amatoris hominum longanimitatẽ contremuit? Et quis non perhorreſcat iuſtum hũc iudicem? Meritò horrent Angeli dilationem ſupplicij, merito contremiſcunt, dum lõgã nimem Dei indulgentiam erga peccatores vident, vt quæ in maiorem perniciẽ, & exicium peccatorum ſit euaſura. Contremiſce & tu miſer peccator, cum, dum flagicioſe viuis, non obiurgantem, ſed indulgentẽ Deũ experiris. Tunc enim paterna indulgentia non ad perniciem, ſed ad ſanctitatem conducit, cum ſeueritati admiſcetur, & ſic parcit filijs, vt eorum vitia caſtiget. Poſt occiſos à Leuitis idolatras Iſraelitas Exodi. 32. *Exod. 32.* ait occiſoribus Moyſes: *Cõſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.* Sic indulgentiſsimi diuini patris nomen, & ſanctificatur, & conſecratur, & benedicitur in filijs, quando in illis corrigit vitia; quando ſic bona ſua in filios proficiſcenda ſic temperat, vt nullam præbeant occaſionẽ ruinæ. Id quod meritò a patre diuino iubemur poſtulare, cum dicimus, ſanctificetur nomẽ tuum, hoc eſt, ſic in filijs vitia caſtiga, ne de paterna indulgentia trahant ſecuritatem nociuam.

§. X.

In oratione inſtar Angelorum efficimur.

CVm orare incipimus, iam merito petimus in nobis nomen Dei ſanctificari: cùm enim hæc ſit Angelorum vox, vt Dei nomen ſanctum prædicet; cur nõ ambiamus voces Angelicas, qui eo ipſo, quod ad orationem accedimus, iam inſtar Angelorum effi cimur? Inſtar Angeli eſt, qui oraturus adeſt, liceat ergò illi ſanctum Deum ſemel, & ter prædicare, cum Angelicis ſpiritibus. Pulchrè Tertul. de Oratione ait: *Cùm illa Angelorum circunſtantia non ceſſet dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Proindè igitur, & nos Angelorum, ſi meruimus, candidati iam hinc cœleſtẽ illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis ediſcimus.* Expende illud, Angelorum candidati: quippè vbi primùm nos orationi damus, iam Angelorum cãdidati efficimur, iam quaſi in angelicam ſortem deputamur, & numerandi inter Angelos conſtituimur. Ad Tobiam aiebat Angelus cap. 12. *Cùm orabas tu, & nurus tua, ego orationes perferebã coram Deo.* Ecce vobis orantium chorus ex hominibus, & Angelis conſtitutus, quaſi dum orationi aſſideant homines, ſimilẽ cũ Angelis conſeſſum obtineant Do. D. Laurent. Iuſtinian. de triumphali Chriſti agone cap. 6. *Optimè comitantur orantes Angeli, quoniam orationis inſtantia, quæ pure exhibetur altiſsimo, ſicut Angelorum eſt opus, ita Angelicum deprecantis efficit animum. Vnde ſancti Angeli non immeritò exultant, atque famulantur orantibus, cum rationabiles ſpiritus corruptibili naturæ veſtitos aſpiciunt ſupra cœlorum altitudinem aſcendere in ſpiritu: illoſque ſi tametſi non ita perfectè in terris agere, quod ipſi abſque defectu vllo, aut temporis interuallo in cœlo perficiunt.* Itaque vbi orationi incumbimus, Angelorum ordinem ſtatim ſubimus, ſicque Angelicum efficimus animum, vt meritò inter Angelos percenſeri poſsimus. *Lau. Inſt.*

De oratione loquebatur etiam D. Chryſol. ſer. 43. vbi dicit: *Per hanc Elias neſcit mortẽ, relinquit terras, cœlos intrat, commoratur Angelis, conuiuit Deo, & terrenus hoſpes ſupernas poſsidet manſiones. Per hanc Ioãnes fit Angelus in carne, cœleſtis in terra, & totã ſolus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos fratres, ſi volumus Eliæ vita, Ioannis virtutibus, omnium ſanctorum meritis applicari, inſiſtamus orationi, &c.* Quaſi vnus illorum choris Angelorum inferitur, quiſquis orationi dat operam: nec multum mirandum eſt, quando oratio potens eſt hominem in alterum commutare. De Ieſu Domino dicitur Luc. 9. *Et facta eſt, dum oraret ſpecies vultus eius altera:* quod ponderans Gillibert. Abbas ſer. 15. in cant. fatur. *Altera facta eſt corporalis Domini ſpecies, cum oraret, & voluit per hoc in mente tua orationis commendare virtutem, quod illa ſit, quæ te in intimis alterum faciat, & nouum commutet in hominẽ. Nos inquit Apoſt. 2. Corinth. 3. reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, hoc eſt in eãdem, quam intuemur, transformamur.* Quidquid in oratione mente voluimus, animo efficimur, & in nouum hominem, imò in Angelum, imò in Deum transformamur. *Cryſol.* *Luc 9.* *Gill. Abb.*

Matth. 6. Adueniat regnum tuum.

§. XI.

Vbi filiorum Dei ſpiritum per Ieſum accipimus, cœleſtia omnia ad nos proſiliunt.

EXpende quid nos doceat petere ille Dominus, qui nobis poteſtatem dedit filios Dei fieri; quippè ſic iubet petere, vt dicamus:

mus: *adueniat regnum tuum*: cur non potius diceremus: Eamus in regnum tuum? Cur nō ire nos ad regnum, sed regnū potius ad nos venire petimus? Postquam filius Dei nobiscum est, nosque secum facit esse Dei filios, cœlestia omnia minimè ad se peruenturos
Ezech. 1. expectant, sed magis ad nos deuenire festinant. Ezechiel cap. 1. ait: *Cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei.* Noua sanè, & inusitata cœlorum apertio, non enim ibi spectatur vox clamantium, & pulsantium, & dicentium: *Aperite portas Principes vestras*, imò antè pulsationem, ante vllum clamorem, iam cœli ostenduntur aperti, & patentes. Cur sic patēt cœli? Exprimebat Ezechiel filium Dei inter suos iam captiuos agentem, quē dum
Orig. speculantur cœlestia, non se continent, quin & omnia festinent ad nos descendere. Orig. hom. 1. in præsenti ait: *Aperti sunt cœli: Non sufficit vnum cœlum aperiri, aperiuntur plurimi, vt descendant non ab vno, sed ab omnibus cœlis Angeli ad eos, qui saluandi sunt. Obsequuntur saluti tuæ Angeli, & dicunt inter se: Si ille descēdit, & descendit in corpus, si mortali indutus est carne, & sustinuit crucē, & pro hominibus mortuus est, quid nos quiescimus? Quid parcimus nobis? Eia omnes Angeli descendamus de cœlo.* Nequit regnum illud cœleste non se totum infundere, & venire ad homines, vbi inter illos videt Dei filium. Habes in te Dei filium, & indè te cœlestia non expectant, sed magis ad
Psal. 143 te ipsa venire festinat. Clamabat Dauid Psal. 143. *Domine inclina cœlos tuos, & descende.* Cur cœlos inclinaret? Nonne ipse posset descendere, & venire cœlis in sua celsitudine manentibus? Veniat ipse, licet cœli maneant cur necessum est, vtrumque coniungere, nimirùm, quod descendat filius Dei, & quod cœli se se nobis inclinent? Sanè coniuncta ex se sunt hæc duo, & maximè coniuncta, vbi enim Dei filius descendit, iam parum est quod cœlestia omnia se se ad homines incli nent, imò se se effundant. Non longè abest
D. Ber. D. Ber. ser. 5. de Dedication. Eccles. inquiēs. *Quid ni pro eis inclinet cœlos, pro quibus ipse quoque cœlorum rex inclinauit se, ita vt digito in terram scriberet?* Domine inclina cœlos tuos. Parū est. *Et descende.* Vbi descensurus erat Deus, parum erat, quòd cœli inclinarentur, quandoquidem cœlestia omnia festinarent venire ad eos, inter quos apparebat Dei filius. Sū
Apoc. 21. mo stupore correptus Ioan. Apocal. 21. ait: *Ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cœlo.* Cur nō stupeat? Cur non hæreat mirabundus? Non vidit iā mulieris filios rapi in cœlum ad Deum, vt cap. 12. vidit, sed è contra videt totam cœlestem euriam, totum cœlorum regnum à cœlo descendere, & ad filios hominum venire. Quid portendat, tam nouum, & mirabile signum? Iam explicat dicens: *Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculū Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.* Quasi dicat: ne mireris ciuitatem cœlorum totā descendere ad homines, est enim apud illos Dei tabernaculum, & vbi Deus cum hominibus agit, non se continent cœlestia regna vt expectent homines in se recipere, sed magis festinant ipsa ad illos venire.

§. XII.

Nil putat homo sibi salutare, vbi Dei gressus non audit.

PVlchrè dicimus, adueniat regnum tuum nihil enim sibi salutare homo auspicatur, nisi vbi Dei gressus audit: tunc Deum, sibi propitium, & salutarem nosci, cum audit gradientem, cum percipit ambulantem. Apud Ioan. 1. de Præcursore Domini dicitur: *Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Nil anteà de salutari Iesu prædicauit, quàm ad se venientem eum vidit, ex gressibus eius mundi salutem augurans. Ex quo Ruper. lib. 2. in Ioan. ait. *Qui hominibus non anteà cognitus, ex eo cognosci, atq; diligi cæpit, ex quo ambulare cæpit, de cœlo veniēs in vtero virginis, de vtero in præsepe, de præsepi in crucem, &c.* Incognitus prorsus erat Dominus cum in sinu quiescebat patris, ambulare cēpit, venire ad nos festinauit, & ex indè apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris; ex indè, nil in illo non salutare hominibus cæpit diuulgari. Quòt enim Dei passus tot salutes, tot gratię in homines dimanarunt. Itē
Ioann. 1. Ioan. 1, de filio Dei. *In mundo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, &c.* Dixit in mundo esse; & insuper addit, quod venit: si iā ibi erat, quo modo dixit denuo, quod venit? Sanè dū venientem non ostenderet, vix ostenderet salutarē: *est* equidem *sanitas in pennis eius*, quæ tunc solum cernitur, cum pennę explicātur
Fulgen. ad volandū. D. Fulgent. lib. 2 ad Trasimūd. cap. 15. *Quomodo igitur in mundo fuisse dicitur & in mundum venisse affirmatur? An illud est potentiæ, istud est gratiæ deputandum? Ita plane. Secundum diuinitatem namque suam, neque cœlo vnquam defuit, neque inferno, neque mundo. Secundum gratiam verò, tunc in mūdum venit, quando pereuntis mundo miratus pietate subuenit.*

Itaque & gratia, & salus iuncta est Dei gressibus, tunc incipit apparere salutaris, cum incipit ad nos venire: tunc habes Deum salutarem, cum venientis ad te gressus audis. De quo eleganter D. August. conc. 4. in Psalm. 103. ait: *Qui nisi veniret, misericordiæ iter periret:* quasi tunc solum teratur misericordiæ iter, cum Deus ad nos veniat, adeò, vt si venire ipse desinat, nec misericordiæ semita permaneat, sed quæuis occludatur.

August.

§. XIII.

Quo magis gratiosum, eò regalius est beneficium.

REgnum cælorum in præsenti à multis vocantur cœlestia dona, & beneficia à Deo in homines profecta, & merito regale nomen sibi vsurpant beneficia, quæ vt vltro veniãt, simplici petitione postulãtur. Quippè beneficium illud totam beneficiorum attingit maiestatem, quod nullis multiplicatis precibus, nullo labore oblato comparatur. Dabo pulcherrima verba Arnulphi Episcop. Lexoniensis epist. ad Laurentium Abbat. vbi fatur. *Pulchrum sanè, & prædicandum beneficium, nulla suspensum dilatione, nullis redemptum precibus, nullis meritis comparatum. Nihil in eo fuit, quod beneficij minueret maiestatem.* Equidẽ tunc beneficia regalissima sunt, omnique suo splendore præfulgent, cũ nec merita expectãt, nec lõga expectatione, multiplicique prece comparari amant. Hinc beneficia diuina in nobis regnare colligit D. Paul. ad Colos. cap. 1. fatus: *Qui eripuit nos à potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ* Beneficium salutis à Deo in nos per Christum perfectum vocat regnum; cur vocat regnum? Ex excellentia doni immerentibus præstiti; eramus enim in potestate tenebrarum, & subito inuenimur erepti, imò translati in lucem, vt filij lucis simus. Quod beneficium regalius? Quod beneficium magis attigit totã beneficiorũ maiestatem? D. Chrysost. hom. 2. ibi: *Vide ergo, quã multiplex fiat donum, quod in imò iacentes nos liberauit: sed & quod remplurimum exaggerat, inimicos, & obscuros, subito quodammodo eo trãstulit, vbi filius est.* Expende illud, nimirùm, *subito*, indè enim beneficij pandit regalissimam maiestatem, quod nulla suspensum dilatione, nullis multiplicatis precibus emptũ nullis meritis fuerit comparatum. Regalissima sunt omnia in nos à Christo Domino beneficia profecta, in quibus nihil inueniri potest, quod eorum imminuat maiestatẽ. Quòd etiam in suis beneficijs exhibendis cauit magnus Christi parens Habraham: quippè is Gen. 14. postquam Sodomorum regi hostes subiecit, sic illi gratias referenti, imò & munera offerenti fatur: *Leuo manum meã ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quod a filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ nõ accipiã ex omnibus quæ tuasunt, ne dicas ego ditaui Habrã.* Auxilium præstitit Habraham, regemque abhoste liberauit, & munera regis repellit, nec filum sibi putat licere capere: quod ponderans D. Amb. lib. 1. cap. 3. ait: *Quantum autem illud, quod de præda victoria nihil voluit contingere, nec oblatũ sumere? Minuit enim fructũ triũphi mercedis susceptio, & beneficij arrodit gratiam.* Et regale, & triũphale beneficium illud est, in quo nihil inuenitur, quo eius arrodat gratiam, maiestatem minuat. Quòd nulla dilatione suspensum, nullis precibus emptum, nullis sit meritis comparatum; vt hinc videas, quam regalia sint in nos à Christo Domino profecta beneficia.

Laur. Ab.

Ad Col. 1.

Chrysost.

Gen. 14.

Ambr.

Matth. 6. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

§. XIIII.

Ne voluntas creata in terris labatur, præstantissimum opus est potestatis diuinæ.

QVæ voluntas creata, dum in terris existit, non se subtrahit voluntati diuinæ? Quis homo & si à cœlo dilapsus, si terrã incolit lapsus voluntatis suæ non experitur, & ruinas? Sanè quod cœlestium incolarum voluntatibus parilem referant rectitudinẽ voluntates, quæ terram incolunt, maximũ Dei opus est, & diuinissimum. Hinc est, quod nõ iubemur petere, vt Dei voluntas fiat in cœlo, & in terra, sed quod fiat in terra, sicut fit in cœlo: quasi in terris inueniri voluntatis rectitudinem parem cœlestium incolarũ rectitudini, pro maximo fit opere potestatis diuinæ. Nouum & inauditum mirabatur spectaculum Ioann. Apocal. 21. vbi sic. *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Non miraretur adeò sanctam Hierusalem in cœlo existentẽ, sed quod admirationem facit, illud est, nimirùm, quòd videat illam *descendentem de cœlo*, hoc est, quod

Apoc. 21.

quod dum à cœlo exeat, terrisque appropinquet, adhuc dicatur descendere, & non potius cadere, funditus ruere. Vndè tantũ miraculum potuit oriri, tàm nouum, tã inauditum? Cœlum relinquere, & ad terras venire, sine lapsu, sine ruina, absque eo quod exorbitet à recta via? Cuius virtute tale opus fit? Ipse Ioannes insinuat subdens illud, *à Deo paratam*: nisi maximè Dei præparante auxilio, fieri nequiret, quod extra cœlum, in terris inueniretur creata volũtas, quæ nõ exorbitaret à tramite recto voluntatis diuinę. D. Ber. ser. 5. in dedication. Eccleſiæ ait: *Hæc autem, quæ descendens apparuit, iam parata erat, sicut secutus adiunxit: à Deo paratam. Siquidem quòd descendunt, non cadunt Angeli sancti, diuina præparatio facit: a quo nimirum hæc ipsa eis, & voluntas præparata est, & facultas.* Nulla extra cœlum degeret creata volũtas, nec Angelica ipsa, sine lapsu, sine ruina, nisi à Deo præparationem, & confirmationem accipere t. Clarissimè enim patent diuinæ manus auxilia, in eo, quod extra cœlum non erret, non labatur, non cadat creata voluntas. Imò in nullo magis Dei potentia exaltari videtur, quàm dum in terra existentes creatæ voluntates, parilẽ cœlestibus rectitudinem seruant. Psal. 15. *Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.* Auguſt. epist. 58. *Mirasfecit voluntates suas inter illos.* Et qualiter mirandas fecit voluntates suas Dominus inter eos, qui in terris sunt? Equidem mirum est, & diuinæ potestatis gloriosum insigne, sic omnes voluntates suas dirigere cum sanctis, qui sunt in terris, vt nec ipsi ab illarum deflectant rectitudine. Sanè in curialium ludis ille glorioſior apparet, qui non solum cæteros vincit, dum ipse solus equm agit in cursum; sed & qui sic se rudioribus nouit attemperare, vt adiunctis singulis eam æqualitatem seruet in cursu, vt nec ipse, nec compar excedat transuersio vngue, sed sic pariles ferantur, quasi non duo sint, sed vnus. Hoc qui in stadio peragit, maximè exaltat, & mirificat cursus suos: indè ergò diuina voluntas se ad miraculum extollit, indè maximè exaltatur, non ex eo, quod ipsa sola vniuersa perficiat, sed ex eo, quod adiũctis terrenis hominibus, sic se attemperet illis, vt in terreno stadio adeò pariles currant vt omnimodam æqualitatem, imò vnitatẽ exhibeant. Hinc Isaias ad terrenam Hieruſ. locutus ait cap. 62. *Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea.* Quibus expendendum maximè est, quòd Dominus pro glorioſi regni sui exaltatione, & commendationẽ, non aliud facinus proponat, contentus exhibere ciuitatem terrenam, quæ sit, & vocetur *Dei voluntas*, quippè ait: *vocaberis volũtas mea in ea.* Quid gloriæ ex hoc percipiet Dominus? Multum per omnem modũ: quòd enim terrenorum hominum voluntates sic addictæ, & affixæ sint diuinæ, vt in terreno cursu nõ tam videãtur duę, quam vna, hoc glorioſum reddit Dominum, & conspicuum: illique regiam gloriam, & decorem impertitur. Nec longè abest Forerius ibi dicens. *Dominus Iesus Dei filius tunc se regem putauit, quando sibi addictos homines illos aspexit.* Tunc se coronatum in stadio dixit, cum adeò affixas suæ voluntates hominum videret, vt parilem, imò vnum cursum conficerent.

D. Ber.

Psal. 15. Ang.

Hieruſ.

Forer.

Matth. 6. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

§. XV.

Pecuniaruum cupiditas nunquam non nociua.

DVm licet temporale subsidium à Deo requiri, vide qualia petantur bona, nimirùm, panis quotidianus; cur nõ magis pecunia, quæ temporalium bonorum fundamentum est? Panem iubemur petere, nõ pecuniam, quam suspectam haberi ab hominibus amat Deus, vt quæ causa sit vniuersi excidij humani. Num. 21. dum Israelitæ per desertum errarent, percussi hinc indè a serpentibus ignitis miserè peribant. Tunc Moyses de præcepto Domini: *Fecit serpentem æneum, & posuit eum prosigno, quẽ cum percussi aspicerent, sanabantur.* Exaltauit igitur Moyses æneum serpentem, lignoque affixit pro medela Israelitarum. Sed cum illi a viuis serpentibus percuterentur, cur non magis exaltatus, & ligno affixus fuit aliquis verus serpens ex his, qui damnum inferebant? Nonne posset Deus dare Moysi potestatem supra illos serpentes, vt caperet aliquem illorum, & ligno affigeret? Cur æneum serpẽtem maluit? Crediderim, id factum esse, vt ostenderetur ruina populi, non tam venire ex serpentibus veris, & viuis, quàm ex ære, qui auarissimis hominibus causa est omniũ cladium. Ad hæc eleganter D. Ephræm de Pœnitent. sic loquitur: *Quando peccauit populus, Moyses imperabat ijs, vt serpentem crucifigerent; hoc est, peccatum destruerent; & non fecit illum*

D. Ephr.

illum inanem, & vacuum, sed fusilem statuam are solidam. Quid ita? Vt ostendat tibi, quod perfectè auersari debes omnem malitiam. Totum ergo eum aneum fecit, quoniam radix omnium malorum est auaritia. Non serpentes, non aduersæ potestates, tot clades afferunt, quot auaritia; non tot homines perdũtur ab hostilibus incursibus, quàm abere pecuniarum. Quòd si spiritualibus hisveritatibus liceret aliquod ingerere negotium temporale, nõ fuerit abs re Hispanorum monarchiæ in præsenti aliquem serpentem æneum exaltari, vt videãt suæ ruinæ causam, & sanentur. Quis neget Hispanos his annis ab infestissimis serpentibus, rabidissimis hostibus hinc indè impugnari, & forsan morderi? Quorum malorum medellam ille afferet, qui serpentem æneum exaltarit, qui æneam pecuniam ostentui posuerit, quæ dum argentum, aurumvè exsufflauit, Hispanorum robur confregit, vt vix ab inimicis se possit liberare. Sed mitto temporalia temporalibus, dum clades animorũ perpendo, quæ nõ tam à verò serpente, quã ab ære pecuniarum nascuntur, & omnimodam ruinam populis afferunt. Quippè cum pecunijs raro non perditur anima simul, & vita, De auarissimo illo proditore dicitur Matth. 27. *Et proiectis argenteis in templo recessit: & abiens laqueo se suspendit.* Ab argenteorum effusione abijt continuo in suspendiũ, cur sic curris ad mortem miser? Quæ te res in perditionem animæ, & vitæ sic coegit? Solam video effusionem pecuniæ, quæ tam celerem inferat perditionem, nequit enim sola pecunia perdi, sed secum rapit auari hominis vitam. Accipitè D. Aug. consequentiam ser. 128. de temp. *Denique post redditum pretium laqueo se suspendit, vt qui se multauerat pecunia, multaret, & vita.* Iunctæ sunt hæ duæ res in auarorum mentibus, & perditio pecuniæ, & vitæ: vbi pecunia effunditur, vitam effundi necessum illis est: à pecuniæ perditione statim in vitæ perditionem itur. Et quod malum non pariat auaritia? Multa de illius pernicie multi dixerunt: non negabo ex Cassiodoro nonnulla, & pulcherrima prælibare. Is lib. 12. variar. 1. ait: *Reginam illam procacium vitiorum auaritiam fuge, cui cuncta crimina detestabili deuotione famulantur: quæ dum pectus hominis ingressa fuerit, gregatim quoque maleficas cohortes admittit. Ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria. Agmen habet blandissimum: arma suscipit ex talentis, &c.* Non sic sub æreis armis superbientes milites formidabiles sunt, vt formidabilis est auaritia, quę ex pecuniarum ære arma summit. Ex nullo conflatorio tam nociua arma nascuntur ad perdendum orbem terrarum, vt nociuus est amor pecuniæ. Et arma, & pecuniæ à conflatorio generentur, vt ostendant ex vtero quales flammas ad perdendum mundum concipiant. In Gen. cap. 15. dicitur. *Cum ergò occubuisset Sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens, &c.* Quòd cum auaritia componens Petr. Dam. lib. 1. epist. 14 ait: *Fumans ergò clibanus tenebrosam caliginem generat, quia caminus auaritiæ, qui in hominum pectoribus æstuat, multis peruersitatum tenebris mundum pestilenter obscurat.* Ecce tibi, quos ignes pariant pecuniæ, nascuntur ipsæ in camino ardenti, inter flãmas, & fumos, sed longè ardentiores generant caminos, qui instar æternorum ignium simul obscurent, & exurant mundum. Pulchrè ad hæc D. Chrysol. ser. 29. *Aurum nascitur in terra profunda, sectatur ipsa montiũ fundamenta: perquè ima venarum cæcis discurrit anfractibus, & dum sua semper repetit ad naturam, cœlestes animos ad inferna deponit, obscurat sensus semper, alta mentium semper in terrena demergit. Auri furor ardẽtius humano feruet in pectore, quàm caminus totus ignescit incendijs & acrius homines dissoluit in terra, quam solsitur in calore flammarum.* Sic camini, qui ex auri amore consurgunt, & ardentiores, & obscuriores sunt caminis, in quibus aurum conflatur.

Gen. 15.

Chrysost.

Matth. 27

Ang.

Cassiod.

Matth. 6. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

§. XVI.

Tanta est malitia peccati, vt ad illius veniam quasi nolit Deus venire, nisi ducente alio.

A Deo panem quotidianum petimus: nec dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, sicut & nos panem indigentibus damus. Verum cum delictorum petimus veniam, sic petimus: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. Cur ergò in panis exhibitione non petimus à Deo, vt nos spectet, nostramque æmuletur liberalitatem, inueniæ autem largitione, sic petimus dimitti, vt nos exemplum dimittendi proponamus? Ea est grauitas peccati, ea infinitas in illo turpitudinis, vt nolit Deus ad eius veniam accedere, nisi post alium. Ille Deus, qui se omnium virtutum ducem, & exem-

exemplum ostendit: vbi ad malitiam peccati dimittendam deuenit, ordinem inuertit, & ducem sibi, & exẽplum quærit, post quod ipse parcat. Quò respiciebat D. Nyssen. in præsenti orat. 5. fatus: *Quemadmodum Deus bene, ac rectè agentibus ad imitandum propositus est, sicut dixit Apostolus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, ita vice versa, modo tuam affectionem Deo ad bonum pro exemplo esse vult, atque ordo inuertitur, vt audeamus sperare futurum, vt Deus nostra facta imitetur.* Ordo inuertitur, vbi Deus ad veniam peccatorum procedit, ad quam non primus ipse, sed postaliũ venit: nec ducem ibi vult agere, sed aliũ quasi ducem spectat, vt in rebus nimis suspectis sapientes viri agere cõsueuerunt. Iob à Deo percussus multas ab amicis contumelias accepit, doluit sanctius vir sub amicorum iniurijs, peccarunt maximè amici in virum innocentem: sed tandem eius innocentiam reuerentur. Res iam ad Deum deducitur, vt ipse qui videbatur Iobo iratus, eidem per nouã bonorum largitionem reconcilietur, & illius amicis amplissimam largiatur veniam. Quid tunc Dominus? Quid ille patentissimus bonorum fons? Ait text. cap. 42. *Sumite ergò vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia.* Non ante Deus ipse vult procedere ad veniam, quam videat Iobum iniuriosis amicis parcentem; suscipiam, inquit, faciem Iobi, hoc est notabo prius qua facie, quo vultu erga vos sibi iniurios homines sit Iob, & eius secutus morem, indè post ipsum ad veniam, & largitiones procedam. Ad hæc D. Greg. lib. 35. Moral. cap. 6. *Intuendum verò est, quia ita caute ordo acceptæ veniæ custodiatur, vt in sacrificijs Dominus non illorum, sed beati Iob faciem suscepisse referatur: qui tanto citius audiri meruit, quanto deuotè pro alijs intercessit.* Quibus maximè ponderanda sunt illa verba, nimirùm: *ordo acceptæ veniæ custoditur*: quippè ille semper à Deo in danda venia ordo seruatur, quo, non ipse primus procedat ad veniam, sed alterius prius faciem suspiciat, postquam ipse immediatè, & non antea ad veniam largiendam prosiliat. Non equidem Deus vult primus ad veniam peccati venire, sed post te, post alterum procedit, quasi misericordis hominis vestigia secutus. Cùm Israel captiuitate Ægypti excusa versus desertum iret, præcedebat Dominus in columna nubis tanquam dux itineris, quem populi sequeretur exercitus. Tãdem armati Ægyptij dum persecuntur Israelem, peruenit Israel ad littus maris rubri. Quid tunc? Ait textus Exod. 14. *Tollensque se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum stetit.* Qui antea præcedebat Dominus, modo sequitur, cum ab Ægyptijs molestati Israelitæ per mare rubrum viam quæsituri sunt, tũc Dominus nequit præire, sed se post Israalitas ingressurus constituit: Cur ibi non primus, sed postremus Dominus? Rationẽ aliquomodo insinuat Ruper. lib. 2. in Exod. cap. 35. inquiens: *Nam vbi ad baptismum accessimus, ipse per passionis eiusdem Sacramentum post nos stare capit.* In baptismo Christiano peccata hominum suffocantur remittuntur: & merito, qui in cæteris virtutibus amat præcedere, vbi Israelitæ agitati ab hostibus perueniunt ad mare rubrum in quo baptismalis remissio adũbrabatur, primas cedit Dominus, & post omnem Israelẽ se constituit, non processurus, nisi post alios ad remissionem; hoc est postquam viderit, qualiter alij hostibus suis remittant. Et quidem quotiescumque habentes inimicos ad veniam, & remissionem peccatorum obtinendam accedimus, Dominus post nos stare incipit, vt faciat nobis, quod nos fecerimus.

Nyssen. *Iob. 42.* *D. Greg.* *Exod. 14.* *Exod. 35.*

Matth. 6. Et ne nos inducas intentationem, sed libera nos à malo.

§. XVII.

Præcipuus Christi Domini triumphus peccandi occasiones suis fidelibus eripere.

NOn iubemur hic postulare, vt à regno peccati liberemur, vt à Diaboli eripiamur tyrannide; sed vt ab impugnatione tentationum, liberi, & incolumes asseramur. Et quidem hoc Christus suis hominibus acquisiuit, quod iubet postulari, nimirũ quod efficacibus peccandi occasionibus eripiamur. Eò spectauit Dominus Marc. 11. dum ficui maledicens, ait: *Iam nõ amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet.* Hæc tota erat causa diuinæ viæ, vt ficum infrugiferam redderet? Quid Iesu, & ficui? Cur ex omnibus arboribus solam ficum sterilitate multauit? In ficu vidit totam occasionem peccati, eius enim pomis virus suũ antiquus serpens iniecit, quo & primos homines, & vniuersos prostraut, vsus enim ficu, pro illice Euam, & Adamum traxit ad peccatum. Id noscens Iesus, *Marc. 11.*

Iesus, & in ficu occasiones peccati prænotans, præcipuum sui aduentus triumphum putauit, si occasiones, & tentationes peccati adeò potentes, & efficaces suis hominibus infirmaret. Accinit D. Isidor. Pelus. libr. 1. epist. 51. fatus. *In hac re arcanus quidam sermo adnexus est à senibus sapientibus ad nos grassatus, nempè hanc transgressionis arborum esse, cuius etiam folijs ad corpus tegendum, hi, qui mãdatum violarunt, vsi sunt. Ac proindè Christus humano, ac misericordi animo, hoc ei imprecatus est, vt ne post hac fructum peccati causam ferret.* Non de paruo erat Iesu triumphus, si occasiones efficaces peccati amputaret: imò nil principalius curauit, ad hoc, vt securos redderet homines suos, quàm peccati causas infringere, & funiculos trahentes in iniquitatem secare. Cant. 2. *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens percãcancellos.* Apud Septuag. iuxta D. Amb. ait: *Prospiciens per fenestras, eminens super retia.* Et maximè ponderandũ est, quod veniens Dominus ad nostra liberaturus hominem à diaboli tyrannide, nullibi prius appareat, quã super retia. Nonne nobilis dux noster prius atrium fortis intraret, vt eius potentiam eriperet? Nonne satius supra diamantinum murum appareret, signum iam erigens salutis? Cur sapientiæ voces ad arcem, & ad mœnia vocantes dissimulans, mauult ad retia, ad laqueos venire, & hæc pedibus suis conculcare eminens super illa? Sanè in laqueis, & retibus vitiorum erant lenocinia, & illices rapiẽtes homines in peccatorum ruinam; nec paruam victoriam putauit, si hæc retia confringeret; imò non solum cum portas æreas & munitissima peccati atria expugnaret, sed & cum retia, hoc est, peccati occasiones infirmaret, putauit conducere liberationi hominis, & saluti. Ad hæc D. Ambr. serm. 6. in Psal. 118. inquit *Plena erãt omnia laqueis, referta retibus. Audi dicentẽ. In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Venit ad laqueos Iesus, vt Adam solueret, venit liberare quod perierat.* Nec minimus esset diuinæ vitæ triumphus, si laqueos frangeret, si lenocinia viciorũ infirmaret, si occasiones, & tentationes peccati suis hominibus eriperet. Hinc est, quod iam iam salutem humanã tracturus, dum desertum ingreditur, vt de diaboli dolis experimẽtum nobis relinqueret: mundialia omnia sibi ob oculos poni permittit. Quippè ait Matth. 4. *Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* In mundi regnis glorias, coronas, Principatus, diuitias, voluptates vniuersas proposuit. Cur Dominus pauper, & humilis hæc sibi antè oculos versari passus est? Cur non magis tyrannidem dæmonum in homines? Cur non magis peccati regnum sibi proposuit, quod expugnaret? Sanè nobilissimus medicus salutem suorum meditabatur securam, si omnem occasionem morborũ in medium produceret, & confringeret, & ideò maluit in primis videre regna mundi, & gloriam illorum, quàm peccati regnum, & miseram hominum seruitutem, vt quæ nascatur illinc, D. Paschas. lib. 3. in Matth. de Iesu mundiales glorias aspiciente in præsenti, inquit: *Eo nimirùm aspectu iuxta humanitatem fuit, quo medici solent conspicere omnia morborum genera, sine vllo læsionis vulnere, vt per hoc ab his suos mederi possint ægrotos, & saluti eorum, qui nondum cecidêrunt consulendo, diligentius prouidere.* Tunc equidem medicus saluti hominum prospicit, quando morborum genera ex causis, & occasionibus, & radicibus optimè calet: quando prænoscens perfectissimè occasiones, & causas morborum, totam suam artem accommodat, vt hę in effectum nõ proficiant. Ita Dominus, vt perfectissimè saluti hominum prospiceret, nil prius curauit, quã omnia regna mundi, & gloriam illorum, in medium proferre, à quibus, & lenocinia omnia, & occasiones, & tentationes vitiorum exurgunt, quæ vel à conspectu huius salutiferi serpentis infirmatæ, nequeunt iam tam efficaciter obesse humanæ saluti.

D. Isidor.

Cant. 2.

D. Amb.

Matth. 4.

D. Pasch.

CAPVT IX.

De ieiunio, & alijs virtutibus.

SERMONIS in monte habiti finem in præsenti facio, in quo variæ de virtutibus sententiæ perstingũtur ab Euangelista, quarum singularũ cohærentiam interse non multũ curat Maldonatus, putans ab Euangelistis non exaratas fuisse Domini conciones, ita completas, vt fuerant ab illo editæ, sed electa, & explicata diuisim principaliora earũ puncta. Igitur in ieiunio sicut, & in cæteris virtutibus omnem inanem ostentationẽ iubet Dominus vitari, adeò, vt quantum in nobis est, nihil invultu, nec in colore facies prętendamus, quod nos ieiunatores prædicet hominibus; cõtenti vni Deo placere, cui hominem exhibeamus occultum. Nihil extra cœlum nobis thasaurizemus, ibi enim secura sunt, quæ reponuntur, in terris quid securum?

rum? Thesaurisatio hæc nostra, nõ tam manibus, quam oculis fit; ex intentione enim censentur omnia, quæ a nobis fiunt. Si intentio nostra lucidissimos cęli axes spectat, omnia in nobis lucida, splendida, æternũ duratura: quæ tenebris opprimuntur, vbi intentio ad tenebrarum harum principatus dirigitur. Nec putet quis, quod poterit inter cœlum & terram suam intentionem vtcunque diuidere, adeò, vt Deo placeat, & opibus acquirendis incumbat. Absit hoc; non enim duobus contrarijs Dominis benè seruitur; quare, qui sapiens est solicitudini temporalium renuntiet, vni sese Deo committat: cui non frustra commissa sunt, & cœli volatilia, & agri lilia; imò illorum pascua si spectes, Deũ procuratorẽ inuenies; si horum vestes inquiras, Salomonis ridebis aureas fibulas. Et quidem hæc veniant illi, cui vnus Deus est in primis. Quod si videris aliquem curis tẽporalibus distentum, non tamen in illum præproperam feras sententiam, sed tibi caue, & cura pręiudicare tua, & aliena non aspicere. Habenda tamen aliqualis ratio est, ne cum brutescentibus hominibus sanctitatis consilium communices; illorum consortium fugies, si Deum ores, qui cum pater sit indulgentissimus, desiderantibus manducare panem filiorũ, non porriget scorpiones, vt eorum perdantur veneno. Quippè potens est Deus tibi reddere salutares omnes homines quod fiet hoc vnico medio, si tu illis salutaris extiteris, quidquid enim boni præstiteris hominibus, hoc tibi reddetur ex illis. Quam veritatem tibi persuadet vniuersa lex Dei, & Prophetæ; cũ eò spectent omnia Dei verba, vt post Deum, fratribus benefici simus. Sic connecto Domini verba huc vsque tradita, & explicata: in quibus finitur concio in monte facta; etenim pauca, quæ restant, ad tractatum de similitudinibus spectant.

Matth. 6. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

§. I.

Non durat malum, vbi mortis pallor ob oculos versatur.

ECce vobis tristissimorum hypocritarũ opus, & ingeniũ; *exterminant facies suas;* D. Hilar. legit: *corficiunt facies suas*, D. Chrysost. aliter: *Corrumpunt facies suas* hoc est, artificiosè excabant facies, & vegetum colorem in pallidum conuertunt, pallidis cadaueribus non absimiles. Et cuius gratia viuidissimi homines, se in mortuorum similitudinem deformant: *Vt pareant hominibus ieiunantes.* Vtinam se in similitudinem mortuorum deformarent, non vt sic apparerent alijs hominibus, sed vt apparerent sibi: fallar si quod in eis malum diutius persisteret. Arentes dentes, lurida labra, pallentia ora, ob nubilata lumina, & penitus exterminatam faciem, cadaueri similem, si non alijs, sed sibi ostenderent hypocritæ, non dubito, cum ad vitam redirent lætissimam, & æternum effugerent supplitium. Quod malum non fecit sistere pallida mortis effigies, puluerulentus vultus? Duos notabam aliquando diuinæ iræ fulmine percussos, alterum hominem, alterum Angelum; hunc à cœlesti, illum à terrestri paradyso exclusum. Sic hominem percutit diuina ira Gen. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec in terram de qua sumptus es, reuertaris.* Damnatur miser, sed damnationis terminus constituitur, vbi dicit, *donec in terram, &c.* nõ sic Angeli damnatio est; sed absolutè mittitur in interminabilem ignem. Cur Angelo pœna sine termino datur, & hominis pœnæ terminus constituitur? Sanè Angelo nullus erat puluis, nulla terra, quæ obiecta oculis, nullum in eo malum durare permitteret. Acutè, vt aflolet D. Ber. in Declamationibus, ait: *Tempus mihi constituit. Mihi dicit donec: illi æternum parat. In sudore, inquit, vultus tui, vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Miser ille Angelus de terra sumptus non est, nec in terram aliquando rediturus. Propterea nõ habet donec, sed ignis ei paratur æternus.* Posset & ipse reprobus Angelus se ab æterno liberare præcipitio, si puluerem haberet, quem sibi ob oculos statueret: cui puluis defuit, & defecit remedium malorum omnium, & defuit terminus ruinæ. Fœlix ille, cui licet ponere ob oculos mortalitatis puluerem; hic vel in medijs præcipitijs subsistens liberatoris diuini in se nstendet, & curam, & virtutem. Ad Saulem iuuenem dicebat Samuel 1. Reg. 10. *Et hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in Principem. Cùm abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrũ Rachel.* Proh nobile, & regale diuinę electionis signum, quòd occurrat nobis Rachelis sepulchrum, quod humanæ pulchritudinis cineres ob oculos existant! Cui hoc datum est, vt habeat ob oculos pulcherrimarum formarum puluerẽ, luctuosam nõ timeat seruitutẽ, sese

Hilar. Chrysost. Gen. 3. D. Ber. 1. Reg. 10.

assertũ gaudeat inter regni filios. Iacob exul
Gen. 29. à patria agebat iuxta fontem Gen. 29. *Et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui, nam gregem ipsa pascebat. Quàm cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesq; Labam auunculi sui, amouit lapidem quo puteus claudebatur & adæquato grege osculatus est eam. Et elevata voce flevit, &c.* Vna Rachel luctum Iacobo affert, & Sauli regni auspicium: cur tam diuersi effectus ab vna pulcherrima puella nascuntur? Cur Iacob lacrymas tunc mittebat, quas non misit, cum exul à parentibus, tot diebus in deserto agebat peregrinus? Cur Saul electionis diuinæ, & regni sumebat signum? Sanè Iacob oblata est Rachel in toto suæ pulchritudinis splendore, in quo latentes insidiæ, doli, quatuordecim annorũ seruitutes, & omnia fomenta luctuum: verùm Sauli oblata est Rachel sepulta, in puluerem redacta, in cuius conspectu excitatus mortalitatis propriæ puluis, & ob oculos positus omnem consumit materiam luctus, & diuinæ electionis, regniq́ue venturi præbet auspicium. Et quidem turpissimus est, & penè reproborum pharisæorũ instar, quisquis videṡ sepulchra pulchritudinum humanarum adhuc insudat temporalium bonorum seruitute, subq́, cupiditatum gemit iugo. Apud
Matt. 19. Matth. 19. quærentes Pharisæi à Iesu, an licet maritis vxores dimittere quacumque ex causa, diuinum responsum accipiunt, id minimè licere. Quid tunc? Aiunt ex ore Pharisæorum discipuli: *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Expende quam sero sapiant Pharisæi, viderant sæpè pulcherrimas fœminas mortis falce demessas, nigris incarcerari sepulchris, viderãt floridissimos ætatis annos pallido mortis horrore marcescere: viderant vermibus dari eas, quibus aras erexerat, & dederat mundus cultum, & nilominus vsque nunc non putarunt abijciendũ humanæ seruitutis iugum. Pulchrè D. Na-
Nazian. zian. orat. in hæc Euangelij verba, inquid. *Nunc hoc dicis Pharisæe, quod nequaquã expedit vxorem ducere? Prius autem nesciebas orbitates mortesque intempestiuas, ac plausus successorem luctum, & inter nuptias sepulchra.* Instar reprobi Pharisæi errat, qui humanorum splendorum frequentissimos occasus videns, adhuc expectat, vt se se expediat ab humanis officijs.

§. II.

Temporalium affectus dolos, & fallacias pariunt.

QVorum studium est totum, vt appareãt hominibus ieiunantes, vt hominũ venerentur plausus, qui sunt, nisi hypocritę, fallaces, nusquam non dolos meditantes, & mẽdacia. Quippè ex animo temporalibus infixo, nil citius prodit, quàm dolus, quàm fallatiæ, quàm mendacia; adeò vt ex his totus *Psal. 28.* homo censeatur temporalis. Psal. 28. de bono, & perfecto viro dicit: *Qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo.* Expende hoc secundum assertum, nimirum, *nec iuravit in dolo*: hoc est, minimè dolis, simulationibus, mendacijs vacauit. Vndè hanc tantam ebibit virtutem, vt omnes dolos, & simulationes à se fugaret? Dixerat in primis illis verbis: *Non accepit in vano animam suam*, nõ affixit illam caducis his rebus & mundialibus vanitatibus sed firmissimæ, *August.* & æternæ spectauit. Acutè D. August. *In rebus non permanentibus non deputauit animam suam, sed æternitatem stabilem, atque incommutabilem desideranit: & ideò, sine dolo, sicut simplicia, & non fallentia sunt æterna, ita se præbuit proximo suo.* Ille solus non loquitur in dolo, nescit fallere, qui spectat æterna, qui ab animo suo abigit temporalia omnia, & minimè permanentia: rescuiæ enim istæ temporalium commoditatum, dolos pariunt, & mendacia, & simulationes. Vbi temporalium amorte cęperit, statim sese prodit in dolis, in simulationibus, in mẽdacijs. Pulchrè Oseas cap. *Oseas. 12.* 12. *Ephrai n pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat: & fœdus cum Assyrijs iniit, & oleum in Ægyptum ferebat.* Cui ventus æsca est, nil mirum: quòd ructet mẽdacia: pascit ventũ Ephraim, hoc est, iuxta communem expositionem, euanidam mundialium gloriolam, hominũ laudes, & æstimationem sectatur: & inde totus effunditur in dolos, in simulationes, in mendacia. Sanè qui ventum pascet, implens ventrem vanis his temporalibus rescuiis, fallacibus mundi bonis, abdubium, quin ipse, & fallax, & mendax, & dolosus, & simulator efficiatur. Quis ignoret simulationem, illam, & mendacia Ananiæ, & Saphiræ? Eò hi deuenerunt audaciæ, vt nõ timerent mentiri spiritui Sancto. Sed vndè huc deuenerunt? Non aliundè, nisi ex eo, quod cæperũt ventum pascere: cęperunt gloriolis humanis delectari: cæperunt impleri vanis his, & fallacibus mundialium splendoribus, & indè statim simulationes, & mendacia effingunt, quibus nituntur, & imposturam facere Spiritui Sãcto. Accipitè verba D. Petri ad illos *Actor. 5.* facta Actor. 5. *Dixit autem Petrus, Anania cur tentauit Satana cor tuum, mentiri te Spiritui Sãcto, & fraudare de precio agri?* Expende mendacij causam, nimirùm, *tentauit Satanas cor tuum*; expressius in rem præsentem Sy-

ra lectio: *Quid est, cur sic impleuit Satanas cor tuum?* Impletus est Anania, saturatus est à Satana, non solido cibo, sed vento, quando quidem stimulante Satana, imò insuffiante, dum sese bonis Anania euacuat, vanissimos humanarum laudum ventos pascit, quibus nescit non eructare simulationes, & mendacia. Ad hæc D. Basil. ser. 1. de Instit. Manach. ait: *Anania humanæ gloriæ cupiditate inductus, quidquid in bonis habebat per professionem Deo consecrauit, quo videlicet egregio facto hominum de se admirationem excitaret, de precio autē callide postea nescio, quod interuertit*: Post depastos vētos, post humanas gloriolas spectatas, statim subdola exoritur calliditas, & fallacia, & simulatio, & mendacium. Nescit temporalis amor aliud præter hæc eructare: nouerunt mendacia, & simulationes fontem suum, nimirùm affectum temporalium. Psal. 115 Psal. 115. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Qui homo adhuc est humana, & mundalia diligens, qui nōdum in sortem diuinam transit, amans tantum cœlestia, & æterna, sed adhuc temporibus seruitutem impendit, huiusque temporalis vitæ tenetur amore, is mendax est, fallax est, in dolis Chrysost. versatur, & mendacijs. Chrysost. ibi: *Ecce ita omnis homo, qui hanc vitam amat, mendax est: qui verò in virtutibus illam trāsmittit, mendax non est, eo quod, qui talis est, non sit homo, sed Deus.* Dum Deus non est quis, dum in sortem æternorum non transit, sed vitam hanc amat transitoriam totus fallax, & mendax habeatur.

D. Basil.

§. III.

Verus virtutis cultor, quæ in illa sunt tristia, dissimulat, celat.

QVis neget in virtutum exercitio laborem, imò & dolorem? Nonne à ieiunijs, à cilicio, à verberibus, & maceries, & pallor, & carnis tristitia oritur? Hypocrita totus est in propalandis, & ostentandis virtutum tristitijs, & doloribus, qui autē verus cultor virtutis est, quæ sunt in virtute tristia dissimulans, læta, & splendida præfefert. Ezech. 1. Ezech. 1. *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, &c.* Sic venientem ad homines Deum vidit, quasi vehementē pro cellam humana decora conculcātem, exurentem, gladios igneſque eiaculantem. Verum & si notat à Domino complui ignem, deigne tamen ait, *& splendor in circuitu eius*, nec aliud de illo nobis enuntiat. Non dicit, quod ignis ardeat, quod ignis exurat, sed quod splendeat, quòd illuminet. An Deus cum ignem mittit in terram, non vult, vt ardeat? Non vult, vt cœlestis ignis, & gemitus extrahat ab hominibus, & humana corda mortificet? Equidem totum id præstat cœlestis ignis: sedquæ tristia sunt in virtute dissimulanda, & tegenda sunt à veris virtutum cultoribus, sola aperienda lætissima. Orig. hom. 1. in Ezech. *Potuit dicere, ignis exurens, verum piguit tristitiam nominare, & opus eius adscribere, ideoque pro pœnali vi splendorem tā tum apposuit.* Piget veros virtutis cultores aliquid in virtute triste, & laboriosum, & vulgare, sed toti sunt in publicanda, & prædicanda, & dulcedine, & decore illius. Vndè monebat Paulus bonorum suorum erogatores. 2. ad Chorinth. 9 *Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.* Sunt equidem in quouis virtutū opere tristia quædam carnali appetitui, sunt, & læta animo cogitanti, monemur ergò in eleemosyna, sicut in quauis alia virtute, nihil ex tristibus, nimirùm ex his, quæ tristitiam pariunt meminisse, sed ad læta solum respicere, quo hilares, & læti efficiamur, sicut qui lætantur, & exultant, de lucro, non qui de ruina murmurant, & tristantur. Ait enim ipse Paul. ad Rom. 12. *Qui miseretur in hylaritate*: quæ verba pulchro expēdit exemplo Theodor. fatus. *Beneficentiæ lætitiam adiungit, erogationis bonorumque communionis lucrū ostendens. solent enim gaudere, qui lucrantur: hoc enim dicit scribens ad Corinthios: non ex tristitia, &c* Expende illud nimirum: *Solent enim gaudere, qui lucrantur*: & propone tibi ob oculos vniuersos Reipub. operarios, eos videlicet, qui sudore, & labore vitæ alimonias lucrari contendunt, horum plurimos æstiuo tempore, in areæ fornace, seù flammante cluano torreri, & canere, hilares cantilenas intonare: alios brumali sub rigore terram fodientes; & risibus omnia implentes: alios inter ardentes tincturas iocantes, alios in quotidianis laboribus mille diuerſijs gaudentes: vniuersos de lucris acquisitis gloriantes. Cur hi non potius lachrymentur? Cur non potius lamentationes sudorum, laborumque meditentur? Vnum spectant lucrum, quòd dum sibi obtingere norunt, labores dissimulant; & inter illos lætissimam semper præseferunt faciem. Sic virtutum studiosi operarij, non ex tristitia, vt miseri hypocritæ, non laborum meditatores, & exageratores

Orig.

2. Cor. 9.

Ad Ro. 12

Theodor.

sub tristi ponderatione, & murmuratione conficiantur, sed lucrum respicientes, non vt qui perdunt, sed vt qui lucrantur, hilarẽ, & lætam semper ostendent faciem. Qui verus virtutum operarius est, nihil nõ lætum, & suaue in virtute ostendit. Psal. 18. *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multũ: & dulciora super mel, & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea.* Iudicia Domini durissima sunt carnali appetitui, feueriſsime vlciſcuntur opera carnis; nũquam non tristitiam inferunt terrenis animis, vndè ergò sic dulcescunt, vt instar mellis, fauique sapiãt? Aiunt verba illa: *Etenim seruus tuus custodit ita.* quã doquidem custos, & obseruator iudiciorum diuinorum verus Dei seruus est, nihil in illis insipidum, & acre, & amarum non dissimulat, solamque dulcedinem, & suauitatem publicat. D. Basil. *Iudicia Dei vera, iustificata nominauit, tanquam honores, ac supplicia legitime mortalibus inferentia. Hac & auro, ac lapide pretioso pretiosiora, & melle dulciora esse dicit: verum non omnibus hominibus, sed veris.* Qui non verus virtutis operarius est, is nihil dulce, nihil suaue, & lætum diuinarum legum, & iudiciorum Dei in se ostendit, sed solum, quod amarum, & triste est, in illis præsefert: ast verus virtutis operarius amarores, & tristitias dissimulat: dulcedines in ore versat. Apocal. 10. *Accipe librum de manu Angeli, & deuorauit illum. Et erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.* Sensit sanè venter amaritudinem libri, hoc est, carnalis appetitus nõ potest, non offendi legum diuinarum frænis, quippè ait D. Ansel. *Amaricatus est venter, graue enim est nostræ carni, ieiunare, & cætera, quæ præcipiuntur:* in ore autẽ melleæ sunt diuinæ leges: quidquid in ore versat iustus, quidquid ostendit in vultu, dulce est, dulcedinem, & hilaritatem spirans: amaroris tristitia dissimulata iacet, & vt res, quæ in ventrem vadit, in secessum mittitur. E contra miseri hypochritæ, ex virtutum floribus, solum tristem amarorem sugunt, quem versant in ore, & ostendunt in vultu.

Psal. 18.

D. Basil.

Apoc. 10.

Ansel.

§. IIII.

Tristitia in virtutis opere infirmitatem fidei arguit.

BEnè hypochritæ tristes, quia tristitia ieiunijs, & reliquis virtutum operibus, non stat cum vero fidei robore: quippè vera fides tristitiam exsufflat, ex iustorum animis. Si quis contristari debuit in virtutis opere, maximè Habraham, qui filium vnice dilectum iugulaturus montẽ scandit, ędificat altare, ligna parat, desuper Isaacum ligatum apponit. Quid tunc? Gen. 22. *Extendit què manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum.* Cur subitò ad gladiũ? Cur non antea ad fletum? Cur nõ prius lachrymis, tristiq; gemitu dolorem suum filio manifestauit? Nullum tristitiæ vestigium, aut signum permittitur in Habrahamo, ne qui pater erat futurus credentium, videretur in fide minus firmatus. D. Zeno ser. de Habraham. 7. *Nemo plangit viuas exequias, & innocentis hominis obsequium, nemo ante fletibus rigat: ne pater dubitasse videretur, si flesset.* Infirmam, & titubantem fidem semper comitatur tristitia in operibus virtutum. Duo illi primi fratres muneribus suis Deum solicitare nituntur, sed ex munere Cain ingentẽ lucratur tristitiam: ait enim Gen. 4. iuxta D. Amb. lectionem lib. 1 cap. 6. *In Caim verò, & sacrificia eius non respexit. Et contristatus est Caim valdè, & concidit vultus eius.* Vndè Cain munera tãtam illi tristitiam attulere? Rem attigit Paul. ad Hæb. 11. inquiens. *Fide plurimam hostiam Abel, quã Caim, obtulit.* Non Cain munera peiora fuerunt in substantia; vt notat Rup. sed infirmior erat offerentis fides, quæ fidei infirmitas tristitiam peperit, quando firma Abelis fides eigaudia conciliabat æterna. Non admittit fides tristitiam in exercendo opere virtutum: in quo fidei robur est ad operandum: totus sinu est lætitiæ fons. Postquã Sara Israelitici populi risum peperit, nempè Isaac, sic aiebat. Gen. 21. *Quicunquè audierit, corridebit mihi.* In verbo audiendi notant Lyranus, & Rup. & alij fidem, quæ est ex auditu, nec dubiũ, quin quicumquè obaudiat, hoc est credat, etiam & corrideat, quando quidem à fide ingens profluit, & risus, & lætitiæ scaturigo. In quocumque enim intrat firma fides, simul, & intrat perfecta causa lætitiæ: vt dicat Paul. ad Hæb. 10. *Vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum, cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.* Indè gaudium indeficiens medijs bonorum ruinis scaturiebat, quia fidei oculi meliora videbant. Calligasset fides, nisi ab illa gaudium, & lætitia scaturiret. Ideò clamabat Zachar. cap. 9. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinum.* Meritò, vt regem in tanta paupertate videat, & cog-

Cant. 32.

D. Zeno.

Gen. 4.

Hebr. 11.

Gen. 21.

Hebr. 10.

Zachar.

& cognoscat, vocat Propheta filiam Sion, nempè filiam speculationis, hoc est, Christianorum fidem; sed cur ad videndum regem in paupertate, vult, vt speculatio fidei exultet, & iubilet? Cur tunc maximè in fidei oculis exprimitur hilaritas, & lætitia? Quia in tanta paupertate, nempè in asini equitatu, cum lætitia, & exultatione videri regnum Christi, non potuit oriri, nisi ex maxima perfectione, & robore fidei. Pulchro exemplo

Drog. id ostendit Drogo de Dominicæ Passionis Sacramento inquiens. *Nondum Hierusalem*, ideſt clara visio, *sed filia Sion, hoc est specula. Ergò disce speculari, noli timere, quia timor oculum turbat. Hilaris pupilla lucidè speculatur. Fides pupilla est oculi tui.* Fidelium mysteria diuina speculantium in oculis pupilla fides est; vt ergò pupillæ infirmitas, & hebetudo ex oculorũ tristitia colligitur, adeò, vt tunc solum acies oculorum appareat, quãdo pupilla, & hilaris, & læta videtur. Sic fidei valor, & perspicacia, & firmitudo ex lætitia, & exultatione pensatur. Qui in virtutum labore, in ieiuniorum duricie, in paupertate Euangelica, in carnis mortificatione tristis degit: huius fides debilis est, & infirma: quæ sunt à sensibus remota non percipit. In illo autem, qui aspera quæque, cum gaudio suscipit, maximè fulget fidei perspicacia, & incolumitas; hilaris enim pupilla lucidè speculatur, & in eo solum est lucida speculatio, & cognitio cœlestium, in quo hilaritas est in exercitio virtutũ. Quis enim clarè cernit bonorum magnitudinem in temporalium ruinis orientem, & cum gaudio

D. Zeno. non accipit bonorum rapinam? Pulchrè D. Zeno ser. de ieiunio, ponderans, quòd à Domino iubeamur nõ esse in ieiunijs, sicut hypocritæ tristes, ait. *Tali ergò affectu suscipiamus ieiunij gratiam, sicut Dominus docet, & non tristes, & mœsto vultu. Et quis est, qui tristis coronatur? Qui mœstus, & demisso vultu triũphet? Quis vnquã tristis est; quòd sanus efficitur? Aut quomodo non probrosum est, maiorem de ciborum castigatione recipere merorem, quàm gaudiũ de animæ salute? Qualis illa mẽs est, quàm plus contristat interitus libidinis, quàm lætificat vita virtutum?* Sanè ex hilaritate, & exultatione, qua quis se se ad virtutum exercitia præcingit, manifestè pãtet, & sanitas, & perspicacia eius fidei. Calligat fides, & titubat, dum tristes præsefert, & demissos vultus: dum autem vera bona clarè, & dilucidè cernuntur, & acquirũntur, hilaris est, & læta fidei pupilla.

§. V.

Solus Deus gaudij, & vera lætitiæ author, nil lætum ab alijs.

CVr non tristes hypocritæ ieiunãtes, vt placerent hominibus? Non equidem plausus humani, non creatura vlla, sed Deus solus est, qui verè exsufflat tristitiam, & lætitiam infundit. Ex pristinis Patriarchis vnus Isaac ex matre sterili mille petitus precibus mille oblatus promissionibus, miraculosè fuit genitus. Cur in generando Isaac, non naturæ opus, sed promissa gratiæ opus voluit Deus attendi? Rationem attinges, si nomen Isaac interpreteris, significat enim Isaac risum, & pro gaudij, & lætitiæ veræ pignore dabatur parentibus, indè debuit generari à Deo specialiter prouidente, vt qui solus author est veræ lætitiæ inferẽdę. Sic Philo lib. *Philo.* quod deterior potiori insidietur; ait enim *Opifex est Deus boni risus, & gaudij: itaq; Isaac non vulgariter genitus. Sed operante Deo credendus est. Nam si risus Isaac intelligitur, risus autẽ factor est Deus.* Vbi gaudium, & risus patiendus erat, cur non sterilesceret omnis natura creata? Sterilis est natura humana, steriles sunt creatæ potestates, vt tristitię veram expugnatricem lætitiam pariant, quàm solus Deus in lucem edere valet. Omnia mundi prospera & si adsint tibi; dum ab vnico Dei oculo nõ suspiciaris, nil tibi lætum promitte, sed tristissimam vitam ages. Quid ex mũdialibus bouis Caino defuit? Illi erant parẽtes amãtissimi, terra fæcunda, nemò illi molestus, nemò non amicus, & salutaris, & interea voraci intrinsecus tristitia ipse miser exedebatur. Cur tristitia Cainũ mordit, Cainum inquam, parentibus charum, fratribus amicum, creaturis venerabilem? Præclarè lectio Ambrosiana ex 4. Gen. fatur. *In Cain* *Ambr.* *verò, & in munera eius Deus non respexit. Et cõtristatus est Cain valdè, & cõcidit vultus eius.* Quid si omnium oculis placeret Cain, dum Dei oculis minimè placet? Quid si creaturarum beneficarũ oculi vniuersi Cainum spectarent, dum vnus Dei oculus illum non videt? Sanè nil indè lætum sed omnia illi tristissima accident. D. Amb. lib. 2. cap. 6. *Cain* *Ambr.* *quia intellexit Deo sacrificium suum non probatum, tristis est factus. Quando enim mens sibi recti est conscia, gratulatur; & infusione quodam spirituali repletus animus gaudio, cum alicuius, vel studia, vel opera à Deo probantur. Tristitia igitur Cain, conscientiæ testimonium, repulsæ indicium est.* Vbi Dei oculi sunt complacentes sibi in operibus iustis, & si omnia desint alia

ibi & gaudia, & erumpentes sentiuntur fontes latitiarum: adsint autem vniuersorum oculi tibi amici, tibi benefici, vt vus Dei oculus desit, à quo, vitus à cunctis, minimè aspiciaris; cù miserum hominem! eù tristissimã hominis conditionem! Equidem in vnius Dei oculis poteris habere lætitiam: pro quo *Psal. 99.* Psalm. 99. *Seruite Domino in lætitia: intrate in conspectu eius in exultatione.* Non alibi inuenietur exultatio, & lætitia, nisi dũ fuerimus in Domini conspectu: huius conspectus deuitans Petrus Matth. 26. *Mat. 26.* *Et egressus foras flecuit amarè*: non dulces illi lachrymæ fuerunt, vt Dauidi, quia foras egressus est; Dauid autem monet, vt in conspectu Domini intret, qui velit exultare, quandoquidẽ in solis Dei obtutibus inueniri potest, & lætitia, & exul- *Chrysol.* tatio. Id quod expendens D. Chrysol. ait: *Quando homo sub peccato tristis? Quando non sub morte lugens? Quando non sub dæmonibus pallens? Quando sub Idolis non tremens? Et ideò homo dabat extrema suspiria, quando tales, tam crudeles Dominos sustinebat. Propheta ergò videns nos à talibus liberatos, meritò exclamat: seruite Domino in lætitia, intrate in conspectu eius in exultatione.* Proh miseri, qui creaturarum oculos venamini; qui Principibus tenebrarum harum nomen datis, nunquam nõ tristes, & gementes eritis: nũquam lætitiam, & exultationem inuenietis, nisi dum in Domini conspectu intratis. Quid dicam in Domini conspectu? si vel eius iubeat memoria, sufficiet, vt læti, & alacres medijs cõflictibus *D. Ennod.* reddamini. D. Ennodius in Panegyrico de Theodorico Italiæ rege fatur. *Dum anceps esset fortuna certaminis, & pennatæ mortes sibi athera vindicarent, superauit nostri memoria Principis, dum agerent, vt singulorum apud eum merita campus adsereret.* Vanum hoc, & mendax in mundialibus conflictibus, pro mundi Principibus, at verissimum est in virtutis conflictu propter Deum, cuius memoria superat mala omnia, & alacres, & lætos reddit pugnantes, dum sciunt, illius obtutibus singulorum opera patentissima fore.

§. VI.

In virtutum progressum non qui destruit, sed qui ædificat, Deum allicit.

VAnissimi hypocritæ virtutis nomen sibi comparare dum nituntur, facie exterminant, vultum corrumpunt, perdunt, fœliciores si non in destruendo, sed in ædificando fuissent occupati. Ille enim verus virtutis cultor est, ille verè Deum allicit, qui nõ tam curat destruere, quã ædificare. Cãt. *Cant. 2.* 1. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq; cervorum. En ipse stat post parietẽ nostrum, &c.* Expende, quò veniat Deus, nimirùm ad parietem: expectabatur ab sponsa, vocabatur ab sponsa, & ipse cupiens sponsæ se præsentare obtutibus, salit in montibus, transilit colles, & post parietem stat. Cur non magis coram sponsa? Cur non magis antè dilectæ oculos præsentatur? An complacebat sibi magis in pariete, quàm in pulcherrima illa sponsæ facie, in roseis genis, in purpureis labijs, in splendẽtibus oculis? Cur his gratior paries? Sanè in virtutũ cultu, nulla res sic placet Deo, vt ædificatio. Elegãter D. Amb. *Ambro.* in Psal. 118. ser. 6. *Et tu si habeas fundatũ parietem, ædificatum supra fundamentum Apostolorum, & prophetarum, vt compaginata eius structura crescat in templum, nec disterminet eius interna, sed muniat. Si habeas ergò in te ædificationem Dei, venit verbum, stat post tuum parietem.* Non qui exterminat, sed qui ædificat in se Dei templum, is Deum sibi habet approximantem: stat enim Deus post parietem nostrum, cum appositis virtutibus exurgit paries in cœlestem fabricam. Quò spectat D. *D. Petr.* Petrus. 1. cap. 2. *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatũ, à Deo autem electum, & honorificatum. Et ipsi tanquã lapides viui ædificamini, domus spiritualis*: quasi hoc debeat esse Christianorum ingeniũ, vt spirituali incumbãt fabricæ: nec ante à Deo approximent, quàm post parietem, imò domum spiritualem ædificatam. Ex quo non nemò distinguebat Christianum hominem à Iudæo, hic destructioni, ille spirituali vacat fabricæ. De Centurione enim Romano locuti Iudæi ad Iesum Luc. cap. 7. *Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis*: Ecce qui ædificat Dei domum non Iudæus, sed Romanus est; quasi solus Christianus nouerit Deum trahere ædificata domo spirituali. Non longè abest D. Chrysol. *Chrysol.* ser. 102. aiens. *Audistis, quia semper directa est Synagoga, & iacet iugiter in cæmentis, nec cœlestem surgit in fabricam, nisi eam in Ecclesiæ culmen Christianus fabricator instruxerit.* Nondũ Christianus est, apud quem cœlestis nõ surgit fabrica; Iudæus est, qui solum exterminium meditatur: vbi autem domus Dei cordibus nostris incipit fabricari, iam ibi ostenditur ingenium Christianum, ad quod Dominus aduolabit.

Luc. 7.

Matth. 6.

Matth.6. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuū, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

§. VII.

Ieiunium hominem ab oculis humanis ereptum diuinum facit: gula carnalem.

NOn præteream, cui iubeatur bonus ieiunator adstare; non equidem adstare hominibus permittitur, sed patri Deo: ait enim, *ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, &c.* Et planè ieiunium nihil humanum relinquit in ieiunatore, quòd homines possint videre, sed totum reddit hominem diuinum, à mortalium oculis alienū, Deo patri simillimum. De Moyse dicitur Exod. 34. *Fuit ergò ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquā non bibit.* Quid tunc? *Et ignorabat, quod cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis Domini. Videntes autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciē, timuerunt prope accedere.* Quę verba sic apud Septuag. sonant: *Moyses non sciebat, quod glorificatus fuerat aspectus cutis faciei suæ, cum loqueretur ipse ei. Et vidit Aaron, & omnes filij Israel Moysem, & erat glorificatus, &c.* Sed adhuc Chaldæus addit: *Vidit q̄ Aaron, & omnes filij Israel Moysem, & ecce multiplicatus erat splendor gloriæ vultus eius, timueruntque accedere ad eum* Et vndè tantus gloriæ splendor in Moyse? A quo sic glorio sus euasit, vt oculos effugeret humanos? Vnā video ibi causam, tam inaccesibilis gloriæ, qua Moyses radiabat, nimirùm quadraginta dierum ieiunium? quòd adeò potens est, vt homines in gloriā trāsferat deitatis. Pulchrè D. Chrysol. ser. 166. fatur: *Moyses ipse dierū quadraginta ieiunio, ita humano defecatus est, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriā: & adhuc in nostri corporis obscuro, toto fulgeret lumine deitatis: neque intueri eum mortalium visus posset, qui subitantia Dei diu pastus tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta.* Ex quo ieiunium quadragesimale cæpit in Moyse, nil in illo apparuit videndum oculis mortalibus, sed totus in Dei gloriā transformatus, deitatis lumine inaccesibili coruscabat. Quadraginta etiā dies ieiunauerat Elias, & sic ieiunus agens in mō te Dei, ecce tibi ad illum vox intonat diuina. 3. Reg. 19. *Quid hic agis, Elia?* Quā amica, quàm familiaris hæc Dei vox? Sic amici, sic æquales solent inter se loqui; & tu Domine omnipotens sic te in colloquio parem facis. Eliæ? Astieiunauerat Elias, & ex quo ieiunus sciuit esse, in eam gloriam exurgit, qua Deum sortiatur quasi parem sibi. Accipite Tertullianum aduersus Psychicos sientem. *Quid tu Elia hic? Multo amicior ista vox quam Adam vbi es? Illa enim pasto homini minabatur, ista ieiuno blandiebatur: Tanta est circumscripti victus prærogatiua, vt Deum præstet homini contubernalem, parem re vera pari.* Expende illud: *parem re vera pari*, si enim alicuius virtutis exercitio homo sicut Deus efficitur, talis ieiunio efficitur. Ait enim ibidē Tertul. *Hoc erit tempus, quo homo Deo adæquetur, cum sine pabulo viuit.* Simul enim, & ieiunium perdidit homo, & imaginem exuit diuinam, imò in carnalem incidit vitam. Vndè monebat Paul. ad Rom. 13. *Sicut in die honestè ambulemus; non in comessationibus, ne q̄ in ebrietatibus, non incubilibus, & impudicitijs.* Quasi à comessationibus immediatè transeatur ad carnalia opera impudicitiæ. Id quod notans Nicetas in orat. Nazianzeni. 39. ait. *Eleganter cum comessationibus, & ebrietatibus cubilia, & immunditias coniunxit; ex illis enim hæc nascuntur.* Nascitur homo carnalis à gula, sicut à ieiunio abit in Dei spiritum.

Exod. 34

Chrysol.

3. Reg. 19

Tertul.

Tertul.

Ad Rom. 13.

§ VIII.

Virtutum Christianarum fulgor sub cinerea aspergine claret securus.

IN ieiunijs iubemur à Domino lauari, ne periculis vanitatum pateant nostra ieiunia; sed quod lauacrum sic lauat faciem, vt tollat vanitatis periculum? Ecclesiæ mos est receptissimus, qui hoc Christi Domini monitum proponit obseruandum in die cinerum, quando cinere consperſos Christianos sic alloquitur: *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Cinerum aspergines proponit, puluerulentum fimum nostræ cō ditionis ad memoriam reducit; & simul clamat: *vnge caput tuum, faciem tuā laua.* An cinis aspersus, & puluis obiectus non magis maculare, quam lauare consueuerunt? An à

cinere lauacrum fiet, quale cupit Dominus in præsenti? Equidem humanæ miseriæ pulvis ob oculos positus, efficacissimus cultus est, & lauacrum: sub quo securæ fulgeãt maximarum etiam virtutum præcellentiæ. In quo diuiniora, & clariora virtutum opera, quàm in Iesu? Sed & in quo magis latebant diuinissimi virtutum splendores? Sed scire cupis, qualiter Iesus clarissimos virtutũ radios, & emittebat, & dissimulabat? Rem explicat alterum eius facinus apud Ioan. cap. 11. Ibi Dominus sese accingit in maximum diuinitatis suæ opus; decernit in omnium conspectu quatriduanum mortuum reuocare ad vitam: Proh clarissimum diuinitatis testimonium! Sanè in hoc faciniore diuina origo Christi, & clarissimè, & patentissimè monstrabatur oculis mortalium. Qualiter fieri poterit, quod inter tãtos diuinitatis radios diuina opera occulta maneant, ne eas laudes lucrentur, quæ passioni imminenti occludant aditum? Iam ostendit, nam vocaturus defunctum: *Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum & dixit: Vbi posuistis eum.* Ex- Ioann.
pende illud, *turbauit semetipsum*: & propone tibi ob oculos iuxta montis radices stagnatum fontem: cuius in modum naturalis vasis fabricata concauitas, sic perspicuos liquores emanat, vt vacuum putes lacum, quẽ nõ dubitas esse plenissimum. Hìc perlucidus vsque ad fundum patet: vt aspectibus tuis aèrẽ potius apparere iudices, non liquiorẽ. Æmulatur serenum diem aqua subtilissima: nam quicquid in imò geritur, inoffensa oculis claritate mõstratur. Quid plura? Interea accedit fontis inimica manus: quietum in imis simum sollicitat, & exurgentibus sursum arenulis totum fontis speculum adeò turbatur vt nihil præter limum videatur. Sic in bonorum omnium fonte Iesum, dum facinora fiunt, dum miracula patrantur, dum diffunduntur ab eius labijs gratiæ, quicquid in intimis latebat diuinitatis, vel ipsa cœlestis origo oculis patet humanis. Verùm vbi inter clarissima miracula, terrenæ substantiæ affectus conturbantur, à limo primæ conditionis tales affectus exurgũt, qui ob oculos po-
siti decorem abscondant, & limum solũ apD. Ansel.
parere faciant. Pulchrè ad hęc D. Ansel. ait: *Turbatus est, inquit, id est fatulentia carnis diuinitati non prodendæ miscetur, & ad ignorantiam humanam Deitas velanda reuocatur. Sic turbatur & fons, cum excitatus casu aliquo limus puritatem liquidi densat elementi.* Proh turbati, & excitati limi efficacia valens decorem abscondere. Vis Christiane medio in conspectu hominum, ante vniuersorum oculos, clarissima virtutum facinora dissimulare? Id age, vt vilitatis humanæ limus excitetur, vt fætu lentia cadaueris glorioſis memorijs admisceatur; sub qua sic obtenebrescent lumina ipsa virtutum, vt nullum damnum patiãtur ab oculis humanis. Apud Tabor Dominus Iesus transfiguratur Matth. 17. de quo ibi: *Et resplẽdut facies eius sicut Sol.* Quid lucidius Sole? Quid splẽdidius & clariusoculis humanis? Sed & Cant. 6. de eodem Domino dicitur: *Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi corvus. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs. Labia eius lilia distillãtia myrrham primam. Manus illius tornalites, aureæ, plenæ hyacinthis.* Nil ibi in facie splendidum, nil lucidum; totum quod apparet nigrũ est, fumosum est, tristè est crines nigri, genæ fumosis aromatum nebulis obsitæ, lingua, & labia myrrheum stillantia amarorem. Non ne facies, vt Sol clarescebat? Quis fecit nigricare Solis crines? Nonne genæ splendebant? Quis sub fumosis nebulis splendentes genas cõclusit? Rem inuenies in illis verbis: *Manus eius tornalites, aureæ, plenæ hyacinthis:* hoc est manus plenæ anulis aureis prætendentibus hyacinthis. Quid indè? Sapientissimus Chael Israelitarum astrologus loquu- Matt. 27. Cant. 6. Chael.
tus de figuris astronomis sic ait: *Mulieris figura si in hyacintho scripta erit, quæ in manu speculum teneat, eam in anulo aureo liga, ac in digito tene, & inuisibilis eris.* Nulla res sic inuisibilem reddit hominem, quàm anulus hyacinthinus, cui mulier impressa est tenens in manu speculum, in quo de more deformitates suas anxie speculetur. Erant Iesũ in manibus hyacinthini anuli; præ manibus, & ante oculos habebat imperfectum humanitatis suę qui eius splendores virtutum, & si patentissimi, nilominus: quasi fiebant inuisibiles, & nigris sub nebulis constituti. Et quidẽ, qui hunc anulum habet, qui hanc virtutem tenet, quæ deformitates, & vilitates humanæ conditionis inquirat, ob oculos ponat, is & si lucidissimis splendeat radijs instar solis, quasi inuisibilis erit: sic virtutibus fulgebit medio in populo, quasi nihil prætendat, nisi nebulas. Vna pulueris vilitas est, quæ virtutum splendores seruat securos. De homine dicitur, quod creatus sit ad imaginem Dei, quòd nusquam inuenies de Angelo dictum. Sed cur homini credidit Deus imaginem suam, & non Angelo? Rem attigit Chryso- Chrysost.
stom. 3. in epist. ad Col. inquiens. *Qua ratione Angelus, vel imago, vel filius Dei non vocatus est. Sed homo vtique? Quoniam illic naturæ sublimitas plures in impietatem coniecisset, hic vero tenuitas, & humilitas securitatem præstat.* Sub pulueris vilitate secura est imago Dei, & quasi facta inuisibilis.

§. IX.

§. IX.

Præstantissima hominis pulchritudo, & decus est suam laudem à solo Deo quærere.

CVm se homo ita componere iubetur, vt soli Deo laudabilis appareat; & lauari, & oleo inungi iubetur, ad instar eorũ, qui corporis cultui operam nabant. Et quidem fallar, si est aliquod lauacrum, aut corporis ornatus, ex quo sic homo speciosus apparet, vt ex eo, quod contemptis temporalibus plausibus in solo Deo amat gloriari. Ps. 5. *Et gloriabantur in te, qui diligunt nomen tuũ.* Ecce vobis, quo ornatu, quo cultu dilectores diuini nominis gaudeant: quippè qui amoribus dant operam, de nullo magis curant, quam de cultu, de ornatu, quò speciosiores, imò, & fulgẽtiores appareant. His cura de roseis coronis Sap. 2. de aureis vestibus de aromatibus Psal. 44. ad hos spectant pectines, calamistri, cerciſſæ, milleq; inuentã lauacra. Dilectores igitur diuini nominis quibus se pulchritudinibus ornabunt, vt pulchriores reddantur? Ait Psaltes his verbis: *Et gloriabuntur in te:* in Deo quidem solo gloriatio superat vniuersum cultum, & ornatum. Ad hęc D. Chrysost. in eodem Psal. fatur. *In Deo autem gloriari, & in amore in ipsum est ornatus omnium maximus, & splendor, qui innumerabilia superat diademata, etiam si sit captiuus, & in vincula coniectus, qui gloriatur.* Non sic sub roseis coronis, non sic in vestibus aureis speciosus es; nullo sic pulchrescis lauacro, vtcũ temporales exptens plausus, in solo Domino gloriaris, ex eiusque solius ore laudes expiscaris. Sanè superius isto capite aiebat Dominus. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis, apud patrem vestrum, qui in cœlis est.* Nil magis ibi cupit Dominus, quàm quod homo obiectis humanorũ laudum cupiditatibus, diuinam solam gloriã, & laudem aucupetur. Sed cur tam ardenter exoptat, homines ad solam gloriam, & laudem diuinam allicere? Eò solum studio, vt speciosiores reddantur, sicut enim ablatis per lauacrũ sordibus homo pulchrescit, sic in gloriæ diuinæ cupiditate, vt in lauacro sordes cadunt vniuersæ, quò necessum est, hominẽ, & ordinari, & pulchrescere. Ex quo eleganter dicebat ad præfata verba D. Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 34. *Ad seruile turpium ac sordidorum affectuum iugum propellendum, adiumẽtum, & præsidium in gloriæ Dei desiderio positum habemus.* Quis numeret sordes, quibus humani plausus, & laudes comparãtur? Igitur pro tollendis sordibus, pro ornatu, & speciositate acquirenda, hoc singulare habemus remedium, quod in Domino gloriemur. Isaiæ cap. 28. *Et eris flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cũ aspexerit videns, statim, vt manu tenuerit, deuorauit illud. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.* Pulchrè explicat, quid mundus, quid Deus præstat amatoribus suis. Mundus flores offert, sed iam iam deciduas, marcidas, squallentes, nõ ad decorem, sed ad sordes: fructus etiam offert mundus, sed quales inueniuntur in autumno inter pallẽtia folia, rari, & nimia maturitate decidui, vt subitò vorari debeant, aut perdi. Has mundi fallaces, & adumbratas gloriolas, qui contemnens, in solo Deo gloriari cupit, quid indè vtilitatis percipit? *In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis:* vel si mauis ex Hæbręo iuxtà Forerium: *Erit Iehoua in coronam iucunditatis, & in flosculum decoris.* Sanè qui marcidos, & squallentes temporalium plausuum flores despicit, vnumque Deum quærit, in illoque, & laudari, & gloriari desiderat, is in hac vita habet Deum pro ornamẽto, decore, & corona gloriæ. Ad hæc dicebat. D. Isidor. Pelus. lib. 4. epist. 178. *Si postquam aliquis Athleta victoriam reportauit, non preco inferius consistens, sed superius residens ipse rex de solio suo cõsurgens proclamet victoriã certaminis, non ne eares ipsis coronis splendidior esse videbitur? Manifestum hoc est.* Non sic victor athelata splendidus videtur sub coronis obtentis, vt splendidus manet, quando tacẽte vulgò ipsa regis voce celebratur: quem splendorem, & decorem habet quisquis laudes hominum contemnens, suam laudem constituit in voce solius Dei. Illi erit Deus in coronam iucunditatis, & in flosculum decoris. Hæc vera hominis pulchritudo, hic verus decor, & ornatus, si solis Dei vocibus amet probari. Quæuis enim virtutum, seù gratiarum pulchritudo inter laudes humanas, aut fædatur, aut inutilis redditur, & incantata: hinc Psal. 57. iustam etiam sanctorum iram designans, ait: *Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, venefici incantatis sapienter.* Et quos patitur iusti anima incantatores aduersus quos armetur? Equidem tot patitur incantatores, quot laudatores: incãtatur enim virtuosa anima laudibꝰ, & inutilis redditur.

Psalm. 5.

Chrysost.

D. Isidor.

Isai. 28.

D. Isidor.

Psal. 57.

Audisti sæpius apud prophanas fabulas de puellis pulcherrimis incantatis: puella pulchritudine insignis sic fingitur incantata seruari, vt tota eius pulchritudo inutilis reddatur. Sic prorsus pulchritudo animæ spiritualis inter laudes solet inutilis reddi, & incantari. Rem pulchrè notat Richar. Victor. in Cant. par. 2. cap. 29. aiens: *Dum beatificatur homo, seducitur, & viagressuum eius dissipatur, vt in antea ad perfectum non tendat, sed consummasse se credat. Occultat verò bona sua anima deuota, vt laudes non audiat, surda ad has sicut aspis, obturans aures suas, ne audiat voces incantãtium. Incantatur enim anima laudibus, vt mala sua non videat, & de iustitia fallaciter se extollat.*

Rich. Vict.

§. X.

Verus luctus, & dolor pro peccatis gloriæ vanæ aditum penitùs intercludit.

LAuare faciem iuberis, vt soli Patri tuo appareas virtutis splendore conspicuus sed quod lauacrum sic faciem reddit conspicuam Deo? D. Epræm ser. Ascetico ait: *Si faciem tuam lauare desideras: lachrymis eam abluito, & suspiriis, ac flectibus eam lauato: vt in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum eius, cum gloria, & claritate resplendeat, nam facies, quæ lachrymis abluitur, in arcescibilem pulchritudinem acquiret.* Floridus decor lachrymis innutritus frigida aquilonis flabra non metuit: inter plausuum humanorum ventos viresci, seseque aptat diuinis obtutibus. Quando lachrymæ, verusque de peccatis luctus ventos pertimuit? Non ociosè Matth. locutus de Petro pœnitentiam agẽte dixit: *Egressus foras fleuit amare.* Nouum, & inusitatum veris pœnitentibus, quod foras egrederẽtur, imò illos monebat Psaltes: *in cubilibus vestris compungimini*: nũquam enim nõ suspectus est vir, qui relicto cubilis abscondito sese dat conspiciendum in quolibet virtutis exercitio. Cur magis non absconditur in domus angulo Petrus, vt fleat crimen suum? Cur flens, & dolens peccatum egreditur foras expositus, & oculis, & vocibus popularium? Erant in illo lachrymæ, erat intimus, & verus dolor de peccatis, quò Petrus licet in conspectu omnium, licet medijs in plateis degeret, securus esset ab omni vẽto vanitatis. Rem pulchro exemplo attigit.

Ephram.

Aug. D. Aug. ser. 121. de temp. aiens. *Petrus contum inuenit fidei liberalem quousque impelleret nauem, vt in medio scopulorum, portum quareret lachrymarum.* Meritò lachrymarum portum dixit, vbi venti silent, tranquillitas habitat: dum media tranas maria, altissimoque aquarum vortices calcas, mille expositus ventis, hinc indè agitaris ab illis: vbi portum intras, iam ventos non times, sed ibi degis tranquillus. Sic & si in omnium virtutũ vijs expositus es vanitatum ventis, vbi ad lachrymas, ad verum dolorem, & gemitum accedis, nullam rem minus times, quàm vẽtos, veluti in portu constitutus. Nauis in alto, & ventos timet, & ventos sollicitat velis: in portu nil timet, nihili ęstimat ventos: homo in alijs vijs, & plausibus ducitur, eorumque flabra metuit; in lachrymarum portu, minimè illorum meminit. An reus lachrymis, & gemitibus veniã à seuero iudice contendens reptans humi, genibus prouolutus potest tunc meminisse alterius rei quàm de venia obtinenda? Hic sanè securus de vento vanitatis suam vicem lamentatur in conspectu omnium populorum. De sanctissima Iudith dicitur cap. 9. *Ingressa est oratorium suum: induit se cilicio, posuit cinerẽm supercaput suum: & prosternens se Domino, clamabat, &c.* Vbi noster legit: *induit se cilicio*, posuit Græcus: *nudauit id, quo induebatur, cilicium*, idest, cum id antea opertum, vestibusque alijs obtectum, iam apertè, vestibus illis abiectis, cilicio induta est. Sed cur, quòd antea sic occultarat, & absconderat, modo illud nõ veretur nudare, & publicare? Sanè modo humi procumbens, intimo cordis gemitu, & lachrymis veniam à seuero iudice Deo obtinere contendit, & in hoc lachrymarum portu prorsus oblita vanitatum ventos, minimè veretur in virtutis operibus hominum conspectus. Mulieri illi cœlesti Apocal. 12. in capite erat *corona duodecim stellarum*: nimirùm ipsa erat coronata omniũ virtutum genere. Cur stellas vocat virtutes? Stellæ in conspectu solis sese abscondunt, & operiũt, & tunc non verentur se manifestare, cũ nõctu terram irrorant. Vndè D. Ber. ser. 27. in Cant. ait. *Quomodo stellæ in nocte lucent, in die latent: sic vera virtus, quæ in prosperis non apparet, eminet in aduersis. Illud sanè cautelæ est, hoc necessitatis.* Inter irrorandum non dubitant stellæ apparere, cum noctis gelu comprimũtur: nec iustus inter lachrymandum, & dolendum veretur radios suarum virtutum diffundere. Hinc Paul. ad Romanos. 5. aiebat: *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur.* Qui in reuelationibus traditus est spiritui infirmitatis; ne extolleretur, in tribulationibus non metuit gloriari.

Iudith. 9.

Apoc. 12.

D. Bern.

Ad Ro. 5.

D. Ansel. gloriari. Quæ verba sic expendebat D. Ansel. *Gloriantur, sine periculo vanitatis, de tolerantia tribulationum.* Vbi enim se se tribulationum, vndique extollunt scopuli portus fit tranquillus, & securus à ventorum flabris.

§. XI.

Is est Deus noster, qui latentium mores, & ingenia trutinatos habet, vt ad coronas vocet.

QVam fœlices, qui Deo seruiendo dant operam. Non multis luminibus, non multis patronis egent, vt eorum merita videantur, ponderẽtur, Deus enim solus est, qui hanc habet regalissimam præcellentiã nimirùm, quod *videt in abscondito*. Mundiales Principes ad summum vident, quæ in luce sunt: vt ab his noscaris, multis luminibus eges, eges claritate generis, sapientiæ splendore, nominis commendatione, patrona aulicorum voce, & tot luminibus ægrè, & difficulter ab illis noscaris. Qui ob obscuritatem generis, vel ob Christianam Philosophiam, vel ob defectum patronorum abscõditi sunt, nil à mundialibus Principibus sperent, sed à Deo solo, vtpotè, qui solus videt in abscõdito. Saul adhuc sapiens, cum apud contribules suos de rege eligendo ageretur, ipse cauens laboriosissimam dignitatem, & se regno indignum reputans latitare contendit, seseque abscondit. Quid tunc? Consulitur Dominus de rege eligendo, & statim auditur diuinum responsum. 1. Reg. 10. *Ecce absconditus est domi*: alij legunt: *ecce abscondit se inter vasa*. Inter commeatus sarcinas, & vasa, se se abscondit humilis vir, verum maximus creaturarum Dominus, qui videt in abscondito, abscondita ingenium prænouit, & illum ab abscondito, ad regni vocabit claritudinem. Ex quo sapienter monebat D. Ephræm de timore Dei in modum prouerbiorum aiens: *Ne fratres persequaris, causa ambitionis: nam nisi ex Deo sit consilium istud, non subsistet: at si ex Deo est, etiam si in vasis occultatus fueris, sicut Saul, indè te assumet Dominus, & ducem, atque præfectum te constituet in populo suo*. Non impedit obscura conditio, absconditus locus, quominus in meritam voceris dignitatem ab eo, qui in abscondito videt. Hinc Psalm. 138. consolabatur: *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur*: Quamuis mea me vilitas tegat, & occultet, tamen tu, qui fecisti in occulto, & vides in occulto, noscis me, & habes in libro tuo, in catalogo tuo scriptum. Non sic mundiales Principes, apud quos, dum dantur scripta nomina illorum, qui digni sunt præfecturis, solum scripti inueniuntur, qui sese in sucem dant qui multo ambitu patronos acquirunt, qui largis scriptis sua ipsi facinora, & ingenia prædicant, cæteri vniuersi non censentur existere At Deus suorum omniũ habet Catalogos, etiam occultorum, etiam quærentium latebras: quamuis enim terræ visceribus absconditus sis, & tenebræ te te abdant, nilominus in libro Dei scriptus es, scriptum ingenium, scripta merita, vt quod mereris, recipias. Hinc à Paulo vocabatur Deus, *non mortuorum*, cur Deus non mortuorum? An quia mortui à diuino excluſi sunt dominio? Absit, sed quia apud Dominum nullus est, nec in terræ visceribus absconditus, qui illi non sit præsentissimus. Cæteri autem Principes, mortuorum sunt Principes, cum enim nesciant complures subditorũ, quicumque nescitur à Domino suo, quasi mortuus est: vt dicat eleganter Cassiodorus Cassiod. 5. variar. 26. *Penè similis est mortuo qui à suo dominante nescitur: nec sub aliquo honore vixit, quem regis sui notitia non defendit*. Fœlix quisquis Deo seruis, tu solus viuis, quia tu solus nequis ignorari à Deo Principe, & rege, & Domino tuo. Imò tunc minus Deo ignotus quis existit: cum magis latet occultus. In nomine pristinorum sanctorum aiebat Isai. Isai. 24. 24. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*. Sed & de se aiebat Psalt. 37. *Gemitus meus à te non est absconditus*. Ecce tibi in Isaia dicebat, & desideria omnia, & gemitus suos absconditos esse in secreto: in Psal. ait, gemitus minimè esse Deo absconditos, quomodo in secreto erant abscondita, si Deo non erant absconditi? Equidem, ideò Deo non erant absconditi, quia ab alijs erant in secreto absconditi. D. Bern. ser. 59. in Cant. *Gemitus meus à te non est absconditus. Profectò monstrabat absconditum esse, qui soli Deo non esset absconditus*. De hoc vide sup. cap. 8. §. 5.

1. Reg. 10

Ephræm.

Psal. 136

D. Bern.

Matth. 6.

Matth.6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur, vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures, nec effodiunt, nec furantur.

§. XII.

Solus Deus habet bona, quæ largiatur, in promptu, vt facili negotio largiatur.

MEritò dum thesauros meminit, & cœlum, & terram meminit, in quibus quę bona sunt, in thesauris sunt omnia, hoc est, planè abdita, & obsignata, ne facile possint mueniri, nec extrahi. Sic omnia sua bona habet cœlum, & terra, & vniuersæ creaturæ habent: Deus solus est, qui bona sua aperta, & prorsus resignata, & in promptu habet. Prouerb. 8. *Qui inueniet me, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino*, argutius in rē nostram legit Forer. ad cap. 28. Isaiæ: *Et depromet salutem à Iehoba.* Quid est *depromet*? Non quasi ex thesauro ægrè, & difficulter, sed quasi ex promptuario facili negotio educet. Cæteræ creaturæ thesauri sunt obsignata, & remotè abscōdita habentes bona: Deus autem non thesaurus est, sed promptuarium, in quo veluti ad manus habeat, quis omnia. Ad hæc Forer. *Depromet salutem à Iehoba, id est, Dominus erit ei promptuarium; ex quo accipiet homo, quidquid sibi placuerit.* In promptu habet Deus omnia sua, vt citò, & facilè tribuat; nulli tibi superandi sunt dracones, nulli vigiles consopiendi, nulli vectes confringendi, vt fieri solet in mundialibus thesauris, sed statim ex Deo, tanquam ex patentissimo promptuario omnia habes in promptu. Miratus Isaac, quod filius festinatissimos patri afferret cibos; quos venari debuisset, anxiè scisitabatur, qualiter tam promptam prædam inuenisset? Cui sapienter filius, ait. Gen. 27. *Voluntas Dei fuit, quod tam citò occurrerit mihi.* Quæ verba examinans Philo lib. de Temulentia, inquit: *Conuenienter respondit: traditiones enim, & præceptiones hominum tardæ sunt: quas autem Deus facit, celerrima, vt temporis motum occissimæ præueniant.* Et quidem vbi Deus tribuit, omnia in promptu sunt, omnia sponte sua occisissimè prosiliunt: nulla mora, nullum impedimentum est apud Deum, cuius bona vndequaque expectant effundi. Nouit hoc mulier illa Matth. 9. *Quæ salutem quærens accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Licebat enim intra se, si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.* Salutem quærebat, & tantum extremam superficiē fimbriæ curabat attingere: cur mulier solam superficiem fimbriæ pertingere cupis? Quid potest in illa superficie esse? An is est Deus, cuius aliquod bonum sic patet, vt vel in extrema superficie vestis sit, & nō potius, vel in crumena, vel in sinu clausum? Planè in Deo nulla est clausura bonorum: omnia Dei in promptu patentissima sunt, & vel in fimbriæ vestimenti superficie videntur, attinguntur. D. Chrysol. serm. 34. *In Christi fimbria diuinitatis totam vide inhabitare virtutem.* Apud Deum nō expectas, quod arca referetur, ne quod sinus explicetur, nec quod crumena aperiatur, adeò in promptu sunt omnia illius bona, vt in extrema vestis superficie pateant vniuersa. In Gen. 28. sic trementem Iacobum Dominus consolatur: *Ego sum Dominus Deus Habraham patris tui, & Deus Isaac, noli timere.* Respectu Habrahami se Dominum, & Deum, respectu Isaac solū Deum se nominat, cur non vtriusque dicitur Dominus, & Deus, vel vtriusquè solum Deus appellatur? Rationem reddit Philo lib. de somnis fatus. *Caue autem putes temere dici hic Habrahami Dominum Deumquè, Isaac verò Deum tantūmodo. Nam hic figura est suopte ingenio partæ absque præceptoris opera scientiæ: Abraham autem ex præceptoribus cognitæ:* Habraham qui longò cursu, & magistrorū ferulis adiscentem significabat, Dominum expertus est: at Isaac, cui omnia erāt in prōptu, & sine scholarum moris, sine ferula, sine præceptorum opera, & vigilijs, facili negotio scientiem pertingebat, is non Dominum, sed Deum solummodo experiebatur, quippè solius Dei natura, & perfectio in promptu habet, quicquid tibi opus est.

Prou. 8. Forer.

Gen. 27. Philo.

Matth. 9.

Chrysol.

Gēn. 28.

Philo.

§. XIII.

Emundialibus gloriis, & delicijs non thesaurus, sed sepulchrum sit.

MEritò vetat Dominus thesauros fieri in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur; qui

qui enim à corrodentibus vermibus depascitur, non thesaurus, sed sepulchrum est. Eu miseram mundialium conditionem! Temporales aucupantur delicias, & diuitias, & domos suas impleri cupiunt, & dum horum thesauris se incubare putant, non thesauris, sed sepulchris effodiendis instant. Pulchrè
Psalm. 5. de talibus dicebat Psalm. 5. *Sepulchrum patẽs guttur eorum.* Cupiditas congerendi delicias, accumulandi diuitias, quæ nihil non diues, glorioſum eructat, putaretur ab aliquibus thesaurus plenus auro multo, verum non est aliũ, quã sepulchrũ. Sed quid habet cõmune mũdialium cupiditas, & possessio cũ sepulchro? In sepulchro inferũtur putrescẽtia cadauera, ibi vermes, ibi puluis; in domo mundialiũ inferũtur splendidissima bona, aurea pepla, & quidquid decorum, & pretioſum est, & hæc non potius ad thesaurum, quam ad sepulchrum pertinent? Imò verò, quia vniuersus mũdi decor, & pretiositas ad corruptionem venit, vbicumque hæc sint, ibi potius sepulchri, quam thesauri refertur species. Vndè sapienter monebat D. Chryso-
Chrysost. stom. ad hunc locum: *Ne sit ergo os tuum sepulchrum, sed thesaurus. Thesauri enim multum à sepulchris differunt, quod illa quidem corrumpunt, quod acceperint, illi verò conseruant. Habe ergo tu diuitias sapientia, quæ pertuo permanent, sed non male olentiam aliquam, & putrefactionem.* Dum cœlestia procuras, thesaurus es, indefectibiles conseruans diuitias, si vero ad voluptuosos mũdialiũ splenderes oculos conuertis, si corruptibiles sectaris delicias, & diuitias, sepulchrum efficeris, nil præter vermium pabulum præteferens. Et quando corporales deliciæ sepulchrum non constituũt? Dum Dominus meus Iesus mensis Bethaniæ accumbit, accedit mulier nardi alabastrum portans, quod super Dominum funditus effudit. Quid tunc ille immortalitatis pater,
Matt. 26. æternæ vitæ fons? Matth. 26. inquit: *Mittens hoc vnguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Proh Deus immortalis, vix vnguenta pretiosa, diuites mundialium deliciæ corpus Iesu deliniunt, & iam referunt non thesaurum, sed sepulchrum. Acutè D.
Paschas. Paschasius in Psalm. 44. *Audis ergo, quia quod in corpus suum missum fit, ad sepeliendum eum factum est.* Quis iam corpori suo non habebit suspectas humanas delicias, quando vel in Iesu corpore sepulchrum constituũt? Qui vitam mortuis afferebat; qui in medio paradisi instar vitalis arboris, immortalitatem fructificabat hominibus; & quidquid factum est in ipso vita erat; vbi in se pretiosas nardi excepit delicias, speciem in se retulit sepulturæ, & quidquid corpori eius immissum est, ad sepeliẽdum eum factum est. Apage aurea mundi bona, quæ cum semper veniant, vt corrumpantur, vt conterantur, nunquam veniunt ad thesaurum, sed ad sepulchrum. Meministi argenteos illos nummos thesaurizatos à cupidissimo proditore Iuda, & statim ante Iudæorum oculos in templo refussos. Quid tunc Iudæi? thesauro recondunt cupidissimi hominis pecunias? Absit; imò aiunt apud Matth. cap. 27. *Non li-* *Matt. 27.*
cet eos mittere in corbonam; quo ergo mittentur aurei nummi, sic amiti, sic expetiti à Iuda? *Emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.* Et quidem terrena cupiditas nunquam aliud nesciuit, quàm parare materiam sepulchris. Ad hæc D. Valeria-
Valeria. nus, hom. 20. *Ecce quid fructus habet cupiditas; pecunia ad comparationem sepulturæ reposita, hoc est, funeribus deputata. Intelligite ergo, in quo statu sit culpa cupiditatis*: non in statu constituendi thesauros, sed referendi sepulchra. Quamuis omne mundi aurum accumules, quamuis omnes mundi congeras diuitias, nil, quod ad thesaurum spectet, habes; sed quod mortem, & corruptionem præferat, & referat sepulchrum. Actor. 5. de dimissis bonis amauit partem aliquam Ananias, illamque recondit, & abscondit, qua corporis necessitatibus prospiceret. Mansit ne diu pars hæc auri in thesauro recõdita? Imò nec paucis horis passum est aurum in thesauro esse, sed festinatissimè cucurrit, vt pararet sepulchrum, in quod decidit Ananias cũ vxore sua. Rem pulchrè ponderans D. Orie-
Orient. tij carmen, ait:

Dum partem subtrahit auri,
In mortem totus transijt Ananias.

Nesciunt humanæ diuitiæ non iræ in mortem, non referre sepulchra. Vndè sapienter monebat D. Chrysolog. serm. 22. *Melius est* *Chrysol.*
ad sedem animæ deferri aurum, quàm in sepulchro auri anima demergatur: quasi nihil tam proprium sit auri, quam sepulchrum. Vndè præclarè dicebat Chrysol. serm. 137. *Ille vestes sepelit, non reponit; non credit diligentiæ, sed sepulchris: qui, quod negat pauperi, dat tineis*: quasi asseruatum aurum, nequeat non referre sepulchrum.

§. XIIII.

In ipsa beatorum patria timeri posset peccatoris alicuius societas.

SApienter Dominus cauet in cœlis nõ esse furem: sufficeret enim ad totam beatitudinem turbandam, & metu replendam, vel vnius peccatoris possibilis in ea ingressus. Psal. 90. dum exaggerat perfectissimã beatorum fęlicitatem, eo quod æternis diuitijs potiantur, quod Deum videant, torrẽteque dulcedinum satientur, insuper addit. *Et retributionem peccatorum videbis.* Quid hoc ad perfectionem beatitudinis, quod videant beati, peccatores castigari, rudentibus inferni cõprehendi, nigra in carcere constitui, magnũ super illos chaos firmari? Nonne perfectius beati essent, qui talia mala nõ viderint? Cur tam horribilis carceris visio spectet ad perfectionem beatorum? Sanè nisi beati vniuersos peccatores, & fures, ita concludi æternis vectibus viderent, vt impossibile esset, inde egredi, & in cęlũ conscendere, non adeò quietam fœlicitatem haberent, pauentes etiã ibi peccatoris alicuius societatem. Rem attigit D. Bern. de illo Psal. ser. 8. *Sed & securitas perfecta iustorũ erit visa retributio peccatorum, quo videlicet nec humanam aliquando, nec diabolicã vltra vereri malitiam possent, qui, nimirum, cadẽtibus a latere suo mille, & decẽ millibus à dextris suis, non modo eos cadere viderint, sed & cadere in Gehennam. Putas enim timere adhuc nõ poterant, & calidiorem cunctis animantibus serpentem habere suspectum, præsertim seducta quõdam in paradiso non immemores mulieris: nisi cũ toto iam corpore suo vltricibus traditum flammis, & inter se, & eum magnum plane iam chaos firmatum esse conspexerint?* Nullibi nec in cœlo perfecta posset esse beatitudinis possessio nisi obfirmatæ valbæ æterni carceris super omnes peccatores viderentur, ne quis inde vnquam possit egredi. Videbunt beati oculis suis vniuersos peccatores separari, glomerari, nigro in carcere cõcludi, ibique æternis catenis constringi, ne ad superos valeant reuolare, & his visis in possessionem perfectæ ingredientur beatitudinis. Ad latronem beatum aiebat Dominus, Luc. 23. *Hodie mecum eris in paradiso.* Cur dixit mecum? Nonne sufficeret, vt omnem illi securitatem bonorum promiteret, dicens: hodie eris in paradiso, cur necessum fuit addere mecum? Eleganter D. August. serm. 120. de tẽpore: *Ne forte verearis, ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic meintroducente firmabitur.* Non dabatur perfecta beatitudo conuersio, nisi peccatoris inde firmaretur recessus. Timeret ingredi locum, ex quo nesciret peccatoris cõsortium esse exturbatũ: & quid mirum, quod sancti caueant peccatoris societatem, quando pessimus homo Pilatus, dũ mũdialis gloriæ regnum teneret, non patiebatur secum ad horam peccatores Iudęos commorari. Venerant deicidæ homines ad Pilatum: vt iuberet, crucifixi Domini custodiri cadauer, quibus Pilatus Matth. 27. ait: *Habetis custodiam: ite: custodite, &c.* Expende illud, *ite*, cur sic festinus illos abire iubet? Cur non magis patitur secũ morari? Pulchrè D. Damasc. orat. de Sabbatho sancto dicit: *Horruit Pilatus commertium Dei interfectorum.* ne mireris, quod cœlestes reges horreant in regno suo peccatorum societatem, & de horũ impossibili ad se accessu velint certificari.

Psalm. 90. *Luc. 23.* *August.* *Matt. 27.* *Damasc.* *Bernard.*

§. XV.

Nullus carnifex crudelior in hominem, quam vitia ipsa.

ECce homo, quo se in hac vita extẽdant omnia infortunia, ęrugo, & tinea demolitur, fures effodiunt, & furantur: nullus malus genius malitiæ suæ terminos non seruat: iuxta cõsuetæ malitię leges, & tinea, & ęrugo, & fures agunt. Solum vitiũ ignorat malitiæ terminum, nec consuetum nocendi modũ nouit obseruare. Hinc est, quod supra dum notantur hypocritæ de illis dicitur: *Exterminant facies suas, vt pareant hominibus ieiunãtes:* non solum effodiunt, non solum demoliuntur, sed exterminant: vt extra omnis malitiæ terminos, magis lurida facies, magis perdita appareat. Ad hæc D. Paschasius lib. 4. in Matth. fatur. *Exterminant, inquit facies suas, quod est aperte dicere extra terminos humanæ cõsuetudinis eas obducunt, & inusitato genere fœditatis semet afficientes pallorem quærunt.* Nouerunt carnifices crudelissimi consueta nocendi genera, & intra humanæ conditionis terminos, quęrũt, vt inferant damnũ: solum vitiũ tuum, dum in te sæuit, terminos abiurat, & insuetis carnificinis te tradit. Vbi vitium in te sęuire incipit, sic extra omnẽ terminũ sæuit, vt pene videatur infinitam Dei puniendi potestatẽ superare. Sic Dominus apud Isaiam, cap. 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate semini nequã filijs sceleratis: super quo percutiam vos vltra, addentes prærarica-*

Paschas. *Isai. 1.*

uaricationem? Quid ais Domine, non inuenies pœnam, quam irroges peccatori? Quis ita inopem reddidit, vltricem Dei potestatẽ? Cur infinita vis puniendi sic hæret? Causam inuenio in illis verbis: *addentes prauaricationem*; quando enim vitium adeò crescebat, adeò augebatur, talia genera pœnarum auctoribus suis generaret, tam inusitata, tam extra consuetos terminos pœnarum, vt respectu illarum ordinaria vis puniendi in Deo videretur inanis, & vacua. Sola enim effrænata cupido in homine est, quæ nullæ lanienæ parcit, vt re concupita fruatur. De hac Prou. 30. *Sanguisugæ duæ filiæ, dicentes*: *affer, affer*: nulli parcit sanguini cupido: & punitiua Dei virtus, & cæteri omnes carnifices terminos habent, quos minime transgrediantur: sola cupido in te superat omnes terminos, vt te excruciet, vt te laniet. Coniungo pulchra D. Cypriani verba inter alia multa date ponderans rabiem libidinis ex congressu fœminarum ortæ, lib. de singularitate Cleric. circa finem: *Rabiem cõcitat hæc cupido, porrigit furiam, casus exaltat, ripas eripit, præcipitia instruit per infinita dedecora multiplices mortes inuehit.* Expende illud notanter dictum: *ripas eripit*, vt quæ sola sine termino, sine limite infinitam stragem parturiat. Iam non miraberis, quod apud Matth. 21. Diabolus, vt domum hominis ornatam inuadat: *Vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se.* Et qui spiritus inueniri possunt, qui ad perdendum hominem nequiores sint, & crudeliores diabolo? D. Ambr. in cap. 13. Apocal. putat spiritus istos esse septem vitia capitalia, quę quidem, & diabolum, & vniuersos carnifices, & tyrannos in homine perdendo lõgissime superãt. Hinc Deus peccatorem puniturus illum suis iniquitatibus tradit. Ait enim Psalm. 49. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Apolinarius legit: *Statuam contra te faciem tuam.* Non ignem minatur, non gladiũ, sed vniuscuiusque peccatorres faciem statuendã, cuique minatur, quasi ipsa vitiorum deformitas sit omni gladio acerbior ad configendas animas. Quo spectans D. Isid. Pelus. ep. 382. ait: *Sin autẽ sermones mei turpes vestras actiones coarguunt, tanquam speculum fœdo, ac deformi reperior. Quamobrem, aut deformitatem mutate, ac sanitatem renouate, aut speculum vobis perpetuo erit.* Non minatur se transuerberaturum peccatorem, sed facturũ illi, quo speculum cuique facit, nimirum, propriasilli obijciet fœditates, vt quæ duriores inferant plagas.

Prou. 30.

Cyprian.

Matt. 21.

Psalm. 49

Sisid. Pelu.

§. XVI.

Qui potest, eleemosynas faciat in magna quantitate, necessum est.

DVo à Iesu Domino iubentur circa eleemosynarum elargitionem; alterum in præsenti, dum dicit: *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo*: alterum apud Luc. 12. aiens: *facite vobis sacculos, qui non veterascunt.* In thesauris pretiosa quæque inferuntur, nimirũ, aurea, & argentea: æreus nummulus non in thesauris, sed in sacculo solet inferri. Cur ergo iubet Dominus eleemosynis, inferendis non solum parari sacculos, sed & thesauros? Rem attigit D. Valerian. hom. 9. fatus: *Bene, dilectissimi Christus Dominus boni operis fructum pensata qualitate facultatum disposuit: vt in faciendis eleemosynis nec dives, nec pauper excusare se possit, ita vt huic, qui plurimum possidebat, thesauros iuberet erogare: illum, quem nouerat paupertatis squallore sordescere, esurienti panem iuberet frangere.* Porrigat pauper nummulum, vel frustum panis, si aliud non habet, pro his enim sunt in cœlo sacculi, qui non veterascunt: verum qui dives est, qui opulentos, non sacculos, sed thesauros putet implendos suis largitionibus, & sicut ridiculus est, & vanus, qui nummulum æreũ daret thesauris, sic ridiculus est, diuite oppletus auro, solo frustro panis vellet cœlestia emercari. Nescant iam diuites sæculi, per quas eleemosynas debeant cœlum comparare, nimirum, per eleemosynas, quæ sint dignæ thesauris. Quis neget à Domino vehementer amatam fuisse paupertatem, cum in stabulo nascitur, ibi pauperrima accepit præsepis incunabula, pauperes pannos à matre sibi fecit parari, nihil non pauper, & vile videre voluit; tamen inter hos paupertatis amores, dum munera à Magis decreuit accipere; non alia munera accipit, nisi quæ de thesauris educantur. Quippe ait Matth. 2. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* Bone Deus cum præsepe quæris, & stabulum pro cunabulis, cum halitum animalium requiris pro focis cum nihil non vile, & pauper sustines: cum totus pannosus, & inops appares, spectas etiã tibi aperiri thesauros? Sed id expectas à Magis, à diuitibus sæculi, vt discãt omnes diuites pauperibus subuenire de thesauris. Ad hæc D. Valer. hom. 7. ait:

Valeria.

Matth. 2

Valeria. *Ipsum scias esse Christum nostrum, quem videris nudum, quem aspexeris cœcum, quem offenderis clandicantem, quem panis involutum, quem videris sordida veste contectum. In hac denique veste, cum à Magis quæreretur, inuentus est, & cũ in præsepi positus iaceret sub hoc habitu apertis thesauris munera oblata suscepit.* Pauper, & inops spectauit sibi non sacules Magorum, sed aperiri thesauros, quasi à diuitibus sæculi tunc sibi acceptas eleemosynas habet, quã de thesaurorum rebus, hoc est, de magnis, & splendidis dantur. Pro quo monebat Paulus 2. ad Corinth. 9. 2. Cor. 9. *Necessarium ergo existimaui, rogare fratres, vt perueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratã esse sic, quasi benedictionem, non tanquam auaritiam.* Vbi D. Anselm. ait: Anselm. *Non tanquam auaritiam, id est, non quasi strictam datione m. Auaritia enim vocatur datio, quæ fit tenaci, & parco animo.* Deo auaritia est, non eleemosyna, quæ à potentibus sæculi de leuidensibus micis datur, qui cum thesauros habeant oppletos auro, vix minutissimo ære volunt cœlestia comparare. Hos docet D. Augustin. tract. de rectitudine Cathol. conuers. aiens: Augustin. *Vnusquisque quantum præualet, tantum porrigat. Qui habet aurum, det aurum, qui argentum, argentum. Qui vero non habet pecuniam, cum bono animo det pauperibus buccellam.* Quasi à diuitibus, & potentibus sæculi illæ spectentur eleemosynæ, quæ de thesauris veniant, quæ largum, & liberalem datorem ostendant, non quæ auaritiam possint redolere.

Matth. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequã; totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumẽ, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

§. XVII.

Ex oculis censetur vita hominis.

VAne iactat vitæ puritatem, cuius oculi minime sibi cauẽt ab omnibus impuritatis officinis: prima sit nostra cura circa oculos, hi quidẽ si impuris figãtur, mirũ erit, quod maneat vita pura. Do pulchra D. Orientij carmina rei aptissima.

Præcipue semper famosos despice cultus;
Iudicium q; tuis eripe luminibus.
Nemo feret rutilos intactis vestibus ignes
Nemo inter lituos non trahit ore sonos.
Nemo inter flores blandorum ambitus odorũ
Naribus assiduam nõ metet vngueosam.
Nemo diu sitiens, & multo sole perustus
Incumbet gelidis, nec potietur, aquis,
Nemo licet mediis muris sub tempore belli,
Aut bene securus, aut bene tutus erit.
Congressus præstat visum, mox lumina visu
Concipiunt flammas parturiumq; nefas.

Semper lumina, semper oculi facem præferunt perditioni, nisi ab omni lenocinante vultu cohibeãtur: in oculis licet videre, qualis vita hominis sit. Sed in quibus oculis? In oculis, qui lucernæ fuerint, hoc est, qui instar lucernæ clausi, & absconditi illuxerint. Nõ equidem dicitur oculus lux corporis, sed lucerna corporis, tunc lucens, cũ est clausus, protinus reflante vento extinguẽdus, si aperiatur. Quapropter Dominus aiebat Iudæis, Ioann. 9. *Si cœci essetis, non haberetis peccatum.* Ioann. 9. Hoc vitium illis optabat, quo censerentur liberi à tenebris peccati, nimirum, quod haberent oculos clausos, imò obcœcatos, quasi suspecta sit apertio oculorũ; vrpote quæ tenebrosæ vitæ præbeat causam. Ad hæc D. Palin. epist. 4. ait. *Dominus oculis Iudæorum cœcitatem præferens dicit: si cœci essetis, non haberetis peccatũ. Reminiscamur qua pernicie illis in Paradiso oculi sunt aperti: quos tandiu habuerũt illuminatos, quandiu clausos habuere peccato.* Paulin. Tũc oculus lucernæ opus implet ardens, & lucens, & totum corpus illuminans, cum clausus est, cum commendabili cœcitate se cõtineat, ne videat, quo possit tenebrari, Act. 9. de Paulo, quod *nihil videbat.* Act. 9. Sed interea totus circumfusus lumine cœlestia lustrabat. De quo eleganter Arator, sic canit.

Cum lumina claudit
Pectora tunc operit, cœliq; agnoscitur Auctor,
Discedente die, quantum meruere tenebræ.

Vbi aperitur oculus, & libere vagatur, eu quam cito sumat lucerna! quam citu extinguitur! quam cito totũ corpus peccatis obtenebratur! Quis ignoret Dauidis lucidissimam vitam? Is tandem 2. Reg. 11. *Vidit mulierem se lauantem, &c.* aperuit oculorum lucernã, & vel tenuissimæ auræ flatu lux eius obtenebrata est. Vt dicat D. Chrysost. hom. 1. in Psalm. 50. *Vidit Dauid mulierem lauantem se, aperuit itaque in vano oculos, & suscepit sagittæ ictum.* Chrysost. Tantum durauit in vitæ splendore, quantũ in laudabili cœcitate: dũ clausos habuit oculos, & singulari ratem splenduit,

duit, & totus incedebat illuminatus: vbi oculos aperuit, ictum excepit, & nox & tenebræ subintrarunt.

§. XVIII.

Spes in Deo totum hominem esse facit.

DVm iubemur non thesaurizare in terra, hoc est, non sperare in incerto diuitiarum, sed in vno Deo omnes spes nostras collocare: statim huius spei rationem reddit Dominus ex similitudine oculi corporalis. Vt enim ex ictu oculi censetur totum hominis corpus, an lucidum sit, vel tenebrosum; sic ex fine spei nostræ tota censetur vita humana. Spes est, quæ totum hominem facit, dum illum in Deo vno docet sperare, & nō in incerto diuitiarum. Apud Gen. cap. 4. de Enos dicitur: *Iste cœpit inuocare nomen Domini.* Quæ verba leguntur apud Philonē: *Hic sperauit inuocare nomen Domini.* Quid tunc? Statim subdit Textus cap. 5. *Hic est liber generationis Adam*: explicatius in rem nostram legit Philo: *Hic est liber generationis hominum proborum.* Nec immerito postquam quis cœpit sperare in Domino, inuenitur generatio hominum proborum, cum spes in Deo faciat & constituat vere hominem. Rē attigit Philo, lib. Quod deterior insidietur potiori dicens: *Ideo cum dixisset de Enos, hic sperauit inuocare nomen Domini, diserte infert: hic est liber generationis hominum proborum, scriptum est enim in Dei libro, solum bene sperantem esse hominem.* Vnus spei oculus in Deo positus ostendit hominem: si hæc sit spes, homo verè est: tolle hanc, & non erit homo, sed tenebræ, sed nox absumit vniuersos dies hominis. Id quod perspicuis verbis docebat D. Zeno, serm. de Fide, Spe, & Charitate, sic loquens. *Primo omnium spes nobis proponenda est futurorum, sine qua nec potentia quidem ipsa stare posse perspicimus. Adeò tolle spem, torpet humanitas tota. Tolle spem: artes, virtutesq; vniuersa cessabunt. Tolle spem: & interempta sunt omnia.* Nō inuenies hominem, vbi bene sperantem nō inuenis: Spes est, per quam censetur homo, per quam vita hominis stabilitur, & patentissimè appparet. Vnde, vt faceret homines Dominus, hunc illis spei scopum præficit Matth. 6. *Quærite primū regnū Dei, & hæc omnia adijcientur vobis* Ille diues, ille fœlix, ille solus homo, qui spei oculo nihil prius quam Deum videat, cuius spes vno solo Deo niti sciat; si alio respicias, si in incerto diuitiarū spem constituas, nec diues es, nec fœlix es, nec homo es, sed prorsus mortuus es. Vnde eleganter ex his D. Paulinus epist. 5. ad Seuerū, inquit: *Quia de eius inopia famē metuis, quē scis huius verbi securitate paupertatē diuitijs prætulisse? An magis abūdare credis illū, qui terrā, quā qui Deo credit? Et qui propria, quā & istū, qui diuina pascetur cura? Quid ille miser habeat qui se nō habet? Nō enim se habet, qui plus de se, quā de Deo sperat, vereq; est mortuus, qui nō viuere timet, si totū de se Deo credat, Deoq; permittat.* Et quidē nihil inuenies hominis ineo, qui plus fidit in diuitiarū incerto, quàm in Dei promissis; quo enim spei tuæ oculus magis terrena spectat, quā Deū, eo minus diues es, eo minus homo; imò eo magis mortuus, magis nihil. Vndè meritò D. Chrysost. ho. 21. in Matth. dicit, quod dū in terris thesaurizas, ibique figis spes tuas, non es homo: *Sed quasi canis ad sepulchrū reuinctus, & tyrannide pecuniarium omni catena tenacius illigatus adeūtes te, atque poscentes latratibus tuis personas, vnum atque idem opus exequens, vt alijs reposita conserues:* Hæc ille; & verè: è contra autem Chrysol. serm. 110. sic loquitur de spe. *Spes est, quæ verum perficit, & ad mensuram Christi plenitudinem producit, &c.*

Genes. 4.

Philo.

Zeno.

Matth. 6.

Paulin.

Chrysost.

Chrysol.

Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

§. XIX.

Qui Mammonæ bonis nititur, imbecillis, & prorsus infirmus est ad fortia virtutum munera.

MIraberis Dominicū testimoniū cōtra huius sæculi diuites sulminatū, nimirum, quod ex quo pecunijs incubant, fieri, non possit, vt Deo placita exequantur opera. Imò dicet diues, ideo bona temporalia perquiro, ideo pecunias sitio, vt Deo seruiā, vt necessarijs abundans promptior sim in Dei seruitiū: Cur nō magis ad diuina paratus, qui humana bona potitur? Sanè ex quo noui classium nominatissimos duces in mari victores, in terra fugitiuos, in nauali

certamine leones, in terrestri pugna ceruos, suspecti mihi sunt ad fortia opera, quicũque toto nixu assuescunt vanis, & ludicris? Quid firmius, quàm virtutum opus? Quid incõstãtius, quàm bonum pecuniæ? Nequit ergo adeò volubilibus, & inanibus rebus assuetus, nõ esse prorsus imbecillis, & infirmus ad opera virtutũ. Paul. 1. ad Timoth. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo vero:: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprehendam veram vitam.* Expende quot virtutum facinora petat à diuitibus, quæ opera bona? incipiẽs ab illis, nimirum, *bene agere, &c.* sed his omnibus veluti firmum fundamentum præposuit illud, *non sperare in incerto diuitiarum.* Curhoc ante omnia petit? Nõne, & ante hoc possint bene agere, diuites fieri in bonis operibus, apprehẽdere veram vitam? Crediderim hęc minimè posse fieri ab his, qui assuescunt sperare in incerto diuitiarum. Rem pulchrè exẽplo attigit D. Chrysost. hom. 21. in Matth. fatus. *Qui supra funem in sublime tensum cum securitate gradientes, tantam fortitudinem mentis ostendunt, cum aliqua necessaria certe causa audaciam, & fortitudinem flagitat, nihil prorsus virile non modo facere possunt, verum etiam cogitare. Sic sunt profecto etiam istilocupletes, qui cũ omnia pro diuitijs audeant, pro Deo non grande aliquid, non exiguũ se sustinere patiuntur.* Nullus est, qui non miretur funambulorum immorũ incredibilem audaciam, qui fune nixi præcipites edunt saltus, miraque fortitudinis facinora ostentãt: & tamen vbi ad verum certamen ventum est, nullus imperator his hominibus committet discrimina grandia, quod vel funes muris applicent, vel mœnia scandant; æstimans imbecillissimum, & infirmissimum esse mimorũ genus ad vera; vtpote qui in ludicris, & inanibus didicerint audaciam, & fortitudinem ostentare. Nescit tractare vera, qui assuetus est ludicris contrectandis; & qui toto animi nixu bonis inhiat perituris, fieri nequit, quod ad vera facinora fortitudinẽ habeat. Defecit fortitudo ad vera virtutum opera, eo ipso, quod abundat cupiditas temporalium. Fortissimilsraelitæ, Num. 21. mirabilem de Chananæis victoriã reportant, & dum victores gradiuntur, incipiũt fastidire heremi paupertatem, & Ægyptiorũ bonis inhiare. *Et tedere cœpit populũ itineris, ac laboris, locutusque contra Dominum, & Moysem ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, nõ sunt aquæ, anima nostra iam nauseat supra cibo isto leuissimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, &c.* Qui ciuitates, & regna fortiter expugnarunt, à serpẽtibus percussi miseri interimuntur: vbi est illa fortitudo vastatrix vrbiũ? Cur non defendit eos à serpentibus? Sanè ex quo Ægyptiorũ bonorum memoria mẽtes eorũ subijt: cupiditatsque temporalium subintrauit, vera fortitudo perijt, nihilque possunt agere, quo à serpẽtibus custodiantur. Inde Hildebertus Episcopus monebat nobilem fœminam, vt bonorum abdicationi insisteret, quasi fundamento fortitudinis Christianæ. Ait enim epist. 71. *Israel ardore sitis, & defectu mẽsæ erga Moysem murmurat, diuinis miserationibus Ægyptiacã præfert abundantiam, & seruitutem. Ergo in eis fortitudo periit, & à serpẽtibus ipsi periisse legũtur.* Memoria Ægyptiæ abundantiæ fortitudinem funditus quassauit, & reddidit homines è leonibus ceruos, è fortibus infirmos, ne se possint tueri à vilibus animalculis, qui cum Ægypti seruitutem respuebant, expugnare poterant fortissimas ciuitates. Quis iã amet seruitutem mammonę, ex qua tanta imbecillitas ad fortia virtutum opera nascitur? Nemo ignorat victoriosam fortitudinem Ezechiæ regis, qui indutus virtute ex alto vidit iuxta ciuitatis suæ muros Assyriorum exercitus ab Angelo percussos: Is ergo tãtus rex, tam fortis, cui cœlum, & Angeli militabant, audit ab Isaia propheta. 4. Reg. 20. *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ cõdiderunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem, &c.* Vnde poterit potentissimum Ezechiæ regnum, ab Angelis cõmunitũ, sic infirmari, vt deleatur ab Assyrijs, quos toties postrauit? Quæ res inuenitur in Ezechia, quę sic eius abstulit fortitudinẽ aduersus inimicos? Vnũ inuenio ab Ezechia factũ, fortitudinis cęlestis exitiũ, nimirũ, quod acceptis Assyriorum legatis, illis thesauros suos, & diuitias ostenderet, quasi robur ostẽtans fortitudinis suæ: *Non fuit, quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.* Cur ergo nõ infirmaretur, & prorsus redderetur imbecillis, qui sic fidebat in incerto diuitiarum, vt has ostentaret, pro rõbore fortitudinis suæ? Theodor. q. 22. hanc illius infirmitatis rationem reddit: *Quod cum oporteret Dei docere virtutem, & curam, quam assecutus erat Ezechias, ostendit diuitias, quæ nihil habent firmum, ac stabile.* Quippe ex quo instabilitati, & volubilitati diuitiarum fidebat; iam non poterat fortia virtutum robora in se præstare.

1. *Tim. 6.*

Chrysost.

Num. 21.

Hildeb.

4. *Reg. 20.*

Theodor.

Matth.6. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Non ne anima plus est quam esca: & corpus plusquam vestimẽtum?

§. XX.

Stultissimi homines nil, nisi corporale meditantur animæ suæ, eidem illam cum corpore mensæ assidere faciunt.

EV misera hominum stultorum anima, quam vacua in eis es, quam inanis; tam improuidi sunt circa tua bona homines, vt nihil non meditentur corporale: & quasi suinam animam habeãt, nihil præter escas, & cibos corporis perquirunt. Apud Luc. cap. 12. sic dicebat quidam: *Destruã horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos. requiesce, comede, bibe, epulare.* Quid stultius? Quid irrationalius? In quo miseri hi distingũt animam à corpore? Qualem æstimant animam? An pecuniam? Pulcrè D. Basil. in catena aurea, ait: *Tam improuidus est erga bona animæ, vt escas corporeas animæ adscribat.* Quas pro pecudum cibis parat siliquas, easdem pro cibis animæ parat: non cibum corporis, & animæ discernit: sed & corpori, & animæ easdem epulas apponit, quasi anima nihil supra corpus habeat. Quã maculam Israelitis inurit Psalm. 77. aiens: *Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis.* Quanta hæc tentatio, quod famelici peterent escas? Nõne, & pulli coruorum inuocant eum, vt escas tribuat? Cur ergo Israelitæ famescentes offendunt, & quod escas petunt? Magister sententiarũ rationem offensionis ponit, non in eo, quòd peterẽt escas, sed in eo, quod animabus suis escas peterent corporales, nec vnam corpori, & alteram animæ mensam expeterent, sed vna, eademque mensa corporea, & corpus, & animam vellent saginare. *Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de Deo, & dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Pulchrè Magister: *petunt vitæ suæ carnales escas, non spirituales*: vtinam homines constantes corpore, & spiritu; & corpori, & spiritui, suas cuique mensas expeterent, alteram spiritualem, alteram corporalem; sed nihil meminerunt spirituale, imò, & animam, & corpus eisdem epulis carnalibus saturant. Quid stultius? Quid infœlicius? Equidem ille fœlix est, & sapiens, qui animæ mensam, & corporis discernit, & dum corpori necessarios cibos prępărat corporales; cibos etiam animę condit spirituales. Ecclesiastes cap. 2. *Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis?* Expende, qualiter separat mensam corporis, à mensa animæ: dum meminit bibere, & comedere, non meminit animæ, scies bonum escarum ad corpus pertinere, non ad animam: habet etiam anima suum proprium bonum non in cibo, & potu temporali, sed in ostensione laborum, & operum, quæ pro virtute obtinenda facit. Itaque illud est melius, comedere, & bibere corpori, insuper, & animæ ostendere bona de laboribus suis parta. Ad hæc elegãter Chaldæus ait: *Non est, quod pulchrum appareat in homine, nisi quod comedat, & bibat, & videre faciat animam suam bona, ante filios hominis exequendo mandata Domini, & ambulando in vijs, quæ rectæ sunt coram eo, vt beneditat ei ex labore suo.* Tunc rectè se gerit homo, quando non solicitus est animæ suæ, quid manducet, illamque cum corpore ad eundem cibum corporalem adducit, & nihil illi vlterius acquirit: sed & corpori cibum suum, & animæ nouit parare opera virtutum, quibus ipsa saginetur, & viuat. Vnde D. Ephrem tract. de compunctione animi, sic monet. *Ne in corporis curra vniuersum tempus nostrum insumamus: sed quandocumq; corpus esurit, & nutrimentum appetit: cogita, & animam tuam suo tunc cibo necessario refocillari velle. Quo circa tu tanquã bonus dispensator, animæ cibum ipsi præbens animæ, & corporis escã ipsi corpori; non modo corpus enutries, verum & animam sonebis, eamq; hautquaquam desolatã famelicam vt relinques. De quæ quidẽ anima recte ait Apostolus: quæ in delicijs est, viuens mortua est. Caue igitur tuam à gulæ animam interfici permiseris: at pasce illam per verba diuina, &c.* Hæc igitur sit lex boni, & fęlicis hominis, ne solicitus sit animæ suæ, quid manducet; sed quid honestum faciat, quid sapiens, & Christianum percipiat: de virtutum, & sapientiæ operibus solicitus sit animæ suæ, non de cibis corporalibus; hos etiam perquirat corpori suo, ita, vt anima spiritualia habeat, & corpus carnalia, quibus viuant.

Luc.12. *Basil.* *Psalm.77* *Magist.* *Eccles. 2.* *Chald.* *D. Ephr.*

Matth. 6. Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque cõgregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa, &c.

§. XXI.

Quæstuaria ratio in acquirendis bonis cœlestem Rempublicam dedecet.

IN volatilibus cœli, hoc est, in cœlestibus, & ingenuæ vrbis ciuibus hoc considerare iubemur, quod nõ serunt, neque metunt; cur potius non consideremus, quod non cauponantur, nec telonio assident, nec lucris captandis student? Hæc, vt alienissima à bonis, & ingenuis mentibus, nec nominari licet inter cœli incolas. Ad hæc acutè D. Chrysost. hom. 22. in Matth. ait: *Respicite volatilia, & non ait quæ non cauponum, ac negotiatorum more viuũt: hæc enim desperatorũ omnino professio est: sed quia non seminant, inquit, neq; metunt.* Solicitudo illa bonorum, quę in negotiatoribus, & cauponibus inuenitur, tantum abest; quod sit in cœli accolis, vt solum sit in desperatis à salute, & deploratis, desperatorum professio est, more cauponum, ac negotiatorum viuere. Hi non cœli spatia deambulare norunt, nec supernam Ierusalem meminerunt, sed in profundo demerguntur. Pulchrè de negotiatoribus terrenis Psalm. 106. *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderũt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Nihil ad cœlestia pertinens vident, sed quod in profundo est, id rimãtur, id sustinent, verè habitatores non cœli, sed profundi. In mare descendunt in nauibus, non in portu sunt, non anchoris fixis stant, sed omnia instabilia tractant, omnia solicitant, supernorum bonorum prorsus obliti. Hos pulchrè depingit Golfridus apud Tilmannum in Allegorijs explicans ex 30. Prouer. qualiter fluctuet nauis in media maris via constituta, & inquit: *Sic fluctuant, quos metus agitat, & vana solicitudo conturbat, vt nullum inueniat spei anchora firmamentum, nullũ prorsus, aut penitus scopulosum littus appareat. In huiusmodi naui dormit, ac dormitat, qui custodit Israel, quia non est, qui suscitet, qui inclamet; Domine salua nos, perimus. Isti difficile quidem ad sapientiam redeunt, dum, quæ sua sunt, quærunt potius, quàm quæ Iesu Christi.* Qui custodit Israel, qui pro custodia datur ciuibus illis, qui ad Dei visionem contendunt: in negotiatorum mundialium naui somnó se tradit, nihil ibi habẽs, quod agat: quia nihil in illis inuenitur, quod ad visionem Dei spectet, sed ad visionem profundi, in quo miserè submersi iacent. Nec mireris hanc hominum nationem sic à superna ciuitate videntium Deũ videri exclusam, D. enim Synes. lib. de regno putat illam ab optima quaque ciuitate debere amãdari. Quippe ait: *Quæstuariam illam nationem mihi videor animaduertere præ cæteris ignobiles; atque improbos, planèq; illiberales esse, in eaque sola republica, quæ intestinis disidijs laborat, non penitus infamem locũ obtinere. Qui quidem primi sui contemnendi auctores fuerunt, quoniam circa id, quod infimum est, in contraria naturæ consilia defluxerunt: hæc enim corpus, animæ obsequio subiecit, externa ad corpus vsum reuocauit, posteriori secũdas partes dedit; at illi è contra animam, & corpus ei, quod tertium est, subiungunt. Sese igitur aspernantes, principemque animæ partem, in seruitutem redigentes, quid est, quod illi magnum, honestum ve moliri, aut deliberare queant? Procul igitur à se, & à subditis exitiosam hanc pestem amoliatur, vt princeps bonus, bonis imperet.* Hæc ille: & meritò arcet ab optima republica illos, quorũ scopus est, vt pecunijs seruiant: quam seruitutem, nec ad horam tulit Dominus in eo, quem ad regnum vocabat. Quippè Matth. 9. *Cum transiret inde Iesus: vidit hominem sedentem in telonio, &c.* Cur tracturus hominem non paulisper ibi stetit? Chrysolog. serm. 28 *Non dixit, cum staret ibi: transiuit, & pertransiuit inde Iesus, ne Matthæus remaneret ibi: transiuit inde Iesus, ne Matthæus taliter permaneret: seruire Deo nequeunt, pecunijs seruientes.* Bonus Dominus, vt bonis imperaret, & ingenuis, non passus est Matthęum morari in telonio, qui passus est sæpe Petrum, & Ioannem redire ad nauem, & retia: adeò exiciosus pecuniarum amor ciuibus cœlestis Ierosolymæ, vt vel indè terrena etiam Ierusalem publica nos omnes haberet exosos.

Chrysost. *Psal. 106* *Golfrid.* *Synes.* *Matth. 9.* *Chrysol.*

Matth.

Matth. 6. Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si autem fœnum, &c.

§. XXII.

Tota hominum solicitudo, & cura erga nos, & nostros, non exequat Dei solicitudinem, & curam.

COmponite lilia agri, & Salomonem; illa pulcherrimis coloribus amicta; hunc miris radiantem pulchritudinibus: illa omni cultu, omni hominum labore vacuata: hunc ingenti ministrorum exercitu septum: illis nullus inseruit, solus Deus prouidet: huic seruiunt textrices, aurificinæ, maris gemmæ, auium plumæ, hominum ingenia, seruorum curæ, & insomnia. Hæc supponens si inquiras vter pulchrior, vter spectabilior; vter perfectior in ornatu appareat, an Salomon mediis curis, & vigilijs, & solicitudinibus tot seruorum, an lilium agri Dei gaudens prouidentia solius? Proh Deus immortalis, quàm longè superatur tota Salomonis gloria, & pulchritudo, vel à minimo lilio, cuius colorum perfectionem, nulla potest artis adæquare tinctura! Nunquam cura, & solicitudo creaturarũ in suis effectibus non vincitur à diuina prouidentia, & solicitudine. Quæ maior in mundo solicitudo, quam illa sæcularium hominum pro suis? Vt seruorum commodis inuigilet nõ dormit pater familias, & mille vigilijs, mille ieiunijs, mille laboribus emit panem, quẽ filij, quem fratres manducẽt. Sed quam vincitur tota hæc solicitudo sæcularium hominum à Dei cura? Accipe epulonis diuitis curam pro suis etiam in inferno perseuerantem, Luc. 16. hic enim videns Lazarum in sinu Abrahæ, sic precatur: *Rogo te pater Abraham, vt mittas eum in domũ patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum.* Ecce tibi superflua hominis cura, & supervacanea vsque quo se extendat, nimirum, vt acquirat vnicum Lazarum, quem det ministrum suorum saluti. Et huic tam solicitæ suorum curæ, quid respondet Dominus? *Habent Monsem, & prophetas, audiant illos.* Ille solicitus de vno acquirendo, Deus autem iam pridem prouiderat multos, quibus superabundanter haberent fratres illius, vnde reciperent salutẽ. Pulchrè D. Chrysost. concione 4. de Lazaro, ait ad diuitem. *Non æque tu curas fratres tuos, ac Deus, qui illos condidit, innumeros illis adhibuit magistros, admonitores, consultatores, adhortatores.* Vincit omnem humanam solicitudinem Dei prouidentia: quo non potuerant sæcularis hominis solicitudines peruenire, peruenerat prouidentia diuina, superabundantem prouidens fratrum, & necessitati, & saluti. Id quod notans Psaltes aiebat: *Dominus regit me, nihil mihi deerit*: quasi solus Deus norit omnia sic suis pupillis prouidere, vt nihil illis deficiat, sed cumulatissimè omnia obueniant. Placet modo, & magni Tobiæ solicitudinem pro bonis acquirendis filio suo, cum diuina eiusdem prouidentia componere. Bonus senex oculis orbatus, domi clausus, paupertate oppressus, cœpit, & de familiæ, & filij sustentatione solicitari, interea meminit pecunias apud Gabelum in Reges ciuitates depositas, iubet perquiri virum, qui cum filio longissimum iter suscipiat, & pacta itineris mercede pecunias possit recuperare. Ecce tibi tota boni patris solicitudo eo solum spectat, vt per virum, & comitem fidelem pecuniæ recuperentur, quibus & ipse, & filius possit aliquãtulum sublevari, imò ditari. Pecunias solum perquirit pater, nihil aliud nec sibi, nec filio meminit, & quidem etiam supra pecunias, multa alia erant necessaria, nimirum, cœcitatis sanitas, filij nuptiæ, quæ tunc nec in mentem veniebant soliciti patris. Quid plura? Dum pater mercenarium hominem pro pecunijs conquirendis cogitat; cœlestis Pater prouidet Angelum suum, qui & pecunias, & sponsam, & sanitatem afferat, adeò, vt nihil vltra desit alumno suo. Rem sic explicat Tobias iunior apud D. August. serm. 226. de tempore, inquiens: *Nunquid ipse id tantum exhibuit, quod pactum fuit? Hoc placuerat, vt mihi regionem, & virum, cui argentum commodasti, demonstraret. Primò iter quasi cœleste carpene, & mihi, & tibi parauit necessarium de pisce collyrium. Me deduxit, argentum recepit, Saram mihi vxorem desponsauit: & mihi tanquam cœlestis exiuit paranimphus.* Meritò comes Tobiæ habetur cœlestis, cuius prouidentia circa sibi commendatum tam longè superat omnes prouidentias humanas, vt quæ nihil faciat deesse alumno suo. Paterna solicitudo circa pecunias tantum versaba-

Luc. 16.

Chrysost.

August.

sabatur, ministri diuini prouidentia, & pecunias, & sponsam, & salutem procurauit, quæ nec à solicito patre somniabantur. Nunquam prouidentia diuina non excedit solicitudines humanas in bonis parandis. Quis non se credat huic prouidentiæ Dei adeò probatæ? Nec Deus vnquam peteret homines à solicitudine necessariorum vacuatos, nisi, & ipse soleret suis alumnis prouidere superabundanter. Matth. 10. aiebat Dominus suis discipulis: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamēta.* Quod notans Tertull. lib. 4. in Marc. ait: *Quis hoc mandasset, nisi qui & coruos alit, & flores agri vestit? Quybono i quoq; terenti libertatem oris ad veniam pabuli ex opere summouendi ante præcepit?* Et quidem boni affatim prouidisset Dominus, si iuberet illi præsepe plenum parari, verum parca videretur sibi diuina prouidentia, nisi totam aream libero ori bouis offerret; vt discamus, quàm superabundanter omnia Dominus suis alumnis parat: à quibus securè quærit, Luc. 22. *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt, nihil.* Fœlix, qui se Deo credit, cui nihil vnquam deerit necessarium; cuius solicitudo à Dei cura longè superabitur, vt dicat Prouerb. 8. *Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me:* Ad quæ D. Bernard. serm. 69. in Cant. *Accelera quantumuis, etiam ipsas anticipa vigilias; inuenies eum, non præuenies. Temere in tali negotio, vel prius aliquid tribuis tibi, vel plus, & magis amat, & ante.* Nunquam non vincimur à Dei pro nobis solicitudine.

Matt. 20.

Tertull.

Luc. 22.

Prou. 8.

D. Bern.

Matth. 6. Nolite ergo solicitì esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirūt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.

§. XXIII.

Paternus Dei amor in hominēs nō permittit aliquid illis boni obuenire, nisi per manus suas.

ESto quod Deus sciat, quibus indigemus, quod omnia per se ipsum possit dari nobis, cur etiam non permittat eadem ex alijs causis solicite ab hominibus perquiri? Pater est, & hominum amator indulgentissimus, & ardentissimus, quo minimè patitur aliquid hominibus obuenire, nisi per manus suas. Sic queritur apud Isaiam capit. 30 *Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum.* Nō queritur, quod fecerint consilium, quod telam ordirentur, sed quod id non factum fuerit per manus Domini ipsius, operante, & laborante ipso Domino, & qualis est hæc Dei querela? Pulchrè D. Chrysost. hom. 3. ad Populum, inquiens: *Talis enim est amantiū consuetudo, omnia amatorum negotia per se fieri volunt, & nihil sine se illos, neque facere, neque dicere.* Quis te vehementer amet, & non ægre ferat, si per se non fiant omnia negotia tua? Sanè amatores tunc gaudent, cum dilectis suis omnem suam operam, & industriam in negotijs impendunt: cum nec minima res dilectorum, nisi per illos agitur, & obtinetur. Hinc Dominus dicebat ad dilectam, Cant. 8. *Pone me vt signaculum supra cor tuum, vt signaculum supra brachium tuum, quia fortis est, vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio.* Adeò Dei charitas, & æmulatio pro hominibus fortis erat supra omnia fortissima, vt non permitteret Deus, quod sponsa aliquid posset cogitare, nec facere, nisi per seipsum, ideo petit poni, vt signaculum in corde, & in brachio, adulterinum reputans negotiū, quod per se non fiat. Ad hæc Theodor. dicebat in præsenti: *Vult ergo Saluator noster, vt eum pro signaculo in actionibus nostris habeamus & notam ipsius in omnibus tum dictis, tum factis imprimamus. Sic enim erunt numismata regia, non adulterina.* Quidquid tibi acquiris, non per Deum, adulterinum est; si vel manu aliquid procuras, vel mente concupiscis, in quo alia, quàm Dei manus appareat, seu Dei inscriptio, adulterinum, id est, & Dei iram prouocare sufficiens. Hinc est illa adulteræ animæ vox apud Oseam, cap. 2. nimirum: *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* Planè adultera, quæ victus, vestituſque negotia, nō per Deum tractat, sed quærit aliud. Quid indè? *Propter hæc,* ait Dominus, *ecce ego sapiā viam tuam spinis, &c.* Quippe qui Deum nō credit, sed solicitus est de victu, & vestitu pluſquam oportet, vias spinis plenas offendit, quibus misere confoditur, perimitur. Sic æmulatur Deus dilectos suos, vt nihil nisi

Iaiſ. 30.

Chryſoſt.

Cant. 8.

Theodor.

Oſeas 2.

nisi à se, & per se gaudeat illis obuenire. Vnde locutus de terra promissionis, ait Exod. 5. *Daboque illam vobis possidendam ego Dominus.* Quæ verba sic ponderat Lyppomanus. *Ego, inquit Dominus. Solus haberi vult, & coli omnipotens. A se vult impetrari, etiam si ad sanctos recurras, omne bonum ipse innocari tanquã pater luminum, & omnium donorum largitor optimus.* Ipse sit, à quo petas, per quem omnia tua negotieris, & eius amori satisfeceris.

Exod. 5.

Lyppom.

§. XXIIII.

Infidelium nobis suspecta sint quæuis opera, ni velimus eorum errores ebibere.

VIctus, vestitusque nimiam solicitudinẽ, vt vitemus, illud efficaciter nobis persuadet, quod Saluator apposuit, nimirũ: *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Et quidem, qui infidelium errores ebibere nolit, caueat, necessum est, & suspectas habeat quascumque illorum viuendi industrias. Israelitę. 1. Reg. 8. sic ad Samuelem clamabant: *Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes.* Videbant omnes infidelium nationes sub regibus florere; & illorum æmulantes politiam, similiter cupiũt habere reges. Quod inde malum? Equidem maximum malum in de ortum est, non vbi gentes æmulantur in suscipiendis regibus, similiter suscipiunt gentium errores; & ad idololatriam deflectunt. Ad hæc respiciens Oseas, cap. 8. fatur: *Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola.* Ex quo reges de gentium more susceperunt, in gentium scelestissimam idòlolatriam deuenerunt. Id quod ponderat D. Gregor. P P. lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. inquiẽs: *Illi quidem contra Domini voluntatem regem petierunt, sed à regia dignitate postea actum est, vt populus, qui Deum ebiecerat, idola coleret, simulacra adoraret.* Sanè nihil malum ex gentibus appetiuere, regalem politiam solum adamarunt in gentibus, quia floridã: quia potentẽ; sed dum solam regiam politam gẽtium accipiunt, simul totam gentium turpitudinẽ, nempe idòlolatriam ebibunt. Vnde sapientissime Tobias iunior, vbi nuptias celebrat, nil magis cauet, quàm gentium coniugia in suo referre, ait enim cap. 8. *Sara exsurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus coniungi, sicut gentes, quæ ignorãt Deum.* Adeò equidem suspecta sint, & inuisa homini fideli, quæcumque ab infideli fiunt, ni velit, dum bona putat æmulari, à malorum barathro absorberi. Paulus 1. ad Cor. 10. monebat: *Fugite ab idolorum cultura*: quæ verba in rem nostrã pulchrè expendit Tert. lib. de corona militis aiens: *Lõgum diuortiũ mandat ab idòlolatria, in nullo proxime agendum. Draco etiam terrenus de longiquo non minui spiritu absorbet alites.* Expende illud, *in nullo proxime agendum*: fugitiuus enim ab vrbe, non solum vrbem, sed & vicina omnia, & vrbanorũ habitum, & linguam suspectam habet, nec se securũ putat, vsque dũ longissime distet, & in nullo appareat vicinus vrbis illius. Si idòlolatriæ fugitiuus, in nullo proxime ad gentes agat, imò longissimum ab illis diuortium instituet: nulli dexteritati, nulli volatui fidat, draco enim terrenus instar reguli halitus veneno alites desuper volantes absumit. Ideo Deuter. 7. locutus Dominus populo suo, sic cauet de gẽtili: *Nec filiam illius accipe filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat Dijs alienis, irascetur furor Domini, & deleuit te cito.* Meritò non permittat Israelitas nubere gentilibus, ne perdantur simul. Pro quo ait D. Cyr. lib. de Ador. 7. *Quoniam vsu venerat fortasse, vt nonnulli ex Israel quibusdã claris viris gentilibus filias despondérent, diuitiarum cupiditate irretiti, ideo grauissimis pœnis subijcit hoc crimẽ: necesse enim erat alienigenæ in matrimonium collocatam, aliam quoq; mentem induere, & dæmonijs cultum exhibere.* Expende illud, *necessum erat*, quasi nequiret idòlolatria non infici, quæ iungeretur marito gentili. Nec miror, quod coniugiã hæc prohibeantur ob imminens periculum; cum videam legitimos coniuges separari, quando vinereæ voluptates mulctãtur dilubio. Ait enim Genes. 6. ad eos, qui arcam intrabant, *Segregamini viri priuatim, & vxores priuatim.* Cur legitimi coniuges segregantur? D. Isid. Pelus. lib. 1. epist. 69. ait: *Per illatas aquas scortatio, & lasciuia mulctatur supplicio. Vos igitur ne labis quidem, ac maculæ expers attingetis cubile.* Et meritò vbi voluptas, & scortatio talia parit supplicia, etiam legitime cauẽtur concubitus, ne draco terrenus etiam longe positas absorbeat volucres, haud omnino dissimiles.

1. Reg. 8.

Oseas 8.

Gregor.

Tob. 8.

1. Cor. 10.

Tertull.

Deut. 7.

Cyrill.

Isid. Pelu.

Matth.6. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi, sufficit diei malitia sua.

§. XXV.

Cœlestia bona præhabita in opus impellunt.

IN primis regnum Dei quærere iubemur, deinde iustitiam eius; cur nō potius quæramus prius iustitiam, hoc est, sanctitatem, meritorum opera, deinde regnum? Qui quærens æstimat regnum apprehendisse, vellet ne amplius laborare, & operari? Vellet quidem, habent enim hoc bona cœlestia, vt etiam præhabita in opus impellant. Iuuenem monebat Dominus apud Lucam, cap. 14. his verbis: *Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesauros in cœlo, & veni, sequere me.* Expende, quando vrgeatur iuuenis ad Dei sequelam, post omnium venditionem, & acquisitionem cœlestium thesaurorum. In primis, vende omnia, habe thesauros in cœlo, tunc veni, & sequere. Bone Deus si venditis omnibus thesauros habet cœlestes, cur non magis iubeatur quiescere, & frui thesauris suis? Absit hoc ab illo, qui thesauros habet cœlestes, nunquam enim magis vrgetur ad opus, quàm post thesauros acceptos. Id quod ponderans D. Ephrem de humilitate comparandà, notat: *Non dixit: & habebis thesauros in cœlis: & deinceps dormi, ac requiesce: sed dixit, & habebis thesaurum in cœlis, & veni sequere me.* Non hi sunt cœlestis thesauri, qui otium influant, sed qui efficacius moueant ad opus. De se aiebat Paul. 2. ad Corint. 12. *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, nescio: siue extra corpus nescio; Deus scit) raptum huiusce modi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusce modi hominem, quoniam raptus est in paradisum.* Sed cur tantus Dei athleta in cœlum raptus est? An vt sese à laboribus subtraheret? An vt cœlestia tenens, stadium, & arenā fastidiret? Imò, vt magis ad laborandum incenderetur, vt ad dolores, & labores duriores inde ardentius prosiliret. Quippe alibi datus Cyrill. Ierosolym. Catech. 14. inquit: *Descendit Paulus iterum, non quod dignus non esset conuersatione cœlesti: sed vt gustatis super cœlestibus honoratus descendens Christum prædicaret, & pro ipso moriens corona martyrij potiretur.* Cœlestia non detinuerunt athletā Christi, sed magis impulerunt in certamina, vt regni cœlestis penetralia tetigit, ardentius descendit ad prœlia suscipienda: nescit otio torpere, qui cœlestia miratus est regna, sed ad labores magis excitatur suscipiēdos. Spō sa lętissima, quod dilecti sui prœsentiam fruetur: quod regem cœlorum secum indissolubili societate haberet, sic exultat Cant. 1. quasi quietem repererit: *lectulus noster floridus.* Quid tunc cœlestis rex? Quid quiescenti sponsæ fugesit? Cant. 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Sponsa quietem lectuli, cœlorum rex agrum meminit, nec fieri potest, quin ad agri labores vocetur, qui secum habet cœlorum regem. Quod sciens D. Bernard. serm. 47. in Cant. ait: *Illa monstrante lectulum, ille vocat ad campum, ad exercitiū prouocat.* Vanè quietem amat, qui cœlestia potitur, qui cœlestem regem secū detinet, à quo nihil prius sentiet, quam voces, quam stimulos, quibus vrgeatur, prouocetur in varia bonorum operum exercitia. Nō te cœlestis rex bonis suis implet, vt dormias, sed vt quod bona cœlestia participes, tot habeas excitatores ad opera iustitiæ.

Luc. 14.

D. Ephr.

2. Cor. 12

Cyr. Ieros.

Cant. 1.

Cant. 2.

D. Bern.

Matth. 7. Nolite iudicare, vt nō iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur nobis.

§. XXVI.

Grauissima vltio est, quæ ad mensuram hominis vindicantis se traditur.

QVis non metuat Deum vindicantem non iuxta iræ suæ, sed iuxta iræ humanæ mensuram? Sanè nunquam Deus horribilior apparet, quam vbi iram minatur iuxta mensuram iræ humanæ. Dauid peccati reus quando pœnam sui sceleris eligere tenetur. 1. Paralypom. 21. ait: *Melius mihi est, vt incī-*

1. Par. 21

incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius, quam in manus hominum. Non refugit flagellum diuinum, sed metuit mensuram vltionis humanæ, & cur minus timet à Deo, quàm ab homine flagellari? D. Ambros. in Psalm. 37. rationem attigit fatus:

Ambros. *Elegit nõ quod à flagello esset immune, sed quod moderatius iudicauit, vt Dei lenitati magis, qui nosci ignoscere, quam hominum se committeret potestati, qui mensuram vltionis frequenter excederent.* Hæc est humanæ iræ mẽsura, quod nullam habeat in vlciscendo mẽsurã; quod immensè sæuiat in eos, quos velit castigare. Si in homine aliquo iræ mensura breuior inuenienda erat, sane in Dauide, qui omniũ humanissimus etiã erga hostes videbatur. Et qualis Dauidis iræ mensura erat? lege Dauidem iratum in Moabitas. 2. Reg. cap. 8.

2. *Reg.* 8. ibi sic habes: *Percussit Moab, & mensus est funiculo eos quans terra, &c.* Ecce tibi qualem funiculum, qualem mensuram percussionis nimirum, qua miseri Moabitæ ita exinanirentur, vt terræ puluerem non excederent, sed funditus perirent. Et qnomodo dici potest, quod tanta calamitas, & humiliatio miserorum habuisset mensuram? Habuit equidem mensuram Dauidis, mensuram hominis irati, cuius proprium est omnes vltiones mensuras excedere, & se se in immensum protendere. Non longè abest Angelomus,

Angelom. apud Glossam fatus: *Non fieri poterat, vt homines in terra degẽtes in tantum humiliarẽtur, vt solo æquales appararent. Sed immensam humiliationem captæ, & oppressæ gentis ostendit.* Ita que funiculus, & mẽsura vltionis à Dauide sumptæ de Moabitis ideo ponitur vt ostendatur immensitas percussionis: ea enim est mẽsura humanæ iræ, quæ sola nõ habet mẽsurã, sed vniuersas mẽsuras excedit. Apoc. 6. in quatuor equitibus calamitates mundi significantur, primus, secundus, & quartus, & sagittas, & gladios, & mortis falcem habent, tertius solam statera refert in manu. In tribus illis bellorum, & interfectionũ calamitates exprimuntur, in hoc sola exprimitur calamitas famis, vt habes apud Viegã nostrũ coment. 4. sect. 4. Sed scire cupis, cur qui habẽt gladiũ, sagittas, falces, statera nõ habeant; & solus qui famen exprimat, stateram ostendit? Fames à solo Deo infertur in mundo, à quo nullũ procedit malũ sine mẽsura, & pondere determinato. Bella autẽ, & mortes ab hominũ furore excitantur, qui nullam sciant mensuram seruare; sed immẽ se aduersus se ipsos commouentur, irritantur. De quo vide supra, lib. 6. cap. 3. §. 41. in medio.

Matth. 7. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

§. XXVII.

Quo sanctior, & purior quis, eo magis à peccatoribus arguitur, corroditur.

QVi trabali peccatorum põdere opprimitur, ecce tibi qualem aliorum maculam notet, & carpat, nõ quidẽ pedum lutum, aut sordes, meminit manuum; sed oculi festucã notat. Qui inter omnes lucidior, & purior instar oculi apparet, is vel de festucis à peccatoribus arguitur, & condemnatur. Multi fuerũt prophetæ in populo Israelitico, fuit Moyses, fuit Elias, fuit Eliseus, inter omnes autem sic Iesus noster Dominus splenduit, vt oculus inter reliquas corporis partes. Fecerunt illi virtutes, propter quas populo gratissimi extiterunt, fecit & virtutes Iesus, & propter illas quanta incurrit iudicia? Quot pertulit accusationes, quæ examina? Lucas c. 10. ait: *Et factũ Sabbato cepit in Synagoga docere, & multi audientes mirabãtur in doctrina eius dicẽtes, vnde huic hæc omnia, & quæ est sapientia, quæ data est illi? Et virtutes tales, quæ per manus eius fiunt?* Legite sacras literas, nullius virtutes inuenietis in examen vocatas, & iuspectas habitas; non arguitur Moyses, quod mare findere; non succensetur Iesus Naue, quod Sabbatis instrueret acies, quarũ vel sonitu corruerent muri, non Samuel arguitur, quod mortuũ suscitaret. Dominus autem noster Iesus, nec vitam cõfert, sine murmuratione, sine examine, cur hæc? Sanè, quia ipse oculus erat patris cæteris omnibus, & purior, & sanctior: Pulchrè D. Chrysol. serm. 49. ait: *Moyses signa fecerat multa, Elias maxima mostrauerat documenta virtutum, nec dissimilia opera fecerat Eliseus,* *Chrysol.*

cur nemo personam discutit? Cur nemo status cõmonet quæstionem? Cur nemo vnde essent, qui ve essent, vnde ista, & per quem facerent curiositate sic requisiuit ingratus? Sed iudicatur hic solus, qui solus iudicare noluit, ne puniret, & cum solus innocens inuenerit omnes reos, ad iudicium pietatis immensæ suscipere maluit, quam rogare sententiam. Qui solus innocens, & sole ipso purior erat Iesus, is omnibus peccatoribus quæstionem facit de puritate: hunc solum relictis alijs vocant in examen, eiusque vitã arguunt, & miracula. Quãdo peccatores nõ sic offendũt in sanctos? Audiui ego aliquos pro sugestu dicentes, qui obliuiscentes luteas peccatorum animas, libidinem halantia sæcularium corda, in Ecclesiæ oculos insiliunt, hoc est, in religiosum aliquem ordinem à Deo in lucem gentium datum, in eoque desiderãt festucas excitare, quas mordeant. Eu quoties ex vano isto conatu in oculorum festucas ostenditur trabalis malitia opprimens animam, ita pro sugestu ob murmurantis. Antiquitus enim insignis virtus nouit sustinere peccatorum contradictionem. Apud Ezechielem, cap. 27. dũ quadripartita Israeliticæ hæreditatis diuisio ostenditur, sic dicitur. *Plaga autem australis meridiana à Thamar, vsque ad aquas contradictionis.* Thamar sonat Hebræis palmam: nec immerito ad easdem Israelis possessionem pertinet palma & contradictio, vbi enim iustus, vt palma floret, non potest deesse peccatorum contradictio, & murmuratio. D. Hieron. ibi: *Incipit ista possessio à Thamar: à palma, videlicet, victoriaque vitiorum, vsque ad aquas contradictionis. Semper enim virtutibus contradicitur.* De impiorum rege diabolo locutus Abacuch, c. 1. ait: *Cibus eius electus*, quasi soli electi, & conspicui virtute viri ab illo appetantur in cibum, & habeat fiduciam, quod influat Iordanis in os suum. Similiter impij aduersus electissimos homines insiliunt, solosque lucidissimos virtutibus viros appetunt, non ad cibũ, sed ad morsum. Quem impetant fumantes Gehennæ titiones, nisi oculum? Quem mordeant, nisi electum rabidi canes? Quid abominentur Ægyptij, nisi Deo accepta sacrificia? Aiebat Moyses Exod. 8. *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro.* Nũquam enim peccatores nõ abominantur, persecũtur quidquid Deo acceptum est, & charum. Apocal. 6. ait Ioann. *Et cum aperuisset sigillum quartũ, audiui vocem quarti animalis, dicentis: veni, & vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eũ nomen illi mors, & infernus sequebatur & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.* Ecce potestas permittitur nocendi, interficiendi; qui erunt, qui primi interficiãtur? Statim subdit: *Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorũ propter verbum Dei &c.* Et quidem vbi mors sæuiebat in mundo, vbi mundiales gladij excitabantur, nemo prius sub illis apparet, quam seruorum Dei agmen. Huc reuoco dicta lib. 12. c. 4. §. 7. Et vix fieri posset, quod iustus ad patriam properans, & terram promissionis aculeos persecutorum non patiatur. Persecutores suos Dauid apibus comparat, Psal. 117. *Circumdederunt me sicut apes:* Cur sicut apes? Quia apes non offendunt, nisi quos viderint mellifico approximare; sic impij eos pungunt, qui approximãt ertræ lactæ, & melle mananti. Hinc Petrus Damian. lib. 2. epist. 8. ait: *Quid mirũ si nos, qui ad terram melle manantem contendimus, apum circumuolantium stimulis laceramur? Ad quã profecto terram festinabat ille, qui dicebat circũdederunt me sicut apes, &c.* Nesciũt apes pungere, nisi euntem ad mella; nesciunt impij percutere, nisi ad promissam patriam properantes.

Exod. 8. Apoc. 6. Psal. 117. Pet. Dam.

§. XXVIII.

Ad primam offensionis vmbram, & si minimam impij insurgunt in virum instum.

QVam antiquum, & inueteratum est impiorum odium aduersus sanctos! Quãdo illos non persecuti sunt propter festucas? Hoc fuit edictum Pharaonis in sanctos Exod. 5. *Palea non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.* Semper trabalis malitia ob paleas, ob festucas afflixit sanctos. Sis oculis lucidior in mundo, sis clarior astris, omnes lumine perfundẽs, ad primam tamen festucæ vmbram, etsi falsam, in te impiorum odia, & iudicia trahes. Queribundus Dominus videns inimicorum calũnias propter salutem datam Sabbatis, sic calumniatores pungebat Ioann. 7. *Vnum opus feci, & omnes miramini, &c.* At non fecit Dominus plusquam vnum opus? Equidem loquebatur de operibus, quæ turbidis oculis inimicorum vmbram offensæ excitare possent, de his autem vnum solum fecit Dominus, nimirum, dum curaret Sabbatis, quo religio ex cessatione operis non necessarij cõstabat. Iesus ergo verus iustitiæ Sol, in cuius pennis sanitas omnium infirmitatum, qui tot quotidie miracula patrabat, qui fulgentissimis

Exod. 5. Ioann.

tissimis beneficijs populum deliniebat, interea hoc vnum fecit opus, quod salutē impertiret in Sabbato, & ob hanc festucæ vmbram rabidissimi statim in illum insurgunt aduersarij. Ad hæc eleganter D. Gaudētius, serm. 12. ad Neophit. ponderans Iesu miracula, nimirum, mortuos suscitatos, infirmos sanatos, dęmones expulsos, hominum millia saturata, pergit. *Sed in cathalogo esto virtutum, adhuc vnum fecerat opus, quod frementi contra se imperito populo Iudæorum, quasi verisimilem sauiendi aditum dedisse videbatur: quod scilicet paraliticū in Sabbato curasset, quod lex Sabbati otium imperasset. Itaq; tanquam violati Sabbati reus insectionem perpetitur Iudæorum.* Sic rabidissimi homines tot miraculorum lumina prætercuntes, vna violati Sabbati vmbra turbantur, & ob hanc festucam aduersus radiantissimum sanitatum iubar vehementer insurgunt. Horum ingenium notans D. Iustin. Mar. aduersus Iudæos, sic inquit: *Muscarum instar ad vlcera concurritis, & aduolatis. Nam si quis de rebus innumerabilibus præclarè dicat, vna autē parua quauis grauia vobis non sit, aut non intellecta; multas præclaras contemnitis, verbum autem vnum corrigitis, idque vt impietatem, & piaculum restituere studetis.* Notissimum est hoc omnium impiorum ingeniū aduersos iustos, in quibus præclarissima multa facinora prætereuntes, ad quēuis siue vlceris, siue maculæ, etsi falsum odorem rabidi prosiliunt. Id quod in se experiebatur: Dauid Psalm. 37. inquiens. *Dū commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.* Non expectant, quod caderent, sed vel ad minimam pedum commotionem prōpti insurgunt. D. Amb. ibi: *Tam prōpti sunt ad insultationis ludibria: vt in commotione pedum meorum, paratam habuerint magni loquentiam.* Dura est cōditio iustorum apud impios, apud quos nec pedē mouere possunt impune; si vel digitum exerant, vehementer vapulant: & calumnias sustinent. Quando enim impius non rigidus censor hominis iusti etiam de minimis?

T. Gaud.

D. Iustin.

Psal. 37.

Ambros.

Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos.

§. XXIX.

Luxuriosi sanctitatis fontes perdunt; inficiunt.

PLacet Maldonatus cum Augustino idem per sanctum, & margaritas, & per canes, & porcos existimans significari: non duo genera sanctitatis à duobus generibus impiorum iubentur separari; sed eadem sanctitas arcenda est, & tota diligentia separanda ab illis hominibus, qui cœno libidū, vt sues voluntantur, & rabido veneno corripiuntur, vt canes. Et quidem vbi quis sese carnalibus libidinibus versat, caninam simul ebibit rabiem, qua nihil vitale sustinet videre, sed rabidus insilit, vt perdat, & inficiat ipsos fontes vitæ, & sanctitatis. Ad hæc D. Chrysost. hom. de Dauide, & Saule, 3. rationem reddens, cur adulteri homines ab Eucharistiæ sancto debeant separari, ait. *Quod delictū his grauius quaeris? Cū se ipsos plane adulterio contaminarint, impudenter, ac more rabiētiū canum, ad sacram hanc mensam irruunt.* Canes vbi rabie aguntur, quicquid vitale vident, dente venenato aggrediuntur, vt similiter perdāt, ac inficiant. Sic qui se libidinis cœno voluntant, cum instar porcorum volutentur, instar rabientium canum inde exsurgunt, & vitalem sanctitatis fontem impetunt, nō vt sanentur ipsi, sed vt totam sanctitatem perdant, & inficiant. Sic à cœno luxuriæ ad sancta accedunt, quasi rabidi canes, vt venenato denter rabiem imprimant, nihilque vitalis sanctitatis relinquant. Quis nesciat consilium Balaam Madianitis datum, Num. 24. ad perdendam totam Israelitici populi sanctitatem? Equidem Israel sanctis potens, à Deo vero protectus sic ridebat Madianitarum exercitus, quasi pugnarent siculneis gladijs. Sēsit perfidus Balaam tātā Israelis virtutē, nō à robore viriū, sed ab assistente Dei sanctitate profectam, quapropter Madianitas monet, vt relicto ferro bella moueat aduersus sanctitatē, adhibitis pulchris puellis, quæ possint in populo sancto libidinū accēdere facem. Proh scelus perfidi vatis, libidinem dum iubet accendi, totam vult perdere; & inficere sanctitatem. Ad hæc D. Chrysol. serm. 27. fatur: *Scandalum populo Israelitico Balaam diuinator obiecit, quando bellatoribus non cum ferratis viris, sed cum puellis toto lenocinio fucatis occurrit: vt arma verteret in luxum, triumphum mutaret in infamiam, & ad summum prophanaret totam de turpitudine sanctitatem.* Sapienter ad perdendam totam sanctitatem luxuriæ virulentam rabiem procurat excitare, hæc enim vbi creuerit, nihil vitale sustinet, quicquid viuidum est, in vitamque æternam salit, populatur. Pro quo monebat Cassiod. lib. 12. variar. 3. *Excludite sanctissimis inter immundos spiritus implacabiles vitiorum furores, violentiam temperate auaritiam*

Chrysost.

Chrysol.

Cassiod.

ritiam depellite: furta remouete, depopulatricem humani generis luxuriam à vestro populo segregate. Bene vocatur luxuria depopulatrix humani generis, vt quæ eam imprimat rabiē, qua nihil vitale queat supportari, sed omnia pertinentia ad vitā siue corporis, siue animę eius æstu exurantur. Libet modo in mediū proferre ex 1. Reg. 5. c. & c. 8. filios Eli, & filios Samuelis, tam hi, quàm illi pessimi fuerunt; filij autem Eli, & sibi, & parenti perniciē attulerūt, à totaque familia sua fecerunt auferri sacerdotium, & sancta; verum filij Samuelis sibi soli intulerunt mala; nullum incōmodum, nullum damnū parenti pepererunt. Cur ergò à filijs Eli tam sæuum ortum fuit malum, vt se, & patrem, & familiā vita, & sacerdotij sanctitate priuarent, & non à filijs Samuelis, quandoquidem tam hi, quam illi pessimi fuerunt? In Samuelis filijs sola auaritia notatur, & iudicij corruptela; in filijs Eli libido, & luxuria efferuescebat, quā mulieres corrūpebant tabernaculi; in quo autē libidinis rabies grassatur, nihil viuidū, nihil sanctū permanere patitur, sed totū sanctitatis genus populatur. Rem attigit Procopius apud Glossam, fatus: *Quare Samuel non fuit pœnas propter scelera filiorum, sicut Eli? Isti in homines iniurioſi, illi in Deum impij fuerunt. Neque enim illi violauerunt matrimonia, nec libidinibus iniuria affecerunt diuinum tabernaculum, neque ventri suo dabant primitias hostiarum. Eos autem solum accusat, quod corrumperentur muneribus.* Sola luxuria est, quæ populatur omne genus, & vniuersam perdit sanctitatem.

1. *Reg.* 5.

Procop.

Matth. 7. Petite, & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur.

§. XXX.

Probatio in laboribus, & pressuris semper antecedit diuina dona.

Si petita dona dabuntur certocertius; cur insuper iubemur quærere, vt inueniamus; pulsare, vt aperiatur nobis? Nonne à pulsatione, & inquisitione liberamur vbi, quod petimus, dabitur nobis? Dabitur equidem petenti Dei donum, sed adhuc quærere, & pulsare indiget, quando donum Dei semper longa probatio in laboribus, & ērūnis antecedit. Ieremias pacis bonum populo suo à Deo obtinuerat, & dum lætus expectat diuinum hoc pacis donum, subito nouum exurgit bellū: furit armatus miles, & miserum populum cædibus, & rapinis diuexat. Quid tūc propheta? Rei nouitate turbatus credit, se fuisse deceptum, & queribūdus, ait, cap. 4. *Ergo ne decepisti populum istum Ieruſalē dicens: pax erit vobis? Et ecce gladius, &c.* Promissionem pacis à Deo factam deceptionem putat, ex eo, quod videt nouum exortū bellū; sed vnde tantus propheta fallaces potuit habere promissiones diuinas? Nondum caluerat propheta diuinorum donorū naturā, quòd semper donū tribulatio, & probatio antecedat; nūquā enim Dei donum, nisi post tempus venit, probatio autē semper est in vicino. Ad hæc D. Hier. ait. *Turbatur propheta, & in se Deum putat esse mētitum nec intelligit, illud multa post tempora repromissum; hoc autem vicino futurum tempore.* Hæc intelligatur in diuinis donis natura, quod donis probatio sit vicinior; quod dum ad dona tendimus, vicinam probationē laborū incurrimus. Quippe is est Dominus, qui ante dona sua longas probationes præmittit. Sæpissimè promiserat Babylonem destruendā, eradicāque penitus fore; hanc destructionē dū expectant Iudæi, victricis Babylonis fornaces, & carceres experiūtur: qualis est ista Babylonis destructio? Deniq; Babylonis destructionem vltimā depingēs Isaias c. 13. ait. *Nec ponet tentoria Arabs, nec requiescent pastores ibi:* quasi dicat Babylonē minimè proteget Christus, nec sancti eius. Sed cur ibi ad toties promissam destructionē venitur, Christus Arabs appellatur? Voluit vates in nomine Arabis conditionem diuinarum promissionem innuere: Arabs enim vespertinum significat: & is est Dominus, à quo dona veniant sera, & vespertina, & nunquam, nisi post reportatum pondus diei, & æstus. Rem pulchrè expendit D. Aelredus, serm. 10. in Isaiam, inquiens: *Nec ponet in Babylone tentoria Arabs, qui interpretatur vespertinus, Christum vtiq; significans, qui quos mane conducet, ad vesperam remunerat. Non enim primum, id est, mane, bonum vinū ponit, & ad vesperam, cum inebriati fuerint, iūc id, quod deterius est, sed semper mane, quod durum est, prærogans, quod dulce, ac iocundum reseruat in vesperam.* Quasi nesciant manicare diuina dona, in vesperū reseruatur, integro

Ierem. 4.

Hieron.

Isai. 13.

Aelred.

die

esse probationi, & labori præmisso, vt etiã post postulata obtenta, post promissionem certissimam petenti oblatam; dum probatio instat, habeat fidelis, quid quærat, & pro quo pulset. Sic Ioseph, sic Dauidi regnum datur à Deo; sed immediatè ad hãc promissionem; ecce Iosephum seruitus premit, Dauidẽ immanis diuexat persecutio. Sic Abraham, sic Noe labores matutini fuerunt dona promissa sera, & vespertina. Cur hæc? D. Machar. hom. 9. rem satis luculenter attingit, & post numeratos prædictos sic finit

Machar. *Hasce occasiones è scripturis attulimus, vt demõstraremus virtutem gratiæ diuinæ homini collatam, & donum sancti Spiritus: quod fidelis anima meretur accipere, non sine tentationibus, & probationibus comparari, dum libera voluntas per omnia afflictionum genera probatur.* Dabitur tibi à Deo, quod bonum petis, veniet absque dubio donum diuinum; sed donum veniet post tempus, probatio in vicino: mane te labor vocabit, vespere munus.

Matth. 7. Aut quis ex vobis homo, quẽ si petierit filius suus panem, nũquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscem petierit nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater cœlestis, &c.

§. XXXI.

A Deo parẽte nostro id semper obtinemus, quod melius, & vtilius nobis est.

PRoh malitia hominum! Hæc nobis pro cibo conciliauit serpentem: hęc lapidem porrexit, ex quo, sudore vultus, & labore panem educeremus. Huius est illa vox: *Dic, vt lapides isti panes fiant*: quasi ex improbo operarum labore filij Dei, & non magis ex regia paradisi hæreditate probaremur. Equidem vbi pater Deus est, nil ab illo in filios etiam adoptionis descendit, quod non melius, & vtilius sit, & paternam hæreditatem

Luc. 15. referat. Ille prodigus, Luc. 15. adhuc male sanus aiebat: *Ibo ad Patrem meum, dicam illi Pater peccaui in cœlum, & coram te, & iam nõ sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Hac mente, hoc proposito venit ad patrem; eius excipitur brachijs, & sic à patre exceptus, dũ patrem orat, nihil de mercenario meminit, solum ait. *Pater peccaui in cœlum, & coram te. Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Hæc dixit, & tacuit. Cur nõ addidit petitionem illam, quam decreuerat, nimirum: fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis? Vbi illum Deus in filium excepit, fecit, ne improba mercenari dona amplius exposcerentur; sed meliora, & perfectiora, vt quæ sola proficisci nouerunt à tanto parente. Ait Beda: *Et pater occurrens, non* Bed. *contentus minora concedere, pristinæ filiorum restituit dignitati, nec iam de mercede cõductoris, sed de hæreditate fecit cogitare parentis.* Cœlestis pater, nec in mentem filiorum permittit venire parua, & improba dona: non contentus est minora concedere, imò studet donis suis, etiam vincere petentium desideria. Notissimæ sunt angustię, in quas deiecerãt seruum Dei decem millia talenta, quæ debebat Domino suo, Matth. 18. Non habens miser vndè solueret, iussus erat vẽderẽ vxorem, & filios, & omnia bona. Quid tunc? Ad genua domini prouoluitur, ibique orat: *Pa* Matt. 18. *tientia habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.* Non dat, quod petitur, sed supra id, quod cogitari poterat à petente, Dominus largitur, à quo sola ea dona descẽdere consueuerunt, quæ vincant etiam cogitationem petentium. D. Chrysost. hom. 28. in Genes. ait: *Vidisti misericordiam Domini?* Chrysos. *Ille procidit, supplicat, orat, vt longius sibi tempus præfiniatur. Longanimis esto in me, inquit, & omnia reddã tibi. Sed bonus Dominus, misericors, nostrique curam agens, supplici benenolens, non solum quantum petiit, sed & quãtũ ne cogitare quidem ausus fuit, dedit.* Bonum erat misero, si induciæ soluendo debito darẽtur, sed bonus Deus non contentus minora concedere, præstantiora, & vtiliora excogitat dona, impertiens omnimodam debiti remissionem. Fœlix, qui nullas alias, nisi parentis tanti ianuas sciat pulsare, ab hoc vno largissima, & præstantissima dona capiet, adeò vt etiam in stuporem tanti largitatis rapiatur. Abacuch, cap. 3. ad huius diuini parentis accedens ianuam, vix orationem instituit, & statim iuxta Septuagintæ lectionem fatur. *Custodiui, & expauit venter* Abac. 3. *meus à voce orationis laborum meorum.* Vix labia in oratione mouit, vix à Deo petit, & petit, & totus pauidus custodias requirit: cur à prima orationis voce, sic pauet, sic anxius requirit custodes? Cur non potius cus-

todes ante orationem requisiuit, vt securius oraret? Sanè ante quam oraret ad patrem inops erat, & prorsus vacuus, nec habebat, pro quo timeret, nec cui custodiam requireret: verum vbi orare cæpit, vbi à cœlesti parenti petiuit aliquid, tantam largitatem expertus est, tam larga, & præstantia dona recepit, vt non dona, sed thesauros vigilantibus draconibus custodiendos se recepisse putaret. Rem attigit D. Chrysol. ser. 68. fatus: *Postea quam diuini muneris sensérat largitatem, custodiuit se, ne latronem, sicut in paradiso sustineret; fit vigilātior, fit solicitior sui iustos, qui cœlestem thesaurū in vasis fictilibus custodiuit.* Chrysol. Non sic dat cœlestis pater, vt communibus vasis possint eius munera claudi, tanta sunt, tam præstantia, tam splendida, vt thesauros cōstituāt, & solicitudinem incutiant, & custodias requirant, quales adhiberi solent custodiendis thesauris.

Matth. 7. Omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & prophetæ.

§. XXXII.

Legum diuinarum obseruantia futurorum bonorum prænuntia est.

ECce vobis duo inseparabiles comites, nimirū lex, & prophetæ; vbicumque lex viget, ibi prophetia est, quæ bona annū tiet futura. Prou. 16. aiebat: *Diuinatio in labijs regis*, vbi noster legis, *diuinatio*, posuit Lyra: *sacrarum legum lectio*, quasi in sacrarū legum lectione, & obseruatione, diuinari certo possint futura bona. Ad hæc elegāter D. Basil. in c. 8. Isaiæ, fatur: *Vis certo persuaderi, quæ sint futura? Prouide sedulo, vt quæ tibi lex præscripsit, opere expleas diligēter, & certus operitor iucundissimam fruitionem repositorum tibi bonorum.* Basil. Legibus obseruandis dum studueris, futuræ fælicitatis certissimū prognosticum refers: nullus tripos, nulla sibilla certius tibi prædicet futura bona, quā assidua obseruātia sacrarum legum. Oseas cap. 10. iuxta lectionem Septuag. ait: *Seminate vobis ad iustitiam, vindemiate ad fructū vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis.* Oseas 10. Iubet in primis operam dari iustitiæ acquirendæ, nimirum, regi adimplendæ, quo supposito, sic lumen cognitionis illuminabitur, vt pertingat futura bona. Ad hæc Chaldæus, ait: *Domus Israel agite vobis opera bona, ambulate per viam iustitiæ, stabilite vobis doctrinā legis, ecce omni tempore propheta dicū vobis. Recipite vos ad timorem Domini: nunc enim reuelabitur, &c.* Chald. Expende illud, *nunc enim reuelabitur*, nimirum, nunc, quādo agatis opera bona, quādo ambuletis per viam iustitiæ, quando doctrinā legis seruetis, nunc apparebit, nunc reuelabitur, quod prophetæ dicebant; semper enim apertissima est, & clara prophetia de futuris bonis in operibus legis fundata. Et quo manifestius Theophylactus explicat prædicta verba aiens. *Accendite vobis lumen cognitionis, qui legi assidetis futurorum bonorū vmbram habenti.* Theoph. Futura bona latent in vmbra legis, sicut splendor luminis sub nigris carbonibus; accedit quis ad carbones, exsuflat, & flamma accenditur, quæ omnia obscura manifestat. Sic qui assident legi obseruandæ, ex illa lumē cognitionis accendūt, quo futura bona, quasi in vicino, & aperto intuetur. Abraham accepit à Deo legē immolandi filium; & dum legem obseruat, dū iuxta præceptū Dei sacrificium peragit, semel, & ter futuras fœlicitates prophetat. Ad filium dicit, c. 27. Genes. *Dominus prouidebit sibi victimam*: ad seruos loquitur: *Ego, & puer illuc vsque properantes postquam adorauerimus reuertemur ad vos.* Genes. 27. Vndè Abrahā tanta tibi præsumis bona, quod Isaac nō cadet, sed tecum reuersurus sit? Occidere illum decernis, & tamen de incolumitate eius agis? Sic mentiri licet viro bono? Non mentitur, sed prophetat; nec in annuntiandis bonis, potest inueniri mendax, cui patrocinatur tanta obseruatio diuinæ legis. D. Ephrem in Iona prophet. ait: *Abrahā cum putaretur mētiri, prophetauit; non tamen mēdax erat; quoniā veritatis patrocinium gerebat.* D. Ephr. Equidem patrocinium veritatis gerebat, dum tanto incumbit præcepto obseruando, qui enim legis diuinæ obseruatione nititur, non inuenietur mendax, licet omnimodam sibi fælicitatem prophetet. Opera tua circa virtutes acquirendas, & vitia depellenda sunt, quæ certo certius tibi annuntient bona. An Dauid pusīo aliquando propheta? Attamen 1. Reg. 17. dum pro patrijs legibus descendit in arenam, sic ait: *Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israel, quibus exprobasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, &c.* 1. Reg. 17 Vndè tanta sibi prophetaret bona, nisi manus cōsereret, cum aduersario legis? Vbi huc aggreditur oraculum sit sibi iam venientium bonorum. Theodoretus, q. 40. *Os quidem* Theod. *fun-*

fundit oracula: manus autem se fortiter gerit, & lapide perimit alienigenam. Non antea, sed cũ hostem legis in acie perimit, oracula veniẽtium bonorum fundit: sic tu, dum hostes legis diuinæ perimis, dum vitia calcas, dũ pro lege seruanda stas in acie, bona tibi poteris prophetare ingentia. Apud Ionam cap. 3. hoc personabat in Niniue decretum: *Conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & nõ peribimus?* Dominus dicit, illos perituros, illi autem dicunt sententiam Dei reuocandam, quo fundamento hæc possunt prænunciare? D. Ephrem ibi: *Hæc porro Niniuitæ, nec opinantes prophetabant, & quidẽ pro phetæ erant veritatis, nam pœnitentia prophetas eos fecerat.* Vbi leges diuinas antea fractas pœnitentia redintegrabat, iam fundamentum erat, quo possint de illis hominibus bona prophetari. Semper enim legis diuinę obseruantia prænuntia est venturæ fęlicitatis, Petrus videns è naui Iesum ambulantem super maria cupidus, se pedibus eius obuoluere, ait Matth. 14. *Domine, si tu es, iube me venire ad te.* Quæ verba premens Paschasius lib. 7. in Matth. ait. *Quod ex omnium consistentiũ numero solus Petrus, iuberi sibi super aquas ambulare, vt ad Dominum veniat, precatur, feruor est amoris, & fortitudo fidei, & præsagiũ futurorum.* Et meritò in tãto feruore virtutũ, quid Petro euenturum sic fælicitatis præsagit.

Ioann. 3.

D. Ephr.

Matt. 14.

Paschas.

§. XXXIII.

Sacræ Scripturæ non, nisi fractæ, & laceræ ad inusitata, & paradoxa dogmata veniunt.

QVod dogma clarius, & vulgatius tradi potuit, quàm id, quòd in præsenti traditur à Domino, nimirum. *Quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis?* Hoc quippe notissimum, & vulgatissimum est ad mores humanos componendos dogma. Et pro huius cõmendatione Dominus, inquit. *Hæc est enim lex, & prophetæ:* quasi diceret, quod ad illud vulgatissimum dogma spectant integræ prophetarũ, & legis scripturæ. Et quidẽ ad cõmunia, & nota virtutũ dogmata totæ Scripturæ sacræ integræ veniunt, ad inusitata, & peregrina, & paradoxa non, nisi cõfractæ, & lacerè cõcurrunt sacræ Scripturæ. Spectate celebrẽ illum, & cãtatissimũ Ezechielis currum, cap. 1. de illo dicitur: *Cum ambulabãt animalia, ambulabãt pariter rotæ iuxta ea.* Ambulant animalia, dũ in virtutum acquisitione laborãt homines, sed quæ sunt rotę pariter ambulantes? Sunt Scripturæ sacræ testimonia, quæ gressus nostros cofirmant, & nos in virtutũ vijs faciũt ambulare. Quo supposito expẽdendum eit, quod rotæ pariter dicuntur ambulare, solũ cum animalia ambulant, verũ vbi necessum est, quod animalia non ambulent, sed saltẽt propter viarũ asperitates, ibi, quid facerent rotæ? Fallar si tunc rotæ sequi possent animalia, nisi confractæ. Dũ gradimur per cõmunes virtutum calles, per nota morũ dogmata, pariter nobiscũ gradiuntur sacræ Scripturæ, vbi autẽ ad inusitata, & auia profilimus ostentationis gratia: tunc minime nos sequuntur testimonia scripturæ, nisi confractæ, & laceræ. Rem attigit eleganter Drogo Hostiensis lib. 1. de Pass. fatus: *Si vita nostra proficeret, rota sanctæ scripturæ nobiscum ambularet: sed quia per paludes, & saxa pedibus euntes offendimus, vix rotæ nos sequũtur.* Et quis auriga è saxosis, & asperis vijs potuit eripere aliud, quam rotas fractas? Quàm vel rotæ vel temonis frustrum? Cõueniant hũc luxurantia iuuenum ingenia, quæ notas fastidiẽtia vias, insuetas, & peregrinas, & paradoxas propositiones mille plenas asperitatibus meditantur, in hoc gloriãtes, quod per has difficultates fragmenta quædam, & laceras particulas scripturæ sequẽtes habẽt. Hoc laborabat morbo ille, quem sapienter mordet D. Hieron. in Apologet. ad Domnionẽ, aiens: *Voluit vir eruditissimus, vt veteranus miles vno ictu gladij percutere vtrumq; , & ostẽdere populis, quod quicquid ipse velit, hoc scriptura sentiret.* Vtinam vsque ad hæc tempora vana ista ostentatio, non peruenisset, qua nonnulli, vt se populis ostendant, ostẽdunt, quod quidquid ipsi volunt, hoc sentit scriptura, peregrinis, & paradoxis suis excogitationibus facientes sacras paginas seruire. Quinta hoc corruptela, & fractione scripturæ? Et quãto temporis dãnũ, & audi torum? Rẽ adhuc pulchrè exẽplo exprimit D. Ephrẽ, de virtute, c. 8. inquiẽs. *Quomodo si quis Regis imaginem bonã, fabricatã diligenter ex gemmis pretiosis à sapiente artifice soluens subiacentem hominis figurã, transferat gemmas illas, & reformans faciat ex his formam canis, vel vulpeculæ, & hanc male dispositã, dein confirmet, & dicat, hanc esse illam Regis imaginem bonam, quam sapiens artifex fabricauit ostẽdẽs gemmas, quæ bene quidem à primo artifice in regis imagine compositæ erant, male verò à posteriore in canis, figurã trãslatæ sunt: & per gẽmarũ phãtasiã decipiat idiotas, quid cõprehẽsionẽ erga*

Ezech. 1.

Drog.

Hieron.

D. Ephr.

lis forma non habent, & suadeat hanc turpem vulpeculæ figuræ illam esse præclaram regis imaginem. Eoaē modo: & hi aniculārū fabulas assumentes, post deinde sermones, & dictiones, & parabolas hinc inde auellentes, vt aptare volūt fabulis suis eloquia Dei. Hæc ille, & verè, & pulcherrimè dixit, in eos, qui ineptis phātasmatibus suis sacram paginam faciunt seruire.

Matth. 7. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inuenerunt eam.

§. XXXIIII.

Quo quis pauperior, & aptior ad regnum cælorum.

QVis per angustam cœli portam intrabit, nisi ille, qui nudus omnium bonorum temporalium accesserit? Qui amplissimis onustus bonis venerit, minime per angustam portā intrare poterit, nisi prius bona abiecerit, & se nudauerit, & quo nudior, & pauperior in affectu fuerit, eo certiorem habebit ingressum. Vocaturus Dominus homines ad Regna cœlorum, Matth. 4. *Vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, & Andræam fratrem eius mitentes retè in mare.* Insuper post pauca procedēs indes, *Vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorum reficientes retia sua.* Ecce quos vocat Dominus; nimirum, quos fratres videt, parili sub labore, & egestate. Viderat ante Andræam sine Petro fratre, & nōdum illū vocat, modo videt cum fratre, & statim vocat. Cur nō antea vocabas Domine? Si pauperes quærebas, qui ad cœlestem cœnam ire compellerentur, nonne Andræas tibi astitit, & Ioannes forsan eius comes; pauperrimi ambo viri, cur tunc non vocas eos, sed cum vtrumque vides cum fratre suo? Vt in vtroque ex adiūcto sibi fratre maior appareret paupertas, quæ aptior esset ad angustam cœli viam terendam. Acutè D. Chrysol. serm. 28. ait: *Vocantur Petrus, & Andræas, Iacobus, & Ioānes germanitas combinata, imò cōgeminata paupertas.* Pauper erat Andræas, pauper Ioānes, sed cū vterque secū fratrem, etiam pauperē ostendit, proculdubio cōgeminatur in vtroque paupertas; nec iam distulit Dominus vocare eos, vt qui apti essent, vt ab angusta cœli porta caperentur. Meritò aiebat Oseas, cap. 2. *Dabo eis vallem Achor ad aperiendam spem.* Theophylactus hic meminit historiā ex Iesu Naue, quando Achor furatus lineā auream de bonis Iericò luit pœnas à Deo inflictas; id quod ob oculos ponere quis debet, & ita se componere, vt ex bonis mūdialibus nihil sibi abscondat in corde, nec auri lineam, nec vestem, quo spē habebit intrādi cœlū. *Ad aperiendam spem*, alij legunt, *ad ostiū spei*, alij ex Hebræo, *ad filium spei*: Quid est ad filium spei? Nimirum, vt abrenuntiatione rerum temporaliū sic homo extenuetur, vt iam non instar cameli, sed instar fili ad foramen acus, sicad angustā portam regni cœlestis abcedat. Do D. Gaudentiū, serm. 18. sic dicentem. *Expeditos quærit Dominus, ac tenues: & vt filo gracili similes, qui etiam per foramen illius mistica acus facile transeant, spirituales effecti.* Quādo cœli porta instar foraminis acus est, ille spē intreūdi poterit habere, qui instar fili sese extenauerit. Sic mūdialia omnia bona à corde suo abijcjat, vt extenuatus instar fili, nullas portæ angustias metuat, sed speret intrare, etiam si porta ad foraminis acus similitudinē angustetur. Et quidē si extenuatos non solū excipit, sed & diligit, & amplectitur porta illa cœlestis: ait enim D. Ephren, de Agone Spirituali. *Illos porta illa diligit, atq; amplectitur, qui diuitijs extenuati sunt, & voluntaria paupertate afflicti; ac se ipsos præparārunt, vt immortalem videant sponsum, & possideant regna cœlorum.* Nec crediderim maiorem fœlicitatem accidere homini posse, quam diligi ab illa porta quæ tam multos excludit, & rarissimos excipit. Quod si scire cupis, qualiter angusta cœli porta diligat, & amplectatur extenuatos, audi illam Matth. 25. dicentē: *Quod fecistis vni ex minimis istis fratribus meis, mihi fecistis*, pauperculos, & famelicos fratres suos vocat, quid amantius, quam vocare eos fratres? Et quid glorioſius, quam vocari fratrē Iesu, eo ipso tempore, quando portæ alijs in numeris etiam pulsantibus cladduntur? Rem ponderat D. Ephrem in eos, qui in Christo dormierunt, dicens: *Quis porro dignus, quis ita fœlix in illa erit hora, quando cūcti exhorrescent, ac cōtremiscent Angeli, & homines: vt tūc nominari mereatur frater Christi? Quā multis tibi istud thesauris erit potius? Quam multis opibus, quā multis coronis vox illa excelsior, atque præstātior?* Quod vbi ianua cœlestis clausa excludat, vt ignotos multos ad illā pulsantes, & clamātes, aperi nobis, tu vt frater agnoscaris, & ameris, nōne hoc omnib⁹ mundi thesauris

Matth. 4.

Chrysol.

Oseas, 2.

Gaudent.

D. Ephr.

Matt. 25.

D. Ephr.

sauris pretiosus est? Verè stultus est, qui omni auro, qui vniuersis mundialibus bonis, hoc vnum non emit, nimirum, quod vocetur frater, & ametur à cœlesti porta, eo tempore, quo innumeris alijs clauditur, & eos, vt ignotos à se abigit.

§. XXXV.

Ampliſsimam ad perditionem aperit voraginem multorum ruentium exemplum.

CVr perditionis porta lata non erit, siquidem multi intrant per eam? Plane vbi multorum ruentium exemplum adest, ampliſsima aperitur perditionis vorago. Ba-
Baruch 6. ruch. cap. 6. sic præmonebat suos. *Videbitis in Babylone Deos aureos, & argenteos, & lapideos in humeris portari ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne, & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. Visa autē turba de retro, & ab ante adorantes, dicite, &c.* Quæ monita sic cōponit Ter-
Tertull. tul. aduersus Gnosticos, inquiēs. *Cauete igitur, ne, & vos consimiles sitis Allophylis, & timore capiamini dū aspicitis turbas adorantes retro eos, & ante.* Et merito iubemur metuere aspectum turbarum ruentium turmatim in illicitum. Summa enim perditionis vorago exemplum multitudinis. Audisti exercitū Israelis à Saule adiuratum, ne panem gusta-
ret, donec victoriam potiretur. Quid tunc?
1. Reg. 14 Ait Textus. 1. Reg. 14. *Et non manducauit vniuersus populus eius.* Res mira? Sed accipe aliud, quod mirere magis: legunt ibi Septuag. *Non gustauit vniuersus populus panem, & omnis terra prandebat.* Omnis terra prandit, & vnus Israelita ieiunat? Pulchrè D. Chry-
Chrysost. sost. hom. 14. ad populum, ait stupens. *Vidisti, quanta vorago? Nam & fames, & labor, & tempus (omnis enim, inquit, terra prādebat) tūc ad præuaricationem impellebat.* Multitudinis prandium ingentem voraginem aperiebat, qua ieunia Israelitæ ablorberentur. Quis ieunet vniuersi alijs prandentibus? Sanè hic est primogenitus naturæ nostræ error, quod erranti multitudini assimiletur. Cāt.
Cant. 1. 1. *Si ignoras te ò pulcherrima mulierū, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum*: non solum egredi, sed & simul abire post vestigia gregum dicitur, quasi nil prius faciat, qui à Deo egreditur, quam multitudinis vestigijs subiacere, seque prorsus illi conformare, &
Ezech. 7. assimilare. Apud Ezech. c. 7. de ciuitate Ierosolyma locutus Dominus, ait. *Quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate.* Cur ciuitas plena iniquitate? Quia vniuersus orbis terrarum plenus erat sanguinum: quasi necessum fuit ciuitatem multitudini assimilari, in peccatis. Sic ex-
Theodor. plicat Theodoretus, fatus: *Similis est multitudo scelerum ciuitatis, multitudini orbem terrarū incolenti.* Mirum erit, si multitudinis vitia nō ebibas, si quod in se habeat multitudo malum, in te nō transeat. Caue ergo tibi à multitudine. Trāseuntem dominum compellabāt duo cœci, Matth. 21. iuxta viam sedē-
Matt. 21. tes: *Turba autem increpabat eos, vt tacerent*, infelices illi, si turbæ crederent, si multitudini increpantium se conformarent, proculdubio non accepissent sanitatem. Huius occasione D. Aug. serm. 18. de verbis Domini sic monebat. *Turba ipsa, quæ cum Domino est,*
Augusti. *compescebat clamorem, prohibet clamantes, clament illi, nec deficiant, neque ducantur, quasi auctoritate turbarum. Non dicam, quomodo isti viuunt tam multi, sic viuamus. Quare vis viuere secundum increpationem, turba prohibentis, & non secūdum vestigia Domini transeuntis?* Magnum erit, si te non rapiat turbarum auctoritas. Qui auctoritate multitudinis non flecti-
tur, is apud Deum multus est. Quando omnis corruperat viā suam, vnus Noe inuenitur iustus in generatione sua: & cum viueret sæ carnis venit perditio; vnus Noe inuenit viam salutis. Cur bone Deus vniuersas gentes perditurus sic studes, Noemum à perditione excipere? D. Hieron. 2. ad Demetriadem, ait: *Noe sanctitas eo magis admirabilis,*
Hieron. *quod toto prorsus à iustitia declinanti mundo solus iustus inuētus est, nec ab alio sanctitatis quæ sinit exemplum, sed ipse præbuit. Et ideo totius orbis imminente naufragio solus ex omnibus meruit audire, intra tu, & domus tua in arcam.* Salutem habet, qui potuit non ferri à multitudine. De quo supra lib. 4. cap. 5. §. 15.

Matth. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos, &c.

§. XXXVI.

Mendacium quæuis scelera, & facinora parit.

SApienter iubētur cauēri prophetę falsi, in quibus & rapacitas, & rabies luporū per opera manifestabitur; & quod facin⁹ nō veniet ab homine fallaci, & mēdaci? Sanè mē-

dacio pa-

pater est omnium grauissimorum scelerũ. Vt diabolus atrocium delictorum ingẽtem messem in mundo præpararet, nullũ prius semen apposuit, quam mendaciũ: ait enim: *Gen.* *Nequaquã moriemini, eritis sicut dij.* Cur pessi me tam aperte mentiris? Cur ad perdendũ mundũ incipis à mẽdacio? Cur prius doces mentiri, & falsis vti verbis, & nõ potius gra uiora alia crimina propinas, & ostẽdis, quorũ vel halitu hominũ genus perdatur? Pulchre *D. Leo.* D. Leo, serm. 4. de Eleemos. ait: *Incentor ille, auctorq; peccati, primum superbus, vt caderet, deinde inuidus, vt noceret, quia in veritate non stetit, totam vim suam in mendacio collocauit, omniaq; deceptionum genera de hoc venenatissimo artis suæ fonte produxit, vt ab illo bono, quod ipse propria elatione perdiderat, spem humanæ deuotionis excluderet.* Expende ab illis verbis, *totam vim suam in mẽdacio collocauit. &c.* quasi mendaciũ aptius inueniretur instrumentum, quod diabolicam omnem malitiam hominum generi imprimeret, nihilque tam execrabile, tam diabolicum inueniretur, quod à venenatissimo mẽdacij fonte non posset oriri. Caluerat mendacij virus *D. Ephr.* D. Ephrem de virtutibus, & vitijs, aiens: *Quis hominem mendacem nõ deploret? Cor quidẽ habet audax sed pertusum: nouit organo lingua sua domos bene instítutas subuertere. Aggreditur facinora, seque eorundem auctorem dissimulat. Versutus, ac versipellis est homo mẽdax. Nullum est hoc maius animi vulnus, nullumq; eo dedecus grauius.* Mitto alia in homine mẽdaci notata, & illud in præsenti examino, nimirum: *Aggreditur facinora:* quippe nullum facinus, nullum scelus est, quod timeri non possit ab homine mendaci: imò mendaciũ est, quod maximis criminibus patefacit aditum. Aliquando asserebat Paulus. 1. ad Ti- *1. Tim. 6.* moth. cap. 6. *Radix omniũ malorum, est cupiditas: quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Cupiditas trahit homines ad immanissima scelera, ad fidei negationẽ, ad idòlolatriam: sed scire cupis quomodo cupiditas, siue auaritia, quæ non est in se omnium pessima, possit ad illa scelerum culmina homines trãsmittere. An id præstat ipsa cupiditas per se, an per instrumentum aliquod? Equidem non posset cupiditas homines in tanta crimina deducere, nisi ministrum haberet mendaciũ: adest mendacium ministrans cupiditati, & immania illa crimina generantur. Do *Tertull.* Tertul. lib. de Idòlolatria, vbi ait: *Si cætera dilectorum recogitemus, in primis cupiditatem radicẽ omniũ malorum, qua quidã irretiti circa fidẽ naufragiũ sunt passi, quamuis & idòlolatria ab eodẽ Apostolo dicta sit cupiditas, tamen mẽdaciũ cupiditatis ministrũ.* Quippè Tertul lianũ pigebat cupiditatẽ facere criminũ, & idòlolatriæ fontẽ, nisi attribueret illi ministrũ aptũ, nimirũ, mendacium. Qui enim se mendacijs assuescit, nullũ non patrabit facinus, & fidẽ, & Deũ abnegabit. Et fallar, si Deus esse possit in homine mendaci, quin mille inde lethalibus telis depellatur: quandoquidem mendax homo, ad lethalia facile trahitur Iob cap. 20. aiebat: *Quia donec su-* *Iob. 20.* *pererit halitus in me, spiritus Dei in naribus meis non loquẽtur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium*: hoc sumit Iob pro signo sibi assistentis spiritus Dei, nimirũ, quod nullũ in ore suo inueniatur mendacium, in eo quippe inuenitur Deus, in quo non inuenitur mendaciũ: labia enim mendacia Dei spiritũ abire facit. Ad hæc S. Antiochus, hom. 66. de veritate, ait: *Necesse igi-* *S. Antioc.* *tur sit, ex hominis ore nullum effundi sermonem, qui non veritate omnimoda nitatur, vt spiritus ille veritatis, qui idem Deus est, intelligatur in hac etiam nunc carne sibi delegisse domicilium. Quotquot igitur semet irretiunt mendaciorũ funiculis, frustrantur, & eludunt Dominũ.* Pulchrè non dixit excludunt Dominũ, sed frustrantur, quia mendacia labia per se immediatè Deũ non excludunt ab anima, sed cũ impediant diuinas operationes; euenit, vt spiritus Dei frustra sit in homine mendaci, & ideo permittat crimina alia venire lethalia, quibus necessum sit, vt inde Deus abeat. Etenim si nihil frustra in natura, multo minus in gratia.

Matth. 7. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit, &c.

§. XXXVII.

Non linguæ solius clamor, sed verum pœnitentiæ opus auditur ab auctore salutis nostræ.

CVr verba miser multiplicas clamãs ad Dominũ? Exere opus, junge lacrymas, siue alia virtutum opera, & exaudieris, is est enim Saluator, qui nõ simplicia verba, sed & pœnitẽtię opus exaudire solet. Qui salutẽ à Domino consecuti sunt, & regnum cœlo

rum

rum intrarunt, exaudiuntur à Ioanne, Apocal. 19. Et qualis erat eorum vox? Ipse ait:

Apoc. 19. *Audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocē aquarum multarum dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus.* Qualis ista vox aquarum in cœlo? Cur non potius vox citharizantium auditur ibi, quàm vox aquarum? An adhuc suspensa erant organa, & citharæ in salicibus iuxta flumina: vt solum aquarum fluctus audirentur? Papæ, vox illa erat omnium hominum, qui cœlorum regnum tenebat, in his autem non vox nuda, & simplex, sed opus pœnitentiæ, & lacrymarum exaudiri valet. Pulchrè D. Augustinus ser. 226 de tempore, ait: *Sufficit auribus Dei imber oculorum, fletus citius audis, quàm voces.* Non equidem, qui citharæ instar sonos edit simplices, sed qui vera pœnitentiæ opera, veras lacrymas exerit, is in regnum cœlorum intrabit, & is exaudietur, cum primum pulsauerit. Alij canāt Dei laudes in timpanis bene sonantibus, dicentes; Domine, Domine: Tu operare pœnitentiam, lacrymas educ, instar aquarum multarum; & vocem habes à Deo exaudiendam; & vocem habes regnātium cum Deo: & vocem habes, quę iudicē flectat iratum. Sapientissima Æsther, vt irā flecteret Assueri, hæc poscebat à Deo, cap.

Æsth. 14. 14. *Tribue sermonem compositum in ore meo, in conspectu leonis, & transfert cor illius, &c.* Meritò sermonem compositum petit, quasi simplicia verba haberentur inania, & vacua ad impetrandum. Et quidem vbi compositio requiritur, aliud procuratur adiunctum, ex quo resultet compositum quoddam longe, quàm simplicia efficacius. Sed qualem compositionē optabat Æsther in sermone suo: vel ex quo poterat sermo componi adeò efficax, vt leonina præcordia frangeret? Explicatur id cap. 15. vbi regina corā rege astat: *Cumque eleuasset faciem, & ardentius oculis furorem pectoris iudicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato lassum super ancillulam reclinauit caput. Conuertitq; Deus spiritum regis, &c.* Ecce tibi, quid petit Æsther, & quid habet cum regi irato astat: ipsa petit sibi dari sermonem compositum in conspectu leonis; cum autem ibi adest, muta præ timore corruit exanimis: bone Deus, vbi est ille sermo requisitus à bona regina? Ipsa à te petebat, vt verba faceret in conspectu leonis, & pro verbis, tu illi præbes deliquiū, quod patitur, quo premitur, hiccinè sunt sermones cōpositi, & efficacissimi? Planè, vt leonina præcordia flectas, nil possunt simplicia verba; cōponatur sermo ex verbis, & operibus, & sic cōpositus sermo, fallar, si repulsam à Deo patiatur in postulatis. Virgines illæ fatuæ, Matth. 25. nō habentes oleū secū, eiurunt emere illud, & reuertētes ad fores Spō si incipiunt pulsare frustra dicentes: *Domine, Domine, aperi nobis:* sed notandū, quod licet dicantur iuisse emere oleū, cum redeūt, nō dicūtur redire cū empto oleo, sed solum dicūtur clamare; curergo cū frustra clamāt, non dicūtur oleū afferre, illoque habere lāpades ornatas? Equidē nō afferebant oleū: si enim verbis oleū adiungerent, etiā in illa hora nequirent repudiari. Adhæc D. Paschas. ibi: *Ne habentibus oleū, vel in extremo ornantibus lampades suas diceret, nescio vos, quæ estis. Nec enim scribitur, quod cū lāpadibus ornatis venerint, quia nescio, si fieri posset, vt vnquam diceret, nescio vos.* Incredibili videtur, quod posit repelli ille, qui verbis adiungit oleū operationis, qui nō simplicia facit verba, sed ex clamoribus, & operibus cōpositum sermonem habet in conspectu leonis: quippe irati Dei præcordia maximè flectūtur sic composito sermone.

Matt. 25

Paschas.

Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis. Quia nunquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.

§. XXXVIII.

Qui spiritu Christi caret, sola sublimia respicit, nihil humile, & imum.

D. Chrysost. homil. 19. in Matth. notat, quod fateātur isti se in nomine Christi prophetasse, & dæmonia eiecisse, in nomine, inquiunt, non in spiritu Christi, quem nunquā in se habere curarūt. Et quā manifestè patet illos caruisse Christi spiritu, quā doquidē sola sublimia, & splendida facinora meminerūt, nimirū, quod prophetarint, quod dæmonia eijcerint, quod miracula patrarint: vtinam, & his adderēt alia humilia, & abiecta virtutum opera: sed qui carent Christi spiritu sola sublimia: nihil spectant humile, & infimum. Esaiæ, cap. 7. dicitur ad Achaz: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sine in excelsum supra.* Isai. 7.

pra. Et dixit Achaz: Non petã. Cur sic impro bus rex signum à Deo refugit petere? Cur nõ magis amat fieri sibi signa, & mirabilia? Offerebatur illi signũ in quo, & excelsa, & profunda cõiungeret: sed improbus sola ex celsa vellet, & sublimia, profunda, & ima il lis minime posse credit coniũgi. Acutè D. Bern. serm. 2. in Cãt. *Hoc signum pacis prophe ta regi Achaz proponebat petẽdũ à Domino Deo suo, siue in excelso supra, siue in inferno deorsum. Sed impius rex recusauit, nõ credens miser, quod in signo hoc ima summis sociãda essent.* Vbi sum mis, & excelsis infirma, & abiecta sociandа sunt, maximè refugit quisquis nõ habet spi- ritum Christi, in quo maximè cõiunguntur splendidis obscura, pretiosis vilia, abiecta, & humilia summis. Ideo monebat Paul. 1. ad Timot. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe nõ sublime sapere*: quasi hoc solum sit proprium diuitum mundialiũ, quod semper sublimia sapiant, quod non nisi in altis, & excelsis sa- porem inueniant vllum. Sed qui sunt hi diui- tes sæculares? Equidem hi sunt, qui nõ ha bent spiritum Christi; qui alieni sunt ab il- lis, quibus præsidet Christus. Aiebat nam- que D. Anselm. ibi: *Nõ adderet huius sæculi, nisi essent, & alij diuites, qui non sunt huius sæculi. Ipsi sunt enim, quorum princeps? & caput est ille, de quo dictum est; propter vos egenus factus est, cum dives esset, vt illius inopia diuites essetis.* Itaque cum diuites sint in Christo, & diuites in sæculo, solum putat Paulus moneri debe ri sæculi diuites, ne sublime sapiant: ne alta semper meditentur, & excelsa; quia qui in Christo diuites sunt, hoc etiam de spiritu Christi habent, vt humilia, & abiecta am- plectantur. Quippe nihil prius à Dei spiritu discit quispiam, quàm prosterni, & humilia- ri. Compone modo Pastores venientes ad Christi nati stabulum, item & Magos: pasto res dicuntur venisse festinantes, Luc. 2. *Et inuenerunt Mariam, & Ioseph, & Infantem po situm in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, &c.* De Magis autem dicitur Matth. 2. *Inuenerũt puerum, & Mariam matrem eius, & procidentes adorauerunt eum, &c.* Magi vix puerum vident, & statim humi procum bentes sese ad eius inuoluũt pedes, nil tale pastores agunt; cur ergo pastores nõ se pro- sternunt ad Iesu pedes, quod faciunt Magi? Pastores imbuerat Angelus, Magos ipse Dei spiritus informarat; spiritus autem Dei nil prius docet, quam prosterni, & ad terram vsque humiliari. Pulchrè Rupert. lib. 2. in Matth. cap. 3. ait: *Vide, quanta sit differentia in modo discendi, quãtum distet inter eruditionem illius, qui per Angelum, siue per hominem, & il- lius qui per solam Spiritus sancti reuelationẽ me retur erudiri. Pastores itaque Iudæi, qui erant vigilantes per Angelum natum sibi esse Saluato rem didicerunt, & tamen nõ adeò docti fuerunt, vt procidentes adorarent. Isti primitiæ gentium, neque per hominem docti, neque per Angelum, sed per Spiritum sanctum procidentes adorarũt.* Qui Dei spiritu informati erant, non potue runt nõ sese ad ima deijcere, & vilia, & ab- iecta stabuli amplexari, quo Christi Domi- ni sequerentur humilitatem.

Anselm.

Luc. 2.

Rupert.

D. Bern.

§. XXXIX.

Nullo redditur Principis imperium durius, quam dum fauet pes- simis.

NOn solum dicit Dominus, impijs in iu- dicio astãtibus: *Non nosco vos*; sed etiam addit: *Confitebor illis, quia nunquam noui vos.* Dum enim multi impij viuentes, & prophe tant, & dœmonia eijciunt, & virtutes ope- rãtur multas, poterant videri Deo notissi- mi, & familiarissimi, à quo tot donis ditabã tur, ideo asserit Deus, quod tũc, nempe in iudicio confitebitur, quoniam nũquam no uit illos; nunquam illos familiares, & notos habuit. Et cur Dominus hanc testationem faciet de impijs in iudicio? Vt ostenderet suam regiam potestatem, & imperium; quã fuisset semper suaue, & amabile apud quem nullus vnquam improbus fuit notus, aut fa- miliaris: nulla enim res sic reddit durum principis imperium, quam quod apud illũ improbi valeant. Dauid Psalm. 93. sic Do- minum precabatur: *Ne adhæreat tibi sedes in- quitatis, qui fingis laborem in præcepto.* Ecce vo bis, vnde putat Dauid laboriosa reddit diui- na præcepta, nimirum, si laterones habet Deus impios, & sibi assidentes. Quis enim molestè non ferat illius imperia, qui pro la- teronibus, & sibi familiaribus adciscit im- pios, & male moratos homines? Ad hæc D. Isid. Pelus. lib. 1. epist. 81. *Ne in altum effera- tur thronus iniquorum in conspectu tuo Domine, aduersus præceptum tuũ negotia nobis facessens.* Equidem multum negotij tribuit subditis aduersas sua præcepta princeps, qui multus est in promouendis, & sublimãdis his, quo- rum vita non satis probata est, imò impro- ba habetur. Qui princeps Samuele gratior, & acceptior apud subditos suos? Lege regũ historias, & nullus inuenietur, qui Samuelis imperia nõ diligat. Sed tãdẽ 1. Reg. 8. sic ha bes: *Cũ senuisset Samuel posuit filios suos iudices Israel.*

Psal. 93.

Isid. Pelu.

1. Reg 8.

1. Tim. 6.

Israel. Fuitq; nomen filij eius primogeniti Ioel; & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee. Et nō ambulauerunt filij illius in vijs eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperūtque munera, & peruerterunt iudicium. Congregati ergò vniuersi maiores natu Israel venerunt ad Samuelem in Ramatha. Dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, constitue nobis regem &c. Nunc primum Samuelis imperiū refugiunt Israelitæ; nūc eius iugum, vt grauissimum à se excutere cupiunt: nunc amabilissimus à se excutere cupiunt: nunc amabilissimus ille Princeps male incipit audire apud suos: adeò, vt nullam eius excusationē accipere velint, sed ante omnia illum regno priuent, & potestate. Cur tam bonum, tamq; benemeritum Principem non magis sustinetis ò viri? Cur non magis eius canitiē spectatis? Senex est, sed quādo non senectus desiderata in gubernatore? Senex est; sed qui adhuc possit regni assidere clauo, nōne post modum Sauli Regi astat? non ne, dum eius consilijs Saul paret, regnū incolume habet? Cur ergò tantum senem abijcitis? quid in illo inuentum fuit intolerabile? Hoc vnū inuenietis in Samuele, quòd sibi adhærere fecit sedes iniquitatis: quòd ad thronum vsq; prouexit filios iniquos, quorum improba vita, sic Principem electorem infamauit, vt ex tunc eius imperium visum fuerit prorsus intolerabile. Videant Principes, videant gubernatores, quos sibi acciscunt familiares, quos sibi laterones assumunt; quibus fauores suos præstant, nulla enim re, sic infamatur iudex, quàm ex iniquorum prouentu, & familiaritate. Præclarè Cassiodorus libr. 11. variar. 6. monebat electum Cancellariū fatus. *Actus enim tui Iudicis opinio est, & sicut penetrale domus de foribus potest congruenter intelligi, sic mens præsulis de te probatur agnosci: nō iniuria, quia talem vnusquisque ad responsa sua virum debet eligere, qualem se à cunctis decreuerit æstimari. Vestes ipsæ, quæ nostris corporibus applicantur, nonne nos deformare possunt, si aliquo inquinamento sordescant? Quanta vero gratia nos decorare videntur, cum laudabili puritate viuerint? Sic miles ad secreta iudicis proximatus præsulis sui famam, aut ornat, aut maculat.* Sic ille, & verè, & pulchrè: & quis bonus amet imperium; in quo improbi sunt regi noti, & familiares?

Cassiodor.

CAPVT X.

De cœlesti cibo in Eucharistia.

POST saturata quinque hominū millia miraculoso pane, dum in Capharnaum esset Dominus, in Synagoga Iudæorum, multa docuit de super substātiali cibo sui corporis nobis præstando. Hunc vnum cibum operari iubemur, vt qui vitalissimus sit, & potens nos æternare; longè quā manna præstantior, è cælo pro vita hominum dilapsus. Cur tantū non præstet cibum ille solus Dominus, qui in se habet sigillum paternæ diuinitatis, quò amplissima eius potestas ad omnia clareat? Res erat sub lite apud incredulos Iudæos, quibus durus sermo videbatur, quòd caro filij Dei daretur in pabulum qui autem fidelis est, & Iesu diuinitatē noscit, eiq; fidit, non astat foras, dum intus filij vescūntur hoc vitulo saginato; imò regali mensæ accumbit, verumque cibum, verumque potum capit, ex quibus nobilissima participatur immortalitas. Multa de hac cœlesti mensa diximus. 1. tom. lib. 3. cap. 8. per totum: vbi præcipuam huius sermonis Dominici partem explicuimus à §. 23. nunc etiam perstringemus pauca.

Ioann. 6. Respondit Iesus, & dixit, amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hūc enim pater signauit Deus.

§. I.

Summa dementia est, non vincere propter diuina, quas difficultates superamus propter temporalia.

CVi labori parcis, vt cibum temporalem acquiras? Quas vias & si difficiles non arripis? Quem non vereris propter

panes? Fac ergò similiter propter cœlestem cibum immortalitatis: eandem, quam impẽdis operam cibo acquirẽdo temporali, impende acquirendo cibo, qui te potsit æternum facere. Magnæ enim dementiæ est, multa superare provili panis frustro, & nihil agere pro viuidissimo cœlesti acquirendo pane. Vndè merito Dominus in præsenti carpit Iudæos, qui non horrent deserti vias propter temporalem panis saturitatem; & propter cœlestem cibum obtinendum, nec gradum faciunt; imò illum suspectum, & in uisum habent. Et quando stultissimus peccator nõ anxiè vorat in temporalibus, quas difficultates in æternis bonis horret, & abominatur? Cum Israelitæ perculsi à serpen-
Num. 21. tibus in deserto caderent Num. 21. iussus est Moyses serpentem æneum facere, quẽ ligno exaltatum ostenderet infirmis, qui à conspectu eius sanitatem expectarẽt. Quale hoc remedium dissertissimis Iudæis? Ab immani bellua ligno suffixa, quis mundiali sapientia imbutus velit salutem sperare? Imò quis velet suspicere crucifixum animal, vt sibi salutare? Et nilominus, ait textus: *Fecit ergò Moyses serpentem æneum, & posuit eum prosigno, quem cum percussi aspicerent, sanabantur*: nec vnus inuenitur in toto populo adeò scius, adeò superbus, qui crucifixi quidem serpentis figura scandalizatus nolit ab illo salutem temporalem sperare. Quid plus? ponitur eidem populo filius Dei ligno exaltatus, quem, qui suspiciant, veram & æternam salutem habeant, quid nunc Iudæis crux Christi? Præclarè D. Paulus de illa fatus, ait: *Iudæis quidem scandalũ, gentibus stultitia.* Nullus penè Iudæus non scandalizatus fuit in cruce Christi: nullus non horruit crucifixi lignum, & stultum putauit crucifixũ hominem supicere pro salute æterna comparanda. Quid dementius? Nullum illis scandalũ, nullum horrorem facit cultus serpentis crucifixi pro salute temporali: & facit scandalũ Christus crucifixus pro salute æterna? Salus temporalis euacuat scandalum serpẽtis crucifixi, & salus æterna non euacuat scandalũ
Ephrem. crucis Christi? Sapiẽter D. Ephrem de Pœnitentia fatur: *O impietatem Iudæorum, quoniam serpentem adorant, & Christum auersantur. O temulentiam ipsorum, quoniã propter serpentem crucem colunt, & crucifixum Christum non adorant.* Vbi salus offertur temporalis, non horrent; imò nec dubitant, nec detrectant exaltatum serpentem, & lignum suspicere, & colore. ast vbi salus æterna proponitur in Deo ipso cruci affixo: ibi insuperabilis suspiciendi difficultas; ibi crucis horror, & indignitas scandala innumera parturiunt. Quis ferret Regũ tyrannides propositas. 1. Reg. 8. populo? Ait enim. Samuel: *1. Reg. 8.* *Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis facietquè sibi equites, & præcursores quadrigarũ suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones: & aratores agrorum suorum, & messores segetũ, & fabros, armorum, & curruum suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & pannificas. Agnos queq; vestros, & vineas, & oliueta optimatollet, & dabit seruis suis. Sed, & segetes vestras, & vinearum reditus ad decimabit, vt det eunuchis, & famulis suis. Seruos etiã vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo: Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui.* Quis hæc velit pati? Qui populus tantã tyrannidem sustineat? Hęc tamen audiunt Israelitæ, & nilominus his contemptis regem sibi dari pro clamant dicentes: *Nequaquam rex enim erit super nos, & erimus nos quoq; sicut omnes gentes.* Vidisti, quã audeant seruire Regum tyrannidi? Quàm audeant sub regibus diram seruitutem pati? Accipè aliud, quod mireris; de his ipsis hominibus locutus Dominus eodem cap. ait: *Congregati ergò vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha. Dixeruntq; ei, ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: constitue nobis regem.* Nec Samuelis senium, nec filiorum degeneres mores sustinere potuerunt, nullam filiorum Samuelis tyrannidem, aut rapinam obijciunt; nec in Samuele aliquid inueniũt damnandũ præter seniũ; & nihilominus horum regimen subire detrectant. Cur ergò, qui in Regibus bonorum suorum rapinas, & tyrannidem, & miseram seruitutem non expauent, sed vorant: in Samuele, & filijs, vel senium putant intolerabile? In Samuele, & filijs Dei regnũ erat: ait enim Dominus, ibi: *non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos*: in Regibus eligendis gloria quędam, & honos temporalis spectabatur: temporalitas autẽ maximas quasque difficultates facit vorari, quas stultissimi homines propter Dei bona suscipere expauent. De his Abulensis quęst. *Abbulens.*
237. fatur: *Erat populus in hac prouidẽtia rerũ futurarum valdè fatuus: nam neq; audientes talia sunt conuersi, neq; eisdem sermonibus Prophetæ eos perterruit; sed magis vehemẽter instabãt, & regem sibi ordinari postulabant, nec cogitãdũ Deũ tunc esse censebant: videbant enim omnes gẽtes habere regẽ: & iste Principatus erat honorabilis; putabãtq; quod dedecus esset ipsis priuari regio honore.* Quãdo in Deo regehabẽdo Samuelis seniũ videbãtur illis intolerabile; in habẽdis alijs regibus innumera vorãt mala honore quodã temporali in escati; quo nihil magis

gis fatuum, & stultum est. Potest ne fatuitas reperiri maior, quàm quod propter temporalem honorem, eas subeas durities, & superes difficultates, quarum nec minimam propter Deum velis superare? Sanè valdèta tuus est, quisquis talis est: ille sapiēs, qui vbi laborandum est, pro solis æternis amat labo
Cle. Alex. rare. Vndè sapienter monebat D. Clemens Alex. 2. Pædag. cap. 10. *Quod si nobis omnino innatum est, vt quæramus, ne quærendi facultatem in delicijs perdamus, sed eam ad veritatem inquirendā excitemus.* Vltima enim est hominis miseria, quod cum natus sit ad laborem, laborem, & operam perdat, in præter labentibus rebus comparādis, cum possit eodem labore æterna comparare. Sed hæc est nostra dementia, & fatuitas, quæ doleat perdere necessario amittenda, & æternorū iacturam nihili faciat. Guillielmus Paris. libr. de
Guillelm. moribus, tractatu de Charitate, ait: *Si videri mus fratrem infirmantem corporaliter, & cibū corporalem sumere non valentem, miserabiliter dolemus super eum, & dicimus: Ecce iam duo, vel tres sunt dies postquam cibum non capit. Ecce de cibo spirituali si per annum non acceperit rarus est, qui doleat.* Proh miseri homines, & dementissimi, multi in temporalibus, nulli in æternis comparandis!

§. II.

Pro gratiarum actionis opere cœlestis paratur cibus.

OPerari iubemur cibum, qui non perit, sed manet in vitam æternam, quem cibum non in sudore vultus; sed in ore confessionis, & laudis operamur. Nullum enim opus, sic cœlestem colit cibum, vt gratiarū actio: ex filijs Liæ ille, qui ad agriculturam, & rem frumentariam procurādam nascitur
Gen. 49. vocatur Issachar, de quo Gen. 49. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, & supposuit humerum suum adportādum.* Quis hoc frumentorum præstantior operarius? Sed ponderandū, quando ex vtero Liæ nascitur hic frumenti operarius: nascitur enim immediatè post Iudā Gen. 30 quintus Liæ filius. Nec otiosè post Iudam, qui confessionem sonat laudis, nascitur Issachar rei frumentariæ perfectus operarius: sed vt pateat, quàm proprium sit gratiarum actionis, operas exhibere pro cœlesti cibo parando. Ad hæc proximior accedit Philo lib. de Plantatione Noe fatur: *Issachar, qui merces vocatur merito post gratū Iudam in lucem est editus.* Merito, inquam, post Del laudatorē immediatè apparet frumentorum operarius; nunquā enim fructuosius, & efficacius cœlesti cibo acquirendo operam damus, quàm dum non deficit in ore nostro laus, & gratiarū actio. Paraturus Dominus cœleste conuiuium: nō aratra requirit, non falces, quibus frumenta metantur, vt fiat panis; nō gladios exposcit, vt iuguletur vitulus saginatus. Qualia ergò opera requirit, vt tantum conuiuium possit parari? Psal. 80. ait. *Dilata os tuū, & implebo illud:* illi, qui os suum aperiunt in Dei laudem, illi, inquam cœlestem cibum operantur: illi diuinissimum sibi cōuiuium ex Deo trahunt. Præclarè Cellensis Abbas, c. 1. de Panibus cœlestis mēsæ conuitatores sic exprimit: *Deus in hac mensa posuit sua beneficia: Angelus sua obsequia: Angelus os aperit in laudem Dei, Deus implet illud, tam adipe diuinitatis, quàm carne, & sanguine integerrimæ naturæ humanæ.* Hoc est opus, hic labor, quò tibi cæ lestes cibos operaris: aperi os tuum in Dei laudem, & cœlestia pluent Angelorum panem, & habebis vitulum saginatum: vt possis cum amicis tuis æternum epulari. Paradisum fecerat Dominus vitalibus fructibus scatentem: ibi hominem posuit Gen. 2. *Vt operaretur, & custodiret illum.* Hortus plantatur, & statim adhibetur custos, & operarius, qui vitales illos cibos custodiret, & operaretur. Sed qualem operam ab homine requirebat Dominus ad vitales illos cibos parandos? Illam pulchrè explicat Ruper. lib. 6. in Ioann. fatus: *Quid laboris arbitramur illi fuisse iunctum ab eo, quod dictum est, vt operaretur & custodiret eum? Putamus ne quod impositum fuerit illi hoc opus, vt operando in sudore vultus sui vesceretur ex omni ligno paradisi: aut vt poma paradisi custodiret, ne direptis sepibus, aliquis prædo nocturnus illa decerperet? Ergò quod dictum est, vt operaretur & custodiret eum, hoc esse intelligere debemus, vt creatori suo in laude, & gratiarum actione fidelem animū gereret.* Quisquis iuberis operari cœlestem cibum; non iuberis terram aratro findere; non in sudore vultus spinas, & tribulos eradicare; sed fidelem animum in laude, & gratiarum actione tuo gerere authori, quò repleberis cœsti pane. Sic Dominus pasturus quinque millia hominum. Ioan. 6. *Accepit panes, & cum gratias egisset, distribuit, &c.* Semper gratiarum actio antecedit cœlestis cibi distributionem. Sic. 1. ad Corinth. 11. *Accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, &c.*

Rupert.

§. III.

Quidquid Deus sibi assumit, hominibus debet esse salutare. Vbi de Eucharistia.

DAbit proculdubio vitæ æternæ cibũ; imò se in cibum vitæ æternæ dabit filius hominis: *hunc enim pater signauit Deus*: quasi dicat: ideò filius hominis se in cibum dabit, quia illum sibi vniuit pater diuinus, illiq́ue suam diuinitatem copulauit. Sic explicat noster Toletus, & alij, & penè Maldonatus, & verum dicerent, si Dominus solam suam potestatem dandi cibum cœlestem vellet ostendere; rectè enim inferret ex diuinitate accepta à patre potestatem præstandi cibum super substantialem. At in præsenti non solam potestatem, sed & voluntatem id efficiendi ostendit, dum non ait, *quem potest dare, sed quem dabit filius hominis.* Vndè ergò sequitur ex eo, quo Pater Deus signauerit filium hominis, hoc est, sibi vnierit, & intimè copularit, quòd is non solum poterit, sed & quod de facto se in cibum hominibus daret? Non poterat filius hominis à Patre Deo assumi: & non se velle in cibum cõmunicare? Sanè quidquid Deus sibi assumit, hoc ex vi assumptionis habet, quòd ho-
Matth. 6 minibus debeat esse vtile, & salutare. Matth. 6. sic docebat Dominus: *Ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito.* Duo petit, & quod ieiunes, & quod patri tuo ieiunes; & quid est ieiunare cœlesti patri? An est idẽ quod ieiunare, sine vanagloria? An præter hoc est aliquid amplius? Equidem ieiunare patri cœlesti, est ita ieiunare, vt ieiunium tuum afferat emolumentum cæteris hominibus, tuo cibo reficiens pauperes: quidquid enim sibi acceptat, & assumit pater Deus, hominibus debet esse salutare. Ita Pascha. *Paschas.* lib 4. in Matth. farur: *Ille verò Deo patri ieiunat, qui propter eius amorem sese macerat, & quod sibi subtrahit, alteri largitur.* Nec ieiunij munus dignum se putat diuinus pater, nisi cum videt ieiunium deseruire cibis pauperum, hominibusq́; esse salutare. Id quod adeò certum est, vt quidcumq́;
Matt. 15. munus Deo exhibeas, non solum, vt munus Deo exhibitũ censeatur, sed & pignº, quod hominibus fratribus tuis te beneficũ præstabit. Quippè Matth. 5. ait: *Si ergò offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum antè altare, & vade prius, reconciliari fratri tuo, &c.* Munus ante altare relinquere iubetur, & abire recõciliari fratri: etiam si abire iubetur, nõ simul iubetur secum asportare minus? Ad quid si ipse abeat, relinquat ante altare semel oblatum munus? Iubetur quidem permanere munus ante altare, dum abijt offerens recõciliari fratri suo; nam munus semel Deo oblatum pignus est apud Deum, & obligatio, qua offerens tenetur hominibus fratribus suis esse propitius. Paschasius lib. 3. in Matth. ait: *Non enim sine causa corã altare munus relinquere præcipimur: quia quidquid coram Deo rectè offertur, immutari non vacat. Imo vitium praua mentis corrigatur, & dilectionem, quàm debet prius fratri restituat. Tuncq́; ad eum, coram quo munus statuit, festinus redeat. Chirographum quoq́; interea illud esse voluit. Ideò non refert munus tuum, dixit, sed relinque.* Ecce tibi, dum abis reconciliari fratri tuo, ante altare relinquere iuberis oblatum munus, vt Chirographum, vt pignus, quod certissime te fratribus beneficum constituat. Suspectum tibi sit quod cũque munus, quodcumque sacrificium, quod nõ simul, & Deo fiat, & proficiũ hominibus existat. Vndè 1. ad Corinth. 11. de Eucha-
1. Cor. 11. ristico sacrificio dicitur: *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite in meã commemorationem.* Quibus notandum, quod Eucharistia dicatur defuncti Domini commemoratio, vt admoneantur, ne ad illã accedamus, quin simul præparemus epulas panperum. Ad hæc D. Chrysost. hom. 28.
Chrysost. ait. *Commemorationem Christi facis, & pauperes despicis, nec horrescis? Sed si filij, vel fratris defuncti facis commemorationem, terrore concuteris conscientia, nisi consuetudinem impleres, & pauperes conuocares. Cum autem Domini tui meministi, ne quidem mensam communicas.* Haud gratus erit cibus Eucharisticus Deo, nisi simul des operam cibus pauperum.

Ioann. 6. Dixerunt ergò ad eum, quid faciemus, vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit eis, hoc est opus Dei vt credatis in eum, quem misit ille.

§. IIII.

Opera, quæ respiciunt Christum, omnium pretiosissima: vbi quam quæstuosa sit res Eucharistia.

FRequentissimũ est in sacra pagina, quid quid in vnaquaque re iudicatur maximum

ximum, & præstantissimum, id Dei esse dici, quasi diuinum aliqua participatione. De quo Martinus del Rio. 1. par. Adag. 29. vbi multa congerit: cuius adagij saporem habēt etiam verba in præsenti dicta: quibus opus spectans Christum opus Dei dicitur, nimirùm omnium preciosissimum. Et quidē opera, quæ respiciunt Christum sic reliqua excedūt, vt metalla excedit auri precium. Post

Exod. 18. miraculum mannà Exodi. 18. dixit Moyses Ad Aaron: *Sume aureum vas vnum, mitte ibi manna, quantum potest capere gomor, & repone coram Domino ad seruandum illud.* Et cur ad seruandum mannà vas aureum sumi iubetur? Pulchrè D. Cyril. Alex. lib. 3. in Ioan.

D. Cyril. cap. 34. inquit. *Quoniam verum manna illo sensibili figuratus est Christus, necessario nunc docet, qua gloria, & virtute plenus est, qui Christum in se ipso recondit, qui Iesum in corde per virtutem, & fidem rectam fixū firmiter gerit. Audis quo modo vas aureum, per Aaron impletur manna: pia enim, sanctaquè anima, quæ Christi fidem cōcepit, quæ totum in se ipsa cœlestem thesaurum condidit, preciosum, atquè aureum vas est.* Super omnia metalla aurum effertur, sic quod cumque opus Christum attingit, preciositatem, & excellentiam auri æmulatur, qua super vniuersa alia opera videatur eminere. Super omnes te effers, aureus fis, quisquis hoc cœleste manna nempè Christum acquiris, & operaris fidei operibus. Quis non miretur præcellentiam Iosephi super omnes Ægyptios, eo quòd de præparando pane

Genes. 41. consilium dederit? Quippè habes Gen. 41. *Dixit rursus Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti. Tulitquè anulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitquè eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit.* Quis tanto Patriarcha maior, & excellentior? Cuius opera sic claruerunt in regio throno? Sanè non facile inuenires Iosepho maiorem, & præstantiorem virum inter veteres, nisi Dominus præcursorem suum Ioānem Baptistam illi, & cæteris protunc hominibus præposuisset. Ait enim Matth. 11. *Amen dico vo-*

Matth. 11 *bis: non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* Sed vndè potuit Ioannis gloria, tam longè superare Iosephi gloriam? Ioannes agnum vobis patefacit: Ioseph septem boues pinguissimas in saturitatem Ægypti ostendit: vterque circa cibum hominum ostendendum claruit, vndè ergò, sic Ioannes excessit Iosephum? Equidem Ioannes circa cibum claruit, sed circa cibum cœlestem, nimirùm Christum ex quo habuit sic se super omnes efferre, vt aurū super me-

Chrysol. talla reliqua. Accipitè D. Chrysol. ser. 174. fantem. *Ioseph, dum panem præparat temporalem ex auro torquem meruit, & honorem: Ioannes, vt ostenderet cœlestem credentibus panem, martyrij torquem meruit ex cruore. Meritò in natis mulierum cunctis maior est hic Ioannes.* Quæstiosissima merces est cœlestis hic panis Christus, qui mercatores suos reddit aureos, facit illos gloria, & honore eminere super vniuersos. Magnus Ioseph, dum panem temporalem tractat, quo miserorum famem leuet: sed longè maior, & præstantior Ioannes, qui valuit tractare panem cœlestem? Nouit hanc quæstiosissimam mercaturam D. Paul. ad Philip. 3. aiens post recensitas iustitias à se circa obseruationem D. Paul. legis peractas: *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam IesuChristi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora, vt Christum lucri faciam; & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illā, quæ ex fide est Christi, ad cognoscendum illum, &c.* Quidquid sine Christo erat, & detrimentosum, & reiectitium, & vile existimat, etiam iustitias legis: illud solum precio, & æstimatione dignum reputat, quod ad Christū pertinet. Præstantissima, & mundi, & legis bona, sine Christo vilia reiectamenta sunt, instar palearum: & molestissima malā, cum Christo valdè sunt æstimabilia, & preciosa. Hinc Psal. 115. *Preciosa in conspectu Domini* Psal. 115. *mors sanctorum eius:* quis potuit facere mortem preciosam, nisi Christus, pro quo infertur? Magister Sententiarum, ait. *Mors sanctorum eius est preciosa, quia emit eam Christus sanguine, quem pro eis fudit, ne dubitarent proeo mori.* Itaque quia mors subitur pro Christo, ideò preciosa, & inæstimabilis valoris est. Matth. 14 Dicebat illa Matth. 14. ad Regem: *Volo, vt des mihi in disco caput Ioannis:* non absolutè petit, sibi dari caput Ioannis; sed petit, sibi dari in regio disco. Ad hæc Chrys. ser. 174. *Cur in disco, cur preciosè gestas, quem viliter occidis?* Chrysol. Huius quæstionis responsum inueniendum est in eo, quod caput petatur; caput enim refert necessario Christum; quippè ait Chrysol. *Iam tunc auidus draco in serui capite Domini degustabat sitiens passionem.* Chrysol. Non potuit ergò, non preciose gestari caput, in quo Christus iam exprimebatur, per quem etiam vilia redduntur preciosa.

Ioan. 6. Dixerunt ergò ei: Quod ergo tu facies signum, vt videamus, & credamus tibi, quid operaris.

§. V.

Feralissima gulæ rabies.

ECce vobis panum miraculum, quid pariat: vix à mensa surgunt, & penitus obliuiscuntur authorem tanti miraculi: imò quasi nihil fecisset, sic Iesum vilipendunt, dũ aiunt: *Quod ergò tu facis signum? Quid operaris?* Siccine illa quinque millia hominum, qui miraculosè pasti sunt, Iesum mordent; cur non magis suscipiunt tanti miraculi effectorem? Cur non magis expetunt viuidum illum panem oblatum, qui in vitam æternã manet? Causam indigitat ipse Dominus, dum in principio, ait. *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* In quibus autẽ gula regnat; sic illos efferat, vt nil vitale possint spectare. Gen. 8. Apud Gen. cap. 8. post diluuium transactum misit Noe ex arca, & columbam, & coruum: coruus & Noemum, & arcam oblitus, minimè reuertebatur, cadaueribus intentus animalium. Cur coruus, tã cito obliuiscitur Noemum, à quo cibum acceperat? Cur nõ magis spectat arcam, & more columbæ viuidum ramum ore portat, quò doceat cætera animalia vitam sperare? Non patitur hæc corui gula, quæ vt feralissima est, sic non patitur aliquid annuntiare vitale. Rem pulchrè attigit Arator, lib. 2. in Acta Apostol. fatus:::

Simul arca columbam
Diluit, & coruum, sed non concordia mentis.
Fecit vtroq; pares, hunc guttura plena rapinis
Subduxere via, cupiensq; in funere pasci
Nil potuit vitale sequi.

Nesciunt guttura cibis farta benefactorem suum non obliuisci; nesciunt quid vitale spectare: imò mitum erit, nisi ita efferentur, vt sanguine, & funeribus benefactorum amentsaturari. Compone modo totam paradisitragœdiam, cum tragœdia, quæ in regia Herodis accidit: in paradiso erant primi homines hinc indè pomis vallati, ieiuni tamen, accessit serpẽs antiquus, arbori implicatꝰ ad esum pomi vetiti traxit. In regia Herodis rex mẽsis accumbebat Matth. 14. accumbebant simul optimates, accesit idem serpens loquẽs in saltatrice puella, & ait: *volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis*: Iam non pomum, sed hominis benemeriti caput, sed Ioannis propinat sanguinẽ. Cur pessime primos homines ad esum pomi trahis, Herodis autem conuiuas ad potum tanti inuitas sanguinis? Illos inuenit ieiunos, hos cibis fartos, & minimum putauit, si saturati homines velint funere pasci, & sanguine. Præclarè D. Chrysol. ser. 174. *Serpens tũc latebat in fœmina quæ reptans gressibus flexuosis lethale toto corpore virus effudit, vt discumbentium mentes furor, venenum corpora sauciaret, homines verterentur in bestias, nec viuo iam tales, sed sanguine potarentur: nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis.* Vbi serpens ad plenas mensas discumbentes offendit, nõ multum laborat, vt eos in rabidissimas conuertat feras, quæ funere; & sanguine pasci vellẽt. Ea est enim corruptibilium escarum mensa, quæ homines prosilire faciat in cædes. Quàm diuersa est Eucharistiæ mensa tota in vitam impellens: meritò ponderat Rup. lib. 3. de operibus Spiritus Sancti, cap. 18. fœlicitatem renatorum per Baptismum, vt qui habeamus hanc mensam aduersariam mortis mensæ. Quippe ait: *Pulcher ordo salutis, vt prius baptizati maculã veteris cibi lauaremus: & tunc demum eidem edulio mortis contrarium hunc cibum, & hunc potum salutis perpetua perciperemus.* Est equidem cœlestis panis prorsus contrarius edulio mortis, vt qui in vitam impellit: temporalis enim mensa, & morbos, & mortes mille generat: diuina mensa conuiuas suos facit prosilire in vitam æternam.

Chrysol.

Rupert.

Ioan. 6. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est. Panem de cœlo dedit eis manducare.

§. VI.

Vniuersa conuiuia vilescunt comparata ad conuiuium Christi, quod nulli deficit.

VAnissimi Iudæi, dum Christi conuiuiũ extenuare volunt, celeberrimum mannæ exerunt conuiuium, quo veteres in deserto excepti sunt: sed miserè falluntur, & manna extollentes, illud verbis deprimunt in comparatione Christiani cibi. *Patres nostri*, aiunt, *manducauerunt manna*: & quantus hic cibus, qui manducatus à patribus, nihil indè superfluit, quod perueniret ad filios? Manducauerunt patres, sed post illos. *Parnuli petierunt panes, & non erat, qui frangeret eis.* In Christi autem mensa myriades patrũ discumbunt, & innumera paruulorum multitudo, & adhuc supersunt pleni cophini, vt nemo vnquam inueniatur, qui Christianum

Threnn.

con-

conuiuium non pertingat. Quò spectat illud D. Thomæ præconium pro cœlesti cibo, nimirùm, *nec sumptus consumitur*: in quo si aduerterent Iudæi, habent potius, quo obscurarent ieiuna suorum patrum conuiuia. *D. Tho.*

Apud Cassiodorum lib. 6. variar. 9. sic Rex Italiæ regalis mensæ extollit ministrum, inquiens. *Dum epulas sollicita ordinatione disponis, non solum nostro palatio clarus, sed & gentibus necesse est reddaris eximius. Legati penè ex tota orbis parte venientes, cum nostris cæperint interesse cõuiuijs, admirantur copiose reperiũ, quod in patria sua norant esse rarissimum. Stupẽs etiã abundantiam vnius mensæ, tantas seruientium turbas posse satiare: vt iudicent cõsumpta recrescere, vndè tanta, quæ probantur, exirent. Habẽt vinicem in sua patria, quod loquantur, dum parentibus suis dicere gestiunt, quæ viderunt.* *Cassiod.*

Vtinam incredduli Iudæi hanc Christi Domini mensam velint videre, eiusque præstantiam annotare: minimè de patrum suorũ manna superbirent, sed haberent lõgè maiora, quæ patribus suis referrent. Dum enim nõ Moyses, sed Christus epulas sollicita ordinatione disponit, non solùm Synagogę septis clarus, sed & vniuersis gentibus redditur eximius. *Malach.* Id quod præuidit Malachias cap. 1. dicens: *Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum. Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis, Mensa Domini cõtaminata est.* Vanè Dominicæ mẽsæ detrahitur, ex quoenim à Christo Domino disposita fuit, magnum, & glorioſum est nomen eius apud omnesgẽtes. Nullum desertum, nullanatio est, in qua hæc mensa non appareat; illi proculdubio assident homines ex tota orbis parte, stupẽtes abundantiam vnius mensæ tantam multitudinem posse satiare: *vt iudicent consumpta recrescere*, necui vnquam deficiant salutiferæ dapes. Sed quæ mensa in omni loco, nõ solum in deserto, sed in habitato, non solum veteribus, sed & nouitijs poterat sufficere, nisi mensa corporis Christi, & sanguinis? Ad *D. Cæsar.* hæc respiciebat D. Cæsarius. Naziãzeni frater relatus à Turriano tract. 2. Euchar. cap. 25. *Vbi sic credimus verbo Dei propriè, & firmè esse diuinum corpus, quod super mensam sanctã cõsecratur, & inexauste participatur. Nec enim Sol finem facit præbendi splendorem indigentibus luce, neque mare per suppeditationem salis impertitum de vasta magnitudine decedit, neque ignis infinitas lucernas incendens flaccescit, non deficiente, qui flammam excitet, neque rursus aer respiratione omnium animantium decrescit.* Ea est Christi Domini mensa, quæ nesciat finiri: finiuntur omnia creata; finitur manna, & patribus in deserto exhibitum, nõ peruenit ad filios: imò qui post modũ nati sunt, nihil ex illo potuerut gustare. Aliter mensa Christiana, patribus exhibita fuit, sed nunquam exhausta est, quin potius sic integra nobis reseruatur, quasi fuerit ab alijs intacta. Aiebat Dominus Luc. 10. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* Quis iam aliquid posset à Deo sperare, quando omnia audit tradita filio? An dum omnia traduntur filio, potest aliquid nobis vlterius tradẽdum remanere? Omnia traduntur filio, & insuper nobis omnia integra manent, nunquam enim cœlestis mensa ita finitur, vt alicui integra non maneat. D. Amb. lib. 7. in Lucã ait. *Non vereamur, quod pater in filium, thesaurum contulit. Fidei enim census nunquam exinanitur: licet totum dederit, totũ habet, quia quod donauit, nõ amittit.* Nihil amissum est è muneribus diuinis, licet huc vsque vniuersi receperint: nunquam exhauritur cœlestis thesaurus: Fidei Christianę mẽsa etiam consumpta recrescit: vt omnia cuius fideli integra maneant. Non pauci ex Iudæis Christi mensæ assiderunt. Marc. 8. *Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerũt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas,* Pauci multis exhibentur panes, & post multorum saturitatem septem super sunt sportæ panum plenæ. Quid plura? D. Hilar. canone. 15. in Matth. ait: *Sed quod septem sportæ, replentur, redundans, & multiplicata septiformis spiritus copia indicatur, cui quod largiatur exuberat, sitq; saturitas nobis ditior semper, & plenior.* Ecce tibi, quò plures manducant, eo nobis ditior manet, & plenior saturitas, vt meritò consumpta recrescere videantur. *Luc. 10.* *Ambr.* *Marc. 8.* *Hilar.*

§. VII.

Nobilissimum homini, quod dum literas discit, maiorum suorum simul ebibit magnalia. Vbi quam nobiliteni homines veterum scripturarum lectiones.

NOn mediocris horum Iudęorum gloria est, quòd in scripturæ lectione, dũ exercitantur, parentum suorum simul ediscant magnalia. Quippè aiunt: *Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sic scriptum est, &c.* Proh nobilis eruditio, quæ dum acquiritur, non externa, sed domestica parentum

tum laus ob oculos legentis versatur. A Deciorum stirpe progenitum iuuenem maximè extollit Casiodorus. 3. variar. 6. Cuius gloriam sic ponderat: *Natura bona litterarũ decorauit insignibus, vt potè magistrarum artiũ detersis mentis penetralibus, plus liceret. In libris veterum Decios cognouit antiquos, nobilemquè progeniem gloriosæ mortis beneficio viuentẽ. Fœlicissimus profectò studiorũ labor, cui priscorum carmen contigit discere per parẽtes, & de auita laude primordia teneri pectoris erudire.* Nescio an de his naturalibus bonis, fœlicius quid, & nobilius tibi accidere possit, quàm quòd per maiorum tuorum laudes possis litterarum eruditione imbui: & quod litteræ te informent tuorum parentum, & atauorum gloriis insignes. Etenim aiebat idem Casiodorus. 9. variar. 22. *Magnus verecundiæ stimulus est laus parentum: dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus authores.* Sed quanta est nobilium in fœlicitas, quæ etiam vbi pleni sunt libri parentum actis, nihil de maioribus suis sciant, quo vitam, & componant, & instruant suam? Fallar, si hi digni sunt nobilitate, sed prorsus videantur obscuri. Maria virgo Angelorum regina vbi Luc. 2. salutationem Grabrielis audiuit, *cogitabat qualis esset ista salutatio.* Et cur hoc cogitabat? Andreas Hierosolymitanus ibi hanc reddit rationem, nimirum: *Verisimile est ipsam, & de claro stirpe natam, & Dauidis filiam, haud ignaram diuinorum, quæ inscripturis habentur, oraculorum fuisse, vt cogitationes suas statim cõuerterit ad primæ parentis lapsum, &c.* Expende, vndè colligat Mariam scripturarum non ignaram fuisse, & præ oculis habuisse antiquos parentes, vt indè disceret se componere in vita, nimirùm id colligit ex eo, quod Maria de clara stirpe nata fuerit, & Dauidis filia: quasi cum nobili progenie non possit stare ea scripturarum ignorantia, quâ maiorum facinora maneant illi occulta. Et quidem nunquam eruditio non fuit nobilitatis lux, & regij sanguinis cultus splendidissimus. Aiebat Casiodorus 12. variar. 1. *Iungitur his rebus, quasi diadema eximium impretiabilis notitia litterarum, per quam, dum veterum prudentia discitur, regalis dignitas semper augetur.* Et nescio, an diadema aliud possit inueniri, quod clarius regium decorẽ repræsentet, quàm litterarum eruditio. Ille pater fidelium ante Abram dictus; posteà acceptis ex Deo literis Habraham dicebatur. Quid plura? Accipè Chrysostomum hom. 2. in Isaiam dicentem. *Habraham prius dictus est Abram, quod sonat transitorem, post hæc verò nomine commutato dictus Habraham pater factus omnium gentium, & vnicum elementum adiectum tantum principatum vindicauit iusto; Quemadmodum enim reges præfectis suis aureas porrigunt tabellas principatus signũ, sic & Deus iusto illi honoris signum dedit litteram.* Non ex auro, & gemmis conflatur diadema, quę regium sanguinem decoret, sed ex eruditione, ex literis: ille nobilior, & regalior est, cuius nobilitas studiorum cultura magis rutilat. Hinc iuuenes nobiles monebat D. Ennodius ora. 3. inquiens: *Reddite vos studẽdo origini, reddite natalibus lectione. Naturæ lucem iubar dictionis ostẽdat, multiplicate suffectu sciẽtiæ parentum titulos, ornate eruditione decora maiorum. Fului nobilitatem metalli, nisi ad vnguem manus ducat artificis, maternis penè hebetatur tenebris. Et si non magistra pollitione venustetur, nihil ei prodest sublimitas, quàm vena conceſſerit. Adiuuatur quidem Doctoris industria dotibus sanguinis mediocris, & nisi limata non rutilant illa, quæ se erigunt prærogatiua nascendi.* Quid pulchrius? Illa equidem triumphat nobilitas, quæ studiorum pollitione rutilat; quis è plebecula fæce eximat hominẽ totius studij rudem? Licet modo afferre D. Fulgentium; qui lib. 1. cap. 2. Sic suum cõmendat regem Trasimundum, inquiens. *Per te clementissime rex disciplinæ studia moliuntur iura Barbariæ gentis inuadere, quæ sibi velut vernacula proprietate solet insciti am vendicare. Innẽtus es, qui te ipso potior extitisses, dum sic Africano præsides moderando regimini, vt magis desideres animæ spatia dilatare, quàm regni. Nosti venerabilis rex, quanto melioribus inhæreat cõmodis, qui veritatem desiderat nosse, quàm qui subactis gentibus temporalis fines regni latius cupit propagare.* Sic ille.

Casiodor. Casiodor. Luc. 2. Hieroſol. Casiodor. Chryſoſt. D. Ennod. Fulgen.

Ioann. 6. Dixit ergò eis Iesus: Amẽ, amẽ dico vobis, nõ Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est, qui de cęlo descendit, & dat vitam mundo.

§ VIII.

Munificentiæ opera ex perpetuitate commendantur, vbi & de Eucharistia.

COntrouersia erat, vt mauult D. Cyril. de authore cœlestis panis dari in deser-

to

to; quem non Moysem, sed Deum esse probat Dominus, quippè ait: *Non Moyses dedit vobis panem, sed pater meus dat.* Sed vt Moysi Deus in panis datione opponeretur; dicendum erat; *non Moyses dedit panem, sed pater meus dedit.* Cur maluit dicere, sed pater meus dat? Equidem munificentiæ opera illa sunt digna Deo, quæ non finiuntur tempore, sed quotidianis æternantur prouentibus. Ex perpetuitate commendationem habent munificentiæ opera: quæ sic laudat Arnulphus Episcop. Lexiouensis epist. ad Laurentium Abbatem fatus. *Magnum est, quod ad horam subuenit indigenti, maius, quod in dies, annosque renascitur, quod vt sapius conferat frequenti reuolutione denuo reformatur. Sanè beneficium hoc non minuitur tempore, sed augetur, prouentusque perseuerantiam rediuiuæ confernat industria largitatis. Feciſtis, ne citius munificentiæ vestræ gratia præteriret, vt sicut apud vos virtutis non tepescit affectio, ita prorogata in perpetuum liberalitatis vestræ beneficia connalerent.* Sic munificentiæ opera ex perpetuitate cõmendatur, quod non minuantur tempore, sed frequenti reuolutione denuo reformantur, singulis annis videantur dari. Id quod in electis suis Dominus extollebat Matth. 25. fatus. *Amen dico vobis, quandiù feciſtis vni exhis fratribus meis minimis mihi feciſtis.* Expende illud, *quandiù*, non enim sic opera facta notat, vt durationem illarum; quasi ex perpetuituate præcipuam apud iustum iudicem habeant commendabilitatem. Rem attigit, & expendit Rupert. lib. 9. de Operibus Spiritus Sancti cap. 17. aiens. *Iuste ergò, & sicut iudicem iustum decebit, dicet quandiù feciſtis, appendendo videlicet, nõ solum, quid factum, sed & quandiù factũ sit. Exempli gratia, Diues aliquis epulans splendide cuipiam Lazaro iacenti ad ianuam suam, micas, aut certè primitias mensæ suæ quotidie tribuat, & dum viuit, pauperum memor est, non desinens tale quid facere ex eo, quod abundat sibi. Alius autem multi possessor patrimonij, fortasis auri, & argenti intus repositi cœnobia, siue Xenodochia constituit cõstitutis reditibus annuis; vndè non solum in vita eius, sed & per mille generationes benè habeant, & in cõmuni viuant aliquot existis minimis. Nonne igitur pertinebit in illo iudicio istud quoque meminisse, vt habeat plus retributionis, qui diutius ministrauit?* Imò nullum sic opus splendebit, quàm istud opus munificẽtiæ rediuiuæ: quo quis ita suam liberalitatem æternat, vt nunquã manus à largitione cæpta videatur collegisse. Cantatissimus ille Saluator Ægypti Ioseph huc etiam rexpexit; quando emptis à subditis vniuersis possessionibus non solum præsentẽ famem abundantia frumenti deputo; quem non Moysem, sed Deum esse probat Dominus, quippè ait: *Non Moyses dedit vobis panem, sed pater meus dat.* Sed vt Moysi Deus in panis datione opponeretur; dicendum erat; *non Moyses dedit panem, sed pater meus dedit.* Cur maluit dicere, sed pater meus dat? Equidem munificentiæ opera illa sunt digna Deo, quæ non finiuntur tempore, sed quotidianis æternantur prouentibus. Ex perpetuitate commendationem habent munificentiæ opera: quæ sic laudat Arnulphus Episcop. Lexiouensis epist. ad Laurentium Abbatem fatus. *Magnum est, quod ad horam subuenit indigenti, maius, quod in dies, annosque renascitur, quod vt sapius conferat frequenti reuolutione denuo reformatur. Sanè beneficium hoc non minuitur tempore, sed augetur, prouentusque perseuerantiam rediuiuæ confernat industria largitatis. Feciſtis, ne citius munificentiæ vestræ gratia præteriret, vt sicut apud vos virtutis non tepescit affectio, ita prorogata in perpetuum liberalitatis vestræ beneficia connalerent.* Sic munificentiæ opera ex perpetuitate cõmendatur, quod non minuantur tempore, sed frequenti reuolutione denuo reformantur, singulis annis videantur dari. Id quod in electis suis Dominus extollebat Matth. 25. fatus. *Amen dico vobis, quandiù feciſtis vni exhis fratribus meis minimis mihi feciſtis.* Expende illud, *quandiù*, non enim sic opera facta notat, vt durationem illarum; quasi ex perpetuituate præcipuam apud iustum iudicem habeant commendabilitatem. Rem attigit, & expendit Rupert. lib. 9. de Operibus Spiritus Sancti cap. 17. aiens. *Iuste ergò, & sicut iudicem iustum decebit, dicet quandiù feciſtis, appendendo videlicet, nõ solum, quid factum, sed & quandiù factũ sit. Exempli gratia, Diues aliquis epulans splendide cuipiam Lazaro iacenti ad ianuam suam, micas, aut certè primitias mensæ suæ quotidie tribuat, & dum viuit, pauperum memor est, non desinens tale quid facere ex eo, quod abundat sibi. Alius autem multi possessor patrimonij, fortasis auri, & argenti intus repositi cœnobia, siue Xenodochia constituit cõstitutis reditibus annuis; vndè non solum in vita eius, sed & per mille generationes benè habeant, & in cõmuni viuant aliquot existis minimis. Nonne igitur pertinebit in illo iudicio istud quoque meminisse, vt habeat plus retributionis, qui diutius ministrauit?* Imò nullum sic opus splendebit, quàm istud opus munificẽtiæ rediuiuæ: quo quis ita suam liberalitatem æternat, vt nunquã manus à largitione cæpta videatur collegisse. Cantatissimus ille Saluator Ægypti Ioseph huc etiam rexpexit; quando emptis à subditis vniuersis possessionibus non solum præsentẽ famem abundantia frumenti deputolit, sed in super addidit, quòd deinceps amplius non egerent. Ait enim Gen. 47. *En vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharao possidet, accipitè semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintam partẽ regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familijs, & liberis vestris.* Quid ais, ò Ioseph, cur sic regale patrimonium dilapidas? Ægyptij modo de præsenti tollenda fame agunt; quod tunc edere possint, petunt, quibus satisfeciſſes, si frumenta ad illũ annum sufficientia dediſſes. Cur tu non solum instantem famem depellis, sed etiam ad futuram te extendis, & restitutis possessionibus, agisq; vt de inceps sufficiẽtia habeat alimenta? Sanè præstantissimus vir, non multum æstimaret temporale beneficium, nisi de perpetuitate etiam commendasset largitatem suæ prouidẽtiæ. Ad hæc D. Amb. lib. 2. offic. cap. 16. ait: *O virum magnum, qui non largitatis superfluæ temporalem captauit gloriã, sed perpetuam commoditatem constituit prouidẽtiæ.* Quantula esset munificentia Ioseph, si septennij solius famem depelleret, frumenta tunc esurientibus præbens? Potuit eius largitas facere, vt quidquid in posterum Ægyptij ederent, daret ipse Ioseph cui vsq; modo omnes agrorum fructus debentur accepti. Nullius munificentia, & liberalitas perfecta est, & prorsus commendabilis, nisi quæ secum habet in tribuendo perpetuitatem. Hinc est, quod dum diuinæ mensæ largitatem desideramus, iubemur petere: *Panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie,* & meritò quotidianus dicitur Dominicus panis, & cur quotidianus, nisi quia semel datus, nũquam debet cessare: sed perpetua nobis parare pabula? Chrysol. ser. 68. *Quotidianum, & in diẽ vult in Sacramento sui corporis panis viaticum postulare, vt per hoc ad perpetuum diem, & ipsam Christi peruentamus ad mensam, vt vndè hinc gustum sumpsimus, indè ibi plenitudinem, totasq; satietates capiamus.* Ab illa enim procedit cœlestis cibus largitate, quæ nullum terminum in tribuendo patiatur.

Arnulph. Matth. 25 Rupert. Gen. 47. D. Amb. Chrysol.

§. IX.

Nullum adeò emortuum, & putridum cadauer existima, quod à cœlesti cibo non reformetur in vitam. Vbi sit collatio Martyris, & Eucharistiæ.

QVis nesciat mundum senio confectũ, lethalibus tabescentem morbis, & iam magis

magis cadauer, quàm corpus? Hunc ergò ſic ſenem, & planè delyrum, ſic emortuum potēs eſt cœleſtis cibus replere vita: *Panis enim Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mūdo* Et quando mundus reformatur, nec ſenectus delyra, nec mors valida, nec putredo ipſa poteſt obſiſtere vitaliſsimo cibo. Hic ſolus, & ſenio confecta membra, & emortua penè alit in vitam. Nota eſt Habraham, & Sarę vetuſta ſterilitas, hit itamē Gen. 18. Sub peregrino habitu Deum excipiunt, menſam apponunt, cibos præparant, & tandem fit conuiuiū cœleſte in domo Habrahæ. Quid plura? Poſt conuiuium ſtatim, ait Dominus. *Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua.* Miraberis imò, & cum Sara ridebis, quòd ab ſterilibus hominibus, à ſenio confectis, à membris emortuis vitaliſsimū generationis opus poſſit ſperari? Vndè ſemles artus potuerunt, ſic repueraſcere, imò viuificari? Solum audio in eorum domo illud conuiuium celebrari, cui Deus adeſt, nec minor, quod à cœleſticō uiuio, vitarum fontes effundantur, potentes & ſenio confectos artus, & emortuos in vitam excitare. Chryſol. ſer. 69. *Dominus ad Habraham velut hoſpes aduentat, inuitatus tota dignatione ſuccedit, oblata nō reſpuit, appoſita velut eſuriens, & laſſus aſſumit, & diuina collatione velut egēs ſuſcipit, & acceptat humana. Hinc eſt, quod emortua mox ſenis membra reuiuiſcūt, ſterilis vetulæ iam viſcera ſuſcitantur extincta, & natura in viuo cadauere perſepulta proditura ſuum reſurgit authorem, & generat plurimos per vnum, &c.* Non putre corpus, non ſenilia, & emortua membra in capacia inueniūtur vitæ, vbi adſtant cęleſti conuiuio: quando Deus hoſpes ingreditur noſtra indomo, quando menſis accumbit: ſic omnia domus illius reuiuiſcunt, vt mors ipſa conuertatur in vitam, & ex putridis cadaueribus homines reformentur vitaliſsimi. Quid miraris? Maius erit, quod dicam, nimirùm tātam eſſe vim cœleſtis cibi; vt vel eius odor belluinos prorſus homines trahat in rationalē vitam. Miſſurus Dominus diſcipulos ſuos, vt conuerterent mūdum, ait: *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum*: oues mittuntur ad lupos, vt è lupis rationis expertes homines fiant. Vndè habebunt oues hāc efficaciam? Vndè patientiſsima animalcula poterūt, ſic reformare lupos? Sanè non oues per ſe, ſed oues ſaturæ cœleſti cibo, & refectionis aqua educatæ, dum à lupis mactantur, eū diuini paſtus præferent guſtū vt ex hoc ipſæ bellue, lupi ipſi in homines reformentur rationalis vitæ. D. Chryſologum ſer. 23. fantē. *Ce ex pūſillus, ac mitis, diu contemtus occidi, diu deuorari paſſus eſt, donec gentilis ſæuitia, ſanguine ſaciata, vel carnibus, Euangelici pabuli ſuauitatem, & diuini fontis fluenta deguſtans totum contagium ſæculi euitaret, & paſtum, aiq; in hominem rediret ex beſtia.* Equidem gentiles lupi, dum vorant Chriſtianum gregem, dum mactant oues Chriſti, oues, inquam, cœleſti cibo ſaturas; neſcio quem, ſiue odorem, ſiue guſtum percipiunt pabuli diuini latentis in viſceribus Chriſtianorū, quo ſæculi contagium, & paſtum effugientes, in homines ex beſtijs redduntur. Quanta hæc diuini pabuli potētia? Potens eſt, dum latet in Chriſtiani gregis viſceribus reformare mundum. Et fallar, ſi quis mundalium, & ſi perditiſsimus ſit, & ſi prorſus bellua factus, hunc pro ſe habens cibum, incolumitatem non accipiat, & vitam. Ob oculos ponenda eſt illa ingens, & immanis bellua, quæ deuorauit Ionam, Prophetam vorat bellua, & non diſrūpitur inſueto cibo, imò immenſa penè maris ſpacia ſecurè tranat, donec incolumis peruenit ad portum, integrum ommiſura cibū. Quis belluam ſic incolumem perducit ad portum, niſi ipſe cibus, qui intrinſecus viuēs degit, & orationem ad Deum fundit? Sidonius Apollinar, cap. 16. ad Fauſtum Recienſem ait: Cete incolumitatem celebrans.

Chryſol.

Sidon. Apollin.

Quiq; volubilibus ſpaciātem tractibus alui
Compleſti Ionam, reſonant dum viſcera monſtri
Introrſum pſallente cibo.

Pſallebat introrſus cibus viuens; & Pſalmis ſuis Deum demulcebat, vt ſibi, & belluæ proſpiceret, incolumeſque ad portum perduceret. Sic prorſus belluini homines ſeruātur in vitam, introrſus pſallente cibo, dum ab intimis eorū viſceribus panis viuus Chriſtus pro illis ad patrem preces fundit. Felix ille cuius in viſceribus pſallit diuiniſsimus cibus, quamuis belluinis moribus ſe videat implicitum, incolumitatem ſperet, & ſalutē. Ex quo elegantiſsima comparatio innoteſcit inter ſanguinem martyrum, & ſanguinē Chriſti; vterq; à terra bibitur, & à terra ſpinis, & tribulis ſcatente, vterque intra terrena viſcera clauſus, adeò potens eſt, vt ſpinoſam terram conuertat, in paradiſum, & è condenſis ferarum efficiat vitæ arbores parturiri. Hinc eſt illa puellæ ab Herode petitio Matth. 14. *Da mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Cur ſancti viri hoſtis non potius petit eius caput ſibi dari in pugionis cuſpide? Cur maluit in diſco? Id diuina prouidentia diſponebat, vt oſtēderet martyrum carnes non abſimiles eſſe in effectu trahendi gētes ad ſalutem. carni Chriſti. quæ nobis datur in menſa Euchariſtię. Ad hæc D. Paſchaſ. lib. 7. in Matth. inquit: *Cur autem in diſco?*

Matth. 14

cq?

eo? Nisi vt Sacramentum figuraretur nostræ redemptionis Vt in disco, & mensa, quo corpus Christi consecratur, quod est caput Martyrum, ipsi participarent cum suo capite in oblatione æternæ salutis. Et martyrum sanguis, & sanguis Eucharisticus Christi in hoc conueniunt, vt à terra vocati, illam trahant in salutem.

Ioann. 6. Dixerunt ergò ad eum; Domine semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum, &c.

§. X.

Nisi tu deficias prius in Dei seruitio, numquam tibi deficiet Dei largitas.

PAratissima est Dei mensa, paratissimus, & largissimus cœlestis cibus omnibus operantibus illum; accedat quisquis vult cælestem panem, ipse quantum est ex se paratus est, in promptu est, præ manibus est, in conspectu est, vt in defectibilem semper tribuat saturitatem. Vnum ex te petitur, quod non deficias tu, quòd non desinas venire, & accedere; & ecce tibi adest largissima Dei liberalitas. Vnam inuenio, à qua video fugisse cœlestem conuiuium, ea est Cantic. 1. aiens: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas.* Nec conuiuium, nec conuiuij locum noscit, vndè potuit oriri tanta ignorantia, quod Dei dilectricem lateat cœleste conuiuium? Aiebat Dauid: *parasti in conspectu meo mensam*: & Dei amatrix prorsus ignorat, vbi cœlestis mensa inueniatur? Fallar, nisi tantæ ignorantiæ rationem indigitent ipsissima verba, aliter apud Theodoretum data: vbi sic: *Indica mihi, quem dilexit anima mea, vbi pascas*: Expende verbum *dilexit*, non ait, quẽ diligit anima, sed quem dilexit, & sanè vbi præterijt amor, vbi quis prius deficit in amore: respectu illius statim sese abdit, & deficit alioquin effusissima diuina largitas. Ad hæc D. Amb. in exortat. ad virg. ait: *Cur dicis, quẽ dilexi, & non dicis quem diligo? Ideò non tenes, quia dilexisse te dicis. Cur non potius adhuc diligis, vt possis tenere?* Felix ille, qui nouit non deficere in Dei amore: cuius amor, & feruor Dei seruiendi non præterijt, sed semper durat, & quasi recens adest, huic paratissima est cœlestis mensa: huius in conspectu diuinus adest panis, qui nunquam nouit deficere laborantibus. Non deficias venire, & cœleste conuiuium semper tibi inuenies largissimum: Reuoca in memoriam prodigi filij historiam narratam à D. Luc. cap. 15. Is dum surgit, & venit ad patrem, vix limina intrat, & ecce tibi saginatus vitulus proponitur, munificentissimum celebratur conuiuium. Sic pater pascit redeuntem filium: sed dum tantum agitur conuiuium: *Erat filius eius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, &c. Indignatus est autem, & nolebat introire.* Lætitiã audiuit conuiuij, & gradum sistit, nec amplius vult introire: sed foras totus queribundus, ait. *Ecce tot annis seruio tibi, nunquam mãdatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer.* Mirari querelam filij, cui nec hædus manducandus tribuitur, eo ipso tempore, quo munificum agitur conuiuium, & vitulus saginatus proponitur cibus. Cur è tanto conuiuio, nihil accipit iste filius? An id effecit parcitas patris? Absit: in causa enim fuit ipse filius, qui cessauit introire, qui foras manere maluit: si vt ipse ab agro venit, non gradum sisteret, sed introiret, largissimo simul exciperetur conuiuio, nec esset, cur vltra esuriret. Præclare Abbas Cellensis, lib. de Panibus. 2. in quit: *Miser, & miserabilis, qui non intrat in locum conuiuij, siue tabernaculi admirabilis. Qui extra est tunquã frater senior in agro: Qui enim intus est lætatur, qui extra cruciatur. Qui intus est satiatur in bonis, qui extra est, deficit in malis.* Vane quæritur de diuinæ mensæ parcitate, quisquis ad illam non peruenit: intrasses miser conuiuij domum, & te sic impleret vitulus saginatus, super substantialis panis, vt nihil indè possis requirere suauitatis. Diuinæ mensæ largitas in promptu est, conuiuiũ lautissimum adest: tu illo te priuas, quia nõ vis intrare, quia non accedis, quia dum alio diuertis, ire mauis in domum luctus, & penuriæ, quàm in domum conuiuij salutaris. Aiebat Psal. 35. de summa, & paratissima diuinatum epularum abundantia: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniã apud te est fons vitæ.* Dei domus vbertas, & diuinarum torrens voluptatum ideò nos implet, quoniam apud Dominum est fons vitæ: si quis alio diuertat, si quis extra Deum se porrigat, nec vitæ fontem, nec suauitatũ diuinarum torrentem inueniet, sed penuriam, sed famem, sed ariditatem. Ad hæc D. Aug. tract. 25. de

Cant. 1. *Theodor.* *Luc. 15.* *Abb. Cel.* *Psal. 35.*

cap. 6.

Ioann. 6. cap.6. Ioan. ait. *Queniam apud te est fons vitæ, & non apud nos. Ideò intrare debemus, vt viuamus, non quasi nobis sufficere, vt pereamus, non quasi de nostro velle satiari, vt arescamus, sed os ad ipsum fontem ponere, vbi aqua non deficit.* Quoties non ad Deum peruenimus, non ad Deum intramus, sed in nobis manemus: plenissimum vitæ fontem declinamus, qui non cessat apud Deum largissimos suauitatum torrentes effundere, qui nemini negantur, nisi nolentibus accedere, & intrare in tanta Domini sui gaudia.

Ioann. 6. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Et eum, qui venit ad me, non eijciam foras, Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatē meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Hæc est enim voluntas eius, qui misit me Patris; vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

§. XI.

Inter diuinæ mensæ epulas audacter pete, quasi nullam passurus repulsam: nec indè eijciendus.

NOta connexionem verborum, dixerat Domin⁹, se panem vitę esse, à suis sedē dum; quem qui fide, & charitate ederet, sic erat sanandus, vt indè iam non posset esurire. Et quidem multos pater mittet adhunc panem vitæ, multos dabit, qui huic diuinæ mensæ assideant. Felices hi, quia non solum panem vitę percipient, sed dum ad hanc mē sam admittuntur, nullam scient pati repulsam. Quippè ait: *& eum, qui venit ad me, non eijciam foras.* Et quando lautus cibus assidē-

Cassiodor. tibus dedit repulsam? Apud Cassiod. 6. variar. cap. 9. Italiæ rex regalium epularum curatorem extollit, quod inter epulas regi assistat, postulataq; possit tunc exponere sua, & sic inquit. *Tempora nostræ lætitiæ secretaria tua sunt, cum pectus redditur curis alienum: & tunc tribuitur tibi suggerendi locus, quando cunctis adimitur. Meritò, vt qui es iudex tanti apparatus, & epularum, delicatissimis cibis tibi aditus concedatur.* Meritò indè epularum regalium præfectus comendatur, quòd inter prandendum regi assistat, & prandij tempora libera habeat, ad postulandum, quando nemini patet ad regem ingressus: & rex solis vacat delicijs. Quippè animose petit, & sine metu repulsæ ille, cui suffragantur rubentia vina, delicatissimi cibi, quasi inter tot suauitatum fontes vix queat verbum asperū prosilire. Cur metuat expelli, quem epulę vsque ad conspectum regis perducunt, & patētem aditum præbēt, qui cæteris omnibus est occlusus? Et simul proculdubio frangitur, & cibus, & regale supercilium; nec potest timeri ira in eo, qui dulcissimis assidet conuiuijs. Matth. 26. vbi Christianum exponitur conuiuium, dicitur, quòd *accepit Iesus panem, benedixit, ac fregit*: nec potuit dici panis fractus in diuino conuiuio, quin statim intelligeretur tota ibi confracta diuina ira. Sic D. Ber. apud Tilmamnum in allegorijs, ait: *Fregit per gratiam, vt suam, & patris frangeret iram, Dixit enim Deus, vt disperderet nos, si non vnicus electus eius stetisset in confractione, vt auerteret iram eius.* Nulla non frangitur ira Dei, vbi incipit cœlestis cibus in fringi: fœlix, qui inter has panis fractiones accedis, nullā nō auertis iram, nullam times repulsam, sed impleberis diuinis beneficijs. Nota est Gedeonis historia ex cap. 6. Iudicum: is salutem Israelis postulans, ait: *Si saluum facis per manū meam Israel, sicut locutus es, ponā hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere, fuerit, &c.* Expē de signum salutis obtinendæ Israelitis, imò vt concors patrum sententia signum ibi exprimebatur, quòd gentes vsque tunc excluſæ, iam admittendę erant à Deo, & minimè deinceps excludendæ. Pro tantæ rei signo vellus cœlesti rori exponitur, sed exponitur in area. Cur nō magis ponitur in prato? Cur maluit in area? Sanè nullibi melius datur signum salutis neminem excludentis, quàm in area, in qua res tritici agitur. Ad hæc D. Aug. ser. 108. de tempore, ait *Hoc ergò præuidet sanctus Gedeon, quia verum, & spirituale rorem etiam gentes, nationesque erant fidei perceptione bibiturę. Nec tūc otiose Gedeō vellus, nec in campo posuit, nec in prato, sed posuit in aerea, vbi messis est tritici.* Vbi cœlestis panis tractatur, nullū repellendi signum datur, imò quisquis accedit, sic admittitur, vt vix possit inde seperari. Percusso in latere Domino militis lancea: *exiuit sanguis & aqua*: cur nō solus sanguis exiuit? Aqua populos significabat, qui vt semel sanguis Dominici poculo adhærent, vix vnquam possunt ab illo separari. Do D. Cęsarium Arelat. hom. 7. fan-

Indic. 6.

Mat. 26.

D. Bern.

Aug.

Cæsar.

tem:

tem: *Dum in Sacramento vino aqua miscetur, Christo fidelis populus incorporatur, & iungitur & quadam ei copula perfectæ charitatis vnitur, vt possit dicere cum Apostolo. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio?* Sic nos iungit Deo cœleste conuiuium, vt penè timere nequeamus separationem ab illo.

§. XII.

Cœlestis cibus de Idololatria perfectissimè triumphat. Vbi quod caueat diuinum calicem, qui Idolis concupiscentiæ suæ seruit.

OMnibus his verbis ostendit Dominus longè præstantiorem esse cœlestem cibum à se promissum, quam manna, de quo gloriabantur Iudæi. Cibus enim cœlestis sic omnia ad se reuocat, vt nihil eijciat foras, hoc est nihil relinquat Idolis seruiens. Solè nissimum est apud Paulum, quod idololatræ vocẽtur homines, *qui foris sunt*: Sic 1. ad Corinth. 5. ad Colos. 4. 1. ad Thessalon. 4. 1. ad Timoth. 3. facit ergò cœlestis cibus, vt nihil sit foris, nihil appareat deditum idolis. Hoc promiserat Dominus Ioan. 12. aiẽs: *Cũ exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum.* Expende verbũ illud *omnia*, & verbũ in præsenti datum: nimirũ, *omne quod dat mihi, &c.* Cur vtrobiq; non dixit potius omnes, quam omne, vel omnia? Vtrobiq, agebat de victoria reportanda ab idolis, quibus non solum homines erepturus erat, sed & cętera omnia quæ illis consecrabãtur, siue sensibile, siue insensibilia; adeò vt nihil relinqueretur idolis seruiẽs, sed omnia sibi raperet Dominus, aut in cruce exaltatus, aut in capitibus sacerdotum. D. Gaud. ser. 13. de Natiu. *Omnia trahã ad me ipsum, & non omnes, illud significari existimo, quod omnia creaturarũ genera, quæ idolis, vel immolabantur, vel dedicabãtur, Christus ad suam benedictionem reuocãda promiserit.* Et quidem, dum omnipotens Dominus expectãtibus diuinas escas manum suam aperit, vt largiatur cœlestem cibũ, omne implet animal benedictione: nihil eijcit foras, nullã relinquit creaturã seruientẽ idolis. Hinc pungebat Iudæos D. Iustin. Martyr in Dialogis, quòd multũ de cibis suis, & de manna gloriarentur, ait enim: *Sic & eorum, quæ immunda sunt, per Moysem vos abstinere iussit Deus, quam doquidẽ, cum etiam mãna in solitudine ederetis, vitulũ, quẽ ex auro fecissetis, adorastis.* Nec mũdæ escæ Iudæorum, nec ipsum manna fecit, quod nõ seruiretur idolis, imò ab ipsius mãna prandio surgebãt ad vitulla adorationem. Præstantior Moyse Dominus in exaltatione cœlestis cibi, in sacrificio incruento Eucharistiæ, ex quo sic omnia creaturarũ genera à se reuocauit, vt nihil idolis seruiẽs reliquerit. Psa. 73. *Tu cõfregisti capita draconis, dedisti eum in escam populis Æthiopũ.* Quis neget draconis capita quotidie confringi, dum idola gentiũ in eorum cõspectu confringuntur? Sed quomodo draco in æscã datur populis Æthiopum? Sanè cum audis, dedisti eum in escã, non putes draconẽ, sed cœlestem, & supersubstantialẽ cibũ, qui dum datur in æscam nationibus, in se reficiũtur, & simul perit totus Dæmonum cultus. Pulchrè D. Augustin. ibi. *Et quomodo accepe unt ipsi in escãdra conem ipsum? Puto quia magis Christũ acceperũt in escam: sed Christum, quo se consumarunt: diabolum, q. ẽ consumerent.* Et simul diuinissimã escam sumimus, & capita draconis consumimus: non possunt, non consumi draconis capita, vbi diuinus cibus incipit sumi. Draconis capita iam pridẽ cum cibo suo exererat antiquus serpens, cũ aiebat: *Eritis sicut dij*, ibi idololatriam, & multorum Deorum cultũ inseminarat; sed totam hãc vanitatem diuinus, & verus cibus consumit, vtpotè nociuo illi pristino cibo contrarius. Sumitur cœlestis esca, & consumuntur draconis capita, & non est, qui vilibus Idolis velit adorationem præstare. Quis vilia colat Idola, gaudens diuinissimo Christi cibo? Dan. 4. dum nefandũ Balthasaris conuiuium narratur, sic aiunt: *Allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem: vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxores, & cõcubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos, aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.* Inter laudandos ligneos, & lapideos Deos diuinissimi templi aurea vasa proferũtur; quis hæc iuberet, nisi stultissimus, & iã iam periturus cũ idolis suis? Pulchrè D. Hieron. ibi: *Quanta stultitia in aureis vasis bibẽtes, Deos ligneos laudabant, & lapideos!* Stultissimũ equidem est, vilia meminisse idola homines, qui in aureis templi vasis bibebãt. Sed multo magis stultum, & execrandum est, quod nos, qui in aureis vasis sacratissimæ Eucharistiæ bibimus, vilibus cupiditatum nostrarũ Idolis eehibeamus cultũ. In aureo calice sanguinis Christi bibes, & puluereas pulchritudinis corruptibilis imagines adoras? Et æreos nummorum Deos colis? Fallar, sic calix hic, non te, & vilissimos Deos consumat. Theodoret. ser. 10. de prouid. huc refert Balthasaris cum dijs suis ruinam. *In medium profert, quæ semel Deo consecrata erant vasa, ex eisdem potat infœlix. His autem transactis mox*

Ioann. 1.

D. Gaud.

D. Iustin.

Psal. 73.

Augustin.

Dan. 4.

Hieron.

Theodor.

contra infelicem sententia profertur, &c. Non substinere sacra vasa, vel ad horã vilium idolorum cultum, mox vt ex eis bibitur, & Balthasar, & dij lignei, atque lapidei conteruntur. Caue tibi homo, ne aurum diuini sanguinis vas labijs illis adiungas, quæ assueta sunt laudare concupiscentiæ tuæ idolatur pia: non substinebit diuinus calix, cum idolis esse, sed vt incipiat summi, simul incipiet draconis capita consumere.

§ XIII.

Inobedientiæ saporem habet Idolatriæ.

EX dictis facile explicatur ratio, obquã Dominus in textu dixit, neminem à se foras eijciendum, *quia*, inquit, *descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* Quia venit se se perfectissimum obedientem patri exhibere, ideò neminem eijcit foras, hoc est iuxta explicationem datam; neminem sinet seruire Idolis. Et quidẽ perfecta obedientia idololatriæ repugnat, cuius aliqualem habet inobediẽtia saporem. Vbi damnatur Saul. 1. Reg. 15. rationem damnationis reddens Samuel, ait: *Quoniam quasi peccatũ ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Sed scire cupis, quid habeat commune inobediẽtia cum ariolis idolatris? Ariolorum hoc est officium, vt Dæmonum attendant respõsis, illaq; pro oraculis habeant, iuxta quæ fortunas suas componant. Hæc etiã habent inobedientes, qui pro oraculis vtuntur, vel cupiditatum, vel Dæmonum responsis, illisque sequendis se dedunt, prorsus contemnẽtes imperia prælatorum. Id quod notans D. Greg. magnus in pręsenti lib. 6. ait. *Qui autem repugnant prælatorũ imperijs, ideò vtiq; repugnãt, quia diuinã voluntatem se scire melius æstimant. Quasi ergo peccatũ ariolãdi est repugnare, quia velut contempto diuino altari ad aras Dæmonum responsa percipiunt, dum cordis sui præstigiosis, ac superbis adinuentionibus credunt, & salubribus prælatorum consilijs contraria sentiendo refragãtur.* Ecce tibi, quã vicini sunt arioli idololatriæ, & inobedientes, vtrique altare Dei cõtemnunt, vtrique veri Dei voces nõ audiũt, sed ad aras Dæmonum responsa percipiũt, dum mera cordis sui secuntur placita. Apud Isaiam cap. 45 taxantur idololatræ his verbis: *Nescierunt, qui leuant lignum sculturæ suæ, & rogant Deum non saluantem.* Hi sunt, qui ligneos Deos habent, qui responsa accipiunt ab his, qui non sunt. Quid plura? Hæc elucidans: verba Tertul. lib. de Idololatria, ait: *Omnes vani, qui faciunt libita sibi, quæ illis non proderunt*: & pulchrè cum idolatris coniungit eos, qui non vocem prælatorum spectãt, sed libita sibi faciunt: id solum amplexantes, quod ex libito suo nasci vident; hi enim cum libitum suum spectant, instar idolatræ rogant Deum minimè saluantem.

1. Reg. 15.

D. Gregor.

Isai. 45.

Tertul.

Ioann. 6. Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, vt omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam; & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

§. XIIII.

Nulla est infirmitas, quæ non roboretur, dum Deum conspiciat.

NVllus quamuis vilis, quamuis infirmus quamuis reiectitius excluditur, sed omnis, qui videt filium Dei, æternam inde alitur in vitam. Felix qui eos habet oculos, qui filium Dei videant; per illos vitam æternam suget, licet sit omnium vilissimus, & obscurissimus. Multi fuerunt, qui resurrectionem carnis negabant ducti ipsius vilitate carnis, quam à sacra pagina vilipẽdi videbant. Caro, inquiunt, vitam æternam percipiet, quæ limus est vilissimus, quę fæculentum lutum, quam instar pulueris, & cinis Habrahamus depreciat, cuius in gentem gloriam fænocõparat Isaias? Horum obiecta, vt rideat Tertul. lib. de Resur. carnis, pro tãtis vilitatibus vnum solum opponit, quo solo percipi possit vita, etiam à vilissimo, nimirùm, quod habet oculos, qui Deum videant. Ait enim: *Absit, vt Deus manuum suarum operam in æternum destinet interitum. Tenes scripturas, quibus caro infuscatur? Tene etiam, quibus illustratur. Omnis caro fænum: non hoc solum pronuntiauit. Esaias, sed &, omnis caro videbit salutare Dei.* Esto sit caro puluis, & cinis, sit fætulenta massa, sit officina peccati, sit fænum vile, cur hæc officiant vitæ æternæ percipiendæ, quando & cum illis omnibus caro oculos habet, quibus videre potest Dei salutare? Hinc percipies doctrinam D. Irinæi lib. 5. aduersus hęreses, vbi cõponit cæci nati illuminationẽ per lutum, cum plasmatione, & viuificatione primi hominus. Ideò enim putat hũc cæcũ no sermone, sed luto facto curatũ fuisse à Do-

Tertul.

à Domino, vt daretur exemplũ, & perfecta similitudo creationis Adami, & reparationis generis humani. Sed quanta hæc similitudo inuenitur? In formatione Adami lutũ assumitur, ex luto corpus struitur, cui immediatè spiraculum vitæ communicatur, quo ebibit homo vitam immortalem: in cæci nati illuminatione nihil de vita agitur; nullum ibi vitæ spiramẽ dicitur homo accepisse, solum oculos accipit per litionem luti. Nõ ibi spiraculo vitæ afflatur homo, quin potius sub luto sepeliantur palpebræ, vt oculi aperiantur; quid hoc cum vita immortali? Equidem vbi oculi dantur, qui possint videre filium Dei, ibi, & vita datur immortalis; lutũ enim, quod in oculos vidẽtes filiũ Dei effor matur, eo ipso vitam sibi trahit æternam, licet minimè dicatur spiraculo vitæ afflari.

D. Irin. Ad hæc D. Irinæus supra: *Et propter hoc hic cæcus lotus venit videns, vt sui cognosceret plasmatorẽ, & disceret homo eum, qui donauit ei vitam.* Dixisset, *qui donauit ei oculos*, nisi in oculis videntibus filium Dei clarius effulgeret acceptio vitæ immortalis. Planè dum ei donauit oculos, donauit & vitã, quæ profectò æternatur in eo, qui videt Deum. Ideò Baruch. cap. 3. in eo ponit ingentes fœlicitates à Deo in homines profectas; quippè ait: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersat⁹ est.* Hęc dixit, & tacuit, quasi in eo, quòd visus sit ab hominibus Deus in terris, dicatur eorũ vita, & perennitas. Quòd notãs D.

D. Irin. Irinęus lib. 4. cap. 9. ait. *Visibilem rursus hominibus ostendes Deum, ne in totum deficiens homo cessaret esse: gloria enim Dei viuens homo, vita autem hominis visio Dei. Si enim, quæ est per conditionẽ ostensio Dei, vitam præstat hominibus in terra viuẽtibus multò magis ea, quæ est per verbum manifestatio patris, vitã præstat his, qui vident Deum.* Manifestatur Deus in rebus à se conditis, adeò, vt per res conditas apparens vitam tribuat hominibus; verum postquam verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigenitl à patre, longè copiosiorem, & abundantiorem vitæ fontẽ habemus, in visione Dei. Tota fælicitas Zachęi indè incepit apud Lucam cap. 19. quod vidit Iesum, cum enim auidissimus esset Iesum videndi, & præ multitudine turbarum non posset, inuenit arborẽ; *& præcurrens ascendit in arborem sycomorũ, vt videret eum.* De

D. Laur. quo eleganter D. Laurẽtius Nouarien. hom. 1. de Pœnit. ait. *Ascendit festiuus, & vidit. Quid vidit? Saluatorem sæculi. Benè festinauit, optimè ascendit, qui dum auidus cupit videre saluatorem, salutem ipsam inuenit.* Habent hoc oculi videntes Deum, quod statim vitam sugant, & salutem.

§. XV.

Ipsæ res animatæ, quæ Iesum respiciunt, halant vitam.

EXpendenda adhuc est illa vox *omnis*; nullus enim excipitur, siue homo sit, siue pecus, siue locus ipse, aut lignum, dum ad Iesum respiciat, vitam halat, & salutem citissimam. Cum Dominus Iesus perambulasset Hierico, sic erat multitudine turbarum vndequaq; septus, vt nullo modo cerni posset à pusillis. Iuxta viam erigebatur Sycomorũ arbor, è cuius cacumine, haud dubium, quin respiceretur Iesus. Arborem notat pusillus homo Zachæus, & videndi cupidus, eius ascendit cacumẽ. Quid plura? Vix ascendit arborem, ex qua Iesus videbatur, & ecce tibi cœlestes thesauri eius in domum effunduntur. Quis tam subitò fecit Zachæum fœlicẽ? Sanè hæc non parua causa tantorum bonorum extitit, nimirùm arbor, cuius cacumen

D. Laur. respiciebat Iesum transeuntem. Ad hæc D. Laurentius Nouar. hom. 1. de Pœnit. inquit. *Arbor optabilis salubri medicamine plena, quæ in solo aspectu subuenit peccatori, & sanctificauit prophanum. Non talis inuenitur est arbor ista, quam illa, de qua dictum est, qua die manducaueritis ex ea morte moriemini.* Arbori tribuit sanctus vir, quos fructus percepit Zachęus ex Iesu; & quidem arbor, ex qua respicitur Iesus, meritò habetur salubri medicamine plena; merito putatur halare vitam. Hinc prodibat desiderium illud Iacob, quo adiurauit

Gen. 47. filios, vt sepeliretur in terra Chanaã, sic Ge. 47. *Non sepelias me in Ægypto, sed dormiam, cum patribus meis, &c.* Præuidebat sanctissimus vir, vt autor est Aug. Lyra, Abul. terram illam fruituram esse cõspectu Saluatoris; ex quo adeò vitalem terram illam putabant, vt ex illa se citius crederent posse prosilire in immortalem vitam. Quis hoc non speraret à terra filij Dei conspectu ditata? Sanè Ægyptus singulis annis submergitur aquis Nili, sub illisque sepulta iacet vsque in mensem Decembris; aduenientę autem Decembre, & Ianuario, incipit aquas abijcere, nouumq; virorem, nouamque vitam induere. Quòd si scire cupias, vnde habuerit Ægyptus per hos menses aquarum sepulchrum & abijcere, & se omnium terrarum vitalissimam ostendere, nõ nemo putabit id venire ex eo, quod per illos mẽses viderit primò in

D. Anas. se ingredientem Iesum, dum gladium Herodis fugeret. Sic D. Anas. Sinaita, lib. 3. Examer. inquiens: *Quando Deus Christus lux mũ*

di natus est, & præsepi Bethleem in Ægyptum cum sua matre fugiente ab Herode, versatus est; statim terra Ægyti detegitur, deponit tenebras: Solis iustitiæ lumen induit: & in Christum oculos figit, &c. Cur nō halaret vitam terra, quę oculos potuit in Christū figere? Nulla enim in re, vel vmbram Christi inuenies, quæ salutem, & vitam, non valet. De Iob. cap. 2. di-
Iob. 2. citur: *Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio.* Ab omnibus destitutus vnam testā inuenit, quæ illi præbebat aliquale solatium, dum abstergebat saniē. Sed cur testa sola Io-
Polychr. bo salutaris extitit? Præclarè Polychron. in Cat. Græca Christo refert id in testa adumbrato. Ait enim. *Quod cognatè natura recognata præstat obsequium, Christum præsignificabat, nostra nostris instaurātem. Ergo imagine illa, ac typo non tam vlcus, quàm animus curatur. Quæ enim ab ea testa corpori medicina petatur, nisi ad magis reconditam Christi cōtemplationem fabulū illud referatur?* Et meritò ei solum putat testam fuisse salutarem, qui Christi vmbram portabat.

Ioan. 6. Murmurabant ergò Iudæi de illo, quia dixisset. Ego sum panis, qui de cœlo descēdi, & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergò dicit hic. Quia de cœlo descendi?

§. XVI.

Rari sunt, qui non patrissent in vitijs.

CVr non murmurent contra Deum Iudæi, quorum parentes crebrissimi fuerunt murmuratores? De illorum murmure
Psal. 105. habes multa Exodi. 16. & 17. & Psal. 105. vbi ait. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis.* Simul cū vita veniebat in Iudæorum filios murmuratio contra Deum: solēt enim filij nullius rei certiorē, quam vitiorum hæreditatem parentibus referre aceptam. Quapropter dicebat D. Cy-
Cyr. Alex ril. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 3. *Quasi paternam hæreditatem murmurationem de rebus bonis ad Iudæos descendisse comperio. Murmurabant illi aduersus Deum ex ingratitudine in deserto, murmurant, & isti de Christo, & saluatorem suum inobedientia sua vituperant.* Quasi paternā hæreditatem venisse putat Cyril. parentum vitia in filios, ego maiori certitudine vitia parentum delabi ad filios, quam paternam hæreditatem dixerim. Multi enim sunt filij, qui paternam hæreditatem contemnant, & declinēt, vel propter debitorū onera, vel propter alia multa: qui autē paterna vitia prorsus à se depellat, vix inuenitur vnus. Vincula sunt, & catenæ parentum vitia, quæ ægrè, & difficulter euadit filius. Apud Hierem. cap. *Hier. 11.*
11. ait Dominus: *Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Hierusalē. Reuersi sunt ad iniquitates patrum, &c* Quæ verba sic in rem præsentem legit Theodoretus: *Inuēta est colligatio in viris Iuda, & in viris habitātibus Hierusalem, conuersi sunt ad iniquitatē patrum suorum.* Expende quidfuerit inuentum in viris, quo reuersi sunt ad peccata patrum, nimirùm, *inuenta est colligatio*; est equidem peccatum paternum ligamen quoddam, est laqueus, quo penè necesse est filium implicari. Ad hæc Theodor. *Colligati sunt, & im-* *Theordor*
plicati cum patribus, & in itinere eorū incedūt. Quò se extendit nexus sanguinis, eò se extēdūt paternorum vitiorum laquei: qui simul cum generis propagatione, inueniuntur prolapsi. Congregati Israelitæ omnes petierunt à Samuele, sibi regem dari, Samuel autē, & si-
1. Reg. 8. tali petitione irritatus rem Deo refert; cui Deus ait. 1. Reg. cap. 8. *Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos: Iuxta omnia opera sua, quæ fecerūt à die, qua eduxi eos de Ægypto vsq; in diem hanc.* Expende illud, *iuxta omnia opera sua, &c.* quasi nullū opus malum fuerit in populo, ex quo egressus fuit de Ægypto, quod non inueniretur in singulis illorū generationibus per tot annos protractis Equidem multi transierant anni, innumeræ penè generationes transierant; nec in deserto inuenti fuerunt atui eorum, qui existebāt tēpore Samuelis, & tot generationum trāsitus nec vnum solum paternum vitium præteriri facit: sed post illos omnes adhuc miseri operantur iuxta omnia opera, quæ fecerunt parentes priores.

§. XVII.

Minimè quis censendus est ex bonis externis, sed ex intimis virtutum operibus.

VAnissimi rerū æstimatores, facilè despiciunt illum, cuius humiles parentes cognoscūt; vbi enim bonorū externorū clari tatē nō videt; nihil dignū estimatione norūt.

Hac

Hac lue infecti Iudæi, quia Ioſephum, & Mariam pauperes Chriſti parentes reputant, irridentè cœlo dilapſum hominem. Proh amentes, & inſani æſtimatores! Hos pungebat D. Iacobus in ſua canonica cap. 2. aiens. *Si introirit in conuentum veſtrum vir aureũ anulum habens in veſte candida, introierit autem, & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eũ, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, tu ſede hic benè: pauperi autem dicatis: tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nõne iudicatis apud vos metipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?* Meritò iniqua, imò inſana cenſetur cogitatio, quę externis bonis ducitur, vt de hominibus æſtimationem faciat; non anulus aureus, non veſtis preciosa, non generis claritudo cõſulendi ſunt circa æſtimationem hominis, ſed facinorũ opera præclarorum ſpectanda, quæ verum hominis valorẽ euidentiſsimè propalant. Hęc nunquam non exhibent hominem ornatũ, illa ſæpè abeuntia, & nudum oſtendunt, & miſerabilẽ. Ad hæc dicebat D. Cyril. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 4. *A rebus etiam ipſis cognoſcere poſſumus, quàm amentes, & inſani ſunt, qui exteriori habitu, non intrinſicis bonis hominem admirantur. Diuitiarum enim omnis ſplendor aduentitiam, atque caducam hominibus gloriam affert. Virtutis autem, & interioris hominis fulgor proprias, atque naturales adducit diuitias, quæ non ſimul cum iſta carne cadere ſolent, ſed animo inſunt, & cum ipſo euolant, quo creator omniũ conſtituit. Non ergò diuitijs claros, nec terreſtri gloria, quaſi ſtoſculos rutilantes, ſed eos, quos ſplendore operum ad inextingibilem gloriã currere cognoſcimus, in quibus interior pulchritudo omni virtutis numero lucet, honorare debemus.* Et ſapienter, & pulchrè hoc dictum eſt à Cyrillo: quippè externi ſplẽdores fallaciſsimi teſtes ſunt valoris humani; & qui illis ducitur, ferè ſemper miſerabiliter fallitur. Audiſtis ſæde, quòd Iſraelitæ nationum regium ſplẽdorem ambientes faſtidire cæperunt humile regimen Samuelis, quo ipſi fruebantur. Videbant regem nationum incredibili gloria clarum in medio populi procedentem, maieſtate præ celſum, fulgentibus miniſtris coronatum: ſimul & videbant ſuũ Samuelem, hominem humilem, nullo ſatellitio, nulla externa gloria inſignem. Quid tunc? Samuelem faſtidiunt, regalem maieſtatem ambiunt, lectiſsimum, & ſuper omnes eminentiſsimum virum Saulem, ſibi in Regem acciſcunt. Miſeri, & errones electores, dum externis bonis credunt, eligunt, qui ſe, & populum perdat: & deſpiciunt, ſub quo mille triumphis degebant, & illuſtres, & ſecuri. Rem præclarè attigit D. Greg. lib. 4. in 1. Reg. cap. 2. inquiens. *Saul ad pugnanda bella regem poſtulantium fortis, & potens eligitur: ita vt ſacra hac hiſtoria teſte, ab humero, & ſurſum populo vniuerſo emineret: à Deo igitur ad regni gubernacula electus, cum bonus exiſteret, & de filijs Iſrael aliquis melior illo non eſſet, tamen cũ tantus, ac talis vir carnali fortitudini relinquitur, bella perdidit, quæ pugnaturus acceperat, & vitã pariter amiſit. Samuel autem, qui ſaculi potentia ſublimis non extitit, qui humiliter, non ſolum Deo, ſed & hominibus miniſtrauit: de exterioribus quoq; bellis trophæa potenter exhibuit.* Hoc inueniũt, qui externis credũt bonis, quiſquis enim totus relinquitur ſæcularibus bonis, fieri nequit, quòd multam non afferat ruinam. Melior cõditio illius, qui ſola virtutis opera intuetur, qui intimos animi ſplendores rimatur, ab his nõ fallitur, ſed veram coronã adipiſcitur. Huc ſpectabat Pſal. 44. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbris aureis*: quaſi oſtendatur vndè æſtimanda ſit hominum regalium gloria; non quidẽ ab aureis peplis extrinſecus refulgentibus, nõ ab externis bonis, ſed ab auro intrinſecus fulgente in virtutibus animi. Id quod patentiſsimũ erit, dum audiamus Platonem. 3. de 1 epub. ſic diſſerentem. *Deus informando vobis, qui ad imperium idonei eſtis, aurum in generatione immiſcuit. Eis verò, qui ad auxilium ferendum præſtant, argentum. Agricolis autem, & reliquis opificibus æs, & ferrum. Proindè, vt qui cognati eſtis, plerũq; ſimiles vobis generatis. Quã doquidem non amen ex aurea ſobole generari poterit argentea, & ex argẽtea aurea: & reliquæ omnes eodẽ modo aliæ ex alijs viciſſim. Principibus autem, & primum, & maximè præcipit Deus, vt nullius rei ita boni cuſtodes ſint, neq; quicquã ita obſeruent, quam quid in animis filiorum ſuorum, ex illis admixtum ſit. Et ſi filius eorũ ſubæratus, aut ſubferratus ſit, nullo modo miſerabuntur, ſed conuenientẽ naturæ honorem tribuentes, ad agricolas, & opifices ipſum detrudent.* Papæ ſi Principum gloria non ab externis, ſed ab intimo auro animis admixto cenſenda eſt, quot hodie ab aulis, in opificum caſas relegandi eſſent, qui fulgentes aureis parentũ bonis extrinſecus, intrinſecus ferream, & ære alienos preſſam habẽt animam? Equidem ab aurei parentibus naſcuntur ſæpe ſubferratæ proles: & ſæpiſsime videre liceat aureamprolem in ſinu ferruginoſæ parentis. Quapropter abigendi à Republica ſunt erronei æſtimatores rerum, qui nihil ſciunt æſtimare intrinſecum, ſed ſummam fidem habent viparentum proſapiæ. Apud Lucam, cap. 10. dum mira faceret Ieſus, Iudæi mirabundi dicebant: *Vndè huic hæc omnia, & illi? Stultes eſt ſapientia, quæ data eſt tales,*

Iacob. epiſto. cap. 2.

Cyrill.

Pſal. 44.

Plato.

Luc. 10.

tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonnè iste est fabri filius, & Mariæ? Quorum insaniam
Chrysol. notat Chrysol. ser. 49. his verbis: *Non patiũtur Christum virtutibus, & sapientiæ Deum credi: sed proximorum, parentum, fratrum, affinium documento hominem tantum asserunt.* Sic credunt natalibus hominis, vt nihil vltra illos velint cogitare, & si intrinsecum regalissimę diuinitatis aurum per virtutum opera euidẽtissimè irradiet, manifestetur. Cur vanè parentum ferrum spectas, habens in prole, quæ videas aurea intimarum virtutum decora? Hæc proculdubio hominem regalibus, imò diuinis Genealogijs reddunt: sicut ferrei mores, & abiecti etiam regalissimas proles ad opificum detrudunt genealogias.

§. XVIII.

Quò quis apud homines notior, eò magis apud illos solet vilescere.

EXpendẽda est ratio ob quam despiciant Iudæi Iesum, aiunt enim: *Nonnè hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* Et quia apud vos notus ex patre, & matre, ideò respuendus? Hæc est stultorum hominum conditio, quæ notos despiciat, &
Ennod. illos magis spectet, quos numquam nouit. Hanc maculam Romanis inurebat D. Ennodius in Natal. D. Laur. Episc. Mediolanẽsis, inquiens. *Momentis plerumq; incerti fauoris aura popularis impellitur, & nescia examinis turba Quiritũ dum studijs rapitur, amat incognitos.* Et quando non plus valent apud stultos homines incogniti, quam noti? Plures sunt, qui cognitos despiciant, & parui pendant; incognitos æstiment, & promoueant, adeò, vt qui prudens est, hoc in primis debeat curare, ne sui copiam faciat, ne se nimis familiarem præbeat; vilescet profectò, si cognitus habeatur. Sapiens mulier, quæ fluxu sanguinis laborabat, prẽripere dum nititur sanitatem ex Iesu Matth. 9. *accessit retrò*. Si donum sanitatis accipere cupis, cur non magis ante oculos te constituis saluatoris? Cur non magis amas videri, & agnosci? Cum Iesum hominem videbat, cauebat hominum conditionem, ideò non cognosci, sed nescirivoluit, vt securius expectaret sanitatis donum. Ad hæc Chrysol. ser. 34. *Nescire se ab*
Chrysol. *eo voluit, à quo se credidit posse saluari.* Et quidem ea est hominum cõditio, vt magis nesciri debeat curare, qui ab illis aliquid obtinere nauat, omnia perdet, si habeatur no-

Ioann. 6. Dixit eis Iesus: Nolite murmurare inuicem, nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est in Prophetis, erunt docibiles Dei, &c.

§. XIX.

Nulla mortis vilitas non obtegitur, vbi Iesus est, qui resuscitat.

IAm tertiò audiuntur hæc verba, nimirũ, *& ego resuscitabo eum in nouissimo die*, nec vnquam ante hęc præcesit mortis memoria. Solum dicũtur iusti à Iesu præcipuè resuscitandi, & non dicuntur morituri, cur antea non proponitur mors, non exponuntur sepulturæ sordes, & caligo, v. g. si dixerit: *& si mortuus fuerit ego resuscitabo eum*, sed nulla mortis facta mẽtione, solum proponitur resurrectio, Vbi Iesus est, qui resuscitat, sic mors obtegitur, vt nihil appareat nõ vitalissimum. Apud Daniel. 12. *Et docti in populo do* Dan. 12.
cebunt plurimos, & ruent in gladio, & inflamma. Ecce vobis totam fœlicitatem eorum, qui docibiles Dei sunt, nimirùm hi ruent in gladio, & inflanima; qualis est hæc sapientiũ fœlicitas, quod ruant in gladio? An fęlix est, qui gladio percutitur? Fęlix est vas, quod percutitur, & confringitur ab artifice, vt gloriosius, & elaboratius rutilet. Sic ex Hębreis legit noster Sanchez, inquiens: *Ei de eruditis ruent, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur.* Vidisti sæpe ferruginosum vas confringi, & confractum in ardentissimam fornacẽ detrudi; nec doles vasis ruinam, quia sic vides tractari vas ab artifice, cuius labore in nouum splendorem vas surget, quo nec pristinæ deformitatis, nec ferruginis appareat vestigium. Sic cum Christi sapiẽtes cadunt, in puluereműque sparguntur, non ruina est, sed ars Iesu, qui illos sic frangit, vt conflentur, & eligantur, & de albentur, vt nihil non appareat in eis non splendidum, & præstantissimũ. Vasis ruinas glorijs implet artificis manus, & vitæ humanæ ruinas non illustrabit manus omnipotentis Christi? Rem pulchro exemplo expendit Tertul. lib. de resu. Tertul.
carnis, inquiens: *Phidia manus Iouem Olympium ex ebore molitur, & adoratur, nec iam bestia.*

lia, & quidem insulsissimæ dens est, sed summũ saculi numen, non quia elephantus, sed quia Phidias tantus: Deus vivus, Deus verus quamcũq; materiæ vilitatem, non de sua operatione purgasset, & ab omni infirmitate sanasset? Quid pulchrius? Elephantus trahitur ad mortem, humi iacet bellua iam putrida, accedit nobilis artifex Phidias, belluæ ossa, & dentes assumit, ex quibus Iouis Idolum sic elaborat, vt propositum nationibus credatur sæculi numen viuidissimum, eiq; victimas litent. Quid facitis gentes? Quod in ara rutilat, cadauer est insulsissimæ belluæ, spolium mortis est, os rude, vel dens elephanti iacuit. Equidem cadauer erat, os rude, & vilis dens post venatoris manus, at postquã manus accessit Phidiæ, iam non dens, sed Deus; sic cadauer, sic os dissimulatur sub artis gloria, vtq; nationibus habeatur numen. Fœlix cadauer, quod inuenit manus tanti artificis: fœlicior tu homo fidelis es, liceat humi iacere, liceat putrescere humi, iam non corpus, sed cadauer; iam non caro, sed os: tunc accedet manus Christi, de cuius operatione quæcumq; materiæ vilitas, sic purgabitur, sic illustrabitur, vt sydera ipsa claritate superes. Vtinam ad has Christi manus omnes traheremur; trahũtur à Patre omnes credentes iusti, & dantur in manus tanti artificis, de quarum operatione arida ossa vilitatem exuunt, & induunt sortem diuinam. Totum hoc video decantatum Psal. 2. vbi sic pater ad filiũ: *Postula me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Et nũc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Apprehendite disciplinam.* Iubentur homines Principes discipuli fieri tanti regis, tanti Domini, ad quem trahendi sunt è patre; ipse autem recturus est eos in virga ferrea, & sic fracturus est eos, ac si essent vasa testacea. Deus bone, quis huius disciplinã capiet? Quis potius manus Christi non fugiat, à quibus confringendus est, vt vas testaceum? Confringẽdus est quidem, qui in manus venerit Iesus, sed fœlix, qui etiam, vt cõfringatur, patitur illas manus, à quibus exuta vilitate, & infirmitate, gloriosa prodibit indutus claritate. D. Iren. Ad hęc monebat D. Irinæus, lib. 4. fatus: *Si ergò opera Dei es, manus artificis tui expecta: præsta ei autem cor tuũ molle, & tractabile, & custodi figuram, quam te figurauit artifex, custodiens in temetipso humorem, ne induratus amittas vestigia digitorũ eius. Ab artificio enim Dei absconditur, quod est in te lutum: fabricabit sustantiam in te, manus eius liniet te ab intus, & à foris auro puro, & argento, & in tantum ordinabit te, vt & ipse rex cõcupiscat speciem tuam.* Et quidem meritò dicit, quòd ab artificio Dei absconditur quod in nobis est lutum, quæcũq; enim mortis, & infirmitatis vilitas disparet, vbi tradimur in manus Christi, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suę, vt qui antea putredo erat; iam rutilet inter sydera.

Ioann. 6. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ.

§. XX.

Vbi Deus cælestem hunc panem nobis donauit, quasi tenetur iam mortis damnationẽ delere.

CVr vitam non æternabit illi, cui Deus panis est, & cibus? Ex quo Deus se nobis in cibum dedit; ex quo cælestẽ panem nobis, vt cibum in hac vita, & viaticum ad futuram prouidit, validissimum argumẽtum habemus pro mortis sentẽtia abolenda, pro æternanda vita. Reuoco in memoriam filiorum Iacob tritissimam historiam, quando descenderunt in Ægyptum emere triticum: bis equidem descendunt in Ægyptũ, semel cum Beniamino, & semel sine illo, & semper ab Ægyptiorum Prorege liberaliter excipiuntur; illis triticum exhibet, & pecunias cum tritico restituit. Tandem, & boni Principis conuiuio saturi, plenis frumento saccis in domum suam reuertuntur lætissimi. Adhuc erãt in via; & ecce vobis lætitia vertitur in luctum: accedunt enim Proregis ministri, saccos frumentarios scrutantur, & in Beniamini sacco abscõditus inuenitur aureus cyphus. Adstupent fratres, puer totus pauidus cõprehenditur, ad Proregem deducitur furti reus. Prorex iratus iubet iuuenem ligari, in carcerem detrudi, ibiq; sentẽtiam mortis expectare. Quantus tũc pueri luctus? Quantus fratrum clamor? Quis illorum nõ vellet mori, vt puer viueret, ne eius mors patrẽ senem crudeliter feriret? Dant sese fratres obsides pro iuuene, lamenta multiplicant, rationes congerunt, quibus molliant iudicẽ. Prorex autem seueriſsimus astat, damnationẽ pueri confirmat. Tunc Iudas accedit fratrem à morte liberaturus, sed qua id ratione perficiet? Accipite illam, & pulcherrimam, & fortissimam ex Iosepho, lib. 2. Antiq. cap. 3. vbi hæc ad Proregẽ pro fratris vita verba

facit Iudas: *Ne commitas, vt illud beneficiũ, tibi pereat dum fame ereptis, & frumento liberaliter auditis etiam ad domum alimenta perferendi potestatem feciſti. Eiuſdem enim bonitatis eſt ſeruare fame debita periclitantes, & mortem meritis culpam cõdonare. Seruabis enim, quos paniſti, & vitam, quã præfame difficere nõ es paſſus, denuo donabis, quo commendabilior ſit tua clementia, dũ & vita donas, & per quæ vita retinetur.* Quę verba pulchriora excogitari poſſent in rem noſtram? Quos Prorex frumẽta, & cibarijs à mortis gurgite rebocabat, ſineret inmortẽ licet alioquin meritam ire? Cur abundantiſſimam præberet alimoniam, quam vel indomum referrent ſuam, ne fame perirẽt, quos ferro vellet ſtatim perire? Sanè ex quo cibo rum impenſis reuocauit eos à morte, quaſi tenebatur eoſdem, & damnationi eripere, ne primum, & tantum perderetur beneficiũ, ſed in effectum, cum ingenti gloria donãtis exurgeret. Quid plura? Simile argumentum fidales contorquemus in mortis damnationem, ex quo latiſsimam Chriſti mẽſam accipimus. Nunquam enim committet Deus, tantum beneficiũ, ſibi perire, dum fame ere ptis, & frumento ſtabilitis diuino, etiam ad patriam domum alimenta perferendi poteſtatem fecit: dum ſe viaticum propoſuit, & panem vitæ. Quos non eſt paſſus fame tãti epuli perire; paſtos illo, & ſaturos in macellũ ab ire permittet? Seruabit proculdubio, quos dauit, & morti æternæ eripiet illos, quibus horrea tanti alimenti in tot annos prouidit. Nec vellet Deus optimus maximus audire, quod ille auarus diues, nimirũ. *Et quæ paraſti, cuius erunt?* Imò fideles ſuos in æternum ſeruabit, ſiquidẽ illis alimenta prouidit æternæ vitæ. Aiebat auariſsimus ille Luc. 12. *Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ. Anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, ſtulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autẽ paraſti, cuius erunt?* Et merito ſtultitiæ accuſatur, qui totus dum eſſet in congerendis, & parandis epulis in annos plurimos, nihil prouidit circa vitam habendam, mortemq; fugandam. Quippè ad ſapiẽtiam pertinet, nõ parare epulas in plures annos, quam ſunt anni vitæ: imò ex quo Deus vitæ æternæ menſam parauit, iuxta ſapientiæ ſuæ regulas, tenetur ſimul damnationem mortis abrogare. Prouerb. 9 *Sapientia ædificauit, ſibi domũ ſcidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinũ, & propoſuit mẽſam. Miſit ancillas ſuas vt vocaret ad arcem, & ad maenia ciuitatis.* Non vocat ad arenã, in qua ſunt pericula, in qua pennatæ volant mortes, ſed vocat ad arcem, in qua eſt protectio, & ærei muri, qui rideãt inimicorũ iacula! Cur ergò non magis vocat ad arenam, quã ad arcem? Equidem parauerat menſam, cibaria prouiderat in abundãtia, ex quo magis tenebatur prouidere comendentiũ ſaluti, & vite, ne cũ mãducãtium vita denſſet, ſtultus videretur tantæ menſæ parãdæ labor. Quis iã metuat ſibi mortem, dum cœleſtem cibũ à Domino accipit præparatũ. Aiebat Paul. ad Rom. 8. *Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donauit?* Ex his Auguſt. ſer. 4. in natal. Mart. contemptũ mortis vult perſuadere Chriſtianis ex dono accepto à Patre aiens. *Terret te fremitus mundi, cui donatus eſt artifex mundi? Chriſtum nobis donatum eſſe gaudeamus, & nullos inimicos in hoc ſæculo timeamus.* Noſce homo diuinũ donum, noſce menſam paratã, noſce deificæ carnis ferculũ tibi donatũ, & diſce mortem nõ timere, cur debitum timeas mortis, cum tibi donatum accipias vitæ authorem? Rugiat diabolus, & circum quæras, quem deuoret, non timet iã Chriſtianus ab hoſtibus circumdari, quando pro ſe habet cibaria in plurimos, imò in æternos annos præparata.

Luc. 12.

Prouerb. 9

Ad Ro. 8.

Auguſt.

§ XXI.

Se inter peccatores humiliter annumeret, quiſquis cæleſti cibo vellit ſaginari.

PAnis eſt Deus, ac proindè certum, quòd gaudeat conſortio palearũ, ſuſtentatur enim triticũ paleis, & neceſſario gratis aſpiciet oculis illas, quarũ gratia coaluit. Quid tumes homo, & ſic tuã exaltas puritatem, vt nec minimã in te, imò nec iuxta re paleã videre auſis? Fauſtus abijce, & te paleis fædatũ confitere, inter paleas anumera, & ſecurius aſsidus cœleſti pani. Sic cõſulebat. D. Aug. ſer. 221. de temp. *Nemò quærat expellere totã paleã, niſi tempore vẽtilationis, nemo ante tẽpus deſerat aream; ne fortè, dum non vult peccatores ſuſtinere, præ aream incentus prius ab auibus colligatur, quã ingrediatur in horreum.* Sũt qui ſe iuſtos prædicant, & adeò de puritate gloriantur, vt nec in ſe, nec iuxta ſe ſuſtineãt videre paleam peccati. H; dum in hoc areæ tẽpore volunt prætendere horreorũ puritatẽ, à malignis auibus deuorãtur. Securior agit, qui noſcens areæ tempus, ſeſe inter peccatores annumerat, nullaſq; paleas à ſe alienus putat, ſed quaſi palearum manipulum ſe ſiſtit

Auguſt.

diuino

diuino pani; O quàm hic degit securus ab auium morsibus! O quàm cœlesti pani gratus accedit, qui vt panis factus est, nõ potest in gratis oculis aspicere paleas. Paulus ad Phi
Ad Phi. 3 lippen. cap. 3. extollens Christum Dominũ supra legem, ait: *Omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora, vt Christũ lucrifaciã.* Apud D. Thom. aliter: *Omnia pro damnis duxi; habeoq́ pro reiectamentis, vt Christum lucrifaciã.* Vbi noster posuit stercora, & D. Thomas legit reiectamenta, Græcus ponit *Scybalon*, quod est frumenti reiectamentum, nimirùm palea. Et mirum est, quod Paulus sic vilipendat legem coram Christo, vt illam paleã vocet; non ne lex Christum in se præhabebat? Nonne Christũ halabat? Nonne Christo tota seruiebat? Cur ergò Paulus sic illã despicit, sic illã exinaniuit, vt vocet reiectamẽta, vt vocet paleam? Imò nullo magis commẽdat Christo cœlesti frumento legem, quam dum illam paleam vocat: semper enim panis acceptum refert paleis, quod ipse sit. Adhęc
Chrysost. pulchrè D. Chrysost. hom. 11. inquit. *Si verò reiectamenti nomine legẽ intelligat, nec sic probri quicquam fuerit. Nam reiectamentum à frumento est, & quòd frumenti nascentis robur est, illud est Scybalon, paleam dico. Nam, nisi fuisset palea, frumẽtũ vtiq́ natum non esset: Vides quomodo vndiq́ Christo inhæreat, nec sinat vllo pacto proboscide nudari legem, sed vndiq́ eam muniat?* Equidem nũquam lex gloriosior Christo Domino sistitur, quam vbi instar palearum fasciculi illi sistitur: per gratis enim oculis triticum paleas respicit, à quibus habet, quod viuat. Et sanè hoc etiã debemus peccatorum paleis, quod propter illas Iesus panis fiat vitæ: nunquam ergò minus ingratus Deo cœlesti pani assides, quàm dum humilis inter peccatores te annumeras, paleasquè peccatorum tuorum præoculis feras. Pharisæi
Matth. 9. Matth. 9. sic obijciebant Christi discipulis: *Quare magister vester cũ publicanis, & peccatoribus manducat?* Quasi superbissimi homines iusti, & puri essent, sic peccatoribus annumerari detrectant, & inter illos assidere conuiuijs, quo se miseri à conuiuio Christi prorsus excludũt. Ad hos
Chrysol. D. Chrysol. ser. 30. inquit. *Pharisæe cõfitere peccatum, vt Christi venire possis ad mensam: vt sit tibi panis Christus, & panis ipse frangatur in tuorum veniam, peccatorum: vt fiat tibi Christus poculum, qui in tuorum delictorum remissionem funditur. Pharisæe prande cum peccatoribus, vt possis prandere, cum Christo: agnosce te peccatorem: vt tecum prãdeat Christus: intra cum peccatoribus conuiuium Domini tui, vt possis non esse peccator.* Quòquis humilior accesserit sub cognitione suorum peccatorum, eò aptior, & gratior erit pani viuifico, vt qui peccatorum paleis acceptũ refert, quod panis factus sit.

Ioann. 6. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.

§. XXIII.

Ex quo parauit Dominus nobis mensam in deserto huius vitæ, tenetur, & in patria facere similiter.

MAnna in deserto datum, quos ibi inuenit Israelitas, ibi reliquit sepultos: panis autem viuus Iesus, qui à cœlo descendit, vt in huius vitæ deserto homines pasceret, quos hic inuenit homines, se illis communicando, non reliquit illos in hoc exilio sepultos, sed in patriã cœlestem duxit similiter ibi satiandos. Vndè manna reliquit sepultos in deserto, & panis viuus non reliquit sepultos in hoc exilio, sed magis excitat ad æternã satietatem? Quia manna simul cũ pereuntibus periit: panis autem viuus manet gloriosus, & venerabilis in patria, nec potest nõ pari modo se gerere in patria cũ his, cum quibus in exilio arctè, & indissolubiliter communicauit: Pulchrè Algerus, lib. 1. de Sacramento
Alger. cap. 3. ait. *Non enim esset misericordiæ Dei, & iustitiæ condignum, si eos repelleret à regni sui cõsortio, quibus tam familiariter vniri dignatur in exilio mũdi.* Qui exul, dum cũ exulibus alijs viuit, familiariter cum illis agit, intimam, & æqualem cum illis init amicitiam; eãdẽ postea tenetur seruare, dum fuerit constitutus in libertate; si velit veram animi profiteri ingenuitatem. Quale enim erit, quod in fœlici statu constitutus fastidias, & despicias illum ipsum hominẽ, cui te dum in inferiori eras, intimè cõmunicaueras, & arctissimo vnanimitatis vinculo te vnieras? Hoc temporalissimus aliquis homo potest facere: verùmquì ingenuus est homo, quibus se in exilio dedit intimum amicum, & familiarem, eũdem se debet in patria libertate præstare. Descẽdit equidem diuinissimus panis de cœlo adhãc lachrymarum vallem, & ita se in hoc exilio deiecit, vt se dederit exulibus in pabulũ, in signum perfectissimæ cũ illis vnanimitatis.

Quid

Quid tunc? Dum in sua regna redierat, relinquet vnanimes suos in exilio sepultos? Absit: illos secum adducet, & pari amicitia deuinciet, paribus epulis, & cõuiuijs satiabit, Apud Luc. cap. 12. vigilantes seruos, & amicos venit Dominus reducere in patriam: & post reductos in patriam, ostendens, quibus illos honoribus prosequatur, ait: *Amen, amẽ dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discũbere, & transiens ministrabit illis.* Non miror, quòd Dominus seruos suos vigilantes in gloria cœlesti discumbere faciat. nec etiam miror, qui ibi ministret illis æternitatem halãtia pabula. Id solum mirandum mihi venit, quod ministraturus in gloria adhuc dicatur præcingi; quippè hic habitus est mundialiũ seruorum: cur ergò Domine adhuc in gloria seruas eũdem habitum seruitutis mundialis cum tuis? Sanè in hoc exilio, dum exul ageret, sic se deiecerat ad suos trahendos, vt non solum conuiuia illis diuina pararet, sed & in modũ serui linteo se præcinxit, vt eorũ pedes lauaret: ne ergò videretur hæc ministratio ex occasione venisse, sed ex animi ingenuitate non debuit in patria, dum opulẽtus esset, & gloriosus illã pręterire, sed prorsus eamdem præstare, ingeniose, vt assolet Chrysol ser. 24. fatur. *Discũbẽti homini Deus astat, & astat in cœlestibus: epulanti seruo seruit Dominus, & seruit accinctus: pueris suis ministerium facit Christus, & facit in patris iam gloria constitutus. Qui tibi in terra lauando pedes extremum representauit obsequium, & repromittit in cœlestibus nouissimam seruitutem.* Non ad tẽporum occasiones viuit nobilissimus Iesus, instar vilissimorum hominum mundialiũ: nec eius diuinissimi mores honoribus, aut euentibus mutãtur: quos exul in exilio amauit, eosdem amat, & sibi assidere facit in regno patrio: quam exhibuit in deserto humanitatem, eãdem exhibet in medio Angelicarum potestatum, & in frequentissimo Seraphinorum senatu. Sanè ex quo exul à patria sese creaturis suis cœlesti conuiuio insinuauit, nullum iam habebit statũ, in quo nõ se ostendat simili humanitate. Iam à mundo exceserat, iam pergebat ad patrem, & dũ adhuc ignotus voluit agere cum suis, ad conuiuium venit, & statim ex notissima diuini epuli cõmunione manifestatur. Sic habes Luc. 24. *Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panẽ, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* Et si extra mũdi statum esset, & si in via ad regna paterna iam inueniretur, vbi suos offendit, non potuit illis notissimam in cõuiuijs, & humanitatem, & comitatem; & suauitatem ostentare. Ad patriam sedem ventum est: quid tunc? Isaias 66. *Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis, & quasi torrẽtem inundantem gloriam gẽtium, quam sugetis: ad vbera portabimini, & super genua blandiẽtur vobis. Quomodo si cui mater blãdiatur, ita ego cõsolabor vos, & in Hierusalem cõsolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra, quasi herba geminabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius.* Expẽde in regeneratione, cum corpora reuiuiscant, delitijsq; cœlestibus immergatur, tunc notissimam sibi Domini manum in his omnibus recognoscent. Eadem manus Domini nunc, & tunc inuenietur, quæ assueta semel homines pascere, nunquam non eamdem se præbere potest.

Luc. 12.

Chrysol.

Luc. 12.

Ioan. 6. Ego sum panis viuis, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

§. XXIII.

Multis indiget homo, vt possit digne cœlestem cibum excipere.

NOn otiosè meminit Dominus carnis suæ pressuras, effusionemque largissimam sui sanguinis pro mundi vita obtinenda, vbi cœleste parat conuiuiũ. Quippè ait: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mũdi vita, nimirum mactata; cur simul Domine & passionis meministi, & cõuiuij? Cur & vitæ panem porrigis, & effusionem tui sanguinis in medium producis? Vt ostendat quãtis laboribus, quãta sanguinis irrigatione egeat homo pręueniri, vt dignè dininum excipiat cibũ. Pulchrè D. Irinæus lib. 4. cap. 72. post Christi Domini enumeratos labores, sic finit, *Pro nobis igitur omnia hæc sustinuit Dominus, vti perseueremus in eius dilectione, edocti diligere Deum: & tandem aliquando maturus fiat homo, in tantis maturescens ad videndum, & capiendum Deum.* Tantis potuit egere homo, vt maturesceret ad capiẽdum Deum? Equidẽ, nisi in multis laboribus, in largo sanguinis sudore irrigatus homo non habet eã maturitatem, qua fructuose, & digne in ordine ad profectum spiritualem, excipere posset cœlestem cibum. Ad frugum maturitatem, multi sudores, labores multi, frequẽtes irrigationes requiruntur, vt ostendat Dominus per

D. Irin.

per quos labores acquiratur maturitas, vt digne recipiatur Deus; in horto sudauit, in domo Cayphæ salibarum stercora sustinuit, in prætorio, & Caluario sanguinis fontes ad irrigationẽ effudit: & omnia hæc sustinuit, vt in tantis disceremus matureſcere ad capiẽdum Deum. Mihi crede, nunquam accedas ad cœleste conuiuium, nunquam diuinissimi sanguinis poculum velis pertingere, nisi præmissis multis irrigationibus, & mũdus, & maturus fias. Nefarissimus ille homo Pilatus, dum ad sanguinem Iesu accessit, qui effundendus erat pro mundi vita, nil prius cogitauit, quam ad se aquarum lauacra dirigere. Matt. 27. Ait enim Matth. 27. *Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo, &c.* Cur miser tantam mactaturus hostiã, lauas manus? Cur ad aquas contendis, statim ad Iesu sanguinem iturus? Instar lupi rapidi voraturus accedis agnum, qui abstulit peccata mũdi, & lauacris te præparas? Adumbrauat infelix Christianos conuiuas, cum non nisi lotus, & mile lauacris mundus audet accedere ad rem sanguinis diuini. Cyri. Alex. Hoc notans D. Cyrill. Alexan. lib. 10. in Leuit. tandẽ finit. *Audi autem, quomodo lotus sit, & mundus effectus, cum ad populũ diceret: vultis vobis dimittam Iesum, qui dicitur Christus? hunc poscit aquam, & lauit manus suas coram populo dicens: mũdus sum ego à sanguine eius, vos videritis. Sic ergò lotis manibus suis videbatur mundus effectus.* Non antequam munditiem repræsentaret, & aquæ irrigationem susciperet, immanissimus lupus audẽt vorare agnum diuinũ. Hostiam litabat carnifex nefarissimus, sed nõ nisi prius adhibitis lauacris, adhibitis irrigationibus, quibus & mundus, & maturus apparet, vt securius videretur inferre manus Deo ipsi? Et tu nullo lauacro, nulla irrigatione præmissa audes diuini agni carnes pertingere? Quod nõ audet lupus voraturus agnum, audet Christianus Deum in agno epulaturus? Sanè qui velit, & maturus, & dignus accedere ad hoc epulum, ad Deum suscipiendum, nõ aqualis irrigationem solam, sed totum mare sibi in lauacrum procuret. Petrus vbi nouit Dominũ in littore esse maris, non expectauit nauis tarditatem, sed vt ad illum festinior iret, & accederet, in mare se dimisit. Cur petre, non expectas magis? Cur non magis fidis rapidissimo linteorum cursui? Cur te potius mari credis, vt accedas ad Christum? Nouerat bonus saluatoris discipulus, quantis egeret irrigationibus peccator, vt maturus ad Deum accederet. Quippè Chrysol. ait Chrysol. ser. 78. *Vt audiuit, quia Dominus est, misit se in mare. Vt mare diluceret, quod negatio taliter sordidauerat.* Equidem nobis opus est fontibus, & mari, vt irrigati, & fæcũdati, eam habeamus munditiem, & matutitatem, qua Deum excipiamus. Nullum sordentẽ vitijs, nullum viridantibus annis luxuriantem admittit hæc mensa, sed solos mũdos, & maturos amat. Apocal. 22. *Ostendit mihi fluuiũ aquæ viuæ, splendidum tanquam christallũ procedentẽ de sede Dei, & agni. Exvtrq; parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses singulos.* Ad ripas fontis Dei, & agni vide qualia sint ligna, nimirùm ligna singulis mensibus fructificantia, ne quãdo sine maturis fructibus appareant. Pulchrè D. Chrysost. hom. 61. ad Popul. satur. *Ex hac mensa fons ascendit, spirituales emittens fluuios. Apud hunc fontẽ plantatæ non infructuosæ salices, sed arbores ad ipsum cœlum peruenientes, fructũ habentes semper maturũ* Præmittit mẽsa Dei, & agni grariarum fluuios, quibus viuidæ iustorum ligna irrigentur, vt nunquam non maturos habeant fructus, & matureſcant amplius, vt Deum possint capere.

Apoc. 22.

Chrysost.

§. XXIIII.

Omnia sit nobis Christus.

EXpende adhuc verba, nimirum: *Panis quem ego dabo, caro mea est*, est equidẽ panis, & caro; & quid non est diuinus panis nobis datus? Et caro est, & mel est, & omnia sit gustãtibus. Præclarè Drogo lib. de Passion. Drog. ait. *Quid amplius dicam? Vnus, idemq; cibus, & apis est mel, & cerui est fons aquæ, & panis, qui cor hominis confirmet.* Quid non inuenies homo in huius diuinissimi cibi cõuiuio? Si velut apis liliatum tritici acerbũ circũdas, eius lilia, & flores lambẽs, mel tibi erit, imò quid dulcius super mel, & fauum. Si velut ceruus sitiuundus iustitiã sitias, & sanctitatẽ, inibi tibi aderit fons in vitã æternã saliens. Si velut vultur, aut aquila adhoc diuinissimũ cor pus aduolaueris, caro est, quæ te exsatiet. Si tandem velut homo tantæ assederis mensę, panẽ inuenies, qui cor humanũ valeat cõfirmare. Hinc Georgius Nicomediensis ser. de Georg. Præsentatione Mariæ, sic tẽplũ alloquitur: *Accipe mensam, quæ portat vitã, in qua vitæ nostræ panis propositus ambrosia pauit eos, qui eius fuerint participes.* Commune erat, quod panis nos pane satiaret, verũ huius mẽsę panis, ambrosia pauit participes suos: quia veriusquã manna vetus se transformat in omniũ saporum suauitatẽ, & fit, & panis, & caro, & mel, & fons, & ambrosia gustantibus. Magnum hoc, sed quid maius excogitauit Orig. hom.

in

in 1. Reg. fatus *Singulis sensibus animæ singula quæq; Christus efficitur, id circo, & verum lumẽ dicitur, vt habeant oculi animæ, quo illuminentur. Id circo, & verbum, vt habeant aures, quod audiant. Id circo, & panis vitæ, vt habeat gustus animæ, quod degustet. Id circo, & vnguẽtũ, vel nardus appellatur, vt habeat odoratus animæ fragrantiam; id circo, & palpabilis, & manu tractabilis, &c.* Nullus est sensus, qui non impleatur in hoc diuinissimo conuiuio, in quo Christus sit omnia singulis.

Ioann. 6. Litigabant ergò Iudæi, adinuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare ad manducandũ?

§. XXV.

Cæcus est, & Iudæ proditori similis, qui regium Christi splendorem in Eucharistiæ conuiuio non obseruant illumq; honorant.

ECce quam vilis habeatur Dominus apud hos pessimos Iudæos, dicũt enim: *Quomodo potest hic*, quasi necnomẽ eius sciãt, imò quouis titulo honoris indignum reputent. Audiunt diuinissimum cœlestis panis cõuiuium sibi ab Iesu oblatum, & despiciũt tanti muneris datorem, & exmunerenõ cognoscitur Dominus omniũ, sed nec vllo cognomine dignus censetur. Iamnon mirabor; quod audiẽtibus reprobis Iudæis dicat Dominus Latroni; *Hodie mecum eris in paradiso.* Cur tanta latroni? Cur in conspectu Iudæorum? D. Amb. Psal. 39. veram, & pulcherrimam insinuat rationem: *Ad istorum omnium perpetuam condemnationem latro crucifixus absoluitur, quia ille Christum in supplicijs agnouit suis, quẽ isti in beneficijs non agnouerunt: quia in cruce sua regnum Domini mente conspexit, quod in conuiuio Christi Iudas videre nõ potuit.* Equidẽ proditoris, & cæcitas, & insania fuit, quod accumbens cœlesti conuiuio, regalem Iesu magnificentiam non agnosceret, & similiter reproborum Iudęorũ erat vt inter diuinissimi sanguinis propinationem, & regem, & Dominũ Iesum minimè agnoscerent, quãdo vel ex mensa cœlestibus repleta dapibus clarissimè regiam Iesu potestatem debebant agnoscere, & illã honorificentissimis nominibus, & titulis prosequi. Hoc enim cœleste conuiuium spectans Dominus aiebat apud Ezech. cap. 34. *Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt vltra in miseriã famis in terra.* Ad famem orbis tollendam, suscitat Dominus hoc germen, hunc cibum cœlestis mensæ. Sed quale germen est? Ipse ait: *Germen nominatum*, idest nominũ claritate cõspicuũ, & celebre, Hebræi legerunt: *germen in nomẽ*: quasi cibi huius magnificentia tanta foret, vt ipse acquireret inuentori suo æterni agnominis honorem. Et quando famis ablatio similem non peperit honorem? Accipite Cassiodorum. 6. variar. 18. aientem: *Non immerito Pompeius fertur, copia quantitate prouisa, vsque ad rerũ peruenisse fastigia. Quia merito singularis est amor populi, cum potuit à penuria liberari. Hinc ille gratificationẽ meruit, plausumq; populorũ. Hinc vniq; semper amatus est, & in gratia ciuium, omnium victi facta maiorũ; qui ne aliquando in honore diceretur, cũ nominis taxatione vocabatur, & magnus.* Expende illud, nimirũ, *ne aliquando in honore diceretur*; quippè vbi populorum famẽ sustulit prouisa frumenti copia, adeò se regium ostendit, vt cauerent populi, vel eius vocabulum proferre sine aliquo honoris titulo addito, & ideò vocabatur Pompeius magnus. Adeò regiũ est studium famis depellendæ, populiq; exsatiãdi, vt qui id habuerit, nunquam sine honoris titulo nominari debeat ab his, qui sanæ sunt mentis. Hinc Paulus, qui milies Iesum nominat contentus hoc sacrum nomen exprimere, sine alio titulo, vbi ad cœleste conuiuium accedit, statim ait. 1. ad Chorint. 11. *Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem &c.* Cur modo præcipuè dicitur Dominus Iesus? Sic regius apparuit in cõuiuio, vt deberet ibi sanctus doctor cauere, ne in honore diceretur, sed cum nominis taxatione Dominus vocaretur. Huc conspirarunt nationes Christianorũ, apud quos Eucharistiæ epulũ nũquã sine titulis honorificis nominatur; quippè cum nominis taxatione, sanctissimum dici consueuit, ne vnquam in honorè nominari possit.

Ioann. 6. Dixit ergo eis Iesus. Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

§. XXVI.

Abstinentia ab Eucharistiæ epulis lethalis.

MIser est, qui tãtum præterit cibum; qui ab illo se abstinet, vita non habet sunditus

D. Amb.

Ezech.

Cassiodor.

1. Cor. 11.

ditus perdetur. Miraris? Sed argumentum clarissimum in Iudæorum ruinis habes: hi se se perditioni dederunt, ex quo se se tantis epulis substrahunt saturandos. Nota est luctalacob cum Angelo, Genes. 39. luctantur tota nocte præstantissimi pugiles, Iacob, & Angelus, & oriente aurora Angelus tetigit neruum fœmoris Iacob, qui tactu Angelico subito emarcuit, reliquitque virum claudicantem. Nouerunt id Iacob posteri, & in memoriam parentis claudi deuouent abstinentiam illius nerui adeo, vt nemo sit Iudæus, qui non respuat fœmoris neruum dum vescitur animaliũ carnibus. Hinc D. Ambros. colligit totam Iudęorum ruinam, nimirum, quod neruum illum nolint manducare. Sed cur abstinẽtia à paruulo illo neruo ruinam afferret lethalem, præcipuè vbi reliquæ carnes mãducabãtur? In neruo fœmoris Iacob materia Christi carnis significabatur, imò id seruabatur, vnde nil mirũ, quod miserè pereant, qui Christi carnem nolunt manducare. D. Ambr. in Psal. 43. ait: *Iudæi non intelligentes mysterium statuerunt, ne neruum mã ducarent filij Israel. Et ideo sacri sanguinis se redemptione fraudarunt, salutifera quoque passionis se beneficijs abdicarunt, ne vitam mereantur aternam: quia scriptum est: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitam in vobis.* Ambr. Vanè putat perditionem fugere, qui refugit epulas tanti cibi: hoc vno clarissimo indicio extremã ruinam sibi quis potest auspicari, si carnẽ Christi Domini non edat, si abstineat à tanto cibo. Audiuimus sæpe somnium duuorum aulicorum, qui cum Ioseph erant in carcere Ægyptio: horum alter ait, Genes. 40. *Videbã coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maiurescere: calicèque Pharaonis in manu mea tuli ergo vuas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi Pharaoni.* Genes. 40. Hoc fuit alterius somnium, sed accipite alterum, sic enarrantem: *Et ego vidi somnium, quod tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo.* Hæc ambo referunt ante somniorum interpretem Iosephũ, qui nihil moratus primo Pharaonis gratiã, secundo furcam auguratus est. Sed cur miser hic ad furcam rapitur, cur miserè perditur? Sanè panes in occipite habebat, nec de illis acciperecurabat, sed auibus cœli illos relinquebat, & in quo tanta desidia circa panes erat, haud dubium quin illum, & mors, & perditio manebat. Aiebat Philo. lib. de Ioseph: *Pistorum princeps, non impetrat veniam, vsque ad vltimum supplicium procedente ira, haud secus, ac in culpa grauissima, nam ciborum defectum mors sequitur.* Philo. Non est obscura perditionis cõiectura, dum te videntè cœli aues rapiunt cibum cœlestem, & tu nihilominus, nec micam illius vis recipere, vis edere, Vides sæpe per annum, vides festis diebus, vides in Bacchanalibus, tria canistra tritici, hoc est, tres integros dies plenos, panum cœlestium, in quibus omnium saporum suauitas inuenitur: vides præterea cœli aues, hoc est, innumeros pios viros, ac mulieres sumentes ex illis panibus. Quid tu interea? Necmanus porrigis, nec micam accipis, nec vllam habes rationem cibi cœlestis, haud dubium, quod tantum cibi defectum mors sequetur. Habeas licet vniuersas virtutes, sublimem apud cęlorum Regem locum teneas, te licet expaueant hostes, vt prorsus inexpugnabilem, si tamen eò deueneris, quod tibi voluntarius sit cœlestis panis defectus, tui perditionem irreparabiliter videbis. De fœlice homine dicebat Isaias, cap. 33. *Qui ambulat in iustitia & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiã ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, & aquæ eius fideles.* Isai. 33. Expende, quid detur viro tantis florenti virtutibus, in tam sublimi locato, hinc inde saxis munito, nimirum, panis ei datur, quasi omnes illæ virtutes, omnia munimenta nihil prosint, vbi desit panis. Pulchrè Gillib. serm. 26. in Cant. *Si obturas aurem, ne audias sanguinem, si claudis oculos, ne videas malum: iam clausus es, iam habitas in excelsis, & munimenta saxorum sublimitas tua. Nunquid satis est? Quid prodest tam munita sublimitas, si qua intus sunt famis, & fastidijvastat egestas? Quid prodest dura saxorum, & in accessa sublimitas, si non ibi panis est. Bona quidem protectio, si tamen non desit, refectio.* Gillib. Nulla ars, nulli muri, & si ænei non perduntur ab hoste, si panis intus desit.

Ioann. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

§. XXVII.

Ex tunc te habere vitam puta, ex quo cibum diuinum participasti.

NIL crebrius audimus toto hoc capite: quam quod cœlestem cibum manducantes mortem caucnt, vitam habent, & adeò abundanter vitam habent, vt possint illam æternare. Manducasti Christi carnes? Iam vitam habes, non solum in futuro vitã accipies, sed amodò tibi numeras, & vitæ dies, & menses, & annos. Vbi ad exeundum de Ægypto iubentur Israelitæ agnum Deo litare, quem vnaquæque familia comederet
Exod. 3. subdit statim legislator Exod. 3. *Mensis hic vobis initium mensũ*: quasi ex tunc vitæ suæ dies, & menses iam possent numerare: quasi nullus, vel mẽsem vitæ haberẽt, nisi ex quo cœpit vesci carnibus agni immaculati. Ad
D. Gaud. hæc D. Gaudent. in Exod. ser. 1. *Tũ audiũt. Mensis hic vobis initium mensium: tunc vtique quando liberati de Ægypto hac, veruæ manna comedemus, & de petra ipso Christo bibemus, adhærentes agni immaculati vestigijs.* Ille solus incipit numerare sibi, & dies, & mẽses, qui carnes comedit diuinissimi agni, dũ ieiunus es ab hac mensa vacuos menses habes, nec integrum vitæ diem habes, vbi autem agnum Dei edis, ille dies tibi initium est dierum. Vnus est Eucharistiæ cibus qui vitæ tuæ præsefert statum. Elias Israelitas perditioni datos. 3. Reg. 18. vt ad ipẽ vitæ restituat sacri
3. Reg. 18 ficaturus stabat: *Et accedẽte ad se populo curauit altare Domini, quod destructum fuerat.* Expende verbum illud, *curauit altare*, cui arisona dicitur vita animalium, vita hominis, vnde Caietanus expressius ibi locutus, ait: *Instar curãtis medici reparauit altare summi Dei, quod ibi erat diruũ.* Et quidẽ altare nõ à medico, sed à fabro reficitur, solus homo à medico curatur, cur ergo dicitur Elias instar medici curasse altare? Planè in altari vita est hominũ & salus, nec amplius durat vita hominum, quã dũ altaris sacrificia frequentantur: dum ergo altare sacrificãdũ reparatur, non ibi tam attendenda est refectio lignorum, & lapidum, quam omnium hominum curatio, & eorundem vita restaurata. Dirutum est Eucharistiæ altare, à bestijs est conculcatum. quid tunc? Paul. ad Corinth. 1.
1. Cor. 11 c. 11. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi*: cadunt humanæ vitæ cũ altari, reparatio altaris hominum est salus, & perfecta curatio. D. Anselm. ibi ait: *Ostendit Apostolus, mysterium Eucharistiæ intra cœnam celebratum, non cœnã esse. Medicina enim spiritualis est, quæ cum reuerentia degustata purificat sibi deuotum.* Itaque, qui velit humanas infirmitates curare, curet altare, ex quo altaria reuerenter incipiant frequentari, vita hominum incipiet reparari, & confirmari. Dauid auspicium, & quidem fœliciſsimũ suo regno dabat. 2. Reg. 6. dum reuerẽter arcã collocat, eiusque sacrificia, qua potest puritate tractat. Id quod notãs Iosephus, simulque populi sui cladem maximã sub Saule, quando fortes Israel ceciderunt apud montes Gelboe, ait: *Si enim sub Saule sacra nõ fuissent neglecta, nunquam talem cladẽ populus excepisset.* Qua clades audies in populum, apud quem sacrificia diuina reuerenter tractantur? Et quis Sathan poterit stare aduersus humanam vitam, dũ pro illa stat altare plenum epulis corporis, & sanguinis Christi? Monebat D. Petr. Dam. Blancã Comitissam in ep. c. 3. his verbis: *Christi corpus, & sanguinẽ in ore carnis crebrius suscipe, vt hãc eius vocẽ merito possis audire, Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Terretur enim aduersarius, cum Christiani labra videt Christi cruore rubentia. Agnoscit enim præstò sua perditionis indicium, & diuinæ victoriæ, qua captiuatus est, & obtritus non tolerat instrumẽtũ.* Quis timeat vitæ suæ ab hostibus, dum Christi pabulo fit securus?
2. Reg. 6. *Anselm.* *Damian.*

Ioan. 6. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui mãducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

§. XXVIII.

Virtutes paulatim, & per partes amplectendæ.

IAm aliud quid superius promittit Dominus eius carnẽ edẽtibus, nimirùm, quod manent in eo, quod transeunt, & penè conuertũtur in Deũ. Anteà promittebat, quod viueremus, quod resurgeremus; modò quod manebimus in eo, quod erimus Dij. Sed nõ tãdi sunt gradus, quibus ad tãtã perfectionis summitatẽ inuitamur. Primò iubemur solũ operari cibum, qui non perijt; deinde iã dicimur manducare panem vitæ: tertio addit

addit panem vitæ æternæ: tunc carò Dei in qua reſurgamus, offertur, inſuper ſanguis propinatur; tandem ipſa offertur deitas, vt maneamus in Deo, & viuamus, vt Deus. Cur nõ magis ſtatim ſimul omnia hæc ſunt propoſita, & panis, & caro, & vita, & reſurrectio, & deitas? Non ea eſt res virtutũ, quæ tota ſimul tradi poſſit, ſed paulatim, & per partes tradenda, & amplectenda. Cant. 1. *Oleum effuſum nomen tuum, propterea adoleſcẽtulæ dilexerunt te nimis.* Cur oleum effuſum? Cur nõ magis integrum oleum exhibetur? Non eſt humanarum virium integrum Deũ ſubito capere: dum adoleſcentulæ ſumus, dum adhuc egemus cuſtodia matris Eccleſiæ paulatim virtutem ſugimus; quam integram habent perfecti in patria. D. Bern. ſer. 19. in Cant. *Effuſsio quippe nomen facit captabile, captum amabile: ſed adoleſcentulis duntaxat, qui capaciores ſunt, integro gaudẽt, eſſuſo nõ indigent.* Detur integer Deus perfectis, & capacioribus patrię cœleſtis ciuibus: nobis puſillis, & infantibus, & catellis melius eſt, quod oleum effundatur, quod panis frangatur, quod cœleſte ferculum diuidatur, vt ſic paulatim ſugamus eſcas vitales, & in vitam diuiniſsimam prouehamur. Cum lumina mundi fiebant, vnico verbulo Dei vocabantur, & ſubito apparebant facta: vbi ad hominem ventum eſt, ibi incipit artificis deliberatio, & conſultatio: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*: tunc limus ſumitur, corpus aptatur, & tandem in faciem eius mittitur ſpiraculum vitæ. Cur homo inter omnia verbo facta, ſic paulatim & per partes efformatur? Homo fiebat ad Dei imaginem, Dei autem, vel vmbra non niſi operoſè, & per partes debet acquiri, & participari. Rupert. lib. 2. de oper. Trin. c. 2. *Non dixit Scriptura, quod dixit Deus, fiat homo, ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & factus eſt homo, ſicut dixit, fiat lux, & facta eſt lux. Quare? Videlicet, quia non repentè, ſed operoſe agendum erat, vt homo conſi matus ſaret ad creatoris ſui imaginem, & ſimilitudinem.* Nõ ſubitò in ordinem diuinum aſcendit homo, nec totũ virtutis opus ſimul capere poteſt; non parum erit, ſi primo inſtar infantis in vtero exiſtentis figuratus ſit caro, diuinæ carni paſsionibus contuſæ ſe conformans, deinde ſpiritum vitæ accipiat, vt viuat hominis vitam, iuxta regulas rationis; tunc in ſortem diuinam tranſeat, in Deo manens, & Deus in illo. Huc ſpectabat D. Petr. 1. epiſt. 2. *Sicut modo geniti infantes, rationabiles ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutẽ ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.* Expende, quod iubeamur infantibus aptari, & aſsimilari in Domini participatione: quippe, quod alimentum facit in infantibus, hoc facit cœleſtis eſca in hominibus. Infans autem, dum concipitur in vtero matris, ſibi ſolo ſanguine nutritur, & coagmentatur, & efformatur caro. Deinde in lucem proditus lacte excipitur, quo alitur, & diſponitur iã ad vitam rationalem, tunc pane nutritur vſque in perfectam ætatem. Simili modo cibus Euchariſticus, in primis fit ſanguis, quo alimur, vt ſanctiſsimæ conformemur carni; tunc rationale lac, quo creſcimus in ſalutem, vſque in perfectam ætatem plenitudinis Chriſti deueniamus. Ex quo patet quanto periculo plures, quod ſummum eſt in Euchariſtia, prætendunt, abſque eo, quod primum præhabeant: non dum enim configurati diuiniſsimæ carni, nec ſpiritum vitæ confirmatum habentes, intimam cum Deo vnionem iactant, illamque ſibi obuenturam prædicant. Adhos pulchrè D. Irenæus, lib. 4. cap. 75. ait: *Neque Deum, neque ſemetipſos ſcientes inſatiabiles, & ingrati, antequam fiant homines, iam volunt ſimiles eſſe factori Deo, & nullam eſſe differentiam infecti Dei, & nunc facti hominis.* Expende verba illa, nimirum, *inſatiabiles, & ingrati*, quippe multi ſunt circa Euchariſticum cibum, prorſus inſatiabiles, & vellent ſingulis horis diuiniſsimum epulum participare; & nihilominus ingratiſsimi Deo apparent, vtpote, qui diuinam concorporationem iactantes, non curant ex diuiniſsimi ſanguinis eſu ſeſe in carnem figurari; vt eorum caro ſimilis reddatur Chriſti carni; ſed ante quam fiant homines, iam volunt eſſe ſimiles perfectè Deo. Proh ſtultitiam hominum, & inſaniam! hi nec ſe ipſos cognoſcunt; nec Deum.

Cant. 1.

Bernard.

Geneſ. 1.

Rupert.

1. Petr. 2.

D. Iren.

§. XXXIX.

Per Euchariſtiæ cibum quis hominem exuit, & in ſortem diuinam tranſit.

CVm Dei carne, & ſanguine nutriris, omnem trãſcẽdis terminũ humanitatis, & in ſuperiori quodam, & diuiniſsimo ordine tranſis. Quippe de illo, ait Dominus: *In me manet, & ego in illo*, iam homo nutritus ſanguine Saluatoris nõ in ſe manet, ſed in Deo,

quasi hominem executus, se in Deum transfert. Cum de oblatione hirci loqueretur Dominus. Leuit. cap. 16. ait: *Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se, & pro domo sua.* Leuit. 16. Quæ verba aliter leguntur à D. Cyrill. Alexand. lib. 11. vbi ait. *Et non erit homo, cum ingredietur pontifex intra velamen, &c.* quasi idem sit ingressus pontificis intra velamen, & hominis cessatio, sed quomodo non erit homo? Quia eo ipso, quod quis pontificem, & sacerdotem nostrum Iesum latentem sub velamine specierum Eucharistiæ sequitur, necessum est, vt hominem exuat, & in superiorē, & diuinissimum ordinem transeat. Ad hæc Cyrill. supra, inquit. *Quomodo non erit homo? Quod qui potuerit sequi Christum, & penetrare cum eo interiora tabernaculum, & cœlorum excelsa conscendere, iam non erit homo: sed tanquã Angelus Dei, aut etiam super eum ille sermo cõplebitur: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Siue ergo spiritualis effectus, vnus cum Domino spiritus fiat, siue per resurrectionis gloriam in Angelorum ordinem transeat, iam non erit homo.* Cyr. Ale. Fœlix, qui sacerdotem summum intra velamen latentem sequitur, ibique se illi cõformare prætendit, hic profecto tanti sacrificij virtute, quidquid hominis est prorsus exuit, & in diuinam sortem videtur trãsijsse. Quis talia cogitare posset de cibo, quod perduceret homines ad sortem diuinam? Sanè dæmon, vt hominum rideret stultitiã, cibum persuadebat sub prætextu diuinitatis acquirendæ dicens: *eritis sicut dij*, verum, quod confictitium, & ridiculum nefarissimus Angelus putauit, id verum effecit cibus diuinus. Vndè Rupert. lib. 6. in Ioann. ait. *Hic perspicue diuinitatem pollicetur carnẽ suam manducantibus; & illusionem nequissimi nebulonis, qui dixit, comedite, & eritis sicut Dij, non sine magno cruciatu eiusdem serio loquens in verum effectum conuertit.* Rupert. Rideat serpens antiquus hominis stultitiam, qua putauit per cibum posse ad diuinitatem peruenire: risus enim illius in serium versus est, quãdo quod ridiculum putauit; videt magno suo cruciatu quotidie fieri: dum enim diuinissimus Eucharistiæ cibus sumitur, quidquid humanum est, exuit, & in sortem transitur diuinitatis. Accipe Moysem in Exod. 34. à monte descendentem totum splendoribus plenum, totum diuinum. Vndè hos gloriæ splendores acquisiuit homo? D. Machar. hom. 12. ait: *Est enim alius cibus præter hunc visibilem, nam cum ascendit Moyses in montem ieiunauit quadraginta dies, ascendit homo, descendit habens Deum.* Machar. Non equidem in virtute cibi corruptibilis, à quo abstinuit, sed in virtute cęlestis alicuius cibi, quo homines in deos transfundit.

§. XXX.

Nuditas hominum peccatorum in Eucharistia pretiosè operitur.

HOc totum facit Eucharisticus cibus, & quod tu in Christo maneas, & quod maneat in te Christus, sed quomodo in nobis manet Christus? Manet equidem, vt splẽdida stola nuditatem nostram, & ornans, & induens. Chrysost. hom. 45. in Ioan. inquit. *Qui huius sanguinis sunt participes, cum Angelis, & Archangelis, & supernis virtutibus commorantur: ipsam regiã Christi stolam induti, spiritualibus armis muniti. Sed nihil dixi, imò ipsum induti sunt regem.* Chrysost. Pretiosus cibus nihil te egere relinquit; & simul saturitatem præstat, & vestitum, vt satur assistas, & regali stola præfulgeas. Hinc cautum erat in lege, quod integer agnus ederetur. Exodi cap. 12. *Caput cum pedibus, & intestinis vorabitis, Nec remanebit quicquam ex eo;* non remanebit, inquam, quicquam ex eo, nec pellis ipsa, sed cum pelle, & capite, & pedibus, & intestinis vorandus erat. Exod. 12. Cur cum his omnibus? Rem attigit Cellens. Abb. lib. de Pan. 1. aiens. *In hoc Dominus conuiuio sanguinem, carnem, pellem, adipem, intestina, caput cum pedibus ponit; vt redemptio in sanguine, refectio in carne, vestis in pelle præbeatur.* Abb. Cell. Omnia tibi necessaria habes homo in diuino conuiuio; in eodem ferculo ministratur tibi cibus, quo reficiaris, & vestis qua opertus præfulgeas. Non iam loquitur Pater ministris, vt afferant stolam primam, & deinde saginati vituli parent conuiuia, sed vnum tibi conuiuium parat, in quo dum carnem manducas Christi, ipsum induis Christum. Assumpto & fracto pane Iesus Matth. 26. *Dedit discipulis suis:* quod dedit, ad solũ panem ad cibũ? Matt. 29. Eleganter D. Bern. citatus à Tilmanno, in Allegor. ait. Nõ opus est quærere, quid dederit, ipse enim manifestat, dicẽs: *Hoc est corpus meum. O datum optimum, & dorum perfectũ descendẽs à patre luminum. Christus datus est nobis ad induẽdũ, ad edẽdum, & offerẽdũ, sicut indumẽtũ, sicut alimẽtu, sicut pretiũ.* D. Bern. Nescit Christus aliter dari, eo ipso quod suũ corpus dare nobis dicatur, inibi, & cibus datur nobis, & pretium, & vestitus. Quisquis accipis carnẽ Christi, iã inde pretiũ habes, quo te redimas, cibũ quo reficiaris, & pretiosam stolam

lã sub qua fulgeas. Memini defunctum puerum Elia propheta superuestitum reuixisse, & traditum fuisse, & viuum, & splendidum matri suæ. Sic enim habes 3. Reg. 17.

3. Reg. 17 *Expandit se, atque mẽsus est super puerum, &c.* Quid in rem nostram aptius? Dum carnem Christi sumimus, manet in nobis Christus, hic se super nos expãdit, vt videamur induti illum. Fœlix homo, qui sic Christũ induit: de te pulchrè fatur Gillib. Abb. ser. 16.

Gillib. in Cant. inquiens: *Tolle bone Iesu mortuũ nostrum de matris gremio, porta in cœnaculum. Nouus redit ad nos, posi quã tu illũ te ipsum vestisti. Ideo te super ipsum expandis, vt quod est in eo fœdum, operias, quod nudum, vestias.* Quis etiam mortuus fugiat cœnaculum Christi, in quo Christum indutus, sub tanti fulgoris stola matri Ecclesiæ appareat, & viuus, & cõ

Zachar. 9 spicuus? Adhæc Zachar. cap. 9. ait: *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentũ electorum?* Sufficisset à frumento cœlesti bonum salutis nostræ spectare, sed insuper ab illo accipimus ornatũ decoris, sub quo fulgeamus. Quippe ait Paschas. lib. de Corpor.

Paschas. & sanguin. Domini, cap. 21. *Bonum quippe, vt ad vitam æternam proficiamus, pulchrum verò dum immortalitatis gloria vestimur, vt interius fruamur vitæ dulcedine, & exterius fulgeamus nitidiùs de tanti beneficij gratia.*

§. XXXI.

Christus Dominus: nec sui corporis micam offert, quin se se totum, & integre tradat. Quippe nescit partita dona.

SVffecisset, si nobis suam carnem, & suum sanguinem, Christus daret, sed post datã carnem, & sanguinem insuper ipse in nobis manet, quasi nesciat sui, aut partem, aut gustum præbere, quin se statim exhibeat totaliter. Carnem Domini gustas? Haud dubiũ, quin totum etiam Dominum habebis: totus enim Dominus veniet ad illum, cui vel portio, vel mica datur. Iubemur petere o-

Matth. 6. ratione Dominica: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: qua oratione petimus Eucharisticum panem, qui nobis decoctus est in altari, vt multi explicant Patres. Sed cur magis iubemur petere hunc nostrum panem, nobis præparatum, quàm Angelorum panem, & nobis, & Angelis in cœlis paratum? Sanè noster panis mica est, tantula portio est, si comparetur cum illo pane exhibito apud cœlos Angelis, in quo est tota plenitudo, & saturitas. Cur ergo non magis illum petimus, & enixè flagitamus, contenti, si vel micam altaris accipiamus? Equidem hunc petere iubemur, quia si diuini panis, vel micam, vel gustum nobis Dominus donauerit, non ibi sistet, sed & consequenter totum se integre, & complete donabit, Acutè Chrysolog. serm. 68. ait: *Quotidianum, & in diem vult nos in sacramento sui corporis panis viaticum postulare, vt per hoc adperpetuum diẽ & ipsam Christi perueniamus ad mensam, vt vnde hic gustum sumimus, inde ibi plenitudinem, totasque satietates capiamus.* Qui Christi gustum acceperit, qui vel micam diuinissimi eius corporis manducauerit, minime frustrabitur, sed totum: quod est Christus, ad se trahet. Nescit Dominus aliquid reseruare, cui vel micam præbuit, & totum præstabit. Id nouerat sapiens illa mulier, quæ pro deciduis à Domini mensa micis solicita, aiebat

Chrysol. Matth. 15. *Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Filiam volebat à dæmonio liberari, quod erat totum opus Saluatoris, & nihilominus solas deciduas micas postulabat. Cur mulier micas postulas, cum egeas integro pane? Cur nõ magis pro integro instas pane, totamque Domini postulas potestatem ad tantum opus patrandum? Nouit Domini ingenium, quod nunquam sciuit, vel micam sui dare, quin totum se statim non addat, & dum micam accipit, non solum cœlestem panem, sed totam cœlestem mensam sibi trahit. Ex quo D. Basil. Seleuc. orat. 20. & Saluatoris ore, fatur. *O mulier magna est fides tua! Ideò tibi gratificari distuli, vt fidem tuam in exemplum proponerem. Totam tibi curationis mensam explico, non vt cani micas, sed vt filiæ totum panem largior.* Non sciuit vnquam à Christo venire, qui non post se totũ integrum panem portaret. Samaritanæ dicebat Dominus Ioann. 4. *Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quã ego dabo, fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam.* Aqua à Christo data dicitur, quod fiet fons in accipiente: sed qualiter riuus à Christo dilapsus fiet fons? Verè fiet fons, quia post se totum fontem afferet: cum enim Christus Dominus nesciat partiri dona sua, qui vel guttulam receperit, totum etiã fontem ad se trahet, in se cõtinebit. Ad hæc D. Cyril. Alex. lib. 2. in Ioa. cap. 85. *Qui vero ex aqua quam Dominus præbet, biberit, non modo non sitiet, sed illum*

Basil. S

Ioann. 4.

Cyr. Ale.

in se ipso fontem continebit. Sperent, & totum integrum fontem, qui vel guttulam capiũt; nunquam enim Christi dona amant diuisa esse, sed post singula totus, & integer fons, totus, & integer Dominus venit. Nosti lapidem percussum à Moyse in deserto? Ex illo fons scaturiuit, cuius melleis riuulis potum accepit populus vniuersus. Rem ponderans Paul. 1. ad Corinth. c. 10. ait: *Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Nõ solum aquas bibebant, sed & figuratè bibebãt spiritum, quem nos eramus accepturi in potu Eucharistico. Sed illud notandum, quòd, dum biberent, sequebatur illos petra: & qualiter fieri poterat, quòd petra consequeretur eos? An rupes ipsa à monte abscisa hoc habuit, vt & aquas daret, & simul post illos iret? Quęstionem dirimit Apostolus, dicens: *Petra autem erat Christus:* quæ post aquas datas, se ipsam daret populum secuturam, non petra materialis fuit, sed erat petra Christus; qui cum nesciat dona præstare diuisa, eo ipso, quod in aqua illa sui potus gustum dedit, non ibi hæsit, sed & totus ipse exinde populo affuit illum à periculis erupturus. Ait D. Anselm. *Sequebatur eos per desertum petra spiritualis: quia aderat Christus. Qui ideo sequebatur, vt vbi defecissent, ille subueniret. Non enim petra, sed Christus aquam dedit.* Christus omnipotenti sua virtute aquam dedit, ex quo iam quasi tenebatur non denegare suam perfectam assistentiam; vt post aquas, & se totum dederit populo à periculis redimendo. Vide infra cap. 23. §. 3 & supra lib. 3. cap. 8. §. 3.

1. Cor. 10.

Anselm.

§. XXXII.

Caue, ne talis ad Eucharistiam accedas, quod in te Dominum permanentem habere non possis, sed transeuntem.

Fœlix, qui sic carnem Domini manducat, vt maneat Christus in illo, & non transeat tantum per illum: qui enim manducat meam carnem digne, ait Dominus, *in me manet, & ego in illo.* Non solum venit ad digne manducantem, sed ita vult venire, vt possit ibi manere, & mansionem apud illum facere, non cogi statim inde transire. Sunt equidem plurimi sic peccatis, & sceleribus tradi ti, vt si quando accedere ad hanc diuinam mensam liceat, dum celeriter ad cõsueta reuertuntur, non permittunt Deum in se, vel ad horam manere, sed statim illum cogunt à se transire. In his tantum est Dominus in transitu, væ illis, fallar, si non pereant illorum primogenita, vt perierunt in transitu Domini primogenita Ægypti. Nunquam enim sic cogitur Deus transire, quod nõ fulguret ira. Nota ex illa ex 2. Reg. 1. sumpta imprecatio: *Omnes montes qui in circuitu eius sunt, visitet Dominus, à Gelboe autem transeat.* Ecce tibi, cum mala cupit Gelboe, hoc solum petit, quod ibi Dominus non maneat, sed ab illo transeat. Et quãtum hoc malum erat? D. Bernard. serm. 54. in Cant. putat illis verbis intelligi totam ruinam diaboli: cũ enim Lucifer ille ortus est instar montis, se super omnes spiritus exaltauit, & gratia Dei ornatus Deum in se habuit. Sed non in se Deum manere passus est, verum summa celeritate illum à se abegit, transireque fecit. Non mansit ergo Dominus in Angelo, sed transijt, & in illo transitu miserum spiritum damnauit. Miser ille, qui instar Gelboe, instar Angeli Deum in se habitantem non habet, sed à se transitorem facit, transiet Dominus, sed magno illius damno. Ad hæc monebat D. Bernard. *Hæc attendamus quo cauti simus sponsi nos salutiferis saltibus præparare, ne veluti a montibus Gelboe forte transeat, & à nobis si indignos nos sua visitatione conspexerit. Et de Angelis transilit Dominus execrans eorum superbiam. Ergo repudiatio Angelorum fiat emendatio hominum.* Cur de Angelis non transiliret Dominus execrans eos? Cupierat ad illos venire, & ideo creauerat eos pulcherrimis ornatos muneribus, illis se communicat per gratiam, sed non sinitur ibi permanere, sed inde transire cogitur, non miror, quod transeat execrans eos. Quis homo, dũ ad concupitum hospitium accedit, si non permittatur ibi quiescere, sed subito cogatur transire, non transeat execrans taliter cogentem? Amat equidem Deus humanis hospitari visceribus, & fortè per annum stat ad ostium, & pulsat, vt admittatur, tandem illum recipis sub panis speciebus, sed nõ permittis in te manere, imò illum statim transire à te cogis: crediderim, nunquam sic transiet, nisi multa in te maledicta congerens, & execrationes. Vbi Dominus in transitu solum est, habet peccator, quid possit timere. Apud Lucam cap. 12. de Domino suo conuiuio excipiẽte dicitur: *Faciet illos discumbere, & trãsiens ministrabit illis.* Quid ministrabit? Cur non explicat rem, quam ministraturus est eis? Dum dixit, *& transiens,* satis explicauit, quid ministrabit, nunquam enim transiens intelligitur, quod non ministret indignis necem. Pulchrè Chrysol. serm. 24.

2. Reg. 1.

Bernard.

Luc. 12.

Ille

Cyrill. *Ille tibi in cœlestibus parat conuiuium, tu illi in terra non desinis continuas ingerere blasphemias: faciet & ille transitus suos, quia transiens ministrabit illis: de dominatione ad fidelium suorum pia transiet, & migrabit obsequia: ad te de misericorde patre seueriss imum transibit in iudicem.* Semper trãsitus Domini necem alicui infert, væ qui illum facis non in te manere, sed per te, & à te transire, transibit simul cõtra te de misericorde patre ad seueriss imum iudicem. Curemus ergo sic ad mensam accedere, vt Deus in nobis maneat, non transeat; quo enim velocius transierit, eo citius excludemur à vita. Propone tibi ob oculos Iudam; is mensæ dominicæ assidebat, buccellam accepit à Domino, & post buccellam continuo exiuit ad proditionem, & ad laqueum exiuit. Cur ita velox ad ruinam? Sanè dum indigne accipit Deum, nec ad momentum in se manere sustinet, vndè ita velox pertransibit per illum, vt vel ipso agitationis impetu, vt leuem paleam excluserit inde. Do pulchra verba D. Cypriani, serm. de Cœna Domini, vbi dicit. Quandiu cibi illi, qui ad diem festum erant parati, à conuescentibus Apostolis sumebantur, veteris paschæ agebatur memoria, nec dum Iudas ad veterem vitam pertinens egredi cogebatur. Cyprian. *Sed vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & sceleratũ os panis sanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti sacramenti non sustinens quasi palea de area exsufflatus est, & c.* Equidem à tranſeunte vento paleæ exsufflantur; sic, qui palea est, caueat Deum per se trãseuntem, transeuntis enim agitatione exsufflabitur.

Ioann. 6. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse viuit propter me.

§. XXXIII.

Sic cura ad Eucharistiam accedere, quasi tunc primum de nouo ad illam accedas.

SIc generatur filius Dei à patre, vt nõ possit veterascere, sed singulis diebus appareat quasi recens, & nouus in vita, adeò, vt dicat Pater, Psalm. 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nullum vnquam senium nouit filius Dei, sed quasi recens natus, & nunc, & in perpetuum oritur à Patre. Hanc æmulentur iuuentam, hanc procurent sibi nouitatẽ, qui diuino saturantur conuiuio. Id quod respiciens D. Petrus 1. epist. 2. sic ad diuinas epulas accedentes monebat: *Quasi modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac cõcupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus.* Recens nati pueri quotidie lac exhauriunt, & quotidie ad nouum exhauriendum exultant: sic quisquis diuinis epulis refici curat, omne senium abiuret, totus singulis diebus renouetur, vt quasi modo genitus appareat, & ad mensam Dominicam accedat, quasi ad matris mammillam, vt nouum inde lac, nouum alimentum percipiat. Nec aliter digne accipit, digne manducat: ex quo D. Augustin. tract. 26. in Ioan. inquit: *Qui credit in Deum, manducat, inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. Infans intus est, nouus intus est, vbi nouellatur, ibi saciatur.* Abiuret senũ, iuuenili pulcrescat decore, & roboretur vigore, & vbi quasi recens natus infans, vbi quasi nouus apparet, vbi nouellatur, ibi saginatur. Non equidem bene assuitur veteri pannus nouus, nec ille, qui quotidie gignitur, & recens oritur à patre vniri potest cum animis inueteratis. Caue, quod veterascas in conuiuio diuino, aut quòd tibi veterascat conuiuium, non assidet Dominus veterascẽtibus, sed innouatis singulis diebus. Matth. 26. dum celebrat Eucharisticum cõuiuium, aiebat: *Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsquè in diem illũ, cum illum bibam vobiscum nouũ, & c.* Cur addidit: *bibam vobiscum nouum?* Vt doceat, quã fugienda sit vetustas in summenda Eucharistia, quando nec in vino probatur Domino. Vina solẽt ex vetustate commendari; non te fallat hoc, non enim in conuiuio Eucharistiæ habebis Christum socium, nisi in vino nouo, hoc est, nisi vbi ita sumitur diuinus potus, vt tunc de nouo videatur tibi exortus. Non longè abest Paschasius lib. de Corpor. & sang. Domini, cap. 21. vbi sic. *Rubentia musta in prælo crucis eliquãtur, dum quotidie Christi sanguinẽ de altari sumimus. Idcirco quoties nouum ex hoc vinum bibimus in regno Dei, Christus illud se bibere fatetur.* Sic te ad Eucharistiam sumendam cõpara, quasi tunc primum omnia nouiter peragenda sint, & excludendum omne, quod referat vetustatem; vel in potu sumendo fuge vetustatem, sed quasi tũc de prælo crucis recens eliquatum, magis mustum, quam vinum, sic sume,

Psalm. 2.

1. Petr. 2.

Augustin.

Matt. 26.

Paschas.

sic habes socium conuiuij Christum, sic cœlesti potu in vitam saginaris, vbi enim nouellaris, vbi saciaris. Tritissimum est somnium illud Pincernæ Pharaonis, Genes. 4. ait enim. *Videbam corã me vitem, in qua erãt tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vbas maturescere: calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vbas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculũ Pharaoni.* Quale hoc Pharaoni poculum? Vbas accipit, in calice exprimit, & poculum Pharaoni præbet? Regibus vetera vina, & curata præberi solent; hic noua recentia, & magis turbida musta, quam vina porrigit, & saluus erit? Quando tam intempestiuum poculum auspicium vitæ potuit præbere? Interlinealis putat, id totum ad Christiana tempora pertinere, in quibus ea pocula vitam halant, quæ vetustatem abiurãt, quæ quotidie quasi de prælo crucis eliquata nouiter de altari sumuntur. Ad hęc D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 5. ait: *Etenim Pascha nostrũ immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, sed in azimis synceritatis, & veritatis.* Vbi Christus interest, nil magis nobis curandum, quam vetustatem abijcere, nouitatem amplecti; quippe vbi nouellatur, ibi saciatur.

Genes. 4.

1. Cor. 5.

§. XXXIIII.

Perículose non ostendis in vita, quas susceperis in diuino conuiuio epulas.

ECce tibi signum Eucharistiæ digne susceptæ, *qui manducat me, ipse viuet propter me*, vita sequens Domino conformis, testatur qualem cibum susceperis, qualemque te in susceptione præbueris. Nihil in te habitantis Christi ostenditur in verbis, in operibus, in vita conuiuium subsequenti? Sanè caue, ne tibi tantus cibus, in perditionem cedat. Aiebat Iob, cap. 20. *Non remansit quicquam de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis illius.* Cibis se implet quis diuinis, crebro assidet sacræ mensæ, quid inde? eadem semper macie languet, simili modo fœtet ore, manus dissolutæ sunt, quasi nihil gustarit, quasi nihil comederit; fallar, si omnia eius bona perditum non eant. Guarricus Abb. serm. 2. de Resurrect. ait: *Nihil prorsus ex illis retinens, non saporem in sermonibus, tanquam gustum in faucibus: non virtutem in moribus, tanquam succum in visceribus: sed dũ statim totum per inania, vel scurrilia renomis, gratiam sibi in vram conuertit.* Eu quam pericu lose nihil de prægustato cęlesti cibo in vita ostendimus: sæpe regali fruimur mensa, & nunquam non seruiliter viuimus; sæpe de spirituali potamus, & nunquam non carnales sumus. Seuerè, sed vere dicebat Paul. ad Hebr. 6. *Terra sæpe super se bibens venientem imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas, ac tribulos: reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio, in combustionem.* Et qualis terra es tu homo Christiane, homo religiose, homo sacerdos? Et equidem terra sæpe bibens venientem imbrem, sæpe bibens cœlestem rorem sanguinis diuini; qnod si tantam rigationem fructibus non exprimas, sed sterilis maneas, sed spinas proferas, maledicto proximus es, cuius consummatio in combustionem. Meritò Simeon Iunior, orat. 2. in eos inuehit, qui post diuini cibi gustũ relabuntur in peccata, fatus. *Cur qui diuinũ mysterium cognouit, & acceepit, non cauit? Lapsum hũc Adami lapsu minorem dicere non potes. Ille enim si Deũ esse in se nouisset, de fructu præuaricationis non gustasset.* Nõ credit bonus Pater, quod Adamus si semel inse Deum susciperet, posset inde vetitos fructus gustare, indeque nostrã malitiam exaggerat Adami peccato maiorem, vt qui Deũ in nobis susciepientes adhuc currimus ad voluptates & lapsus. Is enim est cibus cœlestis, qui nesciat non apparere, & sui euidentiã in splẽdore vitæ mõstrare. Exod. 34. habes Moysem quadraginta diebus ieiunantem, habes, & illum splẽdentem facie. An ieiunium fuit tantis splendoris causa: Nõ ieiunium sed cibus cœlestis, quo illis diebus vescebatur; qui non potuit non splendore faciei monstrari. S. Machar. ho. 12. ait: *Moyses cum quadraginta dies ieiunasset, fortior omnibus descendit, siquidem alebatur à Deo, & corpus eius alio cibo cœlesti regebatur, & gloria Dei lucebat in facie.* Equidem cibus cœlestis nescit non producere gloriam in facie, væ cui non gloriam, sed infernum parit.

Iob 20.

Guarr.

tanquam gustum in faucibus

Hebr.

Sim. Iun.

Exod. 34

Machar.

Ioann. 6. Hic est panis, qui de cœlo descendit, non sicut manducauerũt patres vestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

§. XXXV.

Vix fieri potest, quod pereat, qui frequens est in Eucharistia suscipienda.

NOtanter dicit æternandum esse illum, qui manducat, non qui aliquando mã ducauit, & statim manducare desijt: sed qui manducat, nec nesſat; imò frequens est, & continuus conuiua tanti epuli. Cur, qui interhalantes vitam dapes crebro inuenitur, non ipse viuat in æternum? Vix fiet, quod qui ad Deum sæpius accedit, in mortẽ eat. Vt carnis humanæ immortalem vitam probet Tertull. hoc vtitur argumẽto, lib. de Resurrect. carnis, fatus: *Quam Deus manibus suis ad imaginem Dei struxit, quam de suo afflatu ad similitudinem suæ vinacitatis animauit, quã dominatui totius suæ operationis proposuit: quam sacramentis suis, disciplinisque vestiuit, cuius mundicias amat, cuius castigationes probat, cuius passiones sibi adpretiat, hæccinè non resurget toties Dei?* Equidem quæ toties Dei fuit ob oculos; quæ toties Dei fuit præmanibus, quæ toties in Dei disciplinas venit, non potest non participare vitam æternam. Qui ergo frequens est in Eucharistia suscipienda, cuius nulla maior cura, quam sacræ assidere mensæ diuinum tractare corpus, Christi carnes ferè singulis diebus edere, an hic non vitam æternam habebit toties Dei? Sanè, qui toties Dei inter conuiuas adest; fallar, si funditus pereat. Elias mori timens ab ira Iezabel fugiens fractus labore sub vmbra Iuniperi consedit, 3. Reg. 19 quem somno ibi sepultum Angelus Domini excitat, panem porrigit, de quo edat: comedit ille, & nullũ mortis metum deponens iterum se tradit somno. Ad hæc Angelus maiori clamore, maiori vi dormientem excitat, & vt comedat iterum hortatur. Quid tunc? Comedit ipse, *& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb*: nec vlterius progressus est, sed ibi mansit ratus se inuenisse locum, in quo ad mortem minime inueniretur. Sed expendendum venit, quod in fortitudine cibi secundo sumpti ambulauit vsque ad locum in quo mortem non timeret. Cur similiter dum primum cibum sumpsit non ambulauit? Nonne cibus idem erat, & ab eodem Angelo oblatus, & eiusdem virtutis, cur ergo non statim ambulat vsque in Oreb, vt mortis metus ponat? Nõ cum primum edit, sed cum semel & bis ad eundem cibum accedit, potest Elias se timori mortis eripere: cum enim cœlestis cibi iteratur vsus, tunc ponitur mortis metus, & in vitæ spem ascenditur. Ex hoc monet Rabbanus, inquiens, *Elias bis pastus exprimit nostræ naturæ infirmitatem, quibus non sufficit simplex pastus, quatenus ad superna valeamus ascendere.* Rabb. Tunc infirmitas humana non timet, quando non semel accedit ad salutare Dei. Vis homo metus mortis ponere? Vis non timere? Non solum semel, sed & bis, & ter, & sæpe dapibus Saluatoris vescere, illius diuini calicis vndis sæpe immergere, & vix restat, quid possis timere. Elisæus 4. Reg. cap. 5. monebat Naamanum leprosum: *Lauare septies in Iordane*: abijt sibi, & se lauit septies, & senio posito nouam iuuentutem inuenit. Non cum primum, sed cum septies se vndis immergit, salutem obtinet, id quod notans Vverricus apud Tilmannum in Allegorijs, ait. *Si tamen septies lauet, totumque se plenius, & sæpius mergat, non moratur salutis effectus. Sed pro dolor, quãta est nostri temporis miseria, quia non solum diuites, sed etiam pauperes si semel lauerint, mox sibi plenissime videantur mundati. At Elisæus non ita sensit, sed signanter exprimit septies lauare, & mundaberis.* Vverr. Tunc nõ moratur salutis effectus, tunc ponitur totus mortis metus, cum non semel, sed sæpius vinificis te vndis immergis. Vbi Iesus voluit famelicos reficere; quinque illi allati fuerũt panes, quos Dominus in manu habens multiplicauit. Sed cur cum illis solis posit etiã populos saturare, multiplicare illos maluit? D. Amb. lib. 6. in Luc. ad ca. 9. ait: *Illud diuinum quemadmodum quinque panes, quinq; millibus populi redundauerint. Non enim exiguo, sed multiplicato cibo populum liquet esse satiatum.* Amb. Nisi cibum Christi in te multiplices vix magnam percipies vtilitatem.

Tertull.

3. Reg. 19

CA-

CAPVT XI.

De tollenda ab vno quoque cruce sua.

NEMO in hac vita securus à cruce, hoc est, securus à pœna, & dolore: vndè Dominus eos, qui se sequi vellent, necessarium fore dicebat, vt se ipsos abnegarent, vtque per singulos dies suam tollerent crucem, sicque eum imitarentur. Miser, qui à tanti domini vestigijs deflectat; dum enim animæ suæ cõsulere putabit, extremum illi afferet detrimentum. Quid tunc misero homini lucrasse mundũ proderit, si ipse seipsum perdat? Et quidem perdet seipsum. Dominus enim Iesus cum iudex sederit, solos amicos suos vocauit ad regnum, cæteros omnes tradet Gehennæ.

Matth. 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

§. I.

Misere fallitur, qui laboribus alienis totam credit salutis suæ spem.

CVm tua cruce iuberis sequelam Christi amplecti, vt optatam possis obtinere salutẽ: falleris ergo, si crucibus alienis adeò fidis, vt nunquam exhibeas tuam. In oculis matris sex sancti Machabæi innumeris cruciatibus finierãt vitã, aderat iam septimus & iunior similiter finiendus. Hunc saltem cupiens tyrannus peruertere, nil non agit; vocat matrem, contendit, vt suggerat filio, quod patriam religionem abiuret, obtẽturus regiam familiaritatem, regias diuitias. Quid mater ad hæc? Certamẽ erat de filij vita, & de propria vita, si filius hic regi placeret, & ipse, & mater viuerent fœliciſsimi in hoc sæculo insuper pro futuro sæculo habebat sex fratres pro Deo occisos, qui cruciatus suos offerrent Deo, vt veniam matri, & iuniori fratri acquirerent. Cur fœmina, & iuuenis non indulgerent vitæ suæ habentes tantum martyrum patrocinium? Ast mater sapiens sic loquitur ad filiũ 2. Machabæor. cap. 7. inquiens: *Peto te nate, vt aspicias ad cælum, & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, vt non timeas carnificem istũ, sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam.* 2. Mac. 7. Ad hoc, vt in miseratione diuina recipiatur, iubetur non se credere fratrum laboribus, sed illorum particeps fieri, & mortem subire: non enim, quod de alienis, sed quod de tuis impẽderis, te prorsus perditioni eripiet. Pulchrè D. Cyprian. de exortatione ad Martyr. cap. 11. ait: *Magna laus matris in exhortatione virtutis, sed maior in Dei timore, & in fidei veritate, quod nihil sibi, aut filio de sex martyrum honore promisit, nec fratrum precem profuturam credidit ad negantis salutem: persuasit potius participem passionis fieri: vt in iudicij die posset cum fratribus inueniri.* Cyprian. Sapienter bona mater, nec sibi, nec filio de septem fratrum laboribus aliquid promisit: nec tãtorum martyrum precibus totam credidit spẽ salutis, quin potius propria passione, & cruce sublata ad salutem persuadet venire. Huc conueniant delicati peccatores, qui sanctorum patrocinio, & piorum hominum siue laboribus, siue precibus sic suam salutem committunt, vt nihil sibi pœnale sumendum putent. Anxiè quærunt piarum fœminarum, & sanctorum virorum amicitiam; de eorum credito salutem emere curant, cum nihil, aut prope nihil velint ponere de suo. Eu miseri, quam inani spe decipiuntur! Ioann. Apocal. 14. cœlestium ciuium voces audiuit, quippe ait: *Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem, quam audiui sicut citharedorum, citharizantium in citharis suis.* Apoc. 14. Nullus in cœlo auditur cum instrumento non suo, & cur necesse fuit, quod hi omnes pulsarent instrumẽta suã? Sanè in principis domo instrumenta solent esse ipsius principis & in Christi templis musici frequentius vtũtur instrumentis non suis, cur ergo necessum fuit, quod citharedi illi, citharizarent in citharis suis, & non in alienis? Ipse Ioannes causam ostendit, dum inquit: *Audiui vocem de cœlo.* Sanè in cœlesti ciuitate non inuenitur, qui alienis solis, sed qui suis pulsibus pertingat aures diuinas. Ex quo D. Bernard. in Apolog. ad Guiliel. ait: *Væ citharedis citharizantibus non, vt illi de Apocalypsi, in citha-* Bernard.

citharis ſuis, ſed verè, vt hypocritæ in alienis. Suſpecta tibi ſit ſpes illa, qua adeò in alienis, & precibus, & laboribus fidis, vt nullum tuum laborem exhibeas, meliori conſilio Abrahã qui omnes mundi poſſeſsiones reliquerat, locum ſepulturæ etiam gratis oblatum pacta emit pecunia, Gen. 22. meritò non in alienis, ſed in ſuis volens habere ſepulchrum, ſed cur ſepulchrum noluit habere in alienis ſed in ſuis? Sepulchrum pertinebat ad æternam requiem, & nouit ſapiẽs vir, quam parũ ad æternitatẽ proſunt, quæ nõ in proprijs, ſed in alienis ſunt. Rationem inſinuat Hier. epiſt. 35. ad Pamachiũ, inquiens: *Qui ad Dei verbum de terra patriæ cognationis exierat, qui nihilque de peruagatis natione diuerſa ſpatijs cõparauerat, omnis terræ aduena, ſolum tamen agrum ſepulchrum emit, ideſt, non temporalẽ, ſed æternam poſſeſsionem.* Itaque vbi ad æternam poſſeſsionem reſpexit, agrũ ſepulchri emit, quaſi nihil non ſuum poſsit conducere æternæ quieti. Vide lib. 8. cap. 3. §. 27. lib. 10. c. 3. §. 3.

Hieron.

§. II.

Gratius Deo eſt, quod pateris pro virtute obtinenda, quam quod pateris pro peccato tollendo.

NEſcio, an aliquando Dominus iniunxerit pœnam hominibus in particulari pro peccato tollendo, modò autem pro Dei ſequela, & perfectam omnium rerum abnegationem. & crucis mortificationem exigit. Peccatori nũquam dixit in particulari, abnega temetipſum, cruce amplectere, quod dixit ſectatori ſuo. Et cur id magis à ſectore, quam à peccatore exegit? Gratiſsimum ſanè eſt Deo, quod pateris malum pro virtute acquirenda; non adeò gratum, quod pateris pro peccato tollendo. Dum agni eſum commendat Dominus, Exod. 12. ait: *Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas. Sin autem minor eſt numerus, vt ſufficere poſsit adveſcendum agnũ, aſſumet vicinum ſuum, qui coniũctus eſt domui ſuæ, iuxta numerũ animarum, quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis, & hædum.* In quibus verbis notandum eſt, quam ſigillatim explicentur à Deo ceremoniæ, quibus agnus mactandus, & comedendus eſt: vbi autem venitur ad hædum, vnico ſolo verbo dicit, *iuxta quem ritum tolletis, & hædum*, in agno tanta, tamque minuta, & particularia exigit, quæ communi vocabulo præterit in hædo. Cur id efficit Dominus? In hædo peccator exprimitur, in agno iuſtus, quæ autem iuſtus patitur pro virtute, ſic Deo placent, vt diuino cenſu videãtur digna: quę autem peccator pro peccatis patitur, ne ſic Deo placent, nec tantam habent commẽdationem apud illum. Ad hæc Paſchaſius lib. de Corpore, & ſang. Domini, cap. 22. inquit: *Idcirco de ſolo agno, quid agendum ſit aperiè inſtituit, de hædo verò quaſi nolẽs dicere preſsius reticuit. Quòd aliud eſt, quod profectò perfectioribus mandauit, aliud verò, quod lapſis, & torpentibus ad indulgendum prouidit.* Et iuſtus, & peccator ſuas cruces ſubſtollunt, nemo eſt à cruce ſecurus; peccator crucem tollit, vt peccata eliminet; iuſtus ſuſtinet crucem, vt virtutem acquirat. Peccatoris cruces non adeò æſtimat Deus, iuſti autem cruces ſic æſtimat, vt illas exigat, & omni diligentia procuret. Fęlix iuſtus, dum ſub cruce eſt, fallar, ſi nõ rapiat oculos diuinos, Michææ cap. 1. dicitur: *Verbũ Domini, quod factum eſt ad Michæam Moraſthitem.* Expende nomina, nimirum, Michæas, quod interpretatur, *humilitas*, & Moraſthitem, quod ſonat *hæredem*, & mirare, quod per humilitatem ſic Deo placeas, vt hæres placere ſolet dilectiſsimo patri. Sic placet, qui ſe humiliat, vt in hæredem accipiatur? Sanè non omnis humilitas te inſtar hæredis gratum reddit Deo, ſed illa ſolum, quæ ex peccato nõ naſcitur, ſed inter cæteras iuſti hominis virtutes conſpicua apparet. Aiebat D. Hieron. in Prologo: *Michæas interpretatur humilitas, Moraſthitem autem in lingua noſtra hæredem ſonat. Pulchrè igitur humilitas, quæ inter virtutes, vel præcipua eſt, ſpe hæreditatis Domini canaſcitur. Humilitas autem non illa, quæ venit de conſcientia peccati, ſed quæ inter virtutes ponitur.* Quod dum te peccatis obſtrictum vides, te humilies, humique reptes non multũ eſt; at quod inter virtutes conſpicuus adhuc te humilies, te abneges, viliaque, & abiecta ſubeas, hoc maximum eſt, & propriũ illius qui inſtar dilectiſsimi hæredis placet diuinis obtutibus. Apud Paul. ad Hebræos 10. dicit diuinus hæres ad Patrem ſuum: *Holocauſtomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptũ eſt de me: vt faciã Deus volũtatem tuam.* Sanè rari inueniebantur antiquitus, qui amarent virtutem, qui pro ſolis adquirendis virtutibus laboraret, hoc omnibus cõmune erat, quo ad expiationem ſcelerum offerrent ſacrificia. Quantum hoc ad Deum? Sanè paruum

Exod. 12.

Paſchaſ.

Mich. 1.

Hieron.

Hebr. 10.

uũ erat, & paruæ æstimationis apud Deum quidquid insumebatur propter aliud, quam pro obtinenda virtute. Vnde diuinissimus hæres inter homines apparuit innocens, immaculatus factus obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis, vt esset in mundo aliquid gratum oculis diuinis.

§. III.

Qui mortem ob Christum sustinet, censetur prorsus innocens, & immaculatus.

QVæris forsan, cur Dominus Iesus à suis sectatoribus exegit, quod tollant crucem suam, & abnegent semetipsos, & non etiam exigit, quod fleant, & castigent peccata sua? Sanè eo ipso, quod quis per crucem mortemque sequitur Christum Dominum, iã minimè cẽsetur peccator fuisse, sed prorsus immaculatus, & innocẽs. Post Christi Domini in mundum aduentum primi, qui martyrij laurea donati sunt, infantes Bethleemitici fuerũt, qui Herodis gladio percussi puerũ Iesum defenderũt sanguine suo. Sed cur bone Deus infantilẽ ætatẽ vis primã in martyriũ venire? A Christianæ œconomiæ limine voluit Dominus ostendere quales futuri essent martyres vniuersi, nimirum, malitia infantes, & prorsus immaculati. Quippe aiebat D. Cyprian. epist. 56. *Ætas nec dum habilis ad pugnam, idonea extitit ad coronam, vt appareret innocentes esse, qui propter Christum necãtur, infantia innocens ob nomen eius occisa est.* Eo ipso quod pro Christi nomine sanguinẽ fundas, innocentiam infantilem prætefers: nouit enim effusus sanguis sic peccatorem tingere, vt purpura lanam intingit, ne quid natiuæ rusticitatis lanę appareat, sed omnia sub splendenti murice rutilẽt. Dauid Psal. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tectæ sunt peccata.* Crediderim non idem esse remitti, & tegi peccatum: sed aliquid excellentius significari per hoc, quod peccata teguntur: quippe sunt quibus peccata remittuntur, & non teguntur, semper enim manet aliquid in illis, per quod peccata ob oculos sunt: fœliciores igitur illi sunt, quibus, & peccata dimittuntur, & ita teguntur, vt nullum illorũ relinquatur vestigium, sed vndequaque innocentiæ fulgidus splendeat amictus. Sed qui homines talem fœlicitatem obtineant? Martyres indigitat Tertull. aduersus Gnosticos, inquiẽs: *Proprie enim martyribus nil iam reputare potest, quibus in lauacro ipsa vita deponitur. Sic dilectio operit multitudinem delictorum, quæ Deum scilicet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat, ex tota anima sua, quam pro Deo ponit, hominem martyrem excudit.* Expẽne illud, *operit*, & hoc *excudit*: duorũ enim artificum munera exercentur in martyrio, eius qui imaginem excudit, & eius qui auro, & coloribus expolit. Sanè sculptor lignũ rude accipit, & ferro adhibito imaginem pulcherrimam efformat, sed quæ licet pulcherrima sit, tamen ligneam obscuritatem, & ligneos næuos prætendat. Tunc accedit alter, aurum adhibet, colores infundit, quibus omnia ligni vndequaque pulchrescunt rutilant, vt nec nęuus videri possit, nec ligni obscuritas. Sic prorsus dilectio Dei hominem martyrẽ excudit, dum ferro tradit, insuper sculptũ auro operit, splẽdenti sanguinis murice pingit, vt nullo næuo, nulla obscuritate visa, pulcherrima appareat imago diuina. In cæteris fulget Dei imago sculpta, sed lignea, in qua sordes, & næui apparent peccatorum, quæ etiam reputantur ad pœnam in sanctissimis: at in martyribus sic splendenti sub sanguinis murice omnia rutilant, vt nullo modo possit inueniri nęuus vllus. Vox erat Psalm. 42. *Iudica me Domine, & discerne causam meam.* Quid est discerne causam? Augustin. serm. 50. de Sanctis putat vocem esse martyrum postulantium, ne ipsi cum alijs confundantur, siquidem in sanguine suo habent, quo discernuntur præ omnibus alijs. Equidem in eo sanguis discernit martyres ab omnibus alijs, quod in illis nihil relinquat, quod possit non placere vnde quaque. De purpura dicebat Cassiodor. 1. variar. 2. *Color nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigrendo sanguinea regnãtem discernit, dum conspicuum facit, & præstat humano generi, ne de aspectu principis possit errare.* Vnus muricis sanguis sic valet discernere principes: sed scire cupis, vnde tãtus valor isti sanguini insit? Iam dicit ipse: *Nam cum sex penè mensibus marina delicia à vitali fuerint vigore separata, sagacibus nauibus nesciũt esse grauissimæ, scilicet, ne sanguis ille nobilis aliquid spiraret horroris.* Mirum sanè, quod murex occisus, & per sex menses proprio sanguine perfusus, nihil non suaue spiret, nec sagaces etiam nares possent in illo corruptionis aliquid persentire, fecit hoc Auctor naturæ, ne sanguis ille nobilis natũ reges discernere aliquid spiraret horroris? Quid pulchrius ad Christi martyrum commendationem?

Illos

Illos ab omnibus alijs purpureus distinguit sanguis pro Deo effusus, sub quo sic rutilant, sic nitent, vt nec à sagacibus naribus aliquid corruptelæ præteritæ possit deprehendi. Cum sanctissimi etiam viri egrediuntur à mundo, nescio quid solent sperare horroris, nimirum, reatum pœnæ exsoluendæ purgatorio igne. Verum martyris purpureus splendor, nil non lætum exhibet, ne sanguis ille nobilis aliquid aspiret horroris; quin potius in eo nasutissimus aduersarius omnia deprehendat, & suauia, & pulchra. Ad hæc Origin. hom. 7. in lib. Iud. pro Christi martyribus, inquit: *Beati sunt, quorum cor, cum de sæculo recedunt, non trepidat pro peccato, quos pergentes ad Dominum delictorum formido non terret. Beata illa anima, quæ occurentes sibi aereas dæmonum turmas profusi in martyrio sanguinis cruore deturbat. Beatus est, de quo eunte ad cœlum dicunt Angeli illam propheticã vocem. Quis est iste, qui ascendit ex Bosor, rubor vestimentorum eius? In rubore vestimentorum, cruorem sanguinis designãs. Beatæ sunt ergo animæ, quæ sic Christum sectãtur, quomodo eas Christus præcessit.* Sic ille: quippe in martyre nihil habet mundi princeps; quãdo penè omnes exeuntes de mundo mordentur peccatorũ recordatione, martyrem nulla terret peccati formido, nec sub pupureo sanguine aliquid horroris spirat.

Orig.

§. IIII.

Christi Domini sectator, dum sui vnius vincendi curam habeat, omnes alias potestates à præeunte Domino inueniet deuictas.

QVisquis Christum sequeris non iuberis gladium exerere aduersus tenebrarum principẽ, nõ inire certamen cum mundo: hoc solum tibi dicitur, *abnega temetipsum, & tolle crucem suam*: ipse solus traderis tibi, si tecum strenuè confligas, qui præit Christus cæteras potestates tradet deuictas. Nonne audisti exercitum Israelitarum ab Ægypto eductum? Is multos hostes expertus est, qui impedirent eius viam: munitissimasque ciuitates, quæ resisterẽt. Quid tunc? Acriter ne pugnandum erat aduersus tot hostium cuneos? Sanè pugnassent, qui aliũ secuti essent ducem: at populus, qui ducem Deum habebat, dum sibi consulit, nullum certamen init, sed sine pugna hostes à Deo inuenit deuictos. Sic Iosue cap. 10. Dominus pluit lapides grandes super populi sui hostes; sic Iosue 6. Dominus etiam prosternit Iericò. Cur Domine non potiùs Israelitæ, & Iericò ex pugnãt armis, & hostes prosternunt? Sufficit, quod Israelitæ sibi consulant, quę in se sunt vitia castigent, dum enim Deus præit, ipse sine sectatorum suorum cõflictu, hostes castigat. Pulchrè D. Chrysol. serm. 69. inquit: *Miro contubernio Israeliticis Deus conuersatus in castris, numerosas gẽtes nũc ferit fulmine, nunc tangit grandine, nũc solo tubarum clangore prosternit: vt sine conflictu, sine vulnere Deus ducat victrices acies, quas præcedit.* Vbi Deus ductor est, sine conflictu tuo tradet tibi omnes hostes tuos in manus; hoc tu cura, nimirũ, quod tuo prospicias homini, & Iesu vestigia sequaris; mihi crede omnia exsurgentium hostium certamina ante vllum tuum conflictum videbis à Iesu superata. Apud Iosue cap. 10. cum pene innumeri rebellassent contra Israelitas, dicitur de Israelitarum exercitu: *Reuersusq; omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani, & integro numero, nullusque contra filios Israel mutire ausus est.* Sic vniuersi consternũtur hostes, vt coram Israelitis sub Iesu Naue pugnantes, nec mutire audeant, nec vllũ illis negotium faceſſant. Sed expendendum quam longè aliter Septuaginta reddant nobis hęc verba: quippe aiunt: *Reuersus est omnis populus ad Iosue in Maceda in castra sani, & non mutiuit filiorum, nec vnus lingua sua.* Noster dicit, quod dum populus incolumis ad Iesum Naue accedit, non mutiuere contra illum hostes; Septuaginta aiunt, quod ipse Israel non mutiuit lingua sua. Qualis hæc contradictio? An idem est, quod non mutias lingua tua, & quod hostis tuus non mutiat? Equidem in his, qui militant sub Iesu idem prorsus est, quod ipsi in se faciunt, & quod eorum hostibus Deus facit: non multa in hostes pares, si sub Iesu militas, vnum te hostem puta, te vince, & hostes à Deo victos habes: nõ mutias lingua tua, refrena tuam linguã, & quod nullus in te hostis mutiat, Deus faciet: crucem tuam tolle, & ecce mundiales potestates tibi crucifixæ parent. Ad hæc Paul. ad Gal. 6. ait: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Quibus verbis quandam consequentiæ necessitatem agnoscit noster Cornelius, quasi ideo mundus crucifixus nobis cedat, quia nosmet crucifiximus, ego sum crucifixus mundo, ego me crucifixum præbeo, quid inde? Consequenter ipse mundus, & omnes eius potestates per Dominum crucifixæ sunt, ne nobis

Chrysol.

Iosue 10.

Ad Gal. 6

afferant nocumentum. Non longè abest ab
Hieron. hac mente Hieron. vbi finit: *Crucifigitur iusto mundus ille, de quo Saluator ait: Cõfidite, ego vici mundum.* Itaque dum iustus sibi crucẽ parat, nil metuat aereas potestates, nil metuat mundialium voluptatum fallacias, Dominus qui præcedit, mundum ipse vincit, & vniuersos hostes fugere facit.

Matth. 16. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

§. V.

Quod Deo, & virtuti post ponis, minime perdis, sed apud Deum reponis inueniendum ad salutem animæ.

SIc propter Deum perduntur temporalia, vt conditione meliori apud ipsum Deum reposita inueniantur: nihil enim funditus deperditur ex his, quæ Deo, & virtúti postponuntur. Vidua illa Sareptana. 3. Reg. 17. ad eas erat redacta angustias, vt post pugillum farinæ, necessariam expectaret mortem: ait enim: *Non habeo panem, nisi*
3. Reg. 13 *quantum pugillus capere potest farinã in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Ecce tota vita fœminæ à pugillo farinæ pendebat, quo cõsumpto de vita agendum erat, quid tũc? Accedit Elias, petit de illa farinula cibum sibi in primis parari, & quod mirere magis, mulier in primis de farinula cibum parat prophetæ: *Quæ abijt, & fecit iuxta verbum prophetæ*: Non iuxta verbum suum, quæ post comestionem cogitabat mortem, sed iuxta verbũ prophetæ, non amplius cogitans, quòd moreretur, etiam si farina consumeretur. Quid agis mulier? Sic vitæ sustentaculum perdis? Dum tibi, & filio parabas cibum ex pugillo farinæ, vicinam mortem meditabaris: quippe aiebas: *vt comedamus, & moriamur*: nunc cum Eliæ facis, non cogitas quantocyùs tibi moriendum? Cur nõ magis mortem caues? Cur non magis tibi consulis? Sanè dum Prophetã Dei cibat, nõ meminit mortis suæ periculum: hoc solum cogitat, vt ante omnia Dei perficiatur opus, sciens minimè deperdi posse vitã, quæ Deo, & virtuti postponitur. Pulchrè D. Cyprian. de opere, & eleemosynis, ait: *Prompte ac liberaliter, quod petebatur, offertur: nec de abundantia portio, sed de modico totũ datur, esurientibus liberis, alter prius pascitur: neque in penuria, & fame, cibus antequam misericordia cogitabatur, vt dũ in opere salutari vita carnalis contẽnitur, spiritualiter anima seruetur.* Nunquã securiùs tibi bona reponis, quã dũ illa pro Deo contemnis: vbi tibi obsequium diuinũ, virtutis officiũ primùm ob oculos est, posthabitis bonis alijs, posthabita vita ipsa, & anima, & tibi, & bona, & vitã & animam seruasti. Abraham iussus immolare filium vnicè amatum, in quo totas famiCyprian.
liæ & glorioſæ posteritatis spes habebat fundatas, non differt imperium, imò Gen. 22. *Extẽdit manum, arripuit gladium, vt immolaret filium.* Quid agis Abraham sic filium mactas? Cur non magis filij vitam à Deo postulas? Ante filij natiuitatem cœlum vocibus tangebas filium postulans, & minimè votis tuis omnipotentẽ Deum precibus sollicitabas, & modo pro eius vita, nec verbũ facis? Adde consiliũ diuinũ de Sodomis perdendis tibi reuelatũ, quot precibus quantis argumentis conaris, vt reuocetur: & imperiũ de filio perdendo minimè niteris reuocare? An tibi chariores erant Sodomitæ, quam filius? Cur illos diuino gladio eripere satagis, & filium gladio tradis? Sanè iam didicerat Abraham illos perdi, qui gladio diuino eripi curabant; non qui pro Deo, & virtute sustinebant gladiũ: ideò dũ anxius salutẽ, & incolumitatem filij procurat confestiniùs, illum pro Deo gladio tradit. Pulchrè D. Ze-
D. Zeno no serm. de Patien. ait: *Igitur sibi dulcissimum filium, Deo victimam dulciorem contemnit, vt seruet: destinat iugulare, ne iugulet.* Crede mihi nullo meliùs seruaris, quam dum te perdis pro virtute, quod Deo anteponis, id totum perdis, & quod vni Deo postponis, id tibi seruas securissimũ. Propone tibi ob oculos Saulem regem, is imperiũ Dei habebat deperdendis Amalecitis, similiter, & ipse sacramentum fecerat de perdendo eo, qui ante postratos hostes sumeret cibum. Quid inde? Dum Amalecitas perdit vidit eorum regem hominem speciẽ insignem, vidit & multa alia bona valde ditia, & nescio qua misericordia ductus, decreuit parcere specioso regi, & reseruare pulchra bona, quibus regnum suum maneret ditius. Hæc ibi: verum alias quærens violatorem sacramenti de non sumendo cibo inuenit tanti criminis reum filiũ amantissimũ Ionatham: cui nullatenus parcendum putat

sed

sed statim morti adiudicat. Et qualis rei euentus? Amalecita rex cum suis bonis absoluitur à Saul, ab eodem damnatur, & morti traditur filius: ait enim Saul. 1. Reg. 14. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha*: sic à Saule decernitur mors Ionathæ, & vita Amalecitæ, & nilominus Amalecita perditur, & eius bona absumuntur, imo regnum Saulis, quod illis videbatur fulciri, penitus ruit: & Ionathas viuit, à mortisque periculo eripitur. Sed cur Amalecita, & bona eius, & cum illis regnũ Saulis perduntur, & Ionatha, qui morti traditur à parente, viuit? Sanè dum Saul parcit Amalecitis, anteponit eorum, & regni, bona Dei imperio, quo cautum erat, ne quid Amalecitarum seruaretur, & inde euenit illis omnibus perditio: dum morti tradit filium, ideò tradit, vt sacramentum de cibo non sumendo fractũ vindicaretur, postponens religioni etiam vitam amantissimi filij, quem quia propter religionem contemnit, seruat, & quia destinat iugulare, non iugulat: sed ipsa perditione mercatur eius vitam. Ad hęc Iosephus lib. 6 de antiquit cap. 5. inquit: *Saul iurat se filium occisurum, pluris quàm genus, aut naturam, aut affectus iusiurandum faciens. Omnis multitudo iurant non laturos se, vt occidatur Ionathas auctor, tam loculentæ victoriæ, atq; ita iuuenem irato patri eripiunt.* Ecce tibi vnde Ionathas viuit nimirum, quia Saul iuramenti religionem pluris facit, qua genus, quam filium; & qui propter seruandũ iuramentum, contemnit filij dilectissimi vitam, ideo filium incolumẽ habet. Dum autem imperium Dei contemnit Amalecitis parcens, vt regnum augeat, simul, & Amalecitarum, & regni sui perditionem videt: vbi pluris facit religionem, quàm naturam, quã filium, contemnit filium, vt seruet destinat iugulare, ne iugulet. Et cui non gloriosum est propter Deum perditioni dari? Fœlices illi Machabæi multa de Deo, & religione patria apud Antiochũ loquebantur. 2. Machabæor. cap. 8. Quid tunc? *Iratus itaq; rex iussit sartagines, & ollas æneas succendi. Quibus statim succensis, iussit & ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam.* Sic linguam Deo plenam perdi Deus patitur? Non sanè erat perditio linguæ, quod ob Dei nomen prædicatum amputaretur, sed gloria, qua omnium prima debuit coronari: vt prior apud Deũ reponeretur, quæ prior corã hostibus Deũ commendarat. Cypr. de Exort. martyr. ait: *Eum, qui primus locutus fuerat, & magis regem virtutis cõstantia prouocauerat, admoueri præcepit, & frigi, producta; & ex secta prius lingua, quæ confessa Deum fuerat: quod martyri gloriosius cõtingit, lingua enim confessa nomẽ Dei, prior ad Deum debuit ipsa proficisci.* O gloriosa perditio, in qua quod deperditur, apud Deum reponitur, & ibi seruatur, vt inueniatur. Dicitur Actor. 8. *Ecce vir Ætiops eunuchus potens.* Vbi nõ abs re, quis miretur quod eunuchus vocetur à scriptura vir pleno ore. Sed ait D. Hieron. in cap. 1. Sophoniæ. *Quia enim eunuchus erat Christi, & se eunuchizauerat propter regnũ cœlorum propterea viri vocabulũ nõ amiserat.* Hæc ille. Vide infr. c. 15. §. 25.

1. Reg. 14

Ioseph.

2. Mach.

Cyprian.

Hieron.

Matth. 16. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima sua.

§. VI.

Vbi de animæ damnatione agitur, omnia bonorum temporalium commoda disparent.

EV quam auolant omnia temporalia lucra, & cõmoda vbi incipit animæ apparere perditio: dicebant illi in inferno positi Sapient. 5. *Quid nobis profuit superbia? Aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Iram sierunt omnia illa tamquam vmbra,* &c. Nullũ commodum, nullũ lucrum in omni gloria mundi inuenit anima, vbi ipsa damnationẽ incurrit. De mundialibus iacturis nulla est tanta, quæ omnem consolationis remedium absorbeat, imò in singulis iacturis prompta sunt effugia, quò se homo cõferat, vt aliqua le solatium requirat. Verũ in animæ ruina, nullum restat effugiũ ad solatiũ perquirendum, sic sunt vniuersæ consolationis obstructæ viæ, vt de toto mundialium bonorum mare, nec gutulã refrigerij instillari videas. Aiebat Iob c. 11. *Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis.* Expende impiorum malum, nimirum, quòd effugium peribit ab eis: & quidem in præsenti multa habent malorum effugia, in futuro, vbi res agatur de animæ dãnatione, effugium omne peribit. Rẽ pulchrè tractat D. Greg. lib. 10. Mor. c. 13. inquiens. *Nunc iniqui cum tristitia aliqua patiuntur, effugij latebras inueniunt: quia ad voluptatem protinus desideriorũ carnaliũ recurrunt. Ne paupertas cruciet, diuitijs animum demulcent. Ne despectus proximorũ deprimat,*

Sapient.

Iob. 21.

Gregor.

seſe dignitatibus exaltant. Si faſtidio corpus atteritur, antepoſitis epularũ diuerſitatibus nutritur. Si quo animus maſtitia impulſu deijcitur, mox per interpoſita iocorum blandimenta relevatur. Tot ergo hic habent effugia, quot ſibi præparant delectamenta. Sed quãdoque ab eis effugium perijt: quia eorum mens amiſſis omnibus ſe ſolummodo, & iudicem conſpicit. Eccetibi de ommbus mundialibus nullum reſtat effugium miſeræ animæ, dum ad ſententiam dãnationis venitur: ibi & diuitiæ, & epulæ, & imperia diffugiunt, ſe ſolummodo anima, & iudicem videt Nullus ibi aduocatus, nullus, qui eius defenſionem ſuſcipiat, ſimul cũ mundialibus bonis omni defenſore, & aduocato diffugiente, tranſeunte, ſolo permanente iudice. Nec immeritò dolet Dominus vicem eorũ, qui cũ damno animæ lucrati ſunt bona mũdi, ait enim Luc. 6. *Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram.* Tertull. lib. 4. in Marc. cap. 15. legit: *Væ vobis diuitibus, quoniam recipiſtis aduocationẽ veſtrã.* Totam aduocationem veſtram recipiſtis; tota veſtra aduocatio in præſenti præterijt, adeò vt tantùm vobis reſtet iudex ſine aduocato, ſine defenſione vlla. Rem explicabis, ſi meminerjs vnde exaltet peccatorum fœlicitatem D. Ioann. 1. epiſt. 2. inquiens: *Si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ, Ieſum Chriſtum iuſtũ.* Hæc eſt ſumma noſtra fælicitas, quòd apud Deum noſter ſit aduocatus Dominus Ieſus Chriſtus, ibique perpetuò aſsiſtat interpellans pro nobis, qui autem mundialibus lucris dediti ſunt etiam cum animæ detrimento, in mũdi bonis accipiunt ſuum aduocatum, ſuamque defenſionem: adeò, vt apud Deum nullus illis reſtet aduocatus, nulla defenſio, ſed ſtrictior gladius iuſtitiæ. Væ miſeris, qui dum animę detrimentum negligũt, præ mundi lucris, hi accipiunt aduocationem ſuam vna cum bonis tranſeuntem, non habent permanentẽ apud Deũ, apud quẽ tranſeuntibus bonis mundialibus ſe ſolos vident, & iudicem ſine aduocato vllo. Qualem aduocationem agent bona illa, quę diſparent, diffugiunt; nec ad horam conſiſtere poſſunt ante iudicis tribunal? Amos c. 6. aiebat: *Væ qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij &c.* Cur dicitur væ homini tot diuitijs ornato, tot voluptatibus circumſepto? Vnde iſte diues, iſte opulentus miſer eſſe poterit, & dignus, qui audiat, væ tibi? Quia cum ſtantem, & permanẽtem aduocatum apud Deũ deberet quærere; vnam diuitiarum aduocationem ſibi acquiſiuit, quę minimè conſiſtit nec permanet ante Dei tribunal, ſed inde quanto cyùs diſparet, diffugit. Eleganter Tertul. lib. 4. in Marc. 15. ait. *Væ, qui dormiunt in lectis eburneis, & delicijs ſluunt in thoris ſuis, qui edunt hædos de gregibus caprarum, & vitulos de gregibus bouum lacticantes, complaudentes ad ſonum organorum: tanquam perſeuerantia deputauerũt, & non tanquam fugientia.* Expende vltimæ miſeriæ radicem, quò mundialia bona tãquam perſeuerantia deputentur, & non tanquam fugientia, quòd putentur veluti aduocata, & perſeueratura, & aſtatura ante diuinum tribunal, & non potiùs putentur tanquã fugientia, & tranſeuntia. Rem explico exemplo: v. g. homo reus accedit ſeſe defenſurus apud regium tribunal, & nihil curans oratores, & aduocatos ibi frequentes; & perſeuerantes, offendit caſu in hoſpitio trãſeuntem aduocatum, qui cũ primùm illuxerit, irreuocabiliter inde abiturus eſt: hũc tamen dum inuenit reus, fœliciſsimum cauſæ exitũ putat inuenijſſe; illi totam cõmittit cauſam, explicat defenſionis fundamẽta, & lætus, & ſecurus decumbit. Quid plura? Stat dies cauſæ indictus, ſedet iudex, cogitur reus adeſſe, ſententiam damnationis excepturus: aduocatus ille ſummo mane profectus abijt, nullus alius paratus eſt, vndè neceſsũ eſt, quod pereat miſer, qui tanquam perſeuerantem putauit, & non tranſeuntem.

Luc. 6.

Tertull.

1. Ioan. 2.

Amos 6.

Tertull.

§. VII.

Quidquid alienum à Chriſto eſt, potiùs cædit in perditionem animæ, cuius ſalus à ſolo Ieſu venit.

NIſi homo Chriſtum ſpectet, Chriſtum ſequatur, nullam pro anima ſua commutationẽ poteſt dare, imò quã dederit cõmutationem pro anima ſua; magis perdet animã, quàm ſaluabit. Hinc noueris dæmonis aſtum, quo extollit hominis poteſtatem pro ſaluanda anima: quippe ait Iob. 2. *Pellẽ pro pelle, & vniuerſa, quæ habet homo, dabit pro anima ſua*: Quaſi diceret: non parcus eſt homo pro anima ſaluãda; quinimo pro illa dabit vniuerſas diuitias, dabit & ipſum ſanguinem. Sed ſcire cupis, cur dæmon tantus ſit, in exaggerandis commutationibus, quibus homo ſalutem animæ comparabit? An id facit vt amicus ſalutem animę humanæ negotians, & oſtendẽs theſauros vndè facile poſſit comparari? Nullo modo, ſed potiùs vafer hoſtis perditionem animæ molitur, dũ procurat illam committi cõmutationibus, quas det

Iob. 2.

det homo, non quas det Christus; quippè scit astutissimus serpens, quòd quidquid à Christo non venerit nequit non obesse salu-
Paschas. ti animæ. Pulchrè Pasch. lib. 8. in Matth. fatur. *Ille nõ vt seruare vellet animã, hoc dixit, sed occasionem inde inuenire, vt eam laderet. Nouit enim, quod alia cõmutatio pro anima in hominis potestate nulla esset, nisi pretioso sanguine Christi redimatur.* Vbi Christus non interuenit, perdunt hominis animam quæcumque alia: caue animæ tuæ salutẽ credere alteri, quàm Christo, proculdubio illam perdes. Ille solus redimit animam, qui omnia pro salute impensa accepta refert Christo. Iesus Naue c. 10. dum populi salutem procurat, quinque contrarios reges victos in mediũ producit, quos calcari, & pessum dari iubet ab Israelitis, tũcque *percussit Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites.*
Iosue 10. Cur cõtritos, & calcatos reges, imò occisos iubet suspẽdi super stipites? Ne hostiũ triumphus, & salus populi alteri videretur referri
Orig. quam crucifixo. Ex quo fit Orig. homil. 12. in Iosue fatur. *Vtinam Dominus meus filius Dei mihi istud concedat, & iubeat me pedibus meis conculcare spiritũ fornicationis, & calcare super ceruices spiritus iracundiæ, & furoris, calcare auaritiæ damonem, calcare iactantiam, & cũ hæc fecero operis gesti summa non mihi, sed crucifixo eius appendere, sequenti Paulum dicentem, quia per ipsum mihi mũdus crucifixus est.* Nulla victoria pro animæ bono reportata non suspecta est, nisi crucifixi manus in ea appareat; vnus est Christus Iesus, qui nouit hostes detriumphare, qui nouit animas nostras saluas facere, sine Iesu cætera omnia perditionem operantur. Paulò superiùs in hoc Matth. capite vt D. Petrus audiuit sanguinẽ Iesu effundendum in pretium animarum,
Matth. ait. *Absit à te Domine, nõ erit tibi hoc.* Iesus autem immediatè Petro dixit: *Vade post me Sathana.* Proh Deus immortalis discipulũ charissimum Sathanã vocas? Quid Petro, & Sathanæ commune precipuè eo tempore, quãdo diuini sanguinis effusionem cauet? Equidem non id consilium à Petro, sed à diabolo, qui molliebatur excludere crucifixum à mente Petri, vt illum in perditionem traheret: non enim antea negationis scelus admisit, quàm vellet sine sanguine Christi salutẽ mũdi cõparati. Acutè Chrysol. ser. 27. *Ve-*
Chrysol. *nenum, quàm dulce serpentis, ante facit militem regis sui negare victoriam, seruus ipse Dominum quam negaret.* Ex quo aliunde, quam à pretio sanguinis Christi voluit Petrus animarum salutem comparare, iam ipse disponebatur ad negationis baratrum. Solus Christus Dominus, qui pretium habet, quo animæ redimantur, quòd vt ipse solus haberet nihil alijs reliquit, quòd præstare possent pro animarum salute comparanda. Hinc est quòd octiduanus circunciditur, & quẽ sanguinẽ in cruce effusurus erat, etiam in circũcisione effundere incipias. Cur Domine tam cito effundis sanguinem? Cur tam durũ remediũ pro nostra salute suscipis adhuc tenellus pusio, & octiduanus? Rem attigit D. Zeno ser. de duplici circunci sione fatus. *Non*
Zeno. *enim aut finis legis, aut verus Christus esse potuisset: si quid prætermitteret, quod ab alio saluti hominũ præstari opportuisset.* Sic omnia, quæ pro animarum salutẽ dari possunt præoccupauit; vt nihil reliquerit prætereà præstandũ; & si quid sine illo est, id eo ipso minimè reputatur conducens humanæ saluti.

Matth. 16. Filius enim hominis venturus est, in gloria patris sui: cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.

§. VIII.

Quo magis supplicium peccatorum differtur, eo grauius, & acerbius.

NE putes supplicium impiorum non esse, quia illud differre vides, tandem veniet Dominus in gloria patris sui, & reddet vnicuique secũdum opera eius. Sed cur tandẽ, & nõ magis statim? Equidem quę parua sunt, cito parantur, at quę magna sunt maiores postulãt moras adeò, vt ex mora supplicij perspicuè appareat eius magnitudo. De hypocritis in iudicio clamãtibus locutus Dominus Matth. 7. ait: *Tunc confitebor illis, quia nũquã noui vos.* Cur vsque tunc expectas Domine, vt nefarissimos homines punias? Meritò ait Chrys. hom. 19. *Vsque tũc sustinebit quia grãdem irã grandis dilatio præcedere debet.* Quando mundialis rex grandem irã aduersus alium cõcipit, ingentẽque illius meditatur vastitatẽ, nõ subito mouetur, sed quo maior fuerit ira, eò plus tẽporibus insumit, dũ arma parat, exercitus vndiq; accersit, vt certior fiat pernicies contrarij. Sic in Deo grandis dilatio dũ præcedit, grandem iram ostẽdit parari: quippè ait Sap. c. 5. *Accipiet armaturã zelus illius, & armauit creaturã ad vltionem inimicorum, Induet pro thorace iustitiã, & accipiet pro galea iudiciũ certũ. Sumet scutũ inexpugnabile æquitatem. Acuet antẽ duram iram in lanceã, & pugnabit cũ illo orbis*
Matth. 7. *Chrysost.* *Sap. 5.*

terrarum,&c. Non quidē rex diuinus statim prosilit in sceleſtos, non enim eā iram habet, quæ cū parua sit, paruis contenta maneat: sed pro magnitudine irę dilationis magnitudinē metitur, dum armaturā sumit, dum creaturas armat, dū vndique milites vocat, lanceas parat, gladios acuit; dilationes sunt istę, quę debent præcedere iram magnam. Ad hæc Psal. 7. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcū suū tetendit, & parauit in eo vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* Ecce quot moras, quod supplicij dilationes: nō gladiū exerit, & statim percutit: sed gladiū exerit, deindè arcū tendit tūc vasa mortis parat, insuper sagittas ardere facit. Quor sum tanta? D. Basil. in Psal. 4. ait: *Veluti præparatione quadam ad vltionem, intentat. Quemadmodum enim qui arma absterguūt, ac poliunt, pugnæ mox ineundæ acrem affectum, & alacritatem per hoc significāt.* Nec te fallat dilatio in vindicādis sceleribus, quin potiùs in dilatione caue tibi in gentem cupiditatem magnæ vindictæ. Non enim differt Deus supplicium, & obliuiscitur, sed differt, & armaturam sumit, & gladios acuit, & milites conuocat, & creaturas armat, & vasa mortis parat: hæc dilatio non iram sedat, sed illā ostendit magnam. Vndè minabatur Dominus Psal. 74. *Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, nō cùm acceperit gladium, sed cùm acceperit tempus, quasi nullo magis ostēdatur rigor, & ira iudicantis, quàm si fuerit per tempus dilata. Adhæc Psal. 7. notanter ait; *Deus iudex iustus, fortis, & longanimis.* Vbi D. Greg. hom. 13. in Euang. ait. *Dicturus longanimem, præmisit iustum, vt quē vides peccata delinquentium diu patientem, scias hunc quandòque etiam districtè iudicare.* In Dei lōganimitate ad expectandum, eius tibi in primis seuera iustitia præ oculis sit, quę sanè post longā expectationem dabitur. Quò spectans Hierem. Thren. 2. ait. *Tetendit arcum suum, quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis, & occidit omne, quod pulchrum erat visu.* Expende illud: tetendit arcū, nō ait, cōtendit; sed tetēdit: hoc est, dilatauit, in qua dilatatione flagelli, posita fuit tota acerbitas flagellantis D. Paschal. lib. 2. ibi ait: *Quanto magis ex Dei patientia, iudicij tempus extenditur, tanto retributionis vindicta durior accumulatur.* Stagnatur diuina ira per patiētiā, vt posteà maiori amne, quasi depleno effundantur.

Psalm. 7. Psal. 14. Psalm. 74. Psalm. 7. D. Greg. Ierem. Paschas.

§. IX.

Rarò non iniustè agitatur causa hominis, quam per ministros iudex tractat.

VEnturus Dominus ad iudiciū non præmittit Angelos, nō præmittit ministros qui causas hominū examinent, sed ipse per se venit examinaturus in cōspectu Angelorum, ipse & iudex, & testis, & scriptor erit, siue notarius, vt omnem suspicionem tollat à diuino tribunali. Apud Ezech. c. 9. dicitur. *Ecce sex viri veniēbāt de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & vnusquisque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorū vestitus erat lineis, & atramentariū scriptoris ad renes eius, & ingressi sunt, & steterunt iuxta altarē æneum.* Hic vir lineis vestitus in medio sex Angelorum, cōmuniter putatur esse diuinus iudex viuorum, & mortuorū Christus Dominus, cū iudicium à Patre sumens veniet causas hominis discussurus. Quo posito notandus est habitus qualis sit, nimirùm *atramentarium scriptoris ad renes eius.* Sanè atramentarium ad renes positum, potiùs notarium, siue scriptorem designat, quam iudicē, vbi mūdialis iudex apparet virga insignis; eius cingent latera notarij, plurimi, atramentaria circa renes habētes, vt causas examinent, & testimonia scribant. Cur iudex diuinus nullos notarios exhibet, sed ipse sibi atramentarium accingit, & simul iudex apparet, & scriptor? Vt tollat omnem suspicionem à iudicio suo, quæ vix tollitur, dum res agitur per ministros. Ad hæc Pasch. lib. de corpore, & sang. Domini c. 8. inquit. *Neque fit error iudicij, vbi iudex est, & scriptor verbum Dei patris Christus Iesus.* Ægrè, & difficulter rectum iudicatur iudiciū, vbi per officiales, & ministros causæ agitātur: sit iudex omnium integerrimus, dum nō sit ipse scriptor simul, sed per alios scriptores, & ministros causę vētilādę sunt; rarò non peruertitur iudiciū. Vbi Nabothi causa de vinea apud solū regē agitabatur. 3. Reg. 21. rectū procedebat iudiciū: petebat quidē rex vineā, sed vel aliā meliorem, vel iustum pretiū exhibebat pro illa, nullā patiebatur Naboth iniuriam. Quid tunc Iezabel regina? Causam ad forum tribunalis deducit, quippè ait textus: *Scripsit itaque litteras ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cū Naboth. Litterarū autem hæc erat sentētia, Prædicate ieiuniū, & sedere facite, & facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial contra eū, &c.* Nota fœminæ ingeniū; forum struit, tribunal cōstituit, cōlesus parat, & de fori mori omnia decernit, dū testes iubet vocari, & qui testimonia excipiant. Ad quid hæc? Vt iniustè bona rapiat Nabothi, & virum occidat. Quid agis mulier? Si iniustè hominē perdere cupis, cur nō potius id mandas regalis custodiæ

Ezech. 9. Paschas. 3. Reg. 21.

stodiæ militi? Ad tale facinus perpetrandum truculentus aliquis latro nō proprior, & expeditior adesset, qui omnia citissimè perficeret, cur magis forensis tribunalis moras expectas? Equidē nouit fœmina, quàm soleat nasci iniustitia ex tribunali, vbi res agitātur per tot ministros, qui de mammona iniquitatis viuūt. Accipite D. Ber. lib. 2. de cōsideratione ministros fori depingentem. *Nisi agitentur causæ, audiantur partes, inter partes iudicare quis poterit? Agitentur causæ, sed sicut oportet. Nihil ita absque labore manifestam facit veritatem, vt brevis, & pura narratio. Miror namq; quēadmodū religiosæ aures, audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum, & pœnas verborū, quæ magis ad subuersionem, quàm adinuentionem proficiunt veritatis. Hi sunt, qui instruunt, à quibus fuerant instruendi, astruunt, nō comperta, sed sua. strūt de proprio calumnias innocētiæ, destruūt simplicitatē veritatis, obstruūt iudicij vias* Equidem forensis officialiū strepitus raro puræ veritatis auditui non obstruūt viam. Ideò Laban Gen. 31. vbi rectum iudicium desiderat, omnē forensem officialium strepitum abiurat. Ait enim: *Si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas, nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.* Cur non statuit testes aliquos præter Deum, quibus facilius posteà conuincat reum fractæ fidei? Nonne si præter Deum testes etiam adhibeātur, securius iudicium agetur? A page, inquit Labā, procul absint testes, & forensis solemnitas, solus Deus adsit, vt iudiciū possim sperare rectū. Hinc Prælato nimis attento forensibus, ait D. Bern. epist. 276. *Ordinatissimum est, minùs interdum ordinatè aliquid fieri.* Sed hoc liceat discretionem habenti.

Bernard. Genes. Bernard.

Matth. 16. Amē dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

§. X.

Solus Iesus est, qui nouit peccatoribus parcere.

PAulò antè dicebat, quòd vēturus est filius hominis in gloria patris sui, cum Angelis suis; modò dicit, quòd venientē filiū hominis videbunt Apostolorum aliqui, & non addit, quòd venientē cū Angelis suis videbūt. Cur anteà veniens apparebit cū Angelis, & modo non apparebit cū Angelis? in primo loquitur de aduentu iudicis, quādo severus veniet, nullam veniā, sed iustitiæ rigorē exercuturus peccatores dānans, in quo munere etiā Angeli apparebunt, vtpote qui supplicia sciant inferre peccantibus. In secūdo loquitur de aduētu Domini in Tabor, vbi se gloriosum exhibens cum Helia, & Moyse tractauit de peccatis mundi lauandis, de peccatoribus admittēdis ad gratiā: ibi solus Iesus apparet, non Angeli, quia minimè Angeli, sed solus Iesus nouit peccatoribus parcere. Populi ductorem Angelum sæpiùs Deo promittenti respondit Moyses Exodi 33. *Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.* Bonus Moyses tenuit Angeli ducatū, solū Deum cupit habere ductorem populi? Cur necessum est, vt Deus per se ipsum ductor sit populi? Moyses cupiebat illū ductorem populo suo dare, qui nosceret aliquādo peccātibus parcere, ideò refugit Angeli ducatum, & Dei solius præsentiam ambit. Ad hæc. D. Basil. orat. 17. fatur: *Moses, quòd populus esset scelestus, & opus haberet eo, qui cōniuere delictis, & peccata remittere posset, id quòd ipsi Angeli efficere nequeunt, siquidem illi vlciscuntur eos, qui se vitijs inquinarunt, veniam autem concedere iis, qui scelcribus se obstrinxere, nequaquam possunt. Veniat igitur verus legislator, potens ille seruator, qui solus remittendi peccata potestatem habet.* Angeli norunt scelera castigare, impios supplicijs afficere; cōniuere autēdelictis, veniam largiri peccatoribus, solus Iesus nouit. Dura lex illa Leu. 7. aduersus peccatores, quippè ait: *Omnis mūdus mādducabit carnem, & anima quæcunque contigerit de carne sacrificij salutaris, & immunditia super illam est, pereat anima illa,* &c. Sic pereū dum erat impijs, cum primùm immūdi sacra tangerēt, vltoribus Angelis omnia plena erant; qui super impios vel fulmina iacerent, vt supra Sodoma, vel gladios pluerent, quibus perderentur, vt Assyrij, interempti fuerunt gladio Angeli. Sed cur modo non sic perduntur peccatores etiam inter sacra? Rem ponderans D. Patianus in Parenæsi ad Pœnitent fatur: *Antiqua ista sunt, & modo non fiunt. Desijt Deus nostra curare? Absit, inquies Video ergò quæ facimus sed vtique expectat, & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget, & Christo suo præstat, vt differat, ne citò pereant, quos redemit.* Non de vltoribus Angelis, sed de Christi Domini

Exod. 33. Basil. Leu. 7. D. Pat.

pietate venit, ne peccatores perdantur, sed tempus resipiscendi habeant. De Iesu locutus Paul. ad Coloss. 1. ait: *In ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt.* Itaque Christi sanguis pacificat, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt: miraris, quòd Christi sanguis pacificet etiã, quæ sunt in cœlis, quandòquidem in cœlis exercitus sunt Angelorum. Erant ne Angeli irati in homines, adeò vt deberent pacificari Christi sanguine? Planè neque in terris, neque in cœlis erat creatura vlla, quæ in homines non irasceretur ob peccata, & Angeli videntes dominum ab hominibus contemptum, infensissimi ostendebãtur in genus humanũ aduersarij. Vnus Christi sanguis Angelorum iram sopiuit, & peccatoribus sciuit parcere. Chrysost. hom. 3. in præsenti, ait: *Hostiliter aduersabantur hominibus Angeli Dominum suum contemni videntes: vt sumatim restaurentur omnia in Christo, tàm quæ in terris, quàm quæ in cœlis. Hæc omnia virtus Dei effecit. Quid ergo in Angelos fiduciã collocatis? Tãtum enim absunt illi ab eo, vt vos reconciliarent, vt vobis magis infensi hostes fuerint.* Non creatura aliqua, non Angeli, sed solus Iesus in peccatores non irascitur, sed illos expectat, & ad se miris beneficijs allicit. Quo spectat, Num. 22. vbi sic: *Et iratus est Deus. Stetitq; Angelus Dei in via cõtra Balaã.* Vidit Angelus Deum iratum in Balaam, & quid egit tũc Angelus? An se se opposuit Deo pro Balaã? Absit: id solus Iesus faceret; Angelus autem potiùs contra miserum stetit hominem. Id exprimẽs clariùs legit. Aug. *Et iratus est animatione Deus, quia ibat ipse, & insurrexit Angelus Dei, differre eum in via.* Quid tunc? Pulchrè D. Aug. q. 49. in Num. *Notandum, quẽadmodum iratus est Deus, & insurrexit Angelus Dei.* Vbi Deum iratũ vidit Angelus; insurrexit ipse aduersus peccantem; sed Iesus non insurrexit: sed stetit, deliniens iratum, ne periret peccator.

Ad Col. 1

Chrysost.

Num. 22.

August.

Idem.

CAPVT XII.

De humilitate sectanda, & scandalo tollendo.

QVEM non exedat excellentiæ cupiditas? Quem nõ mordeat inuidia de exaltato fratre? Petrus iubetur pro Iesu, & pro se tributum Cæsari solueuere, & ecce inter cęteros Apostolos vetꝰ illa quęstio iteratur, quis eorum videretur esse maior? Ambientibus primas in regno obijcit Dominus puerũ, cuius æmulẽtur humilitatẽ, & quẽ caueãt prauis exẽplis prouocare. Et quidem nulla res sic mũdũ perdit, vt maiorũ scandala: nec in nullos peccatores Deus libentius irascitur, quàm in eos, quorum mores pusillis, & paruulis sunt scãdala.

Matth. 18. In illa hora accesserũt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum?

§. I.

Nulla est amicitia humana, adeò magna, quæ sibi præferri alterum libenter patiatur.

A Domino Petrus iubetur tributũ Cæsari pro se præstare: in quo nescio, quã prælationis vmbrã auspicati Apostoli mille curis sollicitantur, an Petrus proferendus sit in regno cœlorũ? An ipsi post ponendi Petro? Et quidem amici erãt, & cõdiscipuli, & eidem assidentes mensę, & nihilominus non æquis aspiciunt oculis sibi Petrũ prelatum, Quis hominum credat etiã amicissimis securè præcellentes suas fælicitates? Huc cõueniant regũ amici, qui se se super alios vident exaltari; & caueant gloriarum suarum secreta vili mortalium credere, etiam si & amicitię, & cõsanguinitatis vinculis obstrictus adsit. Saul dum quærit patris sui asinas inuenit Samuelem, à quo sciuit, quòd asinæ inuentę essent, & quòd ipse prouehendus erat in regem Israel, pro cuius regni auspicio mille signis acceptis redibat ad patrem, erat Sauli patruus valde amicus, & charus, qui cũ redeuntem Saulem excepisset, de rebus gestis in itinere scitatur, cui respondit Saul, 1 Reg. 10. *Indicauit Samuel quod inuẽtæ essent asinæ, de sermone autem regni non indicauit ei, quem locutus ei fuerat Samuel.* Nihil cœlat, & amicum, & cognatum præter vnum, nimirũ regni auspicium, sed cur rem tantæ fœlicitatis nõ credit amico, & cognato? Quid gratius patruo, quàm quòd visurus sit dilectum consobrinũ regali solio sublimem? Cur igitur Saul, sic cauet, sibi à patruo; & amico? Equidem prudentissimè agit, nulla enim est cognatio, nulla tanta amicitia, quæ gaudeat alterum præferri sibi. Rem attigit Iosephus, lib. 6. de Antiquit. inquiens. *Postquam autem domũ reddijt Saul, percontante cog-*

1. Reg. 10.

te cognato suo Abenaro, quem præcateris diligebat, quomodo successisset peregrinatio, nihil illũ celauit, ne hoc quidem, quòd apud Prophetam fuisset, & ex eo cognouisset, inuentas esse asinas, de regno tantùm tacuit, ne ea res vel credita inuidiam, vel non credita vanitatis opinionem ei contraheret. Quamuis enim, & amicus esset, & cognatus, tutius tamen, & consultius arbitratus est silentium, reputans credo humanæ naturæ infirmitatem, quòd nemo constans in amore, sed etiã si manifestato diuino suffragio fœlicitas cõtingat, tamẽ alios sibi præferri, iniquè, & inuidè ferunt. Nulli, mihi crede, te cõmittas, cui præferendus es, & forsan tecuriùs apud hostes de auspicijs tuę fœlicitas loquèris, quàm apud amicos, & fratres: quos turbat, vel somniata in altero prælatio. Quis ignoret sanctissimi Iosephi pericula à fratribus procurata? Is somniũ vidit, quo regnum sibi parari posset putare: & vt erat simplex, & bonus rem totam exponit fratribus. Quid tũc? Ait

Gen. 37. Gen. 37. *Hæc ergo causa somnierũ, atq; sermonũ, inuidiæ, & odij fomitem ministrauit:* quàm tutius fuisset silentium, siquidẽ sermo de regno somniato tã crudeles hostes fecit ex fra-

Basil. tribus. Pulchrè de illis, aiebat D. Basil. Sel. orat. 8. *Fratres inuidentia percussi turgebãt, ne que notam ex insomnijs pueri fœlicitatem sustinebant, sed & vsque ad somnia inuidiæ stimulum extendebant.* Non patitur humana germanitas, quòd vel frater somniet aliquã sibi præcipuam excellentiam, & fœlicitatem. Meritò aiebat. D. Hier. epist. ad Saluinam, de viduitate seruãda. *Difficile factu est, gloriam virtute superare: & ab his diligi, quos præcedas.*

Hieron. Vbi super alios extolleris, mirũ erit, si ab illis odio nõ habearis, etiã si amicissimi sint, etiam si fratres. Dominus vbi ad regnum erigit Dauidẽ, mittit Samuelẽ in Bethleem ad domum Isai. aitque illi, 1. Reg. 16. *Vnges quẽ*

1. Reg. 16 *eumque monstrauero tibi.* Cur non clariùs loquitur? Cur non dicit manifestè: vnges Dauidem? Sanè cauebat Dominus inuidiam fratrum. Chrys. in Psal. 50. *Cur dubiè, & non specialiter Dauid nominauit Dominus? Nempe scilicet pateretur Dauid, quod passus est Ioseph. Sicut enim illi addiscentes futurum sibi regẽ, insidiati sunt, & post multas iniurias vendiderunt: sic erat formidini, ne & isti hæc eadẽ perpetrarent.*

Chrysost. Sic caueri debent, & fratres, & amici, ab eo qui vocatur ad fœlicitatem regiam, sæpissimè enim, & parentes à filijs, & fratres à fratribus de regum fauore exclusos cernimus; vt satius illis fuerit secretum prælationis suæ extraneis credere. Id quòd in Dauide videre licet, qui cũ à Deo duceretur ad regnum, vbi occissurus Philistæum accessit, fratrem maiorem natu inuenit, qui adolescẽtẽ aspe-

ris verbis excipit, & à regiõ exercitu nititur deterrere. Quid tunc? Ait text. 1. Reg. 17. *Audita sunt autẽ verba, quæ locutus est Dauid,* 1. *Reg.* 17 *& annũtiata in cõspectu Saul. Ad quẽ, cum fuisset adductus, locutus est ei,* &c. Adhęc pulchra ponderatione Chrys. in Psal. 50. ait. *Fratres zelantur, & extranei introduxerunt ad regem,* & *Chrysost.* quidem securiorem tibi aditum seruabunt extranei ad fauores regios, quam amici, & cognati: à quibus plures ejectos è regio conspectu, quàm introductos inuenies.

§. II.

In solo Christi Iesu regno verè magni sunt viri.

SApienter aiunt, quis putas maior est in regno cœlorum? quippè in Christi regno verè magnus quis est, in mundialibus regnis nullus est maganus, sed dicitur. Et quis credat magnitudinem, & dignitatem, quę sola ab aliorum voce proficiscitur: nullique possidentis meritis fundatur? Præclarè D. *Hieron.* Hier. epist. ad Pamachium inquit. *Triumphi interdũ triumphantiũ sordibus polluũtur: & apud viros bonos indignior sit ipsa dignitas, quam multi indigni possident.* Et sanè eiusmodi sunt dignitates humanæ, adeò crebriùs ab indignioribus possessæ, vt videantur de illis rebus esse, quæ à prudenti patrefamilias Deo, in sordentes domus suæ angulos reijci, atque demitti iubentur. Miraris magistratus dignitatem, prælaturas, candidatorum glorias? Sed nota personas, quæ sub his splendoribus fulgent, tot inuenies planè indignos, vt si sapias, tibi deinceps debeant vilescere dignitates illę, quæ frequentius in sterquilinijs, quam in condigna sede visuntur. Quis candidam æstimet, quæ frequentiùs inter sordẽtes pannos nigricat? Sanè in solo Christi regno veri candidati sunt, quia ibi solis dignis datur salutis candida, & dignitatis insula. Ex quo lucem affero Christi verbis Apocal. 3. vbi inquit. *Angelo Ecclesiæ Sar-* *Apocal.* 3 *dis scribe: Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes, quòd viuas, & mortuus es:* & post pauca. *Sed, & habes, pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.* Quippè in Sardis, & erat Episcopus dignitatis splendore præcelsus; & erant pauci aliqui Christiani Deo noti, & familiares. Ille dignitate fulgebat, hi Christianis virtutibus: Ille nobilis dignitatis insulis apparebat, hi verè candidati in regno Christi,

Christi. Sed in illo dignitatis candida adèò nigricabat, vt potius sub pullis indumentis mortuus videretur, & illi thronus, nõ thronus sed tumulus existeret. In paucis his tantus erat gloriæ splendor, vt candida ipsa salutis amplius in ipsis candesceret: quippe nõ contaminauerunt vestimenta sua non polluerunt ornatum suũ, sed vere cãdidati cum rege Christo in albis ambulant. Vnde ergo hi non contaminant ornatum, sed candorẽ addunt, sed magis candidati in regno Christi apparent. Ille autem sic turpat dignitatis cãdidã, vt pullus, & sordens tumuli pãnus sit? Explicat ipse Dominus, dũ ait. *Quia digni sunt.* Equidem sola dignitas suscipientis facit vere esse candidatum: ibi solum verè est cãdida, vbi solis dignis pręstatur, qui nullo modo fuscant dignitates, sed verè sunt candidati, & summi regis magnates. Apage dignitatum insulas, quæ dum indignissimis dantur, tanquam pullus tumullorum pãnus inter sordes raptantur, sors mea inter Christi asseclas sit, qui non contaminant, sed ornant vestimenta dignitatum cœlestium, & verè cãdidati regi assistunt, quia digni sunt.

Luc. 10. Dũ discipuli gloriarentur de potestate accepta in Dæmones, ait illis Iesus, Luc. 10. *In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autẽ quod nomina vestra scripta sunt in libro vitæ.* Quæ verba expendens *Tertull.* Tertull. lib. 4. in Mar. ait: *Nec discipulos de sub actione spirituum, sed de candida salutis gloriari volebat*: Cur nõ de tanta potestate gloriarentur, nisi quia illa potestas de illis est, quæ etiam indignis conferuntur, vt filij etiam Pharisæorum dæmonia eijcerent? Et qui sapiens est non æstimare debet candidam, quæ suscipientis in dignitate sordescit; sed de illa sola candida glorietur, qua cum summo rege candicant fideles, quia digni sunt. Hinc Paulus omnes mundiales honores, & dignitates pro reiectamẽtis, & stercore habebat, vtpote, quæ in indignos tanquam reiectamenta in sordentes angulos conijci videbantur, sola vera, & solida, quæ cum Christo habẽtur. Ait enim ad Philipp. *ad Phil. 3* 3. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam.* Et honoris, & gloriæ lucrũ verũ in solo Christo est; illa, quæ indignis dantur, non lucrum, sed stercora, & sordes. Ad hæc Tertull. lib. 3. in Mar. *Quæ autem retro lucri duxerat gloriã carnis, notam circumcisionis, generis Hebraï ex Hebræo censum, Pharisæa candida dignitatem, hæc ac si stercora deputat, præ comparatione agnitionis Christi.* Et cur Pharisææ candidæ dignitatem, vt stercora non arbitraretur, quę per indignos, vt per sordentes angulos reptabat? Soli Christi Domini laterones verè sunt candidati, quia digni sunt, quia quæ à Christo venit salutis cãdida solis dignis datur. In Achabo rege regiam dignitatẽ contẽnebat Elias, quia ab indigno possessore, sic purpura ipsa fædabatur, vt non purpura videretur, sed vilis, & sordidus pannus. Quippè 3. Reg. 18. ait Elias ad Achab. *Non ego turbaui Israel, sed tu & domus patris tui.* *3. Reg. 18* Cur homo non magis regem vereris? Cur purpuram non honori habes? Præclarè D. *Chrysost.* Chrysost. hom. 8. ad Popul. fatur. *Non spectabat diadema, & exteriorem regis apparentiam, sed animã sordibus indutam, squalentem, sordidam: & ipsum intuitus captiuũ esse, & vitiorum seruum, ipsius principatum cõtempsit etenim tamquam in scena, sed non in veritate regem sibi cernere videbatur.* Siccinè vniuersæ dignitates, quæ indignis etiam dantur, apud viros bonos contemnuntur, despiciuntur, vt quæ potius in scenâ, quam in veritate appareant. Quam aliter in regno cælorum? Ibi dũ summi imperatoris thronus describitur Apoc. 4. immediatè ait: *Et in circuitu sedis,* *Apoc. 4.* *sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Ecce tibi in primis iuxta summum imperatorem sedilia viginti quatuor parantur, vt totidem reges excipiant. Sed cur antea ostendũtur sedilia, quàm reges? Richardus Victor. lib. 2. in Apoc. cap. 1. rationem insinuat, aiens. *Sedilia sunt merita*: Quippè in regno cælorum sola merita thronos exhibent, & dignitates, vt inde veri reges appareant; verique magnates. *Rich. Vict.*

Matth. 18. Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum, &c.

§. III.

In salutis negotio, etiam minima æstimanda, & adimplenda.

Paruuli

PAruuli fieri iubemur, qui in regnum cælorum contendimus, sed cur paruuli fiamus? Alibi monebat Dñs Matth. 5. *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est*: tunc instar patris cœlestis omnium cõditoris, perfecti fieri iubemur; modò quòd sicut paruuli efficiamur; quid paruulus commune habet cum patre, & creatore omnium? Paruulus æstimat parua, nec aliter magis claret infinita perfectio creatricis potestatis, quam in eo: quòd etiam rationem habeat paruorum animalium. Fiat ergo paruulus æstimando etiam virtutum parua, quisquis diuini conditoris induere præsumit imaginem. Pulchrè D. Hieron. in epitaphio Nepotiani, fatur: *Vt enim creatorem non in cœlo tantum miramur, & terra, & Sole, Occeano, elephantis, camelis, equis, bobus, pardis, vrsis, leonibus, sed in minutis quoque animalculis, formica, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quorum magis scimus corpora, quam nomina, cã demque in cunctis veneramur solertiam: ita mẽs Christo dedita, æquè, & in maioribus, & in minoribus intẽta prodest, sciẽs etiam otiosoverbo reddendam esse rationem.* Quis iam virilia, & fortia sibi præfiniens, paruulas virtutum minutias paruulis relinquat, cùm nisi efficiatur paruulus, potentissimam Dei naturam non æmuletur, quæ valentiam ostendit suã pusillis etiam animalculis prospiciens? Nil virtutis contemnas, vt paruulum, vt infantile, vt à pueris implẽdum, in hoc enim tuam virtutem extollis, & puero illi te assimilas, qui antequam sciuerit vocare patrem, ac matrem spolia Samariæ diripuit, si vel minima virtutis adimpleas. Electurus Dominus Samuelem 1. Reg. 3. illum dormientem excitat, & semel, & bis ad se vocat, ita vt Samuel putaret se vocari ab Eli, cui præsto assistebat. Sed Eli puero dixit: *Vade, & dormi, & si deinceps vocauerit, &c.* Suspicatus Eli Samuelem vocari à Domino, iubet illum ad lectulum redire, & dormire, quale hoc præceptum fuit ad puerum, qui expectabat se à Deo vocandum? Cur non magis monet, vt oret, vel aliquod insigne virtutis opus efficiat, quo Deum solicitet, & ad se iterum trahat? Sapienter D. Gregor. ibi lib. 2. capit. 3: ait. *Redire ad somni quietem Samuel finitur, vt profecto nec ea, quæ sunt minima contemnamus.* Non otiosè exercetur in minimis, qui eligẽdus ad magna expectat vocem diuinam: nec vllo alio meliùs pararis, ad hoc, vt Deum excipias, Deique instrumentum fias, quàm dum doceris non contemnere minima, non spernere parua. Equidem parua sunt plura, quæ accidunt in virtutum curriculo, sed de his paruis potes talem exercitum constituere, qui de gygantaris hostibus triumphes Ad hæc Petrus Damian. apud Tilmannum in allegorijs, ait: *Parua equidem cimphes, sed innumerabiles, superbi Pharaonis, & totius Ægypti superauerunt virtutem.* Felix, qui vel de minimis virtutum munitur: fallar, nisi is possit gygantes hostes perimere: De his plura supra lib.

Matth. 5.

Hieron.

1. Reg. 3.

Gregor.

Pet. Dam

§. IIII.

In Dei regno magnates non ex clarissimorum nominum hæreditate, sed ex vero virtutum effectu censentur.

QVid solemnius in mundialibus regnis, quam magnatum, & principum glorias ex hæreditarijs maiorum agnominibus designari? Ille magnus est apud Hispaniarum Monarcham, qui vel Mendocæ, vel Manricorum, vel alio huiusmodi agnomine primus gaudet. Non sic in regno Dei, sed qualicumque insigniaris agnomine, nihil ibi eris, nisi efficiaris, vt paruulus, hoc est, nisi vero virtutum effectu gaudeas. Quis Iudæorum Principum hoc crederet, dum se se extollit sub Israelitarum, & Abrahamidum vocabulo, & cæteras nationes, gentium agnomine infamat? Sed hoc vertissimum est, quòd cœlestis regni magnates, non agnominibus, sed virtutum effectibus clarẽt. Magni Isaaci vxor Rebecca anxia, quòd concepisset, quia vteri molestias ferre non posset, sic Deum sibi notificantem audit Genes. 25. *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori.* Expende, qui vocentur Rebeccæ filij, nimirum, *duæ gentes*. Et do quod illorum alter dicatur vna gens: nonne alter Israel ipse erat, Abrahamidum primogenijs clarus? Cur hic, qui Israel est, etiam sub gentis agnomine obscuratur? Designabat ibi etiam dominus electos suos ad cœlestem principatum, & ideo Israelis nomen dissimulauit, & omnes concluſit sub gentis vocabulo, nequis in hæreditarijs agnominibus illustribus fundaret spem cum Deo regnandi. Accipite Tertull. lib. aduersus Iudæos fatum. *Habemus ipsum Deum idoneum pollicitatorem, & fidelem sponsorem, qui Abrahæ promiserat, quod ex vtero Rebeccæ duo populi, & duæ gentes essent processuræ;*

Gen. 25.

Tertull.

vtique Iudæorum, id est, Israelis & gentium, id est, noster. Vterque ergo, & populus, & gens appellatur, ne de nominis appellatione priuilegium gratiæ sibi quis audeat defendere. Nullum tibi diuinæ gratiæ, nec cœlestis gloriæ priuilegium dabit agnomen, sed verum virtutis opus. Nunquam enim vllus censetur apud Deum ex hæreditatis agnominibus, sed ex veris virtutibus ostensis. Dauidi promissus erat filius, qui magnus apud Deum esset: ait enim de illo Angelus, Luc. 1. *Hic erit magnus, & filius Altissimi, &c.* dum autem hæc promissio adimpletur, & ex Maria nascitur promissus Dauidi filius, octauo die, & circumcisionem patitur, & nomen accepit. Quippe ait Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, & vocatum est nomen eius Iesus.* Cur non magis vocatur nomen eius Dauid? Promissio erat facta Dauid; & Dauidis filius expectabatur à populo, qui magnus apud Deum esset, & Christus Dominus, cur ergo ex parentis hæreditario agnomine non se se prodit, non se se magis manifestat? Sanè, vt magnus ille apud Deum filius Dauidis ostenderetur, non de agnomine curauit, sed de virtutis vero effectu, ideo nomen Dauidis dimittens, signaculum circumcisionis accepit. D. Zeno, serm. de duplici circumcisione inter alias causas, ob quas Dominus circumcisus fuit, hanc reddit: *Eò accedit, quod secundum carnem Dauidis filius esse canebatur futurus. Qui nisi paterno generis signaculo responderet, neque Dauid filius esset, neque nisi in filium Dauidis Christus venire potuisset.* Non sufficisset, quod Dauidis nomen hæreditaret ille filius Dauid, qui ad magnitudinem filij Dei assumendus erat, vt Christus Domini diceretur. Non equidè posset assumi in Christũ, & filius ille magnus Dauid apud Deum censeri, nisi paterno generis signaculo responderet. Cum enim circũsionis religione clarescceret Dauidis genus, non posset esse filius Dauid ille magnus apud Deum, nisi qui verò paternæ virtutis effectui responderet.

Luc. 1.

Luc. 2.

Zeno.

§. V.

Humilitatis dimissio summam magnitudinem apud Deum præbet.

VErè dictum, quicũque se humiliauerit, sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum; etenim humilitas est, quæ apud Deum præbet summam magnitudinẽ. Miratus Centurio Christi Iesu humanitatẽ, & comitatem, aiebat Matth. 8. *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meũ, &c.* Cui statim ipse Dominus ait: *Non inueni tantam fidem in Israel:* expende modo magnitudinem fidei Centurionis, quam magnitudinem Israelitarum fides non pertingebat. Sed vnde fides Centurionis adeò creuit? Vnde tantam magnitudinem habuit apud Deum? Nil citius in Centurione claret conducens ad magnitudinem tantam, quam humilitas illa, qua se se demittebat, dicens: *Domine non sum dignus, &c.* humilitas enim est, quæ mirabilem præbet magnitudinem apud Deũ. D. August. serm. 74. de Tempore: *In populo ad quem venit Iesus, non inuenit tantam fidem. Tantam, quid est? Tam magnam. Vnde magnã? de minimo, id est, de humilitate grandem.* Nunquam nouit humilitas non grandes facere alumnos suos; quo magis quis per humilitatem se deijcit, se minuit, eo magis crescit, & maiorem apud Deum exaltationem sumit. Propone tibi ob oculos Dauidem, Psalm. 130. per humilitatem decrescentem, & nihilominus se se extollentem. *Non est exaltatum cor meum, nec elati sunt oculi mei, nec ambulaui in magnis, nec in mirabilibus super me.* Quid hac decretione profundius? Sed ecce tibi statim: *Si non humiliter sentiebã, sed exaltaui animam meam.* Deus bone! Modò non exaltat cor, imò nec oculos audet eleuare? & modo totam animam exaltat, si anima exaltãda tibi erat, cur deijcis oculos, cur deprimis cor? Cordis, oculorumque depressio via erat ad exaltationem animæ: quo magis minuit se Dauid, & corde respuit mundi magnalia, eo clariorem exaltationẽ, & magnitudinem acquirit animæ. Pulchrè D. Zeno in præsenti, fatur: *Quæ propheta ista diuersitas est? Non exaltat cor, animam exaltat: excelsus animo, & corde summissus: humilis in suis, sed non humilis in sensu est. Sensus eius in cœlo est, anima eius est in excelsis.* Simul cum cordis summissione animæ venit celsitudo; excelsus eris apud Deum, vbi summissus fueris: dum te dimiseris vsque ad ima, cælorum excelsa pertinges. Amant enim cœlorum magnalia descendere, nõ ascendere: nisi te in imis constitueris, nil cæleste magnum percipies. De cælestibus bonis locutus Paul. 1. ad Corinth. 2. ait: *Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Expende illud, *nec in cor hominis ascendit*: quippe vbi homo habet cor altũ, & exaltatum, nihil ex cęlestibus bonis ad illũ accedit, minimè enim cœlestia bona amant ascensus, sed descensus, ea sunt magnitudine, vt nequeant ascẽdere, sed prõptissima sunt ad descẽsum,

Matth. 8.

August.

Psal. 130.

Zeno.

1. Cor. 2.

vt

vt in illis impleantur humilia, & in immensum crescant. Id pulchro exemplo exprimit
Aug. D.Aug.serm.74.de tempore aiens: *Quanto humilior, tanto capacior, tãto plenior. Colles enim aquam repellunt, valles implentur.* Compone tibi altissimum montis cacumen, & vastissimam vallis profunditatem; interea cœlestes decidunt pluuiæ, potentes implere mũdum; quid de pluuia mons? Sanè vel ad illum non potuerunt ascendere pluuiæ, vel si ascenderunt, quo impetu montem percusserunt, eodem per decliue dilapsæ, nullum ibi signum suæ magnitudinis relinquunt. At in valle? Ibi vastissimum aquarum pelagus ostenditur, cuius altitudo, altissima maria pertingat. Sanè vt valles pluuiarũ, sic humiles præferunt cœlestium bonorum magnitudinẽ.
Ad Hab.1 Nec vbi humilitas est, potest non esse celsitudo magna. Paul.1.ad Hęb.de Iesu, ait: *Tanto melior Angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit.* Sic super Angelos Iesu magnitudinem exaltat. Verum Psalm.8. de eodem Iesu locutus, ait. *Minuisti eum paulò minus ab Angelis.* Ecce Paulus Iesum maiorem Angelis prædicat. An Psalmus Paulo cõtrarius? Absit, imò minoritas ista à Iesu humillimo sumpta, vt appareret minor Angelis, eius magnitudinem ostendit celsiorem cœlis, & Angelis factam. Pulchrè D. Bern.
D.Bern. serm.73.in Cant.ait: *Nec enim nõ melior, quia minor, nec contraria sunt locuti Apostolus, & Propheta. Nam si dignationis fuit, quòd minoratus est, non necessitatis, nihil planè in hoc bonitati præscribitur, sed ascribitur. Denique minoratum Propheta perhibuit, non minorem, attollens gratiam, & propellens iniuriam. Minoratus est sua voluntate. Sic minorari, misereri fuit. Profecto accessit pietati, quidquid maiestati visum est deperijsse. Quamquam, nec Apostolus tacuit hoc magnum pietatis arcanum, sed ait: Eum qui modico, quam Angeli minoratus est, videmus gloria, & honore coronatum.* Quòd faciat magnos humilitas sæpè repetitum est tom.1. & 2.lib.3.cap.6.§.19.lib.5.cap.2.§.4.

*Matth.*18. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum.

§. VI.

Stultissimum, & insipientissimum arrogantiæ vitium.

COntendentes de maioritate discipulos sapienter comprimit Dominus, dum obijcit pœnam molæ asinariæ ad cõllum religatæ. Et quidem, qui vt putẽtur maiores, nihil non agunt, nullum non præcauent scãdalum, hi meritò instar asinorum, & planè stultorum mulctantur. De his Prouerb.21. dicitur: *Superbus, & arrogãs vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Præterquã quod omnis peccans, est ignorans, ille qui arrogãtia tumet, ampullatoq́; in sese spiritus mouet, vt maior habeatur, hancque præcellentiam maioritatis suæ frequentibus rixis vbiq́ue defendit, proclamat, prædicat: is omniũ calculo indoctus habetur; imò planè stultus, & demens. Rem pulchro exemplo expendit D.Chrysost. hom.59. in Matth. inquiens. *Si quis cum statura tricubitali sit, instar montium, imò etiam altiorem se putet, ac ideò se ipsum, quasi mõtes excessurus erigat, nullũ aliud argumentum insaniæ eius quæremus. Sic cum in flatum videris hominem, qui meliorem se cæteris arbitretur, contemniq́; opinetur, si cæteris hominibus conferatur, nullum iam aliud signum vecordiæ hominis exquirat.* Risisti sæpius amẽtiam hominis pigmęi; eo solo argumento quòd cum, cum gigantibus de proceritate corporis contendentem audisti: irrisisti hominicionis insaniam, qui in sordenti habitu; imò intra insanorum carceres, regios præferebat animos, regias ostentabat nuptias, thronosque regales. Cur iam non similiter rideas hominis arrogantis fastus, proculdubio ab eadem insania manantes? In nullo differunt amentium, & stultorum, & arrogantium fastus: nisi quod arrogans omnes amentes, & stultos superat. Quippè Prouerb.26.ait. *Vidisti hominem sapientem sibi videri? Magis illo spem habebit insipiens.* Melior enim est insipientis conditio, quàm arrogantis: de quo D. Chrysost.hom.39. ad Popul. ait: *Magnum est elationis malum: stultum esse, melius est, quã insolentem. Illic enim stultitia tantùm est, & mentis tarditas: hic autem stultitia peior est, & fatuitas cum furore. Stultus sibi metipsi malum est: elatus, & alijs pestis: ex amentia hoc vitium nascitur.* Nascitur ex amentia elatio sed quę vincat omnem amentiam, & fatuitatem, vt quæ propter excrescentes in cerebro ampullas, omnia repleat rixis, & scandalis. Est equidẽ arrogantia fatuitas cum furore: hinc elati

Chrysost.

Prouer.21

Prou.26.

ſicut & fatui, & inſani, nihil prius lucrantur, quam irriſionem omnium, & infamiam.

Habac.2. Sic Habacuc ponit elatos, & ſuperbos homines pro ludicris amentibus apud tenebrarum Principem: ait enim cap. 2. *Et ipſe de regibus triumphabit, tyranni ridiculi eius.* Chaldæus autem aliter: *Et ipſe reges ſubſannat, & Principes irridet*: verùm Septuag. expreſſius ad rem noſtram: *Ipſe in regibus deliciabitur, & tyranni ludibria eius.* Habent mundiales Principes ad delicias, amentes & fatuos homines, quorum ludicris facetijs ſeria temperent negotia: ſic tenebrarum Principes pro ludicris, & facetijs, vtuntur ad delicias hominibus elatis, & ſuperbis, quorum amentias rideant, & irrideant. Vndè aiebat D.

Antioc. Antiochus hom. 44. *Anima ſuperbi diuino deſtituitur præſidio: quo fit, vt in Dæmonum veratur ludibrium, ac ridiculam gratulationem.* Quo pretio habentur apud Palatinos amentes homines, & fatui, eo habentur apud tenebrarum Principes, elati omnes, & ſuperbi viri, quorum ampullis deliciantur, & rident. Arrogantem, & maleſanum iuuenem, dum ſacer textus depingit Prouerb. 7. inter alia, ait: *Sicut bos ductus ad victi-*

Prouer.7. *mam, & ſicut agnus laſciuiens.* Quæ poſteriora verba longè aliter apud Cajetanum inueniuntur, ſed quæ pulchrè in præſentem ſententiam decurrant. Quippè ait: *Et ſicut tintinabulum caſtigationis ſtulti.* Quid pulchrius ad ampullatas arrogantis cogitationes? Aliquando ſolet caſtigari ſtultus, & amens dum è collo eius ferrea virga erigitur, quæ ſupra caput extollatur vnam duasvè vlnas, à cuius ſummitate tintinabulum pendet, quo fit, vt quacumque trãſeat ſtultus, tintinnabuli ſono irriſores, & ſubſannatores conuocet, alliciat. Quid aliud putas, ſunt ampullæ illæ, quæ in arrogantis cerebro ſe erigunt, & frequenter per ora effunduntur? Sunt equidem ſicut tintinabula caſtigationis ſtulti, quæ riſum alijs faciant, & infamiam ſibi. Iam non mirabor, quod arrogantiæ ſcandalis mola aſinaria immineat, iuſtum enim eſt, vt qui ſtultiſſimo laborauit vitio, eãdem ſtulti, & aſini pœna deueniat ad extremam ruinam.

*

§. VII.

Aſſolet Deus ſupplicijs ſuis tolerantiæ commonitores adhibere.

DVm elatis animis ſupplicij à Ieſu proponitur, id per molæ aſinariæ pondus exhibetur; & cur maluit in ſupplicij comminatione, molæ aſinariæ potius mentionẽ fieri? Crediderim eò ſpectaſſe Dominum, vt dum ſupplicium à Deo timetur, tolerantiæ, & manſuetudinis haberemus exemplũ; dum enim iumenti ad molam relegati tolerantia cernitur, ferociſſimus quiſq; ſub ſupplicij diuini pondere diſceret manſueſcere. Rem explico ex Geneſ. cap. 8. vbi poſt arcæ carcerem, & omnis carnis ſupliciũ, ait textus: *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumquè animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, &c.* Vel iuxta D. Ambroſij lectionem: *Memor fuit Dominus Noe, & omnium beſtiarum, & omnium iumentorum, &c.* Vbi beſtiarum nomine, quæ ex animãtibus ferociora erant, intelligũtur; quo poſito notandus eſt locus in quo à Deo nominantur, nimirùm, inter hominem, & iumenta. Sed cur non prius facit Deus memoriam incarcerati hominis, deindè iumẽtorum, & poſtremò beſtiarum ferocientium, quin potius maluit beſtias ferociẽtes claudi inter hominem, & iumenta? Is eſt Deus, vt etiam, dũ omnem carnem punit, prouideat ſalutis bono, & ideò ferocientes belluas inter hominẽ & iumẽta ponit, vt hinc indè habeant mãſuetudinis exẽpla quibus manſuefieri poſſent. *Gen. 8.*

Ad hæc D. Amb. lib. de Noe cap. 16. ait. *Nec illud otioſum, quòd primo dixit, quia memor fuit Dominus Noe, deinde beſtiarum, poſteà iumentorũ: hoc eſt, cur nõ animantia, quæ mitiora ſunt, poſt hominẽ nominauit, ſed ferociora? In quo videtur illa eſſe ratio, vt ea, quæ ferociora erant, vtriuſque partis vicinitate manſueſcerent.* Sic aſ ſolet Dominus, dum infert ſupplicium efferis peccatoribus, ſimul & exempla tolerantiæ, & manſuetudinis præmittit, quibus ferociſſimi quiq; ſub diuino flagello manſuefieri conſueſcant. Propone tibi ſimiliter irã Dei exardeſcentem in Iſraelitas peccatores, dum illos compediendos tradit neruo, vel occidẽdos morti: de his Pſal. 77. *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorũ, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eorũ, & electos Iſrael impedivit.* Ex Græco legit Aug. *& electos Iſrael cõpedivit.* Quid iræ Dei cũ electis, vt illos tradat cõpedib⁹? Ira Dei exardeſcit in peccatores, in eos, qui ſeſe ſcelerib⁹ replent, hos punit, hos duris afligit verberibus; at electi, nimirùm, ſancti, *Ambr.* *Pſal. 77.*

ſancti, & immaculati, cur ſimul compediuntur cum peccatoribus ab ira diuina? Nullam aliam ob cauſam, niſi vt quando peccator duriſsimum experitur flagellum, videat in iuſto ſimul patiente tolerantiæ, & manſuetudinis exempla, quibus & ipſe ſub flagelis manſueſcat, Auguſt. ibi: *Simul cum peccatoribus compeditos etiam electos intelligi voluit, vt qui mente, et vita diſcernebatur, ad exemplum non iuſtitia tantum, ſed etiam patientia cum illis moleſtiam ſuſtinerent. Nam ſanctos cum peccatoribus non ob aliam forſitam cauſam etiam captiuos ductos eſſe dicimus.* Hoc eſt, Dei noſtri ingenium in inferēdis ſupplicijs, quo ſimul prouidere ſoleat exempla, quibus ſub flagello doceantur peccatores tolerantiam, & manſuetudinem.

Auguſt.

Matth. 18. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.

§. VIII.

Ambitionis affectus, vel totum orbem potens eſt inficere.

OMnia hæc putat D. Hieronymus dicta ad Apoſtolos de primatu contendentes apud Dominum: quam ambitioſam contentionem, vt reprimat Dominus, pœnam proponit debitā ſcandalizantibus paruulos, ſupponens nullo magis commoueri paruulos poſſe, quàm ambitionis ſpectaculo. Hæc perniciosiſsimum ſcandalum infert paruulis; fortè miraris? Sed accipè quid maius, nimirùm, *væ mundo à ſcandalis*, non ſolum hæc ambitionis exempla paruulos, ſed totam domum, totam ciuitatem, totum mū dum inficere valent. Huc ſpectat Prouerb. 21. aiens: *Superbus, & arrogans vocatur indoctus:* vbi Septuaginta legunt: *Audax, & arrogans, & oſtentator peſtilens vocatur:* & quidem nulla ſic graſſatur peſtis in toto populo, vt ambitio graſſatur: reliqua enim mala hunc, aut alium ciuem opprimunt; at peſtis hæc vniuerſam regionem populatur. Vndè meritò dicebat D. Antiochus hom. 44. *Superbia perindè eſt, ac morbus quidam peſtilens, ac tabificus, qui non vnum modo corporis membrum, ſed corpus ipſum dira pruriginе depaſcitur, vitiat, conficit.* Nescit in vno, aut alio conſiſtere ambitionis lues, ſed dum in vno apparet, totum ſin ul, ſeù domus, ſeù reipublicæ corpus depaſcitur. Quis non metuat adeò peſtilentem morbum? In cœlo vnus apparuit ambitioſus, & ecce turbata ſunt omnia regna cœleſtia, nec requieſcunt donec, & peſtilentem militem, & ſedem eius funditus euertant: Quippè ait Apocal. 12. *Et draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo. Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbem.* Quis ignoret draconis prælium in cœlo fuiſſe de prima ſede obtinenda? Hoc prælium concuſsit omnia cœleſtia: ab hoc prælio ambitioſus ille, ſuperbuſque Angelus vocatur draco, & diabolus, & Satanas, & qui ſeducit orbem: nec diù illum ſuſtinent cœleſtia, ſed ſtatim depellunt, & abominantur tanquam perniciosiſsimam peſtem. Expende illud, *quod neque locus inuentus eſt eorum in cœlo*, eſto, quod ſuperbi ſpiritus proijcerentur à cœlo, cur neceſſariū erat, ſimul, & locum, & ſedem eorū è cœlo diſparere? Sic timebat ſibi cœleſtia à ſuperbiæ, & ambitionis contage, vt nihil illius non abominarentur in ſe videre. Ad hæc D. Bernar. ſer. 2. in cap. 6. Iſaiæ fatur: *Semel turbauit ſuperbia regnum illud, concuſsit muros, etiam poſtrauit ex parte, & parte non modica. Quid ergo? Facile deinceps admittenda videtur? Nunquid non odit ciuitas illa, & vehementer huiuſmodi peſtem abominatur?* Nullo magis oſtenditur odium alicuius ciuitatis in contagium peſtis, quam ex eo, quòd vbi ſuſpicatur aliquem ciuem tactum eſſe peſte, ſtatim illum, cum omni domo ſua, & vniuerſa ſupelectili foras proijcit, nec quid pretioſum, ſeù vile illius permittit, vel ad horam in ſe manere, timens ne devnius morbo tota ciuitas pereat. Sic prorſus regnum cœleſte cauet ſibi ab ambitionis peſte, illamque adeò abominatur, vt non ſolum ſuperbientes ſpiritus, ſed & eorum loca, ſedes à ſe proijciat, non ſuſtinens illa apud ſe, vel ad momentum videre. Nec mirabitur, qui notarit, quàm ocius hoc virus ſerpat, & populos perdat. Iſaias capit. 14. miratus draconis iſtius ambionem, & caſum aiebat: *Dicebas in corde tuo; in cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo, veruntamen in inferno detraheris, vſque ad profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur,*

Pron. 12.

Antioch.

D. Bern.

Apoc. 12.

Iſai. 14.

luntur, &c. Expende quòd quia antea solus erat, soluſquè ſuperbiebat non ſolus manſit, ſed ſtatim, multa Angelorum gens ad illum inclinata eſt, illi adhæſit, & venenum hauſit. Neſcit enim ambitio ſola eſſe, ſed populatim eius lues graſſatur: id quod ponderans D. Bern. ſer. 2. in caput 6. Iſaiæ, latur:

D. Bern. *Fuit in cœlo, qui diceret: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & populum, qui ſibi crederet, habui.* Nunquam in vno conſtitit ambitionis lues, ſemper ſectatores habet, & non paucos, ſed qui populum faciant: lues eſt ambitio non vnius perſonæ, ſed populi totius. De

Æſter. 3. illo ſuperbiſſimo Aman dicitur Eſther. 3. *Pro nihilo duxit, in vnum Mardochæum mittere manus ſuas, magiſque voluit, omnem Iudæorum, qui erant in regno Aſſueri perdere nationem.* Sic ambitioni, & ſuperbiæ parum eſt, in vnum ſæuire; nihil facit, niſi totam nationem, totum populum inficiat. Intra inquancumque ciuitatem, intra in religioſorum conuentus; & ſi quæras auaritiæ morbo tactos, inuenies triſtem quendam ſenem, qui ſolitarius ſedeat, & tacens nullum familiarem, nullum amicum habeat, ſed habeat ſaccos pecuniæ plenos: audies de luxuriante iuuene non pauca, ſed qui ſolus latitet, nullique audeat credere laſciuię ſuæ ſecreta. Verùm nullum de ſedibus, de primatu tractantem videbis, qui in numeros penè vnanimes ſectatores non habeat, qui populum non acquirat, qui ſibi credat. Parum equidem eſt ambitioni; niſi in totam gentem, in totum populum, in totum orbem deſæuiat. Meritò vocatur beatus à Dauide ille, *qui in cathedra peſtilentiæ non ſedit*; vix eſt enim cathedra aliqua, nimirùm prælatura, à qua peſtis iſta non veniat, dum amici, & familiares promouentur. Vide infra cap. 16. §. 6.

§. IX.

Malorum numerus ſemper eſt multiplex.

SVffeciſſet, quod neceſſe eſſet, vt veniret ſcandalum; ſed ait Dominus, neceſſe eſt, vt veniant ſcandala; quippè malorum numerus ſemper multiplex eſt. Apud Iſaiam

Iſai. 3. cap. 3. ait Dominus: *Auferã à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ; fortem, & virum bellatorem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, & ſenem; Principem ſuper quinquaginta, & honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquij myſtici. Et dabo pueros Principes eorum, & effæminati dominabuntur eis.* Quibus verbis id expendas velim, nimirùm, quod vbi de bonis auferendis loquitur, vnum, aut alium nominat, quaſi vix in ſingulis muneribus vnus ſingularis inueniatur bonus: verùm vbi malorum introductionem minatur, ibi multitudinẽ profert. Ait enim: *dabo pueros Principes eorum, & effæminati dominabuntur, &c.* Semper enim malorum numerus multitudinem ſonat. Rem attigit D. Baſil. ibi dicẽs:

Bona quidem expreſsit ſingulariter, puta fortem, D. Baſil. *validum bellatorem, iudicem, Prophetam, cõtectorem, quinquagenarium Principem, admirabilem conſiliarium, ſapientem architectum, prudentem, ſiue intelligentem auditorem. Malorum autem comminatio excreuit innumeroſam multitudinem, ceu ſunt iuuenes Principes, & illuſores dominabuntur vobis.* Eũ in quàm numeroſam multitudinem excreſcunt ſemper malorum autores! Quando ſtultorum non infinitus eſt numerus? Hinc monebat ipſi D. Baſil. ſerm. de abdicatione rerum, aiens. *Opta vt ſis de numero paucorum. Rara ſiquidem, quæ* Baſil. *bona: qua quidem etiam cauſa eſt, quamobrem pauci cœleſtè regnum introcant.* Vndè Dominus Leuit. cap. 4. peccatum pulchra paraphraſi notans illud vnum de multis nominat: quippè ait: *Si peccauerit Princeps, et fecerit vnum è pluribus, &c* quaſi vel ex numeroſa multitudine perfectè malitia cognoſci poſsit. Iacob Gen. 32. dum benedictionem accipit percuſſus in fœmore *claudicabat pede.* Id quod ponderans D. Aug. quæſt. Aug. 104. in Geneſ. ait: *Vnus ergò, atque idem Iacob, & claudus, & benedictus: claudus in latitudine famoris, tãquam in multitudine generis, de quibus dictum eſt: Et claudicauerunt à ſemitis ſuis: benedictus autem in eis, de quibus dictum eſt: Reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt.* Cum claudicatione, & errore multitudinem meditatur, rari enim ſunt, & pretioſi inſtar reliquiarum, qui ad ſalutem ſeruantur. Et tam rara ſunt, quæ bona, vt ad diuitias bonitatis ſuæ oſtentandas Dominus glorietur, quod ſibi ſeptem millia virorum iuſtorum inuenerit, quando innumera hominum multitudo ſuccubuerat impietati. Ad Eliam enim multitudine impiorum penè examinem, ſic ait Dominus. 3 Reg. 19. 3. Reg. 19 *Reſeruaui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua coram Baal.* Et quidem ſeptem millia erant, quæ Deo vero ſeruiebant; qui autem poſt Baal irent, nec numerando percenſeri, nec percenſendo poterant numerari, ſemper enim Deus multitudinem ſuſpectam habet. Ad

hæc

Nazian. hæc accedit Nazianzenus orat. 24. fatus. *Plures sunt Deo, tres collecti in nomine Domini, quam multi negantes diuinitatem. Quid autem hoc? Reseruaui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua coram Baal, nonne ita se res habet? Nonne nequaquam in plurimis clarescit Deus? Tu mihi numeras myriades, Deus autem saluandos, & tu quidem immensitatē terræ, ego autem vasa electionis.* Multitudo nunquam non in malum prolabitur, nunquā nō Deo aduersaria; eo ipso quod electionis vasa, quod beatitudinis quæras videri candidatos; despice multitudinem, nequaquam enim in plurimis clarescit Deus, vbi fuerint duo, vel tres in nomine eius congregati, ibi adest. Quod si errantium cupis videre phalanges, circunspice terræ immensitatem, vide latissima orbis imperia, quàm auidè se dedunt Principi tenebrarum.

Matth. 18. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & proijce abs te; bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudū, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scādalizare, erue eum, & proijce abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

§. X.

Illius familiaritas in primis cauenda, qui doctrina, & sapientia conspicus, vitijs seruit.

POtuit breuius dicere, si manus tua, vel pes tuus, vel oculus tuus, scandalizat te, &c. ita vt sub eadem clausula, & manus, & pedes, & oculorum scandalum castigaretur: sed maluit diuidere, & cum manus, & pedis scandalum simul carperet, rursus seperatim de oculi scandalo incipit dicere. Cur ergò particularius, & seperatim de oculi scandalo cauendo edisserit? An periculosius est scandalum, quod facit oculus, quam quod facit pes, aut manus? Equidem, qui instar oculorum, doctrinæ, & sapientiæ lumine fulgent in republica, si vitiosæ vitæ maculis alioquin turpentur, particularius, & maiori cura cauendi sunt, ab eo qui inculpabiliter cupit viuere. Nefarissimus tentator diabolus semel aggreditur Iesum in deserto agentem; & licet victus iam abiret, nihilominus permittitur secundo redire, imò, & tertio instaurat pugnam apud D. Luc. 4. dicens. *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quod, Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, &c.* His positis, ait textus: *& consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo.* Cur hac tertia tentatione posita non amplius permittitur tentator ibi manere? Cur non finitur alia effutire? Quid habuit hæc tertia tentatio præcipuum, ob quod debuit abijci suggestor illius? Cum in omnibus se se malorum, & peccatorum authorem ostenderet diabolus, in hac se etiam voluit ostendere, & sapientem, & legis peritum, allegans de diuinis scripturis illud, quòd: Angelis suis mandauit de te, &c. Cum primùm ergò malus, & sapiens, & doctus ostenditur, statim abijcitur, nec ad momentum ibi iam manere permittitur, vtpotè ex tunc perniciosissimus. De illo præclarè D. Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 180. inquit: *Neque vetus ille rebellis, propterea, quod diuina oracula memoria tenebat, cum Dominum tentaret, ob eorum cognitionem laudem merebatur: verùm contra abijciendus, ac detestandus erat, quod cùm scientia præditus esset, actionem inficiaretur, ac respueret.* Nunquam citius detestandus, & abijciendus quis, quam vbi inter corruptos mores, doctrinæ lumine micat. Quisquis perire non vis, abscinde, & proijce abste illum, qui vbique ructans scripturas, vbique mysteria profundens diuina, & electorum coronas, & reproborum pœnas, tractans, & subtilia vtriusque iuris disputās, nihilominus ipse, & sine lege viuit, & vbique linquit signa suæ luxuriæ. Dicebat sapiens Ecclesiastici capit. 19. *Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.* Quæ verba tractans D. Petrus Damianus non solum putat meliorem, & vtiliorem hominem, qui minuitur sapientia in timore Domini, quam qui sapientissimus cum sit sine lege viuit, sed etiam hunc putant abijciendum à consortio bonorum, & cauendum multo magis, quam debeant caueri sceleratissimi quique. Quid plura? Rem explicat

Luc. 4.

D. *Isidor.*

Eccles. 19

in iuuene sui temporis differtissimo, de quo ait lib. 6. epist. 17. *Tot exteriorum bonorũ floribus hic iuuenis enitescit: nobilis, vt imperator; pulcher aspectu: quodammodo sicut Tullius loquitur, vt Virgilius poetatur, tuba vehemens in Ecclesia; perspicax, & acutus est in lege diuina; Scolastice disputans, quasi descripta libri verba percurrit: vulgariter loquens, Romanæ vrbanitatis regulam nõ offendit. Quid de monachio prosequar ordine? Quid de regularis magisterio disciplina? In quorũ videlicet notitia ita conualuit, vt hæc docere nauiter posset: sed eius, proh dolor, talis est vita, vt cum alteri nullus innideat; ad se introducere nemo deposcat: & vt rem diutius non protraham, stulto sapienti monasterialis ad habitandum ianua clauditur: cuius passim rusticis, & imperitis, as discolis aditus non negatur.* Expende, quæ ianua sapienti illi occluditur, ni mirum ea, quæ *imperitis ac discolis non negatur*, quippè accedebant discoli, accedebant peccatores imperiti, incestuosi, sceleribus pleni, & hi inter religiosos viros admittebãtur: accedebat ille nobilissimus, ille sapientissimus, & differtissimus, & ab omni religiosorum ianua excludebatur. A discolis, & sceleratis admittendis nullus ordo sibi cauet; & à se toto studio proijcit eum, qui cum sapientia præstet, malis moribus inficit animum. Monebat Isaias. 48. suos populares, aiens. *Egredimini de Babylone, fugite a Chaldæis.* Vbi expendit D. Amb. differentiam, qua monemur à Babylone egredi, sed à Chaldæis fugere, ideſt, quam primum cum omni celeritate Chaldæos cauere. Cur magis fugiendi Chaldæi, quam Babylon? Ait Amb. in Psal. 1. *Chaldæi sunt, qui syderum cursus vana studio superstitionis explorant, & impiæ serũt gentilitatis errores. Ab his fuge, ne te capiant, ne te graui laqueo innectant.* Dum cœlestium doctrina implentur, eamque ostentant, sic viuunt, ac sine Deo, voluptatum idola colentes, hi rapidissimo volatu effugiendi ab eo, qui perditionem suam veretur. Igitur ea nobis sit cura, vt hæc sapientiæ lumina abscindamus: quippè fallar, nisi Deo maximè placuerit, qui stultos istos sapientes maximè cauerit. Apud Iudic. cap. 3. excitatur à Domino in primum iudicem populi Othoniel: ait enim: *Clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos Othoniel videlicet filium Cenez fratrem Caleb minorẽ, fuit què in eo spiritus Domini, & iudicauit Israel.* Ecce vobis primi iudicis Israelitici inaugurationem; sed scire cupis, cur Othoniel primus iudex à Deo creatus est? Sanè vt Moyses in ducem populi eligeretur, aliqua in viro præcesserunt signa, quæ ingenuitatem hominis indigitabant, dum puer regiam Ægypti detestatur, dum Ægyptium perimit, vt fratrem saluti tradat, de quibus pro futuro imperij signis multa dicit D. Augustinus. In Othoniele autem, quid præcesserit, quo sic Deo placuit, vt primus iudex populi crearetur? Quæstionis huius solutionẽ acutè tradit noster Serarius ex 15. Iosue, vbi dum Calebi expeditio in Hebron tractatur, dicitur: *Atque indè conscendens venit ad habitatores Dabit, quæ prius vocabatur Cariath sepher, ideſt ciuitas litterarum. Dixitq; Caleb. Qui percusserit Cariath sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem Capitq; eam Othoniel, &c.* Erat Dabir Chananæorũ Academia, vbi simul cum sceleſtissimis Chananæorum moribus studia florebant litterarum, vt Abulensi placet; pro huius expugnatione proponitur præmium Axa Calebi filia; vt eam habeat vxorem, qui primus sceleſtos illos sapientes aggressus fuerit, è medioque incepe rit tollere ciuitatem florentẽ litteris, & sceleribus pariter. Ad hæc primus Othoniel exarsit, & primus sceleratæ sapientiæ oculũ cæcare, imò è medio tollere audet, quo & sibi vxorem Axam comparauit, & meruit primum populi iudicem à Deo creari. Nobile sanè auspicium futuræ electionis in iudices populorum præbent illi, qui in ciuitatibus literarum, in Academijs sciunt, & impugnare, & abijcere prauos mores eorum, qui pulchris sapientiæ apicibus cadent.

Isai. 48.

Psal. 1.

Iudic. 3.

August.

Matth. 18. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum, in cœlis semper videt faciem patris mei, qui in cœlis est.

§. XI.

Religiosi, & iusti viri nullum inter mundiales habebunt amicum, qui pro illis stet in aduersis.

EXpende cur non contemnendi sunt pusilli Christi discipuli, nimirũ, quia Angeli eorũ, hoc est, custodes, defensores amici eorum sunt apud Deum in cœlis, qui indignè ferent suorum alumnorum vexationem. Potuisset equidem iustorum contemptores amplius perterrefacere, si non solum in cœlis, apud Deum, sed etiam apud potentes sæculi in terra, illorum custodes, & amicos

cos oſtenderet. Non ne etiam iuſti viri apud ſæculares poteſtates, amicos, & cuſtodes ſibi adquirunt, quorum potentia fruantur aduerſus hoſtes? Nunquam hoc potui credere, nec indagans audiui vllum vnquam inter ſæculares ſtetiſſe in aduerſis verum amicum, & cuſtodem viri alicuius iuſti, & religioſi. Siquis alius, ſanctus Ioſeph Patriarcha familiarem, & amicum ſibi acquiſiuit in Pharaonis regia, nimirùm pincernam eius, qui quotidie Pharaonis videbat faciem, hunc ſibi Ioſeph obligauit fauſta interpretatione ſomniorum: de huius amicitia ſperauit feſtinatiſſimam libertatem, & manifeſtationem innocentiæ ſuæ. Quid plura? Ioſeph manebat in vinculis, pincerna apud regem iam erat Gen. 40. nec verbum facit pro amico vincto, nec illius captiuitatem ſoluere curat. Miraris hominis feritatem, & barbariem? Ne, quæſo mireris, ſolemniſſimum enim eſt apud ſæculares non meminiſſe religioſorum amicorum, dum ſunt in aduerſis conſtituti: quippè cum ſit tanta diſſimilitudo inter religioſum, & prophanum: hic non poteſt, cum illo veram vnquam habere amicitiam.

D. Bern. Ad hæc D. Ber. ſer. 5. in Feſto omnium ſanctorum, ait. *Pincerna Pharaonis in gradũ priſtinum reſtitutus ſtatim oblitus fuit Ioſephi ſancti, qui in carcere tenebatur. Non enim erãt vnius capitis membra, nec aliqua pars fideli, cum in fideli, aut vlla ſocietas Iſraelitæ ad Ægyptum, nõ plus quam luci ad tenebras.* Inter quos tanta intererat diſſimilitudo, nulla potuit firmari veræ lex amicitiæ, religioſi, & ſæculares non ſumus eiuſdem capitis membra, & ideò non eſt vndè ſæcularis adeò doleat religioſi vicẽ, vt ſtet pro illo, coram regibus, & iudicibus. Solet vnius capitis manus, cum alterius manibus, dum valent, colludere; verum ſi morbo aliquo correptæ ſanie manant, ſcatẽt vermibus, nec ludendo, nec ferio illas pertingere vellet: Non ſic ſe habet manus cum ſuis compartibus, ſed quamuis putridæ ſint, con partes ſuæ, & fætulentæ, illas tractat, fouet, nec vllam indè infectionem veretur. Tantũ valet, quòd ſint ſub eodem capite, vt membra ſeſe inuicem iuuent, protegant, defendant. Vide ſæpè ſæculares homines religioſorum conuerſatione, & familiaritate gaudere, vbi religioſi viri integra fortuna vigebãt, aſt vbi offenſionem incurrunt, vbi aduerſitate tangũtur, nec vnus manet Pontifici notus, qui pro illis faciat verba. Non enim erãt eiuſdem capitis membra. Rem mirificè exponit exemplum ex Saule deſumptum: legẽ tulerat Saul de non manducando antequam omnes perderentur hoſtes, legem fregit Ionathas Saulis filius, pro qua reus mortis factus eſt. Igitur decretum mortis publicatur in Ionathan, quid tunc? Vniuerſi Principes, & populus ſtant coram rege totius viribus defenſuri Ionathan: ſic enim vniuerſus populus loquitur. 1. Reg. 14. *Viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram; quia cũ Domino operatus eſt hodie. Liberauit ergò populus Ionathan, & c.* Hoc poſito accipẽ iterum Saulem iratum, non in vnum filium, ſed in totum Sacerdotũ ordinem: ſciuit enim rex impius apud Sacerdotes fuiſſe hoſpitatum Dauidem, quo ſic iraſcitur in Sacerdotes, vt vniuerſos cũ vrbe ſua perdere vellet, de quorum ſtrage habes. 1. Reg. 22. *Doeg Idumæus irruit in ſacerdotes, & trucidauit in illa die octoginta quinque viros veſtitos Ephod lineo. Nobe autem ſacerdotum ciuitatem percuſſit in ore gladij, viros & mulieres, parvulos, & lactentes, bouem q̃, & aſinum, & ouem in ore gladij.* Quid crudelius? Vnius hc muncionis gladio ſinitur perire totus ſacerdotum ordo coram ipſo Saulis exercitu, nec eſt vnus, qui pro illis verba faciat. Nonne tot ſacerdotes apud regem habebãt aliquem familiarem? Cur nullus pro illis ſtat? Pro Ianatha vno homine ſtat totus exercitus, vniuerſi duces, & Principes, pro toto ſacerdotum ordine, nec vnus mutire audet, quæ rei cauſa? Religioſus ordo, & ſæcularis non ſunt membra eiuſdem capitis, & ideò non eſt ſæcularis, qui religioſis viris condoleat, & compatiatur. Chryſoſt. in Pſal. 134 *Quando Ionathan filium Saulis eripere oportebat, omnes communiter aſſentantes eripuerunt. Quando autem volebat occidere tot ſacerdotes, ne vocem quidem emiſerunt, nec eos defenderunt. Huius rei cauſa erat, quod ſacerdotum vicem non valdè dolebant.* Dolet membrum ſuæ compartis vicem, pro illa que ſtat; alterius corporis bona etiam tractare affectat, verum dãna, nec dolet, nec ſentit. Hoc expectet Iſraelita ab Ægyptio, iuſtus à temporali, religioſus à prophano: nullum membrum inuenietur, quod ſtet, niſi pro alijs membris eiuſdem capitis.

2. Reg. 14.

1. Reg. 22

Chryſoſt.

CAPVT XIII.

De corrigendo fratre peccante.

DVM tot minis à Domino cauetur, ne quis puſillum ſuum gregem, aut ſcandalizet, aut contriſtet, aut contemnat, ſatim dubium exoritur, quid faciendum, ſi puſilorum aliquis peccarit, an

nec etiam tunc contristandus? Absit; imò corripiendus est, & data opera, adhibitaque diligentia, qualis putetur conducere, ad sanioremmentem reuocandus. Hoc in primis debes curare, vt te solum sentiat peccator corripientem; post te contemptum, videat & alios duos, aut tres, & tandem ad Ecclesiã deferatur. Nunquam enim totus correctionis aculeus exerendus est, nisi post desperatam lenioris correctionis efficaciam.

Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

§. I.

Hoc hominis Christiani dignum studium, vt quam pauci sunt, qui in illum peccent, etiam cum nullam ipse peccandi occasionem præbet.

SI peccauerit in te, inquit, frater tuus; non ait, si peccauerint in te fratres tui: quia supponit semper à studio, & diligentia Christiani hominis venire, quod paucissimi sint, imò quod vnus, aut alius solum sit, qui peccet in illum. Hoc equidem Christiani hominis studium omni commẽdatione dignũ est, quod aut rarus, aut pauci per illum offensionem incurrant, etiam nullam occasionẽ præbente ipso. Verus magister noster Iesus concionem habuit ad populum Luc. 4. ex qua sic vniuersa ciuitas commota est, vt impetu facto vellent illum in præcipitium dare. Ait enim textus: *Et repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audẽtes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.* Ecce qui necandus venerat Dominus, furentis in se ciuitatis deuitat manus: postmodum trium, aut quatuor carnificum manibus ligno affigendus. Cur crucifigẽtium trium, aut quatuor carnificum patitur manus, qui totius furentis ciuitatis manus deludit? An qui tot hostium vincula cauit, non potuit trium vincula præcauere? Absit: sed hoc erat studium diuinissimi magistri generis humani, ne multi essent, qui in se peccarẽt, sed quod paucissimus esset numerus peccantium; & ideò vt tauit mortis genus, quod per plures exercebatur, elegit illud, quod duobus, vel tribus carnificibus constabat. Sapienter D. Amb. ibi ait: *Hic diminutatis est, quod non capitur, illic voluntatis est, quod captus est.* *Ambr.* *Nam quemadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo nõ tenetur? Sed noluit sacrilegium esse multorum, vt à paucis quidem affigeretur, & pro toto orbe moreretur.* Dum moriendum illi pro mundi vita erat, necessum erat, vt venirent scandala, necessum erat morali necessitate, vt in illũ offenderent hostiles animi, & quãdo hoc non tollendum erat, id tamen curauit bonus Dominus, vt sacrilegiũ esset paucorum, & paucis affigeretur, & paucorum in se peccantium experiretur manus. Hinc patet, quam alienus sit à spiritu Christiano ille, qui præneoscens impossibile esse in aliquorum offensionem non venire, hoc solum curat ne præbeat offensionis causam culpabilem, qua sublata, nil æstimat, quod plures in illum offendant. Hoc Philosophicũ forsan est, at studium Christianum aliquid exigit maius, nimirùm, quòd eum necessum sit, vt veniant scandala, totis viribus curemus vt propter nos, etiam cum nullam culpabilem occasionem damus, eueniant perpauca, Semper eam vitæ semitam debet instituere Christianus, ex qua pauciores sint, aut nulli qui in illum offendantur. Vndè D. Paul. 1. ad Corinth. 8. *Si esca scãdalizat fratrem meũ,* *1. Cor. 8.* *non edam carnem in æternum ne fratrem scandalizem.* Vbi Christiani studium expendẽs D. Amb. fatur. *In tantum charitati studendũ docet, vt licita pro illicitis habeantur, ne obsint fratri.* Hoc sit studium, hæc cura Christianæ charitas, vt etiam in licitis caueat offensionem fratrum, & semper ea eligat sibi, quæ vel nullos offendunt, vel admodum raros. Pergami Præsuli, ait Dominus Apoc. 2. *Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.* *Apoc. 2.* Quid tunc? *Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, &c.* Expende, quæ obijciatur culpa tanto præsuli, nimirùm, quod patiatur impugnationes hæreticorũ: quid hoc mirum in præsule habitante, vbi sedes est Satanæ? Si ibi Satanas imperiũ habebat, hoc est, si omnia plena erant aduersarijs, & contrarijs Christiano rum, cur culpæ datur præsuli, quod habeat tenentes doctrinam Balaam? Equidem forsan nunquam, sine Christianæ charitatis tepore fit, quod plures sint, qui à te deficiant. Excusatur præsul, excusatur Christianus quando vnus, aut alius in illum peccat, at quando plures sint, qui à te deficiant, qui in te peccent, qui te mor-

mordeant, nunquam id accidet absq; aliquo tuæ tepore charitatis. Ergò Christiane minimè putes id solum ad te pertinere, quod rectam viuendi teneas viam, nullam rationem habens, quod alij in te peccent, siue nõ peccent; debes enim, & hoc charitati Christianæ, vt studeas rarissimos saltem habere non tibi gratos. Id quod benè monebat D. Basil. orat. 17. de humilitate fatus: *Abijce quaso, ac penitus euelle ex animo tuo persuasionem illam, nullius te opera, & societate egere, nõ enim illius est, qui alios amore complectitur, nec etiam illius, qui iussa Christi summo studio capessere contendit.* Sunt qui se ipsis contenti, hoc solum spectãt, quod ipse benè agant; & quasi aliorum opera minimè indigeãt, parum, aut nihil æstiment, quod alij offendant, vel offendantur: magis Christianum agit, qui sic se, & sua ad alios alliciendos comparat, quasi sine illis minimè viuere valeat.

D. Basil.

§. II.

Quo mollior, & blandior est correctio, eo solet esse efficacior in his, qui spiritum filiorum habent.

NON statim seueriſsimus correctionis gladius exercẽdus est aduersus fratrem peccantem, sed in primis, quæ molliora sunt remedia admonenda, si videris fratrem peccantem, ne illum statim iudici, ne illum tortori tradas, sed tu peccatorem conueni, & qua potueris maiori lenitate inter te, & illũ solũ, vulnera tracta. Nec id frustra perages, est enim omniũ efficaciſsima correctio blãda, in his, qui spiritum filiorum habent. Sareptanæ viduæ moritur filius. 3. Reg. 17. quem excitaturus accedit Elias. *Et ait ad matrem Elias, Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum, &c.* Ex pende vbi haberetur filius, qui erat in vitam excitandus: habebatur in sinu matris, de sinu enim matris suæ ad vitam accipiendam trahitur. Fœlix ille filius, qui dum moritur, non in tortoris pedes cadit, sed in sinum matris: & fœlicior ille, qui cum videt fratrẽ cadentem; nõ statim adhibet tortoris manus, sed magis sinum matri sparat, haud dubium, quin indè filium, aut fratrem in vitam dabit. Pulchrè ad hæc Gillib. Abb. ser. 16. in Cãt. *Molli, & femineo matris est sinu fouendus, vt non exasperatus abundantiore tristitia absorbeatur. Non expedit ei extra materni sinus ambitũ reperiri, ne forte non tollat illum verus Elias in cubiculum suum.* Quàm multi non sublati sunt in saluatoris cubiculum, eo quod nunquam nouerunt sinum matris, sed semper tortoris manus? Quàm multi penitus absorti sunt à morte, quia nunquam fomenta, sed semper tormenta senserunt? Hoc maximè caueant, qui corrigendi munus hadẽt, quòd nulli peccatori, nulli, & si lethali vulnere, cõ fosso non præbeant in primis sinum matris, semper enim periclitatur salus illius, qui nũ quam experitur sinum matris, qui nunquam nosci correctionem blandam. Prænuntiaturus Dominus populo suo interminandam fœlicitatem, ait Isaiæ. 1. *Et restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vocaberis ciuitas iusti, &c.* De totius iudicij horrore, solum meminit consiliarios; planè iudex habet præcones, habet tortores, habet, & carnifices, & carceris custodias, & vincula, omnia hæc cõ stituunt iudicis tribunal, & nihilominus Dominus pro suo populo saluando, non iudicẽ meminit, qui tortores habeat, & carceres, sed qui habeat consiliarios, non enim, tam in seueritate vindicantis, quàm in lenitate consulentis redditur peccatori iustitia, & salus. Ad hæc D. Doroth. doctrina. 17. fatur. *Neque superbè imperes, aut cõtumelioſè, sed cum omni mansuetudine cum fratre consulta, mouet enim magis, & efficacior est huiusmodi sermo, ad persuadendum, et turbatos animos sedat.* Non te imperiosum vindicem ostendas fratri erranti; sed potius consiliarium blandum: & efficaciter fratrem ad meliorem frugem reuocabis. Vtinam peccatores nil prius viderint in correptoribus suis, quam cõsiliarios, & mansuetos, & placidos, fallar, nisi quàm plurimi se à via sua pessima reuocarent. Nota est Elisæi historia; qui baculum suum tradidit Giezi, vt baculo superposito pueruin à morte reuocaret. Sed quod Giezi cum baculo nõ potuit, perfecit ipse Elisæus, dimisso enim baculo, se se inclinans, & puero com mẽsurãs, illum septies afflat. 1. Reg. 4. Quid tunc? Puer viuus astat, & sanus. Ex quo Petrus Dam. Opuscul. 12 de contemptu sæculi cap. 29. ait: *Super mortuũ septies aspirat, quia ad perceptionem diuini muneris gratia septiformis spiritus in peccati morte existentes inflamat. Moxq; viuus erigitur, quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam redit.* Adeò potens est spiritus lenitatis ad suscitandum. De lenitate, & mansuetudine corripientis habes plura lib. 1. capit. 2. §. 4. lib. 3. cap. 5. §. 12. lib. 6. capit. 3. §. 6. & alibi.

3. Reg. 17

Gill. Ab.

Isai. 1.

Doroth.

Pet. Dam.

§. III.

Tunc solum potest attribui correptori peccatoris salus, quando cum lenitate, & mansuetudine corripuit.

EXpendenda nobis sunt sacri textus verba vltimò à nobis proposita, nimirùm, *si te audierit, lucratus es fratrem tuum.* Si dum illum inter te, & illũ, mansuetè corrigis, antequam seueritatem mineris, antequam iudicij rigorem proclames, & testes adhibeas, ipse tunc audiens existet, in lucrum tibi cedet. Et si non audierit, vsque dum à testibus conuictus iudicis seueritatẽ experiatur, tunc cedet in corripientis lucrum? Nihil in eo casu determinat diuinus textus, sed solũ in primo, vt ostendat, quòd tunc solum peccatoris salus tribuitur correptori, quando nullo rigore exhibito, nulla adhuc seueritate præmissa, sed mansuetè, & amicè ad corripien-
2. *Tim.* 2. dum accedit. Paulus 2. ad Timoth. 2. *Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant, &c.* Præclarè instruit Paulus omnes Christianos, qualibus armis sese ad peccatorum correptionẽ accingant, nimirùm, vt mansueti sint, & cum modestia, siue, vt ex Græco, cũ lenitate corripientes. Sed cur non magis cum seueritate, & rigore corripiant? *Ne quando det illis Deus pœnitentiã, &c.* hoc est, ne accidat, quòd peccatoris conuersio vni tribuatur Deo, & nullo modo corripienti, sed sic corripiẽs ma-
D. Ansel. neat, quasi nihil effecerit. Ad hæc D. Ansel. ait: *Nequando sine nobis, per internam aspirationem det illis Deus pœnitentiam, & nos mercedẽ indè non habeamus.* Equidem vbi sine lenitate, & mansuetudine rigor, & seueritas operatur, nihil boni effectus taliter operanti tribuitur, sine te fit bonũ, quod te sæuiente resultat. Huc accedit seueriſsimi Ionæ districtiſsima prædicatio, & sceleſtiſsimæ Niniuæ conuersio. Sic enim habes Ionæ cap. 3.
Ion. 3. *Et clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Ninive: & surrexit de solio, & abiecit vestimentum suum, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamauit, & dixit ex ore regis, & Principum eius, dicens: Homines, et iumenta, et boues, et pecora, non gustent, &c.* Expende modo, quòd Ionas subuersionem, & ruinam prænuntiat ciuitatis; viri autem Niniuitæ pœnitentiam, in sacco, & cinere, & ieiunio prædicant, & persuadent, cuius etiam pœnitẽtiæ decretum exit ab ore regis, & Principum. Cur non magis dicitur, quod pœnitentię decretum, & persuasio processit ab ore Prophetæ? Nonne Deus Prophetam misit, vt Niniuitarum pœnitentiam eliceret? Cur ergò nõ dicitur ab illo pœnitentia prædicata, sed a viris Niniuitis, & à Regio senatu? Sanè adeò seuero prænuntiatori, mortem, ruinamque solum absque vlla lenitatis significatione clamanti, sapienter nõ tribuitur pœnitentia, & conuersio ciuitatis, sed quasi ipse nil efficax præstitisset ad pœnitentiam eliciendam, introducuntur Niniuitæ patres, ex quorum ore decretum, & persuasio pœnitentiæ vsque ad tenellos filios, dicitur permanasse. A qua excogitatione nõ longè aberat D. Hier. fatus. *Ordo pulcherrimus: Propheta prædicat ciuitati, prius viri credunt, ei illis ieiunium prædicantibus omnis ætas sacco induitur.* Dum seueri Prophetæ vox intonat, non ieiunium apparet, non cinis, nõ saccus, sed exit decretũ ex dilecti ore regis, ex paterno affectu Niniuitarum patrum, & his prædicantibus omnis ætas per multam pœnitentiam reddit sibi Deum placabilem. Sic ex ore Regis dicitur decretum, & persuasio pœnitentiæ manasse, quasi seueriſsimi Prophetæ os penitùs obstructũ fuerit, nec quid pœnitentiæ eliciendæ efficax proclamarit. *Hieron.*
Non sui absimilis D. Paul. 1. ad Corinth. 5. de fornicario castigando, ait: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui, vt præsens, eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, et meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit.* Non dicit, vt spiritum eius saluum faciam, sed vt spiritus eius saluus sit. & quidem in epist. D. Iacobi cap. 5. dicitur: *Oratio fidei saluabit infirmum*: cur ergò cauit Apostolus dicere se procurasse saluum facere Corinthium fornicarium? Strinxerat Paulus seueritatis gladium in hominẽ illum, fatetur à se traditum Satanæ in interitũ carnis, ideò merito cauet, sibi tam seuero iniquitatis vltori effectum atribuere sanitatis. Non enim homo, sed Deus sit, necessum est, qui adhibito seuerę vltionis gladio, simul salutem cau- *Deut.* 32. set. Quod sibi atribuebat Dominus Deuthe. 32. aiens: *Percutiam, et ego sanabo*, quasi diuinæ solius sit potestatis, inter percutiendum posse sanitatem instillare.

Matth. 18.

Matth. 18. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.

§. IIII.

Diuinissimæ Trinitatis, vel adumbratio, fundamentum est humanæ fœlicitatis.

STo à sententia D. Aug. alibi dati, qui per hos tres testes in præsenti notatos, adumbrationem diuinissimæ agnoscit Trinitatis; & meritò ait, quòd in ore horum trium stat omne verbum, non iacet, non cadit. Quippè vbi Trinitatis vel adumbratio est, nullus ibi casus, sed fundamentum apparet totius fœlicitatis. De immolando filio præceptum acceperat Abraham, quod vt executioni
Genes. 22 mandaret, viam arripuerat Gen. 22. *Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul. Dixitq; ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego autem & puer, illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* E domo exierat filium iugulaturus, nihilque toto itinere aliud cogitabat, quàm pueri iugulationem; modò pueri incolumitatem auspicatur, cum ait, reuertemur ad vos. Vndè hoc auspicium oriri potuit? Vndè iugulandi Isaaci incolumis reditus potuit venire in mentem patris? Notanter possunt textus illud, nimirùm: *Tertio autem die, eleuatis oculis, &c.* vbi enim diuinissimæ Trinitatis incepit effulgere adumbratio, auspicium incolumitatis, & prosperitatis non potuit non dari. Ad hæc D. Chry
Chrysost. sost. tom. 5. hom. in illud D. Paul. *Cum autem subiecta fuerint ei, &c.* sic loquitur. *Omnes dies Dei sunt, & tres seruiunt mysterio. Qui illi tres? Accipe Isaac dicit, quem dilexisti filium tuum vnigenitum, & vade in vnum montium. Ambulauit Abraham tres dies, & tres noctes, vt simul mysterium monstraret. Sic enim quasi à morte viuentem accepit Isaac.* Vbi diuinissimi ternarij adumbrat mysterium iam non casum, non mortem Isaaci cogitat, sed illum incipit suscipere quasi à morte, & casu liberatum.
Ioann. 2. Apud Ioan. cap. 2 aiebat Dominus: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:* quasi in tantum solum durare posset casus, in quantum Trinitatis adumbrari inciperet fi-
Ephræm. des. Quæ verba ponderans D. Ephræm lib. de Pœnit. *Poterant*, inquit, *in momento, et ictu oculi omnia fieri, sed ob mysterium Trinitatis intra triduum, hostem gratia liganit: non quod impotens esset citra eos (nimirum tres dies) agere, quæ oportebat, sed vt mysterium osteretur diuinitatis, Propterea, et in tribus diebus mors destructa est, et draco deturbatus est, et peccatum deletum. Intra triduum, cœlum, et terra, et mare constituta sunt: vt etiam in eo Trinitatis demonstraretur mysterium, et triduana resurrectionis, et propitiationis humanæ fructus ac commodum.* Nunquam non stat humanum commodum, vbi affulget diuinissimæ mysterium Trinitatis; in quo tripode semper audiuntur oracula humanæ incolumitati famulatia. Flammantè incendit rex Babylonius fornacem, vt vel flammarum violentia ad sui adorationem vniuersos raperet: tres pueri Hebræi, dum auream regis contemnunt imaginem, contemnunt etiam violentiam flammarum. In fornacem ergò mittuntur, sed intra tot mortes, responsum vitæ gaudentes exaudiunt. Res mira, sed qui sub ternario numero sese opposuerunt flammis, non potuerunt flammas non vincere, Sacramento Trinitatis. Pulchrè D. Zeno serm. 4. de tribus pueris, *D. Zeno.* ait: *Sacramento Trinitatis, tam potentis elementi subacta natura est. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incensi.* Nescit cadere, qui Trinitatis effulget adumbratione, nihil est hoc subnixum diuinissimo ternario, quòd etiam inter mortes non stet, & responsa vitæ audiat.

§. V.

Non censemur habere charitatem, quam testatam non facimus.

COnueniant huc, qui dum proximo inferunt mala, habere se prædicant intimis præcordijs erga illum infixâ charitatè: non habes charitatem, quam exterius testatam non habes. Antequam frater, qui in te peccauit, seueræ iudicis censuræ trahatur, iuberis illum fraternè corripere, deindè si adhuc resilierit, quòd testes duos, vel tres tuæ correctionis adhibeas. Cur ad correctionem fraternam, ante exhibendum vltimum seueritatis remedium testes desiderantur? An vt illis conuinci possit peccator? Pulchrè D. Chrysost. ait, ibi testes adhiberi debere, non vt pertinacia peccatoris conuincatur, sed vt exhibitio charitatis in corripiente testata maneat. Quippè, ait hom. 61. in Matth. *Habes*

iam

iam testes opus à te tuũ ita esse cõfectum, vt nihil quod ad te pertineat, reliquum esse videatur. Nũquam enim ille, qui fratrem tortori tradit, & gladio, credetur satisfeciſſe charitati, niſi eius exhibitionem teſtatam daret. Vera charitas, non quæ latet abſcõdita in animo, ſed quę de ſe publicum teſtimonium habet. Dei illa vera amatrix Cant. 5. aiebat. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atq; tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, locutus eſt: quæſiui, & non inueni illum, vocaui, & non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me; tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt annuntietis ei quia amore langueo.* Expende quæſo quanta facta meminerit ſponſa, & quid petat per Hieruſalem filias dilecto nuntiari. Myrrhæos latices bibit, dum oſtium aperit, mille vias, & difficiles ambulat, mille voces ſine effectu iactat, vulnera patitur, & ablationem pallij, & omnia hæc ſolum, vt ſponſum inueniat: & nihilominus hæc prę teries, ſolũ requirit filiarum Hieruſalem teſtimonium, quo renuncietur ſpõſo, quia amore languet. Cur non magis petit renuntiari exantlatos labores, myrrhæos hauſtus; itinerũ difficultates ſuperatas, vulnera accepta, rapinã bonorum ſuorum cum gaudio toleratam? Cur de his tantis non petit à Hieruſalem filijs, vt aliquid teſtẽtur ſponſo, ſed ſolum ait: adiuro vos, vt nuntietis ei, quia amore langueo? Planè illa omnia vocaliſſima ex ſe ſunt, abſcondita licèt ſint, clariùs patent patri illi, qui videt in abſcondito: verùm charitas non cenſetur eſſe, niſi dum publicum teſtimonium habet: non cenſetur charitas, quæ externis teſtibus non poteſt probari. Animoſè Matt. 19. Petrus Matth. 19. apud diuiniſsimum iudicem pro ſe, & ſuis condiſcipulis, ait: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergò erit nobis?* Is ergò qui tantam in ſe rerum abnegationẽ oſtendit, dum circa ſuam in Deũ charitatem verba facit Ioan. 21. ter de illa interrogatus, an Dominum amaret, reſpondit ſemper: *Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te.* Nõ tantùm dicit, quòd amet Dominum, ſed inſuper addit, quòd Dominus id ſciat. Supra ſolum dicebat, reliquimus omnia, non addit; & tu ſcis, quia reliquimus; modò poſtquam dixit ſe amare, ſimul addit, & tu ſcis Domine. Cur hoc modò addẽdum putauit; Rationem inſinuat D. Cyrilus Alex. lib. 12. D. Cyril. in Ioan. cap. 64. aiens: *Petrus autem amare ſe fatetur, & amoris ſui Chriſtum ipſum in teſtem citat.* Cùm de abnegatione omnium rerum temporalium loquitur apud diuinum iudicem, tantum aſſerit, reliquimus omnia, & tãtæ aſſertionis teſtes adhibere non curat; vbi autem de amore loqui oportuit, & amorem aſſerit, & teſtem ibi præſentiſsimum citat, non audens amorem vocare, cuius nullum poſſet dare teſtimonium publicum. Ter vocat Ieſum in teſtẽ ſui amoris, nec alium teſtem quærit, vtpotè habens Ieſum, qui ſtare ſufficiat pro tribus. Vanus equidem eſt, qui credit ſe intimiùs habere amorẽ, cuius nullũ exhibet vnquam exteriùs teſtimonium, fœlicior Iacob cui contigerunt duo ſeptennia laborum, vt in ſe amorem Rachelis teſtaretur, vt ſaltem in ore duorum ſtaret amoris ſui verbum.

Matth. 18. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.

§. VI.

Maximis criminibus, quam citiſsimè inferendum ſupplicium eſt.

ECce tibi quouſque ſuſtineat fraterna charitas fratres peccantes; ſed qualiter peccantes? Ita peccantes, vt ad ſummum caueri debeant velut ethnici, & publicani: qui enim maiori pœna caſtigandum ſcelus committunt, hi abſq; mora, dicto citius ſunt caſtigandi. In nõ adeò pernicioſis criminibus, decumbentem fratrẽ paulatim corrige, per quaſdam correctionis moras; verùm vbi ſcelus adeò pernicioſum eſt, vt non exilio, ſed maiori ſupplicio petat mulctari, rumpe moras, citiſsimam correptionem adhibe. Ait Dominus Gen. 18. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere cõpleuerint.* Quid ais Domine, *deſcendam, & videbo?* Cur non magis addis, & corripiam eos, inter me, & illos? Sic in ictu oculi perdes in te peccantes nullo loco correptioni dato? Ad quid ergò correptionis moræ ſtatuuntur, ſi ipſe Dominus abſque mora vlla perdit peccantes? Equidem expectandæ ſunt illæ correptionis moræ in non adeò pernicioſis criminibus, quæ etiam delata non magnum ſuppli- Genes. 18.

supplicium habent, sed vel exilio quodam, seu separatione à communi conuictu satis mulctatur. At quæ perniciosa sunt crimina, & crucem igneamque flagitant, dicto citius in ictu oculi sunt castiganda. Id quod sapienter notauit Alcimus, in præsenti quæst. 178 fatus. Tanto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam prætermisit, & diem extremi iudicij expectare noluit, sed eos igne iudicij ante diem iudicij præuenit. Ecce malum & quasi cum difficultate credidit, cùm audiuit. *Et tamen sine tarditate percussit, cum verum cognoscendo reperit, vt nobis videlicet daret exemplum, quia maiora crimina, & tardè credenda sunt, cum audiuntur, & citiùs punienda cum veraciter agnoscuntur.* Nunquam maxima crimina periculum in mora non inferùt ideo quantocyùs abcisenda, punienda. Ananias, & Zaphira, dum de pretio venditi agri defraudant Actor. 5. non prius correptionem audiunt, quàm excipiunt cruentum supplicium. Simul à D. Petro accusantur nefarij sacrilegij, & temporali priuantur vita. Cur Petre sic seuerus in fratres? Cur non magis secreto corripis illos? Rationem red-

D. Isidor. dit D. Isidorus Pelus. lib. 2. epist. 181. *Cùm e sementem Euangelij Apostoli facere capissent, et statim zizania enata conspexissent, sapienti consilio ea confestim euulserunt.* Quid non damnorum sperarent de zizanijs? Sapienter vbi nihil non malum expectant, confestim ferrũ adhibent, & præcisionem edicunt. Tolerari possunt paulisper minora delicta, vt medelam accipiant, magna crimina, nec ad mo-

Psalm. 1. mentum sustinẽda sunt. Psalm. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, in via peccatorum non stetit.* Nõ petitur à bono viro, quod non abeat in viam peccatorum, sed quod non stet, quod non diutiùs moretur in illa, verùm ad impiorum consilium, nec abire permittitur. Cur non permittetur similiter ire ad consilium impiorum, dummodo non stet in illo? In consilio impiorum magna crimina intelliguntur, in peccatorum via, minora putantur delicta. Magna ergo delicta, nec ad momentum admittẽda minora quis non admittit? Satis si per correptionem non

Ambr. maneant diutiùs. Ad hæc D. Amb. ibi: *Non à te exigit, quòd vltra naturam est, vt peccatũ non facias: sed vt non maneas in peccato quadam statione diurna. In grauiora ne abeas, in leuioribus ne stes.* Nunquam grauiora crimina, vel apparere permittẽda sunt: sed quam primũ succidenda, quæ autem minora sunt, ea satis est, si non permittantur subsistere diutiùs.

§. VII.

Auaritia falsitatis socia inseparabilis.

VIde quos inseparabiliter coniungat diuina censura, nimirùm ethnicum, & publicanum, hoc est, & falsitatis cultorem, & amatorem pecuniarum: quid plura? Nun quam pecunia non habet sociam falsitatem, & mendacium. Magus ille Simon potestatem Apostolorum miratus, pecunia oblata illam ab Apostolis emere contendit. Tunc Petrus diuino succensus zelo in Magum ex candens ait Actor. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Quid ais Petre? Sic Magum ditas? Cur non magis sceleſtum hominem bonis spolias? Cur nefarissimum æmulum, & vanorum errorum seminatorem, non castigas, & illum pecunia spolias? Cur illi remittis pecuniam suã, qui falsis dogmatibus implet Romanum orbem? Equidem ideò ill pecuniam remittit, vt pecunia eius falsitatis clarissimum reddat testimonium, quando pecunia nullibi est, sine falsitate socia. Acutè fatis, & verè aiebat. D. Valerianus hom. 20. fatus: *Ventura quidem tecum est pecunia, non vt putas, ad ornamentum corporis; sed ad testimoniũ falsitatis.* Nullo euidentius indicio falsitas Simonis monstraretur, quam ostensione accumulatæ pecuniæ, in quo enim pecuniarum amor stat, non potest, non habitare mendacium, periurium, falsitas. Merito D. Damasce lib. 2. Paralel. cap. 17. illud asserit ex Basilio desumptum: *Quis mendacij pater est? Quis falsæ cõscriptionis pater? Quis periurij procreator? Nonne opes? Nonne earum studium?* Sese mirum in modum fallit, qui inter auri conquirendi studia quærit veritatem; nil magis, quàm falsitas, & mendacium viget in commercijs auri: vt dicat D. Valerianus vbi supra: *Fertur homo vnais, voto quadruplicandæ pecuniæ: portatur aurum, vt reportetur cum falsitate periurium.* Ecce tibi totum mundiale mercimonium: ecce mercatorum classes maria exarantes, quo spectent? *portatur aurum, vt reportetur cum falsitate periurium.* Nescit aurum esse, sine socia falsitate, quin imo totum auri negotium de falsitate, & fraudibus nascitur. Id quod respiciens D. Theophilus Alex. epistol. paschali 3. dum agit de auaritia, fatur: *Insulas, maria, terras, litora, vias, transitus, studia possident auaritiæ, dum desideratio plus habendi, negotiatione, merces huc illucquè commutat, &*

D. Valer. D. Valer. Theophyl.

fraudibus atque periurijs diuitiarum iacit inexplebilia fundamenta. De hoc plura lib. 6. cap. 2. §. 8.

Matth. 18. Amen dico vobis, quæcùmque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlo: quæcumque solueritis super terram, erunt soluta, & in cœlo.

§. VIII.

Salutis negotium in hac vita peragi debet.

NIhil in cœlo fit circa hominum salutẽ, nisi ea, quæ in terris videntur peracta: hinc debes ferre: siue liberationem, siue vincula: id quod notans D. Zeno in Psalm. 100. inquit. *Ex hac vita, quis secum, aut coronam portat, aut pœnam?* Nihil in cœlo habebis, præter id, quod tecum è terris portas. Delirans Valentinus post huius vitæ discessum, adhuc tempus, & spatium præscribebat, quo hominum animæ in quæstionẽ vocatæ possent per veram confessionem æternam vitã adipisci. Et quidem non negabo à Dauide apud cœlestes ianuas depictam esse quæstionem, & examen celebratum inter regem gloriæ Christum, & ianitores. Accipite Psalm. 25. *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ aternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Bone Deus! adhuc apud cœlestia quęstionis datur spatium? Adhuc ibi per tempus licet animabus ianitores exorare, cõfessionem exerere. Absit, imò semel id in rege gloriæ Christo peractum refertur, vt exindè nulla iam vox accedentium animarum expectetur, sed per eam, quã in terris dederint, sine mora, aut debeant admitti, aut repelli. Adhęc Tertul. aduersus Gnosticos, cap. 10. ait: *Scito, & ascensum illum exindè complanatum vestigijs Domini, & introitum exindè reseratũ viribus Christi: nec vllam moram, aut quæstionem in limine Christianis occursuram, qui non dignosci habeant illic, sed agnosci: nec interrogari, sed admitti.* Ex hac vita quidquid ad tuæ causæ finem spectat, tecum fers: nihil extra hanc timeas, nihil expectes, quod hinc tecũ non feras. Quod vt doceret Dominus, cùm sese in patris sui regiam esset recepturus, in terris claues reliquit cœli, vt scirent homines, quòd nisi ex hac secum claues ferant, minimè poterunt in cœlum introire. Quippè aiebat Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cœlorum*: ex quo Tertul. aduer. Gnostic. persuadebat hominibus, quòd in præsenti curarent cœlestia sibi aperiri, nullus enim posthac inueniet, quo cœlum aperiat, nisi è terris sibi claues accipiat. Ait enim: *Nam & si adhuc clausum putas cœlum, memento claues eius hic Dominum Petro, & per eum Ecclesiæ reliquisse, quas hic vnusquisque interrogatus, atque confessus feret secum.* Væ peccatori, qui despiciens in præsenti, cœli claues accipere, excedit è viuis.

Matt. 16

Tertull.

D. Zeno.

Psal. 25.

Tertul.

CAPVT XIIII.

De perfecto animarum Pastore.

HVC accedant vniuersi animarum Pastores, vt de officio suo à vero, & summo Pastore Iesu admoneantur, tales enim docet debere esse animarum pastores, qualem se ipse prædicat præstitisse. Nimirùm, qui nulla luporum cauit certamina; nec vitæ propriæ pepercit, vt oues incolumes conseruaret. Qualis ouis, quæ Pastores sanguine debet conseruari? non hæc est ouis fæno pasta, sed viuifico Angelorum pane saginata?

Ex Ioan. 10. *cap.* Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

§. I.

Tota boni pastoris disciplina in dando, non in recipiendo sita est.

Dum

DVM pastoritium animarũ munus extollit Dominus, nihil pro ouibus pascẽdis a se receptum percenset, sed hoc vnũ prędicat, quod ipse dederit: nempè ait: *Bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis.* Pastoralis enim disciplina, vt optima, sit, non tam in recipiendo, quàm in dando eminet. Id nouerat ille, qui Psal. 118. *Errauit sicut ouis,* dũ enim gratias pastori suo referre voluisset, ait Psal. 115. *Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi? Calicem salutaris accipiã, &c.* Aliquid quærit, quòd ipse Domino retribueret, & non inuenit, nisi quod recipiat calicem salutaris. Quid ais bene, nonne cupiebas Domino tuo aliquid dare; cur modò nõ das, sed accipis? Equidem is est nostrarum animarum pastor, cui nihil dare possumus, nisi quòd simus ad accipiendum parati: quia ipse non recipere gaudet, sed semper dare. Ad hæc Orig. lib. 2. in epist. ad Roman. ait: *Vnum hoc inuenit solum, quod offerre oportet Deo, idest, vt crederet de eo, quòd nunquam possit ab homine aliquid accipere, sed semper dare, & ideò dixit: Calicem salutaris accipiam.* Vnum hoc bonus quilibet pastor etiam debet curare, sic se erga oues suas gerere, vt credatur non velle aliquid ab eis accipere, sed semper dare. Quam suorum pastorum præstantiam meditabatur Dominus Num. 17. vbi pro sacerdote deligendo sectas ab arbore, sibi virgas præferri mandat, vt sacerdotem designet Dominum suum virga, quæ germinarit. Duodecim igitur adducuntur virgæ, diuinoque apponuntur sanctuario, quid tunc? *Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Paulo in rem præsentem aptiùs ex Hebræo habetur: *Et ecce virga protulit germen, & floruit florem, & reddidit amygdalas.* Non arbor aliqua plantata, sed virga secta protulit germen, & reddid amygdalas: cur magis virga secta, quàm arbor? Quia arbor non anteà dat fructus, quàm recipiat à terra succum, & æquè apta debet esse ad recipiendum, quàm ad reddendũ: virga autem secta, nil succi a terra accipit, quòd si fructus dederit, non ex eo quod recipit: in quo sacerdotale munus apprimè exprimit; quod non in recipiendo, sed in dando debet præeminere. Non longè ab hac excogitatione abfuit D. Nissen. alibi datus, qui dum agit de hac Aaronis virga germinante, orat. de Vita Moysis, ait: *Tibi germinauit sacerdotij virga, non humidate terrena, sed à se ipsa nucem producens.* Fructus dat sacerdotalis virga, dum nihil succi recipit à terra: nunquam enim pulchriùs floret potestatis virga, quàm dum non in recipiendo, sed in dando eminet. Regium splendorem miratus Dominus in sua sponsa Cant. 7. ait. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Theodoretus legit: *filia sponte dantis:* quasi regia potestas per id solum elucescat magis, quòd dicatur semper, & sponte dare. Huc spectat illud Iosue cap. 14. vbi sic: *Hoc est, quod possederunt filij Israel in terra Chanaam, quam dederunt eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Num.* Ecce vndè, & Eleazari, & Iosue gloria commendatur, quòd cũ fuerint ambo Principes populi, de expugnatis Chananæis nihil sibi receperint, sed omnem terram dederint popularibus. Ex quo Theodor. in præsenti quæstione 17. ait. *Quare Iosue, cùm alijs terram dispertiret, sibi non distribuit aliquam portionem? Imitatus est in eo modestiam Domini. Docuit item eos, qui in aliquo magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed vtilitati subditorum, inseruire debere.* Sic ille docens ex Iosue facto, quàm debeant vniuersi Principes in non accipiendo, sed in dando fieri diuinæ potestatis æmuli.

Psa. 115. Origen. Num. 17. D. Nyssen. Cant. 7. Iosue 14 Theodor.

§. II.

Nec vitæ suæ parcat, qui pastor bonus est, dum ouicularum prospicit saluti.

HOc videant, quicunque ouium Christianarum suscipiunt curam; illarum enim spiritualem salutem, & vtilitatem omnibus vitæ suæ periculis comparare coguntur. Apud Num. cap. 16. dum flamma in Israelitas desæuit, monetur Aaraon à Moyse, vt tanto subueniat malo: quid tunc? *Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama; & stans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* Non stridentes horribiliter flammas veretur, non ad cadentium aspectum expauet, sed media inter pericula prosilit, vt prece sua salutem populo afferat: quo facinore ora obstruxit illorum, qui sacerdotio illius refragabantur, ostendens in se animum prorsus sacerdotalem, quandoquidem pro subditis nulli periculo parcit. Rem attigit D. Amb. lib. 10. epist. 82. *Cùm dira mors propter cõtumaces in plebem serperet, medium se inter morientes, viuentesq; Aaron obiecit, vt mortem sisteret, ne plures perirent Verè vir mentis, &*

Num. 16. Ambr.

animi sacerdotalis, qui se pro Domini grege, quasi pastor bonus pro obijceret affectu. Nullo, alio se sacerdotio digniorem ostendit Aaron, quàm dum propopularibus sese flammis sæuientibus opposuit: iam tunc ostendens, vnde digni pastores examinari possent, nimirũ ex eo, quod se discriminibus pro commisso sibi grege opponant. In illo repetito dilectionis examine, ait Dominus ad summum Pastorem Petrum Ioan. 21. *Pasce oues meas.* Ioann. 21 *Amen, amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cum autem senueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.* Et oues committit, & de subeunda morte disputat; sæpius aliàs cum Petro locutus fuerat Dominus, & nunquam verbum fecerat in particulari, de morte à Petro subeunda: nunc primùm post commissas oues de morte Petri agit: & cur nunc primũ de morte agit? Planè vt ostẽdat, ouium solicitudinem plenam debere esse etiam mortis periculis, animo sacerdotali. Id quod notans D. Aug. tract. 47. Augustin. in Ioan. fatur. *Cùm Petro suas oues pascendas tertiò commẽdasset, ait illi: Cùm iunior esses, cingebas te & ambulabas vbi volebas; cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Ad hoc ergò pertinet, pasce oues meas, vt ponas animam tuam pro ouibus meis.* Hoc maximè à Pastoribus requiritur, quod vbi oues acceperint, ipsam etiam vitam pro illis dedant discrimini. In pastore, qui hoc habet, vt nec vitæ pareat suæ, vbi res ouium eam postulauerit, nõ damno cultiorem ornatum, supellectilem diuitem, aurea strata flammique imitantia pyropum. Victimum enim celebraturus pascha Dominus cum discipulis suis, quibus humani generis oues erat commissurus, non vulgarem elegit domum, quin potius, ait Luc. 22. *Ipse* Luc. 22. *ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate:* putant enim plurimi, & doctissimi viri, cœnaculum hoc pretiosis tapetibus, aureisque vasis ornatum fuisse, sed scire cupis, cur Dominus iam iã moriturus ad prędiues cœnaculum duxit discipulos suos? Rẽ attigit Cellensis Abbas lib. de Panibus cap. Cell. Abb. 1. inquiens: *Vt qui cœnaculum ascenderit prælationis, non recusset post Iesum subire discrimen passionis: vt in cœnaculo confortatus cibis vitalibus, non concutiatur pro formidini, & tribulationum ponderibus* Pastoribus equidem cœnacula aurea dantur, non vt aureo in hæreãt inuoluti, sed vt qui aureo, & pulchro prælationis potiuntur, indè ad omnium discrimina, etiam vitæ pro ouibus subeunda descendant. Non est cur vereantur Pastores cœnacula grandia auro strata habitare, dum illis omnibus, & etiam propriâ vita, soliciti sint mercari ouium suarum salutem.

§. III.

Tam temporalis, quàm spiritualis regni stabilitas, in eo sita est, quòd pretium rerum intrinseci valoris sit.

ECce tibi bonus pastor quale pretium constituit pro ouibus suis, nimirum animam suam, nec aliter regeret benè gregem suam, nisi pretium rerum, tàm intrinseci valoris, constitueret. Nunquam durabile bonum leuibus, acquiritur, & vilibus: pretiosa sint, necesse est, quæ stabilem salutem animæ, vel corporis comparare nituntur. Isai. 1. Accipite Deum apud Isaiam capit. 1. de restaurando spirituali Iudæorum regno disputantem: *Et conuertam manum meam ad te, & ex eo quam ad purum scoriam tuam: & auferam omne stannum tuum. Et restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis, &c.* Quis Christianus ignoret hic à Deo restaurationem regni spiritualis celebrari? An Deus temporale Iudæis imperium per Iesum promittebat? Absit, & nihilominus sic agit de spirituali regno, quasi de temporali, restaurationem eius constituẽs in vilissimorum metallorum abiectione: quasi tunc quodlibet regnum floreat, cùm tales in eo principentur Reges, qui vilissima abijciant metalla, ne in vilibus rerum pretia constituant. Vndè dicebat Forerius in præsenti: *Bonorum summam hac vnica promissione comprehendisse videtur, de restituendis iudicibus, & magistratibus, præsertim si ablata sunt scoria, & stamna.* Forerius. Tunc regnum attingit fœlicitatis summam, cùm vilia pretiorum metalla auferuntur, cùm nihil non pretiosum manet, quod pro salute comparanda exhibetur. Reuoco in memoriam spectum illud varijs metallis conflatum Nabuchodonosor in somnis obiectum Dan. 4. Huic erat caput aureum, pectus argenteum, venter æneus, crura ferrea, totidemque per hæc metalla imperia figurabantur. Quid tunc? Lapis decisus à monte sine manibus, percutit ferreos spectri pedes, & totam comminuit imperiorum imaginem. Vt delea imperia lapis, ad pedes imaginis decidit, cur non magis

percu-

percutit caput? Vt fortissimum gigantem debellaret Dauid, lapidem proiecit, qui frõtem feriret, & iactus in frontem lapis miserè interfecit tyrannum, cur etiam lapis à monte decisus, non petit imperiorum caput? Cur magis pedes ferire gaudet, & hos ferreos, nonne ferreum fortius aureo est? Ferrum in se durius, & fortius est ipso auro; sed in regnis tutandis longe infirmius, imò nũquam regnum ad ruinam procliuius, quàm vbi ferro, vilibusq; nititur metallis pro pretijs rerum comparandarum. Quod talibus nititur regnum fundamẽtis, caueat lapsum; vel ad lapidem nulla obiectum manu offendet, & miseri dissipabitur. Ad hæc refero Platonem. 3. de Repub. sic philophantem, dum ait: *Velut oraculo proditum est, tunc ciuitatem interituram esse, cum ipsam es, aut ferrum custodierint.* Hæc auferat vilia rerum pretia, qui rex voluerit imperium confirmare: nul lusque sit adeò vecors, qui vilibus procuret, sibi necessaria ad salutem comparare.

Platon.

§. IIII.

Pœna quauis ægrè, & coactè ob virtutem suscepta, potius feralis lanienæ quàm obsequij diuini speciem habere videtur.

SApientissimè Dominus perfecti pastoris præstantiam in eo ponit, quod animam suam dat pro ouibus; quippè cũ dicit, quòd dat animam; animum eius libentem, & hilarem in subeundis periculis exprimit. Id quod ampliùs declarans D. Cyril. Alex. lib. 6. in Ioan. cap. 5. ait: *Quicumquè bonus pastor libẽter debet pro ouium salute animam suam ponere.* Non sufficit, quòd animam ponat, sed quod illam libenter, vt hilaris dator offerat, quod enim non libenti, sed reluctante animo pro Deo, & virtute sustinetur, id vix reputa obsequium Deo dignum, sed lanienam & miserrimi hominis carnificiam. Sæpiùs audisti durissimum Abrahæ præceptum impositum de necando filio dilectissimo: sese Habrahamus accingit in opus, adest ligatus filius: vterque doloris expers, lætitiæ plenus, profusionem sui sanguinis sperat largissimam. Quis vnquam vidit patrem doloris expertem in nece vnici pignoris? Suffecisses, quòd Abrahamus litaret Deo filium, cur necesse fuit, vt nullum dolorem ostenderet, sed prompto, & libenti animo necis negotium perficeret? Et filium, & se in filio, dum litat Abrahamus, neuter dolet, nec turbatur sub gladio; ne misera dolentium facies tanto obsequio præberet speciem miserandi parricidij. De quo pulchrè D. Zeno serm. 5. de Abrahamo, ait: *Nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur, ne vere sit parricidium.* Parricidium penè est, laniena penè est miseranda, opus pœnale, quod perturbato, & reluctante, & prorsus coacto animo pro Deo, & virtute pateris. Multi, quia aliter facere, cum honore non possunt, & si reluctanter, & coactè, virtutum opera efficiunt, flagris se cedunt, operam dant ieiunijs, & vigilijs, similisque Christianæ crucis afflictiones subeunt. Dum verò sub hoc Christi gladio trepidant, turbantur, quantum est in se, resiliunt, totoque obluctantur mentis conanime; non tam piũ obsequium exhibere videntur, quàm crudele sui homicidium, quatenus se sine fructu conficiunt. Paulus ideò monebat suos Corinthios epist. 2. cap. 9. *Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.* Meritò cauet tristitiam, & necessitatem, nimirùm coactionem in dono exhibendo; qui enim non libenti animo, sed tristi, & reluctante, & coacto, bona largitur, non dat, sed perdit sua; non dator apud Deum censetur, sed carnifex se bonis priuans. Ad hæc D. Chrysost. in capit. 12. ad Rom. inquit, cùm tristi largitore locutus. *Quid doles, omnem boni operis fructum perdens? Si namquè doles, non miseris vtiquè, sed crudelis es, & inhumanus.* Et quidem, qui dolenter, & ægrè substantiolam suam nihilominus fundit, crudelis est in se, vt qui solum negotium efficit perditionis, & ruinæ. Quo respiciens aiebat etiam D. Augustin. in Psal. 42. *Si panem dederis tristis, & panem, & meritum perdidisti.* Perditio est coacta, & tristis largitio; & quicumque tristi, & obluctanti prorsus animo gladium sustinent Christi, non hi virtutum operatores, sed sui interfectores, & parricidæ deberent dici.

D. Zen.

Cl.

Chrysost.

Augustin.

Ioann. 5.

Ioann. 10. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.

§. V.

Perfectissimi Pastoris, imò inexpugnabilis viri est, quòd prouideat mala ventura, antequam veniant.

MErcenarius, qui non est pastor videt lupum venientem, nullum præuidet malum, antequam veniat, & sic necessum est, vt patiatur improuidentiæ damna. Et quidem, qui ante aduentum malorum, nihil præuidet, nec prouidet: sed tunc primum incipit videre, cum iam malum præsens adest; hic mercenarius est, pastor non est. Ille solus de pastorali ingenio sibi blandiatur, qui scit antequam veniant, mala præuidere, & prouidere. Magnus ille Ioseph inuidia fratrum venditus, in Ægyptum asportatus, in carcerem coniectus, & neruo afflictus est: dũ carcere tenetur, vinctis præficitur, & duorum simul vinctorum somnia calens alteri clarẽ, alteri fœlicitatem venturam prædixit. His notus adscitur à Rege, cui similiter steriles annos venturos prænuntiat, qui deuorabũt Ægyptiorum substantiam. Quid tunc? Pulchrè ad hæc respiciens Iacob Genes. 49. ait: *Genes. 49* *Dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius, per manus potẽtis Iacob: indè pastor egressus est, lapis Israel.* Expende vndè dicatur pastor egressus, & talis pastor, qui lapis sit insuperabilis refugij; nimirùm ex vinculorum solutione. Quòd si scire cupis, quid præcipuum illuxerit in illa vinculorum solutione, cuius gratia indè dicatur pastor exire: repete à Ioseph explicata somnia decladibus venturis, & pistori vincto, & regno Ægypti; quæ dum solutionem vinculorum tanto viro pariunt, simul illum perfectissimum pastorem efficiunt. Ille enim, qui antequã cladesveniant, illas præuidet, perfectissimus sui & aliorum pastor est, pastor, inquam, & lapis, adeò inexpugnabilis, vt nullis cedat periculis, imò confracta omnia restituat. Quis, & plures, & rabidiores lupos pertulit, quàm sanctissimus Iob? Turmatim in illum, & hostes, & clades irruunt, substantiam vorant, filios amantissimos deglutiunt, carnem ipsam consummunt: & nilominus à rabidissimorum luporum faucibus extat inuictus athleta, & prodijt fælix filiorum caterua cinctus, oppletus diuitijs. Vndè hæc Iob acciderunt? Ipse rationem indicat, & causam cap. 3. aiens? *Iob. 3.* *Timor, quem timebã, euenit mihi, & quod verebar, accidit.* Nulla clades, nullũ malum venit in illum, qui non fuisset multò ante præuisus, multò ante præcautus. Nullũ excidiũ ex improuiso, nil tale metuenti euenit; sed omnia illa mala præuiderat vir sapiens, omnia veritus fuerat antea, quã venirent, & ideò illis venientibus non oppressus fuit multitudine, sed incolumis euasit. Ad hæc D. Chrysost. hom. 14. de Anaritia fatur: *Chrysst.* *Semper cogitatione spectabat ad illum timorem opperiens eum, sperans, spectansquè. Et licet præsens fœlicitas cogeret frui rebus, tamen futurorum solicitudo voluptatem interrupit. Ideòque quoniam præmeditatus in animo suo, hæc ventura prospexerat, hæc certamina postea quàm acciderunt, fortiter, & animosè pertulit, vtpotè iam olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expectatione præceperat, non est perturbatus, cum adessent.* Ecce tota hominis fortitudo, tota patris familias sublimitas, totum pastoris præstantissimi ingenium, quod non primò venientem iam videat lupum, sed quod longè antea quàm veniat, illum præuideat. Qui hac prouidentia pollet, ipse solus pastor est, & pastor, cui nulla clades noceat, nulla ouis pereat, sed ab ipsis lupi faucibus reuertatur in vitã. Edominico primò grege Petrus tres venenatos luporum morsus sustinuit, dũ ter magistrum negaret suum, & penè iam iam omnino glutiendus erat Quid tunc diuinus Pastor? Ait Luc. cap. 22. *Conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè.* Vidisti Petrum penè à lupo voratum, vide modò ipsum ereptũ ex lupi faucibus, & restitutum sanitati, per hoc precisse, quòd in illum coniecerit oculos diuinus pastor. Pulcer ille Dauid pastoritiam suam dexteritatem commendans in eruendis ouibus ex dentibus bestiarum, non oculis tantum, sed manibus, & fustibus tribuit ouium liberationẽ. 1. Reg. 17. at diuinus pastor solos oculos conuertit, & eripit ouem à lupi faucibus. Quales ergò hi erant oculi, quibus cernentibus, nec penè vorata deperit ouis? Oculi sanè erant, qui multò ante, quàm lupus veniſſet, illum venturũ præuiderant, & in eo prouiderãt remedium sanitatis. Accipitè D. Leonem datum etiam lib. 10. cap. 3. §. 18. is ser. 3. de Passione fatur. *Rexpexit ergo Dominus Petrum, & inter calumnias sacerdotum, inter falsitates testium, & inter cadentiam, & conspuentium iniurias constitutus illis turbatum discipulum conuenit oculis, quibus eum præuiderat esse turbandum.* Et cur non sanarent ouem oculi adeò pastorales, qui præuiderãt pericula, antequã extarent? Fallar, si pereat aliquid illi pastori, qui sic omnia nouit præuidere antequã eueniant de facto. Pulchrè *Luc. 22.* *D. Leo.*

dice-

dicebat Isaias cap. 59. ex lect. Sept. quã red-
Ad Ro. 2. dit D. Paul. ad Rom. 11. *Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob.* Ecce tibi, vndè veniat ille, qui possit suos eripere à malis, nimirùm, veniet ex Sion; per Sionem enim intelligitur specula, debet namque à longè speculari, & præuidere, qui velit, & suis salutem afferre, & eos à malis liberare. Quo respiciens D. Ansel. in epistol. Pauli ad
D. Ansel. Roman. cap. 11. fatur. *Veniet ex Sion, id est nascetur Christus ex populo speculante à longè futuram salutem, & humani generis redemptionem.* Multum est enim ad victoriam, quòd antequam eueniant, omnes eius congressus, & discrimina præuideantur.

§. VI.

Pessimùs sui custos est, qui nullum malum nouit timore antequam eueniat.

QVi non est pastor, non timet lupũ, nisi cum videt venientem: & meritò dicitur non esse pastor, nec custos, qui solum timet malum, quòd iam videt venire. Pereũtium hominũ ingenium ex eo maximè describit Sapiens cap. 5. quòd æternis iam sup-
Sapien. 5. plicijs additi *videntes turbabuntur timore horribili*: tunc solùm timere scientes, cum iã vident in se æterna mala venire. Vtinã, vel ante malum veniens timuissem; fallar nisi se ab illo custodirent, & omnium malorum victores extitissent. Cõponite modo duos Christiani gregis pastores Iesum, & Petrum: Iesus dum in horto esset, antequam lupi rapaces venirent, *capit pauere, & tedere*; & in tantum se se pauori cõmisit, vt præ illo sanguineis sudaret riuulis. Petrus autem totus impauidus, & mortem ipsam contemnnit, dum ait, *& si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, & securus omnino somno se committit. Quid tunc? Accedunt rabidissimi lupi, rapiunt Iesum, in domum Cayphę ducunt; ibi erat inter lupos Iesus, & Petrus etiam erat ibi: sed Iesus ibi inuictissimus, victorias meditans, & spoliãs Principes, & potestates, palam triumphans illos in corpore suo, Petrus autem, vel ancillulæ voce postratus, & miserere confossus decumbit. Cur Petre vbi inter lupos triumphat Iesus, tu cadis? Ille ante lupos visos pauebat, & tu impauidus omnino eras, & securus, & modò inter lupos ille triũphat, & tu vinceris? Quorsum hæc? Pul-
D. Leo. chrè D. Leo ser. 3. de Pass. inquit. *Non enim posset Domino seruus, & magistro maior esse discipulus: qui humanæ fragilitatis trepidationẽ nõ vinceret, nisi victor mortis antè timuisset.* Indè victor Iesus putatur à tanto doctore, quia scinit timere ante hostes visos; indè cadit in congressu Petrus, quia nullũ antea congressum timuit. Et quã malus sui custos est, qui nunquam timet, antequã hostes videat. Meritò Prouerb. 28. dicitur: *Beatus homo, qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, cor-* *Prou. 28.*
ruet in malum: quippè necessum est, vt ruina sequatur nihil vnquam timentẽ: timor enim discrimina antecedens, & illa præcauet, & hominem confirmat. Vndè data verba legit Complutensis, & regia: *Beatus homo, qui timet omnia obcautelã.* Beatus semper ille timor est, quem non venientia iam mala, sed cautela facit, dũ se sic quis munit omnia timens, nequid inexpectatum accidere possit. Nunquam enim mala expectata perdũt hominẽ: quo circa monebat Seneca lib. 14. epist. 92. *Seneca.*
Inexpectata plus aggrauant. Nouitas adijcit calamitatibus pondus, nec quisquam mortaliũ, non magis, quòd etiam miratus est, doluit; Ideò nihil nobis improuisum esse debet. In omnia præmittẽdus est animus, cogitandumq́, non quicquid solet, sed quidquid fieri potest. Proculdubio fragitur animus occursione malorum, quæ nũquã timuit anteà, nec veritus est. Vndè pulchrè Eliphas Themanites, dum Iobũ deiectum malis credit, sic vrget cap. 4. *Vbi est ti-* *Iob. 4.*
mor tuus, fortitudo tua? Et timorem, & fortitudinem iungit noua forsan, & inaudita ab imperitis societate. Quid enim magis alienũ à fortitudine, quàm timor? An timor potuit aliquando virum fortem constituere? Equidem, imò & fundamentum diuinæ fortitudinis est cautus timor antè occurrentia discrimina. Ad hæc D. Greg. lib. 5. moral. cap. *Gregor.*
13. ait. *In via etenim Dei timore incipitur, vt ad fortitudinẽ veniatur. Nam sicut in via sæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit: & sicut in via sæculi timor debilitatem, ita & in via Dei timor fortitudinem gignit.* Ille fortis Dei athleta est, qui sibi ab omnibus malis timet: cui nullum metuendũ accidit, quòd ipse ante non timuerit, & cauerit. Qui talis est nulli occurrenti cedet malo. Aput Iob cap. 5. *In sex tribulationibus li-* *Iob. 5.*
berabit te, & in septima non tanget te malũ. Quę verba tractãs, D. Ber. sic illa explicat. *Si puer Hebræus es sex annis seruiens, liber egredieris in septimo.* Sex tribulationes comparat cum sex annis seruitutis Hæbraicæ, quippè apud Hæbræos cuiusq́; seruitus sex annis finiebatur, meritò ergò post has sex tribulationes, nõ tãget te malũ, quia qui spiritu seruitutis in timore agitur, omnia metuẽs antequã eueniãt mala, dum hæc venerint ab illis liberabitur

Ioann. 10. Et lupus rapit, & dispergit oues.

§. VII.

Nil tam à Deo alienum, quam suorum diuisiones: vt cui placet concordia.

ET lupus simul, & ouium dispersio meritò introducitur, quia qui diuisiones mouet, is lupus est, Deo inuisus, ab eiusque spiritu alienissimus. Prouerb. 6. dicit: *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia seminat.* Quasi non posset ad seminandas discordias deuenire, nisi qui apostata, hoc est, à Deo deficiens, Deoque inuisus, & infensus fuerit. Rem attigit D. Greg. in Pastor. 3. par. cap. 24. aiens: *Ecce quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominauit, quia nisi more superbientes Angeli, à conspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet, foras postmodum vsque ad seminanda iurgia non veniret.* Nec pastor, nec ouis est, sed lupus, sed Deo contrarius, quisquis diuisiones, & discordias inter proximos miscet: quandoquidem Dei spiritus vndecũq; vnanimitatem, & concordiam spirat. Aiebat Cant. 2. *Capite nobis vulpeculas paruulas, quæ demoliuntur vineas*: expende illud: capite nobis, posset enim dicere, capite mihi, sed maluit dicere, capite nobis, vt sibi placitam cõcordiam, & societatem innueret. Ad hæc D. Ber. ser. 64. in Cantica, ait. *Vide quam socialiter loquitur, qui socium non habet. Poterat dicere, mihi, sed maluit, nobis, consortio delactatus.* Adeò illũ delectant consortia, & vnanimitates Christianæ, vt nec verbum dicat, quin illas indigitet. Nec quid voluit in lege sua esse, quod ostendat diuisionem, & dissidiũ. Quo circa cauebat Paul. 1. ad Corint. 7. *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo: non dimittat illam.* Cur potius, qui Christo accedit, cum infidelitate, & vxorem infidelem non relinquat? Quæ cõuentio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Iube ergò potius, vt qui iugum suscepit Christi, iugum infidelis coniugis dimittat. Absit, quòd lex Christi vllum præbeat diuisionis signum. Pulchrè D. Hieron. lib. 1. aduersus Iouinian. ait. *Habebat vxorem cum credidisti, noli fidem Christi, putare causam dissidij, quia in pace vocauit nos Deus.* Nũquam fides Christiana coniuncta dispergit, quæ tota est in dispersis coniungendis, totamq; suã pulchritudinem ab artissimis vnionis vinculis capit. Aiebat enim diuinissimus Christianorum pastor Zachar. 11. *Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, alterum vocaui funiculum, & paui gregem.* Cur prima virga vocatur decor? Prima equidem virga merito decor vocatur, quia secũda illi socia vocatur funiculus, nullibi enim maius decus est, quàm vbi multi greges in eodem vinculo pacis colligati sub vno eodemque pastore Christo reguntur. Id quod notans D. Hieron. in præsenti, ait: *Id circo vocatio cunctarũ gentium appellatur decora, & pulchra, quia nihil pulchrius est, quàm vniuersitatis parentẽ vocare omnes æqualiter, quos æquali conditione generauit.* Quam æquanimitatis pulchritudinẽ miratus D. Ephrem in Prouerbijs aiebat. *Vt Phœnix in litoribus canens, ita charitas, & concordia fratrum in Domino*: tunc enim Christianorum chorus fructuosius agit, cum Phœnicis æmulatur vnitatem, æternum virenti pulchritudine celebratam.

Prou. 6.

D. Greg.

D. Bern.

1. Cor. 7.

Hieron.

Zach. 11.

Hieron.

§. VIII.

Vbi diuisio est, ibi & luporum præda.

ECce tibi, & lupus, & ouium dispersio, cur enim, quę diuisionem patiuntur oues, & lupos non patiantur? Notissima erat Lothi fœlicitas, cũ ab Abrahami latere non discedebat; sed dum pecora ipsius non patiuntur Abrahami pecorum consortium, coactus fuit ipse Loth ab amantissimo patruo discedere. Itaq; discessit Loth, pulcherrimamque, & prædiuitatem Sodomorum regionem incolit. Quid tunc? Hostes regionẽ populantur Gen. 3. *Acceperunt autem omnes quos Sodomorum, & Gomorrhæ, & omnes conmeatus eorum, & abierunt. Acceperunt quoque, & Loth filium fratris Abrahæ, & supellectilem eius, &c.* Proh Lothi miseram conditionẽ! ipse hostium præda fuit, quando pulcherrimæ, & ditissimæ regionis inquilinus erat factus. Dum diuitias eligit ab Abrahamo separatus, inuenit captiuitatem, & seruitutem miserandam; quasi nil aliud posset inuenire, qui diuisus agit à fratribus. Ad hæc D. Chrysost. in præsenti fatur. *Ecce enim, vt diuisus est à iusto, & putabat se in maiore esse rerum vbertate, & copia, repente factus est seruus carens domo, carens & foco: vt discas, quantum malum sit diuisio.* Sic hostes inuadunt diuisum, & separatum

Gen. 3.

Chrysost.

paratum hominem à consortio fratrum: sibi enim cõnexa sunt hæc duo, & diuisio, & hostium irruptio, quia hostibus pateat, necessum est, qui à fratribus degit longè separatus Iosue cap. 2. exploratores monebant sic
Iosue 2. hospitam suam: *Patrem tuum, ac matrem, fratresque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domũ tuã. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius*: quæ verba paulò aliter reddit. D. Cyprianus de vnitate Ecclesiæ fatus: *Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, & erit omnis, qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit* Quasi tota salus hominum illorum in eo sita esset, quòd essent in vnum collecti, periturus quisquis diuisus, & separatus foris errarét. Quò crediderim spectasse illud Pauli ad Hebræos. 10. aientis: *Consideremus inuicem, in prouocationem charitatis, & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram.* In hoc maximè studere debemus, ne collectionem nostram deseramus, ne à fratribus in vnum colectis diuidamur. Et cur
Chrysost. collectionẽ non deseramus? Chrysost. hom. 51. ad Populum fatur. *Non deserentes collectionem nostram. Nihil enim tam malum, quàm solitudo, & status inconciliabilis.* Sanè qui à suis separatus, diuisus. & solus degit, quas nõ patietur incursiones malas? Hoc minabatur Dominus suppliciũ populo suo apud Oseã
Osea. 4. cap. 4. aiens. *Pascet eos Dominus sicut agnum in latitudinem*: equidem pastor, qui permittit agnum à grege separari, solumque, & diuisum ab alijs, vastissimos per mõtes errare, is pastor, non tam in pasca, quam in Lupus ducit agnum. Agnus enim medio in monte solus à suis separatus, quæ non experietur mala? Non aliter iratus Dominus castigat populum suum, permittens illum dispersum, & diuisum errare per totum orbẽ terrarum, vt pateat crebris incursionibus malis.

Ioan. 10. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

§. IX.

Temporalibus homo quauis perditionis occasione oblata rapitur.

CVr non fugeret lupum, vel lupi vmbrã mercenarius, qui temporalibus totus inhiat lucris? Ad mercenarium, nimirùm tẽpori seruientem hominem, non pertinet de ouibus, de nullo alio pertinet, præterquam de lucris acquirendis temporalibus, hæc solum æstimat: horum, siue accessu, siue recessu rapitur. Vbi in virtutis via fœlicitatem viderit, virtutem boni ducet temporalis homo; verùm vbi periculum immineat, occidet abit. Matth. 18. aiebat Dominus: *Væ mundo* *Matt. 18.* *à scandalis*. Et mirabar tantam potuisse esse scandalorum vim, quę mundo perditionem afferat. Deus bone, sic valent scandala perdere mundum? Multos noui in mundo sic in virtute firmatos vt nullis scãdalis, nullis periculis potuerint dimoueri à via veritatis. Sanè innumeri, sunt Christi athletæ, qui spoliationem bonorum, cum gaudio susceperunt, qui visa impiorum temporali fœlicitate, maluerunt affligi cum populo Dei. Non ergò his nocent scandala: vbi ergò est ille mundus, quem funditus perdunt scandala? Cùm Dominus vocat mundum, mundanos notat homines, & temporales, & mercenarios, & sanè quot mercenarij, & temporales sunt tot rapiuntur, imò perduntur à scandalis. Pulchrè aiebat D. Paschas. ib. 8. in Matth. *Non* *Paschas.* *nisi qui in mundo, & de mundo, sunt, scandalizantur. Et ideò, væ mundo à scandalis, quia qui de mundo sunt, omnia scandala eis afferunt væ.* Paui æstima temporalium hominũ in bonis operibus constantiam: temporibus enim seruiunt, & volubili temporalium bonorum axe rotantur, & raptantur. Ad cuiuslibet scandali, siue periculi vmbram, alij & alij apparent, nec quid est, tam oppositũ saluti æternæ, quod non anteponant temporali. Sanctissimo Iosepho somnia acciderunt Gen. 37. *Genes. 37.* de primò ait: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestros q; circumstantes adorare manipulũ meum*: Non multò post ad aliud etiam somnium enarrandũ accedit, quippè ait: *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & stellas, vndecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus, retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quia sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Num ego, & mater tua, & fratres tui, adorabimus te super terram?* In vtroque somnio insinuabat sanctus puer, se adorandum esse à fratribus, & nihilominus pater in primo tacet, in secundo irascitur, & quasi incredibilia dicentem puerum increpat. Cur magis irascitur Iacob in secundo somnio, quàm in primò? Cur sicut de re incredibili inculat filiũ secundò somniantem, nõ etiam similiter in primo somnio filium incusabit? Sanè in secundo somnio fratres Ioseph per cælestia astra significabantur, in primo per manipulos triceos, in astris puta celestes homines, in mani-

manipulis temporales, & mercenarios; & quidem de cœlestibus hominibus incredibile videbatur, quòd aliud præter Deum vellent adorare, quod non erat incredibile de hominibus temporalibus: hi enim, eum lucra sua colunt, nullam non vorabunt Idololatriam, quamcumq; etiam religionem, etsi fædissimam, auidè capient. Proh vana temporalium hominum, & mercenariorum religio, quem hodie contemnunt, cras colent, & quem hodie adorant, cras contemnent.

Ioan. 6. Apud Ioan. cap. 6. de Iudæis, à Iesu quinque saturatis panibus, dicitur. *Illi ergo homines, cũ vidissent, quod Iesus fecerat signum, dicebant. Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Ecce vobis, quàm veri fiunt prædicatores magnalium Iesu: sed accipe aliud in eodem cap. cum iam panis signũ præterijsset; & Iesus se panem de cœlo ostenderet, quid tunc? *Murmurabant ergò Iudæi de illo, quia dixisset. Ego sum panis, qui de cœlo descendi, & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* Expende modò quàm facilè, & murmurent, & adorent; hic Iesu, & parentum vilitatem cõtemnunt, ibi illum mundi redemptorem prædicant, & regem facere volunt, quæ fuit causa tantæ mutationis? Vnus defectus, vel abundantia panis potuit fidem horum hominum vel eripere, vel augere: stultus enim, vt ait sapiens, vt luna mutatur, nimirùm ex terrenæ substantiæ interpositione. Quippè ad terreni lucri odorem sese componunt mercenarij homines. Ad hæc dicebat D. Chrysost. hom. 44. cap. 6. Ioan. *Qui cum comederent panem, Prophetam Iesum appellabant, & regẽ facere volebant, hoc in loco indignati, fabri filium dicunt: & quidem videbantur indignari, quia de cœlis descendisse diceret, non tamen hæc erat causa, sed quod corpus non pasceret. Cùm audirent non amplius edendum, incredulitatis prætextum inuenerunt, quòd altius loqueretur.* Miseri mercenarij, & temporales, vnam tantum corporis pascuam attendebant, hanc solam sequuntur, & propter hanc, vel contemptibilem adorant, vel adorandum comtemnũt. Videtur offendi Iesu verbis, sed nihil ad eos pertinet de Dei verbo, nisi quòd audiunt, nõ amplius edendum. Proh Deus immortalis! quot sunt in Belgio, & in Anglia mercenarij, qui in verbis Dei videntur scandalizari, & Romanam fidem abnegare; & tamen nihil ad eos pertinet de Dei verbo, sed quia audiunt non edendum, nec bibẽdum, nec corpori indulgendum, sed in cinere, cilicio pœnitendum.

Chrysost.

Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.

§. X.

Perfectissimi gubernatoris est, tales habere subditos, qui nullo etiam externo præcepto audito, ab eius voluntate non discrepent, sed qualecumq; gaudenter exequantur.

ACcipite præclarum perfectissimi pastoris signum, videlicet: *Agnoscunt me meæ, sicut ego agnosco patrem, &c.* quòd taliter cognoscatur ab ouibus pastor, vt pater à filio cognitus est. Quid plura? Pater diuinus, sic se fecit cognosci à filio, vt non egeret filius multa externi imperij voce, (quidquid de imperio patris ad filium; & de filij obedientia erga patrem. dicitur, latissimo, & imperfectissimo modo id intelligendum est à viro Theologo, qui abnuit deliria Arianorum,) vt perfectissimè paternæ so voluntati conformem constituat. Quippè imperfectus gubernator est, qui multò imperio, repetitisq; sæpè mãdatis eget, vt regat subditos, nec aliter illos potest obedientes efficere. Hoc imperfectissimum est gubernatori, & iniuriosum: vndè maximus, & præstantissimus gubernator Dominus cõditurus creaturas, ait Gen. 1. *Fiat lux, & facta est lux*: facta est, inquam, lux, & cætera omnia similiter facta sunt, & quod amplius scias, per diuinum verbum peracta sunt: ait enim Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil.* Sed illud accedit notandum, quòd vt verbũ Patris omnia efficiat, Pater tantùm dicit illud: fiat; nec verbum diuinum expectat amplius, & omnia statim adimplet. Cur ô bone opifex, non adhuc expectas patris vocem circa modum, quo condenda sunt vniuersa? Cur nõ interrogas à patre, qualiter faciẽdæ sunt creaturæ? Et tu Pater omnipotens, cur amplius non loqueris ad filium? Cur pluries nõ dicis voluntatem tuam circa modum rerum creandarum? Sanè iniuriosum esset tanto ò pifici,

Gen. 1.

opifici, & imperfectum pluribusegere mandatis;& non habere cooperatorem,qui nulla etiam voce patris externè audita, eius voluntatem executioni mandare perfectissimè sciret.Do pulcherrima verba. D. Zenonis
D. Zeno. lib.3.ser.3.dicētis : *Cùm imperat pater orbem fieri,opus cum dicto completur à filio. Quomodo autē,quotus,aut qualis fieri debeat,pacipii nemo interrogat nemo? Nec enim ,sine patris esse possit iniuria,si hac necessitate opus esset illi,qui in sinu patris commanens voluntatis eius perfectionē nō didicerat,sed habebat.* Iniuriosum est quidem imperanti,quòd nullus sit etiam ex dilectissimis,qui non egeat crebris, & singula mandantibus imperijs , vt consonum voluntati imperatoris opus perficiat. Ille perfectissimus gubernator , & pastor qui sic se nouit suorum animis insinuare,& explicare, illosque sibi adeò vnire,vt quasi eiusdem voluntatis sint,sic etiam tacēte illo , ne sciant eius voluntatē nō efficere.Huc spectabat Apost.
1. Cor.6. 1.ad Corinth.6.vbi expendens perfectionē diuinæ æconomiæ,ait:*Qui autē adhæret Domino,vnus spiritus est.* Qualiter inferior creatura vnus spiritus potest fieri, cum adeò superiori Deo ? Præclarè in rem præsentem,
Gregor. ait D.Greg.in 1.Reg.lib.4.cap.1.*Vnus spiritus cum eo fit,quia ex diuturna deuotione diuini operis,in tantam gratiam diuinæ cognitionis, assumitur,vt ab interni eius æquitate iudicij per errorem nūdum spiritus dissentire vltra nō possit.* Præclarus equidem gubernator,qui sic sibi suos vniuit,& eiusdē spiritus fecit,& ideò illis innotuit, vt etiā tacente ipso , illi opus voluntatis eius nequeant nō efficere. Quid plura? Non solum opus eius voluntatis semper attingant,sed & illā, etsi difficilem auidè,& gaudenter perficiant. Non equidē bonus statim gubernator est illè , qui & vocibus,& millè mandatis , & fortè calcibus facit,vt tādē imperia efficiantur sua. Sed ille bonus,& perfectus,qui sic se suis insinuat,vt penè tacente ipso , & nihil imperante,tales effecit subditos, qui asperrima quęq; auide, & gendenter adimpleant. Perpēdite modo totum caput 22.Genes. vbi magnus parēs Abraham mortē parat infligendā,& robustissimo,& dilectissimo filio.Sed quo verborum flumine vtitur,vt iuuenis robustus permittat se percuti à sene imbecilli? Nec verbum loquitur,sed prorsus tacens,ædificauit
Genes.22 altare,*cumq; alligasset Isaac filium suum,posuit eum in altarè super strucm lignorū Extenditq; manum,&c.* Pater tacet,& filius alligari sustinet,nec mori resistit,cum posset, sed gaudens etiam gladium expectat. Vtrum ad stupeam? Sanè adstupeo Abrahamum , perfectissimum parentum , qui nouit talem perficere filium,qui nullo parentis verbo acceptо,sic gaudenter eius voluntatem in sustinēda morte nouit attingere. Ad hæc D.Zeno lib.2.ser.7. *Abraham sub lege non erat,sed legem solus impleuit. Et qui nullo iure legis tenebatur,omne ius diuinum præcipuè custodiuit,cuius immolatione ille quoque gauderet,qui ad victimam parabatur.* Ille ius diuinū adimplet, ille gubernator glorietur , qui leges omnes sanctas,& impollutas custodit, qui tales nouit efficere subditos,qui nullaetiā audita voce gaudentes,asperrima etiam vota patrum adimpleant. Ille erubescat gubernator , & suam imperfectionem lugeat,qui nisi vocibus,& calcibus nihil sciuit facere à subditis custodiri. Hinc iam pateat,quā perfectus gubernator cœlestis pater appareat ex filio, cui sic sese pater insinuauit,sic innotuit : vt omnia eius præcepta,& imperia præueniēs filius,sic voluntatem pręcepturam perfecit vt adhuc tacente patre,iam ipse poneret animam suam pro ouibus suis,hoc est,quòd ante præceptum disponeret sustinere totum negotium crucis vt qui optimè patris volū tatem præcepturam sciuerit. Quo circa puto perfectissimi parentis fuisse vocem illam Isaaci ad filiū Esau Genes.27.*Cū venatu aliquid caperis,fac mihi indè pulmētum sicut velle me nosti:* pertinet enim ad perfectissimum pa
D. Zeno. Genes. 27. trē eos habere filios,siue oues,qui nō repetitis monitis egeāt , sed eius adeò nouerint, & gustū,& voluntatem,vt ex se,etiam dissimulante patre præceptum, illam perficiāt.

Ioan. 10. Et alias oues habeo,quæ nō sunt ex hoc ouili: & illas oporet me adducere,& vocē meam audient , & fiet vnum ouile,& vnus pastor.

§. XI.

Vnius diuinæ potestatis est , diuersarum nationum populos sub vnico capite constituere.

QValiter fieret ex diuersis gregibus vnū ouile, sub vno pastore ; nisi Deo greges ducente , & adducente ? Oportet sanè quòd Deus adducat greges , qui sub vnico pastore sint, præter Deum id præstaret nemo.

mo. Vanissimè diabolus promittebat, quod minimè adimplere valeret: quippè ait post omnium regnorum ostẽsionem: *Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.* Sub vno adoratore suo dicit se omnia mundi regna ad ducturum, sed nunquid diabolus id aliquãdo effecit, vt vnus esset in mũdo pastor, & vnũ ouile? Absit, nõ ideſt potestatis creatæ, sed diuinæ. Rẽ tractat Imperfectus hom. 5. in Matth. inquiens: *Vnus super omnem mundũ, neque est, neque fuit aliquando, neque fieri potest, vt non sit illi aliquis non subditus. Primum propter Deũ, qui non concedit diabolo, & hoc facere posse, secundo propter ipsum diabolum. Gaudium enim, & potestas diaboli est in superbia, & inuidia, & vanagloria. Vbi hæc exercẽtur, vnũ regnum stare non potest, sed necesse est, vt diuidatur in plura.* Non putes diaboli inuentum, quòd plures pacificè sub vno viuant, diabolus enim nihil magis scit, quàm diuisiones causare, & scissuras. Vbicumquè plures, & diuersi greges in vnum adducũtur ouile, vt paccatam indè ducant vitam, nõ id à diabolo venit, sed Dei omnipotentis est opus, quo suam ostẽdit magnitudinem. Quo circa dicebat Oseas cap. 1. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non mensurabitur. *Et erit in loco vbi dicetur eis. Nõ populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnũ, & ascendẽt de terra: quia magnus dies Iezrael.* Expẽde vndè sibi ponẽt caput vnũ populi adeò diuersi, nimirùm, *quia magnus dies Iezrael*, hoc est, magnus dies seminis Dei, Iezrael enim sonat semen Dei, nisi enim Dominus semen apponat, magnitudinemque virtutis suæ adhibeat, non possent diuersæ nationes in vnum conuenire. Id quod notabat D. Irinæus lib. 5. cap. 24. inquiens. *Ad vtilitatem gentilium terrenum regnum positum est à Deo, non à diabolo, qui nunquam omnino quietus est: imò qui nec ipsas quidẽ gentes vult in trã quillo agere, vt timentes regnũ humanum, se alterutrum homines vice piscium comsumant.* Solus Deus est, qui diuersa in vnum faciat conuenire, adeò, vt ex vnitate euidẽter conuincas, quo spiritu plenus sis. Spiritus enim diaboli exagitat quemquem aduersus proximũ & fratrem suum, vt scissuras, & diuisiones efficiat. Spiritus Dei totus est in coniungẽdo etiam illa, quæ à se longè disita sunt. Hinc de homine Deo locuta fides in symbolo, ait: *Qui cõceptus est de Spiritu Sancto*: quòd si quæras, cur Iesu conceptio ab operante diuino spiritu peracta asseratur? Rationem reddit D. Fulg. lib. 2. ad Monim. cap. 10. inquiens: *Ex Spiritu Sancto natus est Christus, quando Deus vnigenitus in vtero virginis, vnitus homini suo, tanquã sponsus processit de thalamo suo.* Itaquè quando duo adeò diuersa extrema, nimirùm homo, & Deus cõueniebant in vnũ non potuit illud opus non tribui diuino spiritui, cuius solius proprium est diuersa conjũgere. Quid plura? Quidquid in nobis est, quidquid circa nos versatur, & nos ipsi nos diuidimus, & partimur, nec vnitatis quid in nobis ipsis esse posset, nisi id à superiori, & diuina quadam natura sit introductũ. Apost. ad Philippens. 4. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra.* Cur necessum est, quòd sit pax exuperans omnem sensum? Quia quisquis circa sensus versatur non spiritus pacis, & vnitatis, sed spiritus est belli, & dissensionis seminator. Vndè meritò dicebat D. Basil. in cap. 1. Isaiæ. *Nisi pax nobis ab alto affulsisset, quæ exuperat omnem sensum, singuli quique à propria rebellione, & hoste se inhabitante, consumpti fuissemus.* Non equidem à creata aliqua potestate potest vnitas & cõcordia venire, sed à superiori, & diuina,

Imperfect.

Oseas 1.

D. Irin.

Ad Phi. 4

§. XII.

Ad securitatem doctrinæ maximè conducit singularitas pastores.

QValis doctrinæ pascua est secura, vbi pastor vnus nõ est, sed quot greges, tot constituuntur pastores? Fallar, si quod dogma certo, & secure à multis asseratur, quin alij, & alij, aliter, & aliter sentiãt. Quod multorum placitis relinquitur, nusquam securũ est, neque certò stabilitur, vt videre licet in rebus illis, de quibus vnicus Ecclesiæ pastor nullam sententiam tulit, sanè in his, quot capita, tot sententiæ. Merito monebat Ecclesiastes cap. 12. *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clani in altum defixi, quæ per magistrorum cõsilium data sunt à pastore vno.* Illa equidem sapientiæ verba fixa, stabilia, & permanentia sunt, vt stimulent animos ad virtutẽ quæ data sunt à pastore vno, hæc agnos ducunt in requiem, vbi non vnus pastor, sed plures excitantur pastores, ibi nõ tam agni in requiem, quàm hædi in mortis toxicum ducũtur: ait enim Cant. 1. *Et pasce hædos tuos circa tabernacula pastorum.* Nihil fixũ est, vbi pastores multi sunt, nihil stabile, & firmum. Dum Paulus iret in Damascum spirans minarum in Christi discipulos Actor. 9. in via vocatus à Iesu, & illuminatus cælitus fuit. Cur id accidit in viæ solitudine, & non ma-

Eccles. 12.

Cant. 1.

gis media in vrbe in frequentia populorum?

Eccumen. Rem tractans Eccumenius, ait. *In ciuitate verò non accidit, sed in via per quietem, ne alijs liceret alio modo narrare, quod circa ipsum contigisset, sed ipse fide dignus esset ad referendum, qui visionē vidisset, & casum perpessus fuisset.* Equi dē si præsente multitudine id accideret; vix cōstaret facti fixa, & stabilis veritas, alijs aliter referentibus; secùs quādo in eiusdē facti narratione non disconueniunt multi, vel in aliqua circunstantia? Ideò præclarè prouisum est à Deo circa res, quarum veritas fixa, & imperturbabilis esse debet, quod hæ tradantur per vnum pastorem, & omnis fallaciæ expertem iudicem. Similiter apud Matth. cap. 16. conuocatis discipulis ad se inquirit Dominus, quis dicatur apud homines? Ad hoc interrogatum omnes, respondent dicentes: *Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam.* Sic de singulis vulgi opinionibus omnes disputant. Verùmvbi Dominus, non quid alij sentiant, sed quid ipsi discipuli sentiant, interrogat, tunc omnes tacent, vnusque Petrus pro omnibus loquitur: Tu es Christus, &c. Cur modò non omnes, sed vnus loquitur? Equidem modò verus sensus Ecclesiæ requirebatur, qui debuit tradi à pastore vno. Ad hęc D. Leo ser.

D. Leo. 3. in anniuersario assumptionis, ait. *Omnes denique Apostolos Dominus, quid de se homines opinentur, interrogat, & tamdiù sermo respondē tium communis est, quandiù humanæ intelligentiæ ambiguitas explicatur. At vbi quid habeat sensus discipulorū, exquiritur, primus est in Domini cōfessione, qui primus est in Apostolica dignitate, &c.* Itaque vbi ambigua, & incerta tractantur, omnes communiter faciunt verba, vbi ad certum sensum venitur, vnius, & primatis linguæ res tanta committitur, minimè constitura per plurimos. De hoc plura apud Authores controuersiarum, & Theologos.

Ioann. 10. Propterea me diligit pater, quia ego pono animā meam, vt iterum sumam eam.

§. XIII.

Ille placet Deo, qui nihil, siue vero lucro spirituali ponit.

PRopterea dilectum se à Patre prædicat Dominus, quòd ita sciuerit animam suā perdere, vt illam lucraretur: posuit equidem animam pro ouibus, non vt in perditione maneret, sed vt resumpta indè quæstuosus gloriæ fructus proferret. Multi in mundiali arena sunt, qui bona sua prodigunt, vitam perdunt, imò substantiam pro nihilo dissipant. Hi odiosi, & infesti sunt Deo, qui eos dilectos sibi habet, qui nihil sumptus admittunt, de quo verum lucrū sperare nō queāt, nihil perdunt, vt perdant sed vt lucrentur. Illorum sequutus miseriam prodigus filius Luc. 15. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè: & postea quam consumpsisset omnia, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere; & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos: & concupiebat implere ventrem suum, & nemo illi dabat.* Quid miserius? Quid magis Deo odiosum? Sanè hic substātiam omnem suam dissipat, ipsamque animam ponit; in seruitutem, extremamque paupertatem redigit, dum vni ciuium adhæret, vt pascat porcos, nulla pacta mercede; nullius pretij memoria. Quid tunc? Post hæc, *in se reuersus dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater, peccaui in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* In quibus illud expendendum, & maximè notandum est, quòd vbi substantiam ille dissipat, omniaque consumit, & porcis pascendis dat operam, nihil de mercede cogitat, nec pretium tāti dispendij meminit: vbi autem in patris conspectum sese dare meditatur, nihil priùs meminit, quàm mercedem; nec gradum facit, in quo non velit esse mercenarius, hoc est, operarius propter mercedem. Quæ huius rei causa? Cur quàm priùs non meminerat mercedem, modò meminit? Equidem dum dissipat omnia viuēdo luxuriosè, & à patre, & à se ipso alienabatur, verum dum nec gradum facit, quin mercedem cogitet, iam videtur in se reuersus, sese parare ad paternos amplexus. Tunc enim videtur sibi cōstans homo esse, & dignus paterno amplexu, quādo nec minimum subit laborē, de quo non possit sperari magna merces à Deo. Non longè abest Beda in

Beda. prędicti fatus: *In semetipsum reuersus, etiā mercenarij statū, de mercede iā cogitans, concupiscit.* Prodigus ille est, & à patre Deo, & à se prorsus alienus, qui sua consumit; nullo verò lucro, nulla spectata mercede: ille à perditione reuertitur, & in paternos se præparat amplexus, cuius nec minimus labor est, cui nō debeatur merces cęlestis. Huc spectabat cęleste illud monitū aphd Lucam cap. 11. *Et vos similes*

miles hominibus expectantibus Dominum suũ, quando reuertatur à nuptijs. Cur præcipuè assimilemur illis, qui Dominum expectant à nuptijs reuertentem? Equidem nusquam cõfidentiùs homines expectant dona, & præmia laboris sui quàm tempore nuptiarũ; nec vnquam Dominus paratior ad retributionẽ seruorum, quã vbi cum diuite sponsa adsuos accedit: & tempus, & occasio, & abundantia rerum tunc maximè implet seruos expectatione mercedis, nec vllus labor vacuus manet mercede sua: quæ singulis liberaliter dis-
B. Bern. tribuitur. Hinc eleganter dicebat D. Bern. ser. 17. in Cant. *Nunquam cùm venerit Dominus, inueniat imparatos, sed semper vultus suspẽsos, expansosq; habentes sinus ad largam Domini benedictionem. Tales denique quærit, similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs: qui vtique ab illis supernæ mensæ copijs delicijs vacua nũquam reuertitur manu.* Cùm vtique Dominus plenus sit, nec potest inuenire vacua manu; tales amat habere affectus; qui nouerint se vacuare, vt recipiant, qui nouerint sic se gerere, vt nulli eorum labori non respõdeat merces diuina. Odiosus Deo est, qui se, suaque infructuosè consumit, amabilis valdè est, qui nec micam panis perdit, nisi vt iterum sumat illam; ni-
Eccles. 11 mirùm, vt ex illa magnũ possit reportari lucrum. Id quod persuadebat Ecclesiastes cap. 11. inquiens: *Mitte panem tuum super transeũtes aquas, quia post tempora multa inuenies illũ:* hoc puta in emittendo pane; quòd illam inuenies, vt iterũ cum lucro resumas. Explicatiùs Chaldæus: *Porrige escam tuam pauperibus, quoniam vadunt in manibus super faciem aquarum, quoniam post tempus multorũ dierum inuenies pretium eius, in hoc sæculo, & in sæculo venturo.* Nullo alio modo tua bona disnendas, nisi sciens, quia tibi pretiosiora accrescent.

Ioan. 10. Nemõ tollit eam à me sed ego pono eam à me ipso: & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, &c.

§. XIIII.

Maxima hominis excellentia est, quòd pati possit pro Deo.

EXpendendum est maximè, ex qua se Deus in primis exaltet potestate: equidem hanc potestatem suam in primis extollit, qua potest animam suam ponere. Non erubescit Dominus pati pro iustitia: in ò silentio tegens, quòd possit cœlos condere, in hoc gloriatur, quòd habet potestatem ponendi animam; non enim infirmitas, sed potestas fecit Dominum à Iudæis potuisse necari. Quò spectãs D. Leo. ser. 11. de Pass. ait: *Crux Domini, sicut in Iudæorum erat mẽte crudelis, ita est in crucifixi virtute mirabilis. Quod enim sæuitia infertur, potestate suscipitur.* Non infirmum hominem inuenerunt Iudæi, quẽ confoderent, vulnerarẽt, sed potentem Dominum, qui cũ voluit, potuit suscipere pro iustitia vulnera, & plagas. Et quidem potestatem hanc mirabantur Angeli Zachar. 13. aientes: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Sed cur Angeli mirentur de plagis Iesu inflictis? Cur non magis compatiantur? Miracula enim admirationem; passiones cõpassionem, & miserationẽ faciunt; cur Christi passio Angelis non potiùs miserationem, quàm admirationem inferunt? Planè in Iesu ab eàdem incredibili potestate venit, & plagarum susceptio, & miraculorum patratio. Vndè merito Rup. in præsenti exclamat
Rupert. aiens: *O magnum miraculum, mirum spectaculum præsertim in Domino, dominatore omnium, plagas habere in medio manuum suarum.* Inaudituni potestatis miraculum, quod qui vita erat, posset mortis excipere plagas: posse vulnera pro iustitia pati. Et quę vulnera? D. Petrus. 1. epist. 1. ait: *In quæ desiderant Angeli prospicere.* Ea sunt vulnera pro iustitia, vt Angelis sint in optatis, non in potestate: desiderant quidem Angeli potestatem patiendi, quam non habent, nec habere possunt.
Hebr. 1. Hinc Iesus ad Hebræos. 1. *Tanto melior Angelis factus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit:* quippè ad Philip. 2. *Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c.* Itaque Iesus longè superior Angelis claret ex hac potestate ponendi pro iustitia animam. Quid plura? Nõ solum Iesus, sed & puri homines se super Angelos extollũt, ex eoquòd potestatem habent ponendi animã pro virtute, & pietate. His laboribus, & sudoribus confisus Paulus sic supra Angelos se extollit, vt dicat: *Etiam Angelos iudicabimus.* Quid ais Paule quale iudicium tibi assumis super Angelos? Nimirùm iudicium, quo in laboribus, & sudoribus pro animabus, apparebo plus Angelis laborasse. De quo Orig.

hom.

hom. 11. in Numer. fatur. *Erit inter Angelos, & homines iudicium Dei: & fortasis iudicabũtur Angeli aliqui cum Paulo, & conferentur laboribus eius, & inuenietur in laboribus superior, etiã aliquibus Angelis, & ideò dicebat: An nescitis, quia Angelos iudicabimus?* Magnam spiritus potestatem pro virtute exercitam exhibebunt Angeli, sed vulnera accepta, sanguinem fusum, in quæ etiam Angeli prospicere desiderent, illi soli ostẽtabunt, qui carnem habent. Vndè natum fuit illud carnis humanæ nobile præconium à Tertulliano exaratum, lib. de Resur. vbi ait: *Nã illa beatissima caro, & glorioſissima, quæ potest apud Christum Dominum parere tanto debito, vt hoc solum debeat ei, quod ei debere desierit.* Cũ Dominus Iesus pro omnibus creaturis sanguinem fuderit, animamque posſuerit, quæ carnis sunt expertia nunquam par pari referre possunt, & quidquid aliud faciant, semper sanguinis sese æstimabunt debitores: in hoc fœlicior, & beatior caro humana, quæ dum potestatẽ habet se etiam vulneribus & morti offerendi, dum hæc præstat; sic satisfacit sanguinis debito; vt videatur id solum debere Deo, nimirũ, quòd ex illo acceperit, quòd debitis satisfaciens, debere desierit. Ex quo ipse Paulus, qui ad Philip. 1. dissolui cupiebat, & esse cum Christo; alibi etiam refugit carnis solutionem, contenditque ab illa liberari: nimirùm ne exuta carne, laborũ tolerãdorum potestatem exuerer. Id quod asserit D. Chrysost. hom. 8. in epist. ad Ephesios aiens: *Quomodo Paulus alibi precator, & optat, vt à magnis malis liberetur? Nihil mireris. Mortem, veritus, precatur. Mortem verò ideò timebat, quod adhuc esset passionum occasio.* Tãta est apud sanctos excellentia potestatis patiendi pro Deo, & virtute: vt ideò carnis solutionem extimescant, quia exuta illa, non possunt sese laboribus, & doloribus dedere. Quàm gaudeant sancti cum morte pro Iesu vide infra cap. 18. §. 14.

Orig. Tertul. Chrysost.

Ioan. 10. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos: dicebant autem multi ex ipsis: dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant: hæc verba non sunt dæmonium habentis, numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

§. XV.

Prudenter quasi insaniunt iusti, dum aduersus præsentem vitam insurgunt.

DVo mala in Iesu putabant esse iniquissimi Iudæi, nimirùm, & dæmonium, & insaniam; alij autem verùs locuti, negant dæmonium in tãto viro esse posse; sed nihil loquũtur de insania. Esto Iesus, ò boni, dæmonium nõ habeat, quid de insania dicitis? An Iesus insanit? Forsitan in Iesu aliquem virtutum excessum, & superabundãtiam viderunt, quæ diuina quasi insania (si sic loqui liceret) potuisset appellari, nec indignũ viro iusto, quòd videatur sic diuinè insanire aduersus hæc temporalia, quando quidem hæc est quasi vera, & prudentissima insania, Dauid Psal. 39. ait: *Beatus vir, cuius nomen Domini spes eius, & nõ respexit in vanitates, & insanias falsas.* Notanter dixit insanias falsas, vt innueret, quòd vir beatus nõ ab omni insania liber videri debet, sed ab ea insania, quæ falsa est: dum hanc caueat, fœlix erit, si aliam prudentissimam, & verissimam insaniam habeat. An non vera, & prudens insania est, qua iusti viri in omnia insurgunt tẽporalia, vitamque contemnunt, temporariũ honorem calcant? Accipite D. Amb. in præsenti: *Sunt ergò, & vera insania, & forsitã Prophetarum, qui in excessu mentis positi, prophetabant repleti Dei spiritu, vt quibusdam insanire viderentur, cũ propriæ salutis immemores, nudi plerumq;, & excalceati, sicut Isaias sanctus, per populos currerent.* Proh fœlicẽ insaniam! Verè insania hæc (si sic liceret appellari) non sordidos homines facit, nec ridiculos, sed præclaros, omniq; honore, & gloria dignos. Vndè aiebat Psal. 22. *Calix tuus inebrians, quàm præclarus est:* quid sordidius ebrietatis insania? Et nihilominus censetur à Dauide mirabiliter præclarus calix ille Dei, qui ebrietatis insaniam communicat. Si ebrietatem facit quomodo non sordidus, non fugiendus? Quomodo præclarus, & æstimandus? Qualis hęc ebrietas, & insania, tam præclara, tàm æstimanda? Pulchrè Petrus Dam. epist. ad Blancam cap. 1. ait: *Spiritus enim Dei hominum mentes inebriat, vt tanquam à suis sensibus alienati, diuitias huiusmũdi, honores, & gloriam respuant: ad subeunda verò pro Deo, quælibet dura: vel aspera, flammantibus desiderijs ardescant.* Quis hanc sensuum alienationem, & excessum non amet? Quis non glorietur de hac ebrietate, & insania? Illam non dubitat sibi adscribere Paulus. 2. ad Corinth. 5.

Psal. 39. Ambr. Pet. Dam.

dum ait: *Sive mente excedimus Deo; sive sobrij sumus, vobis*. Explicatus Græcus apud D. Thom. nimirùm: *Sive insanimus, Deo insanimus: sive sani sumus, vobis sani sumus*. Itaq; & sobrietatem, & insaniam suam expendebat Paulus; & tãtùm tribuit insaniæ, vt illam solam Deo consecret, sobrietatem proximis. Vocatur enim sobrietas hic à D. Thom. quidam condescensus sanctorum ad proximos, quo videntur cum illis agere, resquè eorum participare: ebrietas autẽ, & insania dicitur plena omnium rerum nuditas, & contemptus temporalium, quo sic inter ipsa temporalia inueniuntur, quasi extra omnia sint. Et cur hanc ebrietatem non sibi adscribant, & Deo cõsecrent sancti viri, quando in ea perfectissimè Deum æmulantur? Ait enim D. Dionysius Areopag. epist. ad Titum. *Inebriatus esse, atque excedere dicitur Deus, quippè qui eis omnibus, & plenissimus est, & rursus extra omnia, & vltra omnia segregatus*. Similiter erunt prudentissimè, & sanctissimè insani, qui sic supra omnia temporalia feruntur, vt ea nihilo habeant.

D. Tho.

Dion. Ar.

CAPVT XV.

De morte contemnenda, & alijs.

TRIA mala præcipua sunt in quouis prælio frequentissima: nimirùm fuga opprobria, mors: quid magis indecorum militi, quã sic artari ab hoste, vt cogatur fugere? Quid magis molestum, quàm opprobria ab hostibus iactata audire? Quid horribilius, quàm trahi ad mortem? Hęc omnia imprimis necessum est contemnat, quisquis militari gloria fulgere cupit, adeò vt, & aliquando sciat fugere, & opprobria dissimulare, & mortem oppetere ipsam. Quàm hæc vendibilia sunt apud prophanos sapientes! Sed quod mirere magis, eadem commendat suis militibus Dominus, & Matth. 10. & Luc. 12. Quippè ad gladiũ vocamur Christiani, hostilesnunquam non patimur incursus; fœlix, quem nullus metus frãgit; imò prout rei tulerit, vel fugam arripit, vel motti se committit, prorsus contemnens maledicas hostium linguas. Tormentorum fumus transibit, & simul apparebunt, humi reptantes hostes, & Christiani militis gloria sublimis.

Matth. 10. Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis non consumabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.

§. I.

Validissimum viri fortis facinus est, quod sciat fugæ dedecus, vbi res postulauerit, contemnere.

VT contemptibilis, & vilis hominis est quem is strepitũ, solo metu mortis fugere, ita præstantissimi viri est, & fortissimi nõ crubescere, fugam arripere, vbi nulla vtilitas, imò plurima incommoda timentur, ex eo quòd vel libertatem, vel vitam amittat. Hinc est, quòd Dominus, qui timidum pastorem cõdemnat, quòd cum damno ouium venientem lupum fugit, fortissimis, & validissimis pastoribus vsque ad vitæ profusionem dimicaturis impetat fugere: & merito id Dominus imperat, quando validissimum facinus est, quòd viri fortes persuadeantur fugam arripere. Nota est fortitudo Orientalium Regum, qui Matth. 2. non timẽt viuẽte Herode in ipsa eius Hierosolimitana curia, Regis Iudæorum orum inquirere. Sic enim per medios Herodis exercitus, apud ipsos Palatinos intrepidi clamant: *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum*? Hi ipsi, qui cum isto præconio non verentur totam Hierosolymam percurrere: post adoratum diuinum puerum monentur in somnijs ne reddirẽt ad Herodem: & clàm & furtiue per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Vtrùm in his fortissimis viris magis laudem, ignoro, vel quod intrepidi Regem conuenisant, interrogaturi de nato Iesu, vel quod occultè Regem fugiant. Sanè Imperfectus hom. 2. in Matth. vtrũq; in illis adstupet, ait enim. *O fides Magorum, non contradixerunt Angelo admonenti, dicentes: venientes ante multitudinem ciuitatum non metuimus, regem terribilem nõ expauimus: sed stetimus, & fiducialiter, qui natus fuerat, regẽ prædicauimus; & quasi seruos latẽter nũc iubes fugere? Sed fideles cõstituti, nec iũc timuerũt cognosci, nec modo erubuerunt occultè recedere.* Magna petebat Angelus, dum adeò fortè reges, fugitiuorum vult arripere viam. Sed strenui viri docti, & terribilem regem, & po-

Matth. 2.

Imperfect.

& potentes exercitus non timere: eadem & forte præstantiori fortitudine non erubescunt pro vita vnius agniculi immaculati latenter fugere. Quis iam inter præcelsos fortitudinis actus conuenientem fugam non cõstituat? Moyses ille designatus à Deo ad cõterendas nationes, post Ægyptium interfectum in Madian, fugit Pharaonis iram: fugit & Paulus à fratribus dimissus per murum. Sed cur imperturbabiles adeò viri sic voluerunt fugere? Equidem tunc in illa fuga clarius fortitudinis suæ testimonium edebant, seruati nouis doloribus, nouisque periculis.

1. Mar. 2. Matathias etiam 1. Machab. 2. fugerat ab Antiocho, & cum filijs suis in montibus delitescebat, expectans impetum hostium: Sed Deus illis maximum præstitit firmamentũ. Quale firmamentum? Ait textus. *Omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum.* Fugitiui potiùs ad timorem, quam ad firmamentum apti viderentur, an poterat sperari à fugitiuis fortitudinis specimen? De hisaiebat D. Athanas. in

Athanas. Apol. de fuga sua: *Eorum fuga à persequentibus, cum diuinæ dispositioni congrueret, ex ea re Deo chari sunt redditi, & pulcherrimum fortitudinis testimonium obtinuerunt.* Hinc iam nõ miraberis, quòd Iesus dux noster, dum venit cum morte, cum tormentis, cum iniurijs conflicturus, primum certamen ineat cum fuga: si enim fortissimus dux fuga dedecus superet, nullum aliud certamen requirit, vt fortitudinem ostendat suam. Sic ad eius nutri-

Matth. 2. tium Iosephum dicitur Matth. 2. *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge.* Quem non offenderet fugiens Deus ipse fortissimus? Sed tunc ostenditur magis fortitudo diuina, quæ nõ erubescit fugere, ne redẽptionis humanæ opus infectũ relinquat. Ad hęc

Chrysol. D. Chrysol. ser. 151. inquiens: *Fratres, quòd fugit Christus, fuit liberatio, non periculum creatoris: diuinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humana, non fugit propter vnthoris mortẽ, sed fugit propter sæculi vitam* Nunquam enim minùs conducit in viro forti fuga ad ostensionem, & gloriam fortitudinis, quàm conflictus. Fortissimus ille Dauid, qui imperterritus aggreditur immanem illam Philistini belluam; post modum Saulem aduersarium expertus est, & dum semel, & bis lanceam eius in se iaculatam vidit, 1. Reg. 18. *Declinauit Dauid à facie eius*, itaque qui non fugit Philisthæum, fugit Saulem, nec minor virtus in hac fuga, quam in illo conflictu apparuit. Quid plura? Paul. ad Hæbr. 11. referens magnalia veterum Patrum, sic ait: *Per fidem deuicerunt regna: obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij.* Meritò iũ-

1. Reg. 18

Hebr. 11.

git, & regnorum expugnationem, & conflictus cum leonibus, cum igne, & fuga à gladijs. Sed qualis ista fuga fuit adeò insignis, quæ potuit æquiparari conflictui cum leonibus, & regnorum expugnationi? D. Ansel. ait. *Effugerunt aciem gladij, sicut Dauid, qui dũ manu psalleret coram Saul, tenebat Saul lanceam, & misit eam in eum, Dauid autem declinauit a facie eius.* Nec immeritò tanti viri fuga, inter regnorum expugnationes, & conflictus cum leonibus meruit percenseri, vt inter Hispanorum facinora, percenseri solet celebris illa Pischariæ Marchionis declinatio, quę vocatur. *La bella retirada.*

D. Ansel.

§. II.

Fuga conueniens, & ardua, & gloriosa, est viro forti.

SVnt qui putent in præsenti non dari præceptum à Iesu de fuga, sed tantùm consilium: nec mirarer fugam factam fuisse rẽ cõsilij diuini, si spectarent illi, quàm arduũ sit, quòd vir fortis persuadeatur fugere. Equidẽ ardua res, & gloriosa viro forti, quòd amet, fugam arripere: & non potiùs vno impetu morti occumbere. Multi præcellentes viri extiterũt fugitiui quos largè percẽset, & extollit D. Athanas. in Apol. de fuga sua, à quo si quæras, qua ratione hi viri, eligerent magis, quã mortem, fugam: sic inquit: *Duo hæc pariter obseruabant, & quidẽ consuliò, ne sese periculis obijcerẽt, neq; cum crimine ignauiæ, quasi ignaui, timidiq; exulij arumnas, morte grauiores exhorrerent. Qui enim moritur, quiescit a miseriis, qui autem in fugam se dat, cùm in horas inimicorum aduersus expectet, mortem longè leuiorem, quam fugam existimat. Quapropter, qui in fuga moritur, non in gloriis moritur: nam & hi quoq; aduersam martyrij consequuntur.* Sapienter fugitiuorum vitam ipsa morte duriorem æstimant, nec vllus sapiens non velit potiùs vno rotatu gladij extremũ agere diem, quã innumeros pati in fugarum timoribus dies, nisi ad hos sustinendos Dei virtutisq; zelo se inflãmari sentiret. Hinc maximus ille Matathias. 1. Machab 2. dum Iudęorũ res sub tyrannide Antiochi videret, post præclarissimum facinus, quo Idololatras media in ciuitatis platea confodit: sic exclamat. *Omnis, qui zelum habet legis statuens testamentũ exeat post me. Et fugit ipse, & filij eius in mõtes.* Ecce vobis ad quid zelum legis, & paternã nobilitatẽ ob oculos ponit, nimirũ ad persuadẽdam fugã à crudelissimis hostibus. Hoc solẽt

Athanas.

1. Mach. 2.

maximi duces proponere ad confirmandos milites, vt fortiter pugnẽt; his propositis solent reuocari ipsi milites à fuga: quo enim alio magis accenduntur in prælium milites, quàm proposita religione, & patria gloria? Et tu, ò bonè, illis ipsis rebus, quibus reuocãtur à fuga, & milites accẽduntur in prælium, veteris, vt fugam suadeas? Quis vnquam id crederet de viro sapiente? Ille crederet, qui nouerit, quàm difficile, quàm arduum sit viro ingenuo, & forti fugitiuorum vitam amplecti. Equidem sapientissimus Mathathias calluerat optimè fugitiuorum ærumnas, & timores, & sic vbi ad conuenientem fugam viros ingenuos, & fortes trahere studet, eisdem vtitur sermonibus, quibus ad hostiles conflictus milites accendi solent: ratus non minus arduum, & glorioſum esse viro forti fugam inire, quàm confligere cum superiori hoste. Ad has Mathathiæ fugas, & fugitiuo-
Hebr. 11. rum vitam in montibus respiciens Paul. ad Hebræos 11. ait. *Alij verò ludibria, & verbera experti, insuper, & vincula, & carceres, lapidati sunt, sẽcti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierant in melotis, in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, &c.* Nescio, an Paulus post ludibria, & verbera, & carceres, & mutilationes membrorum, & mortes, extremo in loco posuerit fugitiuorum ærumnosam vitam in montibus vt quæ ipsa morte videatur difficilior, & glorioſior. Nec desunt signa, quibus Deus suorum fugitiuorum gloriam ostenderet maxi-
Athan. mam: ait enim Athan. in Apol. de fuga sua. *Certè Patriarcha Iacob inter fugiendum pluribus visionibus, ijsque diuinis dignus est habitus; Moyses item Deo charus, cum in fuga esset, tùm demum vidit illam magnam visionem, ereptusq; à persecutoribus pro Propheta in Ægyptum remissus est, &c.* Nec mirũ, quòd sic apud Deũ valeant viri fortes, qui eius amore adducti sunt, vt conuenientem temporibus fugam inire gaudeant.

§. III.

Metus mortis mortem ipsam reddit amabilem.

SApiẽtissimè Dominus, quos pro semortẽ subire volebat, prius in fugã mouet: noluit enim, vt statim prima persecutione mortem oppetant, sed vt fugiant, suadet; ne post fugam haberent iam in morte, quod timerent, sed quod ament. Qui enim in fuga viuit, tot ærumnis, tot mortis timoribus agitatur, vt indè nequeat iam mortem nõ amare. Act. 9. Iudæi decreuerãt interficere Paulum, custodiebant enim portas ciuitatis, ne posset egredi, quin in eorum manus veniret. 2. Cor. 11
Quid tunc? Feruidus Dei athleta non sese morti dedit pro Iesu? Ipse ait 2. ad Corinth. 11. *Per fenestrã in sporta dimissus sum per murũ, & sic effugi manus eius.* Deus bone, athletæ tuo priùs paras fugam, quàm glorioſam mortem? Siquidem tui milites mortis contemptores, imò amatores esse debent, cur priùs fugam illis insinuas? Vt sic alacriores ad mortem subeundam reddantur, in fuga enim maximè se exercent, ad hoc vt possint Athan.
mortem contemnere. Pulchrè D. Athan. in Apolog. pro fuga sua, ait: *Non enim præ timore operam fugæ præbuit, absit, quin potius fugam habebat pro palæstra, & meditatione aduersus mortem.* Quàm acutè fugam vocat palæstrã, & meditationem aduersus mortem, quãdo quidem in fuga quot horæ sunt, tot conflictus adsunt, cùm mortis timoribus; imò fuga nihil aliud est, quã perpetuus timor; nihil est securum fugienti, nihil est nõ suspectum, ad singulos arborum strepitus, se reputat mortuum, gladius est quidquid lucet, carnifex est, quisquis sonat. Fallar, nisi hic adeò frequens metus mortis non euacuet totum mortis horrorem, illamque faciat dulciorẽ, Palæstra est, meditatio est aduersus mortem vita plena mortis timore. Accipite rem apprimè effigiatam in Elia, is 3. Reg. 19. au- 3. Reg. 19
diens Iezabelem in se iratam. *Surgens abijt quocumque eum ferebat voluntas: venitq; in Bersabee Iudæ, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum viam vnius diei. Cumque venisset, & sederet subter vnam Iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur.* Ecce tibi Elias mortem expauẽs fugæ se dedit, & fugitiuus errat per deuia, montes intrat, vix altissimis cacuminibus præruptorum montium sui credẽs custodiã. Quid tunc? Post paucos fugæ dies deiectus ad radicem arboris, petiuit animæ suæ, vt moreretur, mortem anxiè expetiuit, illamque, tanquam sibi charissimam vocare incepit. Nonne Elia mortem horrebas, cur modò illam expetis? Equidè horrebat Elias mortem, ante quàm illam timuisset; post quã autem pro illius timore fugæ se dedit; illiusque timoribus fugiẽs hinc indè agitatur, eò deuenit, vt amabilem ducat illam, & vt dulcissimam sibi fore speret. Ad hæc Chrysol. Chrysol.
ser. 147. *Elias ille vbi sensit toto se timore aspergi, repetebat, quam fugerat mortem.* Et cur non amaret congressum mortis, qui aduersus illã habuit fugam pro palæstra, & meditatione, in qua toties exerceretur. Sanè athleta, qui

sæpe descendit in palęstrã: vt certaminũ meditamenta subeat, mirum in modum accenditur in amorẽ congressus. Sic qui diù mortem timet, cum eiusq; timore confligit, procul dubio amabit eius verum aduentum, habebitque ipsam fugam mortis, & metũ, pro palæstra, & meditatione aduersus mortem.

Matth. 10 Paulò inferius in hoc. 10. Matth. cap. sic monebat Dominus *Nolite timere eos, qui occidũt corpus*: quòd si requiras mediũ aliquod, quo non timeamus corporis occisionem, statim addit: *sed potius timete eum, qui potest, & corpus, & animam perdere.* Deus bone, iubemur corporis occisores non timere, & simul iubemur timere occisorem: si metus corporalis mortis abigẽdus est à cordibus Christianis, cur simul iubemur etiam timere occisorem corporis? Sapienter suggerit Dominus mortis timorem, vt sui doceantur mortem contemnere, tunc enim fortior fit homo, quando pro palęstra, & meditatione aduersus mortẽ, mortis etiam fugam, & timorẽ habet. Præclarè ad hæc D. Chrysost. in præsenti hom. 35. fatur. *Terrore moriendi morte superiores facit.* Superabis mortem quisquis in timore mortis vitam composueris.

Chrysost.

Matth. 10. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum: sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patrem familias Belzebub vocauerũt, quanto magis domesticos eius?

§. IIII.

Impudentissimè se supra Deum extollit, qui nescit illatis contumelijs parcere. Vbi agitur de Societatis Iesu Choro.

HAc vna ratione Dominus suos discipulos conuitiorum vult facere contemptores, qua necessum est, quòd discipuli, seruiq́ue non velint supra tantum Dominum, & magistrum sese exaltare, & efferre. De illo enim impudẽtissimo cõuitiatore, & blasphematore Antichristo, dicitur 2. ad Thes-

2. The. 2. salon. 2. *Quòd extollitur supra omne, quod dicitur Deus*: hanc impudẽtiam caueat quisquis verus Christi discipulus est, & cauebit illã, dum sciat etiam lacessitus, à contumelijs, & conuitijs abstinere. Equidem, qui non abstinet à conuitijs etiam lacessitus, Iesu magisterium cõtemnit, & extollitur supra omne, quod est Deus. Apud Ecclesiasticũ cap. 22. dicitur: *Ante ignem camini vapor, & fumus ignis non altatur, sic & ante sanguinem maledicta, & contumelia, & minæ.* Vidisti in fornace, an tequàm flamma erumpat, quàm sese extollit fumus, quàm effertur in astra; imò quàm nititur super ipsum cœlum sese constituere: sic antequam ad sanguinis profusionem deueniant homines, maledictis, & contumelijs, & minis se exaltant, supra cœlum, supra Deũ. Ad hæc monebat D. Chrysost. hom. 31. ad Popul. *Noli contrariam legẽ Deo sancire, nõ es tu melior eo qui fecit nos, ipse dixit: contumeliã patiens, aquè feres, tu dicis: contumeliã refero, ne fiam inutilis: tu maiorem igitur illius erram geris. Hæc sunt, & procacitatis, & superbiæ verba, quæ Deo contraria sanciunt.* Equidem, & contumelioſus, & conuiciator, qui lacessitus nõ abstinet à conuitijs, adeò procax est, & superbus, vt velit ipso Deo maior videri, & supra Dominum magistrumque suum constitui. Nec mirum, quòd verba contumelioſa denotent hominem se supra Deum extollẽtem; quando qui patiens est, medijs cõtumelijs eo ipso ostẽdit se hominẽ nosse. Quippè ait D. Ephrem de virtut. & vitijs: *Qui procacitatis, & contumeliæ spiritu non capitur, is verè nouit se hominem ex carne constare*: & meritò, dum se hominem ex carne constantẽ nouit aliquis, etiam lacessitus à cõtumelijs abstinet, cur enim homo vilis, & infirmus non abstineat à contumelijs, cùm videat Dominum, & magistrum suum inter contumelias obmutescentẽ? Superbissimus Apostata Iulianus Christianos omnes in opprobriũ, Galilæos vocabat; vt quos ferro feriebat, contumelijs etiã infamaret. Res peruenit ad D. Greg. Nazian cuius eloquentiæ erat superbissimi Apostatæ ora retundere, abeoq́ue cõtumelias Christianis illatas, totidem vindicare. Quid tunc Christianissimus Theologus? Accipite eius verba data in 1. orat. in Iulianum. *Quid prohiberet nos etiam aduersus Romanorum, & orbis imperatorem simili ludere cauillo? Ac illum, quoniam à Dæmonibus deceptus fuerit, Idolianum appellare, seù Adoniũ, siue Tauricremum, quemadmodum iam etiam à facundis quibusdam nostris est vocatus. Magna enim se offert copia, vt ex vera historia traditione, multa nomina confingi, aut componi valeant: Verùm cum saluator omnium, & Dominus in parcendo contumelioſis ad modum mansuetus es-*

Ecclesi. 22

Chrysost.

Ephrem.

Gre. Naz.

ser, & mitis, ac etiam pro crucifigentibus lachrymas profudisset, planè inconueniens fuisset, nos tali appellatione indoluisse, aut pudefactos esse, plurimi què fecisse vocem calumniatorũ horum, quàm animarum, & corporum, quæ probè ob veritatem contemnere scimus salutem. Hæc sanctissimus, & Christianissimus Theologus Nazianzenus, cui licet multa probra suppeterẽt, quibus Iuliano par referret, vt alij Christiani iusto etiam zelo retulerant, ipse elegit ab his omnibus abstinere, vt se ostenderet verum discipulum, & seruum crucifixi. Quis neget erudito viro multas in promptu fuisse materias, ex quibus opprobria configeret in calumniatorem? Quis neget etiam illa adfuisse fortissimarum rationum aculeos, qui hominem vrgerent in iustã vindictam? Erat equidem sanctorum virorũ authoritas simili vsa telo ad obstruenda ora hostium virtutis. Sed super his omnibus erat Christus, patris sapientia, & Angelorũ fortitudo, cui vt se subditum ostenderet Nazianzenus elegit tacere inter calumnias à Iuliano illatas Christi discipulis. Ad hæc etiam aiebat Cellen. Ab-

Abb. Cel. bas lib. de Panib. 23. *Lenit dolores patientis Christi assidua recordatio in cruce pendentis. Telum a corde excutit impatientia, dulcis memoria orationis perfusæ depinguedine gratiæ, & de virtute patientiæ. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Cui præ oculis est Christus saturatus opprobrijs, inconueniẽs est, quòd indoleat & pudefiat calumnijs, & maledictis. Dum hæc meditor, sese mihi obiecit statim, & sanctissima, & eruditissima Societas Iesu, de cuius ego spiritu viuo, quam hucvsque non cessant calumnijs, & opprobrijs prouocare. Quis numeret contumelias iactatas in hunc sanctissimum Ordinem? Quis maledicta congesta, quis conficta opprobria? Quorum nec minima pars liceret dici in vilissimum hominem: nescio qua erronea licentia in sanctum ordinẽ Societatis iactant, effutiũt. Quid illa inter hæc? Verè Christi subdita, nil magis curat, quàm tacere lacessita, & prouocata non vti eisdem cauillis. An quia nesciret respondere? Deus bone, si vellet in arenam descendere, quanta suppeterent illi arma? dissertissima est, plena linguis; plena plumis, imo & plena vnguibus aquilinis, qui possent, & doctè & sapienter ferire. Magna etiam illi copia se offert, vt ex verarum historiarum traditione multa nomina componere valeat, quibus calumniatorum ora obtruderet. Sunt illi præmanibus D. Hieronymi, D. Bernardi, & alio-

D. Tho. rum sanctorũ tela, quibus obtrectatores suos configunt. Adest D. Thomæ Opusculũ 19. vbi per plura capita speciatim retũdit similes calumnias à Doctoribus Parisiensibus iactatas in Dominicanã familiam. Verùm cũ Saluator omnium, & Dominus in parcẽdo contumelijs admodum mãsuetus esset, incõueniens ducit Societas Iesu probrosis appellationibus indolere; aut pudefieri, æstimans plurimi, & si alia desint, in hoc apparere Christi discipulam. Doctus quidã magister, dũ pro magisterij laurea perorat, cum multo auditorũ cachinno notat Societatis religionẽ, vt quæ non psallat in Choro. Deficit Societati illud virtutis exercitium; quis hoc neget? Similiter, & deficiũt illi alia virtutum exercitia singulorum ordinum, nec enim semper piscibus pro esca vtitur, nec nudis pedibus incedit, nec captiuorum redemptioni inflat. Sua tamẽ habet virtutum propriarum stemmata, quibus satis nota est mundo, & prætermisso, quòd pro choro habeat Societas Iesu indefessa litterarũ studia, quæ nõ solum tempus horarum canonicarum in choro sonantium adimpleant, sed & totam hominis vitam repleãt, in ò adsumãt. Vndè tot tela aduersus Hæreses conflãtur, quot scripta euulgantur quotidie, in quibus scribendis in hoc sæculo vniuersos Ordines sacros filij Societatis Iesu superant. Hæc pro choro data Societati Iesu: ait Pont. max. Greg. 13. in Bulla edita anno 1573. quæ incipit. *Ex Sedis Apostolicæ.* Prætermisso item, quòd pro choro habeat Societas Iesu cõmunẽ illam, & strictissimã obseruãtiã, quæ nullam exceptionem, nec in cibo, nec in vestitu, nec in obedientia, nec in paupertate permittat magistris, aut prælatis, aut alijs hominibus præstantissimis. Quæ vt arctiùs seruetur in omnibus, nec habeant præstantissimi viri occasionem procurandæ exemptionis, meritò chorus tollitur, cum quo nõ poterat non esse occasio exẽptionis pro lectoribus, pro magistris, pro concionatoribus, pro assiduis confessoribus. Prætermisso rursus, quòd pro choro habeat Societas Iesu, rigorosissimam illam paupertatẽ, qua nullus Societatis filius permittitur, sibi aliquid quærere, nec adquirere, nec vllo modo habere, sed omnia necessaria habere, ex Collegiorũ cõmunibus sumptibus. Quòd nequiret fieri cum choro, quando pro illo, exceptis lectoribus, concionatoribus, confessarijs, addenda erat alia sociorum multitudo, quibus alẽdis non sufficerent cõmunes sumptus, quod inconueniens experitur in ferè omnibus ordinibus sacris, in quibus religiosi multis necessarijs indigent, & pro illis habendis insudant. Ea quanto religiosiùs haberent, nemo non videt. Insuper prætermisso, quod Societas Iesu pro choro habeat laboriosissimã

illam

illam instituendę iuuentutis occupationem, quæ integros explet dies, quàm pleriq; aliorum religiosorum Societati debent, & quæ vniuersos choris canentium labores longè, in labore superat, & in vtilitate fideliũ vincit. Tandem prætermissis alijs singularibus Societatis instituti virtutibus, quas tractat, & doctissimè, & verissimè Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. per totum. Vnum præsenti materiæ non negabo, in quo supra modum lucet Societas Iesu, & est illi pro choro, nimirùm non recantare ad opprobria frequẽtissima, sed orare pro inimicis. Hic Christianitatis chorus, quàm floreat in Societate Iesu, nemo non videt. In simili duello fuit Nazianzenus pro parente suo, in orat. quàm in eius funere dixit; & vt obstruat os requirentium in vno vniuersas virtutes, sic ait: *Porrò tam ex veteribus, quã iunioribus, alij aliud donum quoddam egregium concreditum fuit: secũdum quod vnusquisque gratiam aliquam à Deo consequi dignus erat, Iob tolerantia in afflictionibus, & animi fortitudo: Moysi & Dauid mansuetudo Samuelis iurisdictio, & vt cerneret futura. Phineæ amulatio, à qua & nomen est sortitus: Paulo, & Petro concordia præcorij: Zebedæi filijs magniloquentia. Sthephani autem, & mei patris donum vnum ferme, & idem fuit: hic enim, nec in periculo constitutus odio habebat iaculantes, sed dum lapidaretur, pro lapidantibus tãquã Christi discipulus orabat.* Ecce tibi magister optime chorum, quem in patris mei Ignatij filijs requiras: non chorum psalentium, sed chorũ D. Sthephani primi martyris, qui orabat equidem non in alio choro, quàm inter calumniantium voces, & inimicorum iniurias, dum preces fundit pro illis. In hoc choro frequentissimos vident populi Ignatij filios veros Iesu discipulos, vt tu optime sępè vidisti, cùm te injurijs, & contumelijs in illos contortis per orantem audiebant Societatis filij, nec aperiebant os suum sicut agni, qui cædebantur in victimam. Fallar si tunc ipsi Angelici chori, non in viderint chorum Societatis filijs. Et cur Societatis filij mouerentur ad verba, & opprobria, quæ toties in Ordinem suum iaculata, summorum iudicum sententijs manẽt repulsa, & paulò post repellenda sperarent? Id fuit præclarũ monitum Cassiodori, lib. 1. var. 30 aientis. *Vos enim quos semper grauitas decet, nolite truculẽter insequi inanea verba populorum. Si quid est fortè, quod pœnam mereatur admissum, in Præfecti urbis notitiam deferatur, vt culpa legibus nõ per præsumptam coerceatur iniuriam. Quid enim discrepat a peccante, qui se per excessum nititur vindicare? Impunitenda est vltio, quæ de legibus venit: & excellenter videtur depulsato trium phasse, qui victor pronuntiatur à iudice.* Nec Christi discipulatum, nec grauitatẽ religiosam decet inanibus verbis contendere, & cõtumelioſum contumelijs referire: qui sint filij Societatis Iesu, quale suum institutũ vitæ, qualia exercitia virtutum, viderũt Summi Pontifices; viderunt Reges mundi, Regum senatus, Prælati vniuersi, regna ipsa, & populi, de quorũ suffragijs, & fauoribus viuit Iesu Societas, & crescit in dies. Et prò vno clandestino, & ad tenebras exteriores damnato libello, qui tantum ordinem mordeant; sunt plena Societatis scrinia publicis Pontificum, Regum que & Prælatorũ scripturis, quæ extollunt, & prædicant mundo vtilissimam hanc familiam, Deoque amabilissimam. Non fuit annus Apologiam facere, nec paragraphi metas excedere; sed solum hæc pertingere, vt decet filium in suos parentes, amoris semper ostendere scintillulas. Præcipuè cum noscam doctissimos hos in præsenti Societatis Iesu aduersarios, aliorquin esse viros, & religione, & sapiẽtia præstãtes, vt merirò possim de illis dicere, quod de Eusebio aduersario Diui Basilij fatur Nazianzen. orat. 20. quę est de Basilij laudibus. Nazian. Ait enim: *Cùm Basilio simultatem quãdam, is, qui ante ipsum Ecclesiæ præfuit, exercebat, vir cæterà quidem fortis, ac mirabili pietate præditus, vt illius temporis persecutio, & acris aduersus eũ susceptа contentio perspicuè declarauit: sed tamẽ in Basilio aliquid humani passus. Neq; enim vulgares tantum homines, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus attingit, vt solius Dei sit omni peccato vacare, atq; ab animi perturbatione immunem esse. Ac propterea aduersus Basilium Ecclesiæ pars se lectior, & sapientior concitatur.* Et quidem in præsenti simultatem quãdam, cùm Ordine Societatis Iesu habẽt viri alioquin præstantissimi, & eruditissimi, sed tamẽ aliquid humanum in Societate Iesu passi. Ac per hos aduersus Societatem concitatur non ignobilis Ecclesiæ pars, sic ego Societatis filius volo nominare, & habere Academiam Salmantinam, etiam dũ calumnijs aduersatur Ordini tanto; quàm simultatem tantorum virorum non iustitia peperit, sed infirmitas humana, vt regijs decretis declaratum est à maximo, & integerrimo regio Senatu.

Suar.

Nazian.

Cassiodor.

§. V.

Contumelioſæ voces nihilo faciendæ, vt spurcissimæ.

QVis æstimet calumniatorũ verba? Regem Angelorum Belzebub vocauerunt,

runt, hoc est, Idolum sanie, & tabo spurcum & fœtulentum: nec à talium ore aliquid non spurcum, & fœtidum nouit exire: cur ergò à stabulo conspurcari offendaris? Matathras ille moribundus. 1 Machab. 2. sic filios suos cõmonebat: *Averbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis est; hodie extolletur, & cras nõ inuenietur, quia conuersus est in terram suã: & cogitatio eius perijt.* Expende quare cõtumeliosorum verba, nõ sint extimescenda, nimirùm quia *gloria eorũ stercus est.* Imò quia stercus est contumeliosus homo, videbatur potiùs extimescendus, cur non extimescam stercus, à quo maculari possum? Equidem etiam à cloaca, à stabulo maculari possum, & nihilominus, non abhis timeo, quia tali spurcitia, leui me excutio motu: sic similiter à spurco, & fœtido maledicentis ore minimè timere debeo. Huc refero Senecam, lib. 4. epist. 92, dicentem, nõ tam vrbanè, quàm Philosophicè, & aptè in rem præsentem. *Quid stultius homine verba metuente? Demetrius noster solet dicere eodẽ loco sibi esse voces imperitorem, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquit, mea refert, sursum ista, an deorsum sonent? Quanta enim dementia est vereri, ne infameris ab infamibus?* Quòd stabulũ mittat à se stercus, nemo dolet, nemo ægrè fert: nec vllus est, qui in sterquilinium iratus sit, quòd fœtorem emittat: eo similiter animo se componere homo debet, vt contumeliosos, & calumniatores audiat, quasi si fœtulentis spurcitijs videat manare cloacas. Non longè abibat Dauid Psal. 5. de eisdem fatus: *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Quid est sepulchrum patens? Chrysost. ibi ait. *Non dixit simpliciter, & absolutè sepulchrũ, sed patens, vt etiam significet maiorem esse abominationem. Cùm enim oporteret eos huiusmodi verba cælare, illa etiam proferunt, vt suum magis morbum ostendant.* A sepulchro patenti, nil aliud exilit, nisi fœtor, & horror, nec qui inter sepulchra patẽtia inambulat, aliud indè expectat, quàm fœtorem, quem patienter ferat, necessum est, dum inibi inambulare velit Fœlix ille, & sapientissimus est, qui derisorum, & calumniatorum guttura, non pluris habet, quàm stabula, quàm sepulchra patentia, nec magis exasperatur ad eorum verba, quàm ad fœtulentiam sepulchrorum. Et quidem maledicorum hominum verba stercus sunt, & spurcitiæ; vnum solum verbũ est timendum, & expauendum, nimirũ verbum, quo à Deo maledicti damnantur. Aiebat enim sapienter Psal. 90. *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero:* vbi expendendum est, ob quod glorietur Dauid, nimirùm quod liberatus sit à verbo aspero. Quid magnum, si à verbo asperõ liberetur; vbi sunt plura verba aspera à Tot sunt verba aspera, quot calumniatorum, maledicorum, deridentium ora: cur Dauid tantùm æstimat liberari ab vnico verbo aspero? Equidem nullum verbum asperum est, nisi vnum illud verbum, quo à Deo maledicti in ignem mittentur æternum. D. Ber. ser. 3, ibi: *Quod est hoc verbum asperum, nisi illud insatiabilis gehennæ, Affer, Affer? Quid est verbum asperum, nisi: tollatur impius, ne videat gloriam Dei?* Nullum verbum asperum est, nisi quod Deus in damnatos iactat; hoc vnum timeat Christianus, ab hoc vno gaudeat liberari, cætera nihili faciat. Imò dicat cum D. Athan. in Apol. de fuga sua: *Vtinam ndsit aliquis ex nostro genere Christianus, qui maledicos pudefaciat, & magna voce pronuncict: Melius est confidere in Dominum, quàm intendere istorum stultiloquijs. Domini enim verba vitam æternam habent.* Hæc ille.

3. Mar. 2

Seneca.

Psal. 5.

Psalm. 90

D. Ber.

§. VI.

Viri religiosi superiores sunt omni contumelia, & opprobrio.

QVos magis credam domesticos diuini Patris familias, quàm religiosos viros, qui obliti domum patris sui, de domo, & familia Dei censetur? Hi ergò Dei domestici in primis docentur contemnere & nihili facere contumelias, & opprobria, qui enim mundo superiores sunt, ab illoque effugerunt, in domum, familiamque Dei recepti, quid timeant à verbis? Pulchrè Dauid Psal. 90. aiebat: *Deus meus sperabo in eum, quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero* Expende ordinẽ liberationis: priùs gaudet se liberatum de laqueo venantium, & deindè quasi consequenter, à verbo aspero, quasi hoc ex illo nascatur, vt qui mũdi laqueos effugerit, iam non habeat, quid sibi timeat à derisorum labijs. Ad hæc D. Bern. ser. 3. ibi. *Vos autẽ fratres mei, vos pennati, ante quorum oculos frustra iacitur rete: vos, qui diuitias huius sæculi penitùs reliquistis, quid timeatis à verbo aspero, quoniã iam liberati estis à laqueo? Fœlix tu, qui transiliisti laqueum, vt omnino longè fieres à verbo aspero.* Qualiter capientur verbis; qui nec laqueis capi potuerunt? Qui nullo mundialium bonorum amore teneri potuerũt, quomodo retinebũtur verbis contumeliosis? Celebris Dauid extitit apud Patres incontemnendis Semei contumelijs: quippè homo audax, & maledictis, & opprobrijs

Psal. 90.

Bern.

brijs mille iactatis sanctum regem persequi-
Psal. 38. tur, Dauid autem, vt ipse ait Psal. 38. *Cum cõsisteret peccator aduersus me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis.* Omnia facili negotio vorat opprobria, sed vndè rex magn⁹ adduci potuit, vt tàm facilè contumelias tãtas, tot opprobria dissimularet? Sanè id scie-
1. Reg. 16 mus, si tempus in quo sustinebat opprobria notauerimus. 2. Reg. 16. & Regiam, & ciuitatem fugiebat, & adeò bonis omnibus nudatus ibat, vt nudis pedibus iter conficeret. Post talem bonorum omnium spoliationẽ, quas contumelias nõ parui duceret? Qui sic didicerat cedere rebus, cur non cederet verbis? Sanè non mirer, quòd opprobria voret,
Ambr. qui sic omnibus regni bonis valedixit. Pulchrè D. Amb. in 1. Apol. cap. 6. huc spectãs dixit: *O insigne patientiæ! O deuorandæ contumeliæ grande inuentum.* Cur non sit ad deuorandas contumelias grande inuentum illud, quo Christianus sese euacuat omnibus re-
Isai. 51. bus mundi, & vni adhæret Christo? Sic monebat suos Dominus Isaiæ. 51. *Audite me, qui scitis iustum populus meus, lex mea in corde eorum, nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum nemetuatis.* Etmeritò illis, qui iustum sciunt, nimirùm, qui Christum norunt, & populus, & pars eius sunt, quibus etiam lex Christi cordi est, diciturne timeãt opprobria; post Christianam enim bonorũ abnegationem, quæuis opprobria, infantilia
Chrysol. tela sunt, vt vocat Chrysol. ser. 38. Hoc vel ex munere debet cognosci vir, qui Deo se
Matth. 2. consecrauit, quòd nimirùm calumniãtibus offerat veniam. Matth. 2. vbi crucis opprobria narrantur, dicit: *Et latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.* Hoc narrat Matthæus, quòd latrones probra iacerẽt in Iesum, & nil amplius dicit. Verùm Lucas ca. 23. insuper notat, quod Iesus paradisum dederit latroni, & rursus quòd pro blasphemantibus, & persequentibus oraret dicens: *Pater ignosce illis.* Sed cur hæc præcipuè Lucas notauit? Ad Lucam spectabant ea quæ sacerdotalia erant in Iesu; vt qui à sacerdotio incipit Euangelium, vt communiter Patres notant. Nil autem magis sacerdotale,
Ambr. quàm veniam dare opprobrijs, & calumnijs. Ad hæc D. Amb. lib. 10. in Luc. ait: *Lucas autem competenter asseruit latroni veniam sacerdotali intercessione donatam, & Iudæis persequentibus eodem munere indulgentiam postulatam.* Quis ad sacrum ordinem pertineat, qui munus suum non ostendat, veniam offerens calumnijs?

Matth. 10. Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur, & occultum quod non scietur.

§. VII.

Nunquam non patebit, quis fueris? etiam inter calumniarum, & contumeliarum tenebras.

NOn tantùm est positum in ore, & æstimatione hominum, quòd verbis suis possint penitùs obnubilare, imò obtenebrare veritatem: licèt mille verborum nubila conglomerent, mille opercula parent, quibus æternum lateas: tamen non poterit non apparere, quis fueris. Notissima est historia pueri Moysis à parẽtibus dimissi, à filia Pha- *Exod. 2. 1.*
raonis excepti è flumine. Sic habes 2. Exodi: *Suscepit mulier, & nutriuit puerum, adultumq; tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in filium vocauitq; nomen eius Moyses, dicẽs: Quia de aqua tuli eum.* Quis nosceret iam puerum illum vocatum filium tantæ reginæ? Quomodo nõ haberetur, & diceretur Ægyptius iuuenis, Pharaonis nepos, Ægyptiorum aulæis nutritus, totiusque Ægypti curis obseruatus? Sed accipite, quid de illo dicat textus: *In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditq; afflictionem eorũ, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc, atq; illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo.* Cur Moyse, Ægyptius Princeps factus non magis faues Ægyptio? Cur de te Ægyptus, nõ magis benemeretur? Hæc te fluctibus iactatum excepit, in filium te adoptauit regis, & nomine, & adoptione, & mille modis curauit, vt Ægyptius habereris; cur ergò aduersus hanc ita pro Hebræis? Non potuit tandem non apparere, quis in veritate esset: id quod no- *Imperfect.*
tãs Imperfectus hom. 25. in Matth. ait. *Perdidit beneficium suum Ægyptus, non potuit benè nutriendo facere suum, qui melius nascendo fuerat alienus.* Vocetur, licèt, Ægyptius Moyses, imò licet totas suas in eum effundat tenebras Ægyptus, non poterit sic illum perpetuò habere; quia necessum est quòd appareat, quis quisque fuerit, Aiebat Dauid Psal. *Psal. 148*
138. *Dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.* Sanctissimus vir timebat sibi à tenebris, timebat

contu-

cõtumeliarum,& opprobriorum caligines, quibus hostes in illo,quod habebat bonum, obtenebrare volebant. Quin etiam lucidissimos eius dies in turpissimas commutabant noctes, eius famę detrahentes, maledictis, probrisque & blasphemijs in illum iactatis. Cur sub his tenebris sepeliri non timeret? *Sed nox illuminatio mea*: alij ex Hebręo legũt; *sed nox lucida circa me*. Tantum abfuit, quòd Dauidis virtus tenebris sepeliretur, quòd ip sæ tenebræ,ipsa nox illam manifestarint, & fecerint apparere. *Chrysost.* Pulchrè D. Chrysost.in præsenti;*Non dixit,nox deleta est,sed nox fuit lucida,hoc est,nox manent nox,malascilicet, & calamitates non potuerunt me cõculcare, sed fuit lux in nocte,hoc est,mei extitit defensio*. Impossibile est,quòd virtus lateat, quando & ipsæ tenebræ, & nox pro sole sunt,vt ipsam reuelent;& si non oriretur sol,nec vllus dies iam esset;nihilominus appareret,quis iustus esset,vel ipsis tenebris, vel ipsis caliginibus pro sole existentibus. Pręclarè illa dicebat Cant.3.*In lectulo meo,per noctes quæsiui, quem* *Cant.3.* *diligit anima mea*. Ante optauerat, & dixerat:*Indica mihi vbi pascas,vbi cubes in meridie?* per medium diei quærere Dominum volebat;modò per noctes quęrit. O fœlix Dei inuestigatrix magis illum quære per diem; in die enim tot erunt eius indices, quot de eius domus vbertate pascuntur;seù quære in aurora,quando laudant eum astra matutina, vt laudantium vocibus ducaris ad eius conspectum.Noctes forsitan conculcabunt eũ, quandò in domo Cayphæ occultatus, calũnijs,opprobrijs, blasphemijs in numeris ita obtegitur,vt vel ab oculti simo Isaia nouissimus virorum reputetur. Nonne potiores tibi dies,quàm hæ tenebrosę noctes ad inueniendum Deum? Cur relictis diebus noctes tales quæris? Ad hęc eleganter ait Gilliber. Abb. ser. 1. in Cant. fatus. *Gill. Ab.* *Nox inquit illuminatio mea in delicijs meis. Quid si ad inuentionem sponsi nox operatur? Cooperatur planè, & accommodatè satis*. Equidẽ,vt Iesu virtus appareret,noctes ipsę, hoc est, ipsæ carceris tenebræ; & blasphemiarum caligines pro sole extiterũt,quæ illam publicarent. Fallar, si posset dies sic iustum Deum hominibus prædicare,vt opprobriorum noctes illũ indigitarunt. *Psalm.* Aiebat Psal. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam*, dies forsan aliquod verbum de Iesu facit, & verbum, quod magis instar ructus,quã instar loquelæ se habeat;vt videatur potiùs mandi, quã explicari;at nox scientiam indicat, hoc est lucidissimam notitiam, & sole clariorem euidentiam facit. Quippè Matth. 17. video *Matt.17.* Iesu faciem in Thabor fulgere instar solis sed non à sole,sed à nube venit vox, quæ filiun Dei declaret.*Et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus*:quasi caligo,& tenebræ clarius reddant testimonium,quo,quis sit filius Dei appareat. Sunt equidem opprobriorum caligines prò sole ad filios Dei declarandos. *Matt.27* Matth.27.dicitur: *Et postquam illusserunt ei, exuerunt eum clamidem,& induerunt eum vestimentis eius,& duxerunt eum,vt crucifigerent*. Nudus erat in Prætorio Dominus, nuduque irrisiones,& opprobria sustinuit,quando irridentes salutabant,aue Rex Iudæorũ. Sed post has illusiones,& ludibria,statim sub propria veste apparet. Rem meditatus D. *Hieron.* Hier. ait.*Cùm autem illusionis, atque irrisionis pompa pretierit,tunc pristinas vestes recipit,& proprium assumit ornatũ: statimq; elementa turbantur,& creatori testimonium dat creatura*. Quid ab irrisionibus,& ludibrijs priùs reciperet Dominus,quã quòd sub proprijs vestibus appareret,iamque ab vniuersis creaturis notaretur,publicaretur? Faciunt hoc semper contumeliæ,& opprobria, vt iustinentes iustos sole clarius manifestent, declarẽt. In cruce iam Dominus erat positus,imò prætereuntium cõtumelijs expositus: quippè ait Matth.27.*Pretereuntes blasphemabant* *Mar.27.* *eum,mouentes capita sua,& dicentes, vah qui destruis templum Dei,& in triduo illud reædificas,salua temetipsum: si filius Dei es,descende de cruce. Similiter,& Principes Sacerdotum illudentes cum scribis, & senioribus dicebant: Alios saluos fecit,se ipsum non potest saluum facere,si rex Israel est,descendat nunc de cruce,& credimus ei,confidit in Deo: liberet eum,si vult; dixit enim,quia filius Dei sum. Id ipsum autem, & latrones,qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*. Quòd si scire cupis *Luca 23.* causam tenebrarum harum,Lucas cap. 23. deliquium solis assignat,ait enim, *& obscuratus est Sol*. Quò posito notandum est, quo tempore Sol sese absondat,nimirùm quando Iesus in cruce positus incredibilibus opprobrijs,contumelijs,blasphemijs obscurabatur. Quid agis ò Sol, cur retrahis lucem tuam? Cur non magis multiplicas radios, vt innocentia Saluatoris appareat? Cur te non magis efformas in plures lampades, quę patientem in cruce Deum declarent? Audiuit Sol conuitia in patientissimum Iesum iacta ta,& statim quasi non necessarios suos retraxit radios,sic enim inter sustinenda opprobria Iesu sanctitas clarebat, vt mirum esset, quòd indè non cognoscatur. Non longè ab- *Chrysost.* est D. Chrysost. hom.89. in Matth. fatus. *Post omnia verò,qua per insaniam, & furorem fecerunt,quando deridendo saturati sunt, quando*

do contumiliando animum suum explcuerunt, quando denique è omnia ab ipsis dicta sunt, quæ volebant, tunc tenebræ apparent. Sed quo modo, inquis, omnes mirati homines adeò non sunt, vt Deum ipsum putarent? Meritò stupet Chrysost. quòd potuerit esse aliquis adeò cæcus, cui nõ pateret Iesu sãctitas, & diuinitas, vbi sic per tot toleratas contumelias mõstrabatur, non enim, Sol, sed opprobria, quæ pro Solè sunt, dum tolerantur, filios Dei apparere faciunt.

§. VIII.

Iustorum conuitiator non absconditur, sed ad supplicium patebit.

INdè etiam iubetur iustus non timere conuitia, non timere in se iactatas contumelias, quia tandem contumelioſus, & conuitiator non manebit absconditus, sed qualicumquè prætextu, & specie sese tegat, apertè reuelabitur contumeliarum reus ad
Iob. 20. pœnam. Huc spectabat Sophar Naamathite Iob. 20. inquiẽs: *Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæc hæreditas verborum eius à Domino.* Ecce tibi, quid contumelioſa impiorum verba hę reditent à Domino, nimirùm, quod cœli reuelent iniquitatem eorum, in diem furoris Dei. Quid est, quòd cœli reuelent? Dicunt velgò de aliquibus malefactoribus, ille sub maligna stella natus est, qua omnia eius facinora statim patent, & in illis deprehenditur. Sic in præsenti de omnibus cõtumelioſis, qui verbis impetunt proximos, dicit Sophar? quòd videlicet omnes hi sub adeò malignis astris degunt, vt statim à cœlorum virtute reuelentur, & manifestentur in pœnam Et quidem manifestabuntur, etiam si in defensionem vnius iusti necessum sit pro illis
Gen. 39. deprehendendis omnem conterere terram Accipitè ex Gen. 39. historiam Ioseph, hic à fratribus suis male tractatus mille contumelioſa verba patienter accepit. Inuidia illi commoti somniatorem appellant, vt seruum vendunt venditus peruenit in Ægyptum, vbi post carcerem, post ferrum ad regni solium euehitur. Ecce vobis Ioseph in Ægypto regnat? sed & qui fuerunt in eum contumelioſi fratres, sine vlla tanticriminis infamia apud patrem suum gaudentes degunt. Num sic in perpetuum degent? Num poterunt rei deprehendi? Ioseph in Ægypto est, illi nec Ægyptum nouerunt, qualiter fieri potest, vt deprehendantur, & reuelentur, & manifestentur? Nota rem mirabilem dum sic res essent, vt ad Ægyptum traheret diuina iustitia Iosephi fratres, illorum que iniquitatem reuelaret, immisit famem per vniuersum orbem: ait enim textus: *In vniuerso orbe fames prævaluit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat.* Contumelioſi in Iosephum quærebantur vt reuelati eius sistere tur pedibus? & vniuersa terra fame conteritur. Deus bonè contumelioſi in Iosephum pauci fratres fuerũt, quid necessum est, omnem affligere terram? Sanè, vt cogantur cõ parere contumelioſi in vnum iustum, & debitam deprehendi in pœnam, nil immotum relinquit Deus, etiam vniuersam terram sci uit euoluere, & conterere. Rem pulchrè tra
Imperf. ctans Imperf. hom 25. in Matth. ait. *Qui quasi maleficus in carcere fuerat, quasi Propheta eductus est. In vnius pueri vindicta totus mundus fame flagellatus est.* Non æstimat Deus totum mundum affligere, vt comprehendantur, & reuelentur illi, qui in iustum aliquem contumelioſi extiterunt De his, qui iustos
Ezech. 4. opprimunt, dicebat Ezech. 24. *Sanguis eius in medio eius est super limpidissimam petram effudit illum, non effudit illum super terram, vt posset operiri puluere.* Equidem, qui terrenis hominibus infestus est, dissimulare, & operire potest facinora sua meritis, seù culparum terreni hominis puluere. At quiiustum & innocentem ferit, tanquam, qui in limpidissimam petram sanguinem effudit, qui nulla vnquam operietur terra, sed præ oculis omnium erit. Notissima est murmuratio Mariæ, & Aaronis aduersus fratrem Moysem propter nuptias, cùm alienigena fœmina, & ethyope. Puniturus ergò Dominus hanc murmurationem venit ad taber naculum, quòd nube implet, in ibi arguit
Num. 21. vehementer obiurgatores intra nubem cõstitutos. Quid tunc? Num. 12. ait textus: *Iratusq; Dominus contra eos abijt: Nubes quoquè recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra, sicut nix.* Expende qualiter mumuratores viri iusti non patitur latere sub nube, sed hic est quasi primus gradus diuinæ iræ aduersus eos, quòd nubes recedat, & lepra eorum appa-
Origen. reat. Id quod notans Orig. hom. 7. in Numer. ait. *Ira furoris Domini efficitur super eos, qui malè loquuntur, & detrahunt. Verùmtamen, quòd dicit, & nubes recessit, & Maria facta est leprosa, sicut nix, considerandum est di-*

ligentius, quòd priùs recedit, nubes, & ita lepra repletur. Ecce ira Dei super sanctorum murmuratores, priùs nubem tollens, omnem illis latendi spem eripiens, deindè illorum lepram reuelans.

Matth. 10. Quòd dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis prædicate super tecta.

§. IX.

Nulla in sublimitate constitutus non glorietur homo de improperijs Christi.

IMproperiorũ, & contumeliarum toleratio à Christo Domino prædicata posset credi solùm tenenda esse, & obseruãda absconditè, & ab his, qui oculos hominum latent. Qui conspicui sunt, altoq; dignitatum effulgent gradu, & throno, qualiter sibi improperia: & contumelias, & cæteras vilitates vtiles esse reputabunt? Meritò ergò Saluator cauet doctrinam hanc non ad latebras tradi, sed ad Solem, vt non solum latenter, & à latentibus, sed etiam conspicuè, à conspicuis & sublimibus obseruandam. Qui thronus non magis extollatur, & glorietur improperijs Christianus? Sanè nullus sublimior thronus, quã thronus, in quo sedebit rex gloriæ iudicaturus viuos, & mortuos. Super hunc celsissimum thronum, dum sedet Dominus, sic de se loquitur Matth. 25. *Esuriui, & dedistis mihi manducare.* Cur in tãta gloria constitutus nõ erubescit dicere se esuriuisse? Ad rectum iudicium sufficere notare, quid dederint homines, quòd ipse esurierit, ad quid potuit esse necessariũ? Quid famis memoria ad thronum? Multum equidem, glorioßissimum enim sibi putat Dominus, se è tam sublimi solio pro suis esurientem ostentare. Vndè Pulchrè aiebat Chrysol. ser. 14. *Gloriatur in cœlo Deus, vndè pauper erubescit in terra, & hoc reputat in honorem sibi, quod pauperi computatur iniuria. Oquid agit amor pauperis!* Quid agit? Quòd Dominus etiam in regali solio constitutus, etiam supra nubes leuatus non erubescat se paupere, & esurientem prædicare? imò id sibi glorioßum æstimat, quia in eo ostenditur pauperũ amator. Sic Christi discipuli quãuis in solio dignitatis sint, quamuis in sublimi, & conspicuo sedeant loco, glorioßa tibi reputens Christi improperia, gloriẽturque tales videri, & reputari, qualis visus fuit, qui cùm iniquis fuit reputatus Christus. Non erubescant culmina Christi nuditate, Christi improperijs radiare? imò hæc putentur nouam culminibus, & dignitatibus gloriam addere, Dum primus orbis Princeps Adamus creatur, an tantò sublimis solio, fulsit in auro? An erubuit nuditatem? Absit; imò nuditatis rubor illum à solio deiecit ad latebras: dum in solio erat regali, gaudebat nuditate? nec priùs incepit nuditatem erubescere, quàm fuerit à solio detrubatus. Reuera quisquis nuditatem Christi, & improperium erubescit, indignum se ostendit culmine, & throno Christiano, quin imò indignus est, qui in Dei oculis appareat. Rem eleganter attigit D. Petr. Damian. epist. 89. fatus. *Antè vocem serpentis, ait scriptura: Erat* Pet. Dam. *vterquè nudus, Adam, scilicet, & vxor eius, & non erubescant. At post quam eis venenata consilia callidi draconis instillabit astutia, protinus scriptum est: cùmque cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Audenter dicam, quia quisquis, vt compatiatur Christo nudari vestibus erubescit, hic procul dubio serpentis verba audiuit, & quia de sua nuditate confunditur, instar primi parentis à diuinis aspectibus occultatur. Et re vera, siue dubio celatur à facie Dei, qui portare dedignatur improprium Christi.* Non se fallat, qui prætextu culminis, & solij Christianam dissimulat nuditatem, & improperia Christi deuitat: non hoc dignitas petit, non thronus, sed serpentis sibilus: splendor enim Christiani throni ex Christiana vilitate, & improperijs commendatur. Dauid Christi pater, & animo totus Christianus, dum in solio esset regali. 2. Reg. 6. nudus prosilijt antè Dei arcam, qua nuditate incurrit mille proba, & contumelias in se ab vxore iactatas. An forsan indecens fuit tanto regi, exponi improperijs, & contumelijs puellarum; D. Ambr. epist. 36. fatur: *Non erubuit Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est. Ludebat enim Domino puer suus, & ideò amplius placuit: quia ita se humiliauit Deo vt regale post haberet fastigium, & vltimum exhiberet Deo, quasi seruulus ministerium.* Nihil vnquam turpe fuit culminibus, quòd Christo cesserit honori? nec vllo magis dignitates illustrantur Christianæ, quàm Christi improperibus. Et sanè *Prælatus*, aut cuiuis Ecclesiæ præpositus, qui dignitatis

Matt. 45

præ-

prætextu euangelicam refugit nuditatem, à Christique improperijs abstinet, raros, aut prorsus nullas laboris sui fructus Christo afferet, nullos in Christo filios generauit. Sic Michol Saulis filia, dum viri sui nuditatē coram arcam condemnat. 2. Reg. 6. sterilitatis pœna manet ipsa damnata. Ex cuius dānationis iudicio pungit D. Petr. Damian. quosdam, qui prætextu grauitatis externam pœnitentiam recusabant. Quippè ait epist. 89. Michol ergò merentur habere magistrā, qui carnem suam coram fratribus perhibent nō esse nudādam. *Et quoniam isti arescentes in radice superbiæ, nūquam spirituālem germināt fructum, his meritò cōgruit, quòd de illa quoque scriptura testatur dicens: Igitur Michol filiæ Saul nō est natus filius vsque in diem mortis suæ.* Nec qui detrectat imperia Christiana vllos vnquam Deo filios generabit.

Petr. Dam.

Matth. 10. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam.

§. X.

Corporis mors non timenda, sed amanda, vt magnorum bonorum custos.

MEritò iubemur mortem corporis non timere, dum non potest mori anima: & quidem, dum anima non perijt, dum non perditur, nihil perditur in morte corporali: imò omnia ibi amissa seruantur. De Moyse dicitur Deuther. 34. *Mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini*: & mirabor, quòd adeò sanctus vir in morte dicatur seruus, cùm mors sit pijs, & iustis viris abolitio omnis seruitutis, & introductio in filiationē Dei. D. Paulus ad Rom. 8. de morte sanctorum locutus, sic ait: *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectātes, redemptionem corporis nostri*. Itaque in depositione corporis sanctis viris depositio seruitutis applaudit, & illos diuina expectat filiatio. Cur ergò Moyses in morte seruus Dei dicitur, & non magis filius? Nonne ea pollebat sanctitate, qua in morte reuelationem filiationis diuinæ potuisset expectare? Erat equidem in morte Moyses filius Dei, sed is filius, qui nihil differt à seruo de quo sic definiebat Paul. ad Galat. 4. *Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à seruo, cùm sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsquè ad præfinitum tempus à Patre, &c.* Homo proculdubio in morte minoratur, fitq; quasi filius ætate minor, cui omnia bona auferuntur, tutoribusque dantur, non vt ablata in perpetuum maneant, sed vt reseruentur integra perfectæ ætati. Et quis tutoris, curatorisque munus subit, in auferendis bonis, & conseruandis? Mors equidem corporis id subit munus, quæ omnia vitæ bona nobis auferat, non vt aufert, sed vt instar curatoris seruet, & custodiat, vsque dum crescamus per resurrectionem in perfectam ætatē pleni tudinis Christi. Quis iam metuat bonorum amissionem, quæ per mortem accidit? Hinc pulchrè D. Ephrem de Pœnit. fatur. *Mortem curatorem facitò, vt cum resurrectionis tempus aduenerit, tanquam legitimæ ætatis factus ista recipias, & tanquam infans potestatem suorum non habens, in morte abscondas, vt in resurrectione velut laborum tuorum author, ac Dominus appareas, reddatque tibi depositā tua Deus.* Nihil amittis in morte corporis, sed & quæcunque tibi auferuntur, non auferuntur à latrone, sed à curatore, quæ integra postea restituet, cum legitimæ ætatis factus, Dominus in resurrectione appareat. Machabæorum fœlicissimæ mortes, dum referuntur. 2. Machab. 7. dicitur: *Post hunc tertius eliditur, & linguam porrigebat citò protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait: E cælo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero.* Nihil à seruis Dei morti datur perdendum, sed seruandum: quæcunque in mortis manibus deponunt, in tuto asserunt, vt integra recipiant. Hinc suborta fuit celebris quæstio de gloria horū puerorum, & gloria trium illorum, qui in Babyloniam fornacem fuerunt missi, vter triūphus maior? Quibus illorum sese Deus propitiorem ostendit? Pueros Babylonios integros seruauit, mediaque inflammanti fornace nihil corruptionis in eis permisit: Machabæos pueros ardenti sartagine fuit torreri, & penitus corrumpi. Ergò Deus minus his propitius, quam illis? Absit, imò Machabæis propitior, vt iudex propitior ostenditur erga puerum, cui omnia bona aufert, vt sub curatoribus constituat? quām erga puerum, cui bona omnia per-

Ad Ro. 8.

Ad Gal. 4.

D. Ephr.

2. Mac. 7.

mittit, exposita ætatis immaturæ periculis. Rem attigit D. August. ser. 110. de diuersis cap. 3. inquiens. *Quare illi ab ignibus liberati, isti ab ignibus consumuntur? Ergò illis Deus aderat, hos deseruerat? Absit: imò vtrisque affuit: Illi quidem de morte liberati sunt, sed in huius vitæ tentatione manserunt: Ab igne liberati, ad pericula reseruati. Machabæi meliùs, & tutius liberati sunt.* Sanè meliùs, & tutiùs liberatur puer, qui sub curatoribus est, quàm qui suæ libertati relinquitur: illius bona in tuto sunt huius in periculo. Ille videtur à seruo non differre, sed nihil seruile patitur, imo reuelabitur Dei filius, & omnia resumet. Hic videtur liber, sed in periculo est, ne sit cupiditatum mancipium; extremamque incurrat seruitutem, & omnia imò ipsam suam substantiã dissipet. Locutus Iob cap. 3. de morte aiebat: *Paruus, & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo.* Quæ verba sic Græcè sonant: *Paruus, & magnus illic est, & seruus nõ metuens Dominum suum.* Si seruus ibi est, quomodo liber à Domino? quomodo non metuit Dominũ. Dicat, quòd iam ibi nõ est seruus, quòd nulla potest in morte seruitus apparere, cùm per mortem liberemur à seruitute. An manet etiam in morte seruitus aliqua? Manet equidem non seruitus seruilis, sed seruitus filialis, qua filius, dum paruulus est, sub curatoribus constituitur: hic seruus non habet iam quid timeat, & seruus est: & ab omni timore liber, cui omnia in tuto asseruntur.

August.

Iob 3.

§. XI.

Præstantissimi cuiusque est Dei offensam timere.

NOn omni metu vacuos permittit Dominus manere suos discipulos, totius Christianismi Principes, imò dũ inanes tollit metus, quos metus habeant, docet: nimirùm quod Deum timeant, qui animam potest in gehennam mittere. Et quidem timor ne Deus offendatur, decet etiam præstantissimos. Dum Herodes in Iesum sæuiret Matth. 2. apparet Angelus in somnis Ioseph, & dicit: *Surge, accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Cur per Angelũ Iesu periculum ab Herode imminẽs explicatur Ioseph, & suadetur fuga? Nonne Ioseph posset per homines scire odiũ Herodis in puerum, & timere puero Iesu ab Herode? Cur magis oportuit, quòd certior per Angelum fieret? Non Angeli passi sunt esse postremi in eo, quòd timeant offensam fieri Dei filio: decet enim semper præstantissimos, primos inueniri in timore de Dei offensa. Eleganter Chrysol. ser. 151. inquit: *Mandatur fuga mandatur cœlitus, mandatur per Angelum, vt videatur cœlum timor ante tenuisse, quam terram.* Vbi offensa Dei timetur, vbi timor est ne Iesus Dei filius lædatur, curant cœlestes spiritus primi apparere sub illo timore, vt qui deceat præstantissimos. Quid plura? Adeò timenda res est præstantissimis viris Dei offensa; vt omni corporis damno emerent liberari ab illa. Magnus ille vir, & præstantissimus Christi athleta Paulus, qui iam cœlestes mãsiones triuerat, nihilominus totus sub hoc Dei timore pauidus, hoc præbet tanti timoris indicium. Quippè ait 2. ad Corinth. 12. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, vt me colaphizet.* Expende illud, *datus est mihi, &c.* sic stimat æstimulum quasi magnum donum Dei: sed vndè potuit Paulus lætari de stimulo carnis, velut de dono, nisi ex timore, quem habebat, ne incurreret iactantiæ offensam? Proh sanctissimum timorem, dignũ tanto Apostolo! Præclarè ad hæc D. Amb. de Virg. lib. 3. *Illecebrosa iactantia est quam etiam Paulus veretur, lubrica, quæ etiam in Paulo cauetur. Sed non iste facile mobilis casu, qui reuelationibus timebat extolli. Et ideò fortassis athleta lætatur, quòd vulnere corporis emere didicerat animi sanitatem.* Sanè qui sibi timebat à iactantia, à Dei offensa, non vir erat facilè mobilis, non plebicola quidam erat, sed Apostolorum facile Princeps, sed magnanimus Dei athleta, cuius erat omni damno corporis emere securitatẽ à Dei offensis. Fallar, si potest esse vir fortis absque hoc timore. Solebant Angeli, dum alicui apparebant, illi iubere metus deponere: sic ad Mariam Luc. 1. *Ne timeas Maria:* sic ad Ioseph Matth. 1. *Noli timere:* semel tamẽ inuenio Angelum, cum timido homine loquẽtem, & nihilominus nulla de timore verba facientem. Id accidit 3. Reg. 19. vbi Elias timens, & fugitiuus sese tradidit somno. Quid tunc? *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, surge & comede, &c.* Cur Angele non iubes priùs metus ponere, cur de more non excutis metum tanti Prophetæ à corde? D. Greg. Papa hom. 14. in Ezech. rationem reddit: *Apparet fugiẽti Angelus, cibum præbet, quia lõgum iter restat, prædicit, & tamen timorem de corde non excutit, quia in corde Prophetæ magna erat custodia fortitudinis illa infirmitas timoris.* Manebat in Elia timor nõ de morte corporis, quam iam appetebat, & pro qua supplicabat, sed Dei timor in illo mane-

Matth. 2.

Chrysol.

2. Cor. 12.

Ambros.

Luc. 1.

D. Greg.

manebat, quem non excutit Angelus, vt qui sciret robur tanti Prophetæ ad longam viam necessarium nõ posse manere, nisi spiritu timoris diuini firmaretur.

§. XII.

Potentissima ad salutem causandam æternæ flammæ memoria.

FOelix homo, qui illũ metuit Dominum, qui potest animam, & corpus perdere in Gehennam: non enim ociosè Gehennam in præsenti meminit Dominus, sed vt cuius memoria validissima sit, ad mala omnia depellenda, salutemque causandam æternam. Dũ ignitis morsibus ferirentur Israelitæ, passimque perirent Numer. 21. ære misso in fornacem conflauit Moyses serpentem æneum, eumque à fornace eductum proposuit populis aspiciendum. Sed quale hoc remediũ miseris pereuntibus? Quid quòd æneus serpens à fornace eductus aspiciatur, vt indè possint flãmãtia vulnera sperare remedia? Equidem fallar, si vel memoria æterni fornacis non possit ardentibus cupiditatum flammis afferre medelã. Adhæc aiebat D. Ephrẽ de Pœnit. *Pusilem igitur serpentem ex fornace sumpsit, vt flammam tuam in mentis corruptionẽ effusam reprimeret.* Quæ libidinum flamma inter ipsas medullas desæuiens non refrigeretur, vel ad aspectum fornacis illius æterni, cui præsidet serpens antiquus, serpens ille vectis? Nil mali permittit in nobis esse vna Inferorum fornacis recordatio: Psal. 54. aiebat Dauid: *Veniet mors super illos, descendant in infernum viuentes.* Nec paruam fecit quæstionem D. Aug. quomodo illi, super quos mors venerat, in Infernum descenderent viuentes? Si mortem super se exceperunt, quomodo viui ad infernũ descendunt? Sanè nulla mors, nullum malum potest offendere illos, qui viuentes norunt ad infernum descẽdere, æternasque angustias, vel mente perpẽdere. Qui sic ad infernum descẽdit, nõ mortem, sed vitam, sed vitiorum casum, sed virtutum alimoniam inde refert. Huc adducite illud Genes. 42. vbi Iacob dicit suis filijs: *Audiui, quòd triticum venundetur in Ægypto, descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere.* In eo constituit spem vitæ, & alimoniæ, quòd filij descendant in Ægyptum, & sanè Ægyptus regio mortis erat priſtinis sanctis, regio, inquam, angustię, & tenebrarum, regio damnatorum; vt indè sciremus vitam & alimoniam nobis parare, quòd vel mente damnatorum regionem de ambulemus. O qualem mercatum, quàm diuites nundinas bonorum omnium in regione damnatorũ inueniet, vt sibi necessaria ad vitam comparet, qui viuus illò descendit. Pulchrè ad hæc D. Pet. Dam. ser. 60. in D. Nicolaũ fatur: *Totus tremo, atque horreo ad memoriam regionis istius, & concussa sunt omnia ossa mea. Illic est ignis, qui non succenditur, vermis, qui nõ moritur, frigus horrendũ. Ibi fator intolerabilis exoritur, percutientes mallei resonant in cessanter, obtusæ tenebræ cumulatius indensantur. Illic confusio peccatorum horribilis facies Dæmonũ, inextricabilium vinculorũ fertilis multitudo, Ibi fletus, & stridor dentium, planctus, & gemitus, & alternantia mala impios, sine pietate descerpunt. Nihil sic valet ad extirpandas voluptatum radices, quàm istorũ memoria. Curre per has tumultuantes nundinas, vt viuens descẽdas in infernũ, & facsarcinam tuam odiũ peccati.* Pet. Dam. Felix mercator, qui viuus nouerit in regionẽ damnatorum descendere, mihi credat, nullos in latrones incidet, nullum spoliũ patietur; nec spoliatus, nec vacuus redibit. Imò plenas secum sarcinas reportabit armorum, quibus vitia de triumphet, & in vniuersas carnis voluptates desæuiat. Quis voluptates amet, post illius horrendi carceris conspectũ? Nec prætermittam, quę de illa etiam regione D. Cypr. scripta dederit: is de laude Martyrij fatus, dum pœnas, à quibus per ilud liberamur expendit, ait: *Sauiens locus, cui Gehenna nomẽ est, magno plangentiũ murmure, & gemitu, & eructantibus flammis per horrendam spissæ caliginis noctem, sæua semper incendia caminifumãtis expirat: globus igniũ arctatus obstruitur, & in varios pœnæ exitus relaxatur. Tũc sæuiendi plurima genera, tunc in se ipse cõuoluit quidquid ardoris immissi edax flamma cruciarit. Hos, quibus recusata vox Domini, & imperia fuere contempta disparibus coercet exitij, proque merito salutis exactæ vires suas suggerit, dum pars sceleris discrimen imponit. Et alios quidem moles intolerabilis curuat, alios per abruptum clinosi tramitis collem vis sæua præcipitat, & catenarum stridentium nexum graue pondus inclinat. Sunt & quos agens strictim rota, & indefessa vertigo, & quos tenaci inter se densitate constrictos adhærent corpori corpus includat, vt & absumat incẽdium, & grauet ferrum, & excruciet turba multorum.* D. Cypr. Quid horribilius?

D. Ephr.

Genes. 42

Matth. 10. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram, sine patre vestro? vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo, &c.

§. XIII.

Viri iusti nihil ad perfectionem suam pertinens non recuperabunt ex morte.

REuoco in memoriam, quod §. 10. supra dedi de morte, quam habent viri iusti dominam, & curatricem, vt quæ redditura sit rationem omnium bonorum, cùm deuenerimus in perfectam ætatem plenitudinis Christi. Quid times ergò in morte? Curator est, omnia tua sub catalogo accipit, vt reddat: huic accinit præsens locus, nimirùm: *vestri autẽ capilli, capitis, omnes numerati sunt*: nihil tuum, nec minutissimum capillũ mors recipit, cuius non reddat rationem, & integrum restituat. Ad hæc Iob cap. 17. *Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris stratum lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es, Mater mea, & soror mea vermibus.* Vt suum erga mortem affectum explicaret, sufficeret, quòd putredinem patrem vocaret, patrisq; loco haberet; cur & vermes matrem, & sororem appellet? Duo considerabat sanctissimus in morte, quæ illam amabilem reddebant: primum quod in præsenti per mortem omnia mala abolentur, ideòque illam patrẽ vocat, de cuius robore venit, quod filij à malis liberẽtur: alterum quod in futurum omnia à morte vorata sunt restituenda; ideò vermes vocat matres, & sorores: mater enim paruuli filij accipit bona, non vt prolibito fruatur illis, sed cum ratione, vt quæ illa integra redditura sit, cum filius ad perfectam ætatem peruenerint. Nihil bonorũ filij accipit mater, quòd ab illa non debeat exigi, quia illud nõ sub proprio accipit dominio. Sed in depositum, cuius rationem reddat. Sic morti, sic vermibus, sic perditioni raduntur homines iusti, velut paruuli filij matribus, non vt dilapidẽt, & deuorent eorum sustantias, sed vt omnia in depositũ habeãt, quòd ab eis post modum exigetur. De quo aiebat D. Petrus Dam. epist. 151. *Iam quos in remio suo terra susceperat, quos aqua sorbuerat quos edax flamma cõsumpserat, omnes quasi commissum sibi depositum reddunt, & vitæ absq; vlla sui diminutioni restituunt.* Tenetur equidem curator apud se deposita bona pupilli absq; vlla sui imminutione reddere, vbi exigũtur, similiter vniuersæ creaturæ, quę corruptioni hominum deseruiũt, tenentur homines integros, & perfectos restituere. Huc spectabat iustissimus Dominus Gen. 9. inquiens: *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum.* Quæ verba tractans D. Damas. lib. 4. Orthodox. cap. 28. sic ait: *Quonam modò facturus est Dominus, vt sanguinem hominis de manu omnium bestiarum requirat, nisi quia corpora hominum, qui mortem obeunt, ad vitam excitabit?* Dominus enim iustissimus iudex, pupillorũ adiutor, permittit pupillos suos, iustos suos, homines suos, & elementorum voracitati, & bestiarum dentibus; nõ tamen permittit illos bestijs, aut elementis, vt hæc dominentur illorum pro libito, sed vt curatores illorum agãt; veniet enim tempus perfectæ ætatis, & tunc iudex ipse pupillorum recordatus ab vniuersis bestijs, & creaturis integra suorum corporis bona requiret. Tradimur enim morti non ad dominium, sed ad depositum, cuius rationem reddet in resurrectionis die. Hinc pulchrè Tertull. lib. de Resur. carnis, ait: *Resurgit igitur caro, & quidem integra. Indepositò est vbicumque apud Deum perfidelissimum sequestrem Dei, & hominum Iesum Christum. Carnis interitum quem putas, secessum scias esse. Non sola anima seponitur, habet & caro secessus suos, interim in aquis, in ignibus, in alitibus, in bestijs cum in hac dissolui videtur, vel vt in vasa transfunditur, vt rursus ex illis præsentetur Adam auditurus à Domino: Ecce Adã quasi vnus ex nobis factus est, venè tunc compos mali, quòd euasit, & boni, quod inuasit.* Pro fœlicem diem, in quo pupillarem ætatẽ ægrei si integram restitutionem bonorum omniũ capiemus, absque vlla imminutione, nec minutissimi capilli!

nob 7.

Pet. Dam

Genes. 9.

Tertull.

Matth. 10. Omnis ergò, qui confitebiturme coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est.

§. XIIII.

§. XIIII.

Fœlix ille, cui nihil datur spectari, nisi Christus, in quo vno omnia perfectius habentur.

MAgnum equidē est hominem sese tormentis, sese crudelibus mortibus dedere ob confessionem Christi, quot retributiones parantur athletis, qui tanto in agone sanguinem effundunt? Ecce retributiones: *Confitebor, & ego eum coram patre meo*, Quantula hæc retributio ad tantos labores? Cur non magis explicantur gaudia cœlestia, gloriarum coronæ, æternorum Principum cōsortia, Angelorum acclamationes? Cur illis omissi vna solum Christi apud *P*atrem cōfessio asseritur? Equidem hoc ad summam fœlicitatem pugnantium spectat, quòd præ termissis omnibus vnum Christum habeāt in optatis, habeant præ oculis. Sic monebat Paulus suos commilitones ad Colossens. 3. *Quæ sursum sunt quærite: vbi Christus est in dextera Dei sedens.* Ad terrena omnia fastidienda suffecisset sursum oculos attollere, cur insuper addit illud, vbi Christus est? Non sufficit ad perfectam, & penè interminabilem, & inconcussibilem fœlicitatem, quòd cœlestia spectes, sed quòd vnum Iesum spectes. Id quod acutè notans D. Chrysost. hom. 13. ad Popul. ait: *Propterea nos admonet dicens. Quæ sursum sunt, quærite. Quæ sursum sunt, qualia dicis, dic mihi? Vbi Sol, vbi Luna? Vbi Angeli, & Archangeli? Vbi Cherubin, & Seraphin? Non inquit. Sed vbi Christus est in dextera Dei sedēs.* Non te plenarie fęlicem putes, dum aliquid aliud, siue terrenum sit, siue cœleste, spectes præter Christum. In hoc vno plenaria fœlicitas iustorū nititur: aiebat enim Isaias cap. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.* Quæ terræ bona hæc, quæ promittuntur sanctis, nisi bona Christi? Christus est terra sublimis in dextera Dei residens: Christus est terra fluens lac, & mel, quæ veris Israelitis promittitur, nec illis decorum esset, quòd aliud spectarent præter hanc terram Christum. Acutè, & elegāter in temporales homines arguit Tertul. lib. de resurr. carnis ex hoc loco dicens. *Fœlix, nimirū, fides, si ea conseeutura est, quibus hostes Dei, & Crhisti non modò vtuntur, sed abutuntur; ipsam creaturam colentes aduersus conditorem. Bulbos, & tubera in terra bonis deputabis, Domino prænuntiāte, ne in pane quidem victurū hominem. Sic Iudæi terrena solummodo sperando, cœlestia amittūt, ignorantes, & panem de cœlesti repromissum, & oleū diuinæ vnctionis, & vinum spiritus ex vite Christi.* Pulchrè doctor iste irridet fœlicitatem fidelis hominis, si aliud spectaret præmiū laborū suorum præter Christum; quidquid enim præter Christum est, commune est etiam infidelibus, & Dei hostibus, solùm quod pertinet ad Christum reseruatur, vt proprium præmium fidelibus iustis, quorū plena est, & inconcussibilis fœlicitas. Et cur non erit horum plena fœlicitas, quando in vno Christo plenus, & perfectius omnia possideant? Apud Matth. cap. 17. dum supra Thaboris verticem transfiguratus est Iesus, simul apparēt in gloria Moyses, & Elias colloquentes cum Iesu: tunc lucidissima nubes adest ex qua vox Patris sonat, quorum gloriæ impares discipuli concidūt, & paulisper diuino tactu recreati, dum aperiunt oculos, *neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Paulò ante, & Moysem, & Eliam glorioſos, & nubem lucidam viderant, nunc neminē vident, nisi solum Iesum, & aliorum perdunt cōpectū? Absit, imò nunquam magis illis gaudent, quàm dū vno solo gaudent Iesu, in quo meliori conditione cætera vniuntur. D. Chrysost. hom. 11. in Marc. ait. *Tres perdentes, vnū inueniunt. Imò, vt amplius dicam, in vno tres reperiunt. Magis enim reperitur Moyses, & Elias si in Christo conglouentur.* Fœlix, qui vnum habet Christum, quem solum aspiciat, in quo vno magis omnia habebit, nunquā enim rebus magis fruetur, quam dū nullis fruitur, quæ non sint Christi. Quò refero illud D. Hieron. de Nepotiano dictum in eius epitaphio, nimirùm. *Nepotianus meus, tuus, noster, imò Christi, & quia Christi idcirco plus noster.* Nulla equidem magis nostra, quàm quæ nobis sunt in vno Christo. Vide infra. §. 23.

Colos. 3.

Chrysost.

Tertull.

Chrysost.

Hieron.

§. XV.

Non publices statim omnia laudabilia, quæ in te sunt, etiam si in tuas laudes descendere cogaris.

ACutè in præsenti notat Maldonatus noster Christi Domini modestiam, & humanitatem, qui dum ait: confitebor, & ego eum coram Patre meo, se quasi testem facit, cùm fanè futurus sit iudex in dextera residens Patris. De iudice tacet, de teste loquitur, vt hanc eius ebibamus modestiam, eius affectæ, & etiam cum liceat laudabilia de nobis euulgare, non statim summa, non statim omnia, sed quasi, qui ægrè, & difficul

ter aliquid promit, semper minima promamus. D. Paulo Iesu perfectissimo discipulo necessitas fuit aliquãdo de se laudabile, quid promere. 2. ad Cor. cap. 12. & post narratũ quanta potuit modestia raptum illum celebrem, in tertium cœlum, ait: *Pro huiusmodi gloriabor, pro me autẽ nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, nõ ero insipiens, veritatem enim dicam, parco autẽ; nequis me existimet supra id quod videt in me.* Itaq; in laudes suas descendit Apostolus, & dum vnam solam reuelationẽ meminit, statim de his tacet, nec aliã explicare vult. An illam solam reuelationẽ habuit? Absit: plures aliàs habuit, & illustriores, verùm modestus, & humilis vir non omnia effundit laudabilia, contentus plurimis præter missis, vnum quid euulgare. Pro quo D. Chrysost. hom. 5. de laudibus Pauli, ait: *His autem omnibus maius est, quia necessitate cogente, nõ vniuersa fudit in medium, sed plura etiam, & maiora celauit. Venio, inquit, ad visiones, & reuelationes Dei: parco autem; nequis de me existimet supra id quod videt. Hoc verò dicendo nos erudit, vt ne existẽte quidem necessitate, omnia quorũ nobis conscij sumus, in medium proferendo vulgemus, sed ea solum, quæ audientibus vtilia iudicamus.* Maximum est, quòd homo suas laudes occultet, suas virtutes cælet: sed id longè maius, quòd vbi necessitate cogẽte aliquid laudabile exerendum est, sic nouerit necessitati seruire, vt vltra id quod sufficit, nec vnũ alterum laudis verbum proferat. In hoc etiã mirabilis extitit Samuel. 1. Reg. 12. vbi panegyrim pro se apud populum faciens, ait: *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bobem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum si oppressi aliquem, si de manu cuiuspiã munus accepi, & contemnam illud hodie, restituãque vobis.* Hęc de se loquitur Samuel, præter hæc nil aliud dicit: sed non habet Samuel alias virtutes? Habebat equidem plures, & longè illustriores, & præstantiores, vtpotè vir castissimus, spiritùque Dei plenus, iniuriarum prorsus immemor, sed illa solum exprimit, quæ ratio temporis postulabat, vt erudiretur recẽs creatus Princeps. Ad hęc Chrysost. supra ait. *Non enim super decore pudicitiæ, neque de oblitione locutus est Samuel iniuriæ, sed super tali re quadam, quam præcipuè discere regem illius tẽporis oportebat, ideſt de conseruanda integritate iustitiæ, & manibus abstinendis à muneribus.* Nec minor his sese ostendit Dauid, adhuc puer, sed miris ornatus Dei muneribus: is dum oues patris pascit pro tuenda grege non dubitat sese leonibus, & vrsis opponere: dum apud Regiam viuit. 1. Reg. 16. sic psallebat, vt fugaret spiritum malum à Saule. Quid tunc? Hic tantus, ac talis iuuenis, quem propter dicta non dubitant serui regis vocare fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis; hic, in quam talis iubenis, dum se apud Saulem cõmendaret, vt sineretur aduersus Philistæum exire, sic ait cap. 17. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietẽ de medio gregis, & persequebatur eos & percutiebam, &c.* Et quidẽ maius erat virtutis signum, quòd vel cytharæ pulsu fugaret malignum spiritum, quàm quod percuteret leonẽ, aut vrsum; cur ergò quod maius est prætermittit, & minimum publicat. Sufficiebat ostendere se cum leonibus pugnasse, vt crederetur ei pugna, cum Philistæo à Saulè, ideò vir modestus, & humilis à maioris facinoris publicatione abstinuit, dum explicauit sufficiens. Id quod notans. D. Chrysost. supra inquit. *Dauid etiam glorians de eis vtiq; gloriabatur, quæ emendare auditorem valerent. Neque enim de se aliam commendauit ille virtutem, sed vrsum, & leonem eduxit in mediũ, atq; aliud prorsus nihil.* Sic verè humiles, & modesti viri, etiã vbi ad proprias laudes descendere necessitate aliqua vtgentur, quantum minima possunt prædicant, maiora semper, & illustriora obtegentes.

2. Cor. 12

Chrysost.

1. Reg. 12

Chrysost.

1. Reg. 16

Chrysost.

Matth. 10. Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terrã, non veni pacem mittere, sed gladium.

§. XVI.

Salutaris sit, qui gladium portat.

FErreũ putas Iesum, quia exultat in gladio, vt quasi in virga ferrea suos moderetur, asseclas, apage, non est meus Iesus ferreus, sed totus suauis, totus salutaris, ideò illi à patre gladius traditur. Equidem aiebat Cassiodorus 6. lib. 1. *Tutò illi commissa est, potestas necis, qui fuerat author salutis.* Tutissimè ergò Iesus meus humanæ salutis author gladium ostendit, nec in tam salutari manu gladius potest efficere aliquid nõ salutare. Mihi credite, tradit Deus gladiũ non illi, qui perdat, sed qui saluet. Ariolus ille Balam Num. 22. valdè iratus in asinam suam, quod corruisset, ait: *Vtinam haberem gladium, vt te percuterem,* & valdè miror, quòd non haberet iste

Cassiodor.

Num. 12.

iſte gladium, cùm iret inter armatos, vocabatur enim ab exercitu Moabitarum, vt malediceret exercitui Iſraelis, & cùm iter ageret circa hos duos validiſsimos exercitus, gladium ſecum non portat? Cur miſer non tibi magis caues a tot armatis militib⁹? Cur vel ex neceſsitate, aut occaſione temporum gladio aliquo non accingeris? Rem attigit

Philo. Philo lib. de Cherub. inquiens. *Gratia maxima conditori, qui ſciens imprudentiæ rabiē non dedit tanquam furenti gladium, ne quoſcunque obuios magna clade conficeret.* Huc ſpectare ſolet conditoris noſtri prouidentia ne gladius cōcedatur, niſi à quo ſalus poſsit ſperari. De

Pſal. 44. filio Dei locutus Dauid Pſal. 44. ait: *Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternū. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potētiſsime.* Cur petit Dei filiū gladio accingi? Prius viderat illum humanum, gratioſum, benedictionibus plenū, & meritò amat gladiū accingi ab illo, à quo tot gratiæ, tot benedictiones, tot ſalutes poſſunt dimanare. Præclarè

D. Paſch. D. Paſch. ibi: *Hinc quoq; poſt egregiam formā decoris, poſt gratiam diffuſam in labijs, poſt benedictionem perceptam æterna hæreditatis, imperatur a patre, vt accingatur gladio ſuæ fortitudinis ad vltionem inimicorum, ad reprehenſionem contradicentium, ad conſeruanda rerum omnium iura, vt in pace ſint omnia.* Non aliter ſummus conditor amaret gladium videre, niſi in latere eius, qui ſimul gratijs, & benedictionibus perfundebatur, vt hominibus pacem inferret, & ſalutem. Nunquam ſine ſalute gladius potuit Deo prorſus amabilis exiſtere. Vndè cum Dominus iubebat à ſuis gladios emi, acceſſerunt diſcipuli dicentes, ſe duos habere gladios, quibus ipſe reſpondit Luc. 22. *Satis eſt* quaſi nō eſſet ſatis gladius vnus, ſed cur nō eſſet ſatis gladius vnus, niſi vt in duobus, explicaretur duo officia, quæ Deus in gladio requirit, nimirùm, & reſciſsio mali, & illatio ſalutis? Pro quo D. Paſchaſ. lib.

D. Paſch. 12. in Matth. inquit. *Diſcipulis Chriſti, nec plus ſunt neceſſarij, quam duo gladij, nec minus habere congruit. Vnum in verbo, quo feriatur quiſque, vt viuificetur: alterum, quo vlciſcatur omne ſcelus.* Itaque nunquam Chriſtianus gladius potuit Deo placere, niſi de ſocia ſalute, ideò ſuū Eugenium monebat D. Bern. lib. 4. de conſi

D. Bern. der. *Nunc verò arripe gladium, qui tibi ad feriēdum creditus eſt, & vulnera ad ſalutem, ſi non omnes, ſi non vel multos: certe quos poſſis.* Hoc nunquam permittendum, quòd Chriſtianus gladius non ſpectet ad ſalutem.

§. XVII.

Vbi gladius, ibi & erit Ieſus.

NOn mittit Ieſus gladium in terram, & in cœlo ipſe manſit; ſed cum gladio deſcendit ipſe, & venit; nec gladius miſſus fuit quin Ieſus veneit. Indè iam fœlices cōpellabo eos, qui gladij experiuntur incōmoda, certiſsimè etiam experiētur Ieſu gratias, & ſuauitates. Sap. 18. Ægyptiorum memorans ſtrages: *Omnipotens ſermo tuus Domine* *Sap. 18.* *exiliens de cœlo, à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminij terrā proſiluit, gladius acutus inſimulatum imperium tuum portā & ſtans repleuit omnia morte.* Ecce tibi gladius in Ægypto, & quidē duriſsimus, & acutiſsimus gladius, qui omnia repleuit morte. Num venit in Ægyptū ſolus hic duriſsimus gladius? Abſit, ſed & Ieſum audio veniſſe in Ægyptum: ait enim Matth. 2. *Accipe puerum* *Matth. 2.* *& Matrem eius, & fuge in Ægyptū.* Cur puer Ieſu fugis in Ægyptum? Cur non magis in Iudeæ montana repetis iter? Ibi Ioannem etiam latitantem inuenies, qui exultet in aduentu tuo, cur mauis ire in regionem adeò ignotā? Iuerat illò priùs gladius acutus omnia replens morte, & mille plagis mortificās & quò iuerat gladius nō poterat, non venire quàm primum Ieſus. Imperfectus homil. 2. in Matth. apud Chryſoſt. ait. *Recordatus* *Chryſoſt.* *Dominus, qui non in finem iraſcitur, quanta mala fecerit ſuper Ægyptum: ideò mittit filium ſuū in eam, & dat illi magnæ reconciliationis pignus, & perpetuæ amicitiæ pignus, vt decem plagis Ægypti vna medicina ſanaret.* In Ægyptum præmiſerat Deus gladium, præmiſerat plagas, & eò feſtinat mittere Ieſum, qui cum ſolus ſit, non poteſt abeſſe a abeo, cui gladius plagam infert. Id nouerant Iudæi captiui Oſeæ cap. 6. dicētes. *Ipſe capit, & ſanauit nos: percutiet, & curabit nos.* Siue vt expreſsius apud *Oſea. 6.* Græcos habetur: *Ipſe percuſsit, & medebitur nobis. Feriet, & curabit vulnera noſtra. Sanabit nos poſt biduum. Tertia die ſurgemus, & quaremus corā ipſo, & cognoſcemus.* Ecce tibi ſimul, & percuſsio, & medela: vulnus & ſalus: gladius feriens, & ſaluatoris manus, qui vel per hoc præſens agnoſcitur. Sed cur non magis diſtat à vulneribus inflictis ipſa curatio? Theophylactus, ait: *Propter facilitatem, hoc ci-* *Theoph.* *cit, quia non indiget diutina circuitione Deus ad curam; verum accumulatam ſtatim exhibebit ſanitatem. Nàm percuſſæ naturæ iniecit filiū ſuū ſeu curationem.* Vbi gladius incipit ſæuire, noſque percutere, non diù medicus, & ſal-

uator morabitur, iã paterna Dei viscera medelam parant, & filium suum vnigenitũ mittit post percussionem gladij. Huc spectabat
Ad Ro. 5. Paulus ad Rom. 5. *Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum; vbi autem abundauit delictum superabundauit gratia, &c.* Itaque primum lex introducta est, & post legem statim Iesus author gratiæ, sed cur necesse fuit priùs legem intrare? Nimirùm lex gladius erat, vulnera infligens, & patentia faciẽs iam inflicta, & sic non miror, quod statim Iesum traheret, qui non potest nõ venire post gla-
Chrysol. dium. Chrysol. ser. 112. *Venit lex, vt gladio præceptorum velut apostema longi temporis aperiret, & collectam diù saniem salutaris subinde siccaret effusio. Venit ergò medicus, & iam fesso curis, & curationum vexationibus, soliùs verbi authoritate subuenit.* Præmissus fuit legis gladius, qui sensibilia externa feriret, affectus carnis percuteret, imò resecaret, & vbi tantus sentiebatur iam gladius; ecce tibi Iesus medicus adest, qui minimè adesset, nisi priùs sensibilium sectio extitisset, & percutiens gladio. Quærebatur Iacob apud vxores suas
Genes. 31 fatus Gen. 31. *Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudius tertius: Deus autem patris mei fuit mecum.* Cum secum Deũ experiretur, causabatur Iacob, quòd sibi infensum locum sentiret, & prorsus contrarium. Et cur Deus fauet, & adest, cui Labanus cõtrarius est? Sanè necessum erat, vt qui Deum sibi præsentem sentiret, & soceri inimicitiam experiretur; non enim Deus adesset, nisi prius sensibilium sectio inueniretur. Id quod pulchrè notat Philo lib. Quòd deterius potiori insidietur, vbi sic ad verba data loquitur: *Atqui ideò Laban erga te malè affectus est, quia Deus tibi fauet: nam in quacumq; anima externum istud sensibile honoratur tãquã bonum maximum, in ea Deus non inuenitur: in qua autem Deus obambulabat, in ea bonum externũ sensibile non reliquitur.* Hoc fit tibi signum aduenientis iam Dei, si sensibilium sectio, si gladius præcesserit: solent enim mundiales reges, in maiestatis, & dominij sui ostentatione Principem ante se præmittere, qui gladium strictum portet, adeò vt ex gladio signum habeatur regis accedentis: sic rex regum, & Dominus dominantium accederead nos monstratur, ex præmisso gladio, qui semper venit ante faciem eius. Quo forsam spectabat Abachuc cap. 3. dum triumphalẽ Domini gressum depingit aiens: *Splẽdor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius: ante faciem eius ibit mors.* Quasi Dei ante ambulo sit gladius sensibilia secãs: vndè Dauid Psal.
Psal. 67. 67. *Iter facite ei, qui ascẽdit super occasum, Dominus nomen illi.* Nescit Dominus ambulare, nescit ascẽdere, nisi prius occasus præcedat: quò circa monet D. Hieron. lib. 3. in Amos
Hieron. cap. 6. *Nisi enim mala opera in nobis occiderint, Christus non ascendit super nos.* Itaque tunc in nobis Deus erit, cum gladius fuerit, cũ præcesserit sectio. De hoc etiam lib. 2. cap. 10. §. 13. & alibi.

§. XVIII.

Gladius non iniustos, sed in peccatores desæuit.

MIror quod Dominus dicat se venisse, vt gladium mittat in terram, cùm potius videatur venisse, vt gladium excipiat in se à terra missum. Sanè Zach. 13. ait: *Framea* *Zach. 3.*
suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum. Gladius ergò, & framea Iesum petit, Iesum percussit, cur non dicit Iesus, quòd venerit sustinere gladium, pati vulnera, sed potiùs quod venerit, gladium in terram mittere? Nonne magis in se adactos gladios vidit? Equidem, qui sanctitate, & iustitia florebat, non tàm in se gladium patitur, quàm in terram dimittit; nũquam enim gladius à iustis in peccatores nõ resiliuit. Minimè viri iusti iacula excipiũt, sed à se dimissa in terrenos peccatores faciunt resilire. Quàm veritatem ipse Seneca videns lib. 2. de iniuria non cadente in Sapientem, ait: *Tàm citra sapientem* *Seneca.*
omnes terrenorum impetus deficient, quàm quæ neruo tormentisve in altum exprimuntur, cùm extra visum exilierunt, citra cœlum tamen flectuntur. Quis nesciat cœlum nullas excipere in se sagittas, sed vniuersas à se in terram dimittere? Sic prorsus iustus, & sapiens vir nõ gladio perijt, vtpotè à quo gladij in terrenos peccatores ingenti vi reflectuntur. Crudelibus hostibus tradidit Iesum Iudas: ferebatur iam innocentissimus agnus in victimã Matth. 27. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit,* *Matt. 27.*
quòd damnatus esset: pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & senioribus, dicens: Peccaui, iusti tradẽs sanguinẽ. Quid tunc? *Proiectis argenteis in templo, & abiens, laqueo se suspendit.* Cur sic præceps se se miser homo dedit in necem? Cur non magis expectabit Dei misericordiam? Nonne paulò ante Iudæorum cohorte cinctus dicebat illud Sap. 2. *Circumueniamus iustũ, mittamus lignum in panem eius?* Cur qui circumuentionem parabas iusto, lignumque mittebas in eum, nunc iusso parcis, & curris ad suspendium? Necessum erat, vt quod mittebatur
Sap. 2.

batur in virum iustum lignum, ab illo dimitteretur in terram, id est, vt opprimeret peccatorem terrenis deditũ. Præclarè D. Leo ser. 3. cum Iuda hæc loquitur. *Cur ò Iuda de Iesu bonitate diffidis, qui te à corporis, & sanguinis sui communione non repulsit? Sed homo inconuertibilis, spiritus vadens, & non reuertens, cordis sui secutus est rabiem, & stante Diabolo à dextris eius, iniquitatem, quam in sanctorum omnium armauerat caput, in suum verticem retorsit.* Immissum in Iesum lignũ, non Iesum, sed recidens in terram funditus Iudam perdidit: sic necessum est iacula in viros iustos emissa, in terrenos homines, & peccatores retorqueri dimitti. De illo primò homicida dicitur Gen. 4. *Consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Philo autẽ lib. Quòd deterior potiori insidietur, legit *interfecit ipsum*, quibus verbis putat latere aliquã equiuocationẽ, propter illud pro nomẽ *ipsum*, quòd & si videatur referre Abelum, nihilominus etiã potest referre ipsum percussorem Cainum, vt qui non tàm Abelo, quam sibi manus appareat intulisse. Quippè ait: *Insurrexit Cain in Abelem fratrem suum, & interfecit ipsum: prima quidem specie Abelem occisum subindicat: sin autem diligentius rem expendas, ipsum Cain à se ipso. Proinde sic legendum. Insurrexit Cain, & occidit se ipsum, & non alterum.* Meritò putat sapiens vir, sic in veritate calamitatem mutari, vt quæ videbatur iusto viro illata, minimè iustũ afficiat, sed ab illo in terrenum peccatorem dimissa appareat. Quis iã numeret gladios in Dauidis regnum venientes? Quis mortes percenseat, & filiorũ eius, & subditorum? Vidit ipse aliquãdo in manu Angeli gladiũ, cuius ore tota penè ciuitas regia vorabatur, sic habes Paralip. 21. *Leuans Dauid oculos suos, vidit Angelum Domini stantem inter cœlum, & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Hierusalem.* Qui gladius erat in manu Angeli, tàm vorax, tã sæuus in Dauid? Nullus alius erat, quam glaudius, quo Dauid interfecerat Vriam, ille idem gladius, qui à Dauide in Vriam fidelem, & pium hominem fuerat directus; vt Vriam tetigit mutatus est, & prorsus conuersus, vt Dauidis regnum vastaret. Adhæc D. Chrysost. homil. 45. ad Popul. fatur. *Cùm Dauid Vriam affecit iniuria, mutatus rursum est ordo: & infirmitas quidem ad eum qui patrauit iniuriam: virtus autem ad iniuriam passum transiit. Mortuus enim ciuitatem populabatur, & ipse quidem licet rex esset, & viuus poterat nihil, ille verò miles tantum, & iugulatus omnia illius subuertit.* Sic gladij in homines iustos adacti mutantur, & conuertuntur in peccatorum malum, & iustus, qui videtur oculis insipiẽtium gladio cadere, tunc quasi potentior factus gladium illum à se dimittit, quo terrenos homines populatur.

D. Leo.

Genes. 4.

Philo.

1. Par. 21

Chrysost.

§. XIX.

Pax Christiana in bello aduersus vitia consistit.

CVm alibi audis pacem allatam â Iesu hominibus, non putes pacem illam mundanam esse, quæ gladium ponit, vniuersaque fastidit arma. Minimè hanc pacem amat Iesus, sed pacem, quæ viuat gladio, hoc est, quæ nunquam arma deponat aduersus vitia, & peccata, nullum cùm his fædus habeat. Nunquam enim Deus nouit pacem non armatam, non præcinctam gladio aduersus vitia. Huc quia non satis caluerat Ierem. cap. 4. putabat se à Deo deceptum in promissione pacis, quia nunquam plures in se expertus fuerat gladios. Ait enim: *Heũ, heù, heù Domine Deus ergo ne decipisti populum istum Hierusalem dicens: Pax erit vobis? Et ecce gladius peruenit vsq; ad animam.* Expectabatur promissa à Deo pax, & ecce tibi apparet gladius omnia perdens, omnia secans vsque ad animam pertransiens. Quid ergo, deceptio fuit in promissione? Absit: imò tunc adimplebatur perfectissimè promissio diuinæ pacis, cum sæuiebat gladius, pax enim, quæ à Deo venit, non inermis est, & desidiosa, sed armata, sed belligerans, & funditus debellans pecata. Adhæc aiebat D. Hieronym. *Nisi gladius præcesserit, qui desecet vitia, pax, & promissio non sequitur.* Nunquam Christiana pax sine gladio, qui desecet vitia, qui bellum inferat voluptatibus: vbi Christiana pax vigere debet, necessum est, quòd gladius vigeat. Si quis alius Isaias capit. 2. pacem à Iesu introductam depingit pacatissimam: & tamen, ait: *Ecce iudicabit gentes, & arguet populos multos, & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* Pacifici Christiani non tollent gladios, sed qui erant præ manibus, vt proximos percuterent, ponuntur in aratris, vt terram scindant, terrenas, & carnales cupiditates proscindant. Nõ tanta erit pax, quæ vacet à ferro, quæ vacet à gladij vulnere, sed quæ ferrum, & gladios in ea vulnera dirigat, quæ diuites afferant fructus. Id quòd innuens D. Irinæus lib. 4. cap. 67. ait: *Aratrum quidem ostendit, lignum copulatum ferro, & sic eius expugnauit terram.* Cùm videris in Christi regno cessare bella, pacem

Hier. 4.

D. Hier.

Isai. 2.

D. Iren.

pacem introdici, ne putes in totum gladios, & spicula ferri quiescere, sed mutari: manent quidem in Christiana pace spicula, manet ferrum, quòd vulnus terrenis cupiditatibus infligat, vt inde fructus salutares exurgãt. De hoc plura habes supra lib. 5. cap. 4. §. 6. & lib. 6. cap. 6. §. 38.

Matth. 10. Veni enim separare hominem aduersus patrẽ suum, & filiam aduersus matrẽ suã, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.

§. XX.

Dei Spiritus male audit apud cognationes carnales.

QVi verè homo est, belluinosque à se mores depellit diuino correptus spiritu, nullorum priùs offensionem incurrit, quàm domesticorum, habent enim hoc quasi fatum carnales cognationes, vt primò in Dei spiritum insurgant. Vix sese Dominus Iesus in lucem dedit, & ecce vobis, & patriæ ciues, & cognati armantur in illum adeò, vt Ioann. cap. 1. asserat. *In mundum venit, & sui eum non receperunt*, ad homines quidem filius Dei accessit, & in illum continuo excitantur cognatorum turbę. Proh clarissimum diuini spiritus testimonium, quòd malè audiat apud carnales cognatos suos! Hinc Iesu passionem à cæteris D. Zeno distinguit ser. 3. de Fidei veritate, inquiens: *Non hodie mihi ad vos fratres sermo est de humanis gestis, aut meritis: nec Daniel inducitur inter frementium leonum rabidos rictus intrepidus cœlesti prandio satur: nec Ionas inter fluctuantes procellas, scilicitique maris fluctus insanos tutior aluo piscis, quam alueo nauis: nec tres pueri, quo ardere deputabantur incendio, de suis incensoribus vindicati: sed de Domino nostro, quem pro nephas, venerantur externi, sui carpunt.* Expende, qua descriptione designet Dei filium, nimirùm, quem venerantur externi, sui carpunt: quippè vix Dei spiritus aliquem implet, quem non persequantur carnales propinqui. Accipitè Dauidem puerum postquam inunctus est, postquam Domini Christus factus est, accessit ad exercitum Saulis, percipit blasphemias Philistæi, scisciatur de præmio oblato pro Philistæi capite, quasi ipse auderet illud auferre. Quid tunc? Sic habes 1. Reg. 17. *Quòd cum audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cũ aliis, iratus est contra Dauid, & ait: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium descendisti. Et dixit Dauid. Quid feci? Nunquid non verbum est? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem sermonem. Et respondit ei populus verbum, sicut priùs. Audita sunt autem verba, quæ locutus est Dauid, & annuntiata in conspectu Saul.* Itaque Dauid totus Dei spiritu plenus, & in virtute Christi audet, cum immanissimo Israelis hoste confligere: Dauidis verba excipit frater eius maior, & ira correptus Dauidem maledictis, & opprobrijs affligit, ab ausisque deterrere nititur: sed & alij milites verba Dauidis audiunt, quæ statim regi deferunt, & Dauidem ad regem introducunt. Sic qui spiritu diuino agitur a suis semper afligitur: rem ponderans D. Chrysost. in Psalm. 50. inquit. *Iterùm æmuli, iterum fratres, nos, inquiunt, scimus superbiam, & maliciam cordis tui. Fratres zelantur, & extranei introducunt ad Regem.* Et quando fratres, & carnales cognati infesti non sunt his, qui aguntur spiritu Dei? Fallar si spiritum Dei in homine suo existentem non amplius infectentur propinqui, & domestici carnales. Post Dauidis victoriam, cum audiuit Saul illius laudes à puellis decantari, aliquam cæpit habere offensionem; ait enim textus 1. Reg. 11. *Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.* Sed Dauid continuis facinoribus, sic regis animum deuinxit: vt ab eo acciperet filiam in coniugem. Quid plura? Saul dat filiam Dauidi, eiusque sit pater, nunquid indè non lenius se habuit erga adeò sibi propinquum iuuenem? Do verba textus de hac re agentis: *Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem. Et vidit Saul, & intellexit, quod Dominus esset cum Dauid, Michol autem filia Saul diligebat eum. Et Saul magis cepit timere Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus.* Suprà puellarum cantus pro Dauide audiens Saul irascebatur, & dum tot inuidiæ causæ adessent, non sic affectus fuit Saul in Dauidem, vt inimicus eius diceretur; sed solũ dicebatur, quòd Saul non rectis oculis aspiciebat Dauidem; modò apertè dicitur Saul factus inimicus Dauidis. Cur modò magis inimicus? Cur manifestius odium concepit? Crediderim causam insinuatam à textu, dum incipit: *Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem, & vidit Saul, & intellexit, quod Dominus esset.*

Ioan. 1.

D. Zeno.

1. Reg. 17

Chrysost.

1. Reg. 18

Ibid.

set cum Dauid. Anteà extraneus erat Saul, nullo propinquitatis gradu Dauidi illigabatur, & sic non multum irascebatur in eum, modò socer factus dum cognationem carnalem habet, & intelligit Spiritum Domini esse cum Dauid, quasi impatiens sui, vehementiori, & apertiori odio illum persequitur. Sic carnales cognationes maiora excitant odia in Dei seruos. Pulchrè alio datus D. Athanas. homil. de Semente, ait *Ex mihi qualis tentatio inuidiæ insidiatur ei, quem in generum accipit, nec filiæ parcendum putat, vt per speciem magnificæ affinitatis, filiæ marito insidietur.* Athanas. Et quidem pessimus vir à cognatione carnali maiora in Dauidem odij fomenta quærebat; solent enim tales cognationes ad insidias, & odia paratiores esse, præcipuè aduersus Dei seruos. Id quod notauit Tertullian. in morte Abelis, qui dum cernitur per sacrificium Deo placuisse, sibique cœlestia omnia propitia habere, lethale statim fratris odium expertus est. Quippè ait ille lib. aduersus Gnosticos: *Statim vt Deus coli cœpit, inuidiam religio sortita est. Qui Deo placuerat occiditur, & quidem à fratre*: vt iam inde ostenderetur cognatio carnalis seruis Dei infensa, Ideo Deuteronom. 10. de Deo dicitur. *Qui amat peregrinum; & dat ei victum.* Vbi legit Philo: *Qui amat aduenam*, &c. Et cur sic Deus inclinatur in aduenas? Causam reddit ipse Philo, lib. de creatione Princip. *Amat aduenam, quia cognatos, quos solos aduocatos habere poterat, inimicos sibi infensissimos reddidit, postquam se ad veritatem, & vnius numinis cultum transtulit.* Eò ipso, quòd te dedas sequendæ veritati, quòd virtituti operam naues, cognatos habes in hostes infensissimos commutatos.

Tertull. Deut. 10. Philo.

§. XXI.

Deus neque vmbram dissidij inter coniuges affert. Quòd à furtiua leuitate vxoris causari solæ.

QVi tot separationes in mundū se attulisse gloriatur, adeò, vt separet hominem à filio, socrum à nuru, matrem à filia, de marito ab vxore separando, vel è contra, non facit verbum; ne coniuges semel à Deo iuncti, vllo prætextu separationem meditentur. Moyses Deuteron. 33. sic de Leuitis loquitur: *Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos, & fratribus suis: ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.* Et quidem omnes hi vxores habebant, & tamen cùm laudentur, quod parentes, & fratres, & filios negauerint, prætextu seruiendi Dei; nullo prætextu dicuntur reliquisse vxores suas, quas sanè non amat Deus à maritis relinqui. Ad hæc Rup. lib. 3. in Gen. c. 38. ait: *Cum, inquam, hæc dicit sancta lex, notandū quòd solum vxorem præterit, quia videlicet patrem, & matrem fratres, & filios nescire licet ei, qui custodire eloquium, & pactum Dei cupit, & quanquam reclamantes vel inuitos, relinquere iure licebit, sola autem vxor est, quam nisi volentem, & idem propositum amplectentem dimitti fas non est.* Meritò vbi lex diuina loquitur de separatione, etsi omnium cognationum vocabula sub illa percenseat; de sola vxore, nec verbum facit; vt qui inter cō iuges, nec separationis voculam amet audiri. Quo spectabat illud D. Pauli consilium 1. ad Corinth. 7. *Alligatus es vxori? Noli quærere solutionem*: quasi hæc sit summa coniugatorum perfectio, quod sic in Domino copulētur, ne vlla dissidij, separationis inter alios appareat occasio. Apud Luc. cap. 1. parentum Ioannis coniugium, meritò de omnigena inseparabilitate laudatur: ait enim. *Fuit in in diebus Herodis regis Iudææ Sacerdos quidā nomine Zacharias, ex vice Abia. Et vxor eius ex filiabus Aaron. Erant ambo iusti apud Deum.* Expende quod dicit, *erāt ambo iusti apud Deum*, quasi nihil coniugij placere Deo potuisset, quod in ambobus non existeret, nihil erat illis diuersum, nec vlla apparebat causa dissidij. Quæ verba sic tractat D. Chrysolog. serm. 91. *Ambo iusti, quia in ambobus vna iustitia. Quia sexu dispares, pares meritis habebantur. Quia vt erat in ambobus vna caro, sic erat in duobus vnus spiritus.* Nec coniuges dicerentur apud Deum iusti nisi tan arcto, & indissolubili concordiæ, siue vnitatis vinculo fuissent coniuncti. Quippè à Deo nihil proficiscitur, quod possit coniugibus afferre causam dissidij. Vnam caueat vxor fornicationis causam, quæ sola quantumuis occulta, reddit maritum discordiæ seminatorem, & dissidij. Quis homo mitior, & mansuetior ex natura sua, quàm Iacob? De hoc tamen habes Genes. 31. *Tumensque Iacob cum iurgio ait. Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam?* Iacob ille mitis, ille man-

Deut. 33. Rupert. 1. Cor. 7. Luc. 1. Chrysol. Genes. 31.

luctiſsimus, nunc primum tumet, & tumet cum iurgio, iratumque ſe exhibet in domo ſua; vndè talis affectus, tàm inſolens Iacob potuit accidere? Vxor eius Rachel furata idola Labani patris ſui, illa inſcio marito occultabat, quod idolorum, furtum etiam a Iacob ignoratum inſenſibiliter reddebat maritum iurgijs tumentem, & iris: ſic enim vxorum furtiuæ voluptates, & ſi occultiſsimę reddunt in tractabiles, & iurgatores maritos. Pulchrè ad hæc Rup. lib. 7. in Geneſ. cap. 45. inquit: *Tumor, vel iurgium ſeruilis motus eſt. At verò Iacob in hac cauſa liber non erat. Quamuis enim neſciret, penes ipſum tamen cauſa ſeruilis, id eſt, culpa, furtùmque erat.* Vbi idolorum furtum ab vxore peractum domi ſeruatur, quid mirum, qnod etiam inſcientes mariti non abſtineãt à iurgijs, non abſtineant à rixis? Furtum hoc etiam latenter inſpirat, & iurgia, & iras in maritorum cordibus. *Rupert.*

Matth. 10. Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiam ſuper me, nõ eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur mè, non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam: perdet illam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

§. XXII.

Maxima hominis fœlicitas, omnibuſque bonis proferenda Ieſu fœliciſsimam frui præſentiam; ſicut & maximum ſupplicium ob illo exulare.

MEritò pro magno ſupplicio habetur, quòd carnis amatores à Ieſu conſortio ſeparentur, dum dicit, *non eſt me dignus*: quando inter ſummas cœleſtium Cherubinorum glorias, hæc notatur, quod digna habita ſint Chriſti fulgentiſsimæ humanitati aſsiſtere. De illis enim ait D. Dionyſ. Areopag. cap. 7. de cœleſti Hierarch. *Eadem quoque ratione Ieſu fœliciſsima ſocietate dignatas intelligendum, quod veraciter in prima participatione ſcietia deificorum ipſius luminum illi propinquæ ſint.* Id quod diſſertiſsimis, & patentiſsimis verbis exprimit Dionyſij Scholiaſtes fatus. *Conſimili quoque modo putandum eſt, eaſdem primas ſubſtantias eſſe dignas habitas, vt fruantur fœliciſsima ſocietate Domini Ieſu, non tantum ſecundum diuinitatem, ſed & glorioſam eius humanitatem, quia re vera illi è vicino aſtant, & propinquæ ſunt in prima immediataque participatione diuinorum illius radiorum, qui Deiformes eos reddunt, quibus infulgent.* Itaque primi, & ſupremi Cherubinorum Chori, hæc eſt ſingularis præſtantia; hæc eſt nobiliſsima gloria, quod Ieſu conſortio fruantur, illique glorioſiſsimæ humanitatis aſsiſtant, cuius radij, valent etiam ſpectatores ſuos deificare. Quippè tanta afficiuntur gloria, qui Ieſu humanitati aſtant, vt poſt eſſentialem beatitudinem, quæ in clara viſione diuinitatis conſiſtit, quaſi alia etiam ſecunda, & ſumma beatitudine à conſpectu glorioſæ humanitatis perfundantur. Ex quo lucem affero Matth. capit. 5. vbi dum beatitudines hominum recenſentur, in primis dicitur: *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*: & poſt recenſitas alias beatitudinem cauſas, tandem in octaua finitur ſic: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ.* Iam regnum cœlorum aſsignatũ erat pro præmio in prima, cur denuoin poſtrema idem regnum cœlorũ aſsignatur? An eſt duplex cęlum, vel duplex in cœlo regnum, vt duplici corona ornentur ſancti. Equidem eſt duplex cœlorum regnum, alterum, quod obtinent ſancti, cum primum ruptis mortalitatis vinculis diuinitatem intuentur clarè: ſecundum, cum eò perueniunt, quò Ieſu propinqui glorioſam eius humanitatem fruantur. Ait enim D. Ambroſius lib. 5. in capit. 6. Lucæ. *Primum ergo regnum cœlorum ſanctis propoſitum eſt in diſſolutione corporis, ſecundum regnum cœlorum eſt poſt reſurrectionem eſſe cum Chriſto.* Diuinitas cœlum eſt eſſentiali gloria gloria beans ſpectatores ſuos, ſed & ſaluatoris humanitas fulgentiſsima immortalitatis luce corruſcans cœlum, alterum eſt, in quo pene immenſa perfunduntur gloria, qui tantum conſpectum potiuntur. Hanc gloriam promittebat Iſaias capit. 33. hominibus iuſtis dicens; *Re-*

Dionyſ. *Dio. Scho.* *Matth. 5.* *Amb.* *Iſai. 33.*

gem

gem in decore suo videbunt oculi eius: nimirùm, qui adeò sublimes fuerint, vt glorioſum Chriſti decus videant, nihil inde requirunt. Sic tanti regis Ieſu in decore ſuo exiſtentis viſio homines iuſtos implet, quin imò, & ipſi Angelici ſpiritus glorioſæ eiuſdem pulchritudinis affectu inſatiabiliter rapiuntur. De quibus dicebat Petrus. 1. epiſtol. 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* Id quod ponderans Titelmannus ibi aiebat: *In quem Chriſtum Angeli ſumma oblectatione, & indefeſsè proſpiciunt, quibus ſatietas eſt, & beatitudo illam contueri Chriſti gloriam.* Nec paruum damnatorum, etiam Angelorum ſupplicium eſt, quod Chriſto careant, quod ſolum ab huius regis decore arceantur. Habes Geneſ. 4. peccatoris hominis ſupplicium, quod per Cherubim flãmeo gladio verſantem à paradiſi poſſeſsione, & ligni vitæ eſu arceat: ſed & apud Iſaiam 6. habes Saluatoris noſtri thronum excelſum, & eleuatum; ſuper thronum ipſe Dominus Sabaoth Ieſus meus in enarrabili gloria coruſcabat: duo etiam Seraphim ſtabant, & duabus alis velabant facies eius, & duabus pedes. Ante paradiſum Cherubim, & ignis gladius conſtituitur; ante Ieſu gloriam tantum Seraphinorum ponuntur alæ, cur non magis ante Ieſu gloriam ponitur, & ignis, & gladius, quibus arcendi peccatores, vel terreantur, vel torreãtur? Sanè exilium paradiſi terreni non magnum ſupplicium erat peccatori; ideò additus ibi fuit ignis, & gladius, quem paueret omnis caro; verùm à Chriſti conſpectu exulare adeò magnum ſupplicium eſt, vt vix neceſſum ſit, aliud magis metuendum oſtentare. Non longè ab hoc aberat D. Bernard. ſermon. 5. de Iſaiæ verbis, qui putans, quod ſicut ante paradiſum poſitus fuit gladius ad arcendum hominem, ſic ante Ieſu gloriam poſitas fuiſſe alas ad arcendos reprobos Angelos, ſic ait. *Deiecto Lucifero ad peruigiles excubias Seraphim conſtituit, ſicut eiecto homine Cherubim ad cuſtodiam poſuit Deus. Nec incongruè forſitan Cherubim flammeus traditur gladius, vt à ligno vitæ inſciſio pariter, & incenſio, quibus nihil cerni terribilius, manum prohibeant corporalem. Porrò Seraphim tantum alas accipiunt, quarum velamen arceant cœlum ſpiritualem.* Qui ſpiritualibus oculis gaudet, non eget igne, non eget gladio, quo perterrefiat: vel leuis alarum pluma illum vehementer caſtigat, dum ab eius oculis abſcondit Chriſtum in gloria ſua. Matth. 17. dum Ieſus in Thabor ſeſe glorioſum oſtenderet, & ab eius gloria ingens gaudium in diſcipulos procederat, ecce tibi lucidâ nubis obumbrauit Ieſum, à qua nube vox patris intonuit: *Et audientes diſcipuli cecidêrunt in facies ſuas ſuper terram, & timuerunt valde.* Cur ad vocem timent, & proſternuntur, qui paulò ante ad conſpectum glorioſiſsimi, fulgentiſsimique Saluatoris ſtant intrepidi? Cur nubis fulgor cum voce patris ſic affligit eos, quos fulgentiſſima facies Chriſti cum vocibus Moyſi, & Eliæ potius oblectabat? Planè fulgor nubis, & ſi lucidus, & clarus, tamen fulgor erat nubis obumbrantis, & occultantis Chriſti glorioſam faciem, nec mirùm, quod inde tantum timorem, & conſternationem inſereret Apoſtolorum animis. Aiebat D. Paſchaſ. lib. 8. in Matth. *Multa ſiquidem occurrunt, cur diſcipuli ſuper terram in faciem corruerint. Primum, quia non poterunt ſuſtinere gloriam tantæ vocis de nube, neque claritatem ipſius nubis, qua obumbratur Chriſtus videlicet, &c.* Quæ nubis à conſpectu Ieſu oculos arcet, timenda eſt, pauenda eſt, à nemine enim non æſtimabitur pœna magna, à glorioſiſsimi Ieſu conſpectu exulare. Prodigus ille filium conſpectum tanti Domini, & parentis parui ducens maluit ad regiones longinquas feſtinare, in quibus cum ſubſtantiam vniuerſam diſsipaſſet, tandem reuertitur ad Patrem, reuertitur ſenior filius ad Ieſum, Luc. 15. reuertentem, & ſi fætulentum, & lacerum amplexu ſuo excipit pater iubetque illi ſtolam parari. Cur etiam flagella non parat? Pater enim filium, quem amat, caſtigat, & fugitiuum plagis reducit, cur ò bone Ieſu aliquam pœnam non infligis adeò fugitiuo filio? Pulchrè D. Chriſoſtomus homil. 10. de Pœnitent. fatur. *Si verò pœnas eum dare oportuit, ſatis pœnarum, quod in aliena verſatus eſt, dedit.* Et quidem magna eſt pœna à Ieſu conſpectibus exulare. Vide ſupra lib. 4. capit. 2. §. 24. & lib. 11. capit. 6. §. 1. & lib. 13. capit. 15. §. 14. & lib. 14. cap. §. §. 8.

r. Petr. 1. Titelm.

Bernard.

Matth. 17.

Paſchaſ.

Chryſoſt.

§. XXII.

Suauiſsimaque vileſcunt, in comparatione Ieſu, qui omnes affectus etiam validiſsimos ſuperat.

QVid dulcius, & amabilius parentibus quã filij? Nihilominꝰ vt affectꝰ tãtus in filios

filios inperetur, solus Iesus proponitur, quo gaudeat, qui sciuerit filios contemnere, vel quo careat, qui illos plus amauerit. Quippè tantum ait, *non est me dignus*, vnius Iesu iactura, vel lucrum ostenditur, in cuius vnius cõparatione, cętera quæque vilescunt, & valde pusilla apparent. Isaiæ 33. dicit: *Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe.* Expende quæso, quid sequatur ex conspectu diuinissimi regis Iesu, nimirũ illud, cernẽt terram de longè: vbi enim quis Iesum viderit in diademate, quo coronauit eũ, vel pater suus, vel mater sua, statim terrena omnia à longè aspiciet, hoc est; quasi parua, ac minima prorsus despiciet, & pro nihilo reputauit. Id quod sibi accidisse fatetur. D. Gregor. Nazianzen. orat. in Cyprian. fatus: *Ego omne desiderium deposui, postquam me addixi Christo, ne quicquam eorum me attollit, quæ alijs iocunda sunt, & appetuntur, non diuitiæ, non voluptates, &c.* Sic Christi gustus vilescere facit quæcumque alia: annuebat Paul. ad Philipp. 3. aiens: *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora, vt Christum lucri faciam.* Nil non contemnendũ putat, præ Iesu: apud Matth. 14. erat Petrus in naui, cum cęteris discipulis, & in silentio noctis videns Iesum ambulantem super aquas, non sustinens moras veniendi ad illum, sese etiam vndis committit, vt super illas currens citius ad Iesum accedat. Cur Petre non magis timens vndarũ incostantiam, cur non magis vitæ tuæ consulis, quam vndis committis? Præ Iesu, nihil non contemnendum putat Petrus, & vitam ipsam. Ad Hæc Sedul. lib. 3. Paschali, cap. 20. fatur. *O fidei crescentis augmentum, pridie retia contempsit pauperis vitæ solatium, nunc ipsam renuit vitam, quatenus veniret ad Christum.* Quid parentes, quid filij, quid diuitiæ, quid voluptates, quid vita, si comparentur ad Christum? His omnibus longè superior est Iesus, & præstantior: & qui ea possit prorsus reddere contemptibilia, & infirma. Apud Iosue cap. 11. dicitur, quod Iesus illi Israeliticus dux vniuersas nationes, & reges earum vicerit, sic enim habes: *Omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.* Et quæ corona non cadit, & prosternitur à Iesu? Sanè Moyses Iesum odoratus temporalis peccati regiam iocunditatem renuit accipere: quia nulla suauitas in peccati regnũ trahit, quam non superet Iesus. Vnde pulchrè dicebat Origin. hom. 15. super Iesum Naue: *Non dixit, qui aliquos cepit Iesus in bello, & aliquos non accepit, sed omnes accepit, cepit omnes, peremit omnes. Benè ergo dicit, quia omnes occidit Iesus, qui exierunt ad bellum. Nulla enim species peccati tanta est, quæ non sit superior Iesus. Omnia enim superat, & vincit.* In certamen prosiliant omnia peccatorum decora, omnes peccati iocunditates, omnes vitiorum propinqui affectus, & si validissimi, his omnibus superior Iesus, omnes superat, vincit omnes; perimit omnes. Verè in hoc filius Dei Iesus, & illius Dei, qui validissimos affectus de triumphat. Genes. 22. aiebat Dominus ad Abraham: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum,* &c. Cur meminit vnigenitum, quem mandat occidi? Cur insuper addit dilectum? Sanè Deus his nominibus probocat patris affectum omnium validissimum, quem impugnet, & vincat. Ait Francon. Abb. tom. 3. de Gratia: *Iussus est vt immolet filium suum, quem diligit Isaac, vt tot nominibus charitatis paterni exardescat flamma amoris. Vincit paternum affectũ affectus in Deum.* Nullus creaturarum affectus est, quamuis validissimus, quo non superior sit Deus, & illum detrumpher. Sic Iesus Dei filius potens est per se, cum validissimus peccatorum affectibus confligere, & omnes deuincere.

Isai. 33.
Nazianz.
ad Phil. 3.
Sedul.
Iosue. 11.
Orig.
Genes. 22.
Francon.

§. XXIIII.

Iesu gladius nihil perdit, sed omnia seruat: Vbi quòd filij Deo immolati firmissimum sint familiarum sustentaculum.

QVi gladium in terram misit, statim gladij sui præstantiam, explicat, cum ait. *Qui perdiderit animum suam propter me inueniet eam.* Ecce tibi, qui Christi gladio das vitãtuam, non eã perditioni das, sed custodię, quidquid enim despicis propter Christum, integrum cum fœnore recipies. Vidisti duarum fœminarum contentionem, 3. Reg. 3. Super infantem, quem vna illarum dicebat suum esse, sibique deberi, altera è contra clamabat, & suum asserebat. Res peruenit ad Salomonem, qui sibi gladium afferri iussit, & alato gladio infantem in duas partes diuidi, audiunt fœminæ Regis sententiam, & infantem iam parari ad diuisionem, quàm citius peragi clamabat vna; altera vera mauult

iuri

iuri suo cedere, & quod filius integer detur æmulæ suæ. Quid plura? Quam cedentem vidit rex matrem recognoscit, & honorat, illique iubet integrum, & incolumẽ reddi filium. Ecce tibi cum filium ad conspectum gladij cõtemnit, cum sciuit se filio priuare, tunc seruat integrum, tunc recipit incolumẽ filium. Qualis gladius ille, cuius vel cõspectus docet filios abijci à parẽtibus, & seruari incolumes parẽtibus, qui videbãtur perditum iri? A D. Ambr. lib. 3. de Virgin. vocatur, *gladius Christi, qui venit mittere in terram.* Proh fulgentissimi Christiani gladij præstantia, qui nihil sciuit perdere, vt perdatur, sed vt incolume habeatur, & integrum. Pro custodia est, nõ pro perditione gladius, qui venit à Christo, Apocal. 14. *Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedẽtem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alter Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, mitte falcem tuam acutam, quia venit hora, vt metatur.* Expende ad quid mitti oporteat acutã falcem à filio hominis, nõ quidem ad perdendum, sed ad metendum; quod metitur, in custodiam reponitur, vt conseruetur, & incolume habeatur. Nec filius hominis aliam venit mittere falcem, alium misit gladium nisi illud, sub quo quidquid cadit, quasi in depositio reponitur, & seruatur, vt habeatur integrum. Hinc Tertul. lib. de resurrect. dilatat illos, qui & carnem suam, & vitam cõtempserunt pro Christo, inquiens. *Resurgit caro, & quidem integra. In deposito est vbicumque apud Deum, per fidelissimũ sequestrem Dei, & hominum Iesum Christum.* Nihil perdis ex his, quæ pro Christo fundis, sed sequestrata omnia, & reposita tibi inuenies. Hinc habes Prou. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit colũnas septem. Immolauit victimas suas.* Tertul. legit: *iugulauit filios suos.* Nouum sanè, & inauditum diuini Verbi consilium, sibi domum ædificat, & columnis ornat, & filios iugulat. Quid hoc est? Nil magis cordi est illorum, qui sibi domum ædificat, quàm filios procurare, & ingenti solicitudine seruare, vt qui sint firmiores ædificatæ domus columnæ; & nihilominus sapientia dum sibi ædificat domum, iugulat filios. Cur non magis seruat filios? Cur dum domum construis, filios perdis, filios iugulas? Sanè non absolutè perdit, & iugulat filios, sed sic iugulat, vt immolet, vt Deo faciat victimas, qui autem pro Deo perduntur filij, nõ perduntur, sed firmius seruantur in vitam. Pulchrè ad hæc Tertul. lib. aduers. Gnost. *Sapienter vtique iugulauit dum in vitam, & rationaliter dum in gloriam. O patricidij ingenium, ò sceleris artificium, ò argumẽtum crudelitatis, quæ id circo occidit, ne moriatur, quem occiderit* Summum diuinæ sapientiæ artificium, & ingenium fuit, sic iugulare filios, vt possint incolumes inueniri ad æternandam domũ, & familiam suam. Non enim generatione filiorum perpetuatur splendor familiæ, & æternitas domus: sed in iugulatione, & immolatione eorum propter Christum. Illi filij æternant familiam suam, & gloriosam reddunt, qui immolantur Christo, qui per immolationem, & oblationem nascuntur magis Deo, quàm per propagationem parentibus. Ipse Dominus, vt æternaret familiam, & domum ædificaret perpetuam in Ecclesia sua, quales colũnas elegit, nisi immolatorum? Ait enim Psalm. 109. *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Cur non secundum ordinem Aarõ? Aaronis sacerdotium fundabatur in propagatione seminis, quot filij generabantur, & seruabtãur, tot sacerdotes existebant. Melchisedech autem introducitur non ex propagatione seminis, quin potiùs sine patre, & sine matre, & sine genealogia, quasi prorsus mortuus parentibus, soli sacratus, & immolatus Deo. Sic Iesus sacerdos valedicens parentibus humanis sese sacrat Deo, & victimam offert, sic Iesu succedentes sacerdotes parentibus renuntiant, & se Deo victimas offerunt, vndè vnus sacerdotij Christiani splendor æternari potest. Aiebat D. Leo. serm. 2. in anniuersario assumptionis suæ fatus. *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, hoc est, non secundum ordinem Aaron, cuius sacerdotium per propagationem sui seminis currens tẽporalis ministerij fuit, & cessauit: sed secundũ ordinem Melchisedech, in quo æterni Pontificis forma præcessit, dum quibus parentibus sit editus non refertur.* Cesset necessum est, quòd in sola nititur filiorum generatione, illud æternari potest, quòd nõ tàm in generatione, quàm in immolatione firmatum est, qua quis sacratur, imò mactatur Deo. Quot domus principum, & regum periere, & obliuione traditæ sunt, dũ Christi sacerdotium, imò dum Benedicti, & Augustini, & Franciscí, & Dominici familiæ florẽtissimæ splendẽt? Cur hæc? Quia harũ splẽdor nititur in immolatione filiorum; in multis viris, qui post habitis tẽporalibus parẽtibus, siue filijs, se Deo mactant, & sacrificãt. Vndè de illis dicere possumus, quòd D. Hieron. de vera circumcis. dixit de Abrahã vbi post immolatũ filiũ, iubetur numerare stellas, quæ ab illo processuræ erant, quippè ait: *Contemptor humani generis, pater vocatur*

Ambr.

Apoc. 14

Psal. 109.

Tertull.

D. Leo.

Tertull.

Hieron.

tur astrorum. Nunquàm enim firmiùs domũ stabiliuit, quàm cum filium mactat Domino. Vide supra cap. 11. §. 5.

§. XXV.

Crux nos Christo Domino fideré, & adhærere facit.

EXpende Christi Domini verba in textu data, nimirum: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me*: prius crucem loquitur, deinde sui sequelam proponit: quasi crucis notitia sit, quæ in Christi sequela, & cognitione animos firmet humanos. Matth. 8. dũ Iesus in nauicula dormiret, vehemens tempestas nauim inuadit, ita vt penè operiretur fluctibus: discipuli tẽpestatis metu iactati, ad dormientem accurrunt, & clamoribus excitant, dicentes: *Domine salua nos, perimus.* *Matth. 8.* Cur timent perire, qui secum Iesum habẽt? Cur non magis fidũt in Iesu potestate, quæ non permitteret suos absorberi, etiã si dormiret? Sanè Origenes infirmam hanc discipulorum fidem erga Iesum ex eo excusat, quòd nõdum viderint crucem, qua visa nõ possent, non sic Iesu hærere, vt nihil timerent. Aît enim hom. 6. in diuers. *Vita vobiscum est, & de morte sollicuti estis? Dominũ Saluatorem vobiscum habetis, & periculum timetis? Sed quid respondent dilectissimi discipuli? Parauli sumus adhuc infirmi, nec dum vidimus crucem* Qui crucem nondum viderant, non miror, quòd infirmi, & imbecilles essent, circa Iesum: crux est, quæ hominum animos ad Iesum trahit, illique medullitùs adhærere facit. Apud hortum dum cohors Iudæorum Iesum comprehenderet; territi sunt discipuli, *& reliicto eo fugerunt.* Tandem apparuit in cruce Iesus, & discipuli induti virtute ex alto, *ibant gaudentes à cõspectu Cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Anteà Iesum fugiunt, modò, & pro Iesu mori amant; cur non magis verbera timent? Cur non magis contumeliam expauent, qui iam nouerant ob timorem Iesum fugere? Rem attigit D. Athanas. hom. de semente, dicens: *Fugerunt quidem à viuo; sed ità, vt pro eodem crucifixo mortem oppetant.* Vbi crux media stetit, ipsa sic discipulos cum Iesu colligauit, vt mortem subire gauderent vt Christum lucrifacerent. Nobilis sanè specula crux est, ex qua sic Iesus apparet, vt ad hærere sibi faciat hominum animos. Hinc Zachæus ille pusillus corpore, sed fide, & eleemosynis magnus, vt videret Iesum, ascendit arborem, ex qua sic vidit, vt ad Iesum indissolubiliter raperetur. Cuius occasione dicebat D. Laurent. Nouarien. hom. 1. de Pœnitentia: *Relinque in animo tuo vnam arborem limpidam, fructiferam, crucis stigmata proferentem, in quam ascendens, videas, & ipse Christum, sicut vidit Zachæus.* Equidem fallar, dum quis è crucis arbore Iesum videat, si velit à Iesu separari, sed potiùs illi adhærebit, vt Zachæus adhæsit, etiam relictis facultatibus.

Origin. *Actor.* *Athanas.* *D. Laur.*

Matth. 10. Qui recipit vos, me recipit, & qui recipit me, recipit eum, qui misit me. Qui recipit Prophetam, in nomine prophetæ, mercedẽ Prophetæ recipiet, & qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet.

§. XXVI.

Merces operis in particulari visa, vehementer trahit rationales animos ad opus.

NOn solùm mercedem designat Dominus his, qui iustos, Prophetas vè in domo sua receperint, sed in particulari mercedem Prophetæ designat, vt in Prophetis, qui apud Deũ, & homines glorioli existunt, videat quisque receptor Prophetarũ, quam ipse gloriam habiturus sit. Merces enim sic in particulari visa, vehementer ad opus alliciet. Dum Iesus glorioſus apparuit in Thabor, & totus mons gloria eius splenduit. Matth. 17. *Ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes.* Quid tunc Petrus? vbi Moysem, & Eliam cũ Iesu glorioſos cõspexit, statim ait: *Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnũ, & Eliæ vnum.* Vndè Petrus tam hospitalis, quòd solicitè curet hospitia à primis fundamentis ædificare, quibus Eliam, & Moysen reciperet? In gloria illa mercedem aliqualẽ Prophetę Elię vidit, qua sic afficitur, vt sine mora illam sibi, vel tanti laboris pretio accumulare festinet. Adhæc D. Paschasius lib. 8. in Matth. inquit: *Offerebat Petrus seruitutis officium accumulare sibi, cupiens mercedem*

Matt. 17. *Paschas.*

cedem laboris. Adeò potens est merces in particulari visa, vt piscator pauper sese impellat ad hospitia efficienda, quibus Prophetas recipiat, accumulare sibi optans mercedem laboris huius, sub qua vidit fulgere Prophetam Eliam. Quis videat gloriam ex operibus ortam, & opus non velit perficere? De Iesu gloria, ab ignominia passionis orta, locutus D. Petrus 1. epist. 2. sic Iesum extollit, vt eius vulnerum etiam cœlestes principes æmulatores effingat: ait enim *in quem desiderant Angeli prospicere*: nimirùm etiam qui Angeli facti sunt, dum vident gloriam à vulneribus manantem, summo vulnerum, & ignominiæ desiderio afficiuntur. Ita D. Petrus Dam. epist. ad Blancam c. 4. inquit: *In Iesum (testante Petro) desiderant Angeli prospicere, vel quia humanitatis eius mysterium omne desiderium accendit in mentibus electorum, vt eos videlicet, non modò resurrectionis gloria prouocet, sed ad imitationis exemplum, ipsa quoque ignominia passionis inuitet.* Et cur ad imitationem non inuitet celsissimos cœli principes, illa Iesu ignominia, ex qua tot gloriarum importabilia pondera nascuntur? Fallar, si aliquis possit in cœlo inueniri, qui sibi nõ velit vulnera, & labores, qui tot glorias parturiant. Isaias cap. 40. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo.* Septuag. paulò aliter. *Ecce merces eius cũ eo, & opus in conspectu eius.* Vbi enim Iesus cum mercede laborum apparet, haud dubium quin opus eius statim peragatur; quis mercedem Iesu videat, & operi Iesu non insistet? Pulchrè ergo dicit, merces eius cum eo, & opus in conspectu eius, ex mercede visa, sic accenditur desiderium operis, vt statim opus feruere appareat.

Dam.

Isai. 30.

§. XXVII.

Nunquàm sine ingenti lucro tuo Dei ministrum in domo tua tueris. Vbi Hispaniarum gloria, ex Dei ministris Anglis receptis, &c.

POsset dicere Dominus, *qui pauerit Prophetas*, sed maluit dicere, *qui recipit Prophetã*, &c. Vt innuat non solũ mensam Prophetis appositam; tanquàm pauperibus, sed & tutelam domus, in qua recepti ab hostibus defendantur, occultẽtur, quod magis necessarium est Prophetis, & Dei ministris, vt quĩ sæpissimè ab impijs quærantur ad mortem. Fœlix igitur ille est, qui tale hospitium parat Prophetis, in quo, & pascãtur, & ab omnibus occultentur. Hæc ministrorum Dei receptio, nunquam non mirum in modum, & sustulit, & confirmauit recipiẽtem, & occultantem. Apud Isaiam cap. 6. apparuit solũ excelsum, & eleuatũ super quod Dominus sedebat. *Seraphim stabant super illud. sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabãt faciẽ eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* In quibus expendendum est, quòd cũ duæ alæ cuiuis sufficiant ad volandum, his Seraphinis dentur aliæ quatuor alæ, & non ad volandum, sed ad velandum, & operiendum sedentem in throno. Sed quando pro volatu non erant necessariæ alę illę, cur pro solo operculo, & velamine dantur? Bone Deus, nõne poteras velari, & occultari peplo aliquo cœlesti, cur manus alis occultari? Sanè Deus non porrigit peplum, vt veletur, sed addit, & multiplicat alas occultatoribus suis, quibus alis dum ipse occultatur, occultatores maximè eleuentur, & confirmentur. Acutè satis, & eleganter D. Ber. ser. 5 de Isaiæ verbis fatur: *Velatur Dominus alis, quæ nimirum sic hostem arceant, iustos sustineant, & sustollant.* Non occultas Deum ab hostibus, non celas Dei ministros, ne offendantur, quin maximè eleueris, & sustollaris, quod præbes Dei Prophetis operculũ, & latibulũ, tibi alas indit, quibus in excelsa tollaris, ibique sustenteris, ne cadas. Nouerit hoc, qui gloriam, & imperturbabilem exaltationem Regum Hispaniarum notarit, hi enim fœlicissimi Reges, non tam nauigijs, quàm alis, immensum Occeanum transmearunt, imperijque sui virga nouum mũdum inuenit, vt quam vnus minimè posset, duo saltem mundi caperent. Putares Regẽ Hispanum Angelum esse Apocal. cuius caput dum inter sydera sole fulgentius apparet, pes alter mari dominans, vel calce repellit hostiles classes; alter in terra firmus, principũ rebellium colla calcat. Quid plura? Ad tãti etiam Regis pertinet fœlicitatẽ, & gloriam, quòd illi Deus veræ Fidei crediderit sustentaculum sponsamque suam Romanã Ecclesiam commendarit. Sed scire iã cupis, vndè Regibus Hispanis tam mira, tã insolita, tàm imperturbabilis, tã victrix aduenerit exaltatio? Multæ suppetunt causæ; alijs tamen omnissis accipite modò vnam rei præsenti accommodatam. Sub horum fœliciſsimorum alis latent Dei ministri, latent mille Sacerdotes Anglicani, qui passi, & recepti, & occultati regali pietate suorum

Bernard.

effugiunt aciem gladij. Et quidem hæc Sacerdotum Dei latibula Hispanis Regibus defensoribus suis alas indunt, quibus sustollantur, sustententur, fiantque, & domitores mundi, & Ecclesiæ vniuersalis propugnacula. Pereunte Israelis regno, & fame, & Iezabelis gladio fuit nobilis vir in Regia nomine Abdias: de quo sic habes. 3. Reg. 18. Vocabitque Achab, Abdiam dispensatorẽ
3. Reg. 18 domus suæ. *Abdias autem timebat Dominum Deum valde. Nam cũ interficeret Iezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas, & abscondit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane, & aqua.* Hæc Abdias faciebat, & nõ sine lucro maximo, quippe factus militiæ dux, & Eliæ amicus, Propheta inter duodecim Prophetas meruit annumerari. De quo eleganter ait D.
Hieron. Hieronym. dum illius caput primum commentamur. *Hic igitur Abdias quia cẽtum Prophetas aluerat accipit gratiam Prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe Christi pascit Ecclesias.* Recepti, & occultati, & pasti Prophetæ benefactorem suum sic sublimarunt, vt de duce exercitus, totius Ecclesiæ acciperet ducatum, & pro paruo grege sustentato, tot ei suppetiuere spirituales dapes, vt orbis Ecclesias alat. Id quòd in nostro fœliciſsimos rege videre licet, qui dũ sæuiret Elizabethæ Anglicanæ in Catholicos gladicus, Sacerdotes Dei, Christi ministros recepit, varijs receptaculis abscondit, regia munificientia pauit, cur inde non fiat victor dux Ecclesiæ, & pro paruo grege sustẽtato in toto orbe existat firmisimum, & inexpugnabile fidei propugnaculũ? Certũ equidem puto, quòd dominus prosperabit, & faciet viuere eos, qui receperint, atque ab hostibus abscõderint ministros suos. Di-
Ioſue. 6. citur enim Iosue, cap. 6. *Raab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel, vsque in præsentem diem: eo quod abscondert nuntios, quos miserat vt explorarent Iericho.* Sic faciet Dominus viuere, & prosperauit eos, qui receperint, & abcõderint suos:
Ioſeph. ait, insuper Iosephus ibi apud Glossam; Rahab cum suis exploratores eripuerunt. *Quam dum ad se Iesus venire fecisset gratias egit pro exploratorum salute, & donauit eam multis agris, & rebus maximis honorauit.* Hoc à Iesu habent, qui fouent Dei ministros,

Matth. 10. Et quicumque potũ dederit vni ex minimis istis calicem aquę frigidę, tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.

§. XXVIII.

Misericordiæ merces securissima, certissima.

NVllo casu, nullo tristi euẽtu potest perdi merces, quæ per misericordiæ opere acquiritur: id quòd ostenditur ex illo Raab facto in excipiẽdis exploratoribus populi Israelis. Hæc Iosue. 2. videns ministros regios domum suam venisse, vt exploratores raperent ad regem: *Fecit ascẽdere viros* Ioſue. 2. *in solatium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat.* Magna mulieris audacia, quę sic vitam suam, suorumque omnium stipulis credat, si enim apud se absconditi inuenirentur exploratores, haud dubiũ quin à regijs ministris accusaretur, imò perimeretur. Cur ergò mulier nõ magis times regios ministros? Cur adeò stipulis fidis? Si mortẽ incurris, qualem mercedem accipies ab hospitibus exceptis? An etiam mortua poteris expectare peregrinorum exceptorum mercedem. Prudentissimè mulier in exhibenda misericordia sese omnibus casibus superiorem exhibet, nec timet vitam suam stipulis credere, sperans nullo vnquam casu posse deperdi misericordiæ mercedem. Ad hæc D. Aug. lib. contra mendacium, cap. 17. *Illa* Auguſt. *si à suis cibibus esset occisa pro misericordiæ opere, vitam istam pretiosa in cõspectu Domini morte finiuisset, & erga exploratores eius beneficium inane non fuisset.* Non enim inaniter, & sine mercede hospitalis eius charitas erga exploratores peregrinos maneret, etiam si morte præ occuparetur, ea est enim misericordiæ merces, quæ nullis subiacet casibus, quæ nesciat deperdi, sed semper securissima manet. Hinc ipsa Raab Iosue 2. dimissura exploratores, ait ad illos. *Nunc ergo iurate mihi* Ioſue. 2. *per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detisque mihi verum signum vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres ac sorores meas*, &c. Circa hæc verba meminit Abulens. quæst. 51. in Iosue aliquorum quæstionem, nimirùm: Cur Raab dum

rogat

regat, vt exploratores faciant misericordiã cum parẽtibus, cum fratribus, & sororibus explicite; non similiter rogat, vt faciant misericordiam, cum ea? Sanè in præsenti petebat prudens fœmina mercedem suæ misericordiæ, quàm sibi adeò certam, & indubitatam in omni casu habebat, vt superuacaneũ esset pro sua mercede rogare. Rogat, & petit misericordiam proparentibus, fratribus, & sororibus, non pro se, quia tantæ misericordiæ merces, etiam inter gledios, inter mortes illi deperdi non poterat. Hinc lucẽ capit monitum illud Ecclesiastæ, capit. 11 aientis: *Mitte panem tuum super transeuntes*
Eccles. 11 *aquas, quia post tempora multa inuenies illum.* Etiam si ob misericordiam exponas bona tua perditioni, & fluctibus aquarum transeuntium videaris illa commisisse, mihi crede non perdes mercedem, sed in amissibilis stabit tibi. Sic D. Gregor. Thaumat. ibi:
D. Greg. Thaumat. *Quamuis id statim perdidisse quibusdã videaris quemadmodum si panem in aquam coniecisses: tamen progressu temporis nequaquam infrugifera tibi apparebit beneficientia.* Semper beneficentia habet mereedem suam, aquæ ipsæ cũ impetu transeuntes; & sese præcipitãtes in abyssum, fideles erũt, nepereat merces beneficentiæ sibi commissa. Sed miraris, quòd beneficientiæ fiducia iubeatur niti in transeuntibus etiam, & labentibus aquis: qualiter transeuntes aquæ possunt spem regiessionis alere? Quis non magis videat in aqua transeũte irrecuperabilem bonorum iacturam? Ille solus qui in se conditionem vacui habet: vbi enim vacuum imminet obliuiscentes aquæ propiam naturam reuertuntur & retrorsum etiam feruntur, vt vacuum impleant. Beneficientia ergo speciem vacui naturalis habet, dum propter proximos sciuit horrea vacuare. Ideò non minus necessum, & certum est, quòd ad beneficium implendum ascendant bona, etiam à profundissimo perditionis barathro, quam ad replẽdũ vacuũ naturalẽ præcipites etiam reuertuntur, & contra propriam naturam ascendunt aquę. Huc spectat illud Ecclesiasti
Eccles. 29 ci. 29. vbi sic: *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem.* Quæ verba sic in rem præsentem transferunt Roberti Biblia Santandræana. *Vacuum perde argẽtũ propter fra-*
Bib. Rob. *trem, & amicum tuum, & ne abscondas illud sub lapide in perditionem.* Quibus expendendum est illud *argentum vacuum perde*, &c. quidquid enim propter fratrem pedis, hoc est, erogas egenti fratri, velut vacuum naturale est, quòd nequit vacuum manere, sed necessario implebitur, etiam si necessum sit rerũ naturas trãsmutari, vt grauia sursum, & leuia deorsum ferantur, & transeuntia firmiter permaneant. Sic omnes rerum naturæ sciunt in suis dispendia pati, ne deesse possit, quo impleatur vacuum. Quòd si aliquando velis ferreo aliquo vase, siue marmoreo, vel minimum vacui incarcerari, & violenter detineri, totum vas, & si marmoreum sit, & si ferreum scinditur à se, & perditur, vt vacuum abeat. Id quod insinuant postrema illa adducti loci verba de argento vacuo elargiendo, nimirùm *ne abscondas illud sub lapide in perditionem.* Est equidem argentum pauperi erogatum vacuum, omni certitudine mercedis lucris implendum, argentum autem absconditum sub lapide, ne detur pauperi, est vacuum violenter incarceratum, & detentum in vasse marmoreo, & vas, & vacuum perditum ibit.

CAPVT. XVI.

De Phariſæorum vitijs.

PRæstringit Dominus Phariſæos, eorum vitia per totum caput 23. Matth. percurrẽs, quos tamen audiendos asserit, dũ Moysis doctrinam populo sapiẽter, & sincere propinant. Doctoris enim verba vtilia excipiẽda sunt, quamuis ipsius mores pessimi appareãt, & fugiendi ab his, qui velint virtutem sectari. Et quidem multa Phariſæi docebãt iuxta legem Moysis, quæ audiri debebant apijs hominibus illorum autem opera prorsus erant abominanda. Sed qualia eorum opera? Adeo scrupulosi, imò crudeles erant in alios proximos, vt illis quantum ipsi possent omnino in accessibile proponerent, & plenum difficultatibus. Religio illorum præda fuit viduarum, & perdicio discipulorum, & veræ sanctitatis prophanatio. Clarissimarum virtutum contemptores, in paruulis quibusdam resculis pro virtute exhibendis, nimis exacti. Externam munditiem dum profitentur; de fœdissimis animæ maculis nullam æstimationem faciunt. Sic ostendebantur de voti cicar Prophetarum reliquias, sepulchra pulcherrima illis dedicantes, vt in elaborandis sepulchris potius viderentur homicidarum socij, quam sectatores pietatis. Quid plura? Vix aliquod homicidium, aut scelus à mũdi exor-

di exordio ſtetit, quod iure non inquiri poſſet in his viperarum prolibus, quibus me-
Oſea. 1. rito horrendum væ geminatur.

Matth. 23. Super cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite, ſecundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.

§. I.

In hoc diſtinguitur doctrinæ veræ ſedes a ſedibus iudicij ſæcularis, quod hæ nunquam non inficiant, & maculent ſedentes, illa omnibus ſit ſalutaris.

NON eſt cur cathedra Moyſis, hoc eſt, diuinæ doctrinæ ſedes caueatur, ipſa enim per ſe ſalutaris omnibus eſt, & vitam halans. Nullum ab hac cathedra recipiunt ſeſſores contagium, ideò digni qui ab omnibus audiantur, recipiantur. Sed quantula laus eſt cathedræ diuinæ doctrinæ, quòd nullum inferat cauendum cõtagium? Eſt ne aliqua cathedra contagium inferens, quę caueri ideò debeat? Eſt quidem cathedra fori contentioſi, in qua ſedent iudices ſæculares prophana negotia adminiſtrãtes: hæc cathedra prorſus peſtilens eſt, & cõtagioſa, ideoque cauenda ab his, qui piè volũt viuere de altari, quandoquidem nullus erit, qui huius cathedræ peſtem, & contagium nõ ſentiat.

Pſal. 1. Qua propter Dauid Pſal. 1. hanc in primis laudem hominis pij, & iuſti proponit: *In cathedra peſtilentiæ non ſedit.* In cathedra verę doctrinæ ſederunt impijſsimi phariſæi: & etiam his ſedẽtibus adhuc cathedra, manet ſalutis. In cathedra pæſtilentiæ nec ad momẽtum ſedere auſus eſt iuſtus, & beatus vir, prorſus enim inficeretur vel à ſeſsione momentanea. Quæ eſt hæc cathedra tam cauẽda, tam peſtilens, tam plena cõtagio? Eſt cathedra fori cõtentioſi iudicis ſæcularis, quæ in eo diſtinguitur à cathedra veræ doctrinę quòd in illa etiam ſi ſedeant impijſsimi homines, tamen poſſunt eſſe ſaluteres, in hac licet iuſtiſsimi, ſanctiſsimique ſint ſeſſores, non poterunt non infici, & maculari. Do pulchrum commẽtatorem huius rei D. Hilarium, qui ad verba data Pſal. ſic ait: *Sederunt in cathedra Moyſi phariſæi, docentes, ſedit & Pilatus in tribunali. Cuius itaque cathedræ ſeſsionem exiſtimauimus peſtilentem?* Perpende quæſo, lector, & examina, quæ potius appareat peſtilens cathedra, an illa in qua ſedent nefariſsimi phariſæi, ſanguinem Chriſti in ſe, & in filios ſuos crudeliter flagitantes, an illa in qua ſedet Pilatus, qui totis viribus curat ſe mundum eſſe à Ieſu ſanguine? Vtra erit ergo peſtilens cathedra? Pulchrè Hilarius. *Non vtique Moyſis, Dominus enim ſedentem potius quam ſeſsionem cathedræ, improbandum dicit: Super cathedram, inquit, Moyſis ſederunt ſcribæ, & phariſæi, quæcumque dixerint facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Cathedra huius ſeſsio peſtilens non eſt, cuius obedientia dominica auctoritate præcipitur. Illa ergo erit peſtilens, cuius contagium Pilatus manus abluendo deuitat. Multos enim etiam in metu Dei conſtitutos, ſæcularium tamen honorum ambitio corrumpit, & volunt Eccleſiæ ſubditi, fori legibus iudicare. Sed quanquam adhæc ipſa officia, quæ agunt, ferant ſecum religioſam voluntatem, benęuolos ſeſe continenteſque præſtando, tamen neceſſe eſt eorum, in quibus diuerſabuntur, negotiorum quodam peſtilenti contagio polluantur. Publicarum enim cauſorum ordo manere eos volentes etiam in Eccleſiaſtica legis ſanctitate non ſinit. Et quãuis religioſi propoſiti tenaces ſint, tamen neceſsitate ſedis obtentæ, cùm ad contumeliam, tùm ad iniuriam, cùm ad pœnam cunctante licet voluntate cogũtur: facit eos neceſsitatis ipſius participes, cùm tanquam lue morbida imbuuntur. Et idcirco hanc eorum cathedram peſtilentiæ Propheta cognominat, quia contagione ſua, voluntatem religioſæ mentis inficiunt.* Hęc illè, & vera, & pulchra, quorum vel verbulum præteriiſſe piaculum duxerim: vt pateat ſæcularium ſedium pæſtilentia, quæ etiam iuſtiſsimos & ſanctiſsimos viros inficiunt, & deprauant adeò, vt qui iuſtum, & ſanctum propoſitum ſeruare cupiunt, neceſsitate ſedis obtentæ, quaſi lue morbida imbuti, ad iniuſtitias rapiantur. Et vt ſedes hæ ſæculares iuſtos faciunt maculari: è contra veræ doctrinæ ſedes impios homines ſic cõtinẽt, vt etiam inuitæ ad veritatem annuntiandã ferantur. Cayphas ille nefariſsimus in cathedra Moyſis ſedebat dum ait Ioann. 11. *Expedit nobis vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* De quo ſtatim textus ſacer notat: *Cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit.* Quis crederet nefarium illum

Hilar.

Hilar.

Ioann.

lum hominem prophetico ſpiritu potuiſſe impleri? Quis de homine illo ſperaret poſſe audiri veritatē? Nōne Cayphas falſos quærebat teſtes, quorum teſtimonio Ieſus innocens damnaretur? Quomodo ergo quitotus erat in quærendis falſitatibus, potuit dicere veritatem? Expendè cauſam à textu notatā, *Cum eſſe Pontifex anni illius prophetauit*, nō illius conſilium, nec voluntas fuit, ſed virtus cathedræ, in quā illo anno ſedebat, hominē nefariſsimum cohibuit, & licet reluctantē coegit in veritatem. Adhæc Chryſol. ſer. 49. ait. *Cayphas prophano prophetatore, & cum Sacerdos eſſet, falſitatis ſua ſenſum vicit officio veritatis.* Adeò ſalutaris eſt diuinæ doctrinæ cathedra, vt etiam à falſiſsimis, & depraua-tiſsimis eliciat vtilem auditoribus veritatem.

Chryſol.

Matth. 23. Dicunt enim, & non faciunt alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea amouere.

§. II.

Quàm miſerum eſt, quod non tib, ſed alijs ſalutaris ſis.

VIde extremam Phariſæorum dementiam, & miſeriam, quòd cū alijs ſalutem prædicent, ipſi reprobi fiant, & dum dulciſſimas virtutum cœleſtium dapes, limpidiſsimos doctrinæ latices ad labra habeant, ipſi inſtar Tantali, & ſiti, & famè conficiantur. Hos deſpiciebat Dominus Cant. 4 vbi ſponſam ſuam laudans ait. *Mel, & lac ſub lingua tua.* Non tibi eſt dulcedo ſolis extremis labijs, vt ad alios fluant, ſed & intus manet, vt de illa incrementu facias. Quæ verba elegan ter tractans D. Philo Carpathius ibi, ait. *Falſi Chriſti ſerui, quales ſunt prædicatores ficti, mel in lingua portant, quòd ſub lingua non habent: ſæpe enim alijs cœleſtia gaudia prædicant: cum ipſi tamen terreſtria, & peritura bona deſideryis appetant. At recti, & integri buccinatores Dei, & ſancta quæque anima, & mel in lingua pertendit, dum diuinæ ſapientiæ dulcedinem loquendo effundit, eaque mentes audientium reficit, & idem ſe cum ſub lingua retinet, dum ea omnia ſibimet profutura reſeruat, & ſancte peragit, quæ ceteris recte prædicauit.* Fœlix hic doctor, qui ſic nouit alijs duſciſsimas præparare dapes, vt & ipſe de illis manducet, & viuas; cuius non ſolùm ab extremis labijs dulcedines ad alios fluant, ſed & intimum eius ſaporent palatum, & vitam nutriant. Miſerrimum enim eſt, & Tantaleo ſupplicio ſimile, ad labra habere æſcas, quibus ſuauem poſſes ducere, vitam, & tamen nullum ex his guſtum percipere Eccleſiaſtes cap. 6. ait. *Eſt, & malum, quod vidi ſub ſole, & quidem frequens eſt apud homines: Vir cui dedit Deus diuitias, ſubſtantiam, & gloriam & nihil deeſt animæ ſuæ, ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo: ſed homo extraneus vorabit illud, hoc vanitas, & miſeria magna eſt.* Sed ſcire cupis in quo homine hæc miſeria inueniatur? An in auaro homine? Sanè auarus homo diuitias, & bona multa habet à Deo, quibus ipſe non veſcitur, ſed hæredi relinquit; verum neſcio qualiter auarius habeat gloriam & honorē cum nullus vilior appareat in ciuitate. Vndè crediderim prædictis verbis depingi hominem ſapientem, & eruditum, qui autem ſapientiæ flumina extremis habet in labijs, non ſub lingua, vt eius ipſe guſtū accipiat. Ad hæc Olimpiodorus ibi ait. *Sæpè accidit, vt aliquis magnas ſibi diuitias in dicendi copia, & in ſcientia ſcripturarum compararit, aliarūque rerū cognitione, ſed quia deinde fœditas morum, & verbis ſuis diſſidet, ac doctrinæ hinc fit, vt qui in libros illius, traditioneſque inciduntˌ magnam inde ipſi quidem vtilitatem capiant nihil verò ipſe auctor emolumenti perceperit.* Ecce tibi hominis extrema miſeria, quòd doctrinæ diuitias congeret, & non habeat poteſtatem veſcendi illis, ſed integras, & in tactas alijs propinet; quod lacteos ſapientiæ fluctus ad labra vſque perduca, & nec minimum eius ſaporem intimo palato deguſtet. Vtinam tibi totum lac ſuggeras, & nihil alijs noueris exprimere, ſanè fœlicior eſſes. Reuoca in memoriam hiſtoriam relatam à D. Matth. cap. 2. Cum Magi quærerent vbi natus eſſet rex Iudæorum, turbatus Herodes conuocat Doctores legis, vt ex libris legis locum explicent natiuitatis Dominicæ. Quid tunc Doctores? Diligenter ſcrutati ſcripturas Bethleem deſignant, ex qua dux ille, qui regat Iſrael, erat oriturus. Hoc teſtimonio ducti Magi quærunt, & inueniunt, & adorant Chriſtum, & per aliam viam reducti in patriam, occaſionem præbēt, quòd lactentes paruuli pro Chriſto occumbant. Ecce tibi Doctores legis quàm miſeri mel, & lac in lingua tantum habuere, à qua fluens doctrina repleuit Magos, & exinde exundans pueros tanti boni inſcios perfudit

Cant. 4.

Phil. Car.

Eccleſ. 6.

Olimp.

fudit. Pro quo eleganter D. Leo serm. 1. in Epiphan. ait. *Iam ergo ad eruditionem gentium prophetiæ sermo transibat, cum Iudaorum infidelitas veritatem ore proferret, & mendacium corde retineret. Noluerunt enim agnoscere oculis, quem de sacris indicabāt libris. Quæ est ista, Iudæi, tam imperita in vobis scientia, & tam indocta doctrina? Cur vobis vium, quam aliis aperitis, obstruitis? Fœlicior ergo ignorantia infantium, quos persecutor occidit: quam vestra scientia, quam in sua perturbatione consuluit. Vos noluistis regnum eius recipere, cuius opidum potuistis ostendere. Illi potuerunt pro eo mori, quem nō dum poterant cōfiteri.* Sanè pueris his mel, & lac sub lingua fuit: legis doctoribus tantum in lingua: illi poculum Christi gustati, carnificum manibus inferebantur cęlesti regno, hi ficci, & famelici per labra sua sinebant transire ad extraneos fluenta diuina.

D. Leo.

§. III.

Nūquam à Dei spiritu venit, quòd diuina præcepta aggrauentur, sed, quod emolliantur.

PHarisæi vt se iustiores ostētarent, sic diuina præcepta exaggerationibus suis aggrauabant, vt minimè viderentur ab hominibus posse perfectè adimpleri; imò omnes passim populares oneri succcumberēt, & se tantæ perfectioni impares ostenderēt. Nō hæc vera iustitia est, sed Pharisaica adinuentio, quæ nunquam nouit aliquid infirmitati tribuere, sed onus oneri addere, quo vel labantur, vel nutent hominum pedes. Hoc magisterium nequam prima induxit in mundum Eua: quippè iamiam præceptis diuinis vale dictura Genes. 2. sic ait: *De fructo verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud.* Putaret aliquis Marcion durum hoc, & nimis seuerum præceptum non potuisse non imponi à durissimo Deo, & quis non durus Dominus, cum vetaret fructus esum, vetaret & tactum? Suffecisset, quod iuberentur primi homines non edere de ligno scientiæ, cur necessum fuit addere, quòd non tangerent illud, nonne hoc ad duritiē, & nimium rigorem prȩcepti spectat? Non ne & delinquentes habēt vndè excusentur, nimirùm ex nimia strictione, & seueritate præcepti etiam circa paruum tactum? Absit hoc à præcepto diuino, in quo nulla fuit, vel vmbra nimietatis, sed inreferente: non enim Deus, qui præcepit, sed Eua, quę refert præceptum, illud de tactu posuit, quo rigore præceptum iam contēptui vicinum proponeretur. Ad hæc ait D. Ambr. lib. de Parad. cap. 12. *In mandato quidem nullū vitium est, sed in relatione mandati. Etenim quātum præsens lectio docet, discimus nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Namque hic quid offensionis habet prima specie, quod addidit mulier: Et ne tangeremus illud, (Non tangetis enim, Deus non dixerat, sed nō edetis.) Sed tamen lapsus incipit esse principium.* Hoc efficiunt, qui præceptorum oneri adducunt suis exaggerationibus nouum onus; qui vt à materia præcepti deterreant, sic & in leuissima, quæ circa illam sunt, inuehunt, vt videantur asserere neminem liberū posse esse à fractione præcepti, quo frequentioribus, & grauioribus lapsibus aditum aperiunt. Non hic est Dei spiritus, qui potius in paruis vel solet cōniuere, vel indulgere fragilitati, vt sic integra præcepta seruentur. Præclarus gentium doctor Paulus, 1. ad Cor. 7. sic monebat: *Propter fornicationem autē vnus quisq; suam vxorem habeat, & vnaquaque suū virum habeat.* Quid ais Paule? cur non maiorem cautelam addis, vt deterreantur homines à materia præcepti? Præcipit Dominus hominibus nō mœchari; vt fugiatur mœchia, cur potius non iubes vel tactum, vel aspectum, vel quodcumque fœminarum cōsortiū præcaueri? Bonus doctor maluit infirmis parcere, matrimonij concedens licētiam, ne dum omnia sub prȩcepto inuoluit, tollatur indulgentia, & scandalum infirmis detur. Propter quos ostendis, quam debeat quilibet doctor, & præcipere, & indulgere, prout ad salutem fratris fuerit conuenientius. Hāc margaritā eduxi ex fœcibus, quas Tertul. dedit Monogamia vbi ait: *Ita res exigebant, vt Paulus omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret: parturiens illos, donec formetur Christus in ipsis, & calefaciens tanquam nutrix paruulos fidei, docendo quædam per veniam, nō per imperium. aliud est enim indulgere, aliud iubere.* Hic est Christi spiritus, non sic omnia, & parua, & magna cuiuslibet materiæ exaggerare, vt omnia videantur præcepta, & singula præcepta appareant multiplicibus scatere præceptis; sed potius indulgentiam aliquam; imò & aliquando conniuentiam immiscere prȩceptis, quo sic emolliantur, & suauitatem Christiani iugi præseferant. Prudenter D. Bern. serm. 42. in Cant. dolebat rigorē suum, extitisse fratri occāsionē maioris ruinę, quippè ait: *Mallē aliquādo tacuisse*

Ambr.

1. Cor. 7.

Tertull.

Bernard.

tacuiſſe, & diſsimulaſſe; quòd agi perperã deprehendi, quàm ad tantam reprehendiſſe perniciem. Et quidem cùm ſcopus magiſtri debeat eſſe diſcipuli ſalus, ſic omnia attemperari debẽt, vt poſsint non ad perditionem, ſed ad ſalutem conducere. Hinc D. Stephanus Actor. 8. ſuorum ſaluti conſulens rigoroſam fidei Chriſtianæ veritatem ſic emollit, & attemperat, vt ſine ſuorum maiori vulnere poſsit audiri. Ait enim de Ieſu: *Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei.* Chriſtianum dogma de Ieſu dicit, quòd ſedet ad dexteram patris, cur Stephanus hoc rigoroſe non prædicat dogma? Cur maluit ſtantem, quàm ſedentẽ Ieſum in medio proferre? Quantùm enim attinet ad ſtatum corporis; idem ſemper eſt, ſiue dicatur ſedere, ſiue ſtare: gloria autem magis explicatur, cùm dicitur ſedere, quàm cum dicitur ſtare; cur ergò maluit Ieſu gloriam ab Apoſtolis, & ab Euangelio explicatam, per hoc quod ſedeat, diſsimulare, & ſtatem proferre? In rem noſtram Eccumenius, ait: *Quoniam graue eis fuiſſet audire, quod ſederat, ſtare interim dixit, deſignãs ipſius reſurrectionem,* Præclarus Chriſti diſcipulus, magiſtri ſui iugum leue, & ſuaue introducere cupiens, abſtinuit à verbis, quæ grauia, & importabilia viderentur tunc temporis fratribus Iudæis: vt pateat, quam Chriſtianum ſit, legum duritiam emollire, interpoſitis his, quæ per indulgentiam infirmos animos trahere queant.

Actor. 8.

Eccumen.

Matth. 10. Omnia verò opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant enim philacteria ſua, & magnificãt fimbrias. Amant autem primos recubitos in cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

§. IIII.

Vanagloria omnium vitiorum mater.

EXpende vndè incipiat Dominus vitia Phariſæorum carpere nimirùm, à vana gloria, faciunt enim omnia opera ſua, vt videantur ab hominibus. Quid tunc? Poſt hanc ſeptem vitia illorum numerat, ſingulis addens væ, vt per ſeptem væ, Phariſæorum extremam deſperationem pronuntiet. Sed miraris, quòd ad vanam gloriam ſeptem illa væ ſequãtur, & quidem nil certiùs accidit in mundo, vbi enim vana gloria aditum inuenit in corde hominis, non quieſcit donec ſeptem væ ſecum inferat. Rem pulchrè attigit D. Ephrem tract. de Pœnit. inquiẽs: *Aliꝰ gloriam mediante pœnitentia ſibi comparant: & pro veniat aliud debitum trahunt. Hei mihi, quoniã quod ait Chriſtus, in talibus complebitur, atq; fiet mabitur; quia ſeptem alios ſpiritus nequiores aſſumit, qui in eum ingreſſi habitent ibi.* Nũquam gloratio vana ſola eſſe ſciuit: vbi animum occupat, nequiſsimos alios ſpiritus adſciſcit, qui ſecum habitent ibi, & omnigena repleãt hominem nequitia. De rege illo Babylonio ſeſe inaniter extollẽte ait Daniel cap. 4. Reſponditque rex, ait: *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumq; ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox de cœlo ruit; Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, Regnũ tranſiuit à te, & ab hominibus eijcient te, & cùm beſtijs ferisq; erit habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te.* Proh vaniſsimũ gloriæ decus! Simul rex ſuæ gloriæ decus iactat, in operibus ſuis gloriatur, & ſeptena ſuper ſe carnalium deſideriorum ſentit venire ſũplicia iam non rex, ſed miſerum voluptatum mancipium feralibus beſtiarum more raptatur cupidinibus. Perpende homo, qui gloriam aucuparis, qualem ex hoc accipias mercedem; vbi te gloriæ affectus cæperit, ſimul, & vniuerſi beſtiales appetitus te diſcerpent, & miſere perdent. Pulchrè ad hæc Richar. Victor lib. 2. de erud. hom. inter. part. 1. capit. 41. ait. *Vox ruit, cùm adhuc ſermo eſſet in ore, ſub ipſo videlicet adhuc gloriandi tempore. Tibi dicitur Nabuchodoſor. Tibi tam inaniter glorianti. Ab hominibus eijcient te: Ab hominibus eiectus ad beſtias, & feras deſcendit, qui rationales mores deſerens, cùm beſtialiter viuentibus ſit ad omnem carnalitatem reſolutus, & eum feraliter agentibus: ad omnem crudelitatem effrenatus.* Hos mores ebibit, qui inanibus mundi glorioliſ ſeſe extolit; & plauſibus popularibus immodicè afficitur: qua enim ſibi aditũ inuenit inanis gloriatio, non dubito, quin ſimul omnia reliqua vitia, ſeptena, & ſeptena intrent. Ioiadę diſciplinis nutritus Ioas rex magnum ſibi pietatis, & religionis nomen acquiſiuit: ſed mortuo Ioiada in idolatriam, cæteraq; vniuerſa nequitię facinora præceps ruit. Sed vndè tot tãtaq; ſcelera aditũ inuenerũt, vt occuparent piiſsimi, religioſiſsimiq; Principis animũ? Rẽ attigit. 2. Paralip. 24. vbi ſic. *Poſtquã*

Ephrem.

Dan. 4.

Richardo.

2. Par. 24.

 anicm

autem obijt Ioiada, ingressi sunt Principes Iuda, & adorauerunt regem, qui delinitus obsequijs eorum, acquieuit eis. Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruieruntque lucis, & sculptilibus, &c. Principes Iuda cœperunt regem adorare, hoc est, eum laudibus, plausibusque extollere, ciusque vel parua opera mirum in modum efferre: & dum gloriolis his, & plausibus popularibus capitur rex, contemptum veri Dei ebibit, millequo idolorum ligneorum fit vile mancipium. Huc spectans Casianus lib. 12. c. 21. aiebat: *Ioas, qui tumida cordis elatione inflatus est, turpissimæ confusioni traditur deludendus, &c.* Accedunt vniuersæ vitiorũ turpitudines, vbi humanus plausus vacuitatem in mẽtem hominis introducit. Vndè meritò dicebat D. Paschas. lib. 10. in Matth. *Tolle ergò hoc vitium de clero, ne velint ab hominibus laudari, mox, & cætera resecantur vitia.*

Casian.

D. Pasch.

§. V.

In naturam peccat, qui se alteri præfert, nihiloquè fit proximus.

MEritò Dominus Pharisæis vitio vertit, quòd primos accubitus ament, eoque semper spectent, vt inter omnes appareant primi. Quòd vitium, vt damnaret ipse author naturę, cùm ad formationem secundi hominis accedit, illum ex Adami costa effingit. Sic enim habes Gen. 2. *Ædificauit Dominus Deus costam, quàm tulerat de Adam in mulierem: & adduxit eam ad Adam.* Cur è costa hominum genus multiplicare? D. Aelred. lib. 1. de Amicitia, ait. *Pulchrè de latere primi hominis secundus assumitur, vt natura doceret omnes æquales, quasi collaterales, nec esset in rebus humanis superior, vel inferior.* Nos omnes pares fecit natura, collateralem te fratribus apposuit Dominus; cur homo superbissimè latera fastidiens, primos solùm appetis recubitus? Sanè quo magis æqualitatem, cùm fratribus despicis, eò minus hominis te habere puta, adeò vt penè conuertaris in nihilum. Cant. 4. ad Sponsam dicitur: *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Ecce tibi, qui Ecclesiæ lactantur vberibus gemelli dicuntur: soli gemelli ad vbera admittuntur, quibus nutriantur, & crescant imperfectam ætatem. Sed scire cupis, cur necessum sit, quod gemelli sint? Nonne sufficeret, quòd essent fratres? Cur maluit ponere gemellos, quàm fratres? In fratribus adhuc potest esse magna differentia nascendi, & inæqualitas, ideò posuit gemellos, vt doceret, quàm sit necessaria omnimoda æqualitas eis, qui velint de Christi vberibus ali, ne in nihilum resoluantur. Aiebat Gillibert. Abb. serm. 27. in Cant. *Ideò dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus separat, quos æque regenerat. Alioquin qui nesciunt esse gemelli, effecti sunt nulli: & in comunio locum occupantes primum, iam nec habent nouissimum.* Prorsus abeunt in nihilum, qui communem in omnibus dedignantes naturam, eò spectant, vt quí maximum, & primum, super omnes appareant. Actor. 5. dicitur de quodam se suprà omnes extollente: *Extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consentit numerus virorum circiter quadrigentorum, qui occisus est: & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum.* Expende totam causam, cur in nihilum deuenerint hi, nimirùm illud: *Dicens se esse aliquẽ:* Syrus exprimit: *dicens de anima sua, quòd aliquid esset ipse magni*: vel aliter: *dixerat de se ipso se esse quid eximij.* Et cur non pereat, qui sic euanet in cogitationibus suis? Qui sic se suprà omnes extollunt, vt ipsi soli velint omnia prima, & eximia tenere? Sanè adeò hi euanent, adeò rediguntur in nihilum, vt ex eo solum putentur à D. Athanasio diuinæ quidditatis expertes, quòd de super oritate contendant, nullumque admitant splendoris, gloriæque consortem. Is enim orat. contra gentes eò argumento concludit in astris nullam esse Deitatis formam: *Quòd si dij essent, non conuenire, illa à se mutuì superari, & abscondi, sed vbique sibi mutuò adesse, & communes simul operationes absoluere oporteret, noctu interdiú, Solem, & Lunam simul vna cum reliquo Stellarum choro par lumen habere.* Hoc esset diuini halitus præclarum indicium, si Sol, Luna, & Stellæ simul fulgerent, parcque lumen singulæ haberent. At quia Sol nullum Stellarum, Lunæ vè consortium admittit, sed prorsus illas abscondit, sibique soli permittit lucere, ideò se non Deum, sed ex nihilo factum ostendit, & forsam in nihilum redigendum.

Cant. 4.

Gillib.

Actor. 5.

Athanas.

Matt. 23. Vos autẽ nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã, vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri,

tri, quia magiſter veſter, vnus eſt, Chriſtus.

§. VI.

Vel minima de dignitatibus habendis contentio peſtifera eſt apoſtolicis viris.

NOn ſolum rem primatus, & dignitatis repellit Ieſus à ſuorum collegio, ſed & dignitatum nomina prorſus abigit, dum iubet, ne vocentur Rabbi, ne magiſtri vocentur. Amabit in ſcholis ſuis contentiones pro dignitatibus habendis, quivel dignitatũ nomina contendit repellere? Abſit: quin imò illas abominatus tanquam peſtiferas, & animabus conuertendis prorſus exiciales. Matth. 18. adhuc rudes Apoſtoli contendebant: *quis eorum videretur eſſe maior*? Audiuit Dominus contentionem, & multa reſpondens de ſcandalo puſillorum tollendo, tandẽ exclamat: *Væ mundo à ſcandalis.* Quorſum hæc ſapientiſsimè Ieſu? Quorſum mundi ruinã defles? Quæ ſcelera, quæ facinora vides, quę te faciant, & tuis, & mundo extremam perditionem timere? Contra quos ſceleratos ſic exardeſcis? Sanè in præſentiarum ſoli apparent Apoſtoli tui de primatu contendentes, hæccine eſt tanta ſcandalorum, & ruinæ cauſa? Planè aliquibus parui momenti videtur contentio de primatu; ſed ea eſt, quæ immenſum animarum lucrum perdat, dum in viris Apoſtolicis cernitur. Aiebat D. Paſchaſ. lib. 8. in Matth. *Contra Apoſtolos id dictum intelligi poteſt, qui interrogando, quis maior eſſet in regno cœlorum, videbantur de dignitate inter ſe contendere. Et ſi in hoc vitio permanſiſſent, poterant proculdubio eos, quos ad fidem vocabant, ſuo ſcandalo perdere: dum viderent eos adhuc infide infirmi, inter ſe de honore pugnare.* Adeò damnoſa eſt in Apoſtolicis viris quæuis & ſi parua pro habẽdis dignitatibus contentio. Ideò nil priùs curat Ieſus, quàm has contentiones è ſuis repellere collegijs, vt quæ inficere valeant, orbem vniuerſum. De viro bono dicebat Pſalm. 1. *In Cathedra peſtilentiæ non ſedit*; quam Cathedram explicans D. Amb. meminit, quòd Ieſus ingreſſus templum Cathedras vẽdentium indè eiecit: nimirùm Cathedras vendentium fumos, dũ primos ſemper dignitatum ſedes affectant. Quippè ait: *Has Cathedras ſaluator de templo eiecit, eorum, qui ſe de honore iactarent, primatus quærerent dignitatum. Hæc vera eſt peſtilentia.* Equidem primatus dignitatiſque amori inordinatus peſtilẽtia eſt, potens omnem animarum lucrum perdere, imò perdere orbem vniuerſum. Nota fuit Core, Datham, & Abiron contentio pro ſacerdotij dignitate obtinenda Num. 16. nota item eſt eorum pœna, videlicet *dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos, cùm tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntque viui in Infernum.* Cur viui ab inferno glutiuntur? Cur tam præcipiti lapſu vorantur? Timuit Dominus rerum vniuerſitati, ne contaminaretur, tàm peſtilenti ambitionis cõtagio, ideò illos feſtinauit tradere viuos Gehennalibus flammis. Ad hæc pulchrè aiebat D. Ambr. lib. 10. epiſt. 82. *Abripiuntur noxij, & ita ab omnibus huiuſmodi ablegantur elementis, vt nec aerem hauſtu, nec cœlum viſu, nec mare tactu, nec terram contaminarent ſepulchro.* Nulla creatura non ſibi cauet à contagio hominis contendentis pro habendis dignitatibus; qui affectus adeò peſtilens eſt, vt etiam puſillus poſsit mundum inficere, vniuerſos perdere. Vide ſupra cap. 12. §. 8.

Matt. 18

Paſch.

Pſal. 1.

Amb.

Num. 16.

Amb.

§. VII.

Glorioſum homini, quod Ieſum magiſtrum habeat, qui ſolus doctos facit diſcipulos.

QVis hominum non immenſe gloriẽtur, cùm audit, *Magiſter veſter, vnus eſt, Chriſtus*? Noſter magiſter eſt Chriſtus, cuius magiſterio gaudent ſupremæ illæ mentes, qui immediatè à Deo ſolent accipere rerum ſcientiam. Iſaiæ. 63. dum Ieſus iam concẽſſurus ad dexteram patris aſcenderet, ſuperiores illæ virtutes, quæ proximæ Deo ſunt, mirantes hominem tanta gloria coronatum, ipſum interrogant: *Quare ergò rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari*? Non mirandum, quod Chriſti purpura noua, & incognita appareat ſupremis poteſtatibus; ſed illud maximè mirandum eſt, quòd ſupremæ virtutes nihil aſſuetę ab alijs addiſcere, niſi à ſolo Deo immediatè, nunc non dedignentur, ſed potius amẽt, fieri Ieſu diſcipuli, tantoque gaudere magiſtro. Id quòd miraculoſum viſum fuit D. Dionyſio Areop. de cęleſti Hierarch. cap. 7. vbi inquit: *Quoſdã introducũt ad Ieſu ipſius haſitates aſpectũ, diuiniq; illius operis, & pro nobis aſſumptæ carnis ſcientiã diſcere cupientes; quos ipſe Ieſus per ſe doceat;*

Iſai. 63.

D. Dion.

eximiamque benignitatem suam primo ipsis insinuet. Dignum verò miraculo est: cur primæ illæ quoque virtutes Angelicæ, diuinarum intelligentias rerum, quasi non summæ, sed mediæ sint, adeò reuerenter addiscere cupiant. Quæ verba si ob scura videbuntur, vt assolent esse, quæ D. Dionysij verba sunt, sic explanantur ab eius scholiaste dicente. *Illud verò dignum admiratione est, quomodo ille summæ Angelicæ substantiæ, quæ aliis longè supereminent diuinorum mysteriorum scientiam, cum modestia, reuerētia, & veneratione singulari à Iesu addiscere cupiant: quasi non summæ essent.* Inferioris Angeli est ab alijs informari, & doceri: at qui supremus & summus est, à nullo doctrinam, & scientiā capit, nisi immediatè à summo Deo. Sed vbi magister Iesus apparuit, vel ipsi supremi, & summi spiritus gaudent à tāto magistro doceri, & informari, vt inde hominum gloria apertius pateat, qui illum magistrum habēt, in quem supremi spiritus desiderant prospicere, pro nobis assumptæ carnis scientiam discere cupientes. Et cur non gaudeant de magistro, qui solus verus, & vnicus magister est, quippè cæteri magistri possunt docere, verùm facere doctos nō semper possunt. Iesus autem sic docet, vt faciat doctos, & vere scientes discipulos suos. Dicebat enim Ioan. cap. 1. *Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Quæ verba si notētur, inuenies discrimen maximum inter Moysi: & Christi magisterium, Moyses enim notitiam legis dedit solum, ex se solum habebat potestatem dandi legē, non faciendi doctos: Iesus sic tradebat doctrinam, & disciplinam suam, vt illam faceret totis præcordijs recipi. De quo Clemens Alex. 1. Pædagog. cap. 7. ait: *Videte verba scripturæ. De lege quidem, data est, inquit tantum: Veritas autem, quæ est gratia Patris, est æternum Dei opus, & non dicitur dari, sed per Iesum fieri, sine quo factum est nihil.* Vnus Iesus est, qui non solum dat, doctrinam, sed facit doctos: non solum docet: sed facit scientes, quis nouit hæc, & alium æstimet magistrum? Verè vnus est magister noster Iesus, qui solus potest facere doctos discipulos.

Dionys. Ioann. 1. Cle. Alex.

Matth. 23. Qui maior est vestrū, erit minister vester: Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

§. VIII.

Qui primas ambitiosè occupat, proximus est conculcationi.

VIcini sunt ambitionis primatus, & conculcatio; ambitiosa exaltatio, & verecunda humiliatio. Dicebat Dominus Matth. 6. *Quod si sal infatuatum fuerit, siue vt alij malunt, euanuerit, ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Et quidem, qui sic euanēt in cogitationibus suis, vt sursum leuitent, nec quiescant, donec se supra omnia in primis constituāt, in proximo sunt, vt ad pedes raptati conculcentur ab hominibus. Isaiæ. 18. *Ite Angeli veloces ad gentem expectantem, & conculcatam.* Nullis verbis pulchrius describeret ambitiosos homines, & primatus amatores; quàm dum vocantur, *gens expectans, & conculcata.* Quippè primatus sectator, nunquam in possessione aliqua quiescit, semper in spe, & contra spē vitam agit, vix sedem obtinuit, & ad aliā expectandam sese accingit; huic tribuit Petrus Blesensis in malū, quod charitati tribuit D. Paulus, in bonum, nimirùm: *omnia sperat.* Nullū culmen est, quòd sibi non speret ambitiosus, in quod non leuitet; sed nota vicinum huic adeò expectatrici genti, videlicet, *& conculcata:* vicinissima sunt culmina conculcationi. Sed accipè Forerium sic præsentem locum legentem: *ad gentem lineæ, lineæ & conculcationis.* Quorum verborum ingenium omnino penetrabis, si tibi ob oculos ponas, quòd in tritico dimetiendo accidit, cumulatur in primis tritico modius, deinde linea iuncta modij labijs tāta vi semel, & vis deducitur, vt grana, quæ suprema sunt hinc inde prosiliant iactata, & multa in terrā decidētia perdātur. Quæ in fundo modij cōsident grana quieta sunt, nec lineā norūt, nec eius raptum experiūtur, at quæ in culmine sunt grana lineę, patiūtur raptus, quorum vi proiecta ad terrā, cōculcationi dantur pulchrè ergò primatus sectatores vocātur, gēs lineę, & lineę, & cōculcationis, dū enim semper in culminibus apparere festinat, mille perpetiūtur linearū raptus, quibus proiecti foras ad pedes raptātur. Ad hæc elegāter, & acutè D. Ber. ser. 2. in c. 6. Isaiæ fatur: *Eāt superbi, insolescāt magis, extollātur insultētur, appetāt semper in cumulo apparere, vt cū venerit æquitatis linea, à plenitudine ejciātur, &c.* Nunquam in cumulo appares, quin expositus sis conculcationi: felix, qui sciuit in imis considere, à nullo lineæ raptu timet, insuper, &

Matth. 6. Isai. 18. D. Bern.

glorio-

glorioſus aſcẽdet. Superbiſsimus ille Babylonius rex ſic ſe efferebat ſuper omnes Dan. 4. *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cum ẽ ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchdonoſor rex regnum tranſibit à te, & ab hominibus ejiciente, & cum beſtijs erit habitatio tua.* Hæc vox inſonuit, & ſtatim omnia verba in effectum venerũt, miſerque rex à gloria decidens humi reptare cæpit inſtar beluæ, à cõſortioque hominum proiectus beſtiarum ſtabula incolebat. Quid tunc? *Igitur poſt finem dierũ ego Nabuchdonoſor oculos meos ad cœlũ leuani, & ſenſus meus redditus eſt mihi & Altiſsimo benedixi, &c.* Componẽ nodò hunc regem in cumulo apparentem, cùm de ipſo in fundo cõſidẽtes: ſanè dum ſeſe eleuãs in cumulo apparet, confeſtim lineæ raptum experitur, quo in terram proijcitur, conculcationique datur. Vbi autem in fundo conſidet, unà reptans in gloriam, & exaltationem reſtituitur. Richard. Vict. lib. 2. de eruditione interni hom. part. 1. cap. 47. ait: *Certè vides quid agat ſuperba gloriatio; certè vides, quid efficiat deuota glorificatio. Superba gloriatio meretur deiectionem; deuota glorificatio exaltationem. Ibi cecidit, cùm ſuperbè ſatis glorificaret ſeipſum; & idem ipſe reſurgit, cùm deuote glorificat Deum, & Dominum ſuum.* Nihil priùs ſentit ſuperbus, quàm iactum lineæ, quo decidit à culmine, & æquatur ſolo.

Ibid.

Richard.

Matth. 23. **Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hyppocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.**

§. IX.

Iniquum eſt humanæ infirmitatis nullam habere rationem in diſciplinis tradendis.

VIde Phariſæorum non paruam iniquitatem, nec paruo dignam ſupplicio; quòd *claudebant regnum cœlorum ante homines.* Non mirarer ſi Angelicis ſpiritibus regnum cœlorum oſtẽderetur clauſum, ferreiſque obfirmatum balbis, quando Angeli fortes erant, qui facto impetu poſſent arcana etiã mœnia penetrare; at infirmis hominibus ea opponere, quæ vix ſuperarent Angeli, nec vllam habere rationem infirmitatis; hoc iniquum eſt, Phariſaicum eſt, & minimè Chriſtianum. Sanè nunquam non malè audit in vera Eccleſia rigor ille, qui nulla ratione habita fragilitatis carnis, ea requirit ab homine, quæ requireret ab Angelo. Præclarè D. Patianus epiſt. 1. ad Symphorianum: huius ſtultitiam hæreticam damnat, quæ hominis baptizati peccatis, æque, ac Angelorum ſpem remedij auferebat. Quippè ait Pacian. *Si diabolus receſsit à mundo, ſi nullum oculis, nullum manibus, nullum mentibus noſtris obrepit peccatum, abijciatur Dei donum, repellatur auxilium, contemnat omne remedium ſuperba iuſtitia. Quòd ſi hæc homini ſuo Dominus prouidit: deſinite diuinam accuſare pietatem, aut tot clementiæ cœleſtis titulos obiectu rigoris euadere, aut gratuita Domini bona in inſcrutabili aſperitate prohibere.* Homo habet tentatorem diabolum, crebroque eius impetus patitur; habet rurſus quinque materiales ſenſus patentes, quà obrepat vitium adeò, vt poſsit iam intus eſſe, antequàm plenè ab homine ſentiatur. Cui hæc nouit, cur inobſcrabili aſperitate hominem inſequatur? Cur obiectu rigoris cœlum obſeratum oſtendat? Cur nec aditum diuinæ pietatis permittat? Deus qui omnia nouit, qui ſeuerus Angelo remedium eripuit, mille remedia homini ſuo prouidit. Diuinum eſt, Chriſtianum eſt rationem habere infirmitatis, & quòd iter arduũ, & oſtium clauſum proponitur fortibus; idem complanatum, & apertum debet proponi infirmis. Iſaias cap. 40. *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons humiliabitur, & erunt prauа in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro, &c.* Magnum equidem beneficium eſt, quòd accliuia, & aſpera pertia, & plana, & facilia, & aperta reddantur. Quòd ſi quæras tanti beneficij cauſam, illis oſtenditur verbis, *& reuelabitur gloria Dei, & videbit omnis caro*; ponitur enim in præſenti particula illa, &, pro cauſali, vt aſſolet poni in ſcriptura ſacra. Quia ergò gloria Dei reuelanda erat, vt videretur ab omni carne, ideſt, neceſſum fuit priùs proponi aſpera omnia complanata, & aperta, vt iam nullus labor, nullus ſudor appareat, ſed via facilis, & ſuauis per quam inoffenſe poſsit intrare infirmitas carnis. Ait D. Chryſoſt. hom. 10. in Matth. *Non iam ad iuſtificationem merendam, labores peccatoribus imminent, & ſudores: ſed gratia omnibus occurrit, ac venia plurimo ſalutis plena compẽdio. Et cauſam, quæ id faceret, oſtendens. Quoniã, inquit, videbit*

Dan. 4.

Ibid.

Richard.

Pacian.

Iſai. 40.

Chryſoſt.

omnis caro salutare Dei. Vbi caro accedere ad Deum debuit, & in Dei regnum intrare, necessum fuit, quòd ratio illius infirmitatis haberetur, & omnia illi aperta, & pervia, & facilia proponerentur. Huc spectans obseruabam insolitum morem reædificãdæ Hierosolimæ apud Æsdram lib. 2. cap. 3. Dirupta fuit ciuitas à Babylonijs, & igne succesa, muri eius solo æquati, & populus in captiuitatem ductus miserè captiuus agebat. Tunc Nehemias inueniens gratiam in cõspectu regis, accepit facultatem reædificandi muros Hierosolymæ. Quid plura? Hierosolymam pergit deflet eius ruinam, cõuocat optimates, hortatur ad reædificationem murorum, accingũtur in opus vniuersi: *Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis.* Ecce tibi in reædificatione Hierosolimæ, nil priùs ædificatur, quàm porta, & hæc à sacerdotibus. Cur non prius exurgunt militares Phalanges, vt ædificent muros, turresque in cœlum sustollat? Cur priùs spiritus sacerdotum excitatur, qui ædificent portam? Ratio habebatur infirmi, & miselli populi, qui captiuitate fractus, & debilitatus, dum ad patriã remearet, non amaret videre horrentes militaribus copijs muros priùs, quàm patentissimas portas multò plenas sacerdote, quorũ pacificis manibus exciperentur, omni prorsus depositio timore. Firmat hanc excogitationem lectio D. Dionysij Carthus. sic ipsum locum reddens: *Ædificauerunt portam, & probaticam piscinam*: & quidem probatica piscina pro infirmis poneretur. Nil enim priùs Dei spiritus docuit, quàm vt portæ patẽtes, & sacerdotes in eis, & piscinæ pararentur, vt omnia salutis media infirmis essent pervia, & facilia, & aperta. Vndè Psalm. 86. *Diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.* Et cur diligat Dominus plus Siõ portas nimirùm Ecclesiæ? Iam explicat ait D. Brun. de laudibus Ecclesiæ cap. 6. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum; hi fuerunt illic.* Cur Deus non amet portas Sion, quæ in eò gloriatur, quòd pateat omnibus, quòd nullum excludat, sed & meretrici Rahab, & persecutori Babylonio, & alienigenæ, & Tyrio, & Æthiopi, si reuertãtur, apertum præbeat introitum, & salutem præbeat. Sanè tabernacula Iacob, & si pulchra, vt valles nemorosæ, tamen armis vndequaque horrebant, & cincta militibus alienigenis, & publicanis, & metum, & horrorẽ, imò & penè salutis desperationem ostendebant. Christi verum Ecclesia non milites, non spiculą ostendit, sed portas patentes multò sacerdotum agmine plenas, multis piscinis ornatas, ne vllus sit infirmus, qui ibi salutem desperet. Hæc meditatus D. Brun. supra, sic finit: *Re vera, & gloriosa, & plusquam gloriosa sunt hæc*: gloriosum enim est, & Deo dignum vbique rationem infirmitatis habere. Indè Iesum extollebat Paulus ad Hebr. 2. aiens. *Nusquã Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Qualis hæc gloria Iesu, quòd Angelis occludens saiutis ostium, illud hominibus reliquit apertum? D. Ansel. ibi ait: *Misertus ergò creator, vt redimeret, illam ad se debuit reducere, quã in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid constat habuisse, & altiùs apostatam Angelum debuit repellere, quia cum à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestauit.* Meritò semper à Dei spiritu habetur ratio infirmitatis.

Æsd. 2. 3.

Dionys.

Psal. 86.

D. Brun.

D. Brun.

ad Heb. 2

Ansel.

§. X.

Vbi Iesus est, non possunt, non patere, & pervia esse cœlestia.

REgnum cœlorum claudebant Pharisæi antè homines, dum Iesum ab eorũ oculis, & animis expellere conabantur; nullo enim magis occlusum cœlum redderent, quã dum Iesum veram Dauidis clauem perdere statuunt. Quippè eo solùm cœlũ nõ posset claudi, quòd Iesus daretur hominibus suspiciendus, amandus. Ait Tertull. lib. aduersus Gnosticos: *Scito, & ascensum in cœlum exindè complanatũ vestigijs Domini, & introitum exindè reseratum viribus Christi*: Nulla clausura in cœlo est, ex quo Iesus illud nobis reserauit, vnum hoc cura, nimirùm, quod Iesum habeas, & cœlestia tibi patebunt vniuersa. Psal. 23. dum Iesus ad cœlum peruenit, sic clamant, qui eũ comitabantur Angeli ad ianitores. *Attolite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.* Alij pro verbo illo *attollite*, legunt *tollite*, quasi prorsus iubeantur tolli cœlestia claustra. Et quidem ad ingressum saluatoris, sufficiebat, quòd portæ attollerentur, & aperirentur, cur necessum erat, quòd non solum attollerentur, sed & quod pœnitus indè tollerentur? Pulchrè rationem attigit D. Chrysost. siue Imperfectus hom. 4. in cap. 3. Matth. fatus: *Videntes Angeli portitores, quia cœli iam nunquam erant claudendi, sed omnes iusti, & peccatores pariter ascensuri erãt in cœlos; quia non erant necessariæ portæ cœli, cœlo postea nunquam claudendo, ideò non dicunt aperite portas,*

Tertull.

Psalm. 23

Chrysost.

&

& introibit rex gloriæ, iam enim erāt aperta: ſed tollite portas principes veſtras. Vbi cum Ieſu, quis accendit, non ſolū apertum inuenit regnum cęlorum, ſed & portas penitus ſublatas, ne vllus clauſuræ metus poſsit extare. Iniuria eſſet Ieſu, quòd vel porta aliquà, & ſi aperta, maneret in cœlo ſuis alleclis, quibus omnia cœleſtia vult eſſe manifeſta, & plana. Iuſſus eſt Moyſes Exod. 24. aſcendere in mōtem, vt legem acciperet, de quo ſtatim habes: *Surrexerunt Moyſes & Ioſue miniſter eius, aſcendentq; Moyſes in montem Dei ſenioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos, &c.* Exod. 24. Moyſes aſcendere iubebatur in montem ad Deum, ille ſecum defert Ioſue, nimirùm Ieſum filium Naue: ſed cur ſecū defert Ieſum? Prudentiſsimè ſine Ieſu aſcendere in montem ad Deum non audet, putans de ſolo Ieſu ſocio venire poſſe, quòd ardua, & accliuia homi nibus plana reddantur, & occluſa prorſus aperta, & clara. Sic ad hæc dicebat D. Cyrill. Alex. lib. 10. de ſpiritu, & veritate ſatus: *Aſcendente in montem beato Moyſe ſimul aſcendit Ieſus neque enim aliter adiri ad patrem poteſt, niſi per filium. In Chriſto igitur ipſis quoque ſanctis viris patet aditus, & nobis ardua omnia plana ſunt, & aſpera peruia, facilia item, ac prona, quæ ſunt inacceſſa.* D. Cyrill. Nihil clauſum, nihil arduum, nihil inacceſſum eſt homini in cœleſtibus, ex quo habemus Ieſum, vt dicat Paul. ad Hebr. 10. *Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu ſanctorū in ſanguine Chriſti, quàm initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, ideſt, carnem ſuam.* Ad Heb. 10. Ieſu ſanguis factus eſt nobis via perfacilis, via viuens, quæ nos ipſa deducat, & præbeat apertum introitum ad ſancta cœlorum. Anſelm. explicatius, ait: *quā viam ideſt quem introitum modò factum viam tritam in patriam ipſe initiauit nobis.* Anſelm. Ex quo Ieſum habemus, nullus introitus patentior, quàm introitus ad ſancta, nullavia magis per via, magis trita, quàm quæ nos ad cœleſtia ducit, imò & deducit.

§. XI.

Studium litterarum ſacrarum, imò & ludus neceſſarius ad populorum ſalutem.

VBI Matthæus ponit, quòd Phariſæi clauſerint cœlum, Lucas cap. 11. dicit, *quòd tulerint clauem ſcientiæ*: & meritò putatur regnum cœlorum prorſus occluſum, & inacceſſum, vbi clauis ſcientiæ tollitur, vbi ſtudium, & litterarum ludus nō permittitur. Luc. 11.

Quòd Phariſæorum ingenium hæretici nuperi ebiberūt, dum ludos litterarios oderūt, & diſputationes, de Deo, & veritate, quas ſcholaſticas vocant, incredibili tædio, imò odio proſecuti ſunt. Equidem ludi hi litterarū, & acerrimæ diſputationes, vt iuſtiſsimæ, & fideliſsimæ rationum ſtateræ leuidenſia vocularum plectra hæreticis familiaria oſtēdunt, certaq́ue veritatum pondera nūquam, nō indicant. Salutis ergò viæ, regna ipſa cœlorum meritò dicūtur claudi ab his, qui tollunt de medio populi ſtudia litterarum. Pſal. 86. *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Pſalm. 86. Hinc portæ Sion nitent margaritis, illic Iacob tabernacula ſplendēt, media inter amatas phalanges, vtraque notat Dominus, & longè gratius aſpicit portas Sion, quàm Iacob tabernacula? Sed quæ illarum portarū eſt gratia potens, & Dei oculos, & affectum rapere? Lectio Neuienſis illam explicat, dum ait: *Diligit Dominus portas ſtudioſorum.* Vbi ſtudia florent; vbi bōbi ſtudioſorum audiuntur, ſuper floridas ſapiētiæ plantas ibi, & ſalutis portæ patentiſsimæ viſuntur, & Dei ad homines amor. Cùm odiū Dei homines à vitę arbore eiecit, Cherubim ponitur ad oſtium horti igneum verſans gladium. Sed cur Cherubim, & gladius ponitur ad oſtium, an vt ſolum homines arceantur? Imò crediderim ſimul in oſtio poſitum fuiſſe, & Cherubim, & gladium, vt oſtenderent homini, per quæ poſſet ad Dei amorem, & vitæ arboris iterùm inuenire aditum, nimirùm per ſtudiū ſapiētiæ. Cherubim enim dicitur plenitudo ſcientiarum. Aiebat Bachiarius epiſt. ad Ianuarium: *Eo vſque de ligno vitæ, id eſt, Chriſti participione exulesſimus, do nec ad eum per romphæam flammeam, id eſt, ignitam martyrij paſsionem, aut per Cherubim Domini, qui interpretatur multitudo ſcientiæ, reuertamus.* Bachiar. Duo nobis apertiſsima oſtia proponūtur, vt ad vitam, & ſalutem expeditū introitum habeamus: nimirùm flammeus gladius, & Cherubim, hoc eſt, martyrium, & ſciētia; qui tantò dignatus fuerit dono, vt martyrio purpuraſcat, apertiſsimum ad gloriam inueniet aditum, quòd ſi martyrium defecerit, nō deficiet nihilominus aditus, adhuc enim reſtat ſtudium ſciēntiarū diuinarum, per quod nihil tibi non patebit ſalutare. Eccleſiaſtes cap. 7. ait: *Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia, hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quòd vitam tribuum poſſeſſori ſuo.* Eccleſ. 7. Duo fulcra ſtatuit, quibus quæuis reſpublica, quę uis domus floret, & nititur in præſenti, & facilem ad vitam æternandam habet aditum. Qualia hæc fulcra? Sapientia, & pecunia: nimirùm ſtudium literarum ſacrarum, & bo-

na temporalia sanctè dispensans, & operam sapientiæ nauans beatus, & fœlix est. Sed & sapientia hoc habet amplius supra bona temporalia, quòd & vitæ æternæ habet aditum.

Chaldæus. Sic Chaldæus Costi explicat: *Quemadmodũ homo præsidio, & velut, umbraculis sapientiæ defenditur, sic & sub vmbra pecuniarum incolumis degit, eo potissimum tempore, quo illas ad iustitiã confert. Et sanè dignitas cognitionis sapientia legis ab ipso sepulchro ad futurum sæculum possessori vitam confert.* Nullum nõ deducit sapientia, & eruditio in vitam; & quidẽ in eam vitam, quæ nesciat finem. Id quod expressius

Campens. posuit Campensis fatus. *Hoc habet supra diuitias sapientia, quòd sapientem ad vitam perducat æternam.* Planè qui diuinæ sapientiæ dat operam, sacrisque doctrinis enucleandis insudat, solidis affluetus veritatibus, erubescit aspicere mundiales fucos, voluptatumq; fallentium speciem depreciat, nitidulam. Vndè

Eccles. 4. Ecclesiasticus cap. 4. ait: *Sapientia filijs suis vitã inspirat, & suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ.* Non legas, quòd sapientia inspiret vitam filijs suis, sed lege, cum Clemente

Cle. Ale. Alexãd. Strommat. 7. *Sapientia inflauit suos filios.* Deus bonè sapientia inflat filios suos? Si sapientia inflat, qualiter dicitur, *& præibit in via iustitiæ?* Iustitiæ aditus angustissimus est, non capiet inflatos; vbi inflati peruenerint ad angustias iustitiæ prorsus inueniet occlusum introitum. Qualiter ergò potest stare, quòd sapientia inflet filios suos, & simul deducat in viam iustitiæ? Sanè sapientia suos inflat filios, vt magnifica, & Deo digna solũ appetant, dedignati mundialibus amplius in hærere mendacijs. Pulchrè Clemens Alex.

Cle. Alex. ait. *Sapientia, inquit Salomõ, inflauit filios suos: Non enim ijs, qui sunt in doctrina singulari, fastum, & arrogantiam ingenerauit Dominus: sed in veritate habere fiduciam, & esse magnificum in cognitione, quæ traditur per scripturas, efficit contemptorem eorum, quæ trahunt ad peccatum, quòd significat dictio, inflani, quæ docet magnificentiam sapientiæ.* Hos sanctos fastus ingenerat veræ sapientiæ studium nostris animis; vt assueti solidis inhærere veritatibus, & cognitionibus per graues, & veras scripturas acquisitis, despiciamus nænias vocularum, & fallentias compositas, quæ trahunt ad peccatum. Nec dubium, quin sapientiæ studia inflent humanos animos, magnificosque faciant, ne leuidensibus, & futilibus ad vitia deijciantur. Quò etiam trahit idẽ Clem. supra D. Pauli assertum. 1. ad Corinth. 4. hi-

1. Cor. 4. mirùm: *Scientia inflat*, quasi diceret, scientia magnifice, & verè facit sentire, facilesque, & peruios præbet aditus his, qui ad cœlestia cupiunt euolare. Quò spectabat Casiodorus 3. variar. 11. inquiens: *Frigiat ergò doctrina delictũ. Indocilis est animi ad vitia trahi. Ædificatus libris, locum non relinquit iniurij: vbi in tenera ætate acquiritur, quod maiora ætate seruetur.* Hæc ille. *Casiodor.*

§. XII.

Iesus nescit vni claudere regnum cœlorum, quin illud alteri aperiat.

MIseri Pharisæi sic claudunt regnum cœlorum, vt nec ipsi intrent, nec alij permittantur intrare, sed prorsus maneat regnũ cœlorum omnibus clausum, & inaccessibile. Quàm aliter spiritu Iesu, hic quidẽ claudit aliquando regnum suum aliquibus, quos iustè exterminat à salute, sed eadem manu, qua claudit cœlum vnis, idem aperit alijs, ne vnquam non pateat aliquibus cœlestis aditus. Isaiæ 11. dicitur: *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* Sic Christus ortus exprimitur, *Isai. 11.* vt velut virga de radice oriatur. Sed cur Christus virga? Quia virga vtitur pastor, vt & repellat lupos, & oues trahat: sic Christus Dominus instar virgæ scinit à se repellere, & ad se congregare adeo, vt neminem vnquam repulerit: quin alterum non sibi congregaret. Aiebat D. Athanas. hom. de semẽte: *Nimirùm, qui ex radice Iesse ortus, virga illa admirabilis sit, quæ genus Iudæorum comminuit, genus autem Ethnicorũ, vt gregem in vnum cogit.* *Athanas.* Qua manu repulit Iudæos, gentes ad se vocauit, & traxit, nunquam enim omnino regnum suum clausit; sed semper excluso vno, alteri accedendi aditum demõstrauit. Apud Oseam ait ipse Dominus cap. 11. *Ego quasi nutritius Ephraim, portabã eos, in brachijs meis, & nescierunt, quòd curarem eos.* Theophylactus aliter legit: *Et non cognouerunt, quòd sanem eos incorruptione hominum.* Hoc ingeniũ Dei minimè cognouerunt, quo dum perdit alias nationes, illos ad sanitatem vocaret. Equidem brachium Dei perdebat palæstinos Chananæos, & simul excipiebat pro illis Hebræos, quos nutriebat, & sustentabat. Nunquam enim aliter nouit Dominus perdere, nisi vt alios sanet. Apoca. 6. *Ecce equus albus, & qui sedebat super illam habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.* *Apoc. 6.* Ad hæc Richard. Vict. lib. 2. in Apoc. part. 2. cap. 4. ait: *Bene dixit: Exiuit vincens, vt vinceret, quia per eos, quos in Iudæa dimisit, gẽtes cõuertit.* Hinc vt de re noua, & inusitata à Deo quæritur Psalm. 43. aiens. *Vendidisti populum*

tuum

tuum, ſine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Cùm enim non ſoleat Deus vllum perdere, quin alium acquirat: & pro excluſione vnius habeat velut pretiũ introductionem alterius, miratur ſacervates quòd viderit aliquando miryades ſui populi perdi, & inter alienigenas à Deo exulare, & vix vnũ, aut alium pro illis nouerit Deo additum. Id quòd expreſsius docens Rupert. lib. 1. in Hierem. cap. 16. inquit. *Vendidiſti, inquiunt, populũ tuum, permiſiſti occidi, ſine pretio, & ſi aliquos pro eis recipiſti, non fuit multitudo in commutationibus eorum, non multos acquiſiuiſti ad comparationem occiſurum; quia fortaſſis vbi mille interficiebatur, vix duo conuertebãtur.* Hoc valdè mirãdum erat, & in ſolitum Deo, qui neſcit vnum perdere, quin alium adducat: & quidem, & ſi in principio naſcentis Eccleſiæ videretur maior numerus repulſorum, quàm vocatorum; attamẽ vbi intrauit plenitudo gentium, nullus crediderit, ſine pretio fuiſſe Iudaicũ populum, dimiſsũ.

Rupert.

Matth. 23. Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes lõgas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium.

§. XIII.

Conficta virtus conſumit domum hoſpitatoris ſui, quàm ditat vera.

SApienter dicitur hypocritis hominibus, quòd comedunt domos viduarum: plurimi enim ſunt, qui vendẽres ſanctitatem adhæreſcunt piarum viduarũ domibus, vt earum ſubſtantiam exugant, nitidique ipſi, & vegeti ſuſtententur. Et quidem cum hoshypocritas noto viduarum domibus adhærentes, earumque ſubſtantiam comedentes, non poſſunt, non meminiſſe arbuſtorũ, quæ domibus, ſiue alijs arboribus adhærent, vt poſſint ipſa creſcere inter hæc eſt vitis, & hedera: ecce tibi vitis, Pſal. 127. domibus adhæreſcens: *Sicut vitis abũdans in lateribus domus tuæ*: & quanto id emolumento domus? Pulchrè D. Greg. à nobis datus lib. 1. capit. 13. §. 10. fœlicitatem illius, qui iuſtum hoſpitio recipit, ponderat, ex fœlicitate, ſiue domus, ſiue vlmi vitem excipientis, quibus licet ſterilibus vitis fructus ſui diuitias commodat, adeò vt vlmus ſterilis, ſiue domus vetuſta lateraureis, vitis racemis, decoris, & lucri ſint plena. Quàm aliter hedera domibus hæret? nõ ſanè vt domos ditet, aut decoret; ſed vt domos comedat; quippè hedera per domus parietes ſerpit, & vt ipſa viridantibus folijs pulchreſcat, totam parietum ſubſtantiam exugit, & comedit. Quid pulchrius ad hypochritas, adviros illos, ſiue mulierculas, quæ ſimulata ſanctitate, longas protendentes orationes piarum matronarũ per domos & per ipſa penetralia ſerpunt? Ne te fallat ò bona ſanctitatis apparens viror; hederæ ſunt in foliorum virore totum fructum habẽtes, quo dum ipſæ pulchreſcunt, comedunt domorum parietes. Hos hypocritas non putes Deo ſeruire, ſed Baccho, nõ Dei ſacerdotes; ſed Bacchi Prophetas, & ſacrificulos, qui antiquitus notabantur hedera. Habes enim. 2. Machabæor. 6. de Iudæis: *Cùm liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire.* Quippè, vt apertius notat Serarius noſter ex Græco, cogebantur miſelli hederam tenentes Baccho pompam ducere. Et quid Bacchi ſacrificuli cum hedera? Plinius lib. 16. cap. 34. ait: *Hedera inimica ſatis omnibus eſt, ſepulchraq;, ac muros rumpens.* Et D. Nilus aduerſus vitia orat. 7. ait: *Hedera ſic arborem complectitur, vt cum altius ſeſe ſubſtulerit, radicem eius arefaciat.* Sic iſti Bacchi ſacrificuli, iſti ſacra facientes, & orantes longum ventris cauſa, quas intrant domus comedũt, & perdũt ſunditus. Putaretur hedera amica domus quàm plectitur, & obumbrat virore ſuo, ſed omnibus inimica eſt parietes comedens, muros rumpes. Non aliter hypochritæ externarum virtutum viridantibus folijs ſeſe amicos, & deuotos oſtendunt piarũ matronarum, ſed inſtar hederæ, dum deuotionis folijs videntur obumbrare, earum comedunt domus. Vis hederę vmbrã videre? Recole impiam fœminam Iezabel. 3. Reg. 21. cupiebat auariſsima hæc fœmina iuſtũ Naboth ſpoliare, quid tũc? Ait ad populi magnates: *Prædicate ieiunium, & ſedere facitè Naboth inter primos populi.* Quando in Naboth amitior? Illum extollit, eiuſque exaltationẽ ieiunijs confirmat, decorat. Quis non crederet Nabuthem tantæ fœminæ fauoribus honeſtatum, popularibus ieiunijs fulcitum? Sed proh dolor fœmina auara, dũ inſtar hederæ fauorum, ieiuniorumq;, virentibus folijs Naboth obumbrat, hominem perdit, domum eius vorat, bonis, vitaque ſpoliat. Pulchrè hos hypochritas mordebat Chryſoſt. hom. 44. in Matth. inquiens. *Auaritiam veſ-*

Pſal. 127

2. Mac. 6

Plin. 16. 34.

3. Reg. 21

Chryſoſt.

tram religionis colore depingitis, vt ametur iniquitas, dum pietas æstimatur, qui longis orationibus quasi magnis retibus viduarum facultates
Hieron. *piscatis.* Cui cõsonat illud D. Hieron. ad Nepotianum de vita clericorum. *Modica in hamo esca ponitur, vt matronarũ in eo sacculi protrahantur.* Metuant domorum suarum parietibus, qui has hederas Bacchi sibi viderint apropinquare.

§. XIIII.

Qui perfecto corde virtutem colit, temporali alimento carere non potest.

FIt Dominus viduarum curator aduersus hypocritas raptores, qui earum domus comedunt: & meritò ab ædibus viduarũ has hederas succidit, siue ab earumdem segete has locustas abigit, & prouidet, ne pijs viduis tẽporale deficiat alimentũ. Vidua enim, quę verè vidua est, hoc est cordè integro, & perfecto Deum colit, ita Deum alimoniæ suæ curatorem, prouisoremque habet, vt nunquam illi necessum sit, quærere panem. Quis ignoret Eliæ tempore famem? Prouinciæ funditus vastabantur, Principes, & dinastæ prodigebant aurum, vt vel frustrum panis compararet: Rex ipse Achab percurrebat campos, vt inuenire posset virentem aliquã herbulam, qua greges suos pasceret. In tanta rerum penuria apud Sareptam vrbẽ erat vidua conciuium mores abominans, Deum perfecto corde amans; huic suppetiuere aliqui panes, quibus, & se, & filium sustẽtabat. Sed dum fames prævalet, consumuntur viduæ panes, solùm parua arinulæ mensura in vnum diem restabat. Quid tunc? Manere ne poterat vidua hæc, sine pane, sine alimento? Absit: ad illam tunc tẽporis missus est Elias, qui illam profluo panum incremẽto ditauit. Id habes. 3. Reg. 17. Sed cur mittitur Elias ditaturus viduam, cùm ipsa adhùc haberet panem? Cur non magis spectatur, quòd vidua omnem alimentum cõsumpsisset, quòd
Chrysost. iam illi, nec vna suppteret buccella panis? Pulchrè D. Chrysost. ser. 2. in Eliam, ait: *Neque vidua victu potuit indigere, qua nepharijs in scelere nunquam potuit consentire. Neq; in eã famis potuit dominari sententia, quàm iniquorũ prouocauerat causa, vt diuersa merita fames discerneret, & iustitia in necessitatibus non egeret.* Vbi Principibus, & regibus alimenta deerãt; non potuit viduæ colenti perfectè Deũ deficere panis; nec iustitia potuit videri in egestate quærens panem. Scit fames, quos premit, nouerunt alimenta quibus deficiant, deficiunt peccatoribus; at qui verè iustitiã colit, Deum prouisorem habet, ne alimenti defectum patiatur. De prima creatione hominis dicit Genes. 1. *Et creauit Deus hominẽ ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem* Genes. 1. *Dei creauit illum.* Tanta iustitia, & sanctitate clarus fuit homo creatus, vt rectè ex hac posset dici imago, & similitudo diuina; quidquid homo erat, & hominis erat, Deum spirabat, Deum referebat. Quò considerato non paruam quęstionem excitarunt veteres Patres, cur Deus, tàm sero ad hominis creationem accesit, accesit namque post creata vniuersa? Cur sanctissimus, & iustissimus homo non creatur à Deo ante bestias agri: imò ante agros, ante olera, ante arbores? Rẽ attigit D. Basil. hom. 21. in aliquot scripturæ loca, aiens: *Non enim ante omnia fecit homi-* D. Basil. *nem, ne pauper, inopsq; foret.* Timuit Deus iusto homini, & perfectò sui cultori inopiam, timuit alimenti defectũ, & omnia ante creauit, & olera, & terræ fructus, & arborum poma, & pecora vniuersa, ne posset homo, qui adeò iustus, & sanctus creabatur, videri sub inopia. Quippè ait Clemens Alex. 3. Pædag. Cle. Ale. cap. 7. *Vir ergò bonus nunquam laborat inopia, quandiu habuerit salutem in Deum cõfessionem: licet enim ei petere, & accipere ea, quibus indiget, à Patre vniuersorum, & proprijs frui, si filiũ custodiat. Hoc quoq; adest, nullam sentire indigentiam: hoc nostrum Verbum fungens munere pædagogi, dat nobis diuitias?* Sic Patris diuini verbum prouidet rebus humanis, vt nõ permittat eos egere, inopiaq; laborare, qui perfecto corde Deum colunt, diuinamque filiationem intimis animis cũstodiunt. Matth. 6. Matt. 18. ait: *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis.* Ad quæ verba D. Cyprian. de Orat. Dom. ait. *Quæ-* D. Cyp. *rentibus regnum, & iustitiã Dei, omnia promittit apponi. Nam cum Dei sint omnia, habẽti Deũ nihil deerit, si Deo ipse non desit. Sic Danieli in Leonum lacu iussu regis incluso, prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes, & parcentes; homo Dei pascitur.* Expende quot erant in lacu famelcentes: & Leones, & Daniel homo Dei ibi erant omnes fame pariter oppressi: sed inter feras famescentes homini Deum habenti non potuit deesse panis. O qualem suorum prouisorẽ Deus agit! Principes Babyloniæ vniuersi, & Sacerdotes prouiderant Leonibus famescẽtibus cibum, nimirùm Danielem, quem deuorarent, & inter omnes Leones esurientes, solus homo Dei Daniel pascitur, quia cum solus Deum haberet, illi soli non potuit deesse prandium.

§. XV.

§. XV.

Iniuſta bonorum temporalium acceptio, ruinam etiam temporalem parit.

MEritò Dominus viduarũ ſpoliatoribus præter primum vę, amplius minatur iudicium, quaſi velit illos, nõ ſolũ in futuro, ſed in prętenti pœnas dare. Et quis fuit, quem manus rapinis deditæ non tãdẽ deduxerint in ſupplicium temporale? Feſtãtur furcæ, te ſtantur laquei. Princeps erat Abſalõ, & regis filius, ſed quia regnũ prædabatur, manuſque rapinis dabat, non potuit infame vitare ſupplicium, dum occubuit ſuſpenſus arbore. Rẽ
2. Reg. 18 pulchrè narrat textus. 2. Reg. 18. dum miſer fuga incolumitatem captat, ſuorum crinium funibus ab arbore ſuſpẽditur, ibiq; trãsfigitur: *Cumque adhuc palpitaret harẽs in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum ::: Porrò Abſalõ erexerat ſibi, cum adhuc viueret, titulum, qui eſt in Valle Regis: dixerat enim: non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitq; titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſalõ.* Expendendum maximè eſt, vbi textus meminerit titulum erectum, qui vocabatur. Manus Abſalon. Vbi arbore ſuſpẽſus occubuit, vbi transfixus in arbore latrocinij pœnas luit Abſalon, ibi ſtetim addit textus. Porrò erexerat Abſalon titulum qui vocabatur manus Abſalon. Quæ connexio eſt inter miſerũ ſuſpẽdiũ, & titulum, qui vocabatur manus? Cur modo duo hæc in Abſalone coniũgit textus, & quod ſuſpenſus perijt, & quod habuit titulum, qui dicebatur Manus Abſalon? Sanè quia crucis ſupplicium latronibus tunc debitum, notabat textus in arbore, ſtatim de titulo affligẽdo cruci, cum cauſa ſupplicij, cœpit cogitare, nec meliorem titulũ inuènit, quàm illum ipſum, quem ſibi ipſe viuens erexerat, qui titulus vocabatur Manu Abſalon. Et quidem Abſalonis manus rapinis deditæ, infamem ſuſpendij arborem fu
Athanaſ. turam notabant, miſerrimæque cædis cauſam indigitabant. Pulchrè, & acutè D. Athan. hom. de ſemente, hanc tractans excogitationem, ſic finit: *Ac proindè quaſi negotio manu geſto, per vocabulum Manus Abſalonis, id quod futurum erat, obliquè ſignificauit.* Quod titulus in latronum crucibus olim monſtrabat, hoc Abſalonis manus prædantes omnia, futurũ ſignificabunt: rarò enim manus rapinis deditæ ſuſpendium, aut alium infamem fine Dominis ſuis non parant. Sunt equidem rapaces manus, quaſi tituli, qui extremum ſupplicij lignum oſtendunt, in quibus miſeriarũ legatur omnium cauſa. Nota fuit Iezabelis reginæ rapacitas, quæ vt regi maritomorem gereret, videns illum triſtem ob Nabothi vineam, Naboth ſuſtulit, & vineam rapuit, vt impleretur in illa illud Pſalm. *Si videbas furem, currebas cum eo*: vidit enim maritum alienæ vineæ deſiderio affectum & cucurrit cum eo, vt ſubditum ſpoliaret. Quid tunc? Lege eius finem, 4. Reg. 9. ibi præcipitatur, à canibus comeditur; tamen vt miſerum ſepeliant cadauer, veniũt ſerui regis ad locum ſupplicij, *& non inuenerunt niſi caluariam, & pedes, & ſummas manus.* Miratur Abulenſis, & quærit, cur cæteris membris ſiue abſumptis ſiue diſperſis, in loco ſupplicij illati, cum caluaria tantum reliquuntur pedes, & ſummæ manus? Cur non potiùs manus raptæ fuerunt cum brachijs? Sanè Deo ſic diſponente, vt appareret ibi ſupplicium rapacitatis ab Elia Prophetarum, non potuit non manere in loco ſupplicij affixa manus, velut titulus in quo legeretur tota rei cauſa. Accedant huc vniuerſi cũriales, vniuerſi Palatini, & cùm viderint regũ amicos à culmine deiectos, præcipitatos, legant ſimul in ſupplicio titulum, & non inuenient alium, niſi manus: manus, inquam, iniuſtis acceptionibus deditæ, vnicum, & ſolũ titulum, & cauſam oſtendunt, qua tot in dies à culmine præcipitantur. Notanter enim dicebat Drogo Hoſtienſis lib. de Sacram. Paſſion. *Proiecta eſt meretrix Iezabel auaritiæ artifex, & cùm eam ſepelire vellent quia erat filia regis, non inuenerunt, niſi tantum caluariam, & manuum ſummitates. Hæc ſane eſt impiorum ſepultura, hæc digna retributio, quod ex eis non niſi manuum ſummitates remanent.* Quippè nihil aliud, quam manus, in titulum ſepulchri, ſeu calamitatis neceſſum eſt remanere; in quibus ſolis perſpicua manet tota infamiſſimi finis cauſa. Propterea aiebat Eccleſiaſtes cap. 5. *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitiæ cõſeruatæ in malũ Domini ſui. Pereũt enim in afflictione peſſima*: Quæ verba legit Arabicus: *Peribunt illæ diuitiæ per confuſionem triſtem*: manus enim congregandi nimiùm auidæ, nunquam non triſtem confuſionem pariunt. Et cur totius ſanctitatis fons Ieſus, confuſionem, & ruinam raptoribus non mittetur, quando Aponus fons in Italia ſimili iudicio percutiebat furãtes? De hoc Caſiod. lib. 2. var. 39. ait. *Si quis fortè pecus furatũ, pilis natiuis, ſolito more ſpoliare præſumpſerit, vndis ardentibus fontis frequenter immerſum neceſſe eſt, vt antè decoquat: quàm emundare prævaleat.*

Hoſtienſ.

Eccleſ. 5.

Caſiodor.

ualeat. O verè secretārium, iure reuerendū! quā do in his nquis non solum sensum, sed etiam verū constat esse iudicium. Loquitur illic tacita natura, dum indicat, & sententiam quodammodo dicit, qua perfidiam negantis excludit. Hæc ille.

§. XVI.

Esca furtiua nunquam non affert supplicium, & cladem. Vbi de gulæ malo.

NOn reprehendit Dominus Phariſæos, quod abſolutè domos viduarum prædati fuerin, ſed quod comederint illas: quippè ait: *comeditis domos viduarum, propter hoc amplius accipietis iudicium.* Sunt enim, qui dū ſolum circa eſculenta, & poculenta verſantur, & nihil ſummā, niſi ventris cauſa parui ducant rapinas, hos conuenit Dominus, & docet quæ à ventre naſcatur damna. Non equidē cauſa ventris minuit, imò grauat ſcelera, & in maiora trahit. Quis iudicium Iudæ non expauceat? De illo Actor. 1. *Et ſuſpenſus crepuit medius, diffuſa ſunt omnia viſcera eius.* Nouus planè, & in auditus effectus à ſuſpendio dimanauit, quòd vēter rumperetur, & viſcera funderētur. Innumeri alij ſuſpenduntur, ſtrangulantur, quorum nullus venter ruptus eſt, cur in Iuda ſolo tale iudicium factū videmus? Vt pateat ex qua lue pereat, fur erat Iudas, ſed cauſa ventris, inpatiens Apoſtolicæ ſobrietatis numulos ſurripiebat, quibus ſibi furtiua pararet prandia, hinc in ea ſcelera venit, quę dum ſuſpendio luere parat, & præter ſuſpēdium, aliquid amplius patitur, nimirùm ruptionem ventris, qui illū in tot impluit mala. Ad hæc Drogo Hoſtienſis lib. de Sacramento Paſsionis, ait. *Quia per quæ peccauerit homo, per hæc punietur, ſuſpēſus crepuit medius: plenus erat venter, & ruptus eſt.* Poculēta furtiua miſerum Iudam in tam horrendum iudicium iactarunt, quòd ruptio ventris inſinuauit, vt diſcant homines, quòd ventris cauſa non minuit, ſed potius ſupplicia multiplicat, & auget. Quis numeret ſupplicia vnico die immiſſa ſuper Eli domum? Ea primùm memorat. 1. Reg. 4. *Arca Dei capta eſt, duo quoque filij Eli mortui ſunt Ophni, & Phinees.* Deindè ipſe Eli audito nuntio *cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis cerbicibus mortuus eſt.* Inſuper adhęc ipſius nullis *incurruauit ſe, & peperit. In ipſo autem momento mortis, &c.* Ecce tibi quot mortes vno in die vnam miſeram inuadunt domū. Quare miſella domus tot mortibus vnico die caſtigatur? Iam incipit explicare textus. 1. Reg. 2. aiens: *Porrò filij Eli, filij Belial neſcientes Dominum, neque officium ſacerdotum ad populum, ſed quicūquè immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dum coqueretur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in lebetem, vel in cal dariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne quod lenabat fuſcinulla, tollebat ſacerdos ſibi, &c.* Hoc primùm peccatū rapinę circa pocu lenta, ſiue ſculenta erat, & vel hoc ſolum, tot calamitates vnico die ſibi comparauit, vt dicat Tertul. lib. de ieiunio: *Eliditur pro templi foribus ſenior Eli, filij eius in acierūt nurus expirat in partu, hanc enim meruerat à Deo plagā domus impudens ſacrificiorū carnalium defraudatrix.* Et Tertuliano ſanctus D. Iſidor. Peluſ. lib. 1. epiſt. 69. aiebat: *Rabidus venter, & carnium ereptio, & inſanus mulierum amor effecit, vt Phni, & Phinees ſacerdotio, & arcæ, & tribuum imperio, & gloria, & honore truncati, hoſtili gladio tracidarētur.* Et quidem eſculenta erant, quæ rapiebantur; nec alia ibi fœditas ſpectabatur, niſi ventris adimpletio, quæ nihilominus tot clades attraxit. Quas clades non pariat ventris rabies? Num. 21. Iſraelitæ Ægyptios cibos ſuſpirabant, qua propter *miſsit Dominus in populum ſerpētes ignitos.* Quare immittuntur ſerpentes igniti, vt miſeri Iſraelitæ vapulent? Vt vel ex ſupplicio cognoſcant ingulæ peccato antiqui ſerpentis conſilium inſtaurari de perdendo genere humano. Huc ſpectabat D. Ephrem de Pœnit. fatus. *In ſerpentibus correpti ſuere. Et quare in ſerpentibus? Quoniam primorum parentum ſenſum, conſiliumq; reſumpſerant.* Conſilium illud primùm ſerpētis fuit ſpoliare homines omnibus virtutibus, mille illos opprimere mortibus, mille cladibus. Hoc conſiliū reſumunt, qui gulæ dant operam, à qua omnis virtus expugnatur, nullumq; non conuocatur malum. Hierem. cap. 52. *Venit Nabuzardā Princeps militiæ, qui ſtabat coram rege Babylonis in Ieruſalem. Et incendit domū Domini, & domum regis, & omnes domos Ieruſalem, &c.* Expende quot mala inferat Nabuzardam iſte, cuius nominis ſignificationem ſi ſpectes, Nābuzardā, idem eſt, ac Princeps cocorum, quaſi nullum malum, ſic populetur hominis animum, ac populatur illū ſtudium gulæ. Id quòd notans D. Nilus in Aſcetico ait: *Neque verò gula, & ventris inglubies vitiorum tantū eſt mater, ac nutrix, verūm omnes auferri virtutes. Ea enim ſuperante, & dominatum obtinente, modeſtia, fortitudo, conſtantia, & reliquæ virtutes concidant neceſſe eſt. Quòd Hieremias oſtēdit: Euertit, inquiens, muros Hieruſalem per circuitum Princeps cocorum Babylonis.*

Luc. 1.

Drog.

3. Reg. 4.

Tertul.

D. Iſidor.

Num. 21.

Ephrem.

Hier. 52.

D. Nilus.

lonis. Nõ glorietur de vlla animi virtute ſibi relicta, qui ſentit ſe ab hoc coquorũ principe expugnatum. Sanè Tertul. lib. de ieiunio ſic mordet eos, qui vinctos in Chriſto cibis delicatis recreabant. *Planè veſtrum eſt in carceribus popinas exhibere Martyribus incertis.* Et poſt pauca quendam memorans ad tribunal adductum cibis fartum ait. *Quẽ ita eneruaſtis, vt paucis vngulis titillatus, hoc enim ebrietas ſentiebat, quem dominum confiteretur interrogãti præſidi reſpondere nõ poſſet amplius.* Nec mirùm, quòd apud popinas nulla virtus poſsit creari, ſed inde infirmitas naſcatur, & lapſus. Benè quidem explicauit ibi Tertul. gulæ malum, licet ille male applicauerit. *Tertul.*

Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelitum: & cum fuerit, factus facitis eũ filium gehennæ duplo quam vos.

§. XVII.

Vitia ſpectabilium magiſtrorum, ſiue dominorum à ſubditis, & diſcipulis, vt ebibuntur.

CVR Phariſæi filij gehennę, diſcipulos proſelitos nõ faciãt etiã filios gehẽnę? ſanè quod fuerit Dominus, & magiſter, id prorſus erit ſubditus, & diſcipulus, bibitur enim facilè vitium eius, qui quotidie à nobis, cum admiratione ſpectatur. Meritò pretioſis lapidibus ornatam quandam Hormiſdam depingẽs Simocatta lib. 4. c. 3. aiebat. Caput velabat tiara ex auro gemmis diſtincto, & inſuturum ſplendore carbunculorũ rutilans, & vnionibus florens largiter, qui & ipſam illuſtrabant, & ſmaragdini viroris pulchritudinem candore ſuo perfundebãt. *Vt prope modum, ipſi quoque ſpectantium oculi præ inſaturabili pretioſiſſimorum lapidum ſtupore collapidaſcerent.* Sic afficiuntur homines ad eos, quos ſuſpiciunt, quos in pretio, & æſtimatione habet, vt eorum in ſe tranſferant qualitates. Si lapidem ſuſpicias, & colas, non dubites quin, & tu lapidaſcas, Ioãnes dicebat ad Iudæos cap. 3. D. Lucæ. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Quæſtio eſt, quos lapides deſignaret Ioannes? Non nemo putat, non lapides, ſed gentiles homines fuiſſe deſignatos, & hos lapides vocatos à Ioanne, & meritò lapides habitos. Enim verũ gentiles homines idola lapidea ſuſpiciebant, colebant, omni ſtudio venerabantur. Qui ergo lapideos Deos, & dominos, & morum magiſtros ſuſpiciebãt, neceſſum erat, quòd ipſi fierent lapides. Ad hæc Origen. hom. 22. in Lucam fatur. *Non vtique lapides irrationales, corporeòſque monſtrabat Ioannes, ſed homines inſenſibiles, & quondam duros, qui quia lapides, & ligna adorabãt, impletum eſt illud, quod in Pſalmo cantabatur: Similes illis fiant, qui colunt ea, & omnes, qui cõfidunt in eis. Verè qui colunt idola, & confidunt in eis, ſimiles ſunt diis ſuis, abſque ſenſu, ſine vlla ratione, in lapides, lignàque conuerſi ſunt.* Nõ aliud expectes in ſubdito, quàm illud quod vides in domino; nec aliud in diſcipulo, quã quod in magiſtro. Imperceptibiliter ſuperiorum prauæ qualitates ebibuntur ab infimis, qui illos, & omnia admiratione, & reuerentia ſuſpiciũt. Petrus dũ oraret, Actor. 10. *Vidit cœlũ apertũ, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initijs ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpẽtia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum: ſurge Petre, occide, & mãduca.* Docebatur Petrus hic, qualiter deberet in corpus Eccleſiæ trajcere omnes gentium nationes ſignificatas in quadrupedibus illis, & terræ ſerpentibus, & cœli volatilibus. Sed ſcire cupis, cur gentiles per hæc animalia, & ſignificarentur, & diſcernerentur? Sanè monſtrabatur gentilis ſub ea animalis forma, quam habebãt idola ab eo culta; & quia apud aliquos colebantur quadrupedia, apud alios ſerpentia, apud alios volatilia, ſic pro diuerſitate idolorum, diuerſas ferarum formas homines etiam ſubibãt. Ita D. Nyſſenus hom. 10. in Cantic. ait. *Contemplatur linteum quatuor initijs ab alto dimitti in terram, omne genus hominum in ſe continens, formatorum in formis innumerabilibus volucrum, quadrupedum, & reptiliũ beſtiarũ, pro multiplici variorũ cultuũ diuerſitate.* Qualis fuerit ſiue Deus, ſiue dominus, ſiue magiſter, quem colis, quem ſuſpicis, neceſſum eſt, vt talis fias in vitijs; cum leone rugis, cũ aquila prædaris, cum ſerpente reptas. Nec feræ alios poſſunt indere mores diſcipulis, quàm ferinos; imò hoc frequẽtius cerni ſolet in vitijs, & moribus, quòd magiſtri longè excedantur à diſcipulis, parentes à filijs, Iſaias cap. 14. *De radice colubri egredietur regulus* *Luc. 3.* *Orig.* *Actor. 10.* *Nyſſen.* *Iſai. 14.*

gnius, & semen eius absorbens volucrem. Naturale est, quod coluber generet colubrum, sicut leo leonem, homo hominẽ, verum morale est, quod vitia parentum crescant in sobole, & qui coluber fuit, faciat regulum, cuius venenum non fugiant etiam volucres. Huc spectabat Tertull. lib. de carne Christi, fatus: *Eua nihil cõcepit ex diabolo? Imò concepit, nã exinde abiecta, vt pareret, & in doloribus pareret; verbum diaboli semen illi fuit enixa est, denique diabolum fratricidam.* Sanè coluber illi tortuosus suadela hominem aggreditur, & dum Euam expugnat, curat virus suum deriuari in prolem. Sed qualem prolẽ protulit Eua ex halitu illo serpentis diabolici? Enixa est denique diabolum fratricidem; non colubrum, qui solis verbis aggrediatur parit, *sed semen eius absorben volucrẽ*, sed regulum peperit, qui naturam perimat, cuius rabiem non effugiat pennata Abelis innocentia. Semper enim, quod vitium à parentibus venit, in prole crescit horrendũ in modum. Id quod etiam insinuat lectio Septuagint. in præsentem locum, nimirùm. *Ex semine serpentum egredientur genimina aspidũ, & genimina eorum egredientur serpentes pennati.* Et quàm hoc morale sit in vitiorum propagatione, ostendit ille Salomonis filius, 3. Reg. 12. Sic respondes populo: *Pater meus cecidit vos flagellis, ego cedam vos scorpionibus.* Sic augentur in sobole ferini mores.

Tertul.

Septuag.

3. Reg. 12

§. XVIII.

Virtutis magistri non vno enixu, sed mille doloribus, mille partibus egent, vt conseruent filium spiritualem. Alij non item.

ECce tibi totas curas, solicitudines Pharisæorum quo tendunt, nimirùm, vt faciant vnum proselitum, vnum discipulum; hic autem vbi factus fuerit semel discipulus omnes magistrorum cessant solicitudines, sine vllo labore, facili negotio faciunt illũ filium gehennæ duplo magis, quàm sunt illi. Huc spectabat Oseas capit. 4. dolens facilitatem, & celeritatem, qua populus redactus fuit à suis doctoribus, & magistris in extremam perditionem. Ait enim. *Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt; dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis.* Nullũ non vitium auide amplexati sunt populares; in nullam non insaniam deuenit populus misellus. Vndè hoc? Rationem ibi habes, nimirùm. *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis.* Protectores, hoc est, doctores, & magistri populi eo solum spectabant, vt ignominiosa, & dedecoris plena populus amplecteretur, qui sic magistrorum doctrinæ fidebat, sic sese talium doctorum scriptis tradebat, & eorũ plumis alligabatur, vt quasi alis innixus, nõ curreret, sed ad vitia volaret. Itaque pessimi magistri vbi discipulũ, & proselitum sibi fecerunt; nullo amplius labore egent, vel solo calamo illum reddunt ad vitia alatum. Verum vbi noster dicit: *Ligauit eum spiritus in alis suis*, id est, pessimus magistrorũ spiritus discipulũ populũ suis plumis alligauit, legũt Septuag. nõ illepide: *Turbo spiritus sibilabit in alis eius*: vbi Theodoretus, Theophylatus, & D. Cyril. Alexandrin. impulsum à pessimis magistris impressum discipulis suis, qui instar est venti afflantis, & impellentis alas. Non labore, non sudore opus habent mali præceptores, postquam discipulos acquisierint, sed vel sibilo illos volare facient. Dant dicti patres exemplum in auibus: ego magis accedens ad rem nostram do tibi exemplum in naui. Ædificatur nauis in maris littore, nec dubium, quin labore multo ædificetur nauis, & posteà quã apprimè, & perfectè elaborata est, iactanda est à littore in mare. Hic opus, hic labor est; non sanè per longum iter trahenda: sed immediatè à terra iactanda est in mare; & quis numeret curas nautarum, artificum solicitudines, machinas paratas, quibus facilius ruat, concursus hominum, sudores officialium, clamores omnium? Quorsum hæc omnia? Vt per sex, aut octo passus elata nauis vndis committatur: verum vbi vndis cõmissa est; nullus labor, nullus sudor, nulluius humerus premitur, nullius auditur clamor, sed *turbo spiritus sibilabit in alis eius*, & vel sibilo spiritus quiescentibus; imò dormientibus nautis immensum tranat mare. Et sanè si quoties nauis nauigat, necessarius esset immensus ille labor, quò primum vndis commissa est, nullus esse velut nauta. Sic mali præceptores, sic pessimi magistri ingenti solicitudine; & labore, multoque terræ circuitu quærunt, vt vnum discipulum faciant, verum vbi semel discipulum acceperint, nullus iam præceptoris labor, *sed turbo spiritus sibilabit in alis eius*; sufficit vel sibilus, vt illum faciat per vitia volare. Nec essent magister vitiorum, qui repetitis laboribus, sudo-

Oseas 4.

Septuag.

ſudoribuſque primis vellet ſibi diſcipulum conſeruare. Solum virtutum magiſtri hanc ſibi glorioſiſsimam patientiam habent, qua repetitis laboribus & ſudoribus etiam ſepties in dies neceſſum eſt, vt diſcipulos pariant. Aiebat ille orbis magiſter Paul. ad Galat. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Quę hoc vellet mater? Et quis filius bis, vterum concutit maternum, vt iterum pariatur? Sanè hoc non inuenitur in natura, nec vlla mater profilijs etiam amantiſsimis pateretur. Solus virtutis magiſter id patitur, is enim quem ſemel Deo filium pepererat ſummis doloribus; ſæpè neceſſum eſt, vt repetitis doloribus iterum, & iterum, illum parturiat: & raro aut nunquam inuenitur virtutis aſſecla, qui non renouet dolores matemi vteri, vt iterum parturiatur: Hinc data Pauli verba ponderans D. Chryſoſtom. homil. 10. de Pœnitent ait: *Id adeò mulier nunquam pateretur, neque ſufferret eoſdem iterum dolores. Sed tolerabat hoc Paulus: quod in natura non eſt videri: & quos ſemel pepererat, iterũ concipiens actos in his doloribus. Propterea dixit. Quos iterum parturio: quaſi diceret: Parcite mihi, nullus filius ſecundò maternum vterũ partus doloribus affecit. quod me pati cõgitis. Nã dolores illi vno temporis momento torquent, atque infante alno delabente, & ipſi quoque delabuntur: hi verò non ſic, ſed & menſibus toti manent*, &c. Nulla creatura, mihi credite, vellet repetitis doloribus; imò & auitis ſæpius eundem filium parturire. Quod filium iterum, & bis, & ter, & ſæpe doloribus adauctis pariat, hoc ſolius Pauli eſt, ſolius magiſtri virtutis, ſolius ſpiritus Chriſtiani. Bibunt hoc de tuo ſpiritu, ò bone Ieſu Magiſtri, qui ſunt in ſcholis tuis, quod crebrò reſumãt dolores, & labores vt filium tibi ſæpe pariant Ieſus perfectis ſuis aſſeclis promittebat, quòd illos non ſineret perpetuo in morte ſed iterum eos ad vitam vocaret gloriæ plenam. Quo audito Iudæi Ioann. 8. ait. *Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & prophetæ, & tu dicis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtauit mortẽ in æternum.* Expenditè modo quam inſipienter argumententur Iudæi, vt probent dæmonium eſſe in Ieſu: Ieſus dicit ſe facturum, quod homines in morte non maneant, ſed iterum invitam parturiantur, ex quo arguũt miſeri dæmonium eſſe in Ieſu. Proh ſtultiſſimum, & inſipientiſsimum argumentum! Sed ſcirè cupis in quo ſit ſtultiſsimum? Sanè nulla creatura, nullus dæmon qui labore partuerat ſemel filium, vellet reſumere labores, & illos multo maiores, vt iterum eundem pareret. Hoc ſolus Dei ſpiritus facit, qui cum manibus ſuis hominem formauiſſet: iterum reſumit labores, vt immenſis doloribus, & crucis tormentis iterũ ex morte illum in vitam æternam pariat. Accutè ad hæc Chryſolog. ſerm. 131. Iudæos redarguit fatus: *Dæmon, mali auctor mala promittit, non bona: occidere non viuificare conſueuit. Ergo non eſt Dæmon, ſed Deus eſt Chriſtus, qui redonat, quam donauerat vitam.* Tãtum non dixit qui quos ſemel pepererat, immenſis doloribus iterum parturit. Non creatura aliqua, non dæmon, ſed Deus, & eius ſpiritus ſeſe accingeret ad vitam hominis iterum ſummis doloribus comparandam. Et ſolus qui Dei filius fit hos dolores renouat in magiſtro, & patre.

Adgal. 4

Chryſoſt.

Ioann. 8.

Chryſol.

Matth. 23. Væ vobis duces cæci, qui dicitis. Quicumque iurauerit per templum nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti, & cæci, quid enim maius eſt, aurum aut templum, quod ſanctificauat aurum? Et quicumque iurauerit in altari, nihil eſt, quicumque iurauerit in dono, quod eſt ſuper altare, debet. Stulti & cæci, quid enim maius eſt donum, aut altare, quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt, & quicumque iurauerit in templo iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo, & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedit ſuper eum.

§. XIX.

Temporalia bona excæcant mentem.

MIſerrimi Phariſæi nunc merito cæci vocantur, quia eo deuenerunt cæcitatis, vt

tis, vt plus auro, & donis tribuerent, quàm templo, & altaribus: quis non videret sanctius esse templum, sanctius esse altare, quá aureorum oblationes? Sed Pharisæi ad aurum, donaque inhiantes, minimè vident templi sanctitatem, sic aurum, bonaque temporalia suos amatores solent excæcare. Auarissimus ille Balaam dum fereretur ad maledicendum populum Dei, inter miras, & nobiles visiones sibi à vero Deo immissas, quibus Israelitarũ bona videbat: tamen de se aiebat Num. 24. *Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, qui visionem omnipotentis intuitus est.* Compone hæc duo, quòd obturatus habeat oculos, & visiones Dei intueatur. Quis hoc nouum, & inusitatum portentum efficere potuit? Quis tam contraria potuit coniungere, vt hic inter intuendas visiones Dei, non videat, imò obturatos habeat oculos? Ait textus Num. 27. de nuntijs missis ad Balaam: *Perrexerunt que seniores Moab, & maiores natu Madiam habentes diuinationis pretium in manibus.* In nuntiorum manibus erat pretium, quo solicitabatur miser vates ad diuinanda, & mala Israelitis, quo sic miser excæcabatur, vt videns non videret, sed sic segereret ac si mille tenebris esset offusus. Quo spectans Rup. lib. 2. in Num. cap. 21. ait: *Cuius obturatus est oculus, & visionem omnipotentis intuitus est, contraria vel repugnantia sibi videntur. Nunc autem planum intellectu fit, quia per propheticam scientiam visionem omnipotentis intuitus est, sed per auaritiam cor cæcatum habet.* Nihil sunt oculi, vbi splendet aurum: Argo licet oculatior sis: visionibusque cœlestibus imbutus, te cæcum, & tenebrosum puta, vbi auri cupiditate raperis. Diuitiarum solicitudinem nobis eripere cupiens Dominus, ait Matth. 6. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*: Nec id simpliciter dixit, sed & damnum apposuit ortum ex terrenis thesauris: *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Ecce tibi ex oculo nequam, quales oriuntur tenebræ, quæ nimirùm totum hominem valeant obcurare. Sed scirè cupis cum post doctrinam de non thesaurizando immediatè agat de oculorum siue luce, siue tenebris? Quid thesaurus commune habet cum oculis? Sanè ex thesauris ea malitia, & nequitia oculis ingeneratur, vt à fontibus lucis, solæ tenebræ manent; & tenebræ quæ te totum operiant. Ad hæc Imperfect. hom. 15. in Matth. fatur: *Qui diuitias congregat cum peccato, spem suam ponit in terra, qui autem spẽ habet in terra, illius mens carnalis est, & immunda. Illius ergo tota caro in tenebris est.* Et cur non obturentur oculi terra pleni? Sanè quot diuitias spectas; tot terræ cumulos ad oculos mentis trahis, quibus totus in tenebris sepultus maneas. De opulentissimo rege Babylonis, ait Habacuc capit. 2. *Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius, & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non sua? Vsque quo, & aggranat contra se densum lutum?* Quibus id maximè notandum quale ænigma dicatur regi diuiti, nimirùm: *Væ ei qui multiplicat non sua!* Quid clarius? Quid manifestius ei dici potuit? Vndè tam aperta propositio, & clara potuit haberi ænigma, quod plenum obscuritatis est? Id insinuat sequens altera videlicet: *Vsque quo, & aggrauat contra se densum lutum?* Vbi totus quis est, in accumulandis diuitijs, quot aurea spectat, tot densissimos luti muros ob oculos ponit, quibus etiam clarissima non videt, sed totus manet oppressus tenebris, & caligine. Apud Luc. capit. 16. *Homo quidam erat dives, & induebatur purpura, & bisso, & epulabatur quotidie splendide: & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis, & cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.* Ecce tibi Lazarus assiduus ad mensam diuitis, & nec dives, nec vllus ministrorũ eius dicitur tã familiarem suis ianuis hominem aliquando vidisse. Quid plura? Statim, & diuitis, & pauperis mors narratur, qua media pauper ascendit in Abrahæ sinum, & dives descendit ad inferos. Quid tunc? *Et eleuans oculos suos cum esset in tormentis Abraham vidit à longe, & Lazarum in sinu eius*, &c. Vix nudus à diuitijs in tormentis est, & statim etiam longissimè distantem Lazarum vidit: cur modò adeò distantem vidit, quem antea vicinum sibi vidisse non dicitur? Sanè diuitiarum pulùis, siue splendor sic oculos eius tenuerat, vt nihil sibi vtile videret: abire diuitiæ, & omnia facile miser perpexit. Pulchrè Chrysologus serm. 124. *Immutatio quanta rerum! Pauperem prouexit ad philosophiam paupertas, diuitem extulit purpura ad superbiam, ad cæcitatem splendor: quo descendit dives? Quo pauper ascendit? Respicit ibi sursum, quem despexerat hic deorsum: & videt eum de inferno, in sinu Abrahæ, quem iacentem se coram superbo desigmate non videbat.* Et quidem superbo desigmate, hoc est, de stratu aureo etiam vicinissimum non videbat: quando auri splendor miseros homines prorsus excæcat, & offundit tenebris. Hinc patet quam meritò diuiti illi auaro, Luc. 12. dicitur. *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.*

Num. 24. Num. 27. Rupert. Matth. 6. Imperfect. Abac. 2. Luc. 16. Chrysol.

à te. Notanter dicunt, non hac die, ſed hac nocte; qui enim velut hic bona temporalia mente voluit, in illiſque eſt fidens, lucem cœli non videt, in nocturnis tenebris eſt totus. Vndè acutè dicebat D. Ambroſ. *Ambr.* lib. de Nabuthæ cap. 4. *Nocte anima auari repoſcitur, quæ à tenebris incipit, & in tenebris perſeuerat. Auaro ſemper nox eſt.* Nullum diem vident auari; aurum & temporalia bona dies vniuerſos ſibi eripiunt, ſuis autem ſectatoribus, & cæcã, & caligine plenam relinquunt noctem. Iudas ille miſerrimus vbi proditionem Domini à ſe factam aduertit Matth. 27. *Retulit triginta argenteos* *Matt. 27.* *& proiecit in templo, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Seſe arbori ſuſpendendo dabat, & argenteos non niſi templo reddit, cur miſer non magis tibi conſulis, quam argenteis? Cur potius in argenteos non iraſceris, illiſque in mare proiectis, te in templum recipis impetraturus veniam? Cur mauis te perditioni, & numos templo reddere? Pulchrè *Drog.* Drogo Hoſtiens. lib. de ſacrament. Paſs. *Ecce infelix, qualiter excæcatus eſt! Maluit ſe ipſum perdere, quàm denarios perire. Denarios templo, ſeipſum laqueo addixit.* Proh auariſsimi hominis cæcitas damnum ſuæ perditionis non videt, & dignius perdendi nummi, curat, vt aſſeruentur! Quo tenebrarum non trahit homines aurum? De illius inueſtigatoribus aiebat Caſsiod. lib. 9. var. 3. *Caſsiod.* *Intrant homines caligines profundas: viuunt ſine ſupernis, exulant à ſole: & dum ſub terris compendia quærunt, non nũquam lucis gaudia derelinquunt.* Equidem hoc ſolemniſsimum eſt omnibus illis, qui auri amore afficiuntur, eo ipſo intrant caligines profundas, & à Sole exulant. Nec illepida metaphora de auaris locutus Drogo ſupra ait: *Qui autem ſibi* *Drog.* *comam nutriunt, cæcitatis, & grauitatis ſibi damnationem acquirunt.* Expèdè illud, *comam nutriunt.* Hiſpanè eadem metaphora dicunt de eo, qui bona acquirit, *criar pelo*, quo cæcitatem, nigraſque caligines oculorum incurrunt.

§. XX.

Ædificatores templorum Deo acceptiſsimi. Vbi de templis.

QVi ex aureis oblationibus in templo factis ditabantur ſacerdotes, nequit daretn templorum fabricis, ſed omnia ſibi donaria raperent, popularibus perſuadebant ſanctitatem, & veram religionem non in templis eſſe, ſed in donarijs. Quare nihil eſſet, ſi in templo iuraſſent; multum ſi in donarijs, vt quæ religione ſuperabant altaria, & templa. A page, tale inquinamentum minime patiatur Chriſtianus, namque inter omnia dona externa Deo religionis ergo oblata, templorum ædificatio acceptiſsima eſt, & gratiſsima Deo. Et cur non gratiſsima Deo templorum ædificatio præ omnibus muneribus oblatis? Caſsiodo- *Caſsiod.* rus 4. Variar. 30. ſic monebat virum patritium, qui ædem publicis fabricis profuturam ædificat: *Quapropter rebus ſperatis ſecurus innitere: vt dignus Romanis fabricis habitator appareas, perfectumque opus ſuum laudet auctorem. Nulla enim res eſt, per quam melius poſsit agnoſci, & prudentis ingenium, & largitatis effectus.* Non ſic in donis, quam in templorum fabricis profuſæ in Deum largitatis humanæ affectus apparet. Non id ignorabant peſsimi Phariſæi, qui vt hominem de vera religione benemeritum commendarent Ieſu, ſic aiunt Luc. 7. *Quiã dignus eſt* *Luc. 7.* *vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.* An qui Synagogam ædificauit, non & alia donaria intulit prius ſanctiſsimo templo? Cur ergo non meminerunt donariorum oblatorum, ſed tantum Synagogæ ædificatæ meminerunt? Sciebant equidem, quod nulla res ex his ſanctior appareat, nec efficacior eſſet ad Deum trahendum. Vndè merito dicebat D. *Paulinꝰ* Paulinus epiſt. 12. *Ad promerendam pueris ſanitatem, & ipſum Dominum Ieſum fidei ſuæ prædicatorem habendum, id potiſsimum meriti valuit, quod plebs Domini, quæ tunc adhuc in Iudæa erat, illi, de Synagogæ ædificatæ teſtimonio ſuffragata eſt.* Nulla re magis Deum deuincerent; & ſi largiſsima hominis dona retuliſſent, & ſi ſacrificia mille ab illo oblata prædicarent, non ſic illum hæc Deo commendarent, laudibuſque diuinis aptum redderent, vt vna illa res, nimirum, quòd ædificande ſynagogæ operam dederit. Sanè multi Ethnicorum reges munera miſerunt templo Ieroſolymitano vaſa aurea, & argentea, imò teſte Ioſepho lib. 11. capit. 8. Alexander Macedo Pontificem Ieroſolymitanum adorauit, ſacrificijs templi repleuit aras. Soli Babylonij ante Dauidem, templi religionem violarunt, eiuſque aurea vaſa aſportarunt: & nihilominus Dauid Pſalm. 86. ait. *Gloriosa dicta ſunt* *Pſalm. 86* *de te ciuitas Dei. Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.* Et qualis ciuitatis Dei gloria erat, quòd in ea fuerint Tyrij, & Babylonij raptores auri

templi, cur non magis, ibi sint Macedones, quorum Alexander, & templum, & Pontificem donis cumulauit? Cur prætermissis tẽpli adoratoribus, meminit Tyrios, & Babylonios tantum? Equidem in Babylone, & si fuit Nabuchodonosor, qui templum spoliauit Ierosolymitanum fuit, & Cyrus fuit, & Darius, qui ædificando templo operam nauarunt, similiter, & Tyrij eiusdẽ templi promouerunt fabricam, quo in ciuitate Dei æternum sibi præ alijs nomen compararunt. Ad hæc D. Bruno de laudibus Ecclesiæ cap. 6. ait. *Gloriosa sunt hæc, quæ, & iustis, & peccatoribus magnam spem dare possunt, & immensam ferre lætitiam. Vis in Ecclesia suscipi? Tyrios imitare, quorum opere, & auxilio templum ædificatũ est.* Acceptissima est Deo semper templorum ædificatio præ omnibus alijs muneribus, vt qui in templis gratius habitat, ibique suæ magnificentiæ, & virtutis maiorem ostensionem faciat. Iacob Gen. 28. vbi notauit super lapidem scalam ad cœlum ascendere, cui Deus inniteretur, ait. *Quam terribilis est locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Ex quo conijcit locum illum esse domum Dei? Ex eo solum quod viderit adeò esse per gratum locum Deo, vt vel ad nudum lapidem ibi positũ Deus ipse totus aspiceret, Angelosque suos cateruatim mitteret. Quapropter dicebat Caiet. *Vere domum appropriatam Deo Iacob intellexit, ex eo quod in illa parte cœlorum viderat Deum ad illam terræ partem spectantẽ.* Nil ex mundanis omnibus spectabilius Deo quàm templum: super hoc oculos largiratis suæ defixos habet, adhoc aspicit, vt hominibus faueat, in hoc oblectatur, regnique sui glorias apertius pandit. Huc refeto Italiæ Regis de Palatijs suis præconiũ apud Cassiod. lib. 7. var. 5. *Hæc nostra sunt oblectamenta, potentiæ imperij decora facies, testimoniũ præconiale regnorum: hæc legatis sub admiratione monstrantur, & prima fronte talis dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobantur. Et ideo magna voluptas est prudentissimæ mẽtis pulcherrima iugiter habitatione gaudere, & inter publicas curas animum fessum reficere dulcedine fabricarum.* Hæccinæ sunt tẽpla in Christi Ecclesia ædificata, Deo oblectamenta, diuini imperij pulchra facies, regnantis religionis testimonium præconiale, quæ in floridissimis vrbibus sub admiratione exteritis monstrantur, & ex eorum fronte, internoque cultu, & ornatu ministrantium talis Dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobatur. Non ita sunt nouatorum tẽpla, quæ potius apparent ruinæ templi à Babylonijs expoliati, & misere iacentis sine vasis aureis, sine supellectili, sine Deo, educentis Nehemiæ lachrymas; expectantis ad reædificationem, & noui alicuius Cyri dexteram, & Zorobabelis desideratem.

Eccles. 6.

Genes. 28

Caiet.

Cassiod.

§. XXI.

Vnius periurij pœna quam plurimos perdit, & citissime perdit.

NON stricta est iuramenti religio, *qui iurat in altari, iurat, & in omnibus, quæ super illud sunt,* &c. Vniuersa quæ annexa sunt rei, in qua iuras, tanguntur religione iuramenti: & similiter vniuersa, quæ tibi aliquo modo proxima sunt, periurij tui pœna quatiuntur. Nescit iuramentum breuibus coarctari limitibus, vel eius cum rite profertur, virtus, vel cum fraudalenter emittitur, eius pœnæ vicina peruadunt vniuersa. Sedecias rex in Ierosymis fidem frangens Babylonijs, & iuramenta præstita fœdauit: quid tunc? Habes 4. Reg. 25. *Venit Nabuzardam princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Ierusalem, & succendit domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalẽ, omnemque domum combusit igne.* Nulla mansit domus in illa ciuitate, ad quam ignis flama non venirent. Sed qui sic per vniuersam vrbem potuit ignem ostiatim ferre? Quãdo expugnator vrbis nulli etiam vilissimæ casæ pepercit? Non id præstitit miles Babylonius, sed Sedeciæ periuriũ id faciebat, quod nesciens vna in domo arctari, aduniuersas vicinas ducebat flammas. Ait Chrysost. ho. 19. ad Pop. *Vbique ignis grassabatur barbaricus, iuramento ignem ducente, & flammam passim circũ agẽte.* Itaque Nabuzardam dux fuit militum expugnãtium vrbem; at Sedeciæ periuriũ dux erat flãmarũ, quas ducebat, & vocabat ostiatim, ne vel humilis casa seruaretur à flãmis. Hanc periurij pœnam latã etiam inuicinos simulabat forsan Herodes præcauere, cũ postulatũ à saltatrice caput, Ioannis Matth. 14. *Propter iuramentũ autem; & eos qui pariter recũbebant, iussit dari.* Timuit iuramento suo, timuit, & simul discumbentibus: quia iuramenti fractio omnibus vicinis reputabatur exitialis. Vndè Zachariæ cap. 5. ait. *Ecce ego video volumen volans. Hæc est maledictio quæ egreditur super faciẽ omnis terræ, quia omnis fur sicut ibi scriptũ est, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur.* Expẽde quæso rationis datę pondus, nimirũ, hæc est maledictio, quæ egreditur super omnem terrã. Et cur maledictio egreditur super omnẽ terrã? An quia omnis caro corruperat viam suam? Minimè: sed quia omnis iurans ex hoc iudica-

4. Reg. 25

Chrysost.

Matt. 14.

Zachar. 5.

dicabitur, & vbi iudicium paratur in iurantes, neceſſum eſt, quod & maledictiones in iurantes iactatæ vniuerſa etiam peruadant. Quis ſibi iam non metuat à iuramẽtis? Quis vel Herode peior non iuramentis pareat, vel ſaltem propter diſcumbẽtes ſimul, quãdo iuramenti violatipœna vniuerſos tangit, & timorem incutit aſtantibus. Quippè
Antioch. dicebat D. Antiochus, hom. 63. *Vel ſola locutio viri iuramentis aſſueti, nõ ſolum capillos ſurrigit, veram aures inſuper infenſè, & pugnaciter vellicat audientium.* Et cur non turbẽtur, & metuant audientes, quando iuramenti pœna vniuerſos tangit, & citiſsimè tangit. Iuramentum enim, & vniuerſalitatem, & celeritatem in pœnis habet, non enim, quia eius pœna ad plurimos ſe extendit, ideo tardior eſt, ſed omnes alias pœnas ſuperat velocitate. De Sedeciæ periuro caſtigato à Rege Ba-
Ierem. 39. bylonio, ait Ierem. 39. *Oculos quoque Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt ducerent in Babylonem.* Antequam à Iudeæ ſolo egrederetur, oculos perdidit Sedecias: quod
Chryſoſt. ponderans D. Chryſoſt. hom. 19. ad Popul. ait: *In Iudæa excæcationem paſſus eſt, vbi namque iuramentum ſpretum eſt, ibi & vindicatum, & vltionem ipſe ſuſtinuit.* Non potuit tardare pœna violati iuramenti, ſed in eodem loco, in quo culpam fecit, ibi & pœnam incurrit.

Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſęi hypocritæ: quia decimatis metam, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem: hęc oportet facere, & illa non ommittere. Duces cœci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

§. XXII.

Nimis ſcrupuloſi erga parua, ſolent magna deuorare.

NOn in Phariſæis perfidis ſolùm inuenies hoc vitium, qui præ malitia cordis ſui circa paruula religionis opera nimis ſcrupuloſi, & timorati videbantur, verum circa inſignia virtutũ facinora caligabant; imò, & grauia ſcelera vorabant. Sed id accidere ſæpius ſolet modò, & hominibus anguſti animi, qui vt ſunt ipſi parui cordis, ſic minis adhærent paruulis, & leuidenſibus obſeruantijs, pro quibus nihil non metuũt, nihil non cauent, alioquin minimè curantes res magnas. Propone tibi ob oculos totum illud Phariſęorũ ſupercilium, quo perſequebantur Ieſum, quo ſpectabat, nimirùm, ne Sabbata aliquo etiam vtiliſsimo, etiã neceſſario opere polluerẽtur. Matth. 12. *Abiit Ieſus per ſata Sabbato: diſcipuli autem eius eſurientes ceperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere Sabbatis.* Proh nimiam Sabbati obſeruantiam! Proh ſcrupuloſam nimis Sabbati religionẽ! Profecto ſcrupulus hic de non vellendis paucis ſpicis, famis ergo non religionem cuſtodit, ſed maioribus longè facinoribus locũ dabit in Sabbato. Notabat ad hæc D. Anathaſius
Matt. 12. *Athanaſ.* hom. de Semente: *At qui illi, qui eſum in Sabbato pro crimine obijciunt, ipſi eadem in Dominũ ipſo Sabbato moliuntur.* Toti poſiti in eo, ne vel ſpica euellatur neceſsitatis ergo die Sabbati, nec curant, quod germen illud Ieſſe feſtis diebus euulſum ſit à terra viuentiũ, imò & ipſi in Sabbatis clamant: *mittamus lignum in panem eius.* Mitti lignũ in panẽ eius, ingẽs erat facinus, & opus deteſtandũ, quod deglutiunt illi, qui in ſpicam euulſam neceſsitatis gratia vehementer ſcandeſcunt. Vtinam & viris pijs inde maneret ſuſpecta nimis ſcrupuloſa religio circa parua: quæ ſolet ſæpe minus attenta eſſe, & minus capere magna. Pro quo aiebat D. Paul. 1. ad Corint. 14
1. Cor. 14. *Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli ſtote, ſenſibus autẽ perfecti ſtote.* Quos malitia paruulos amat, dolet, quòd ſint ſenſibus paruuli, ſed cur dolet, quod ſint paruuli ſenſibus? Sapienter D. Chryſoſt. hom. 36.
Chryſoſt. ibi: *Nam ſolent pueri ad parua hiare, & obſtupeſcere, valde magna non æque mirantur.* Pueri paruulis, & leuidenſibus rebus capiuntur, magna non ipſi capiunt: clamauit puer, vociferabitur pro cartula ſibi erepta: qui præteribit ludens conflagrationem paternæ ſubſtantiæ: noui puerum, qui pro acquirẽdo pomo currebat, interim pallium dimittens latronis manibus. Nec noui hominem in naturalibus nimis ſtudioſum rerum paruarum, quẽ non aduerterim ęcutientẽ ad res maioris ſubſtãtię. Id Paulus verbis datis notabat in illis, qui nimis fidebant externis virtutum paruulis teſtimonijs, nimirùm, linguarum dono, ſiue etiam dono ſanitatum, ſiue fœminarum, reuelationibus, qui enim hæc paruula nimis auide arripiũt, paruuli ſenſibus videntur, & adeò paruuli, vt pro his leuiden-

sibus saluandis instar puerorum magna contemnant, magna deuorent. Fallar si huc non spectauit Dominus Luc. 10. aiens ad Martham: *Solicita es, & turbaris erga plurima. Vnũ porrò est necessarium.* Vnum vocat, quidquid præcipuum est, & magnum salutis negotium, solent enim quæ magna, & splendida sunt, etiam vnica vocitari. Sic virilis hominis animus ad vnica, & magna, & præcipua virtutis facinora spectet, dum enim se turbæ, siue multitudini rerum tradis, hoc est, nimis solicitus est, de minutissimis quibusque rebus, circa magna turbabitur, adeòque cæcutiet ad illa, vt querelam moueat de his, quę debebat mirari. His, si Prælati sint, proponerent consilium laudatissimum à Iethro Moysi datum, Exod. 14. *Quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent, leuiusque sit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poterit sustentari.* Expende qualiter dicantur præcepta Dei, posse à Principe sustentari, nimirùm, si præcipuè ad maiora, ipse respiciat; si non nimis anxius sit pro leuidensium, & paruulorum multitudine. Quippè vt ait Sap. cap. 9. *Terrena inhabitatio deprimit mentem multa cogitantem*: de magnis, & vnicis nobis præcipua sit cura; ne si nimis scrupulosi paruorũ turbæ, & multitudini inhiemus, terrena inhabitatio laqueos nobis paret, quibus aliquod vocare faciat magnum. Apud Rodiginum, libr. 4. Antagoras Philosophus sic mordet Regem Agamenonem, nimirum, scrutatorem rerum parulorum: *An opinaris, ô Rex Agamenonem, cui tantarum rerum onus incumberet, solicitius perscrutatum, ecquis in exercitu suo congruum coqueret?* Nunquam non male oluit nimia cura de paruis, in his, qui magna debent tractare. Vnde monebat Philo, lib. de Creatione Principis: *Ne in exiguis conterat operam princeps, ne solicitudinem impendendo rebus vilioribus, negligat maioris momenti negotia.* Sic ille.

Luc. 10.

Exod. 14.

Sap. 9.

Rodigin.

Phil.

§. XXIII.

Grauissimi gubernatorum negotia ea solà sunt, quæ pauperum necessitatibus consulunt.

COnueniant huc mundiales gubernatores, & norent, quę sint grauiora legum negotia, quippè ait Dominus: *Relinquitis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem.* Expende, quę iungantur à Domino, nimirum, *iudicium, & misericordia.* Illa equidem sunt grauiora legis negotia, quando iudicia exercentur, quæ misericordiam contineant, videlicet, de subleuatione pauperum; de viduarum tollenda oppressione, de fouẽdis pupillis. Repete paulò ante datum consilium Iethri, Exods 14. qui sic dicebat præstantissimo gubernatori Moysi. *Quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantũmodo iudicẽt.* Sed quę erũt maiora negotia gubernatoribus præstantissimis reseruanda? Accipitè pro illis Philonẽ lib. de Creatione Principis fantem. *Maiora dico negotia, non vt quidã existimant, controuersias, quæ inter claros, diuites, potentesque incidunt: sed quoties priuati, egeni, obscuri premuntur à potentioribus, cum nulla præsidij spes est, nisi à iudice.* Hæc sunt maiora, & grauiora negotia, quæ maximos gubernatores decẽt, in quibus tractandis ipsi præcipuam curam, & studium tenentur impendere. Hæc velut omnium grauissima, sibi reseruauit Deus ipse: ait enim Deutheronom. 10. *Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum.* Ecce tibi magnus, & potens Deus de vniuersis sæculorum negotijs, qualia sibi deligit iudicanda, vtpote in suo conspectu grauiora, nimirũ, *facit iudicium pupillo, & viduæ.* Hinc se extollebat Theodoricus Rex apud Cassiod. 1. var. 8. aiens. *Cordi nobis est cunctos in commune protegere, sed eos maxime, quos sibi nouimus defuisse. Sic enim æquitatis libra seruabitur, si auxilium largiamur imparibus, & metum nostri pro paruulis, insolentibus opponamus. Fortuna minor principem quærit.* Et sanè pro pauperibus, & infirmis tutandis inuentus est principatus; nec vnquam Deus Principem constituit, cui summa, & prima illa pauperum negotia non indiceret. Sic Psalm. 71. *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.* Ad hoc rex creatur, ad hoc tribunal statuitur, vt causæ infirmorũ agantur. Nullus sedes à Deo descendit, cui non prima, & maiora negotia sint, quæ ad pauperes spectãt. Recole supremi iudicis tribunal, à patre acceptũ, quando omne iudicium dedit filio. Quæ illo in tribunali, cui omnia imperiorum mundialium negotia reseruantur, primò, & principaliter agantur? Matth. 25. *Tunc dicit rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurini enim, & dedisti mihi manducare, &c.* Bone rex tribunal ascendis iudicaturus orbem, & primo agis de frustro panis pauperi exhibito? Adsunt regnorũ spoliationes; adsunt Patriarcharum facinora immor-

Exod. 14.

Phil.

Deut.

Cassiod.

Psal. 71.

Matt. 25.

immortali decoranda laude; adſunt duriſſima bella martyrum, cur hæc illuſtria, & nobilia non primum in examen vocãtur? Cur prætermiſſis illis, pauperculi panis tibi negotium faceſsit? Sanè in cõſpectu diuiniſsimi regis maiora, & prima negotia, illa ſunt, quæ ſpectant ad pauperes. Pulchrè aiebat Chryſol. ſerm. 14. Quòd ſeruauit mundum Noe, quòd Abraham fidem ſuſcepit, quòd Moyſes legem tulit, quòd Petrus crucem re ſupinus aſcendit, Deus tacet, & hoc clamat ſolum, quòd comedit pauper. *In cœlo prima eſt eſtrientis annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in cœlo, eregatio pauperis prima diuinis ſcribitur in diurnis.* Quantum negotium erat mundi reſtauratio per Noe? Quantum ponderis habebant leges Moyſis, facinora Abrahami, triumphus Petri? Et hæc à iudice diuino quaſi prætermittuntur, dum agit de cibo pauperum; in eo tribunali, qui cæleſtis eſt, qui Deum halat prima tractantur negotia pauperum, primaque ſcribuntur in diurnis, quaſi ob hæc præciſe à Deo ſint inuenta tribunalia.

Chryſol.

§. XXIIII.

Gubernator, qui nimius eſt in minimis, & paruis, ſolet præſtantiſsimis inferre damnum.

EXpende adhuc in his gubernatoribus, qui decimam cyminum, quid ſequatur, nimirùm, quod relinquant iudicium, raro enim, qui nimis affectus eſt circa parua, & minima; iuſtũ iudicij põdus circa res habet. Iuſtũ iudicium illud eſt, in quo ſuus cuique valor, & æſtimatio datur, vt magna magni æſtimentur, & præ illis relinquantur, & contemnantur (ſi ſors tuleris) parua: Hoc iuſtũ iudicium minimè ſeruari poteſt, ab his, qui circa parua maximo, & nimio animi conatu feruntur, hi enim ſic parua illa ſua diligunt, ſic requirunt, vt nec alia maiora vacet ſpectare, vnde fit, vt propter illa paruula habenda, damnum inferant magnis, cum multo diſpendio publicæ communitatis. Eu quoties magnarum virtutum lumina deſpiciuntur; imò tenebris dantur ab his nimis exlatoribus paruitatum! Noui hominem hortulanum, cui cordi erant olera, lactucæ, allia, porri, & cætera huiuſmodi leuidenſia; is aliquando accepit colendam vineam fœcundis vitibus plenam; & fructiferis arboribus locupletam. Quid hæc ad hortulanum oleribus aſſuetum? Sua requirit allia, & cepas has expoſcit, pro his ſuſpirat, & otioſam & perditam reputans terram vitibus, & arboribus interpoſitam, illam nouo ferro diuexat, vt acceptis ſeminibus olera etiam referat, & alia. Quid plura? Duobus annis pro habẽdis oleribus vineam perdidit, & vites, & arbores. Non quæuis terra ò bone apta eſt ſimul fortibus ferendis fructibus, & leuidenſibus, & quæ ligonem ſuſtinet pro magnis fructibus: nequit ſuſtinere, vel ſcalpellũ pro paruis. Non otioſam putes teram, quæ vitibus adiacet, vexatio eſt damnoſa, nõ cultura, non religio, quæ à terra parturiente vites, adhuc contendit vel ferro olera extrahere. Sed quid eſt vſtium perditio illi, cui cordi eſt cepa, & allium, & cætera olera herbarunt? Hanc in moralibus perditionem cauebat Dominus Deutheron. 22. *Non ſeres vineam tuam altero ſemine, ne ex ſementis, quàm ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea pariter ſanctificentur*: hoc eſt, perdantur. Peſsimi equidem coloni eſt, ſicut & peſsimi gubernatoris terram magnorum fructuum feracẽ paruis addictis diuexare, imò reducere ad ſterilitatem. Id quod Philo lib. de creatione Principis, in rem ſuam notabat, aiens: *Quicumque colonus nimis ad rem attentus poteſt obiurgari his verbis legislatoris: Cur ſauior es regibus ciuitates debellantibus? Illi ſuis parcunt prouincialibus contenti vno tributo annuo. Vos autem cum ex eodem fundo colligatis inuere hordeum, in ætate fructus arboreos, duplici eum tributo grauatum opprimentis, fieri non poteſt, quin exhauſtus deficiat.* Sufficiant colono poma, & rubentia muſta ex vineis, cur pro hordeo, & cępis illam vexabit, ſterilemque efficiet? Sufficiant gubernatori fortia virtutum facinora viſa in ſubditis, non pro minimis illos diuexet, ne forte exhauſti deficiant. Caue tibi, qui præes ne nimis ad rem attentus ſis, vt nec paruis parcas, magnum enim ſæpe damnum reiectis præſtantiſsimis communi vtilitati inferes.

Deut. 22.

Philo.

Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia mũdatis, quod de foris eſt calicis, & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia. Phariſæe cæce munda prius, quod intus eſt calicis, & paropſidis, vt fiat id, quod de foris eſt mundum.

Væ vobis Scribæ, & Phariſęi hypocritę, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ á foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsibus mortuorum, & omni ſpurcitia, ſic & vos á foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.

§. XXV.

Chriſtianum eſt intimis animi virtutibus plus fidere.

NVnquam externus ſplendor ſine interiori Deo placere potuit, qui cum ſpiritus ſit, intimo & ſpirituali gaudet ſplendore, ideo ſemper reſpuit iuſtitiam Phariſæorum, quæ ſolis externis conſtabat nitoribus. Sed mihi in primis illud facit quæſtionem; cur Dominus ſic perſequatur Phariſæorum iuſtitiam externam; cum ipſe in lege mille externas lotionęs. & calicis, & catinorum mandauerit? Nonne lex erat de lauandis vaſis, & de alijs mille externis mundicijs? Imò cum legem tradiderit Moyſi, eius faciem externis fecit lucere ſplendoribus, vt habes Exod. 34. & Paul. 2. ad Corinth. 3. ait: *Non poſſent intendere filij Iſrael in* 2. Cor. 3. *faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius.* Cur ergo, qui adeò inuehitur in externos nitores Phariſæorum in legis externis nitoribus, in Moyſi ſolius faciei ſplendore ſibi complacebat? Equidem legales illæ mundiciæ, & externa Moyſis gloria indigitabant Chriſtianorum intimas virtutes, & medullitus inixas glorias, quæ in illis externis adumbratæ diuinos recreabant oculos. Ad D. Mach. hæc enim ait D. Machar. hom. 12. *Gloria relucebat in facie Moyſi. Et quod gerebatur, alterius rei figuram præferebat: quoniam illa gloria nunc intus ſplendet in cordibus Chriſtianorũ.* Nunquam enim externa faciei gloria, nunquam externæ mundities vaſorum placerent Domino, niſi prout ipſæ illæ mundities cernebantur in intimis præcordijs poſitæ Chriſtianorũ. Hinc meritò dicebat Pſal. 44. Pſal. 44. tes. 44. *Omnis gloria eius filia regis ab intus in fimbris aureis.* Gloria enim Moyſis traſlata in Chriſti Eccleſiam non extrinſecus fulgurat, ſed ab intus, ab intimis animi receſsibus diuites oſtendit venas, quibus latitant virtutes aureæ. Pulchrè aiebat D. Bruno, ibi: *Omnis gloria eius filia regis, id eſt, filiæ filij mei, quã ſuperius reginam dixi, erit ab intus, ab anima coruſcans in fimbris aureis, in perfectione charitatis, quæ per bona opera apparet.* Tunc Chriſtianus in Domino poteſt gloriari, cum intimis animi ſui medullis eas cõgerit aurearum virtutum diuitias, quæ extrinſecus etiam per bona opera valeant radiare. Nec vnquam æſtimata fuit virtus, quæ ab intimis non eſſet: id quòd oſtendere volens Moyſes Num. 21. pro ſalute obtinenda ſerpentem æneum exaltabit; ſed qualem ſerpentem æneum, an talem, qui extrinſecus æneum oſtenderet faciem, intrinſecus autem eſſet inanis, & vacuus? Abſit; non enim proficiunt ad ſalutem, niſi illa, quorum interna correſpondent exterius ſplendenti faciei. Vndè aiebat D. Ephren de Pœnitent. *Moyſes, quãdo populus peccabit, imperabat his, vt ſerpentem crucifigerent, hoc eſt, vt peccatum* Ephr. *dolerent, & non fecit illũ inanẽ, & vacuũ, ſed ſuilẽ ſtatuã are ſolidã. Quid ita? Vt oſtendat tibi, quòd perfectè, ac ſolide malitiã auerſari debes.* Eu quot exterius ſerpẽtem crucifixam oſtẽdunt, ſub eiuſque ſplendenti vultu gloriantur, qui intrinſecus pleni ſunt cabernarum, & latibula præbent, quibus virulẽtia vitiorum abſcondantur. Væ illis: ſatius feciſſent, ſi internam maliciam exterminarent, ſi ſerpentem internum paſcentem viſcera crucifigerent. Quid enim prodeſt exterius mundari, ſi meliorem partem mundam habes. Chriſto Domino, vel porci nomen infame erat, ait Matth. 7. *Nec mittas margaritas ante porcos.* Matth. 7. Et ſanè hoc animal aliquid habebat, quòd lex in animalibus habebat gratum, animal enim ruminans placet legi, cur ergo hoc animal, cum ruminet, ſic offendis legis auctorẽ? D. Ephrẽ vbi ſupra: *Nihil verò profuerit porco pro dimidio dum ta-* Ephr. *xat mundum eſſe, cum vngulas non ſolidas, ſed ſciſſas habeat, nam omnem abiecit munditiem.* Non eſt cur de munditia glorietur, qui & ſolidè, & perfectè, intrinſecus, & extrinſecus non mundatur, ſi vel partem immundam retineas, omnem abieciſti munditiem, factus es Deo abominabilis.

§. XXVI.

Vitiorum extrinsecus splendor despiciendus, & eorum intrinsecus horror videndus est ab eo, qui velit lucrum reportare.

HOmo hypocrita verè sepulchrum est de foris nitens auro, intrinsecus autem corruptione cadauerum, fœtore plenum. Sic mundialia bona vniuersa, sic vitiorum, voluptatumque materies extrinsecus quodam nitent splendore, verum intrinsecus, si inspiciantur, nil aliud, quam fætorem, & horrorem exhibent. Fœlix ille, qui de foris nitentem speciem contemnens, intima penetrat, occulta fœculenta attente rimatur, fallar, nisi is multa ex Deo lucra reportet. Psal. 106 Aiebat Psalm. 106. *Qui descendunt mare in manibus faciẽtes operationes in aquis multis. Ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo.* Expende vbi Dei miracula percipiãtur, nimirùm, in maris profundò; cur non magis in sereni maris extima superficie? Cum mare serenum est, nescio an cœlum ipsum pulchriùs rutilet; argentea, siue christalina æquora apparent, quæ oculos mortalium impleant, animos rapiant. Percussæ vndæ Solis radijs purpurea effingunt tapeta, vel currentes aureos riuos effingunt. Perspicacior oculus coloribus del falsis fallentia nectara sugit, quæ animo propinat, miserumque inebriat mendacijs multis. Quid mundialibus bonis similius? Ementitis splendoribus instar maris fulgurant vitia, vt pariant ruinas, ille autem, qui has effictas lucellas contemnit, & descendit in profundum vitiorum, vt intima rimetur, dum nil inuenit pręter limum, præter fętores, præter ossa, & cadauera pereuntium, inter hæc mirabilia Dei videt, & effictos mundi splendores deuitans, celœstibus inhiat, & impletur diuitijs. Super hæc addit aliquid D. Machar. Macharius hom. 25. & pulchro exemplo vtens, ait: *Sicuti mercatores nudi in profundum maris descendunt, vt ille margaritas reperiant, quæ prosint ad coronam, & purpuram regiam; ita qui solitarie viuunt, in profundum maris vitiorum descendunt, vnde sumunt, & referunt pretiosos lapides, qui valeant ad coronam Christi, ad nouum sæculum, ad ciuitatem splendidam, & populum Angelorũ.* Sanè, qui margaritas quærit, non capitur christalino, siue purpureo vndarum aspectu; sed vndas splendẽtes pręteriens intima penetrat, ad profundum accedit, dumque limum, & fœtulenta maris scrementa scrutatur, margaritas metit. Sic fœlix veritatis assecla, minimè tenetur extrinsecus solẽdenti vitiorum nitore; interna eorum rimatur, vsque ad profundum descendit, ibique dum contemplatur voluptatum cænum honorum squalentes vacuitates, mundi fœtores, insanias; inconstantiã rerum; æternos vilibus comparatos gemitus, pretiosos mercator lapillos, quibus coronæ Christi inseritur, & nouus homo, nihil animo suo non cupit cœleste, & Angelicũ. Sic lucratur, & ditescit, qui mundialium intima penetra! Ecclesiastes capit. 7. dicebat: Eccles. 7. *Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne substrahas manum tuam, quia qui timet Deum, nihil negligit.* Bona equidem negotiatio est, qua quis se tradit iustis sustentandis, si enim ab hac negotiatione non desistat, cœlestibus diuitijs implebitur. Sed & aliam negotiationem aptiorem in rem præsentem inuenit Chaldæus Costi, fatus ad pręfata verba: Cald. *Bonus est, qui mundi huius profundis, & intimis implicatur, vt bona animo suo rependant in mercatorũ via.* Ille profecto instar boni mercatoris agit, qui non externis mundialium vndarũ splendoribus capitur, sed vsque ad limosa profundi descẽdit, intimosque horrores, & fætores, & miserias rerũ perpendit, quo animo suo æterna acquirit bona, & pretiosam margaritã offendit, qua sola etiã omnibus mundi bonis, dissipatis immensum ditescit.

§. XXVII.

Homo peccator secessũ à turbis amat, vt saluti incumbat. Vbi aliqua de exercitiorum spiritualium vtilitate.

MIseri isti hypocritæ damnabiliter comparantur sepulchris extrinsecus fulgentibus: fœliciores essent, si meruissene cõparari ipsis cadaueribus. Cadauer enim nil magis cõtendit, quã secessum, in quo ocultè putrescat, & venturam resurrectionẽ spectet. Huic assimiletur peccator, siquidem mortuus est apud Deum, & iam non tam corpus, quàm cadauer habetur, secessum contendat, vbi à turbis, imò & ab amicis semotus prædolore culparum putrescat, & sic nouam vitam, nouamque resurrectionem possit habere. Nota est illa historia defuncti pueri. 4. Reg. 4. cuius mater nil magis curauit, quam vt Elisæus filium defunctum 4. Reg. videret, illique vitam refunderet: *Ingressus est ergo Elisæus domum, & ecce puer mortuus*

tuus iacebat in lectulo eius, ingressusque clausit ostium super se, & super puerum, & orauit ad Dominum, &c. Expende quid faciat Elisæus, vt de refundenda vita puero tractet; in primis, puerũ defunctum in cubiculo accipit, à quo vniuersos arcet domesticos, imò & matrem pueri fecit abesse, & super se & puerũ solos, cubiculũ claudit. Cur non magis admittit pueri matrem, vel propinquos alios, vt simul orent? Sanè in illo mortuo adũbrabatur peccator, qui debet ab omni familiari secedere, & solus cum magistro spirituali claudi, vt in salutem, & vitam possit quàm citiùs remeare. Accipite ad hæc pulcherrima verba Bachiarij epist. ad Ianuarium, vbi ait. *Nec matri carnali ad filium mortuum aditus datur intrãdi. Valde enim debet secretus, & solitarius locus mortuo in peccatis præparari, vbi nihil capiatur amplius, quàm medicus, & cadauer.* Conueniant huc omnes, qui se peccatis confodiunt, & discant vndè possint sumere recuperandæ salutis auspiciũ. Qui in peccatis mortuus est, fugiat paulisper familiares, fugiat turbas, fugiat ipsos parentes, secessum amet, absconditum quærat cubiculum, vbi tantum capiantur, & medicus, & cadauer, ibique, & peccatorũ fœtorem defleat, & æternam speret sanitatem. Hoc salutis auspicium inuenit peccatoribus D. Ignatius Societatis Iesu Pater, qui exercitia spiritualia condens, peccatores homines paucis diebus intra cubiculum claudebat, peccatorũque fœtores, & pœnas proponebat meditandas, quo medio in salutem reformabantur. Quis memoret, vel numeret peccatorum cadauera, quæ exercitiorum spiritualium in Societate Iesu secessus ingressa, inde & salutem, & vitam recuperarunt? Fugitur turbarum conuentus, cubiculũ præparatur, vbi nihil capitur amplius, quàm medicus, & cadauer, & paucis diebus cadauer vitã halat. Quis neget secreti, & quietis locũ plurimũ conducere, vt in peccatis mortuus citiùs trahatur in spem vitæ? Cõpone modò duas notissimas in Christi Ecclesia sorores Martham, & Mariam; illa occupabatur circa freques ministerium; hæc secessum amabat, & cubiculum. Vtriusque vnanimus frater moritur, Ioann. 11. & dum domi sedens Maria mortem fratris deflet; egressa Martha inuenit Iesum, multa ab illo audit de resurrectione, de fide, & fidem obtestata, vocat Mariam sororẽ suã, quæ protinus ad pedes Iesu obuoluta, antequàm vllũ eius verbũ percipiat, ait: *Domine, si fuisses hic, nõ fuisset mortuus frater meus.* Quid tũc Iesus vitã mortuo amico refusurus accedit, iubat lapidem tolli, & aperiri sepulchrum. Ad hęc Martha obstãs, ait: *Domine, iam fœtet quatriduanus est enim.* Sic paruum fidens nec videre cadauer volebat, nec aliquam spem vitæ refundendæ in apertione sepulchri. Sed cur sola Martha hoc obstaculum ponit? Cur non simul Martha, & Maria in eandem parum fidam vocẽ erumpunt? Nunquam sanè Maria, quę domi in cubiculo sedens mortem fratris lugebat, non potiùs spem firmaret acquirendæ vitæ Quæ foris vagabatur Martha, etsi sanctè occupata, tardior quidem est ad vitam percipiendam: quæ in secessu agebat, & si nihil audiret, promptior inuenitur, & sine cũctatione recipit, quidquid spectat ad vitã. Non longè abest D. Basil. Seleuciæ orat. 2. de Lazano inquiẽs. *Martha sanè, quæ Christum admirabilia quadam de resurrectione, deque sua potestate differentem audierat, cùm ad rem ventum esset, adhuc hærens, & fluctuans aiebat: Domine, iam fœtet. Magdalena autem, quæ nihil eiusmodi perceperat, neque verbum cum Christo locuta fuerat, è vestigio credidit: Domine, ait, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Domi enim mœsta desidebat.* Non miror quòd Martha, etiam cũ multa audiat de vita, tardior inueniatur ad percipiẽdum; imò aliquẽ obicem submittat: priuilegium enim est secessus, & secreti cubiculi vitam citiùs percipere: sic quæ foris agit, cũctatur; quæ domi desidet mœsta, mortem fratris lugens, sine cũctatione, nullo obice posito, ebibit spem vitæ. Iã quisquis in peccatis mortuus sit, æmuletur cadauer, amet secessum, amet secretũ cubiculi, & sic mundo desipiat, vt salutari insipientia repletus, dicat cum Psalm. 37. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.* Dum enim quasi insipiẽs factus mundum fugit, secessum eligit, putrescent peccata, & ingredietur velocissimè vita.

Bachiar.

Basil. Sel.

Psalm. 37.

Ioann. 11

Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: si fuissemus in diebus patrũ nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. Itaque testimonium estis vobis metipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt.

§. XXVII.

§. XXVIII.

Summa impietas eò homines trahit, vt non differant eorum vota, homicidia, sacrificia, & scelera. Quod summum malum est.

DIcitur væ à Domino Pharisæis, quia iustorum monumenta ædificant, & ornant, an non pium, & religiosum est in fidelibus, quòd Mausolea erigant, & monumenta in honorem sanctorum construant? Cur ergò væ dicitur istis monumentorum taliũ ædificatoribus? Religiosa planè est Mausoleorum erectio, & dedicatio viris iustis facta; at Pharisæorum tanta erat cordis malitia, vt in illa ipsa ædificatione pessimi apparerent, & monumenta ab illis parata potius viderẽtur homicidiæ opera, quàm religiosi. Parant equidem sanctis cadaueribus sepulchra, & homicidæ, & religiosi, illi vt cõdant, & occultent: hi vt ornent, & extollant: Et eo deuenit malitia hominum, vt eadem appareant in illis religionis, & homicidij opera. Quò refero illud Isaiæ. 66. vbi quæstus Dominus de impietate populi aiebat: *Quia immolat bobem, quasi qui interficit virum.* Isai. 69. Facit hoc malitia cordis humani, vt non differant inter se, victimæ, & homicidia, vt idem motus manus, qui ad oblationem tendit, appareat tendere ad facinus immanissimum. Ecce meritricula illa Prouerb. 7. ait: *Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, &c.* Prou. 7. Qualis hæc consequentia rerum? Idcirco egreditur in occursum inuenis, quia victimas vouit, quia vota reddidit? Cur ex votis, & victimis egreditur? Rem explicat exitus, dicitur enim: *statim eam sequitur tanquam bos ductus ad victimam.* Hebraice legitur: *tanquam bos ductus ad lanienam.* Septuag. posuere: *ductus ad mactationem*: Chaldæus exprimit: *sicut bos ad macellum.* Quæ alia essent vota, & victimæ lasciuientis fœminæ, nisi quæ halarent homicidia? Huc impellit homines malitia cordis sui, & summa impietas, vt in eis non differant, sacrificia, & homicidia. Huiusmodi sunt plurimorum fidelium in templis Dei consessus: mysteriorum sacrorum exauditio; eleemosynæ, Sacramentorum vsus, & similia, quę in penè in numeris nihil differunt ab homicidijs. Horum ducem notabam aliquando Matt. 27 Iudam; qui Matth. 27. *Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum, & senioribus, dicens: peccaui, tradens sanguinem iustum: & proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit.* Ecce tibi in Iuda pœnitẽtia, ecce pecuniarum malè acquisitarum restitutio; sed hominis impietas fecit, quòd hæc pœnitẽtia, & restitutio essent noua crimina, cùm supplicio coniuncta. Et meritò deploratam Iudæ impietatem notans D. Leo ser. 5. de Pass. ait: *Tam peruersa impij cõuersio fuit, vt etiam pœnitendo peccaret.* D. Leo. Quid peius de homine dici potest? Tam peruersus est quis, vt etiã vouẽdo, sacrificando, pœnitendo, orando peccet, adeò, vt nemò possit distinguere inter eius victimas, & peccata. Quòd vt summum malorum est, sic a Dauide in summum peccatorem iaculabatur. Psal. 108. aiens: *Et oratio eius fiat in peccatis.* Psal. 108. Id quod ponderans D. Ambr. lib. 1. de Abel, & Cain, cap. 9. ait: *Nescis quàm graue sit in oratione contrahere peccatum, vbi speras remedium? Certè Dominus per Prophetam docuit hoc graue esse maledictum dicens: Et oratio eius fiat in peccatis.* Ambros. Fallar si maius aliquod maledictum iactari possit in homine, quàm quod taliter fiant eius vota, & sacrificia, & orationes, vt nequeat distingui inter illa, & crimina. Non ne summum malum est sic infectos habere fontes salutis, vt vndè sperabas vitam, mortem incurras? Nunquam Deus seuerior in peccatores ostenditur, quàm vbi illos eò deuenire permittit, vt offendant, ipsis placationis operibus. Talem Dei regorem exhibebat Diabolus Iob cap. 1. dum ait: *Ignis Dei cecidit de cœlo, & tactas oues puerosque consumpsit.* Iob 1. Cur tactas oues cœlesti igne memorat? Oues erant, ex quibus victimæ Deo fiebant, & sacrificia, vt ergò summam à Deo derelictionem, imò oppugnationem ostenderit, confingit oues ipsas, id est, victimas, quibus placari Deus debuerat, factas esse materiam diuinæ iræ. Quid hominis terribilius? Ad hęc Chrysost. in cat. Græc. hoc astum Dæmonis expendens, ait: *E cœlo facit tibi bellum Deus. Id verò certo est argumento, quòd ignis de cœlo dimissus oues consumpsit.* Chrysost. Et quidem nullum certius argumentum est miserrimi, & deplorati status hominis, à Deoque summo odio habiti, quàm vbi permittitur, eò per malitiam suam deuenire, quòd ipsæ eius victimæ, quibus Deum placare poterat, fiant fomenta, & pabula æterni ignis. Sic impletur illud Malach. 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* Malac. 2. Et de tali anima; quæ ipsis bonis operibus offendit, ait Ierem. Thren. 1. *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbatha eius.* Osee. 1. Cur hostes non rideant illa bona opera, quæ citius castigantur, quam sacrilegia ipsa? Oseæ. 1. ait Dominus:

minus: *Visitabo sanguinem Iezrael super domũ Iehu.* Sanguis Iezrael, est sanguis Naboth Iezraelitæ effusus ab Achab, & Iezabel, quos in vindictam illius sanguinis interfecit Iehu iuxta verbum Domini. Cur ergò dicit Dominus se venturũ contra Iehu propter Nabothi sanguinem? Nonne Iehu suũ Deo præstitit obsequium, vindicans sanguinem illum? Equidem vindicauit sanguinem Nabothi Iehu, sed ambitiosè illum vindicauit: quare apud Deum Iehu obsequium, idẽ reputatur, ac persecutorum homicidium, & quasi homicidium pœnas luit. Rup. ibi. *Quia Iehu non veraciter zelo Dei paruit, sed propria cupiditati, vt regnaret, seruiuit; recte ipse reputatur inter interfectores Nabothi.* Non minùs irritant, & offendunt sanctos nonnullorum obsequia, quàm aliorum homicidia.

Ruper.

Matth. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorũ. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis á iudicio Gehennæ?

§. XXIX.

Vbi malum iustis infertur, & Deo ipsi inferetur.

NOn obscurè Dominus suam cædẽ ostendit, vbi mensuram pristinorum Iudæorum implendam esse præfinit: mensura enim, iustos & Prophetas occidentium eò pertingit, vt Deum ipsum occidat. Et quidẽ quod iustis viris malum infertur, absque dubio inferetur Deo ipsi. Qui auderent Deo manus injicere, nisi qui eas iniecerant iustis? Aut vbi posset Deus crucì suffigi, nisi vbi & lignum paratum fuit Prophetis, & sanctis viris? Pulchrè aiebat D. Cyril. Alex. in cap. 1. Ioan. lib. 4. *Dicimus ergò Iudaici furoris opus fuisse, vt omnino Christus crucifigeretur: & hoc omnino facturi erant exercitati ad eadem sanguine Prophetarum.* De nullis alijs tantũ malum potuit timeri, nisi de Iudæis: hi soli inter vniuersas nationes mundi iustos persequebantur, Dei Prophetas occidebant. Inuenies Hieremiam, & Danielem à Babylonijs honoratos; & ab alijs Ethnicis plures alios Prophetas benè acceptos, solos apud Iudæos fuerunt rari, aut nulli Prophetæ, qui non malè tractarentur. Hic est, quod de solis Iudæis possint timeri Decidium; & quidem à sanguine Prophetarum non est, cur non profilirent in sanguinem Christi. Saltatricis puellæ gutturi, vt arbori antiquæ insertus, serpens etiam antiquus aiebat Matth. 17. *Da mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Cur in caput integrum desquit, & non potius in linguam, cuius flagellũ sentiebat? Sanè, qui necem tanti Prophetæ moliebatur, non poterat indè in caput, qui Christus est, non insurgerè. Quo respiciens D. Chrysol. serm. 174. ait: *Si caput viri est Christus, iam tunc nouello ore antiquissimus serpens, Christi Domini tendebat ad mortem. Volo, vt des mihi in disco caput Ioannis. Iam tunc auidus draco in serui capite, Domini degustabat sitiens passionem.* Nunquam manus illata iusto nescit non sæuire in Deum ipsum. Vanè credis, quod minimè Dei mortis consensisses, qui hodiè non parcis iustis viris sed illos persequeris, & mille damnis affligis. Accipe de Simeone & Leui, quid dicat Iacob. Gen. 49. *Simeon, & Leui, vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum nõ sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.* Paulò aliter legit hæc vltima verba Græcus apud Lipomanum aiens: *In furore suo interfecerunt homines, & in desiderio suo subnernauerunt taurum.* Iam equidem Simeon & Leui sæuiebant in taurum, hoc est, vitulum saginatum Iesum: vbi iustis hominibus mortem parabant. Hi enim & Sichimitis recenti circuncisione initiatis, & sacratis, necem intulerunt: fratres in iustissimum Ioseph armarunt. Prophetas mille persecuti sunt, quibus cædibus sese exercebant, vt primogenitum tauri, Dei vnigenitum Iesum ad mortem, & crucem postularent. Hinc post occisum ab Herode Ioannem notanter dicit Matth. 14. *Accedentes discipuli eius tulerunt corpus, & sepelierunt illud, & venientes nũtiauerunt Iesu. Quòd cùm audisset Iesus, secessit indè in nauicula, &c.* Audita Ioannis morte secedit Iesus, ne interfectores Ioannis maiori se facinore irretirent, dum iusti sanguine gustato, sanguinem iam sitirent diuinum. Aiebat enim D. Hieronym. in cat. D. Thom. quod secessit Dominus *parcens inimicis suis, ne homicidio homicidium ingerent*: Ne ex nece Prophetæ profilirent in necem Christi, nil enim est magis connexum, & coniunctum.

Chrysol.

Gen. 49.

Matt. 14.

D. Thom.

§. XXX.

§. XXX.

Mala per hypocriſim illata ineuitabilem ſolent ſuſtinere vindictam.

CRudeliſsimis hypocritis, iuſtorumque interfectoribus meritò dicitur, *Quomodo fugietis à iudicio Gehennæ?* Non enim ſolent effugere diuinam vindictam hi, qui per hypocriſim, & ſimulatione virtutis mala proximis ferunt. Apud Oſeam cap. 1. ait ſeueriſsimus vltor iniquitatum Dominus: *Adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Ieſrael*: nimirùm ſanguinem Nabothi Iſraelites effuſum ab Achab. Ex quibus verbis non modica exurgit quæſtio apud ſacros Doctores, cur ſanguis Nabothi, tàm duriter à Deo exigitur? Iuſtus erat Naboth, & in iuſtiſsimè ab Achab occiſſus, ſed iuſtus fuit Abel, & iniuſtè occiſſus, nihilominus Deus ponit ſignum interfectori eius Cain, vt viuat ſecurus, & iuſti fuerunt innumeri alij ſancti, & Prophetæ ab iniquiſsimis interfecti, in quorum vindictam non adeò euidenter, & celeriter Deus exurgit. Cur ergò Dominus diſsimulans aliorum iuſtorum neces, Nabothi necem exquirit, eiuſque interfectores caſtigat? Sic huius mors mandatur. 3. Reg. 21. *Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi, & ſummittite duos filios Belial contra eum, &c.* Quanta hæc hypocriſis? Ieiunij religionem prætendunt, vt iuſti ſanguinem fundant, meritò ergò præ omnibus alijs mors Nabothi, & memoratur à Deo, & iuſtam exigit vidictã. Ad hæc Rupert. Hypocriſis Deo odibilis inceſsit ſpecioſo quaſi ordine iudicij, vt non tantùm occideretur, quaſi iuſtus ab iniuſtis, ſed quaſi reus, & blaſphemus à iuſtis iudicibus fortiter pro Deo celantibus. *Quanta putas cura Deo hoc videnti debuit eſſe? Quantum fuit in cœlo ſpectaculum, dum tam crudele cruorem ſitiendo calidi ſimulatores prædicarent ieiunium? Benè ergò mors eius memorabilis eſt inter omnium Prophetarum, ac iuſtorum neces, vbi talis apparatus hypocritarum, talis ſpectatur facies homicidarum.* Poteſt in Dei conſpectu mors Prophetarum à tyrannis occiſorum diſsimulari, & aliquandiu præteriri: at mors iuſti ab hypocritis prętextu colorato religionis occiſi, ſemper in memoria Dei eſt, ex quirēs vindictam ſui ſanguinis, & reuelationem oppreſſæ veritatis. Hinc monebat Eccleſiaſticus cap. 1. *Ne fueris hypocrita inconſpectu hominum, ne ſcandalizeris in labijs tuis. Attende in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ in honorationem: & reuelet Deus abſconſa tua in medio Synagogæ elidat te.* Nihil enim prius à Deo fiet, quàm inſurgere in hypocritas, eorumque opera impia, & verecunda reuelare, illoſque in medio populi elidere. Sed expende illud, quòd hi hypocritæ elidantur in medio Synagogæ. Cur non magis in ſecreto, & ſolitario loco, vbi nullus appareat, qui poſsit illis auxiliari? Sanè Dauid, vt grauiſsimum expauebat malum, quod ſolitarie excipitur: ait enim: *Nequando, vt leo rapiat animam meam, dum non eſt, qui redimat, neque qui ſaluum faciat.* Sed in Synagogæ medio multi ſunt, qui redimant, qui auxilientur, qui ſaluum faciant. Cur ergò Deus hypocritas nõ magis rapit ad ſupplicium ſolitarie, dum non eſt, qui redimat? Equidem tanta eſt hypocritarum iſta impietas, tàm ineuitabile eorum ſupplicium, vt licet in medio Synagogæ feriantur, nullum effugium habeant. Proquo Hugo refert huc illud Iſaiæ. 47. ad homicidas hypocritas iaculatum: *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo.* Nullus erit, qui reſiſtat Deo hypocritarum malitiam reuelanti: ſine mora, ſine vlla reſiſtentia veniet Deus in vltionem, vt perdat, & confundat eos, qui ſub hypocriſi, ſub colorato prætextu religionis iuſtis viris inferunt mala. Vide Herodis hypocriſim, vbi ab illo poſcitur Ioannis caput Math. 14. *Contriſtatus eſt rex: propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dari.* Proh ſancti hominis religionem, vt iuramentum ſeruaret, & bonum præberet exemplum religionis ſimul diſcumbentibus, etſi triſtis iubet Ioannem plecti capite. Sed ſcire cupis quale fuerit iuramentum Herodis: illud explicat Marc. cap. 6. *Et iurauit illi. Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.* Sic cum puella diuidebat regnum, vt ſibi etiam partem reſeruaret, ſibi ita conſulens. Id quod notans Chryſologus videt miſerrimi regis prouidentiam, quòd ſibi partem reſeruaret, ſibi, inquam, ſtatim perituro, poſt illam enim ſanctitatem, & religionem Ioannis interemptricem, iam debebat miſer perditioni tradi. Quippè ait Chryſolo. ſerm. 137. *Et quare ſibi, vel pro parte ſeruauit, qui poſt tantam domus ſuæ gloriam, poſt tantam familiæ ſanctitatem, eſſe, videri, viuere non debebat?* Poterat hypochrytarum maximus integro cedere regno; nul-

Oſea. 1.

3. Reg. 21

Rupert.

Iſai. 47.

Matt. 14.

Marc. 6.

Chryſol.

lis enim iam egebat bonis temporalibus, qui erat perditioni dicatus. Ex quo iuramenti sanctitatem prætendit, & religiosæ mentis gloriam, in iugulatione Ioannis, affectaui, iam nec viuere, nec esse debebat: Quod notans Iob cap. 5. ait: *Congregatio hypocritæ sterilis*; vbi Septuag. *testimonium impij mors*: quasi qui sub hypocrisi laudem sibi, ex malefactis, congregat, iam indè testetur præsentissimũ & ineuitabile supplicium necis. *Iob. 5.*

Matth. 23. Ideò, ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex is flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanzuine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis, inter templum, & altare.

§. XXXI.

Sæuissima est iactantia humana, & semper sitiens sanguinis.

CVm iactantiam Pharisæorum notasset Dominus, qua sese supra parentes suos, in religione, & pietate extollebat; adeò etiã efferos, & viperinos indè mõstrabat, vt ideo in Prophetas, & Sapientis à Deo missos insurrecturi meritò præcognoscerẽtur. Quasi diceres Dominus ad illos: Dum religionem, & pietatem circa sepulchra sanctorum iactatis, inani gloria tumentes, non iam homines; sed feræ, sed viperæ estis, & ideò, quos mitto Prophetas, interficiẽtis. Post has Prophetarum neces, post iustorum persecutiones, post ipsum Deicidium memoratum, ait D. Chrysost. in præsenti: *Ad hæc, inanis gloriæ iactantia incensi facilè mostrantur, quãdo dicunt: si fuissemus in tempore patrum nostrorum, non consensissemus effusioni sanguinis Prophetarum, verbis solummodò Philosophantes, ostentationis gratia.* Itque his iactantiæ verbis, *Chrysost.*

tàm longè abest, vt se in re, à sanguine alienos ostendant, quòd potiùs illis videantur offerari. Omni enim vipera ferociores reddunter ad effundendum sanguinem, qui gloria capiuntur inani, qui venditant fumos iactantiæ. Quò refero illud ad Dei vineam dictum Psalm. 79. *Ex terminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam.* Qui ferus adeò singularis, & efferus, Dei vineam perdit? Chaldæus, ait: *Gallus silue stris pascetur ex ea.* Alij ex Hæbræo cum Greg. Veneto in Armonia legunt: *Fumus campi dem olitus est eam.* Nec in meritò inanis iactantia, & gloriatio, siue in Gallo, siue in fumo exprimitur: nec est fera adeò crudelis, & carnifera, vt ille, qui instar galli, cristas tollit, & ostentationis gratià fumos vendit. Hæc iactantiæ fera Dei vineam funditus perdit, & vel omnium sanctorum sanguine, ventos, quibus inflatur, emit. Hinc Dominus Matth. 8. suos monet: *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Expendendum est illud, *attenditte*, in quo summa attentio, & cautela mandatur, quasi necessaria, vt rem magni periculi, iactantiã fugerent. Ait enim Theophilatus ibi: *Attendite*, inquit, *& cauete: quasi de aliqua mala bestia dicat: attende, ne te dilaceret.* Et quæ bestia inani iactatione, & gloria truculentior ad perdendum? Magni Iosephi fratres, dum hunc iuuenem somnij gloriã inflactatum æstimant, duo circa illum machinantur: primò aiunt Gen. 37. *Venite, occidamus eum, dicemusque. Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua: Secundò extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismahelitis.* Ecce tibi, & vendunt iuuenem, & à fera pessima prædicant deuoratum; cur nõ magis se ignaros eius successus ostendunt? Liberũ erat illis affirmare, se nihil de fratre sciuisse, nec audisse, cur, & post venditionẽ, malunt illum à fera pessima prædicare deuoratum? Putabant ibi iuuenem maximè captum gloria illa, quàm sibi impendi somniauerat, vndè meritò prędicant à fera dilaceratum, quaudoquidem gloria vana crudelissimos quoq; superat feritate. Aiebat Philo lib. de Ioseph, huc respiciens: Qui auram populi captans, cõcionaturus, locũ superiorẽ ascendit, seruus sit ex ingenuo: propter honores, quos videtur accipere, addicens se innumeris Dominis. *Idem à feris circumuentus inducitur, quòd huic insidietur immanis bestia vanagloria, corripere, ac deuorare tales solita.* Ea est vanagloria, adeò fera, adeò immanis, vt & sua dilaceret, & perdat mãcipia, & insuper in alios incredibili feritate consugat. Vt *Matth. 8.* *Theophil.* *Gen. 37.* *Philo.*

glo-

gloria vana inſtatus, ipſe ſingularis ſuper omnes appareat, quàm tyrannidem non exercet? Fallar ſi vniuerſos ad nihilum redigere non audeat. Accipitè illum Phariſæũ de arrogantia famoſum, de elatione cordis vbiq; prædicatum. Hic ait Luc. 18. *Non ſum ſicut cæteri homines raptores, &c.* Præter ſe, vniuerſos damnat, vt ipſe ſingularis appareat, non dubitat omnes alios mundi homines decrimine accuſare, & pro nihilo æſtimare. Quæ ſequior tyrãnis? Pulchrè D. Baſil. Seleu. orat. 35. *Olinguam tyrannicam! Se omnium loco ſtatuit, & omnes partis alicuius, aut relinquarũ numero habet.* Meritò vocat linguam tyrannicam, illam, quę gloriæ popularis cupiditate agebatur; nullus enim vnquam tyrannus ſic in omnes dæſeuit, ſic omnes vellet in nihilũ trahere. Præclare Chryſoſt. in Pſal. 122. ait: *Nihil arrogantia crudelis reperitur.* Ipſa eſt, quæ dum ſola eſſe cupit, vniuerſaſque ſibi laudes comparare, neſcit cõſortium laudis, & gloriæ admittere, ſed inuidentiæ plena deſæuit in alios. Dan. cap. 7. *Quatuor beſtiæ grandes aſcendebãt de mari diuerſæ interſe. Prima quaſi Leana, & alas habebat aquilæ: & ecce beſtia alia ſimilis vrſo, in parte ſtetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & ſic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas.* In primis leena apparet aquilinis ſublimis alis, quidquid enim ſublime, ſiue in cæli alitibus ſibi in terræ animalibus eſt, id ſibi vana hominis præſumptio appropiat. Dum ergò in cor hominis regius faſtus, regiaque ſublimitas aſcendit, vt gloriæ feratur cupiditate, quid tunc? Stantim indè non agnus, ſed vrſus procedit; non mãſuetudo, ſed crudelitas per inuidentiam omnia concutiens, omnia vaſtans. Sic Richar. Victor. lib. 3. de eruditione interioris hom. par. 1. cap. 7. ait: *Ecce enim poſtquam deſcripta leena eſt ei non agnus, ſed vrſus ſuccedit. Nam ſæpè cor gloriæ cupidũ, aliorum inſpecta gloria in inuidentiam cadit;* & in illam inuidentiam, quæ & Leones, & vrſos immanitate ſuperet, appareatque omnibus illis crudelior.

Luc. 18.

D. Baſil.

Chryſoſt.

Richard.

Dan. 4.

§. XXXII.

Vnus Dei ſpiritus eſt à quo futuri neceſſarij ad ſalutem ſcientia habetur. Cæteri nihil ſalutare præſagiunt.

QVis veros mitteret ad ſalutem Prophetas niſi, qui verus Deus eſſet? Ipſe Deus eſt ſolus, qui futura verè annuntiari facit, vaniſsime aliundè. Diuinos quæris; fruſtra à creaturis alijs tibi poſtulas futura conuenientia annuntiari: hoc ſoli Deo cõuenit munus, qui ſolus de ſe ait: *Ecce ego mitti Prophetas, &c.* Quæ ab eo ſunt longè ſuperant, & confundunt cætera mundi præſagia. Hinc eſt, quòd nato Domino Stella fulgentiſsima apparuit, quàm ſtatim ſapientiſsimi ſequuntur Magi; ait enim Matth. 2. *Ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam dicentes, vbi eſt, qui natus eſt res Iudæorum? Vidimus Stellam eius in Oriente, & venimus, &c.* Innum eras antea Stellas viderant, quarum ab aſpectibus venturas fortunas præſagiebant, velut ſapientiſsimi Magi: cur modo cæteris notiſsimis ſibi Stellis prætermiſsis vnam Stellam recenter ortam tanti faciunt? Ipſi aiunt: *Vidimus Stellam eius*: non Stellam cœli, ſed Stellam eius, qui Stellas creauit, quæ vt ſingulari munere habet, quòd à Deo veniat, quòd Deum halet, ſic omnia alia præſagia ſuperat, & pudefacit Magiam anteactam, ſapientiſsimoſque Magos ad veram ſalutem rapit. Ad hæc D. Ignatius mar. epiſt. ad Epheſios. 14. ait: *Stella fulſit ſplendore ſuperans omnes, quotquot ante fuerant. Lux enim illius inenarrabilis erat, & ſtuporem incuſſit omnibus aſpicientibus eã. Omnia autem reliqua aſtra vna cum Sole, & Luna chorus fuere Stellæ illius: hinc euanuit mundi ſapientia, præſtigiæ, factæ ſunt nugæ, Magia, riſus.* Vnius Ieſu Stellę cædunt omnia Stellarum præſagia, & tota Magia, & diuinatio mundialis ad riſum potiùs inuenta, quam ad veritatem enuntianda apparent. Solus Deus, eiuſq; filius Ieſus eſt, qui veros futuri indices promit, qui veros Prophetas facit, qui vbi futuri notitia ad ſalutem conducit, illa præbet. Quare Iſaias cap. 47. irridet Babylonis, qui cum diuinationis ſcientia pollerent, ſuã minimè viderunt calamitatem: & ait: *Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula: ignis combuſit eos, non liberabunt anima ſuam de manu flammæ.* Et quidem diuinationibus, & præſagijs dediti, vt notat Forerius, nec in aſtris viderunt ſigna, quæ monerent de penè approximante calamitate. Nunquam enim aſtra, vel alia quęuis diuinorum mõſtra quicquam ſolidæ veritatis ad ſalutem conducẽtis nouerũt mõſtrare. Id verò Deo Ieſu meo fuit ſemper reſeruatus: qui nunquam negat notitiam illius futuri, quod poſsit ſalutẽ miniſtrare. Aiebat Balaã Num. 23. *Nõ eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael. Temporibus ſuis dicetur Iacob, & Iſraeli, quid operatus ſit Deus.* Vel ſi mauis iuxta Septuag. *Secũdũ tẽpus*

Luc. 18.

Matt. 2.

Ignat.

Iſai. 47.

Num. 23.

pus dicetur Iacob, & Israel, quòd perficiet Deus. Absint inanissimę augurum, diuinarumque fallaciæ à domo Iacob, ab Ecclesia veri Dei: in qua illa sola scientia futuri deficiet, quæ inepta, & manis est: vbi autem tempus, & occasio petierit aliquod ad salutẽ necessarium futurum, dicetur sana à Deo, quod perficiet Deus. Nil dubites Christiane nulla futurorũ tibi necessariorum notitia denegabitur à verò Deo. Hinc Origin. hom. 16. in Num. expendens illud, quod secundum tempus dicetur, ait. *Quid est secundum tempus dicatur? Cũ oportet, & cùm expedit, hoc est in tempore. Si ergò oportet prænoscere nos futura, dicentur à Deo per prophetam Dei, per spiritum sanctum. Si verò non dicuntur, neque denuntiantur, scito, quia non vobis expedit ventura prænoscere.* Non cessat Deus mittere Prophetas, præbere præsagia, à quibus futurorum ad salutem cõducentium notitiam sumamus: quem Dei morem prædocuit Psal. 59. aiens: *Dedit timentibus se significationem, vt fugiant à facie arcus.* Non ab alio, sed à Deo hæc hominibus salutaria præsagia dantur; vndè Num. 24. dicitur: *Cùm vidisset Balaã, quòd placeret Domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret:* Quæ verba sic etiam dedit Vatablus: *Videns autem Balaam, quod placeret in oculis Domini vt fausta imprecaretur Israeli, non profectus est, vt antea, vt occurreret incantationibus.* In quibus id maximè ponderandum est, quando ariolus iste desijt auguria quærere: nimirùm quandiù fausta annuntianda, & imprecanda erãt Israeli. Illius erat ista auguria quærere, auiũ volatus obseruare; sed quando necessitate compulsus vidit se nihil mali Israelitis posse protendere, sed fausta omnia illis decantare debere, tũc auguria prorsus reliquit, solitas diuinationum materias præterijt. Quòd enim bonum, & salutarè hominibus futurum erat, illud solus Deus præstat, minimè ab auguribus est requirendum, vt qui solum sciãt damnum inferre. Id quod pulchro argumẽto probat Orig. hom. 16. in Num. aiẽs: *Omnes isti auium, vel animalium ministeriorũ sunt, sed talium, quæ immunda scribuntur in lege, & humano generi deprehenduntur semper insidiantia, ex quo vtiq; opportuna, & digna ministerio Dæmonum indicata sunt. Nam Pythonibus dracones, alijque serpentes ministrare perhibentur, Auguribus, aut lupi ferunt omnia, aut vulpes, aut accipitres, aut corui, &c.* Præter Deum nõ inuenitur, à quo homo non debeat, sibi timere malum.

Orig.

Psal. 59.

Num. 24.

Orig.

§. XXXIII.

Sapientia tunc salutaris est, cùm diuinis scripturis roboratur. Vbi de sacra lectione, & de D. Stephano.

NOta quales Prophetas, & sapientes mittat Dominus populo suo, nimirum quibus scribæ simul adiuncti sint: ait enim: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas:* cùm enim scriba diuinis scripturis operã nauet, vt aduertit Hieron. ostendebat iam Dominus nullam à Saluatore sapientiã & doctrinam in salutem animarum dimanare, quæ sine scripturis sacris amet publicaris Recolite historiam ex Gen. 42. vbi Ioseph. clauum Ægypti tenens, adhuc ignoratus à fratribus illos frumento diuites remittit in patriam: *Iussit ministris, vt implerent eorũ saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in saculis suis, datis suprà cibaria in via, qui fecerunt ita.* Omnia prouidet bonus suis fratribus frumẽta, & pecunias etiam prouidit, sed & ligamina mandat, dum iubet pecuniã inter triticum in sacculis suis colligatam abscõdi. Et cur rex tàm curiosus prouidet etiã ligamina? Rem ad Christum trahit Drogo lib. de Sacram. Pasi. his verbis: *Vere tu es ille Ioseph; qui adfratres tuos, quasi ad alienos durius loquebaris, non indignatione, sed miseratione, & remittis eos onustos, & abundantes frumento sapientiæ tuæ, insuper, & eloquentia pecuniam reddis ligatã antheritate scripturæ, quia linguas infantium facis disertas.* Nihil eloquentiæ, nil sapiẽtiæ saluti conducens permittitur à Saluatore mundi, quòd non splendeat ligaminibus, sacræ scripturæ. Hęc in eloquentia, & sapientia doctorum signum ostendit salutis. Quò refero illud Cant. 4. ad Ecclesiam dictum: *Vitta coccinea labia tua, eloquium tuum dulce:* quasi necessum sit ligamen aliquod pulchrum prænotari in labijs, vt eloquium prodeat dulce, & animabus nutriendis conditum. Sed quale hoc ligamen? Qualis hæc pulchra vitta? Aponius lib. 6. in Cant. fatur. *Gratia interpretationis mysteriorum exponendo rectè verba legis diuinæ, inspirante Spiritu Sancto dulce eloquium Ecclesiæ redditur.* Nihil sapidum, nihil vtile, nihil pulchrum à Doctoris labijs prodit, quòd sub hac scripturæ sacræ vitta non fulgeat. Siue sapientiam, siue prophetiam, siue eloquẽtiam tradere cupis, quæ saluti conducant, recurre priùs ad ligamina sacræ scripturæ, in qua & sapor, & salus imbibitur. Sap. 8. dicit: *Et si multitudinẽ scien-*

Genes. 42.

Drogo.

Cant. 4.

Aponius.

Sap. 8.

ſcientia deſiderat quis ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum, ſigna, & monſtra ſcit, antequam fiant, & aduentus temporum, & ſæculorum. Sanè periculoſa hæc videbantur, & ſæpiùs monetur homo, ne nimis his ſciẽtijs in uigilet, cur modò ad has habendas exhortatur? Quo amuleto permittitur ire per monſtra, per ſigna? Clemens Alex. lib. 6. Strommat. ait: *Diſcant homines ea, quæ Deo placent, & ſalui ſint ſapientia. Nã qui eſt cognitione præditus per ſcripturam nouit antiqua, & conijcit futura: ſcit ſtrophas orationum, & ænigmatum ſolutiones, præſcit ſigna, & prodigia, & euentus temporum.* Et futurorum ſcientiæ, & verborum flumina, & omnia ad ſapientiam, & doctrinam ſpectantia ſalubrem qualitatem ex diuina ſummunt ſcriptura. Caſiodor. lib. 9. var. 29. Poſt præſtantiſsimos mores ſapientis recenſitos: addit. *Hos igitur mores lectio diuina ſolidauit: Hinc enim virtutum omnium ſummitur manifeſta cognitio: hinc ſapientia veritatis ſapore conditur.* His armis munit Mathias ille Machabæorum pater filios ſuos. 2. Machab. 7. inquiens: *Dominus Deus aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione cantici declarauit Moyſes. Et in ſeruis ſuis conſolabitur Dominus Deut. 22.* Noluit ſapientiſsimis vir auſpicia tradere ſalutis, niſi ex Dei verbis abſcriptura adductis: quæ ſola ſufficiunt, vt fidelium animos maximè confirment. Magdalena de Domini ſui morte afflicta, & de ablatione diuini cadaueris poſita in luctu Ioan. 20. ad putatũ hortulanum aiebat: *dicito mihi vbi poſuiſti eum?* Expendit Origenes quibus verbis loquatur inter lugendum Maria, nimirùm illis, *vbi poſuiſti eũ?* Cur potius vtitur verbis illis? Sanè dum Ieſus Ioan. 11. quærit Lazari defuncti cadauer, inter lachrymandum etiam aiebat: *Vbi poſuiſtis eum?* Id audiuit bona fœmina, & cum oportet aliqua dicere, ad Ieſu verba recurrit, vt flectus amaritudinem temperet dulcedine verbi diuini. Ibi ajt Orig. *Multum dulceſcit verbum hoc in corde eius, qui ſic abundabat in ore eius. Certè dulce magis hoc fecit dulcedo tua Ieſu: facit hoc ipſa pro amore tuo, quoniam meminit te dixiſſe de fratre ſuo, vbi poſuiſtis eum? Ex quo enim audiuit verbum hoc in ore tuo, conſeruauit illud diligenter in corde ſuo, & delectata eſt vti eo in ſermone ſuo.* Nullo amuleto prudens fœmina ſe potuit aduerſus amaritudines vniuerſas melius armare, cõmunire, quàm dum ad linguam ſuam defert verba Chriſti. Hæc dum præoculis habet, nullum aliud requirit, & ſerenitatis, & ſalutis auſpiciũ. Paul. ad Rom. 5. monebat: *Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus.* Ecce tibi non debile, ſed firmiſsimum ſpei fulcrum, nimirùm conſolatio ſcripturarum: quę halant plurima præſagia ſalutis, vtilemque induũt ſapientiam, & doctrinam. Ad quod reſpiciẽs D. Aelred. ſer. 26 in Iſaiam ait: *Nil poteſt aduerſi cõtingere, nil tàm triſte, vel amarum emergere, quòd non mox, vt nos ſacra pagina excipere, aut euaneſcat citius, aut facilius toleretur. Hic eſt ager, in quem ſanctus Iſaac pergit ad meditandũ, vbi occurrens ei Rebecca, ſua lenit ſuauitate dolorem. Quoties mihi, bone Ieſu, dies vergit inveſperam quoties paruæ alicui conſolationi, quaſi diuturnæ luci intolerabilis dolor, velut nocturna caligo ſuccedit, verturtur in faſtidiũ omnia, oneri ſunt cuncta, quæ video. Quid tunc? Ex eo certè ad meditandum, ſacrum reuoluo codice, meditationes meas ceris imprimo, cũ ſubitò mihi occurrens Rebecca tua, ideſt, gratia, ſua luce tenebras diſcutit, pellit faſtidium.* Hæc ille, & vera, & dulciſsima: eſt enim ſacra Scriptura ager, in quo veri ſapientes exercentur: in quo dulcedines ſcaturiunt, quæ animos reficiãt; id quo mella inueniantur, quæ oculos illuminent, vt ex hoſtibus perfectus peragatur triumphus. In hoc agro ſaginata eſt ouis illa prima victima Chriſti Stephanus: in illo ſe exercuit nobilis athleta, & inſtar Iacobi Patriarchæ non horruit lapidem capite ſupponere, ex quo ſcalam haberet, qua ſcanderet cœleſtia culmina. Et quòd mirere magis propone tibi ob oculos primũ illud notiſsimũ literarium certamẽ in Eccleſia: hinc doctiſſimos Hæbraicarum Academiarum magiſtros, illis ac vnum Stephanum ſapientẽ quidem, ſed & ſcripturis ſacris inſtructum. Qualis tunc facies errum? Quales impetus? Rem tractat Actor. 6. *Surrexerunt autẽ quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant è Celicia, & Aſia diſputantes cùm Stephano. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur.* Tota Academiarum authoritas, & per longæuorum doctorum ſucceſſionem tradita doctrina non poterat reſiſtere adhuc iuuenis Stephani ſapientiæ. Quæ hæc ſapiẽtia victrix? Interlinealis Gloſſa explicat, *Sapiẽtia ſcripturarum.* Dum Sapientiſſimus ſcriba, quæ hauſerat ab ſcripturis, flumina refunderet, vel primò diſputationis impetu exercitatiſsimas Academias prorſus deuincit. Sanè iuuenis magiſtratus ſapiẽtiam, & gloriam indè extollit Caſiodorus, 9. variar. 24. quòd eius placita ſæpè rex ſeniorũ placitis opponeret, quos vinceret: ait enim: *Quoties rex te grandæuis proceribus imputauit? Dum non ſufficerent ad primordia tua, quoſtã-*

Cle. Ale.

Caſiod.

2. Mac. 7

Ioann. 20.

Ad Ro. 5.

Aelred.

Actor. 6.

Gloſſ.

Caſiod.

ta longæuitas ætatis instruxerat. Proh Stephani gloria, & sapientia sacris paginis confirmata! Illum vnum & iuuenem Rex regum Dominus grandæuis Synagogarum, & Academiarum proceribus oppositit, & quidem ad huius solùs primordia non suffecerunt, quos tãta longæuitas ætatis instruxerat. Imò vt ait D. Nyssen. orat. de S. Stephano: *Omnes in quibus eruditionis, & scientiæ nõ nihil inerat, in sese conuertebat: & ex his, qui cæteris præstare eruditione videbantur, coitione, atque conspiratione facta veluti in phalangas quasdam constipati, sic impetũ Stephani sustinere nitebantur. At ille omnibus pariter inuictus erat, siue cum multis solus, siue cum paucis congrederetur.* Nulla procerum authoritas, nulla longæuitas sufficiebat ad sapientissimi scribę Christi primordia: qui enim de scripturam diuinarũ agris saturatus agnus ægrediebatur, facilè despiciebat etiam longæuorum impetus arietum.

D. Nysse.

§. XXXIIII.

Præstantissimus Princeps, & Prælatus ea sapientia gerat omnia, qua videatur Propheta.

EXpendendum etiam est quales sapientes mittat Dominus in Principes suæ Ecclesiæ, nimirùm illos sapientes, qui sibi iunctos videantur habere Prophetas. Quj sic sapienter, se gerant, vt videantur omnia disponere ex aliquo adiuncto sibi prophetię spiritu circa futura. Hinc extollit Gothorũ regem Cassiod. 9. variar. 24. fatus: *Quem ille virum, aut exercitibus præficiens, cùm victoria non recipit? Aut dicem cingens, non iustissimũ comprobauit? Cùm futuris rebus eum crederes habere contractũ: nàm quod concepisset animus, reddebat semper effectus, mirog, sapientiæ studio non habebat dubium, quod veraciter prouidebat esse venturum.* Vtinam Principes, & gubernatores vniuersi talem sapientiam prudentiaque in rebus gerendis ostenderent, vt crederentur similem, cum rebus futuris habere contractũ. Eos ministros prouiderent, ea imperij negotijs adhibeã media, per quę reddant effectus, quòd concepit animus. Turpissimum enim est Principem sæpè falli: vel etiam ad tẽpus breue amittere eam prudentiam, qua dubium non habeat, quòd veraciter præuidit esse venturum. Ioseph ille gubernatorum præstãtissimus abeuntium fratrum in saccis, iubet abscõdi argenteũ Scyphum, vt tali dolo ignorantium animos perturbaret. Quid tunc? Habes Gen. 44. *Iam ẽ, vrbẽ exierãt, & processerant paululum tunc Ioseph accersito dispensatore domus, ait: Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus quẽ furati estis ipse est, in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet.* Sanè parum sapiẽter videtur composita tota hæc fabula, cùm tãcitò requiritur ex abeuntibus vas argenteũ: paululũ processerant, & ecce tibi instat furti accusator. Quis crederet in opulenta domò, imò in regia tàm cito vnum aliquod vas potuisse desiderari, eiusque furtum sentiri? An non necessũ erat in domo regis amplius dissimulandum esse perditionem vnius argentei vasis, & quidem non magni? Sed nota fabulę ingeniũ; quia tàm celeriter vas requiritur, non quodlibet vas proponitur, sed necessario additur, *in quo Dominus augurari solet*, instrumẽtum enim contractus, cùm futuris, singulis momentis necessarium est illi, qui pollet dexteritate gubernandi. Ad hæc illos pungens ipse Ioseph dicebat infra: *An ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi scientia?* Quæ verba in rem prẽsentem ex Hebræo transferũtur apud nostrum Pereiram ibi disp. 2. *An nescitis, quod augurio auguratur, vir, qui sicut ego?* Quasi diceret, hoc certũ debebat esse, quòd viros illos, qui mihi dignitate sunt similes, similemque thronum occupat, semper cum futuris habent tractatus, indigentque eo sapientiæ studio, quò præfiniant futura indubitata. Hinc patet, quàm prudenter recusabat imperiũ ille apud Isaiã cap. 3. *Non sum medicus in domo mea nõ est panis, neque vestimentũ: nolit me constituere Principem populi.* Non sum, inquit, medicus, & quid medicus cum Principe? Multum sanè: medicus enim totus est in auguralibus signis, vt Aristotel. loquitur, explicandis, prognosticisque salutis, seù mortis rũminandis, & qui præstantior est, sic applicat media, vt videatur cum futuris habere contractum, ad singulaq; remedia indubitãter promit, quod præuidet esse venturum. Qui hac scientia non pollet, medicus non est, imò neque aptus ad Principatũ: Principum enim animis propria est illa sapientiæ illuminatio; quæ circa futura possit prẽsagire. Samuel enim, dum Saulem in regem Israelis aptat, sic ait. 1. Reg. 10. *Hoc tibi signum, quia vnxit te Dominus in Principem.* Quale signum esse potest venientis Principatus? Iam explicat aiens: *Obuiam habebis gregem Prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & cytharam, ipsosq, Prophetãtes. Et insiliet in te spiritus Domini, & Prophetabis cum eis, & mutaueris in virum alterũ.*

Gen. 44.

Ibid.

Isai. 3.

1. Reg. 10.

In

In quem virum alterum mutabitur? Procopius allatus à Gloſſa putat mutatum in regiũ virum: *quia agreſtis erat, electus in regẽ, regiũ animum induit.* Sed expẽdendũ, qualiter induat Saul regium animum qualiter ab agreſti homine mutetur, in virum regno dignũ: nimirũ ait, Prophetabis, & mutaberis, quaſi non veniat regius animus, niſi cum ſpiritu præſago futuri, cum ſapiẽtia, quæ æmuletur Prophetiam. Quę bonis regibus communicata malis ablata probatur à D. Thom. lib. 3 de regim. Principis c. 2. vbi ait: *Sic enim Dauid rex ſe diſpoſuit. Propter quã cauſam ex motu illuminationis præfatæ ſupra omnes reges, & Prophetas meruit ſpiritũ Prophetica intelligẽtiæ. Ex cuius cõtrario actu, Nabuchodonoſor, & Balthaſar meruerunt obũbrari: vndè: & influentia diuinæ illuminationis, mouit eorũ phãtaſiã, in imaginatiuis viſionibus, vt in Daniele ſcriptũ eſt, vt ſcirent, quid circa regale regimen eis eſſet agẽdũ. Sed quia mens ipſorũ non erat diſpoſita, ſed inuoluta tenebris peccatorum, ad ipſam notitiam non potuerunt venire. Propter quod Danieli dictũ eſt: tibi fuit datus ſpiritus intelligentiæ, ad iſta interpretãdũ: vt verificetur quod dicitur in Prouerbijs. Mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnant.* Itaq; duo docet digna ſcitu Angelicus Doctor; nimirùm, quòd ſpiritus Propheticus obuenerit Dauidi in gratiam regiæ dignitatis; quã ſemper futurorum quædam præſaga ſcientia à Deo impreſſa comitatur, dũ reges benè ſeſe diſponũt, deindè quod iſtud lumẽ circa futura, in regibus adeò ſit familiare, vt etiã in peſsimis regibus inueniatur, licèt obſcuratũ, & illuminatum, vis exẽplum? Illud ponit Angelicus Doctor in Nabuchodonoſor, & Balthaſar. Vtriq; data ſunt à Deo futurorum præſagia: illi in arbore, & in ſtatua, huic in manu ſcribẽte in pariete, & tã in ſcriptura, quã in arbore, ſtatus futurorũ latebat. Cur adeò impijs hominibus talia dãtur à Deo futurorũ præſagia? Erant reges, ait D. Thom. & quia reges erant, non defuit illis diuina illuminatio circa futura: *vt indè ſcirent, quid circa regale regimẽ eis eſſet agendũ.* Sed quia erant peſsimi, multiſque obuoluti peccatis, venit illuminatio adeò obſcura, & obnubilata, vt minimè ab eis intelligerẽtur futura, ſed egerent interprete: quodq; negatum fuit regibus, cõceditur homini particulari, nimirũ Danieli, à quo reges illuminantur, vt diſcant indè ſeſe ſub potenti Dei manu humiliare. Hinc pulchrè D. Chryſoſt. ho. 4. in verba Iſaiæ. 6. præponit Ioãnis deſertũ Herodis Regiæ, ait enim: *Deſertum habebat Ioannẽ, ciuitas Herodem, eoq; deſertum nobilius erat ciuitate. Cur ita tandem? Quia non in ſtructuriſita eſt Prophetia.* Vilior omni deſerto eſt Regia, in qua non cubat Prophetia, nec per Deum datur ibi aliquod præſagium futuri, quod regibus ſolet à Deo oſtẽdi. Aiebat enim Dan. c. 2. *Deus magnus oſtendit regi, quæ vẽturа ſunt poſteà.* Vbi eleganter Richar. Vict. lib. 1. de erud. par. 1. cap. 35. ait: *Deus manus oſtendit regi: non enilibet homini; ſed regi iſta Dominus oſtendit, vt regia libertate regnũ diſponẽdum agnoſcat, qui ad futurorum prænotionẽ anhelat.* Datur regibus veris, à Deo præſagium futurorum, quo ſuo prouideant regno.

Gloſſ.

D. Thom.

D. Thom.

Chryſoſt.

Dan. 2.

Richard.

§. XXXV.

Scribendorum librorum, non ſapientiũ labor, & ſtudium eſt; ſed Dei aſpirantis gratia. Vbi de Societatis Ieſu Scriptoribus.

HOc iubet Dominus attendamus, quod ab eius proficiſcitur gratia ſingulari, ni mirùm Prophetia, ſapientia, & opus Scribarum: quippè ait: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, ſapiẽtes, & ſcribas.* Cur poſt ſapientes, addidit ſcribas, non ne ſcriptura opus eſt, & labor ſapientium? Qui ſapientes dedit, non ibi iam dedit eos, qui poſsint ſapientiæ verba ſcriptis mandare? Abſit, & poſt ſapientiam à Deo profectã, neceſſum inſuper eſt, quòd ab ipſo ſpecialis aliqua gratia veniat, qua verba ſapientiæ ſcribantur, ſine qua etiã ſapientiſſimus, nullũ in ſcribendo gradũ facit. Sic D. Lucas exorditur ſuum Euangeliũ: *Quoniam quidẽ multi conati ſunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completa ſunt.* Et ſanè multi tunc tẽporis erant diſſertiſsimi, & ſapientiſsimi viri, qui ſcriptis myſteria Dei mãdare cupierunt, imò vt ait Lucas, id conati ſunt præſtare: ſed ſolùm oſtenderunt conatũ, & laborem ſuum; opus autem non perfecerunt. Sed cur non perfecerunt? Deerat vocationis diuinæ gratia, quæ quos implet, facit ſic prõptos ad ſcribendum, vt videatur calamus ipſe ſentẽtias ſtillare, in alijs autem ſolus apparet conatus, & irritus labor. D. Amb. ibi ait: *Conati vtiq; illi ſunt, qui implere nequiuerunt. Sine conatu ſunt enim donationes, & gratia Dei, quæ vbi ſe infunderit, rigare cõſueuit, vt nõ egeat, ſed redũdet ſcriptoris ingeniũ. Non conatus eſt Matthæus, nõ conatus eſt Marcus, nõ conatus eſt Ioãnes, non conatus eſt Lucas. Sed diuino ſpiritu vbertatem dictorum, rerumq; omniũ miniſtrante, ſine vllo molimine, capta complerunt.* Inſufficiẽs eſt ſapientum conatus, & labor conſcribẽdis libris adhibitus, nil perficiet; & poſt ſudorem multum: vix gradũ faciet. Cui autẽ Dei gratia aſpirauerit, qui Scribi à Domino fuerit deſigna-

Luc. 1.

D. Amb.

dcſignatus, ferè ſine conatu, & labore, ſcribenda inueniet parata, & ſic affluent, vt redũdet ingenium, donec ſcripta perficiantur.

Pſal. 44. Hucreſpiciebat Pſalm. 44. aiens. *Lingua mea calamus Scribæ velociter ſcribẽtis.* Alius habet: *Lingua mea calamus Scribæ celeris.* Quem vocat Scribam celerem? Illum ſolum, quem Dei gratia in illud opus afflauerit. Nullus enim licèt ſapientiſsimus, verborũq; affluẽs, celer in ſcribẽdo eſt, niſi diuina gratia afflatus.

Chryſoſt. Pulchrè ibi D. Chryſoſtom. ait: *Quid ſibi vult illud, celeris? Vt ex eo quoque oſtendat gratiam. Qui enim aliquid domo prolatum loquitur, differt, cunctatur. Quando autem mentem mouet ſpiritus, nihil eſt, quod impediat, ſed quemadmodum aqua impetus, qui cum magno impetu præcipitat, progreditur: ita gratia ſpiritus cum magna celeritate procedit, omnia leuia, plana, & expedita proferens.* Celerem Scribam vocauit, vt oſtendat diuina gratia afflatum: ſolus enim hic celer eſt in ſcribendo, & neſcit molimina, vt impleat orbem cõſcriptis chartis. Vn

1. Eſd. 7. dè 1. Eſdræ. 7. dicitur: *Ipſe Eſdras aſcendit de Babylone, & ipſe Scriba velox in lege Moyſi.*

D. Irin. Quare Scriba velox? Gloſſa ex D. Irinæo lib. 3. cap. 25. ait. *Inſpirauit Deus Eſdræ Sacerdoti tribus Leui præteritorum Prophetarum omnes rememorare ſermones, &c.* Non ſua eruditione, & ſapientia ductus Eſdras, ſed inſpiratione diuina, acceſsit ad tantum opus conſcribendum, nimirùm ad ſcripturæ libros iterum exarandos, & poliendos, indequè velox ſcriba factus eſt, in nullo cunctatus, ſed omnia plana, prompta, & expedita inueniens. Hinc notandum eſt, quàm largè diffuſſus ſit hic conſcribendi ſpiritus, per vniuerſas ſacrarum religionum familias, quæ omnes tot ſcatent ſcriptoribus ſacris, vt euidenter oſtendant, cum religionis vocatione, ebibiſſe hunc ibi adnatum ſcribendi ſpiritum. Benedictina familia tot ſacrarum literarum commentatores habet, vt neſcias quid potiùs mireris in illis, numerùmne, an præſtantiam, an robur, an dulcedinem, & vtilitatem doctrinæ? Poſt hunc non ſecundus Bernardus, à quo primarij ſcriptores ſacri perenniter ſcaturiunt, Qui Dominici in ſcriptorum genere prolem numerare vellet, ſtellas ſimul numeret, quas doctrinæ omnigenæ fulgentiſsimus Sol D. Thomas, facit in perpetuas æternitates præbere lumina. Iam de humillimi Franciſci filijs, quid dicam? Non vnicũ Doctorem ſubtilem, ſed millenos, & ſubtiliſsimos, & diſſertiſsimos parturiuit, & parturit. Prodit etiã Auguſtinus filios ſuos, doctrina patriſſantes, numero nulli familiæ impares; ad hos credidiſſem ſcribendi facultatẽ iure hæreditario fuiſſe deuolutam, niſi ſcirẽ illam, propriam ab omnibus ordinibus hæreditatẽ fuiſſe. Non impar his omnibus Carmelitarum familia, quæ vt Carmelus filios Prophetarum habuit, ſic hæc doctiſsimorũ ſcriptorum nobilitata eſt libris. Nec me cõtineo, quin in præſenti memorem Religionem è Societate Ieſu; religionem, inquam, ſcriptorum doctiſsimorum ex gratia vocationis, vt oſtendit, & præſtantia, & facilitas, & incredibilis promptitudo, & celeritas eius in conſcribendis, & euulgãdis libris. Adſcribendum accedunt Societatis Ieſu fideles filij, & ſumpto calamo, redundat ſcriptoris ingenium, & diuino ſpiritu vbertatem dictorum, rerumq; omnium miniſtrante, ſine vllo molimine cepta complet. Non conatus eſt Suarez, non conatus eſt Vazquez, non conatus Valentia, non conatus eſt Bellarmin. Maldonatus, Toletus, Salmeron non conati ſunt, nec alij innumeri, quorum ſcripta Theſauros vacuant, Bibliothecas replent. Sed his omnibus omnia facilia, peruia, prõpta, expedita ſic fuere, vt quæ nullo labore inuenirentur, illis præ manibus videantur eſſe. Dum hæc ſcribo, incido in codicẽ Salmanticæ mandatũ prælis, qui dum multa in Societatis Ieſu filios congerit, illud etiã non dubitat aſſerere: quod nimirùm Societatis Ieſu filij hac tempeſtate, dum temporalibus fauoribus ambiendis incumbunt, à conſcribendis libris ſuperſederint. Iam non tot libri à Societate excuduntur, iam non tot libri? Miratus ſum hoc ſcriptum fuiſſe ab homine, qui coram cordatis viris teſtimonium ſuum proferebat Teſtor vos vniuerſos Bibliothecarios, vt dicatis, quando in Societate plures ſcriptores? Anteà dedit hæc religio ſcriptores, ijs diebus ſcriptoribus manat. In hoc quinquẽnio ab anno 1621. vſq; ad 1627 quos Societas Ieſu in ſola Hiſpania dedit, lõgum eſſet percenſere. Accipe quos memoria retinet. P. Doctoris Franciſci Suarij, tomum vnum de opere 6. dierũ: alterum de Angelis, tomum 4. de Religione. Gaſparis Sanchez, quatuor tom. in libros Regum: in Ruth, &c. in Prophetas minores: in Iob. Fagundez de quinque præceptis Eccleſiæ. Zuñigã de Trinitate. Magallanes in Iudices Gaſparis Zamorę ſtudioſum opus cõcordantiarũ Bibliorum. Cerdæ in Tertulianum vnum tomum, item Aduerſaria ſacra. Salazaris ſecundum tomum Prouerb. Florentinæ duplicẽ de ſermonibus B. Mariæ vulgari Idiomate. Pozam de B. Virgine. Gaſparis Hurtado duos tomos alium de matrimonio, alterum de Incarnatione. Garcię duos tomos in Euãgelia. Dazã in Epiſtol. D. Iacobi. P. Turrianivaria opuſcula. Palmã de exercitijs ſpiritualibus

Hiſpali.

pali, Granados in 1. part. D. Thom. Ruiz in eundem, Valentiæ Pintum dè Chriſto crucifixu, Aluarez in Eſaiam. Vlyſippone Mendozam in lib. Reg. Salmanticæ Herize in 1. par. D. Thom. Valliſoleti Puente in Cant. Ioannem Antonium in epiſt. ad Philipp. Eſcobar de Euchariſtia. Et me ipſum omnium minimum in Euangelia, ex quibus omnibus ferè quadraginta volumina in hoc ſolo quinquennio data, intra vnius Hiſpaniæ fines, & mirum in modum accepta currunt. Relinquo leuidenſia, & minus nota alia; & innumera alia grauiſſima, quæ quotidiè ab exteris ſcaturiunt, quæ numerum ſuperant; ſufficit enim tanta hæc nubes teſtium, vt maledicentiam confundat. Quòd ſi ob defectum ſcriptorum, putabatur aura ambitionis afflare Societatis Ieſu filios, qui viderit ſolis huius quinquennij ſcriptoribus potuiſſe honeſtè compleri ſæculum integrum, non dubiter, gratia illos potiùs afflatos eſſe diuina, quæ ſola tantam materiarum ſegetem poteſt parare ſuis ſcribis, vt ſine cũctatione velociter ſcribãt. Hæc propter illud vulgò datum papyraceum, dicta breuiter ſunto; ad innumera alia probra indè aduerſus Societatis Ieſu homines iaculata, ego nil dico Societatis Ieſu filius. Alius forſam reſponderit,

Nazianz. quod magnus Nazianzenus reſpondit, cùm audiuit à Iuliano Imperatore vocari Chriſtianos Galilæos, turpibuſque alijs cognominibus inſigniri. Sic enim ait Apolog. 1. aduerſus infamatorem illum Chriſtianorum. *Quid prohiberet nos etiam aduerſus Romanorũ, & orbis Imperatorem, ſimili ludere cauillo? Ac illum, quoniam à Damonibus deceptus fuerit, Idololianum appellare, vel Piſeum, vel Adonium, ſiue Tauricremum. Magna enim ſe offert copia, vt ex vera hiſtoriæ traditione multa nomina cõfingi valeant. Verùm cùm Ieſus in parcendo contumelioſis admodum manſuetus eſſet & mitis, ac etiam pro crucifigentibus lachrymas profudiſſet: planè inconueniens fuiſſet, nos tali appellatione indoluiſſe, aut pudefactos eſſe, ſiue ideò a boni decertatione deſtitiſſe, pluriſq; feciſſe ſermonem calumniatorum, quam animarum ſalutem.* Et quidem magna ſe offerret copia Societatis Ieſu filijs, diſſertis, & facundis alioquin, nec in vllo oſcitantibus hominibus, vt ex vera hiſtoriæ traditione, multa nomina in calũniatores confingerent, ſed hi ſunt, qui ſciant contumeliam pati ob Dei gloriam, & ob animarum ſalutem, ex quibus contumelijs nunquam non cum magno lucro egrediuntur, vt de Societate Ieſu meliùs ſentire debeant eius oppugnatores, quod de Romano incendio ſentiebat Nero apud Senecam. Is

Senec. enim ait lib. 4. epiſt. 92. *Fœlicitatis vrbanis inimicus aiebat. Romæ ſibi incendia ob hoc vnum doleri eſſe, quòd ſciret, meliora reſurrecturam, quã arſiſſent.* Et quando à perſecutionis conflatorio Societas Ieſu non exijt melior? Fallar, ſi tàm citò potuiſſet in tantum miraculum excreſcere, niſi de perſecutionum incẽdijs: vt illi aptè illud Cant. 8. iuxta Septuag. *Alæ eius, ala ignis.* Incendia perſecutionum ſemper Dei ſeruis pro alis extiterũt. Quin & ab ipſis proſequentium iniuriantiumq; linguis, gratiam illam accepit, Deo dãte, qua ſe multitudine expoſitorum ſacrarum literarũ extollit. Pſal. 88. *Vox Domini præparantis ceruos;* *Pſal. 88.* Alij legunt; *vox Domini perficientis ceruos, & reuelabit condenſa.* Qui cerui iſti à Domino perfecti ſunt, quibus condenſa reuelat? Aug. *Aug.* ibi: *Vox enim Domini primò perfecit ſuperatores, & repulſores venenoſarum linguarum. Et reuelabit ſyluas. Et tunc eis reuelabit opacitates diuinorum librorum, & vmbracula myſteriorum, vbi cum libertate paſcantur.* Quis iam miretur Societatis Ieſu filijs, opacitates diuinorum librorum reuelatas à Deo? Quis miretur tot doctiſſimos ſcribas ab hac Societate ſcaturire? Perfecti primò ſunt à Deo ſuperatores venenoſarum linguarum, & indè ſcientiam ſacrarum literarum capiunt.

Authores externi, qui Societatis doctrinam, de tollendo auxilio prædeterminante typis mandarunt.

ET quam ſcientiam capiunt? Profectò ſcientiam puram, defæcatam, ab omni erroris, aut hæreſis nota, & ſuſpicione prorſus alienam, quod mihi prorſus accidit inſtar miraculi, dum tot libri ſingulis diebus parturiũtur, in illiſq; tot veterum placita nouis luminibus ornantur, illuſtrantur, per penè integrum ſæculum clamantibus, & accuſantibus contrarijs, ſingulaq; commata ad hæreſim retorquentibus; nullus tamen error in fide, nulla hæreſis ſuſpicio, neque in Societatis viris, neque in eorum libris à iudice nota, aut damnata eſt. Vt hinc pateat quanto conſcientiæ ſuę detrimento, quidam Doctores libellum quendam euulgarunt Hiſpano idiomate, quo infælici euentu Societatis Ieſu doctrinas, & homine, tanquam periculoſos in fide nituntur infamare. Sanè docti viri, qui hunc libellum legunt, & ſciunt veras hiſtorias, & vndè hæreſes dimanarunt, qui homines damnati ſint, quorum libri, & ſcripta expuncta, & quorum ſuſpecta, fallar, niſi altè rideant calumniantium conatus, &

dicant

Psal. 13. dicunt cum Psal. 13. *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Duæ in Societatis Iesu Schola celeberrimæ sententiæ sunt, in Theologia, quæ occasionem tulerunt discordiarum inter Doctores Societatis, & Doctores ex D. Dominici familia. Altera est negans gratiam efficaciter prædeterminantem; altera affirmans futura conditionata a Deo cognosci, omni etiam diuinæ voluntatis decreto purificato. De his accusantur Doctores Societatis: propter hęc mordentur, nouitatũq; amatores, & suspectæ doctrinæ homines cõclamantur. Qua propter curabo demonstrare, quãta id veræ doctrinæ, & solidæ iniuria fiat, quandoquidem hæ sententiæ in Societate Iesu natæ sunt, at educatæ, & altæ apud plurimos aliorum Ordinum, & Scholarum quòd minimè consecutæ sunt sententiæ cõtrariæ, quæ vix per tot annos à primis cunabulis faciunt gradum. Quod non detur gratia prædeterminans liberum arbitrium, docet id præter vniuersos Societatis magistros, Diotalebius in Opusc. de hac re: Doctor Didacus de Payba vnus è doctoribus Tridentini Concilij lib. 4. Ortod. explic. Stapleton in Anthidoto aduersus Caluinũ ser. 6. Hebdom. 7. Quadrag. vbi ait: *Fatetur ergò Caluinus efficacem se ipsa gratiam, quàm ponit nouellum esse sui cerebri inuentum: indignum sanè dogma, quòd ob hominem, tàm impio inuentum vivi docti complectantur.* Et post pauca ait: *Non est efficax à se ipsa gratia Dei, vt Caluinus dicit; sed est efficax, suumque effectum sortitur, nõ secus à libera voluntatis cooperatione, quam ab ipsa Dei operatione, &c.* Idem 4. de gratia, & libero arbitrio, & de iustificatione cap. 8. Itẽ in anthidoto super Euang. ad cap. 11 Matth. vbi passim facit Molinam amũletum aduersus Caluinum. Ruardus Taper, Decanus Louanien. art. 7 propos. 8. vsque ad 10. Andræas de Castronouo in 1. dist. 22. q. 2. art. 2. ad 2. Vualdẽs. 1. doctrina à cap. 25. vsque ad 28. Osorius lib. de Iustificat. pag. 2. Cordoua lib. 1. q. 55. dub. 8. & 10. Belosillus Episc. Lucensis aduertentijs ad Chrysostom. tom. 3. quæst. 2. propos. 5. modo vltimo. Tiletanus Apolog. Tridentini contra Kemnicium, pag. 176. Rosens. ar. 36. contra Lutcrum, Equius inchirid. ar. 31. de libero arbit. Belcario Episcop. Mecẽsis aduersus Caluinũ fol. 62. Dominus Ferdinandus Maschareñas Episcop. Algaruiensis tractat. de auxilijs. Virisfeldio de lib. arbitr. & gratia sect. 3. mẽb. 10. conclus. 12. & 14. Roa lib. de Prædest. quæst. 3. sect. 5. & lib. 3. q. 5. sect. 3. Vega. 6. in Trident. cap. 9. Ioãnes de Bononia tract. de Prædest. in solutione argumẽtorum, pag. 514. & de lib. arb. pag. 113. Cunerus de lib. arb. cap. 10. Albertus Pigius lib. 6. de lib. arbit. Driedo de captiu. tract. 3. cap. 2. part. 5. concl. 5. ad vltimam confirmationem 2. arg. & tract. 5. cap. 5. de iustif. cap. 8. Bartholomæus Camerarius in dialogis aduersus Caluinum. Alexius Gomez in elucidario schol. lib. 1. cap. de lib. arb. à colum. 641. vsque ad 643. Ioannes Maria Berrato apolog. contra Luteranorum fautores, conclusione. 5. & sequentibus, Gelius cæcus in sua Theologia capit. 21. propos. 11. & 12. Iodocus Clitobæus de lib. arbitr. cap. 1. Magister Curiel. lib. 2. contr. 4. num. 134. & nu. 175. & 176. Gabriel de Penoto Canonicus regularis D. Aug. lib. 8. à cap. 21. & lib. 9. cap. 14. & lib. 3. cap. 22. & lib. 6. cap. 26.

His doctissimis, & Catholicissimus Prælatis, & Magistris acerrimis fidei defensoribus contra Caluinum adde ex D. Francisci familia Mag. Antonium Delphinum Generalem, qui fuit vnus è Tridentinis, lib. 5. de iustificat. §. de multiplici gratia Dei, pag. 205. & lib. 1. de salutis progressu pag. 14. Cartagena discursu. 9. de Prædest. pag. 281. dist. 4. pag. 607. propos. 1. & 2. dist. 10. dub. 2. pag. 337. Philip. Fabrum in 1. dist. 35. disput. 54 cap. 5. Hugo Cabel lib. 2. dist. 37. q. 2. schol. ante §. *ad solutionem*, vbi pro hac sententia affert ex Scotistis Liquentum, Basolum, Tartaretum, Angles Maiorem, Herreram, Vegam. Ex D. Augustini familia Magister Alphons. de Mendoza quotlibet. 4. Schol. par. 3. Magister Basilius de Leon in quot lib. de quibus alibi. Ioann. Puteanus lib. 2. q. 3. ar. 12. & 13. dub. 4. conclus. vltima. Ex D. Bernardi familia magister Lorca. 1. 2. q. 9. expos. ar. 6. & disput. 38. §. *Hactamen sententia.* Ex familia Minimorum Ioannes Duralæus lib. 2. cap. 8. Dialecticæ supernaturalis. Ex Seruitarum familia Ielius Valionius lib. de Prædest. capit. 8. Et quod mireris magis ex Dominicana familia Sotus. 1. de nat. & gratia capit. 14. & 15. Catherinus opuscul. de Præscientia p. 1. & 2. Magister Aluelda. 1. p. dis. 58. sect. 3. conclus. 2. & pro eadem sententia negante auxilium prędeterminans affert D. Thomam, Conradum, Medinam, Caietanum, Ferraram, Capreolum, Magister Ioannes Vincẽtius, & alij; quos mirificè laudat Magister Ludouicus de Leon, quòd in hac sententia à Dominicanorum schola desciuerint. Item auxilium prędeterminans sal tem circa materiale, peccati tollit ex eadem familia magister Berdum part. 1. relect. de efficacia auxiliornm concl. 13. fol. 54.

Antho-

Authores externi, qui ſcriptis libris mandarunt doctrinam Societatis de præſcientia Dei conditionata ante omne voluntatis diuinæ decretum.

ALtera item eſt ſententia à Societatis Doctoribus illuſtrata, longiſque certaminibus propugnata, quæ in Deo conſtituit ſcientiam mediam, qua quid eſſet ſub alijs conditionibus, etiam nunquã ponendis certò, & infabiliter noſcat Deus, nullo adhuc decreto viſo ſuæ diuinæ voluntatis, quo nitatur. Hanc etiam arripuere typiſque mandarunt Diotalebius in opuſc. de Auxilijs Ludouicus de Tena Compluti in Theologia Primarius in epiſt. ad Heb. cap. 4. definitione. 6. num. 12. Magiſter Curiel Salmanticæ Primarius Theologus lib. controuerſ. in 7. alias. 1. ad locum Sapientiæ. 4. *Raptus eſt, &c.* Magiſter Lorca. 1. 2. diſp. 4. de actibus humanis. §. *in ſecundo puncto.* Stapleton in anthidoto Euang. ad cap. 11. Matth. Alphõſus de Mendoza in quotlibeto. 1. Schol. ſupra allegato. Corduba lib. 1. q. 55. dub. 10 §. *Sed nota.* 2. Ferdinandus Maſcareñas Epiſcopus tract. de auxilijs, part. 3. & 4. diſput. 2. Tapia de Incarnatione art. 3. Driedo in Cõcor. part. 1. cap. 4. ad 3. Vualdenſis doctrina fidei cap. 23. & 25. Rofenſe art. 32. & ſequẽtibus. Dominicus de Soto lib. 3. Summularum cap. 8. lect. 3. Ruardus art. 7. Gabriel Penoto lib. 3. de auxilijs capit. 27. 28. 29. Ioannes Puteanus. 1. part. q. 14. art. 13. dub. 2. Philippus Faber in 1. diſp. 44. à num. 47. Hugo Cabello ſuprà cum cæteris, quos ipſe ibi refert. Alexand. Peſantius. 1. part. q. 14. art. 13. diſput. 3. & 5. Ioannes Duralæus lib. 2. Dial. cap. 8. Doctor Luzerus Primarius in Granatenſi Academia Theologus diſcurſ. 7. de conceptione capit. 5. Merinus Merſenius in Gen. cap. 1. verſ. 1. ratione 20. obiectione 4. §. *Deus ergò*, & obiectione. 10. §. *Supponendum eſt igitur.* His maximus, & notiſsimis Theologis non grauabor addere ſapientiſsimos alios, qui Salmantinos inter Magiſtros his temporibus primas tulerunt: quorum ſcripta licet nõdũ typis mandata, æterno tamen ſunt digna inſculpi marmori. Inter hos eſt illuſtriſsimus Dominus Auguſtinus Antolinez Archiepiſcopus Compoſtellanus, & in Theologia Salmantina Schola Primarius; Renerendiſsimus, & ſapientiſsimus Magiſter Franciſcus Cornejo Veſpertina in Cathedra rude donatus; cantatiſsimus Magiſter Ioannes Marquez in Veſpertina Cathedra illuſtris, eruditiſsimus Magiſter Baſilius de Leon Primariæ Theologorũ Cathedræ moderator, Reuerendiſsimus M. Angelus Manrique Cathedræ Moralis Philoſophiæ regens, & alij qua plurimi, quos operoſum eſſet recenſere: hi omnes viua voce, & ſcriptis codicibus per multos annos doctrinã Societatis docuere, & maximis extulere laudibus. Quòd ſiquis poſteà ſuſpitionis notã Societatis doctrinæ niſſus eſt inurere: illi aptarim, quod Naaman Syro aptauit D. Amb. Quippè Naamanus, dum iubetur à Propheta lauari in Iordane, maximè iraſcitur in Prophetam, Iordanem expuit, illiuſq; aquis præfert Pharpharis, & Abanà, Syri fluminis aquas: ſed tandem his dimiſsis elegit magis Iordanis aquas lauari. Tunc ſic Amb. lib. 4. in Luc. *Cur Iordanis eligitur? Nonne boni, inquid, Abanà, & Pharphar fluuij Damaſci præ Iordane? Sed iratus hos prætulit, Iordanem meditatus elegit.* Sic non nemò contrariã Societatis doctrinam, aliquando ſubſcribit, & præſtantiorem, & ſolidiorem, & ſecuriorem eſſe; ſed iratus hanc prætulit, doctrinam Societatis meditatus elegit.

4. *Reg.* 5.

D. Amb.

Authores, qui typis tradiderunt aduerſariam doctrinam doctrinæ Societatis, circa præfatas ſententias, & concluſio tractatus.

EXtra Dominicanam familiam, qui eorũ doctrinæ ſubſcripſerunt rari inueniuntur, adhuc ſolos inueni Reuerendiſsimũ Magiſtrum Zumel, item reuerendiſsimum Magiſtrum Ioannem Machim Epiſcopũ, & Magiſtrum Cabreram, & ſi velimus Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede, vt filiam amantiſsimam parenti optimo Dominico adſcribere, vt quæ ſub D. Raymundi Dominicani auſpicijs nata fuerit; vnas author manebit adhuc notus, qui Societatis doctrinæ ſcriptis libris aduerſetur, nẽpè Cabrera. Imò & Magiſter Zumel, dum aduerſatur Societatis doctrinæ, ſimul & Dominicanã familiã percutit. 1. 2. q. 79. ar. 2. diſp. 3. negãs prædeterminãs auxiliũ ad materiale peccati, & thom. 3. variar. dub. 5. conc. 1. aſſerit ſcientiã cõditionatã in Deo, & 1. p. q. 14. ar. 13. diſp. 8. cõcl. 3. ridet Theologos fundantes hanc ſcientiam in decretis conditionatis Dei: id quod ridet etiã Cabrera. 3. p. diſp. 1. §. 22. à n. 338. Huc ergò reuoco authores libelli illius vulgaris, vt videntes doctrinam Societatis acceptam tot externis viris maximis, & Prælatis, & Scholarum Primarijs, & Fidei contra Hæreticos propugnatoribus, à quibus omnibus contraria doctrina deſtituta eſt, iudicent, an licite, & ſigne grandi piaculo poſsint

hanc Societatis doctrinam, & nouatricem, & periculosam proclamare? Hoc sciant populi, quòd doctrina à libello illo proscripta, & infamata est illa doctrina quàm docent, & laudant ferè omnes Doctores Catholici; & prælati, & Primarij Magistri Academiarum, ad quam confugiunt vniuersi Fidei propugnatores, vt contra Hæreticos huius temporis dimicent, & clarissimam possint victoria reportare. Vtinam liceret mihi sapientissimis Societatis aduersarijs scribere, quòd Na
Nazianz. zianz. scripsit Euthochio Philosopho cõparem suum acriter mordenti. Ait enim vir Sanctissimus, & eruditissimus iuxta Basileæ translationẽ. *Quandiu ista durabunt? Et quando modum ponemus sophistica calumnia? Quousquè hæc fient? Quòd si adolescens quisquam æmulatione adactus, emolumentiq; cuiusdam spe motus isti faccret, ignoscendum quadam tenus esset, in ista verò ætate existentem, atque adhuc modum viuentem captiũculis hisce insidiosis, vel petere alios, vel ab alijs impeti, prorsus est, & inter pestiuum, & contentiosum: nũ solum ob id, quòd indecorum est, & omnium sordidum: sed ex hoc, quòd quam facilimum est, vt instar recurrentis fluuij talia ipse audias, qualia in alios dixeris (iterùm enim Homero, vtar,) & omnino in prõptu est. Vt eum, qui momordit, vicissim remordeat lacessitus.* Hæc ille, hæc ego.

§. XXXVI.

Iustorùm conditio apud peccatores peior habetur, quàm apud feralissimas creaturas.

QVando ab impijs hominibus non occiduntur iusti? Quando impij pepercerũt iustis hominibus? Benè ait Dominus: *ex illis occidetis*, nũquam enim apud impios melior est iustorum conditio. Si quando iustus à morte saluatur, ideò est, quia non homo peccator, sed vel fera aliqua, vel voracior alia creatura vindicat. Recole flammeã illam fornacem à Babylonio rege succensam
Dan. 3. Danielis. 3. in illam cõiecti sunt tres sanctissimi, & innocentissimi iuuenes. Quid tunc? Ait textus: *Et confestim viri illi vincti, cũ braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis; nã iussio regis vrgebat, fornax autem succensa erat nimis. Porrò viros illos qui miserãt Misach Sidrach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autẽ hi tres, ideſt, Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati, & ambulabant in medio flamma laudantes Deum.* Mirum, & inauditum miraculum sancti iuuenes liberi, & securi degunt, vbi impij igne consumpti cadunt, vndè tam noua, & opinata res manauit? Cui fieri potest, quòd iusti viuant, dum impij damnantur? Cur rex tyrannus nõ magis incendit flammas in pios, quã in impios? Non illud natũ est ab homine peccatore; qui impios absolueret, & pios damnasset. Sed flamma ipsa vbi apud se vidit impios carnifices, & iustos pueros, iudicium protulit ordinatum, quo absoluit iustos, & impios misere damnauit. Pro quo D. Aug. ser. 240. de tempore ait: *Dum vindicat flamma impij necantur, & iusti saluantur.* Melioratur iustorum conditio, dum eorum iudicium hominibus peccatoribus eripitur, & bestijs, siue voracissimis creaturis traditur. Dum enim hæ vindicant iusti saluantur. Non absimilis res accidit Danieli ipsi cap. 14. qui cũ datus esset leonibus, apud illos illæsus vixit; apud quos cum venissent impij interfecti, & deuorari illico sunt. Id quòd ponderans D. Nilus in Ascetico fatur: *Danielẽ cum homines perdidissent, Leones seruarunt. Quem homines ex inuidia iniustè damnauerant, Leones custodierunt, & iustitiam, à qua recesserant homines, rectum ipsi de iniustè damnato iudicium ferentes declararunt. Hominis virtus, apud homines inuidiæ, & contentionis, apud feras venerationis, & honoris occasio fuit.* Nulla elementorum malignitas, nulla ferarum rabies non seruat debitum honorem iustis viris, solum apud homines virtus est prorsus suspecta, & inuisa; & quæ inuenit inter rabidissimis feras incolumitatem, inter homines inuidiam & perditionem inuanit. Et cum audio iustum ab elementis, & feris seruatum: illud mirari non desino, cur Iudæi in Christianos concitati, vbi iustissimum innocentissimumque Stephanum morti adiudicant, ad lapides, quibus illum perimant, recurrunt. Dicit enim Act. 7. *Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant, & c.* Scitis miseri iuxta diuinas scripturas, elementa mundi parcere iustis, stare pro iustis, cur ergò creditis lapides aduersus istum ituros? Cur non magis manibus vestris sanguine Prophetarum pleni is mortem iusti creditis, quàm lapidibus? Sanè videbant in lapidibus quandam sui imaginem, & similitudinem, propter quam non dubitant, quòd adeò sui similes lapides iustum feriant, & morte afficiant. Quo respiciens D. August. ser. 92. de diuersis ait: *Cũ ad lapides cucurrissent duri ad duros, iactabant in illum pares suos.* Non alijs elementis, sed lapidibus credunt interfectionem iusti, quos pares, & prorsus norunt esse sibi simi-

D. Nyl.

Act. 7.

August.

August.

les,

les. Nec eſſet creatura, quæ auderet iniuſtum virum, niſi de impiorum ſimilitudine.

§. XXXVII.

Qui feſtos dies ſceleribus maculat, ſine vindice manet expoſitus ruinis.

IVdęi occidunt iuſtos, crucifigunt, flagellant in Synagogis ſuis, & quid lucrantur indè? *Vt veniat ſuper vos omnes ſanguis iuſtus, &c.* Primus ille fratris occiſſor hoc malũ ſibi timebat aiens: *Omnis qui inueniret me, occidet me*; tali ſe crimine aſtrictum videbat, quòd metueret omnibus licitum fore in vindictam ruere; nullamq; eſſe creaturam adeò manſuetam, cui non eſſet permiſſa tanti ſceleſti occiſio. Hoc ſibi malum timebat miſer, quem timorem Deus tollit, dans ei ſignum, quo nemo auderet inſurgere in Cainum, aut timeret ſibi Deum vindicem. Expende modo, quòd timebat Cainus malum, illud immiſſum Iudæis miſeris, vt veniat ſuper illos omnis ſanguis iuſtus, hoc eſt, vt nullus ſit adeò clemens ſanguis, qui non poſtulet ad mortem miſeros. Sed ne veniret hoc malum Caino Deus vindex extitit pro illo, cur non ſimiliter vindex ſtat pro Iudæis? Cur non ſimile illis impertitur ſignum, ne quęuis creatura audeat in illos? Homicidæ ſunt iuſtorũm, ſed & ille erat iuſti homicidæ: at illud eſt maximum diſcrimen inter Caini ſcelus, & Iudæorum ſcelera. Ille vt fratrem perimeret, in agrum ſe contulit, ſolitudini ſe dedit: iſti in Synagogarum medio, infeſtorum frequentia, quando Synagogæ propter feſtorum celebritas frequentabuntur, tunc in iuſtus inſurgebant, ait enim, *in Synagogis flagellabitis vt veniat ſuper vos, &c.* Quippè qui feſtos dies ſceleribus turpant, ſine vindice vllo manent expoſiti omnium ferocitatum dentibus. Vbi etiam Phariſæorum rabies in Ieſum ferociebat, accidit Paſchæ celebritas, & iuxta conſuetudinem Diei feſti volens Pilatus dimittere vnum victum; propoſuit populo eligẽdum Barabbam, aut Ieſum: hic author erat vitæ; ille homo ferox, & audax, qui ſeditiones, & homicidia fecerat, populus autem miſer contempto Ieſu, homicidam Barabbam elegit. Sed cur permiſit Deus, quòd vbi repudiandus erat Ieſus, homo homicida, & Iudæorum interfector eligendus proponeretur? Nonne Paſchæ feſtum, petebat, quòd iuſtior alius, ſiue minus nocens liberaretur? Equidem feſtum tàm immanè crimine fœdatũm, fecit, quòd Iudæorum homicida, & interfector liber exiſteret, nulloq; vindice impediretur, quominus in illos ſæuire pergeret. Accipitè D. Leonem ſerm. 10. de Paſſione ſantem: *Pilatus tradidit Ieſum perſequentium voluntati; Barabba illis latrone dimiſſo, vt qui in die feſto autorem interficiebant vitæ, impunitas eis præſtaretur homicidæ.* Leõ. Non habeat, vndè ab diris homicidis liberetur, qui dies feſtos maculat nefandis ſceleribus, omnis, qui inueniret illum, interficiat eum, nulli non ſit liberum mortem inferre violatoribus diei feſti. Ad hæc dicebat Amos cap. *Qui ſeparati eſtis in diem malum: & appropinquatis ſolio iniquitatis.* Amõs. Meritò qui appropinquant ſolio iniquitatis, ſeparantur in diem malum, hoc eſt, exponũtur iam omni perditioni, vt omni malo liceat venire ſuper eum. Sed qui eſt, qui appropinquat ſolio iniquitatis? Lectio Septuag. id explicat aiens: *Et appropinquatis, & tangitis Sabbatha mendacia.* Cùm Sabbatha, & feſti dies inuenti fuerint, vt Deus in illis ſanctificaretur, qui feſtis diebus Deum ſceleribus offendunt, Sabbatha efficiunt mendacia, hoc eſt, minimè correſpondentia fini, ob quem inſtituta fuere, ſed cõtrario ſeruientia, quòd eſt iniquitas maxima, imò in eo videtur totius iniquitatis conſiſtere ſolũ, & regnum. Qui ergò tanta ſe polluunt iniquitate, vt feſtis abutantur in Dei offenſam, meritò ſeparati ſunt in diem malũ, hoc eſt, quaſi proſcripti habentur, vt ſine vindice pereant. Et cur non pereat, qui feſtis diebus abutitur, vt ligna, & palleas æterni ignis materiam, nimirùm peccata colligat in anima. Num. 15. *Factum eſt cum eſſent Filij Iſrael in ſolitudine, & inueniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moyſi.* Num. 15. Quid tunc? Ait Dominus: *Morte moriatur homo iſte, &c.* Vndè tam acerbã mortis ſententiam miſer incurrit? Pulchrè D. Cyrill. de adoratione lib. 7. ait: *Nunquid non lignum auulſum, & iam ſiccatum mortalitatis ſymbolum eſt, & ignis alimentum? Cùm igitur, quo tẽpore ceſſari debet à peccatis nonnulli mortuus, ac infructuoſis operibus intenti ſunt, & abiecta virtute cõcupiſcunt ea, per quæ ipſis ſuplicia in æternum parentur, & flammæ accendantur, ij tum iure optimo morte damnati pœnas ſubſtinebũt. Et* D. Cyrill. meritò irremiſſibilem ſibi parat pœnam, qui diebus feſtis, ſibi comparat materiam incendij.

§. XXXVIII.

Qui persecutionem patiuntur in mundo superiorem locum obtinent, vt mundum tirannosq; debellent.

SApienter dictum est illud; *vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram*; non enim iustorum sanguis effusus subter iacet, sed superiora tenet, vt superueniat, & tyrannos debellet. Planè terrena persecutio sic iustos eleuat, & superiores facit, vt insublimi constituti debellatores appareant vniuersæ terræ. Exploratores missi fuere à Moyse in terram promissionis, qui omnia securè lustrantes, fructibusque eius vescentes, tandem redeunt Num. 13. *Num. 13.* & aiunt: *Nequaquam adhunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Terra, quã lustrauimus devorat habitatores suos, populus, quem aspeximus, procera statura est: ibi vidimus monstra quadam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.* Ecce tibi, quàm inferiores sese isti reputent ad homines illos, quasi locustas, ad gygantes. Sed & alij exploratores missi sunt à Iosue in eamdem terram, qui eo deuenientes, nec locum inueniunt vbi tuto pedem figant, vix intrant ciuitatem primã, & quæruntur ad mortem, coguntúrque sub stipula lini latere, & intempesta nocte per murum dimissi in montem fugere. Post hæc autem superata mortis pericula Iosue. 2. *Iosue. 2.* *Descenderunt exploratores de monte, & transmisso Iordane venerunt ad Iosue filium Num, narrauerunt què ei omnia, quæ acciderant sibi, atque dixerunt: Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, &c.* Compone modo hos, & illos exploratores interse: illi se reputant locustas comparatos ad hostes: hi adeò sese hostibus superiores reputãt, vt non dubitent sibi à Deo in manus traditos esse. Et quidem illi nullam fuerant passi persecutionem, nullum viderant periculum, sed dulcissimis, vberrimisque regionis fructibus potiri libere fuerant: hi autem persecutionem patiuntur, fugitiui degunt, mortis pericula sustinent, latebris indiguerunt, & nihil non timendum experti fuerunt. Cur ergo illi, tàm inferiores se hostibus exhibẽt, quando hi tàm supra omnes hostes se prædicant, & quasi victores iam, & debellatores prouinciæ se existimant? Equidem quos persecutio vexauerat, sic etiam extollebat, vt meritò ex illa ipsa persecutione certissimam iam spem alerent tradendam sibi esse totam illam regionem in manus, quàm funditus debellarent. Hanc mihi excogitationem iniecit vir eruditus Masius in Iosue fatus: *Illi clamabant; non poterimus inuadere populum, quia fortior nobis est. Hi verò clamant: Tradidit eum Dominus in manus nostras. Et tamen illi nulla passi pericula memorantur, quæ istos præsentissima circumvallarunt. Itaquè isti, quanto maiora pericula euaserant, tanto certiorem sibi, susque deque diuinam pollicebantur.* *Masius.* Nunquam pericula discriminaq; ob Deum tolerata iustos viros deprimunt, sed extollunt, adeòque superiores faciunt, vt indè quasi debellatores suorum hostium possint prædicari. Qui mundialibus bonis gaudent, & fruuntur, hi inferiores sunt mundo, vt inferior est locusta gyganti: ast qui persecutionem patiuntur mundialem, hi superiores existunt, & quasi è sublimi aduersus hostes suos pugnabunt. Huc spectans D. Iacobus epist. canon. cap. 5. ait. *Sufferentiam Iob audistis, fidem Domini vidistis*: Pulchrè comparat Iobi sufferentiam, non cum sufferentia, sed cum fine sufferentiæ Dominicę, equidem in Iob antiquus hostis insurrexit, & amici eius insurrexerunt pariter, oppugnant validè, feriunt contumelijs animum, dum corporis caro putrida cadit. Quid tunc? Qualem finem habuit certamen? Minimè respiciatis ad finem, qui in Iob apparuit, sed ad finem, quem in Domino videmus: & cõtrectamus. Dominus enim vbi sperabatur à Iudæis opprimendus tumulo; à profundo Inferni lacu victor exultauit, è sublimique cœlorum expugnat aduersarios, suumque in hostibus vindicat sanguinem. Cùm ergò Iobi sufferentiam audimus, cùm Iustum quemlibet ab hostibus affligi, contundi, dilacerari, similiter finem Domini, Iesu victoriam inibi latentem perpendamus. Non enim Iob opprimitur ab hoste, sed extollitur, sed longè superior fit, sed in sublimi afferitur, vt indè glorioſiores de suis persecutoribus triumphos agat. Pro quo D. Hier. de vera Circuncisione fatur. *O virum naturam sæculi respuentem, non se lacrymis, non se gemitibus, non se etiã tenebris tradidisse, sed potius detrimenta pignerũ susceptisse adiumenta meritorum, dolorum victor, etiam sensu egenus, affectu fit fortior, cùm infirmatur, & in valle lacrymarum turrim occupat lachrymarum.* *D. Hieroã* Expendenda sunt hæc vltima verba nimirùm, *& in vale lachrymarum turrim occupat gloriarum*, qui milites in acie pugnant, eo spectãt, si possint, vel turrim, vel superius aliquod culmen præoccupare, vndè, & securius, & certius in hostes possint iacula fulminare. Iusto autem viro Iob, quod occa-

occaſiones dolorum, & lacrymarum, tot profundiſsimi valles ab hoſtibus obijciebãtur; quibus prorſus maneret obrutus: at mirum immodũ, quæ ſolent alios ſepelire valles, Iobo extiterunt pro adiumentis, quibus ipſe ſublimis turrim præ occuparet gloriarũ ex qua ſibi inimicos ad pedes proſtrauit. Nũ quam enim perſecutionum barathra nõ fuit iuſto viro turres, ex quibus velut è ſublimi loco terrebiliores hoſtibus appareant. Quis ignoret furens Herodiadis facinus in Ioannem Baptiſtam? Innocẽtiſsimum virginem laſciua fœmina petit ad mortem, ſed qualiter petit? Matth. 14. *Da mihi, inquit, in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Cur in diſco afferri poſtulas inimicum caput? Cur nõ conformius tuæ ſeritati petis, vt afferatur ſacrũ illud caput fune aliquo raptatum, vel alicui ſpiculo infixum? Cur mauis in diſco? Sanè fœminæ feritas maluiſſet caput Ioannis fune raptatũ ſpectare; ſed coacta à diuina prouidentia petiuit, vt in pretioſo afferetur diſco: non potuit enim caput tanti viri ob virtutem abſciſum nõ apparere iam quaſi è ſublimi perdens, & confundens hoſtes ſuos. Sic loquitur Chryſol. ſerm. 174. ad Herodiadem: *Cur in diſco, cur pretioſæ geſtas, quem viliter occidis? Hoc ipſum quod vis, non agis, quomodo ipſa vis: in illo quidem tunc ferali antro, non aula regis, rabies tunc fera paſtum ſuum credidit, cum caput Martyris vidit. Sed Ioannis venit in ſublimi poſitus. Venit Ioannes, vt iudex in tribunali reſplendens, vt qui arguit adulterum, exponeret, & damnaret homicidam.* Sic qui perſecutionem ſuſtinent, in ſublimi afferuntur, vt indè aduerſus hoſtes ſuos, & Dei hoſtes iacula fulminent.

Matt. 14.

Chryſol.

§. XXXIX.

Qui perſecutionem ſuſtinuerũt ob virtutem, præuenient iudicem ſeueriſsimum iniuriarum vltorem.

QVantum hoc, quòd ſupra impios perſecutores ſanctorum, omnis iuſtorum ſanguis veniat? Quid intereſt, quòd ſanguis iuſtorum veniat ſuper illos? Non ſoli venient ſuper illos iuſti, ſed & ſecum afferent vltricem iniuriarum Dei iuſtitiam; ſemper enim iuſti præueniunt ſeueriſsimum venientem iudicem. Ad afflictos, & laceratos iuſtos locutus Sophar Iob. 11. inquit: *Miſeriæ quoque obliuiſceris, & quaſi aquarum, quæ præterierunt, non recordaberis, & quaſi meridianus fulgor conſurgit tibi ad veſperum. Et cùm te cõſumptum putaueris, orieris vt Lucifer.* Duobus è captibus iuſtorum à ſæculi perſecutionibus exeuntum ſortem extollit: primò quia omnia inimicorum iacula, rabies omnes tormenta vniuerſa ſic euanent, vt euaneſcere ſolent nubium aquæ: ſecundò quia vbi hoſtili rabie conſumptus iuſtus putabitur, tũc orietur, vt Lucifer. Quare vt Lucifer orietur? Lucifer à noctis caligine minimè ſuperatus primò manè apparet, apparet, inquam, Lucifer prænuntians mundo iam è proximo venientem ſolem, qui ardentiſsimis lucis radijs nocturnas tenebras mactet. Sic iuſtus vir â tenebroſis viris impetitus, cũ conſumptus putabitur, orietur vt Lucifer, hoc eſt, ſic apparebit, vt aduentantem prænuntiet iuſtitiæ Solem, qui fulmina mittat aduerſus rectores tenebrarum harum. Aiebat D. Greg. lib. 10. Moral. cap. 11. *Iuſtus ergò cum ſe conſumptum putauerit, vt Lucifer oritur: quia mox, vt tenebreſcere tentationum caligine cæperit, ad lucem gratiæ reformatur, & in ſe ipſo monſtrat diem iuſtitiæ. Solem quippè præcurrens Lucifer nuntiat. Et quid nobis ſanctorum innocentia, niſi ſequentis iudicis claritatem clamat?* Væ tibi homo, qui iuſtos viros perſequeris, affligis, mactas, forſan videberis prævalere, forſan iuſtus conſumptus reputabitur; ſed ecce exoritur, vt Lucifer, ecce apparens diem vltiouis clamat; præuenit enim Solem iuſtitiæ, & annuntiat ſeueriſsimum vltorem iniquitatum. Nunquam iuſtus ſanguis effuſus venit, & nõ traxit Deum vltorem: nec iuſtis ſolis credidit Dominus vindictam ſumendam de hoſtibus, ſed ipſe poſt illos venit perdituros aduerſarios. Monebat iuſto patienti Dominus Prouer. 20. *Ne dicas, Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.* Quæ verba ſic legit D. Cyprianus epiſt. ad Demetrianum, & in rem noſtram trahit fatus: *Ne dixeris; vlciſcar me de inimico meo, ſed expecta Dominum, vt tibi auxilio ſit.* Expendendum illud, *expecta Dominum*, nimirùm non eſt iuſtorum malum inferre hoſtibus, ſed expectare Dominum, qui à tergo venit vindicaturus iuſtum ſanguinem. Vidiſti ſæpè hominem iniuria affectum, qui conducto vindicatorè fortiſsimo venit in occurſum hoſtis, aſt cum ipſe prior accedit, vt ſolitudine fallat, ſubſiſtit aliquanto. Cur habens coram hoſtem ſubſiſtis? Cur non magis inuadis? Equidem expectat fortiorem, qui immediatè accedet, & grauius vindicabit. Sic Dominus in hoſtes præmittit etiam iuſtos laceros, præmittit iuſtorum effuſum ſanguinem, non quia ſanguis iuſtorum inuadet hoſtes, ſed coram

Iob. 11.

Greg.

Prou. 20.

D. Cypr.

illis subsistens expectabit, & immediatè post fortissimus vltor Dominus accedet, qui perdet in cautos. Hinc Dominus Oseæ cap. 1. *Osea. 1.* post quam ei natus est filius, ait: *Voca nomen eius Iezrael: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu.* Iezrael ciuitas erat iustorũ effuso sanguine madida, ob idque celebris in populo Israelitico, adeò vt quasi prouerbialiter diceretur, vt notaretur ciuitas sanguinis. Sed illud notandum veniat, quòd non priùs Dominus aduersus Iehu insurgat, quam Oseæ filium Iezraelis nomine insignitum præmittat. Ait enim *voca nomen eius Iaezrael*, hoc est, stet in primis puer Iezrael vocatus, in cuius nomine iustorum sanguines effusi compareãt. Et *Ibid.* cur in primis repræsentabitur iustorum sanguis? Iam explicat fatus: *Quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu.* Expende illud *adhuc modicum*, vbi enim sanguis iustorum effusus præit, necessum est, vt immediatè veniat fortissimus vltor sanguinũ. Appareat, vel vmbra sanguinis iustorum, vt sit Lucifer iustitiæ solis iam iam appropinquantis, non enim Lucifer, tã vicinum solem denuntiat, vt iustorum sanguinis effusio, vel representata designat seueriſsimam vltionem per Deum appropinquãtem. Atqui scire cupis, cur necessum sit, quòd Deus præmittat iustorum sanguinem, vt perdat aduersarios? Sanè solent venatores præmittere bobem, post quem securius prædas mactent: sic Deus præmittit vitulos sibi mactatos, nẽpè iustos occisos, post quos immediatè iacula fulminet, & perdat hostes sanctitatis. Nunquam enim vindicta diuina non secuta est ad iustorum sanguinem, vt dicat D. Cyprian. epist. ad Demetr. *Insontes pœnis, & cruciatibus acquiescunt, certi & fidentes, quòd in vltum non remaneat, quodcumque perpetimur, quantoq; maior fuerit persecutionis iniuria, tanto & iudex fiat, & grauior propersecutione vindicta.* Hæc ille. *D. Cypr.*

Matth. 23. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.

§. XL.

Misera hominum conditio ex futurorum ignoratione.

MEritò deploranda Hierusalem, in qua Prophetæ occiduntur, in qua futurorum prænotiones occumbunt, sanè vel solo ab hoc capite vita humana misera est, quòd non præsentiat futura. D. Hieron. ad *Hieron.* Eusthochium dicebat: *Molestias nuptiarum, & in certa coniugij domestico exemplo didicisti; cùm soror tua Blesilla ætate maior, sed proposito minor, post acceptum maritum, septimo mẽse viduata est. O infelix humana conditio, & futuri nescia! Et virginitatis coronam, & nuptiarũ perdidit voluptatem.* Pulchrè humanæ conditionis infelicitatem ex ignoratione futuri prædicat: est quæ largissimam vitam, plenã delicijs inconiugio sibi proponat, ad quã contendit, vt ærumnas solitudinis fugiat: ast vbi primos sponsi amplexus potita est, & tristẽ, & æternam viduitatem incurrit. Sæpè in eo quod fugitur, futura latet fœlicitas, & in eo quod ampletimur bonò; latet materies æterni luctus. Sapienter Ecclesiastes cap. 10. stul- *Eccles. 10.* titiæ damnat genus humanum etiam alij sapientię dotibus insignitum, si vel sola futuri opprimatur caligine. *Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante se fuerit, & quid post se futurum sit.* In omni verborum affluentia, & eloquentia non depellitur stultitiæ nota: etiam sit rethorum madeas fluminibus, stultus es. Cur stultus es? *Ignorat homo, quid post se futurum sit*; vna ignorantia futuri perdit alias sapientiæ, & eloquẽtię dotes, imò perdit hominem ipsum. Quò respiciens Thua- *Thuanus.* nus pulchrè adhæc cecinit:

Stultus enim voces insq; deq; effutit inanes,
Atq; audire licet blaterantem talia: Læti
Viuamus; quando humanum caligo futuri
Damnauit genus.

Quando caligo futuri opprimit homines, cur lætam vitam agant? Cur læti amplexentur voluptates? Cur de obtenta dignitate gaudeãt, nescij an in honore lateat futura infamia, tormentum in voluptate? Nihil temporalis boni nõ perdit caligo futuri: nec vera lætitia potest esse, nisi vbi futurorum aliquæ prænotio constituitur. Vndè 1. Reg. 10 *1. Reg. 10.* *Obuiam habebis gregem Prophetarum descendẽtem de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam: ipsiq; Prophetantes.* Nunquam tot instrumenta lętitiæ aptius inueniri poterunt, quàm inter Prophetas; inter eos, qui futura prænoscendo, & præcauendo gaudent. Hinc vt æternum cælitum lætitiã notet D. Hieron. epist. ad Paulam introducit Blesillam glorioſam sic allo- *Hieron.* quẽtem ad matrem: *Si vnquam me amasti mater, ne inuideas gloriæ meæ. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam matrem Domini. Multas hic video, quas antea nesciebam. O quanto melior est iste comitatus! Habeo Annam quondam in Euangelio prophetantem.* Quasi indè extol-

lat

lat etiam cœleſtem vitam de conſortio Prophetarum; in qua non poſsit eſſe ignorantia futuri, quæ metum, & ſolicitudinem afferat, quando fulcra fœlicitatis futura firma eſſe ſciantur. Vtinam hac in valle lacrymarum, futurorum etiam haberemus præſagia; fallar, niſi hæc ſapientes nos efficerent ad benè operandum. Num. 11. Moyſes propoſuit quinquaginta viros coram Domino, qui in Iudices populi crearentur: *Cumq; requieniſſet in eis ſpiritus prophetauerunt*: Ecce tibi per quod initiantur boni iudices, per acceptum ſpiritum prophetiæ, ſi enim quis ſemel in ſe futurorum præſentiat præſagia, haud dubiũ quin indè ſapienter ſe gerat in quouis munere adminiſtrando. Dicebat enim ad hæc Theodor. quæſt. 24. in lib. Reg. *Septuaginta ſeniores, quos elegit Moyſes ſtatim quidem electi, digni ſunt habiti prophetica operatione. Poſteà autem minime prophetabant, ſed à dono diuino reddi ti ſapientes componebant populi controuerſias.* Tanta vis eſt ſpiritui prophetandi, futuraque prædicendi, vt vel ſemel in animam illapſus illam ad benè operandum ſapientẽ reddat. Hinc dicebat Philo lib. Quis rerum diuinarum ſit hæres: *Omnibus probis viris ſacra ſcriptura prophetiam tribuit. Proinde quotquot inter iuſtos cenſentur, inducuntur Prophetæ pleni cœleſti numine.* Vehementer enim currimus ad virtutem ex futurorum notitia, & nullus ad virtutum aſcẽdit ſublimia niſi, hoc calcarè ſtimulatus, & punctus.

Num. 11.

Theodor.

Philo.

Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?

§. XLI.

Ille perfectè ſubuenit infirmanti, qui ſcit infirmari cum illo.

NOta ſimilitudinem, qua vſus Dominus, oſtendit ſuam charitatem ad ſubueniendum populo ſuo; ait enim ſic ad illos cucurriſſe, vt gallina currit ad pullos ſuos. Sed gallina ad pullos, qualiter currit? D. Paſchaſius lib. 10. in Matth. *Nullum animal eo infirmatur modo, quemadmodum gallina in fouendo, & nutriendo pullos ſuos. Siquidem tota infirmatur, totaq; ſit hiſpida, & rauca.* Non cõtenta eſt hæc auis in eo, quòd pullis egentibus ſuccurrat, ſed nihil ſe feciſſe putat, niſi eorum etiam infirmitates in ſe ſumat, dũm tota infirmatur, & ſit hiſpida. Et quidem ille perfectæ charitatis culmen attingit erga fratres ſuos infirmãtes, qui ita illis ſubuenit, vt etiam in ſe eorum infirmitatis notam exprimat. Eccleſiaſtes cap. 11. monebat: *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas*: Non ſolum petit, vt mittas panem tuum ad pauperes, ſed quod mittas illum ſuper tranſeuntes aquas. Sed ſcire cupis, quomodo mittas panem ſuper tranſeuntes aquas? Rem explicat Catena Græca legens: *Cùm Sympatia, & lacrymis fuc eleemoſynam omni tranſeunti*: inter quos ſympatia eſt, eiſdem mouentur affectibus, eiſdem afficiuntur pulſibus. Cùm ergò ad eleemoſynam largiẽdam accedis, fac accedas cùm ſympatia, vt quas educit lacrhymas in paupere indigentia, eas in te cõpaſſio, & condolentia educat. Cùm infirmanti ſubueni, ſubueni etiam cum ſympatia, vt quos in illo efficit morbus dolores, in te eoſdem compaſsio efficiat. Notiſsima fuerunt apud antiquos Lactarij mõtes gramina, quibus paſtæ baccæ, eo abundabant lacte, quò penè exhauſta corpora hominum infirmorum, & pinguedinem ſimul ebibebant, & ſalutem. Sed illud mirabile, quòd baccæ ipſæ, dum ſic homines implebant pinguedine, ipſæ exiles, erant, & pedè excarnes videbantur oſſea moles ſola pelle circum amittę. De quo pulchrè Caſiodor. lib. 11. variar. 10. ait: *Hac itaq; armenta in tam abundanti pabulo exhauſta videre miraculum eſt: vt humor ille lacteus, non præſtet originiſuæ, qui corpora mortalium probatur læſa reficere, miroq; modo herbis animalia non proficiunt, vndè hominum membra pinguęſcunt. Exiles per dumeta diſcurrunt montium, tenues videntur, & inſtar eius, cui medentur, ſuſtinent paſsiones.* Sic natura ſuos medicos effinxit, vt quæ exhauſtis exilibuſq; hominibus curandis nutriebantur armenta, etiam inter pinguiſsimas herbas ipſa apparerent exhauſta, & exilia. Accedebat pecus ad curanda exilia, & exhauſta hominis infirmi membra, & accedebat cum ſympatia, inſtar eius, cui medebatur, maciem in ſe præmittens. Vt diſcant indè homines infirmitates in ſe exprimere, quas in fratribus curare deſiderant. Exod. 4. proponitur Moyſes à Deo vocatus in ſalutẽ populi ſui: & poſt aliqua dicitur: *Dixitq; Dominus rurſus: Mitte manum tuam inſinum tuum. Quàm cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar nibis.* Deus bone, cur lepra affvcitur is, qui in ſalutem populi Iſraelitici eligitur? De leproſis laturus erat Moyſes leges, taxans eorum immunditiem, eorumque ſanitate etiam proſpiciens, ideò voluit Deus; vt priùs ipſe in ſe etiã ma-

Eccleſ. 11.

Caſiod.

Exod. 4.

Theodor. ciem lepræ præmitteret. Ait Theodor. in caten. Græca, *Quia legem de leprosis positurus erat, eosque immundos appellaturus, legislatoris manus leprosam reddidit.* Nullus perfectius infirmanti subuenit, quàm qui cum sympatia subuenit, illius in se præostendens dolores; & miserias. Hinc suam artē in sanandis proximis ostendit Paul. 1. ad Corinth. 9. *Et factus sum Iudæis tanquam Iudæis, vt Iudæos lucrarer, his, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cùm ipse non essem sub lege, vt eos, qui sub lege erant lucrifacerem: his, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, &c.* Vide cū quanta sympatia accedebat Paulus in se depingens omnes infirmantum morbos pro similitudine absque peccato: id quod expendens D. Ansel. ait: *Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, id-est, ita compassus sum eorum cæcitati, & miseriæ, ac si Iudæus essem, & in eadem cæcitate, & miseria, cum eis detinerer.* Tanta cum sympatia curabat omnes, vt eisdem infirmatum doloribus videretur tangi.

1. Cor. 9.

D. Ansel.

Matth. 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis non me videbitis á modo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

§. XLII.

Iudæorum æconomia, & Iesus disiungi non poterant, aut simul esse debebant, aut simul deficere.

RVina Iudaicæ æconomiæ imminere præ licitur, quia etiam eminebat Iesu occisio: qu ippè ait, *relinquetur vobis domus vestra deserta.* & subdens causam pergit: *Dico enim vobis non me videbitis à modo, &c.* Quia per mortem ab oculis erat Iesus eripiendus humanis, & à terr viuentium abscēdendus, simul etiam ostend itur Iudaicæ æconomiæ casus, non poterant d o hæc disiungi, sed simul esse, aut interire d ebebant. Pulchra de Catone dedit verba Sen ca lib. 2. in sapientem non cadere iniuriam, vbi fatur: *Aduersus vitia ciuitatis degenerātis, & pessum sua mole sidentis stetit solus: & cadentem rem publicā, quartū mod vna retrahi manu pote rat, retinuit, donec vel arreptus, vel abstractus com. item se diù sustentata ruinæ dedit; simulq; extincta sunt quæ nefas erat diuidi. Nec enim Cato post libertatem vixit, nec libertas post Catonem.* Licuit homini Ethnico sic sentire de Catone suo, viro virtutū studioso: sed lōgè verius, & certius, quæ ibi pulchra dicuntur, aptātur Iesu meo. Hic solus aduersus vitia ciuitatis de generantis stetit, vt qui ad extirpanda totius orbis vitia iuxta Isaiæ dictum, torculat calcauit solus, & de gentibus non est vir, cum illo. Cadentemque Iudęorum populum, Hierosolimitanam vrbem, non cum vna manu, sed ambabus manibus sustinere curauit: vt ait ipse: Tota die expandi manus meas, ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Manibus itaque ambabus expansis labētem Hierosolimam sustinere curauit Iesus, donec abreptus, siue abscissus comitem se diù sustentatæ ruinæ dedit: simulque extincta sunt, quæ nefas erat diuidi. Nec enim Iesus post Hierosolimam vixit in hac lachrymarū valle, nec Hierosolima post Iesum. Sic semper erant hæc duo inseparabilia; vt inuicem se custodirent vnita, & etiam pereant separata. Hinc mysteriorum inscius Petrus, dum in Thaboris esset gloria, ait Matth. 17. *Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum Eliæ vnum.* Quæ verba suggesta Petro à spiritu tenebrarum non malè putat Origines quando & Moyses, & Propheta, in quibus tota æconomia Hierosolimitana consistebat, à Iesu separabantur: in qua separatione, & populus & Iesus perdebantur. Ait Orig. hom. 3. in Matth. *In hoc malicioſe operabatur Diabolus nolens esse simul Iesum, & Moysem, & Heliam, sed separare eos ab inuicem obtentu trium tabernaculorum, quòd fieri non poterat. Si enim separentur ab inuicem, nec Christus ostenditur, nec Prophetæ vera dixisse inueniūtur. Quòd fieri cupiebat mala suggestio.* Adeò interse erant connexa hæc duo, vt minimè separari possent, sine grandi dispendio vtriusque. Quid plura? Hoc quod tradit Origines, eodem modo intelligendum est etiam in materiali separatione populi Iudaici, & Iesu sic enim totus ille populus, nitebatur in Iesu; & Iesus sic in primis erat immissus populi illi, vt ablato populo, non maneret Iesus in mūdo, & ablatus Iesus etiam populum traxit in ruinam. Vndè D. Leo meditans Iudæos multo manè conuenisse, vt Iesum morti traderent iuxta Matth. 27. inquit ser. 3. de Passione. *Hoc manè Iudæi, vobis templum, & altaria diruit, legem & Prophetas ademit, regnum, & sacerdotium sustulit, in luctum æternum omnia festa conuertit.* Nihil enim post Iesum potuit manere in illa Republica.

Matth. 17

Orig.

Matth. 17

Seneca.

CA-

CAPVT XVII.

De sermone habito post Cœnam, suos Iesus consolatur de absentia.

TANDEM accedimus ad sermonem à Iesu habitũ post vltimam cœnam, in quo de imminente iam absentia sua turbatos, & mœstos discipulos consolatur, multisque, & efficacibus rationibus eorũ expellit metus. Quando in cœlestibus illos erat expectaturus, vbi tot mansiones paratæ erant; vt neq; inferiori, & infirmiori deficere posset, quo exciperetur. Ardua in cœlos via, periculis, reflantibusq, ventis plena, sed quàm ipse in primis terit, omniaque subiens discrimina, nullo non reflante contradictionis vento, tãdem incolumis appellit. Cur post illum non ipsi? Si occludatur via, ille via est; si fallaces mundiales semitæ, ille est veritas: Si mors hinc indè insultet, ille vita est. Deficit commeatus? Quidquid per illum petitur, à patre accipitur. Quòd si inter mũdanos fluctus fauentibus auris afflari concupieris, ab illo veniet spiritus, qui fluctus componat, & te importum fœlicitatis deducat. Hæc & alia pulcherrima, plena consolationis, plena vitæ habes à Iesu per tria Ioannis capita dicta.

Ioan. 14. **Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.**

§. I.

Nullum peccatum ab aliquo committitur, cuius damnum cæteri omnes non debeant timere.

CONsternatos animos discipulorum in primis notans Dominus ait: non turbetur cor vestrum: sed scire cupis, vndè sic cõsternati essent discipuli, quòd tanta consolatione Domini egerent? Causam tradunt D. Chrisost. D. Aug. Ruper. & alij in præsenti. Dixerat enim Dominus ter esse negationis crimine Petrum illa nocte polluendum; quo audito valdè omnes discipuli consternantur expauentes peccatum Petri, & meritò discipuli expauent peccatũ Petri, quando à nullo peccatum committitur, cuius damnũ nõ debeant timere cęteri. Matth. 18. ait Dominus: *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, inter te, & ipsum solum.* In quibus expendendum est illud, *si peccauerit in te?* & quidem cum præceptum sit generale circa vniuersis peccatis, quæ versantur in damnum proximi, & quæ non versantur, vt mavult sapientissimus Maldonatus, & communiter docent Theologi, cur de omnibus loquens dicit: si peccauerit in te? an non potest esse aliquod peccatum, quòd nõ inferat dãnum proximo? Equidem nullum peccatum est ab aliquo patratũ, quòd omne genus hominum aliquomodo non lędat. Id quòd notans D. Pasch. in Matth. lib. 8. ait: *Nihil est, in quo proximus peccare possit, quòd nos lædere non debeat.* Singulare cuiusque peccatum omnes proximos lædit, omnes reddit obnoxios malis, quæ à peccato habẽt exordium. Ideò cauebat Dominus Deuth. 29. *Ne forte sit inter vos vir, aut mulier familia, aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro, vt vadat, & seruiat dijs aliarum gentium, & sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinẽ.* Oleaster legit: *radix germinans venenum, & absynthium.* Equidem vbi à viro aliquo peccatum fit in ciuitate, imò in regno, radix ibi ponitur germinans venenum, pariẽs labores mille, pestes afferens, & turbationes, quam plurimas. Scimus apud Matth. cap. 8. Iesum vna cũ discipulis suis in naui esse, quæ vix se vndis commisit, & eas tempestates experta est, quibus penè obrueuatur. Non sic apud Lucam cap. 5. sed nauis, in qua Christus est, cũ discipulis suis serenum mare potitur, & piscibus diues, quibus impletur ipsa. Cur tot fœlicitates non haberet nauis, quæ habebat discipulos Iesu, cum magistro? Sed illud mirandum, quòd etiam Iesu discipuli vniuersi in naui positi tempestatibus, ventorumque furijs sint relicti. Remittigit D. Amb. lib. 4. in Luc. inquiens: *Non turbatur ista, quæ Petrũ habet turbatur illa, quæ Iudam habet. Et si multa ibi discipulorum merita nauigabant, tamẽ eã adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraq; Petrus, sed qui in suis meritis firmus est, turbatur alienis.* Vel ob vnius homunculi peccatũ, se se Deus solet exhibere, quasi dormientẽ erga ciuitatem, & regnum integrum, vt aditũ permittat tempestatibus, & beneficia subtrahat: Dicebat Isaias cap. 6. *Factũ est anno, quo mortuus est Ozias rex vidi Dominum, &c.* Cur nõ magis viuente Ozia? Sanè Prophetæ regibus dabantur, vt populorum vniuersitate prospicerent

Matt. 18.

Paschas. Matth. 8.

Ambr.

Isai. 6.

picerent, sicque viuentibus regibus habebãt omnes populares in se Prophetarum gratia? Cur hic mortuo Ozia? Quia Ozias viuus impurus erat, Deum que sua impuritate offendebat, propter quod, dũ ille viueret, abstulerat Dominus populo beneficium prophetiæ. Chrisost. hom. 4. ad data verba Isaiæ: *Silet spiritus gratia, non ostẽsus est Deus, eo quod sub impuro illo non erat gratia. Non adueniebat Deus, non apparebat, non visiones exhibebat, non Prophetæ loquebantur, quæ debebant. Mortuus est impurus, & Deus reconciliatus est hominibus.* Ecce vnius impuritas quot gratijs priuauit homines, priuauit mundum. Ponderatè modo durissimam illam Dei sententiam in vniuersum Israelem Iosue 8. ait enim: *Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero vltra vobiscum, &c.* Vnus solus Acham, penè ignotus homo pollutus erat anathemate, & propter vnius delictum sic Deus afficitur erga vniuersos Israelitas? Pulchrà D. Aug. quæst. 8. in Iosue infert: *Ostensum est, quantum malum fieret, si vniuersa congregatio peccasset, quando ne vnus quidẽ ita potuit iudicari, vt ab eo possent cæteri esse securi.* Si non sunt securi sancti ab vnius delicto, cur nos securi sumus in medio nationis peruersæ, & prauæ, in ciuitate scatente sceleribus, & peccatis? Si ab vnius vilissimi hominis delicto nõ sunt securi homines, cur in sceleribus præstantissimorum non magis vniuersi trepidamus? Meritò aiebat Zacharias cap. 11. *Vlula ebies, quia cecidit cedrus*: ex quo Anastasius Nizenus quæst. 17. ex D. Isidoro legit: *Velulate omnes, quia cecidit cedrus*, & addit: *Fortibus cadẽtibus, erudiantur, & castigentur, quæ sunt imbecilliora.* Nemò enim non metuere debet à Deo aliquam castigationem, quæ peruadet omnes, vbi peccati vermibus viderit corrodi cedrũ.

Chrysost. Iosue. 8. Aug. Zach. 11. Anast. Nizen.

§. II.

Fœlix ille, cui omnia mundialia occidunt, vt vnum Deum spectet: in illo nulla peccati turbatio durat.

ECce omnis turbationis à peccati metu profectæ certissima expulsio, nimirùm *creditis in Deum, & in me credite*, hoc est, vnus Deus præ oculis existat, cætera omnia mundialia procul absistant. Nõ turbat corda fidelium peccatum, non lacinat, non viuit, vbi dimissis, mundialibus sola spectatur diuinitas. Memorans Lucas Iesu mortem, illud asserit notatu dignum cap. 23. *Tenebræ factæ sunt in vniuersam terram, vsque in horam nonam. Et obscuratus est Sol, & velum tẽpli scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritũ meũ. Et hæc dicens expirauit.* Cur non antè moritur Christus, quàm tenebras suffunderet orbi, quam Solem obscuraret? Omnis, qui malè agit, odit lucem aiebas Domine, cur ergò tu dum tot mundi bona peragis, lucẽ ablegas? Insinuat rationem Paulus, dum asserit Iesum in cruce peccatum representare: ait enim 2. ad Corinth. 5. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*; hoc est victimam peccatum representantem. Itaque suffusis tenebris, obscurato sole moritur Iesus, dum peccati personam agit, vt ostendat prorsus in nobis occumbere peccatum, cùm dimissis mundialibus, in Deo solo spem collocamus. Quòd notabat D. Isaias Abb. orat. 13. fatus: *Quòd autem sole obscurato Dominus remisit spiritum, intellige tũc in te mortuum esse peccatum, cùm spes rerum, quæ in hoc mundo cernuntur, in animo tuo deficit.* Nequit peccatum manere, vbi omnia mũdialia fulcra occumbunt, & in Deo figitur humanus obtutus. Hoc tibi notissimum sit signum, quòd peccatum moritur, quòd iam à peccati morte resurgis, si retrorsum iactis mundialibus, non fugat Deus oculos tuos. Iacob dum filijs bona imprecatur Gen. 49. ait: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.* Non funditus perdet Dan hostes suos, sicut cerastes in via non funditus perdit equitem, sed quomodo non funditus perdit equitem? Non ne facit, vt cadat eques? In quo non perditur cadens eques? In eo quod cadit retrò, qui enim retro cadit: retrorsum habet terram, & ob oculos cœlum: & dum terra retrorsum iacta oculi cœlestibus, & diuinis inhærent, vel in ipso casu spes alitur resurgendi. Pulchrè D. Amb. in Psalm. 40. ait: *Cadet eques retrorsum salutem expectans à Domino, hoc est, vt oculos non auertat, resurrectionis suæ prærogatiuam vendicet.* Fœlix ille, cui mundi spectabiliora retrorsum occumbunt, dum ipse oculos fixos habet in Deo, hoc & si cadat, in casu non manet, sed vel in ipso casu spem nutrit surgendi. Nolo hic debere singulare illud salutis Israeliticæ indicium: nimirùm Phase celebrationem: venit nox captiuitatis vltima, redemptionis indicium: nox, inquam, in qua agnus ob oculos Israelitarum proponitur, Ægyptiorũ obtenebrantur lumina: nihil in illis spectabile apparet, sed luctus, sed mortui, sed sepulchra. Quid tunc?

Luc 23. 2. Cor. 5. Isai. Abb. Genes. 49.

Amb.

Ait

Exod. 12 Ait Moyſes Exodi. 12. *Nox iſta eſt obſeruabilis Domino, quando eduxit eos de terra Ægypti.* Siue vt legit D. Macharius: *Hæc eſt nox in qua pollicitus eſt Deus ſe redempturum nos.* In quo nouit noctem illam eſſe ſalutis initium? Sub illa nocte omnia Ægyptiorum pulchra obſcurabantur; ſub illa quidquid decorum, quidquid ſplendidum in Ægypto alliciebat Iſraelitas, nigro ſub luctu ſordebat, ipſa familiarum fulcra nimirùm primogenita tenebris dabantur ſepulchri. Vbi ergò ſic omnia Ægyptiorum occumbunt, agnuſquè ſolus ponitur ob oculos Iſraelitis, quis eorum non auguretur liberationem, & ſalutem? Ad hæc D. Machar. hom. 47. *Egreſſi ſunt ex Ægypto, quando Ægypti primogenita ſepeliebant: idcirco dixit Moyſes: Hæc eſt nox in qua pollicitus eſt Deus ſe redemptorum nos.* Vbi enim mundialia omnia decora, quæ oculis cernuntur, & morti, & tenebris traduntur, ſoluſque ſupereſt agnus diuinus, cuius ſanguine homo viuat, meritò dici poteſt, quia adeſt hominis ſalus, & vita.

March.

§. III.

Chriſti Domini benignitas in homines prorſus in expugnabile à ſylum eſt.

QVò nulla conturbatione velit moueri, qui ſe omni timori ſuperiorem cupit ſtatuere, in Deum Ieſum credat, illiſque ſe commitat, in cuius benignitate inueniet paratum ſibi inexpugnabile aſylum. Aiebat Cant. 8. Cant. 8. benignitas, & humanitas ſaluatoris: *Ego murus, vbera mea turres*: vbera Chriſti, ad quæ paruuli, & infirmi inuitantur, turres ſunt, inter quas ab hoſte nullo poteris expugnari. Gilliber. Abb. ſer. 27. in Cant. *Vbera mea turres. Inexpugnabilia ſunt vbera hæc.* Fælix infantulus, qui his vberibus excipitur, qui ad hæc vbera ſaluatoris confugit, nihil indè timet, inexpugnabilis eſt, reportare victorias diſcet. Hinc extollens Dominus fortitudinem benignitatis ſuæ populo Iſraelitico manifeſtatam ait Iſai. cap. 65. *Expendi manus meas tota die ad populum non credentem, &c.* Quantum iſtud ad populum vndequaq; hoſtibus vallatum? Nutrix expendit manus, vt vberibus excipiat infantem, quid ergò, quòd tu Domine velut nutrix expandas manus ad populum ab hoſtibus agitatum? Inexpanſione manum, vbera offers, an arma? an turres? an victorias? Accipitè hiſtoriã Exod. 17. vbi dicitur: *Cùm leuaſſet Moyſes manus vincebat Iſrael.* Ecce tibi in expãſione, & elauatione manuum, & victoria lita eſt, & hoſtium perditio. Quò reſpiciens Dominus aiebat: *Expandi manus meas tota die*: non Moyſes, ſed ego expandens manus, oſtendo vbera turrita, à quibus hoſtes cadant, & fideles victorias potiantur. Ad hæc Procopius in capit. 65. Iſaiæ: *Ille enim ego ſum, inquit Dominus, qui manus meas in Moyſe, expandi, vt per victoriam vos mihi conciliarem: Amalecitas autem perderem.* Si vel expandat manus Dominus ſuæque benignitatis vbera tibi oſtendat, habes in eius vberibus turres inexpugnabiles, quæ tibi victorias pariant, & à quibus vniuerſi hoſtes perdantur. Hinc Iſaias. 6. vidit Dominum ſuper thronum excelſum, & eleuatum: *Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabãt pedes eius, & duabus volabant.* Alis velant Dei faciem, & alis velant pedes, pectora relinquunt patentia, atque ſine vllo velamine. Quòd ſi quæras quale ſit iſtud Seraphinorum velamen? D. Bern. ſer. 5. in dicta verba putat Seraphinorum velamen pro facie, & pedibus Dei poſitum fuiſſe, ſicut Cherubini gladium pro paradiſo tutando. Et quidem in Dei facie audio abſconditos iuſtos, vt ait Pſal. *Abſcondes eos, in abſcondito faciei tuæ*: ſimiliter ad Dei pedes ſefe recipit illa quondam in ciuitate peccatrix, *ſtans retro ſecus pedes eius.* Luc. 9. Sed & in pectore eius recubuit Ioannes, vt ipſe ait cap. 21. *Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius.* Cur ergò pro cuſtodia, & defenſione faciei, & pedum ponitur Seraphinorum velamen, & non pro cuſtodia pectoris? Sanè Dei vbera turres ſunt inexpugnabiles, qui ad illa cõfugiunt, non egent latebris, ſed ſuperiores omni malo incurſui parent. Habet enim ſemper Ieſus in pectore ſalutis ſigna, ſedes victoriarũ, Iam lucem afferam loco ex 1. Apocal. vbi ſic: *Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea & in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea*: Noua, & ſingularis forma ſe cingẽdi, quod cingulus ad mamillas ponatur, quid cingulus, quid zona hæc apud mamillas Ieſu faciet? Quòd funiculus fecit ad feneſtram, quæ erat in muro Iericho iuxta domum Rahab; appenſus ibi in muro funiculus omnimodam ſalutem, & incolumitatem ſignabat, vt habes, Ioſue. 2. Igitur cingulus ad mamillas, is eſt funiculus ad turres, ad murorum feneſtram, qui inibi omnimodam incolumitatem, & ſecuritatem nobis pandit. Et nequis putet minus eſſe firmam ſalutem, quę à fumiculo pendet, memi-

Exod. 17.

Procop.

Iſai. 6.

Pſalm.

Luc. 9.

Ioann. 21.

Apoc. 1.

neri-

nerit funiculum esse appensum Iesu vberibus, Iesu benignitate, à qua nulla non venit hominum salus. Pulchrè Procop. citatus à Glossa in cap. 2. Iosue ait: *Funis hic, quantumuis debilis appareat, non disrumpitur, per quem euaserunt exploratores: per quem Iosephũ ex lacuna subduxerunt, Hieremiam item, & Danielem, per quem Dauid quoque per fenestrã dimissus aufugit: Paulus etiam per sportam submissus Damasci, per quem denique Patriarchæ omnes viuam è puteis aquam subduxerunt.* In tantorumvirorum salute funia intercessit, vt appareret, nisi à mamillis Iesu nulla venire secutitas, nulla venire salus.

Procop.

Ioann. 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quominus: dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.

§. IIII.

Etiam maximi peccatores conuersi in Dei sedibus visebuntur.

ET negationum Petri, & dispersionem, parumq; fidelem fugam suam audientes discipuli, eam turbationem incurrunt, qua vereantur se penitus à domo Dei exulaturos. Absit talis metus ab his, quorum præcipuam curam suscipit Iesus, & filabantur, & si scelerum turpentur maculis tamen poterunt per pœnitentiam cœlestia pertingere, quando in domo Dei mansiones multæ sunt, quas minimè repleant soli innocentes, sed & cum his maximi quindam peccatores etiam post pœnitentiam morantur. Non dubites peccator, & si modò in cœno cùm suibus voluteris, poteris in eadem cœlesti domo, cùm Angelis versari; & sanè si pœniteas versaberis. Apud Leuit. cap. 7. iubet lex. *Vbi immolabitur holocaustum maltabitur hostia pro delicto.* Holocaustum sacrificium est totum Deum aspirans, nil in se non Dei habet; hostia pro peccato fœtidum, & turpatum sceleribus hominem prętendit, cur non magis hæc hostia separatur à loco, in quo est holocaustum? Cur in eodem loco, & holocaustum, & hostia pro peccato ponuntur? Equidem nullus locus adeò, diuinus est, qui non simul, cum purissimis, & sanctissimis peccatorem pœnitẽtem capiat.

Leuit. 7.

Sapienter Orig. hom. 5. in Leuit. ait: *Vide quàm multa misericordia Dei est, & vbi holocaustum ingulatur illud, quòd soli Deo offertur, ibi etiam hostia, quæ pro peccato est, immolari iubeatur. Quo scilicet intelligat, qui peccauit, & pœnitet, & conuersus ad Dominum contribulati spiritus hostium ingulat, in loco iam sancto stare, & sociari his, quæ pertinent ad Deum.* Nil nocent peccata illi, qui scit illa per pœnitentiam mactare; quantumuis peccator, quis sit, si contriti cordis hostiam iugulat; in eodẽ loco stabit, in quo sanctissima sunt; & sociabitur his, quæ ad Deum pertinent, sub eodemque tecto erit cum Deo, & purissimis Angelis, quasi semper vixerit conspicuus sanctitate. Nota fuit Israelis totius idolatria. Exod. 32. cùm accepto ab Aarone Idolovituli exhibẽt cultum diuinum: quòd peccatum sic vniuersi admiserunt vt nullus proponatur ab scriptura liber ab illo. Quid tũc? Moyses vlturus iniquitatem, ait: *Si quis est Domini iungatur mihi. Congregatique sunt ei omnes filij Leui, &c.* Cur omnes Leui filij audent sese Moysi, iniquitatum vltori aggregare? Nonne, & ipsi vitulum adorarant? Non in commune scelus incurrerant? Cur ergò audent adhuc, cùm his, qui Domini sunt esse? Peccauerant, & ipsi, sed resipiscentes continuo, dum in vltionem iniquitatum armantur, cùm his, qui Domini sunt meritò coniunguntur, non pœna, sed æterna digni laude. Id quod ponderans Bachianus epist. ad Ianuarium fatur: *Vbi totius plagapopuli, vulnusquè describitur, etiam Leuitæ peccasse referuntur, qui priores ad correptionem legislatoris emendati esse perhibentur, & non tam in eis peccati crimen arguitur, quàm velox conuersio in pœnitentiæ celeritate laudatur.* Non potuit peccatum ab his, qui Domini sunt, Leuitas deturbare, quando ipsi percitam pœnitentiam conuersi omnem memoriam sceleris sustulere, & à Legislatore assumpti in vltionem idolatriæ æternam sibi laudem compararunt. Nunquam enim inter ea, quæ Domini sunt, non apparet locus etiam peccantibus, si conuertamur. Conijce oculos in vniuersas cœlestis domus glorias, perspice Principum æternorum sedes, nullam videbis, in qua non sit locus, qui capiat etiam peccantes, dum sciant flere peccata. Et quod mireris magis, etiam ad latronem, ait Dominus Luc. 23. *Hodie mecum eris in paradiso*; non dedignatus rex gloriæ latronem pœnitentem in regno sibi assotiare, & ponere in illo ipso loco, qui innocentibus hominibus fuerat elaboratus. Suæ santissimæ humanitatis gloriam in resurrectione futuram Dominus notans aiebat

Origen. Exod. 32. Bachiar. Luc. 23.

bat Ioann. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Additque Euangelista: *Ille autem dicebat de templo corporis sui*: Erat enim diuinum Christi corpus, tertia die à mortuis suscitandum gloriosaque resurrectione illustrandum. Verùm Matth. 12. eam dem resurrectionis gloriam ostendens, ait: *Matt. 18.* *Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Expende, quòd modò nõ solùm numerat dies ad gloriam resurrectionis spectantes, sed & noctes memorat. Cur modo maluit addere non solum dies, sed & noctes? Addit equidem noctes, ne gloria resurrectionis solis diebus, solis filijs lucis videretur parari: sed & illa appareret, locum dare filijs tenebrarum, si à tenebris excutiantur. D. Ephren. de Pœnitent. fatur. *Ephr.* *Tres dies Saluator in sepulchro egit, & tres noctes, vt ostenderet etiam peccatores, qui tenebris obducti erant, resurrecturos. O pœnitentia gratiam!* &c. Nulla inuenietur gloria, quæ non capiat etiam peccantes, dum sciant pœnitere de peccatis.

§. V.

Sola, quæ in æternum permanent, vere censentur esse, cætera non sunt.

MEritò, ait Dominus, *in domo Patris mei mansiones multæ sunt*, quæ enim æternùm manent, ea sola sunt, quæ nõ manent, non sunt, & quasi non sint, debent reputari. De Absalone locutus textus 2. Reg. 18. ait: *2. Reg. 18* *Porrò Absalõ erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum in valle regis: dixerat enim: nõ habeo filium, & hoc erit monimentũ nominis mei.* Tres filios habebat, & vnam filiam Absalõ, vt ex 2. Reg cap. 14. notant Lyran. Caiet. Theodor. & Hieron. in traditionibus, quod etiã tradit Ioseph. lib. 7. antiq. capit 9. Quomodò ergò habens tres filios, erecturus monimentum sui nominis dixerat, non habeo filium? Pulchrè Theodoretus citatus à Glossa, rationem reddit ex Iosepho desumptã, nimirùm, *quòd filij non possunt diu durare.* *Theod.* Meritò despicit filios, tanquam non essent, qui sciebat illos mortales, & morituros aliquando, quæ enim æternùm nõ possunt durare, minimè sunt, nec debẽt inter bona existentia numerari. Ex quo monebat Paul. 1. ad Corinth. 7. *1. Cor. 7.* *Reliquum est, vt qui habent vxores, tanquàm non habentes, & qui flent, tanquã non flentes, & qui gaudent, tanquàm non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquàm non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.* Et vxor, & gaudia, & possessio bonorum, & mundus ipse, tanquam res, quæ nõ sunt, censeri debẽt. Quòd si quæras, cur omnia illa non esse censenda sint? Subijcit rationem aiens: *Præterit enim figura huius mundi*, & meritò censeri debent non esse; quæ aliquando desinent esse: nec putare potes te habere, quæ, necessum est, vt intereant. Sapiẽtia cap. 4. aiebat. *Quoniam spes impijs, tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tãquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquàm fumus, qui à vento diffusus est, & tanquã memoria hospitis vnius diei prætereuntis.* *Sapo* Quid indè ò bone? Quid quòd mundialia decora sint, vt lanugo, vt vmbra, vt fumus, vt hospes? Nõne vel tandẽ aliquid sunt, quamuis tenue, quamuis vile, & exile? Absit: imò eo ipso, quòd prætercurrentium rerum similia sunt, nihil prorsus sunt. Acutè D. Petrus Damian. lib. 2. epist. *Pet. Dam.* 17. *Quot momentanearum rerum exempla cõgessit, non tam vile quid esse omnem mundanam gloriam, quàm nil esse, signauit.* Meritò nusquã aliquid fuisse, sed semper, & vbique nihil esse censentur, quæ nequeunt durare: eo ipso quòd res aliqua, & fluxa, & momentanea esse dicitur, & nihil esse affirmatur. Psal. 36. *Psal. 36.* *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, Transiui, & ecce nõ erat!* Ex Hebræo nõ legitur, *transiui*, per primam personam, sed per tertiam, *transiuit*. Vndè eleganter in rem nostram Chaldæus ait: *Transiuit de mundo, & ecce non fuit!* Quomodò nõ fuit? Asseritur à Psalte visus exaltatus, & eleuatus sicut Cedrus, & tu asseris, ecce non fuit? Qui aliquando est, post illud semper verum est, quòd fuit, quomodò tu, quẽ vidisti esse, de illo statim asseris, *& ecce nõ fuit?* Equidem dico, quòd transiuit, & res quæ transit, etiã dum videbatur esse, minimè fuit, sic videnda est, quasi nihil in se sit. Quò refero pulchram sententiam D. Gregor. Nysseni homil. 1. in Ecclesiastem fantis. *Quoniam ergò* *Gre. Nyss.* *eã temporaria, & quæ mox interit, sensuum operatio, qui ad hæc aspicit, nihil aspicit.* Cùm rem tibi transeuntem ob oculos ponis, nihil ponis, dum ad transeuntes commoditates aspicis, nihil aspicis. Hinc meritò excandet Psalm. 4. *Psalm. 4.* *Filij hominum vsquequò graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Vbi Chrysostomus ait: *Vanum est, quod est inane, quando nomen quidem fuerit, res nequequàm: nomen diuitiarum; res autem minimè: & nomen gloriæ, res verò minimè: nomen potentiæ, & remanet solum* *Chrysost.*

nomen. Quis est ergo adeò excors, vt quærat nomina, quæ rebus defecta sunt? Et persequatur inania, quæ oportet fugere? Ille sapiens, qui stabilia, & manentia quærit, quæ sola, & vera sunt, & verum habent esse, & semel habita nunquam possessores deludunt suos.

Ioann. 14. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum veniо, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

§. VI.

Æterni boni solius meditatio potèns est illud nobis efficere.

Matt. 20. ET multæ erant mãsiones in domo Dei, & paratæ erant, vt ait Matth. 20. *Nõ est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Cur ergo (vt addubitat August.) iterum parãdas promittit in hac absentia sua, dum ait: *Vado parare vobis locum*, vel insuper, *si abiero, & præparauero vobis locum*? Sanè absentia hæc Iesu, sic remouet discipulorum animos ab affectibus temporalibus, sic eorum oculos in sola æterna, & manentia bona transfigit, vt vel hæc visio, & meditatio posit infecta adhuc æterna bona sibi facere, & imparata adhuc sibi parare. Accipite pulchram D. Gregor. Nysseni mentem, *Gre. Nyss.* qui homil. 1. in Ecclesiastem, ait: *Qui, per ea, quæ prætercurrunt, stabilem intelligit naturam, & mente agitat, id quod semper similiter, & eodem modo se habet, videt, & quod verè bonum est, & quod videt, creat. Huius enim boni procreatrix est cognitio*: Prob sanctæ meditationis efficaciam! dum transeuntia despicias, dum mente voluas, quę sunt æterna: meditatione lustres immarcescibiles coronas, aulæa æternum duratura, talis est huius meditationis vis, & efficacia, quæ bonum, quod videt, tibi posit creare. Ad Spõsam Dominus loquitur Cant. *Cant.* 2. *Surge amica mea, speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Vt surgat ab his inferioribus, petitur fœlix sponsa, & ad æterna transeat, vt columba, hoc est, meditabili da lustret cœlestia, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Sed vnde sibi persuadeat columba, quod in cœlestibus penetralibus inueniet sibi foramina, inueniet sibi spacia, quibus recipiatur? Quid si ascendat colunba superiora cœlorum, & nullum ibi inueniat sibi foramen? Absit: nequit fieri, quod meditatrici columbæ deficiat in cœlis mansio, deficiant foramina tãta enim est vis meditationis æternorum, vt quod meditetur, sibi faciat. Adest D. Bern. serm. 62. in Cant. fatus de hac fœlice columba: *Libẽs cauernas per ambulat, & diuersoria, & mãsiones, quæ sũt in domo patris multæ, atq; diuersæ. Aut si id magis probas, dicemus has cauernas a studiosis, & pijs mentibus non inueniri sed fieri. Quonam modo inquis? cogitatione, & auiditate.* Quid pulchrius? Ab his temporalibus expedita mens lustrat cælestia, æternas mansiones perãbulat, stabilia bona videt, & quod videt, non curat, an sit ipsa illud sibi facit. Nulla cœlestium, æternorumque meditatio inanis. Id *Bernard.* quod etiam innuit Cãt. 4. *Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemelis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* *Cant.* Ex Græco legit Nyss. ho. 7. in Cant. *Omnes geminos parient, neque steriles inter eas, vlla est.* *Nyssen.* Sanè dentes animæ sunt meditationes sanctæ à carnalibus separatæ, quæ vt limpidissimæ ad cælestia ascẽdunt, non steriles sunt sed potentes sibi parturire bona, quæ meditantur. Nec parum subtilis ad rem comparatio tonsarum ascendentium de lauacro: sicut enim in Genesi oues Labani ex industria Iacob dum in fonte varias virgas videbant, eãdem varietatem in fętibus faciebant, faciente imaginatione casum, vt philosophi locuntur. Sic meditatio æternorũ, videt quòd bonum est, quod videt, creat nesciens manere inanis, & vacua. Vndè notanter dicebat Isaias cap. 26. *A facie tua Domine, concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritũ salutes non fecimus in terra.* *Isai.* 26. Totus mentis conceptus ferebatur in terrena; verum animæ pandebant ventis, quid inde: Salutes nõ fecimus in terra. Vana est, & inanis cogitatio de terrenis, & fluxis rebus, nec vllam habet efficaciã creandi quæ mẽte voluit. At cogitatio salutis æterna fęcunda est velut ouis parturiens geminos, salutem cogitat æternã, & quod videt creat in cęlo.

§. VII.

Quod ad salutem pertinèt, minimè est differendum, sed statim præstandum.

EXpendè illa verba: *Iterum veniо, & assumam vos*, &c. noluit dicere, *veniam*, de

de futuro, & assumam, sed venio de præsenti, in his enim, quæ ad salutem pertinent, nihil voluit repræsentare futurum, o stēdēs quàm primùm illa esse facienda. Mulier illa Rahab Iosue 2. dimissura exploratores per fenestram, ab illis petit, vt cum expugnauerint vrbem sui habeant misericordiā. Cui ille respondent: *Si ingredientibus nobis, terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris illum in fenestra, per quam dimisisti nos, &c.* Itaque dant illi signum sub quo posit sperare salutem, nimirùm, quod liget in fenestra funiculum coccineum, quando viderit Israelitas exercitus approximare vrbi. Quid tũc? *Et illa respondit, sicut locuti estis, ita fiat: dimittēsque eos, vt pergerent, appēdit funiculum coccineum in fenestra.* In quibus maximè expendendum est mulieris ingenium, dicebant illi, quod eo tempore, quando ipsi reuersi cum exercitu ingrederētur terrā, expugnarent vrbem, tunc ligaret funiculū in fenestra; at illa non expectat, quod veniant, sed eodem pũcto, quo illos dimittit, appendit funiculum. Cur tam cito funiculum appendis? Vix à te abeunt, & post hæc ituri sunt ad populum suum, deinde ineundum erit consilium circa bellum: rursus Iordanis vada ab innumerabili multitudine superanda: insuper ordinandus exercitus est, bellum repræsentandum, ciuitas obsidēda, & tandem expugnanda. Vbi à fortiori tot sunt præuidenda, cur vrgentiorem occasionem non spectas? Cur in magis opportunũ tempus non differs funiculum appendere? Sapiens mulier nouit, quod religatio funiculi ad fenestram erat suæ salutis medium, quare non distulit, nullum estimauit aptius tempus, quam præsens, vt salutis medio operam impenderet, & ideo statim nihil morata exploratoribus dimissis funiculum appēdit. Eccleſiast. cap. 3. ait: *Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo tempus nascendi, & tempus moriendi, tempus plantādi, & tempus euellendi, &c.* Nullam inuenies rem, cui non assignet suum opportunum, & certum tempus, & seminibus, & ædificijs, & bellis, & paci, & nuptijs & natiuitati, & morti suum tempus assignat, circa vnam salutem habendam prorsus silet. Cur qui vel mortis tempus inuenit, salutis tempus acquirendæ silentio præterit? Ad negotiandam salutem nullum est expectandum tempus, quod præsens fuerit, id opportunitate sua vincit omnia futura tempora. Ad hæc Nanzianzenus orat. in sanctum Baptisma, fatur: *Sere, cũ serendi tempus fuerit, & fruges comporta, & horrea solue cum tempus hoc postulariti; & tempestiuè planta, & vuam maturã detonde. Quin tibi, & belli, & pacis tempus sit, & amicitiæ, ac dissidij, atque omnis denique rei. At verò salutis tuæ negotiũ semper age.* Quod cũque instauerit tēpus, illud debet habere opportunũ saluti negotiādæ, nullum præsens prætermittendum, nec præ illo aliud expectandum. Elisæus in agro arabat, cum ab Elia vocatus est 3. Reg. 19. Quid tunc? *Tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt; consurgensque abijt, & secutus est Eliã, & ministrabat ei.* Rem põderans D. Nylus in Ascetico, fatur. *Neq; dixit vendam instrumenta boum, & prudenter disponam. Neq; considerauit, ea si venderentur, emolumenti plus allatura. Sed cum totus esset incensus cupiditate, qua ad magistri necessitudinem rapiebatur, neglexit ea, quæ videntur, & ab illis se tanquam à recto proposito deuiantibus studuit explicare. Sciebat enim sæpè procrastinationem pœnitētiæ causam extitisse.* Et quando non obfuit saluti procrastinatio? De hoc sæpè aliàs.

Iosue. 2.

Ibid.

Eccles.

Nazianz.

3. Reg. 19

D. Nyl.

Ioann. 14. Et quò ego vado scitis, & viā scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus, quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, & veritas, & vita.

§. VIII.

Temporalium rerum ignorantia rectè comitatur perfectissimam sapientiam diuinorum, imò diuinorum studiosos oportet multa damna temporalia ignorare.

IEsus ait ad discipulos, vos scitis viam: discipuli autem respondent. Nos nescimus: contraria hæc videntur, aut discipuli fallũtur, aut Iesus fallitur. Sed nec Iesus falli potest, nec discipuli modò dicunt falsitatem; qui cum temporalibus damnis, aut lucris essent intenti verè dicunt se viam Iesu nescire, vt qui ignorabant; quale damnũ, aut lucrum temporale Iesus in illa profectione parabat; nihilominus dum Christi Domini œconomiam attenderent, nihil non diuinum, & cœleste sciebant ab illo causari: & quò magis temporalia nesciebant, eò perspicaciùs diuina poterant odorari. Procul dubiò diuina, & æterna sæpius audita per-

ciperent, qui sic ignorabant temporalia: horum enim ignorantia rectè illorum sapientiam comitatur. Vbi Moyses ad colloquium admittitur diuinum, dicit Exod. 24. *Cum que ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus, septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses medium nebulæ*, &c. Exod 24. Expendendum maximè est, illud quod in hoc montis ascensu patitur Moyses, patitur enim, & densam nebulæ caliginem, & lucidissimam flammam ignis, qui fieri potest, vt simul coeant, & caligo, & lux, & nebula, & ignis? In nebula ignorantia temporalium, in igne diuinorum sapientia intelligitur: & quidem solent mirum in modum conuenire, & temporalium ignorantia, & diuinorum perspicax notitia. Ad hæc eleganter Richardus Victor. lib. 4. in contemplat. part. 1. capit. 32. inquit: In medio nebulæ Moyses ingreditur quando humana mens ab illa diuini luminis immensitate absorta summa sui obliuione sopitur, ita, *vt in ipsè mirari debeas, quomodo concordet ibi nubes cum igne, & ignis cum nube: nubes ignorantia cum nube illuminata intelligentia. Nam vno eodemque tempore humana intelligentia, & ad diuina illuminatur, & ad humana obnubilatur.* Ric. Vict. Semper conueniunt, & in vna sede morantur temporalium ignorantia, & diuinorum notitia, & quò homo magis circa temporalia cæcutit, eò promptior percipit, & sectatur quæ sunt diuina. Nunquam nimia temporalis siue damni, siue lucri notitia non deuiauit hominem à recta æternorum via. Primi illi peccatores, Genes. 3. fructum vetitum comederunt, *& aperti sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus.* Ecce quid notet textus in illis, qui primò deuiarunt à Dei semita, qui per auia duxerunt filios in præcipitia, nimirum, quòd *cognouissent se esse nudos.* An melius illis fuisset suam nuditatem etiam patentissimam non cognoscere? Equidem oporteret illos ignorasse nuditatem, nõ solliciti de hoc temporali bono habendo Dei vias sæpe relinquerent. Id quod attigit D. Basilius hom. Quòd Deus non sit auctor malorum, vbi penè circa finem, ait. *Opportebat se nudos minimè cognouisse, ne mens hominis, ad eorũ cupiditatem, qua deesse viderentur, traheretur. Amictum namque nuditatis defensionem, solatiumque esse existimauit, & omnino per carnis curam ab obseruantia Dei abstractus est.* Basil. Nulli hominum expedit multa circa temporalia commoda, aut incõmoda præ noscere, qui enim circa hęc ocultatiorem se ostendit, fallar, nisi in Dei via deficiat, nisi à vera diuinorum sapientia cadat. Illa enim perspicax de temporalibus incommodis, siue commodis cognitio, nihil differt à sapiẽtia carnali, quam Dei inimicam vocat Paulus. Quippè ait ipse ad Rom. 8. *Sapientia carnis inimica est Deo.* Nunquã non venit in Dei inimicitiam, qui nimis oculatus est circa cõmoda, siue incommoda carnalia. Quod in viris religiosis taxans D. Ber. ser. 30. in Cãt. fatur. *Quid verò prodest temperare à voluptatibus, & inuestigandis diuersitatibus complexionũ ciborumque varietatibus exquirendis quotidianam expendere curam? Legumina, inquis, vento sa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti nocet, potũ aquæ non sustinet pectus, oua les nutriũt melancholiam, coleram porri accendunt, pisces de stagno, aut de lutosa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Quale est hoc vt in totis finuijs, agris, ortis, cellarijs vereperiri vix possit, quod comedas?* Bernard. Sic etiam ex his qui maiora spernunt, dum inueniũtur oculati circa carnalia diuinorum sapientiam maculant, quæ vix lucet, nisi inter temporalium ignorantias. Vt dicat Sapiens cap. 7. *Super salutem, & omnem pulchritudinem dilexi sapientiam:* Sap. quasi tunc se extollat vera sapientia, cũ omnia splendida, & salutaria carnis ignorãtur.

§. IX.

Qui à Christo Iesu deuiat, verè nec est, nec viuit.

VIa est Iesus, perquam veritas, & vita hominibus contingit, adeò vt sine Iesu homo nec verè sit, nec viuat. Petrus locutus cum ancilla negauit Iesum apud Luc. cap. 22. Quid tunc? *Et post pusillum alius videns eũ dixit. Et tu de illis es Petrus vero ait, ô homo, nõ sum:* Luc. 22. Expende verba Petri, absolutè enim fatetur se non esse, dum ait, *nõ sum.* Negasti in primis Iesum ô Petre, sufficiat hoc, cur facinus addens negas modò te ipsum? Non addit facinus, sed explicat, quid sequatur ad negationem Iesu, nimirùm, quòd qui Iesum abnegat, non verè sit ipse. Pulchrè D. Ambros. lib. 10. in Luc. ait. *Quia videbatur negare Christi societatem, vtique se negauit.* Ambr. Vt abest à Iesu, abest a vera essentia, abest à vita, nihil prorsus est. De illo Antichristo, qui se extollit super omne, quod est Deus, vt ait Paulus, dicit Psalm. 72. *Deiecisti eos, dũ alleuarentur.* Se se supra Deum, supra Iesum leuare cupiebat, sed dum alleuatur, mise-

miserum casum subit: Expende illud, *dum alleuarentur*: nondum enim ad finem peruenerant; sed cum adhuc sunt in ipsa ostentatione sublimitatis, prorsus euanescunt, &
Pet. Dam. apparent nihil. Ad hæc D. Petrus Dam. lib. 2. epist. 17. inquit: *Non ait, postquam alleuati sunt, sed dum alleuarentur, quia per hoc inanescunt. per quod intumescunt, inde corruunt, vnde sublimes fiunt. Non itaque hoc asserẽdũ est, quòd postquam ad extrema deueniunt, tunc nihil fiũt, sed tunc procul dubio sunt nihil, cum videntur aliquid.* Sanè nullus homo adeò fęlicitate insolescit, qui non putet fore, vt aliquãdo intereat, in nihilumque recidat tota gloria sua. At qui supra Deum se extollunt, qui humillimè Iesu tritam abiurant viam, hi non aliquando, sed etiam cum maiori gloria nitent, cum magis stare videntur, tunc prorsus nihil sunt, nec possunt affirmare de se, quod verè viuant. Isaias cap. 22. proponẽs ob oculos statum Iudæorum post Iesum actum in crucẽ, teste Leone à Castro, inquit:
Isai. 22. *Et vocauit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletũ, & ad planctum, & ad caluitiũ, ad cingulum sacci: & ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & viuere vinum Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Post Iesum occisum expectabatur luctus, & fletus, sed Iudæi perfidi maiorem prętendunt lætitiam, gaudia, conuiuia frequentant. Quid? Putabant ne se semper in gaudio, & vita futuros? Absit: nõ tam amentes, & stupidi fuere, sed sciebant se mõrituros; imò, quàm breuissimè, in crastinum morituros: In hoc tamẽ vehementer errat, dum sibi moriendum in crastinum putant, & non potius se iam prorsus mortuos reputant, dum conuiuia frequentant sine Christo. Vnde meritò de illis Clemens Alex. lib.
Clem. Al. 3. Pædag. c. 11. inquit: *Hi autẽ nõ eras verè, sed iam Deo mortui sunt, sepeliẽtes mortuos suos, id est, se ipsos in mortem effodientes.* Qui sic deuiarant à Christo nõ est cur futuram mortẽ expectent, etiam dum videntur viuere mortui sunt. Non absimile dicebant impij omnes, Sapientię c. 4
Sap. *Nos nati, cõtinuo desiuimus esse.* Quos etiam redarguit D. Petrus Dam.
Pet. Dam. lib. 2. epist. 17. *Imò ipso momento, quo videbãtur esse, non sunt, quia ab illo, qui verè est, longè sunt.* Nunquam, mihi crede, veram essentiã habes nunquam habes veram vitam, nisi in Iesu via. Illi equidem soli reputantur, & viuere, esse, & qui sunt in Christo. Aiebat ipse Ioann. 12.
Iann. 12. *Cum exaltatus fuero à terra omnia trahã ad me ipsum.* An traxit Iudã? An traxit latronem pertinacẽ? Sed ipse dixit, quod trahet omnia, sed Iudas, & latro nihil sunt. Dam. lib. 5. epist. 13. *Nõ enim ad se*
Dam. *Iudam proditorem traxit, nõ sibi latronẽ impiũ sotiauit: sed omnia, id est omnes dumtaxat electos, ad propriỹ contuberniỹ culmen erexit.* Tũc censentur omnia tracta, cum Iesu amatores trahuntur, reliqui verò nihil sunt.

Ioann. 14. Nemo venit ad Patrẽ, nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis, & amodò cognoscetis eum, & vidistis eum.

§. X.

A solo Iesu, Deum Patrem habemus, ab alijs iudicem.

CIrcunspice omnia siue in cælo, siue in terra, solus Iesus tibi Deum Patrẽ insinuat, vtpote filius, cætera omnia non Patrẽ, sed iudicem ostendunt. Deus enim accessit ad generationem filij, & Pater statim extitit: accessit ad omnium creaturarum generationẽ, & iudex statim visus est. Quõ reuoco sępius data illa Hebraicę lectionis, ex Ge-
Genes. 1. nes. 1. ait enim: *In principio creauit Eloim cœlũ & terram*, in nomine Eloim communiter agnoscunt expositores iudicem, vindicatorẽ, vt nulla prodeat à Deo creatura, quin tibi iudicem, & iniquitatum tuarum vindicem nõ insinuet. Quid plura? Nulla creatura est quæ te iudici non sistat, quæ apud Deũ iudicem accusatoris nõ fungatur officio. Eccle-
Eccles. 1. siastes cap. 1. *Generatio prætcrit generatio aduenit, terra autem in perpetuum stat.* Expende illud, quòd terra stat, stat equidem vt fortissimus accusator iniquitatum nostrarum, stat nos apud iudicem accusans, & conuincens. Sic Olympiod. ibi: *Terra quidem in perpetuũ stat accusatrix vestri effecta, in qua nefaria opera perpetrastis.* Nec sola terra, sed cum terra
Olymp. vniuersæ aliæ creaturæ; quæ sunt in cœlo, & quæ sub cœlo sunt. Habes apud Luc. ca. 16. *Homo quidam erat diues, & habebat villicum, & hic diffamatus est apud eum, &c.* Ecce tibi apud ditem rerum omnium dominũ, miser homo temporalium bonorum administrator infamatur, quasi amissæ substantiæ, imò dilapidatæ reus. Expende, quod ait, *diffamatus est*: vbi fama loquitur, non vnus, aut alius loquitur; sed vniuersi censentur eadem verba facere. Ideò accusatio hominis apud Deum per famam dicitur facta, nequa censeatur esse creatura, quę hominis gesta apud seueriſsimũ iudicẽ non

Chrysolog. loquatur. Ait Chrysolog. serm. 125. *Clamabat terra, clamabat cœlum, dolebant Angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur.* Nulla in cœlo, vel in terra creatura est, quæ peccatorem hominem iudici non sistat; quæ nos in Iudicem Deum non faciat spectare. Quæ creatura hominibus, aut gratior, aut vtilior, quàm Sol? Sanè ex insensibilibus creaturis nullam habeat homo magis salutarem sibi, in cuius aspectu magis gaudeat. Attamẽ

Num. 24. Num. 24. cum peccaret populus contra Dominum, ait Dominus ad Moysem: *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem.* Iubentur miseri peccatores sic suspẽdi, vt ipsius morientibus sit Sol ob oculos; cur Sol morientium oculis ponitur? An vt ipsi in gratissimo sibi illo astro meliorem spem concipiant? An vt Sol intrantibus tenebras mortis viam aliquam ostendat salutis? Absit, sed Sol peccãtiũ oculis opponitur, qui illis seueriss imum iudicium proponat, Deũque iudicem oculatissimum illis prædicet.

Cyr. Ale. Ait Cyrill. Alexandr. de Adoratione in Spiritu, lib. 14. *Ob eam causam ostentantur Deo contra Solem, id est, à rectis spiritibus suspendũtur ad Orientem versi, tantum non ea signa proclamante, oculum illum iudicis omnia intuentẽ, neminem, qui huiusmodi culpis irretitus sit effugere posse, aut impunè ferre.* Quid aliud miser peccator à creaturis expectas, quam iudicis aduentantis testimonium? Quæcũque creatura sit, ipsi illi, qui tibi videbantur soles, quorum pulchritudine viuebas, vbi morienti tibi occurrant, vnum iudicem testabuntur, seuerumque ab illo supplicium illatum peccatoribus. Nil aliud licebit tibi aspicere à creaturis, vnus Iesus est, per quem iudicẽ fugias, & ad patrem habeas introitum. Per vnum Iesum ob oculos positum in Deo nõ iudicem, sed patrem experieris benignum, & mansuetum: vt dicat Paulus ad Ephes.

Ephes. 2. cap. 2. *Et veniens Iesus euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem ijs, qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem.* Dum cætera omnia adsunt, ad iudicem vocamur, nihil non ad iudicium seuerum pertinens attingere possumus: dum venit Iesus statim patrem suggerit, ad illumque pandit introitum. Apud

Exod. 3. Exod. capit. 3. pascebat Moyses oues soceri sui: *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis, de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non comburèretur.* Proh miraculum! Sic se diuina flamma attemperabat, vt virorem rubi foueret, aleret. Rem cupit Moyses prius videre, sed vix accedere parat, & audit prohibentem vocem. *Ne appropries, inquit, huc.* Cur Moyses non appropiet? Cur prius non videat, & cognoscat rem tantam?

Cyril. Ale. Cyrill. Alexandr. lib. 2. de Adoratione, ait: *Cohibetur Moyses, ne accedat ad Deum: ne appropies, inquit, huc: nec illa ex Moysi lege viuendi ratio cũ facultatem haberet, quæ satis ad modum esset, vt homines ad Deum perducere posset. Christus enim nos illi exhibet.* Itaque Moyses prohibetur ad Deum accedere, quia talis accessus per solum Christum patet. Sed cõponite modò, hoc cum illo, quod accidit

Exod. 20. Exodi 20. vbi sic: *Cunctus autẽ populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, & perterriti, ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum, Nolite timere. Vt enim probaret nos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Compone modò vtrumque locum: hic accedit Moyses ad caliginem in qua erat Deus, nec illi impeditur accessus, ibi accedere cupit ad ignem in quo erat Deus, & cohibetur diuina voce, illique negatur omnino accessus. Cur ibi negatur Moysi accessus ad Deũ, vt reseruetur Christo, hic autem liberum est Moysi ad Deum accedere? Hic res erat iudicij, plena timoris vbi & fulmina, & tonitruus, & buccinæ sonitus, & nubes, venientis iudicis, & iniquitatum vltoris repræsentabant rigorem. Seueri autem iudices portæ patentissimæ sunt nullique vel reo, vel accusatori nõ patet introitus. At ibi res benignissimi parentis agebatur, adeò vt ignea Dei natura sic mansuescceret, vt nec rube senticoso damnum afferret, quin potius, & foliorum, & herbarum foueret virorem tantam igitur Dei parentis benignitatem videre, & predicare, non permittitur Moysi, sed Christo reseruatur, qui solus Deum ostendit mansuetissimum patrem peccatoribus. Et quidem de

Lyppom. apparitione Dei in rubo locutus Lyppom. ibi ait. *Dumosa, & spinosa illa sa manebat, quasi ab igne potius nutriretur. Ea autẽ forma Deus amicis suis apparet*, &c. Quando rubus Deũ in igne altorem, & nutritorem repræsentabat, in amica, & paternali forma merito prohibetur accessus Moysi, quia ad Patrem Deum nemo accedit, nisi per Christum: nisi qui Christum in se prętenderit. Hęc Moysi contigerunt cum Deo, sed quotidie ipse suidior Deum patrem ex facie cognoscendi, id summis precibus à Deo contendebat, aiens, ostende mihi faciem tuam. Cui Deus

Exod. 33. Exod. 33. *Videbis posteriora mea, faciem autẽ meam videre non poteris.* Cur Deus non faciẽ, sed

sed posteriora, sed dorsum ostendis Moysi? Quia Deus nunquam faciem suam ostendit ei, qui non habet Christum, imò illi vt nudo, & turpi à tergo venit. Rem explicat exẽplum filiorum Noe, qui cauentes patris nuditatem, & turpitudinẽ sumpto pallio à tergo accedunt, nec ante ei faciem ostendunt, quàm pallio coopertum sensere. Sic modo ad eos, qui Christi stola nudati sunt, à tergo venit Deus pater cauens eorum nuditatem videre. Ad hæc D. Machar. hom. 20. *Filij Noe videntes nudatum patrem, facies suas auerterunt, ne nudum patris corpus aspicerent, & retro gradientes operuerunt eum, & sic vultum auerterunt. Ita Deus auersatur animas non ornatas indumento sancti spiritus, eos, inquam, qui non induunt Dominum Iesum Christum in virtute, & veritate.* Non ex pectet faciem patris videre, qui in virtute, & veritate Iesum non ostendit sibi adhærentem. Moyses, & lex Iesum habebant nõ in veritate; sed in vmbra, & figura, & ideò solum à tergo Deum Patrem attingere valuerunt. Solus enim Iesus nouit Patris conspectum: hinc cum in gloria esset transfigurationis, secum ex veteribus admisit Moysem, & Eliam cum quibus verba faciebat. Sed vbi Patris vox intonuit, & Elias, & Moyses disparuere, solus Iesus mansit in Patris conspectu. Rem attigit Marc. cap. 9. *Et venit vox de nube dicens: Hic est filius meus charissimus audite illum. Et statim circumspicientes neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum.* Cur modo solus Iesus? Cus non etiam Moyses, & Elias? Vox patris intonabat, & vbi pater, solus Iesus poterat esse Chrysost. hom. 10. in præsenti, ait: *Dum loquitur pater, illi subtrahuntur duo? & solus Christus remanet:* Qui solus ad patrem nobis præbet accessum.

Machar.

Marc. 9.

Ioann. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

§. XI.

Nulla quies dari potest, vbi homo nõ cum Patre, sed cum alijs Dominis agit.

MEritò Philippus in hoc solum quieuit, quod Patrem sentiat: quem vbi senserit, de reliquo nulla solicitudo, nullus gemitus, nulla tristitia, & anxietas esse poterit. Et quidem tunc solum perfecta quies, & absolutio omnium laborum, tàm in cœlo, quã in terra haberi potest, cùm homo Patrem cœperit præsentire, dominorum seruitutem exuens. Aiebat Paulus ad Rom. 8. *Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.* Ecce tibi omnis creatura, & angelica, & humana, & ipsi Apostoli ob hoc vnum gemunt, hoc multis curis, & doloribus perquirunt, vt homo exuat seruitutem, dominorum duritiei renuntiet, & cum cœlesti Patre habeatur filius. Quid plura? *Sed & ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Non solum angelica, & humana creatura, sed & ipse Dei spiritus quasi sub gemitibus, apparet, dum homo seruit, dum homo exclusa dominorum seruitute, non fit filius, & Patrem Deum experitur. Vix enim intelligi potest vel in Deo quies, dum homo seruus stat, nondumque residet in patris sinu. Totum diem sextum compleuit Dominus hominem condens, & perficiens visibilium regem; & statim succedens, ad septimum diẽ, ait textus Gen. 2. *Requieuit Deus die septimo, ab omni opere, quod patrarat.* Iam nõ labor in Deo, iam non solicitudo, sed perfecta quies inuenitur, curiam perfecta, quies? Rem pulchrè attingens D. Anselm. ait in cap. 4. epist. ad Hebr. *Nunquã ab opere nouo cessauit Deus, donec homo factus est, sed eo facto requieuit ab omni opere, per quod designauit, quia nullam aliam creaturam post hominem facturus erat, cui homo subderetur, & ad cuius seruitium homo crearetur.* Expendè, quid secundum Anselmum designauit dominica quies, quod homo perfectus erat, nulli ali subdendus, nullius alterius creaturæ seruitium subiturus. Tunc solum, vel in Deo quies intelligitur, cum homo apparet à seruitute liber summi regis, & parentis filius: nec aliter esset quies siue in cœlo, siue in terra, cum seruo enim homine omnia seruiunt, omnia laborãt, & Deus ipse, quandoquidem dicebat per Isaiã 43. *Seruire me fecisti in peccatis tuis, prabuisti mihi laborem, iniquitatibus tuis.* Proh Dei bonitatem! Eu miserum hominis seruitium! Dum te homo seruituti tradis, dum seruus stas ante aliquem Dominum; nec tibi, nec mundo, nec Deo ipsi deficit solicitudo, deficit gemitus, & tristitia: ad quæ depellenda vnum sufficit, quod exuas seruum, & filium induas, non dominos, sed patrem incipias præsentire. Propone tibi ob ocu-

Rom. 8.

Genes. 2.

Anselm.

Isaiæ 43.

los prodigum illum adhærentem vni ciuiũ, nec cibum recipiẽtem pro pecoris pasti seruitio. Quis eius miseriam exprimat, dũ pascit porcos? Sed ad se reuersus, seruitutẽ dolens suam, hæc mente voluere cæpit Luc. 15. *Surgam, & ibo ad Patrem meum.* Hoc intra se dixit, patrem vel nominans labijs gustauit, & ecce pater, & ecce serui, & ecce stola prima, & ecce vitulus saginatus, & ecce opiparum cõuiuium. Pulchrè D. Chrysost. hom. 10. in epist. ad Rom. ait. *Postquam enim dixit, reuertar ad patrem meum: verbum hoc illi bona omnia attulit.* Hoc vnum egit, dominorum tyrannidem fugiens patrem gustauit, & hoc illi suffecit ad quietem, suffecit ad delitias. Vndè meritò Psalm. 99. *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia, intrate in cõspectu eius in exultatione. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos.* Absit labor, solicitudo, tristitia à cordibus nostris succedat iubilum lætitia, exultatio, nihil quod ad gaudium nõ faciat, requiratur. Sed vnde tanta suppetet copia gaudiorum? *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos.* Eò ipso quod abiecto seruili spiritu Deũ factorem tuum habeas, & non seruus creaturarum; sed filius sis tanti genitoris, nil tibi deficit, quod gaudium præstare possit. Ad hæc Cryso. serm. 6. ait. *Erat homo peccati seruus, erat captiuus mortis, erat mancipium dæmonum, erat idolorum vernula. Sic malis Dominis talibus, miseram exhibebat seruitutem. Et ideo homo dabat extrema suspiria, quando tales tam crudeles Dominos sustinebat. Propheta ergo videns nos à talibus liberatos, & reuocatos, ad obsequium creatoris, ad patris gratiam merito exclamat: seruite Domino in lætitia, intrate in conspectu eius in exultatione.* Nulla potest deficere lætitia, vbi ablata tyrannide domi norum, iam pater sonat in ore liberorũ, dũ Dominos pateris, nil lætum videre poteris exue Dominos, patrem habe, nihil enim deficit filio apud genitorem.

Luc. 15.

Chrysost.

Psal. 99.

Chrysol.

§. XII.

Si quid in Deo paternum non experiretur homo, periret nec videret diem bonum.

PHilippus Deum sibi patrem ostendi petit, non quasi quid super abundans, sed quasi quid tantum sufficiens ad vitam obtinendam postulans. Quis sufficeret vitam obtinere, nisi in Deo paternum experiretur amorem? Tollè à Deo quod paternum habet & insufficiẽtia sunt omnia, vt homo viuere possit. Reuersus in se fuerat ille prodigus, & veniam petiturus carebat, mente tractans perditionis suæ confessionem, humilemque conficiens orationem Luc. 15. Quid tunc? *Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius.* Cur non magis appropinquat? Cur non sinitur accedere propius? Cur adeò celer pater cœlestis suę misericordiæ in illum conijcit oculos? Ait Chrysolog. serm. 3. *Nisi ergo cœlestis pater redeũtis filijs radiasset in vultu, & totam confusionis caliginem respectus sui lumine sustulisset, nunquam diuini vultus vidisset iste filius claritatem.* Quã vani essent miselli hominis vniuersi conatus, nisi præsentiretur in illo aliquid profectum à cœlesti patre! Non esset in cœlestibus pater, qui accurrat redeuntibus, & vniuersa hominum remedia frustrantur. Aiebat Ioan. 1. epist. 2. *Si quis peccauerit ad vocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.* Dissertissimum, & validissimum peccatoribus proponit aduocatum Iesum, aduocatum, inquam, potentem opere, & sermone, sed nilominus non dicit nos habere illum aduocatum apud iudicem, sed apud patrem. Cur apud patrem, & non magis apud iudicem? Equidem nisi in Deo aliquid esset paternum, nec tantus aduocatus; nec tot dissertissima vulnerum in Iesu ora salutem consequerentur humanam. Totus Iesu sanguis effusus pro nobis stetit, sed & si validissimus, & omnipotens nihil conficeret apud diuinum iudicem, qui nihil patris habuisset: ideò autem perfecit humanam redẽptionẽ, quia Deũ Patrẽ inuenit, qui nouit, vel tãtisper dissimulare iudicẽ. Hinc sapienter D. Ambros. in proœmio in D. Lucam ex eo, quod videt Iesum efficacem hominum redemptorem, credit in Deo paternam præextitisse naturam. Quippè ait: *Credimus illum naturalẽ patrem, qui nobis genuis redemptorẽ.* Pater, qui est in Deo, facit, quòd non fruſtrẽtur media salutis humanę, quòd homo peccatis transfosus, & humi abiectus possit bonum redemptionis odorem halare. Id quod innuebat sponsa Cant. 1. *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Expende vnde simus odor vitæ in vitam, nimirum, ex eo quòd Rex esset non in tribunali, sed in accubitu suo. Quo in accubitu? Ioann. explicat cap. 1. aiens: *Vnigenitus qui est in sinu Patris.* Ex quo Iesus nostet in sinu assidet patris, nullus homo est, & si herba aut fœno humilior, & abiectior, qui

Luc. 15.

Chrysol.

1. Ioan. 2

Ambr.

Cant. 1.

Ioann. 1.

nõ audeat in salutem aspirare. Pulchrè alibi datus D. Bernard. serm. 42. in Cant. *Accubitus regis sinus est patris. Meritò clamor humilium ascendit ad eum, cui fons pietatis est mãsio, cui ideo totum quod est, de patre est, vt nihil prorsus in regia maiestate nisi paternum humilium trepidatio suspicetur.* Miser homo periret, nisi paternum quid sentiret in Deo: inde audet in vitam, quia eius in vultu Pater diuinus radiat, totumque in diuina maiestate paternum suspicatur. Ioan. 1. ait. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre.* Periculum magnum erat in videnda Dei gloria; scrutator enim maiestatis opprimetur â gloria, & Deum nemo videt, & viuit. Vndè modo valuit Ioannes sic de visa Dei gloria gloriari? Ipse ait: *Vidimus gloriã quasi vnigeniti à Patre.* Vbi paterni quid resplenduit nullum periculum inualuit. D. Bern. serm. 61. in Cant. ait *Totum benignum, & paternũ, quod apparuit gloriæ in hac parte. Non me opprimet gloria ista totus licet viribus intendentem in se: ego potius imprimar illi. Eterim reuelata facie speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Sic quod in Deo paternum est, proficit hominibus. De hoc etiam supra egimus lib. 5. cap. 9. §. 5.

Bernard.

Ioann. 1.

Bernard.

§. XIII.

De Iesu venit, quòd Deum præsentiamus patrem.

SApienter Philippus à Iesu petit, quòd ostendat nobis patrem; vnus enim Iesus est, qui potuit facere vt Deum in nobis præsentiremus patrem. Habacuc, cap. 3. iuxta Septuagint. lectionem ait: *Custodini, & expauit vẽter meus, à voce orationis labiorũ meorum.* Ad orationem accesit Propheta & vix labia incepit mouere orans Patrem Deum, & totus tremit, & pauore repletur, Cur sic in primo orationis verbo afficitur? Illud Dei Verbũ, filius Patris, qui assimilabatur in manu omnium Prophetarum, in corde huius Prophetæ orantis residens illum rapiebat ad cœlestem patrem, quo ipse tanti hospitis vim sentiens pertimescebat. Quippè ait D. Chrysol. serm. 68. *Si intellectus cordis infuderat ori vocem, labijs dederat verba, cur ex hoc, quod est exoraturus expauit? Quia non suggestione sui cordis, sed diuini spiritus loquebatur affatu. Audi Paulum dicentem: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamãtem Abba Pater.* Patrem orabat Propheta, & vt oraret Patrem, à filij Dei spiritu in se inhabitante profectum sentiebat, ideòque turbatur, videns se ferri non in sua, sed in Filij Dei verba, de cuius sola suggestione venit, quòd homo carneus præsentiat Deum patrem. Non enim ab alio, quàm à Filij Dei Spiritu venire potest, quòd Patrem cœlestem nobis præsentiamus. Nec otiosè dixit Paulus illud ad Galatas 4. *Misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra clamantem Abba Pater:* Quasi vnus filius ostensionem faceret eius, quem in cœlis habemus, Patris. Sic etiã apud Matth. 11. aiebat ipse: *Nec Patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Ne cui liceat aliquid in Deo Paternum spectare, nisi filij Dei spiritus præcedat, qui Deum nobis faciat esse in patrem benignũ condonatorem iniquitatum. Exod. 24. *Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel.* Ecce vobis quid Israelitæ in Deo cõspiciant, nimirùm ignem ardentem, & vorantem, omniaque replentem sterilitate. Iesus autem igneam illam sterilitatem Dei, in teporem fœcundissimum conuersam ostendit, quo foueamur D. Cyrill. Alexandrin. lib. 9. in Ioann. cap. 38. fatur. *Prisci Deum in specie ignis viderunt, & vocem audiuerunt, nos multo verius in Iesu, & per Iesum Patrem vidimus.* Iesus fecit, quòd Deum non ignem sterilem, sed sentiremus amabilem patrem. Hinc Iesus iam animam agens in cruce aiebat. Luc. 23. *Pater in manus tuas commendo spiritũ meũ.* Cur, ò bone Iesu, cõmendas spiritum tuum in manus Patris? Nonne spiritum tuum paternus expectat thronus? Nõne regiam sedem occupabit, in qua considebit cum Patre, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum? Cur immemor throni, spiritum tuum das Patri in manibus? Vt positus Iesu spiritus, in diuinis manibus, illas paternas adeò reddat in homines, vt inde statim manent remissionum dona, & operimenta iniquitatum nostrarum. Adhæc Rupert. lib. 2. de operibus Spiritus sancti, lib. 5. de Sap. cap. 19. ait: *Certus dixit: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, certus, inquam, & securus, quod commendatum suum cum grandi esset lucro citò recepturus, sicut & factum est. Nã quia sic tradidit spiritum suum, ecce omnibus filijs regenerationis suæ acquisiuit paracletum Spiritum sanctum. Aliàs autem nisi spiritum suum hic homo tradidisset, spiritus paracletus, in eo ipso quod paracletus est, scilicet in dando remissionem peccatorum, non veniret.* Ecce tibi, quid fecit Iesu spiritus præmissus in Dei manus, nimirum, sic illas paternas reddidit, vt statim ab illis donar emissionum manarẽt. Et

Habac. 3.

Chrysol.

Galat. 4.

Matt. 11.

Exod. 24.

Ioan. 38

Luc. 23.

Rupert.

scire

scire cupis, cur hoc præstitit vnus Dei Filij Spiritus? Cur vel alius non posit Deum nobis facere, & ostendere Patrem? Chrysol. ait serm. 2. *Apud Patrem non intercedit extraneus intus est in patris pectore, ipse qui interuenit.* Eò ipsò quòd extraneus fuisset à Patre, non potuisset tantùm ad homines trahere Patrem; vndè ait Ioann. 1. *Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris ipse enarrauit.*

Chrysol.

Ioann. 1.

Ioan. 14. Dicit ei Iesus: tanto tẽpore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrẽ, quomodo tu dicis: ostẽde nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manẽs ipse facit opera. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

§. XIV.

Quidquid paternum est in Iesu est.

QVisquis Patrem nescit, videat Iesum, in illo nihil desiderare poterit paternũ. Pulchrè Tert. lib. aduersus Praxeam de Iesu fatur, *Vicarium se patris ostendit, per quem pater, & videretur in factis, & audiretur in verbis, & cognosceretur in filio, facta & verba patris administrante.* Quidquid paternũ est, & benignitate plenũ in Iesu luce clarius effulget. Iesus inter peccatores agens repræsentabatur quondam Moysi Exodi 3. vt concors est Patrum sententia ait enim ibi: *Apparuit que ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quòd rubus arderet, & non comburetur.* Quid est quod rubus mala planta, & spinosa, & senticosa inter flammantem apparet ignem, nec ignis vllum illi malum affert, quin potius rubum splendere facit? Qualis flamma hæc adeò suauis, vt vel spinosos arbores vrere nesciat, sciat illustrare D. Cyrill. Alexandrin. citatus in Cat. Lyppoman. ait: *Habitauit etiàm in nobis verbum Patris, non pœnàs exigens, sed summa benignitate refulgens.* Iam inde exprimebatur Verbum diuinum, Iesus meus quam paternè se gereret inter peccatores, in quo luce clarior fulgebat Patris benignitas neminem lædens, vniuersos in spem salutis alens. Quid paternum magis? Propone tibi ob oculos Iesu opera, nulla inuenies, quæ amantissimi, & potentissimi patris non referant potestatem. Eleganter D. Ambros. in proœmio Euangel. D. Luc. aliqua perstringẽs ait: *In operibus Iesus videtur in operibus filij pater cernitur. Vidit Iesum, qui Galilæum illud mysterium vidit, quòd nemo posset, nisi mundi Dominus elementa conuertere, video Iesum, quando lego, quia cæco liniuit oculos luto, & reddidit visum. Ipsum enim recognosco, qui de luto fecit hominem, & viuendi spiritum, videndi lumen infudit. Video Iesum quando peccata condonat. Nemo potest peccata dimittere nisi solus Deus*, &c. Quis hæc videns, & notans non paternum aliquem animum, & in bonitate ditissimum, & in virtute potentissimũ in Iesu inhabitare colligeret? Sic se paterno spiritui cõformare missus est meus Iesus, vt nihil assumeret, quod diuinissimi parentis manus non posit nobis ob oculos cõstituere. Hominem assumpsit, & qualem hominem? Paulus ait: *Semen Abrahæ apprehendit*, semen dixit, vt traducem humani generis indigitet, nec aliam naturam mõstret assumptam, quam eam, quæ à primo homine per generationem deducitur. Quo posito grauis excitatur quæstio à D. Irinæo, cur filius Dei assumpserit naturam humanam à primo Adamo satam? Cur magis aliquam aliam nouam aliunde sibi non effinxit? Vt diuinum cadauer elegit sibi monumentum nouum, in quo quiesceret cur filius Dei nõ elegit sibi naturam hominis nouam, quæ nihil veteris Adami haberet? Sanè primus homo à terra fuerat effectus Dei Patris manibus, vt innuit illud Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Filius ergo Dei naturam hominis assumpturus, eam assumpsit, in qua Dei Patris manus impressæ asisterẽt: sic in omnibus Patrem exhibere nititur. Ita Irinæus lib. 5. inquit: *Habuit ergo, & ipse carnem, & sanguinem non alteram quandam, sed illam principalem Patris plasmationem in se recapitulans.* Nihil filio placere potuisset, nisi illud in quo parẽtis sui manus exprimeret. Sed assumpsit mortem, an Patrem in morte potuit exprimere? D. Bernard. serm. 5. de verbis Isaiæ fatur. *Dicere ne audebimus, quod aliquando fuerit etiam sine Patre? Ne-*

Tertul.

Exod. 3.

Amb.

Genes. 1.

D. Irin.

Nemo id præsumeret, si non prior ipse dixisset: Deus meus: Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quasi quædã ibi derelictio fuit, vbi nulla fuit in tãta necessitate exhibitio virtutis, nulla ostensio maiestatis. Habemus itaq; Christũ ex patre nascentem, in patre cubantem, cum patre sedentem, pro patre stantem, sub patre pendentem, sine Patre quodammodo morientem. Itaque putat Bernard. in morte Christi quodammodo fuisse Patrem occultatum, nec ibi apparuisse. Sed satius ipse Christus dum animam agit, inuocat præsentissimum, & manus extendentem Patrem, cum ait. *Pater in mãnus tuas commendo spiritum meum,* quasi nunquã patentiores fuerint paternæ manus, quàm vbi filius pro peccatoribus sese morti tradidit. Quod opus magis paternum? Quo opere apertius patuit Dei parentis animus in filios? Apud Lucam 15. dum prodigus filius reuertitur dicitur: *Cum autem esset lõge, vidit illum Pater suus, & misericordia motus est, & accurrit* Ecce tibi cœlestem Patrem accurẽtem filio adhuc longe existenti? Sed quando visus est Pater accurrere filio sic longe stanti? Chrysolog. serm. 5. *Pater occurrit, & occurrit longe. Cum adhuc impij essemus Christus pro nobis mortuus est. Occurit Pater, occurrit in filio.* Et quidem nunquam clarius visus est Pater accurrisse Filijs, quàm vbi Christus mortuus est, nullum opus magis paternum, in nullo se magis exhibuit Iesus Filius tanti Patris, cuius amorem in homines tot ora tunc prædicabant, quot vulnera videbantur. Insuper quod Iesu opera Patrem referant dictum est supra lib. 3. c. 3. §. 5.

Luc. 15.

Chrysol.

§. XV.

Præstantes apud Monarchas viri electæ vitæ indolem ipsius frontis indicio faciant patere.

QValis sit Iesus summi parẽtis, & Filius, & minister, pulchrè ostenditur, dũ nõ solum vocantur in testes verborum eius auditores, sed & faciei inspectores. Ait enim, *qui videt me*, & rursus ait: *verba quæ ego loquor*, &c. Quasi oculis, & auribus aliorum se committat, qui testentur, quantus ipse debeat esse apud summum parẽtem, & moderatorem rerum. Hanc ebibant doctrinã qui Monarcharum obsequijs sunt in precio sic faciei vultum componant, sic honestẽt, vt qui viderent, vel frontis indicio, quã bona eorum sit vita, quã summo Principe digna, habeant perspectum. Cassiodor. lib. 8. Variar. 14. Sic de præstantissimo quæstore verba facit. *Assit mandatis regalibus eloquẽs, & decorus orator, per mulcens etiã ipsi pectus, quos gratissimos reddebat auditus. Tales enim decet esse aulicos viros, vt naturæ bona indicio frontis aperiant, & possint agnosci de moribus, cum videntur. Tacens enim plerumque despicabilis est, si eum tantum lingua nobilitat: semper autem in honore manet, si cuius est tranquillus animus, eum quoque serenissimus commendet aspectus.* Quid pulchrius dici potuit? Si totus hominis honor vel verbis nitatur, vel etiam factis potest contingere, vt tacens, & quiescens despicabilis appareat quis, nec enim semper loquendum, nec operandum est. Vndè in præstantissimis viris, qui summis sunt Monarchis in precio, frontis etiam compositio requiritur, vt naturæ bona frontis indicio apperiant, & agnoscantur de moribus, cum videntur. De Moyse qui Pharaoni adoptatus in filium fuit, & in saluatorem populi à Deo electus, ait Paul. ad Hebr. 11. *Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum.* Edictum regis vrgebat, vt recens nati Hebræorum pueri traderentur, sub hoc edicto natus est Moyses, qui tribus mensibus parricidium euasit, parẽtibus omnem metum regij edicti auferens: firmans in illis fidem virtutum suarum apud Deum, & apud regem. Sed vndè infans recens natus, potuit fidem facere tantarum virtutum? Expendè illud, *eo quòd vidissent elegantem infantem.* Eam frontis elegantiam, & compositionem præse tulit, vt naturę, imò gratiæ bona indicio frontis apperiret, & posit agnosci de moribus, cum visus fuit. Anselmus ibi: *Moyses occultatus est fide parentum, quia videbant elegantem paruulum. Credebant enim Deum factu rum aliquid magnum per eum, cũ esset adeò elegantis formæ. Quoniam ab ortu fuit illi infusa magna gratia venustatis.* Et quidem serenissimus pueruli aspectus popularibus suis amicas vndas maris præsignabat, orisque compositio non solum à natura, sed & dono Dei magnarum virtutũ speciem dabat, & fidem faciebat infantem, & Deo, & regibus, & mũdo futurum gratum. Quam aliter Nazianzenus coniecturam faciebat in Imperatorũ fratre Iuliano, de quo ait orat. 4. *Morum ac gestus ipsius inæquabilitas, atque ingens quædam mentis emotio vatem efficiebat, siquidem vates ille optimus est, qui rectè conijcere nouit. Nec enim mihi boni quicquam significare videbatur, ceruix minimè firma, humeri quos subinde agitabat, & attollebat, oculus vagus, & oberrans, ac furiosum quiddam intuens, pedes instabiles,*

Cassiod.

Ad Heb. 11.

Ansel.

Nazianz.

biles, & titubantes, nasus contumeliam spirans, vultus lineamenta ridicula idem significantia, risus proterui, & exæstuantes, nutus, & renutus omni ratione carētes. Quid singula describere necessum est? Talem ante opera conspicatus sum, qualem in operibus postea cognoui. In huiusmodi Principe vidit Nazianz. & Romani orbis perniciem, & Dei hostem infensissimū. Ille ad principatum bonus, & aptus ad mundi salutem, cuius fronsboná aperit naturam, & ea est, qua facilè quispossit cognosci de moribus, si videatur. De hac externa vultus cōpositione etiam dixi lib. 10. cap. 10. §. 5.

Ioann. 14. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.

§. XVI.

Parentum præstantia ostenditur in filio, in quo virtutes illorum semper augentur.

ECce aliud argumētum, quo conuincit Iesus diuinissimum Patrem in se ostendi, quia nimirùm non solùm ipse Patris opera efficiebat, sed & dabat operā; vt per suos alumnos fiāt semper maiora. Sanè hęc solus ille filius præstat, qui præstantissima parenti correspondet: in quo radiat illustriū honos natalium Casiod. lib. 8. Varia. 20. sic admonet nouitium vrbis Prętorem: *Casiod.* *Illi fortè mala gesserunt, qui ad dignitates suis parentibus incognitas peruenerunt, tu post patris præfecturam laudabilem, aliquid, quod melius prædicetur, adiunge: quia diligētior semper esse debet, qui sequitur, dum bona parentum probabiliter, & imitari cupimus, & vincere festinamus.* Quid sapientius? Nunquàm non parentum dignitates faciunt filios haud degeneres, ad maiora, maioribus meritis anhelare. In eo parentum dignitas, & præstantia euidenter ostenditur, quòd Filius maiorū semper virtutes adaugeat, & maiora lumina, suis facinoribus, parentum nomini addat. In cœlū quondam rapiebatur Elias, 4. Reg. 2. post hūc Elisæus clamat: *Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga eius.* *4. Reg. 2.* Nunquàm aliàs auditur Elias Elisæi Pater vocatus, modò cū in eius conspectu rapitur in cœlum, semel, & bis Pater vocatur, & repetito honore illustratur. Cur modò hoc parentis nomen adeò in Elia claret, quòd repetitis insonet vocabulis? Modò Elisæus videns Eliam in cœlum rapi, iam in se præsentiebat duplicem parentis spiritum hæreditatum, quo ad duplo maiora facinora præstanda parabatur: ideò extollit Eliam paterno vocabulo. Nūquàm enim euidentius Patris dignitas ostenditur, nec geminato honore clariùs appareret Pater, quàm vbi eius facinora in filijs duplicantur. Ad hæc aiebat Drogo Hostiensis *Drog.* lib. de Sacram. Pœn. *Duplex filij Spiritus duplo clamauit*: Quasi non posset nō duplo magis ostendi dignitas Patris, vbi Filius ad duplicāda facinora parabatur. Hinc D. Amb. *Ambr.* ser. 87. extollebat Eliæ præstantiam fatus: *Igitur Elias, cùm simplicem sanctitatis ipse haberet spiritum, Eliseo duplicem dereliquit. Mirum ergò in modum plus Elias gratiæ dimisit in terris, quàm secum portauit ad cœlum: & licet ipse ad altiora totus transfertur corpore, apud filiū tamen maiore manet sanctitate*: Expēde ab illis, *apud filium maiore manet*, &c. quippè vbi maior in filio virtutū exhibitio datur, ibi patris dignitas clarior manet, & illustrior vulgatur. Adest Dauid coram Saul aduersus Philistæum proditurus 1. Reg. 17. & vt suæ *1. Reg. 17* specimē fortitudinis daret, ait: *Pascebat seruus tuus Patris sui gregem, veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos*, &c. Patrem suū meminit Dauid; nec tamen nominat Patrem, sed nec est in aula, qui cupiat nosse patrem eius, nec de illo interroget. Quid tunc? Exijt nobilis adolescens in arenam, non horret inermis puer hostem armatum; imò primo fundę rotatu, immanem illam belluam prosternit. Proh immortale facinus adolescētis! Stupet exercitus victorem puerum, rex totus mirabundus redeūtem cum hostis capite excipit, & nihil cunctatus, interrogat: *De qua progenies es, o adolescens? Dixitq; Dauid: Filius serui tui* *Ibid.* *Isai Bethlehemita ego sum.* Quem antè sine nomine Patrem meminerat Dauid, de quo nemo interrogarat, nec scire cupiebat, ecce modò in medio profertur, ecce rex ipse cupit scire Patrem, cupit noscere nomen eius, & Dauid sine mora nomen Patris sui, sed & patriam profert. Cur rex audiens Dauidem fuisse Patris sui pastorem, nō interrogat de Patre, & modò quādo nihil de Patre audit, tàm anxiè interrogat, quis sit Dauidis Pater, quæ eius progenies? Cùm audit Dauidem gregis paterni pastorem esse, parem illū putauit Patri suo in arte, & ingenio: verū vbi in Dauide tale facinus vidit, quo non solum nobilis ciuis familia, sed & regia domo, & omni Israelitico populo superior Dauid apparebat; tùm aliquid magnum incipit

sentire

3373 7 74
373 373

sentire de parente eius, tunc patris nomen inquiens facit, quòd tota in regia personet. Nunquam enim glorioſius nomẽ patris effertur, quàm vbi filij magnalibus videtur excedi. Nec ab ſimile eſt, quòd ipſi Dauidi cõtigit 2. Reg. cap. 7. Is gratitudinem ſuam in Deum cupiens oſtendere, cogitauit diuino numini magnificum dedicare templũ. Quid religioſius in Deum? Sed Deus ad Dauidem fatur: *Nunquid tu ædificabis mihi domũ ad habitandum?* Et poſt pauca: *Cùm completi fuerint dies tui, et dormieris, cũ patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te, quòd egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificauit domum nomini meo, & ſtabiliam thronũ eius, &c.* Quale eſt hoc Dei in Dauidem teſtimoniũ? Quãdo ipſe Dauid cogitabat de templo faciendo, in quo nomen Dei in orbe ſanctificaretur, tunc Deus auertit Dauid à tãto opere, & oſtendit fœliciorem alium, cui reſerbabatur gloria ædificati templi: Sufficiſſet, ò Deus opt. quòd de manu Dauid non acciptes templum, cur & illi oſtendis perquẽ ædificandum eſt? Nonne ſic magis affligis animum diligentis te, in oſtenſione æmuli ſui, à quo vincatur in ædificatione tẽpli? Affligeretur ſanè Dauid, ſi gloria templi ædificadi alteri daretur, qui nõ eſſet filius eius; at quãdo filius Dauid ædificaturus erat templum; adeò glorioſum eſt Dauidi habere filiũ, qui maiora poſſit; vt Deus in præmiũ bonæ voluntatis, hoc ſolũ illi notũ eſſe ſtatim voluerit. Poſt regnũ, poſt victorias, poſt diuitias multas, hoc ſolum in terra reſtabat Dauidi fœlicitas, quòd haberet filium, à quo vinci, & ſuperari in magnalibꝰ exhibẽdis poſſet. Et ideò hoc etiam illi voluit notificare Deus: quòd ego retulerim illud Senecæ lib. 3. de Beneficijs aientis: *Quid eo fortunatius ſene, qui omnibus vbique prædicabit à filio ſuo ſe beneficijs victum? Quid autem eſt fœlicius, quàm ibi cedere?* Nunquam glorioſius triumphant parentes, quàm vbi ſubfiliorum magnalibꝰ ipſi victi videntur.

Reg. 7.

Senecæ.

§. XVII.

Ille filius ſolus ſeſe illuſtribus ſuis parentibus parem refert, qui illos in aliquo facinore videtur excedere.

TOtus eſt Ieſus in oſtendenda ſua, cùm Patre æqualitate, quàm etiã modo oſtendit, ex eo quod ipſe dabit alũnis ſuis maiora præſtare, quàã viderentur eſſe multa opera paterna. Ille enim ſolus filius ſe illuſtri patri parẽ omnino prædicet, qui nouit in maiora facinora audere. Sic monebat Caſiod. lib. 10. variar. 22. patritiorum filium aiens: *Caſiod.*

Non remittas animos confidẽtia tuorum, ne credas poſſe ſufficere, quòd tibi cõtigit de illorũ prædicatione gaudere. Adde laudes egregias ſenioribus tuis, ſequẽs etas cũ aliqua opinabili nouitate ſuccedat. Itaq; non aliter quis ſe ſuis maioribus parem exhibet, niſi egregiæ materiã laudis illis ſuperaddendo, niſi aliquod nouũ & illuſtre facinus peragendo. De Ieſu meo locutus Paul. ad Philipp. 2. ait: *Qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus, vt homo. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quòd eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu, &c.* Expende vim totius argumenti facientis ad aſſerendã æqualitatem Ieſu filij Dei, cùm diuino parente. Non equidem Ieſus per rapinam, ſed natura ipſa ſe patri Deo æqualem arbitrabatur. Et vndè oſtendebat non per rapinã, ſed natura ipſa ſe Deo parẽti æqualem? Semetipſum exinaniuit; formam ſerui accepit, ſe humiliauit vſq; ad crucis mortem, quibus facinoribus eam exaltationem ſibi comparauit, id nomen ſibi fecit, quòd omne nomen etiam Dei parentis nomen longè exceſſit. Quando enim Deus agnitus eſt ſaluator, & redẽptor orbis, niſi in Ieſu Domino noſtro? Meritò ſanè, qui tàm egregias laudes parenti addidit, qui tàm excelſum, & nouum nomen ſuper paternum nomen Dei ſibi fecit, nõ per rapinam, ſed natura ſe Deo æqualem oſtendit. Nota fuit vis argumenti etiã ethnico; ait enim Seneca lib. 3. de beneficijs, probans quòd filij parentes excedãt: *Natura gloriosa virtus, & ante ire priores cupit.* In quo glorioſorum natura ineſt, ſemper nititur maiores ſuperare, vincere patres. Hinc nota mẽtem Iacobi Patriarchæ in benedicẽdis filijs ſuis Gen. 49. ſingulos nomine proprio vocat, nullũ tamẽ vocat filiũ; ſic enim diſcurrit per ſingulos: Rubẽ primogenitus meus: Simeõ, & Leui vaſa iniquitatis: Iuda te laudabunt fratres. Zabulon in littore maris: Iſſachar aſinus fortis: Dan iudicauit Gad. accinctus: Aſer pinguis panis: Neptali cerũus emiſſus: ſic vniuerſos vocat, vbi autẽ poſt hos accedit ad Ioſeph, iam inquit: *Filius accreſcẽs Ioſeph, filius accreſcẽs decorus aſpectu, &c.* Cur hic ſolus filius? cur huius ſolus ſe agnoſcit patrẽ? Ipſe ait dũ addit: *filius accreſcens:* quia enim Ioſeph ſolus, ſic vniuerſas parentum glorias ſuperauit, vt vel adoraretur à *Seneca.* *Gen. 49.*

patre, ideò hic solus tanto parenti par filius apparuit. Non longè abest Caiet. in cat. fatus: *Prius commendat Ioseph de augmento conduplicando, filius accrescens, eò quod & creuerit sibi, & creuerit domui vniuersæ Iacob.* Solus Ioseph inter fratres filij nomẽ acquisiuit, parenti æqualem, & condignam ostẽdit prolem, quia solus patrem, & totam familiã gloria superans auxit. Iam ex hoc vide, cur Ieius Dauidis filius à cæcis viris agnoscerẽtur: dicebat cæcus Luc. 18. *Iesu fili Dauid miserere mei.* Similiter Matth. 8. duo cæci clamãt: Miserere nostri fili Dauid: vndè cæci noscũt Iesum tanto regi parem, vt eius filium audeãt illum appellare? Dauidi expugnaturo Sion cæci, quasi superiores exprobrabant, vt habes 2 Reg. 5. modo cæci Iesu homiles prosternuntur, & indè nusquam Iesus cæcis viris euidentiùs par tanto regi apparet, quàm vbi vident Iesu subiectos eos, quibus Dauid inferior videbatur. Adhęc Tertul. alio datus lib. 4. in Marc. ait: *Nàm si aliquãdo Dauidem in recuperanda Sione offenderant cæci resistentes; ideò Christus ex diuerso cæco subuenit, vt hinc se ostenderit non esse filium Dauid? At qui & hoc filius Dauid.* Et tunc par filius tãto parenti apparet, cùm sic Dauidẽ superet, quòd nullam a cæcis contradictionem patiatur, imò ab illis extorqueat laudes.

Caiet. Luc. 18. Tertul.

Ioan. 14. Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciã: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam.

§. XVIII.

Nec Deus, nec virtus exaltantur, & glorificantur, vbi opera non sunt.

MEritò ait Iesus: *hoc faciam: vt glorificetur pater in filio*: eam semper Deus glorificationem, & exaltationem acceptam habet, quæ coniuncta est cum factis, cùm operibus bonis. Vanè nomen diuinis verborum luminibus extollis, vbi nihil propter illud facis, tunc Deo accepta venit exaltatio nominis cùm venit pulchris suarum creaturarũ innixa factis. Matth. 17. vidit Petrus Christi transfigurati glorias, vidit sole fulgentiorem faciem, & vestes super candorem splendere niualem. Quanta hæc materies ad confingendas Dei laudes? Quot verborum flores illi faciei diuinæ soles alerent? Sed Petrus Christianorũ choriphæus, sic incipit diuinas texere laudes. *Bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, &c.* Præstantiam, & bonitatem diuini spectaculi extollit laudatus simplici, & vnico, verbo dicens. *Bonũ est*: cur ò bone sic verbis parcis in extollenda gloria tanta? Cur nõmagora dicis? Cur flumina non effundis verborum, quæ vel rigare valeant tantum paradisum tibi ob oculos præsentem? Cur tã breuiter laudes absoluens ad tabernacula ædificanda transis? Parcit Petrus verbis, vt faciat, vt operam suam impendat, sciens Dei gloriã nõ extolli verborũ laudibus, sed factis. Pulchrè D. Paschas. lib. 8. in Matth. ait: *Quàm sanè gloriam bonã esse, nec laudasse sufficit, sed etiã deuotione præstatior, impiger operarius occurrit, & pollicetur communis obsequiũ ministeriũ. Faciamus, &c.* Non satis extolleret tantam gloriam, solis laudũ verbis insistens, nisi etiam pro illa habenda aliquid laboraret; tũc enim optimus diuinarum gloriarũ exaltator constituitur, quando simul efficitur impiger operarius. Sic Psal. 49. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* In votis reddendis operum exhibitio monstratur; quæ vbi desint, vocis solius laudes euanent. Aiebat Abbul. quæst. 5. in cap. 6 Iosue: *Adiunctũ fuit, redde altissimo vota tua; reddere tamen vota ad realem pertinet exhibitionẽ: & hæc quidẽ vera laus est.* Ea vera, & solida laus est, quæ Deo per operũ exhibitionem tribuitur; nec nomen Dei aliter exaltatur per vniuersam terrã, nec apud nationes glorificatur, nisi dum inter impigros operarios effulget. Apud Apocal 4. glorioſa Dei sedes apparuit, *& in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro: Et quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas. Et requiẽ non habebant die, ac nocte dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c* His ita constitutis recole modò eamdem Dei gloriã, non in sede, sed incursu ostensam Ezechieli cap. 1. similiter ibi iuxta currus rotas erant quatuor animalia, & quidẽ pennata, quatuor habẽtia singula pennas, & totidẽ brachia: ait enim; *& manus hominis sub pennis eorũ in quatuor partibus*: sed nec sibi illũ emittunt hæc animalia. Sanè supra committitur Dei gloria celebranda vocalissimis animalibus, qui requiẽ non habent die, ac nocte dicentes, sanctus: hic cõmittitur gloria Dei animalibus prorsus mutis, nullam emittentibus vocem, sed habentibus quatuor brachia. Cur ibi vocalibus cõmittitur gloria Dei, hic nõ vocalibus sed brachiatis cõmittitur animalibus? Ibi apparet Dei gloria in sede fixa, in omni exal-

Pasch. Psal. 49. Abbul. Apoc. 4. Ezech. 1.

tatione

tatione, quàm haberi potest; hic apparet in-
Ibid. curru viam agẽte per terras, apud quas exal
tanda erat gloria Dei, quippè ait: *cùm elcua
bantur animalia de terra, eleuabãtur pariter
rotæ.* Nũquam ergò gloria Dei apud terras
exaltanda committitur, vocalibus, sed bra-
chiatis animalibus. Quæ regni iam throno
adherent, sonent linguis, & nihil iam, quòd
agant habitura laudatorijs concrepent car
minibus: at quæ animalia iugum adhuc cur
rus subeunt, vt gloriam Dei extollant per
vniuersum mundum verbis parcãt, brachijs
abundent: non enim inter vocales, sed inter
brachiatos, & operarios extollitur in mun-
do gloria diuina. Quid magnum, quòd ore
laudetur Deus, aut virtus? Sanè ore ab im-
pijssimis etiam peccatoribus extorquent
Exod. 11. virtutes laudes suas. Aiebat Moyses Exod.
11. ad Pharaonem regem Ægypti: *Eritq; cla
mor magnus in vniuersa terra Ægypti, qualis
nec antea fuit, nec postea futurus est. Apud om
nes filios Israel, nec mutiet canis ab homine vs
que ad pecus: vt sciatis quãto miraculo diuidat
Dñs Ægyptios & Israel. Descendentq; omnes
serui tui isti ad me, & adorabũt me.* Expende
quid sibi promittat Moyses ab ipsis Ægyp-
tijs infensissimis suis hostibus, nimirũ quòd
adorabitur ab illis; cur non expectet hoc
Moyses, quãdo & vniuersi iusti visi, & mani
festati ab ipsis reprobris extorquebunt lau-
Lyppom. des suorũ facinorũ? Ad hæc Lyppoman. in
Cat. *Admirabilis sanè est, & illustris creatu-
ra homo iustus. Adorabitur enim tẽpore iudi-
cij, ab omnibus impijs, & collaudabitur sors
eius.* Nõ dubitant impij ore laudare Deum,
laudare virtutes: sed quãta hæc laus ad Deũ,
quæ potest inuenire in ore impiorum? Sola
vera laus, quæ Deũ magnificat, illa est, quæ
in virtutum operibus inuenitur.

§. XIX.

*In fide nominis Iesu, nil non tibi cre-
detur omnipotentia diuina, imò
vel ipsa credetur.*

COgnosce Christiane fœlicitatem tuã:
nomẽ Iesu habes, sub cuius fide omnia
tibi credentur, nil magnum, vel splendidũ
excogitabis, quòd tibi diuina omnipotẽtia
non credat. Sanè Dauid fugitiuus per mon
tes, per terræ cauernas errans hunc vnum
exerebat chirographũ, in cuius fide, vel sa-
lutem extorquebat ab ipsis deploratis peri-
Psal. 53. culis. Sic Psal. 53. *Deus in nomine tuo saluũ
me fac:* Cinctus vndiq; hostibus, in cauer-
na conclusus es, & salutem exposcis? In quo
tibi petis parari salutem? In pernici equo? in
igneo curru? In ingenti exercitu? Vndè om
nia hæc misero, & deplorato homini? Iam
dicit ipse, *in nomine tuo*, fidem prodit diuini
nominis, & sub tanti nominis fide, promp-
tam inuenit diuinam omnipotentiam, vt in
excogitata præbeat auxilia. Ex his aiebat *Ephrem.*
D. Ephrem ser. in Quadrag. Martyr. *Dica-
mus igitur nos semper: Deus in nomine tuo salua
nos, & mox emitte auxilium suum ab alto.
Hoc etenim Daniel proclamãs in lacu etiã fera-
rũ agrestiũ fauces effugit. Huius quoq; Pro
pheta meminit Ionas in venire cati, & ab omni
interitu saluata est vita eius. Ex medio ardẽtis
ignis sanctissimũ hoc nomen tres pueros libera-
uit, &c.* Nusquam non creditur tota omni-
potentia Dei sub tanti nominis fide: Moyses
aliquando viros eligere cupiens penes quos
tãta esset fortitudo, & potentia, qui possint
validissimos hostes opprimere, victoriamq;
reportare de illis, hærebat cogitabun-
dus, quasi nesciret, tàm potentes viros per-
quirere. Quid tũc? Ait Exod. 17. iuxta lectio *Exod. 17.*
nem Originis. *Dixitq; Moyses ad Iesum. Eli
ge tibi viros potentes, & egressus pugna cum
Amalec.* Cur non magis ipse elegit potẽtes
viros? Cur vt eligantur potẽtes viri, Iesum
vocat? Præclarè Orig. hom 1. in Iosue, ait: *Origen.*
Tãti nominis auspicio confidebat. Tunc credit
potẽtes viros posse inueniri, cùm à Iesu no-
mine sumit auspicium: sub eius enim nomi
nis fide tota potentia Dei creditur homini
bus. Videre cupis hominem cui sub huius
nominis fide, omnia credantur: cui etiã cre-
dantur gubernacula mundi? Accipè ipsum
Iosue, de quo cap. 10. dicitur. *Tunc locutus* *Iosue. 10.*
*est Iosue Dño in die qua tradidit Amorrheũ
in conspectu filiorum Israel, dixitq; coram eis:
Sol cõtra Gabaon ne mouearis, & Luna cõtra
vallem Hayalõ. Steteruntq; Sol, & Luna, &c.*
Vidisti Solis Lunæque habenas credi homi
ni? Vidisti vnum hominem potuisse in So-
le, & Luna, quòd totus mundus non posset?
Sed in quo tantùm potuit homo? In fide so-
lius nominis Iesu, quòd præferebat vocatus
Iosue, Iesus Naue. Pro quo accipite pulchra
verba D. Chrysost. hom. 27. in cap. 11. ad He *Chrysost.*
br. *Dixit Iesus Naue: stet Sol contra Gabaon,
& Luna contra vallẽ Hayalõ: & factũ est. Ve
niat igitur omnis mundus, magis antẽ duo, aut
tres, aut quatuor, & decem, & viginti mundi
dicam, & faciant hoc, sed non poterunt. Quid
igitur? Typus erat Iesu illud nomẽ, idcircò igi
tur hoc factũ est, etiã propter ipsum vocabulũ
reuerita est creatura.* Quid negetur tanto no
mini? Nulli creaturæ non acceptus eris sub
tãti nominis fide: exere diuinissimũ nomẽ:
& pete quod volueris, credetur tibi vel or-

bis, credetur cœlum, totam Dei potentiam tibi habes creditam: præsto erunt desiderio tuo vniuersa. Vt dicas cum Isaia 26. *Domine nomẽ tuũ, & memoriale tuũ in desiderio animæ.* Desiderijs ipsis animæ meæ adhibitum Dei nomen, illa minimè vacua esse permittet, sed rebus implet concupitis. Merito dicebat Chrysost. hom. 9. in epist. ad Coloss *Omnia in nomine Domini facias, & prospere succedent omnia. Et morbis imperãs terribile est hoc nomẽ. Propterea diabolus Angelorũ super stitionem induxit, invidens nobis honorem istum. Sive Angelus sit, sive Archangelus, sive Cherubin, si feras istã incantationem si cum fide cecineris, & morbos abiges, & Dæmones.* Vt tolleret Diabolus nominis Iesu memoriam, fecit incantationes per Angelorum nomina, vt inuocatis illis nominibus, omnia prospere succederent. Vanè id à Diabolo fuit confictum, habemus enim Christiani efficatiorẽ incantationem in nomine Iesu; quòd nomẽ si cum fide proferamus, talem incantationẽ peregimus, quæ omnia abigat mala, & omnia bona faciat ex ipsa impossibilitate naturæ succedere.

Isai. 26.

Chrysost.

Ioan. 14. Si diligitis me, mãda data mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eũ. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

§. XX.

Vel ingentia promissa explere sufficiunt Christi opes, supra omnem fidem præstitam est eius thesaurus.

FOelices qui sub Christi nomine, & cùm Christo negotiantur, thesaurus meritorum eius, & potestatis vincit omnem fidẽ, quæ potest haberi ab hominibus, post vnũ, etiam alium paracletum nobis acquiret, spiritum veritatis, qui in veritate habeat plura, quàm quæ credidimus. Non habet tales creditores mundus, sed in illis minor est, semper census, quàm fides, & inuenientes negotiatores pauciora, quã credebant, largis suspiri, suæ credulitatis pœnas luunt. Vtrumq; attigit D. Ephrem in confessione sui verbis pulchris inquiens: *Non est cõprehensibilis Dei potestas. O mortales: cùm enim maiora possit, in rebus creatis egit quantum capaces erat. Noui mercatores multos posse etiam supra quàm possideant; nàm propter illa, quæ habet, fides eis habetur, at nõ nisi his, quæ possidẽt facile negotiantur, &c.* Est in mundialibus creditoribus supra census, supra possessiones fides, vndè tota cùm illis negotiatio semper multo infrà fidẽ debet esse, ne dum nititur mendatio metat ruinam, vndè sperabat lucrum. Non iuxta his præstitam fidem sit negociatio, ne ruat nitens mendacio, at vbi cum Christo negociaris, nil dubites, nil metuas, maior est enim fide præstita eius thesaurus. Aiebat Matth. 13. *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.* Thesaurum Christi audio, sed cur absconditum? Propter infinitudinem diuitiarum; totam in se plenitudinem diuinitatis in veritate habens, nunquam nõ fidem præstitam superat bonorum abundãtia. D. Paschas. lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 17. fatur: *Quàm bene in agro thesaurus absconsus dicitur, quia in Christo omnis plenitudo corporaliter inhabitat, sine dubio diuinitatis. Et ideo fili, dilata sinum mentis tuæ, & percipe, quantum fides capit: quia in Christo plenitudo diuinitatis manet, in te autem de plenitudine non quanta est, sed quantum idoneus fueris præstatur.* Plenitudinem in Christo sine dubio inuenies, nequit enim Iesus inueniri minus habens, ingentes eius diuitiæ à nemine perfectè sciuntur, absconsæ sunt oculis mortalium, quia suprà omnem fidem præstitã est eius thesaurus. Pro minimo est de Christo Iesu fidem apud homines existentem impleri, si vel tantillum eius magnificẽtiæ thesaurus aperiatur, etiam si in præstantioribus, & clausus, & absconditus maneat. Apperuit quidem tantillum diuinæ suæ potestatis arcanum in Thabor, & ecce tibi fidelissimus Petrus iam fatur; aiebat Matth. 17. *Bonum est nos hic esse.* Sic Petre impleris? Tu qui vnigenitum Patris nostri? Tu qui sedes regni audisti Iesu discipulis mãsuras, sic ad primã thesauri apertionẽ saturaris? Expectationem vincit, vincit fidem præstitam Iesu thesaurus, & maioribus obseruatis, vel illius minima possunt, creatas implere volũtates. Id põderat D. Paschas. lib. 8. in Matth. fatus: *Respuit Petrus gloriã mundi, & totũ quòd in mundo blãditur, sola ei claritas, quæ de Christi facie resplenduit, placet: Quid putare possumus*

Ephrem.

Matt. 13.

D. Pasch.

Matt. 17.

D. Pasch.

sumus, quomodo placeret ei, si talē tūc posset intueri, qualē nunc cernit exutus corpore mortali! Et placeret, vltra quam mens concipere posset. Nulla expectatio, nulla fides potest non superari, dū ditissimus Christi aperitur thesaurus, dum eius ingentes diuitiæ reuelantur. Apud Lucam cap. 9. paucis panibus acceptis in manibus, sic implet quinque hominum miriades, vt posit conuiuium superesse adhuc esca multa: & dum iam credebāt homines se posse a Iesu in vitam temporalem saciari, vitra id quod credebant, experiebantur in se odorem æternæ vitæ. Quippè ait Luc *Et māducauerūt omnes, & saturati sunt. Et sublatū est, quòd superfuit illis, &c.* Quinque panes viu fuerunt in Iesu manibus, & de quinque panibus quinque myriades hominum, & manducant, & saturantur; & adhuc supersit multum, & maius est pignus, quòd ibi datur, quàm ipsum cōuiuiū. Quòd pignus? Nimirùm quod credi poterat de illo conuiuio temporale erat, at quod in illo dabatur pignus æternam afferebat vitam, quæ erat supra præstitam fidem. Vndè pulchrè

Ambr. aiebat D. Amb lib. 6. in Luc. *Christi munera parua videntur, & maxima sunt. Deniq; non vni collata, sed populis. Nam & cibus edentiū in ore crescebat, & videbatur esse corporalis alimonia, sed sumebatur salutis æternæ.* Cibus à Christo datus, vel in ore sumentiū crescit; & omnia eius munera in ipso vsu accipientium crescunt adeo, vt maiora semper in vsu experiātur, quàm in visu fidei apparebāt. Apparēt non adeò magna, & sæpe temporalia videntur, sed in re inueniuntur maxima, & æterna. Semper in exhibitione munerū suorū videtur Iesus meus aliud quid præstantissimum præstare, vt dicat: *& alium paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū, spiritum veritatis.* Cur dabit alium? Nonne, & ipse effuderat Spiritum Sanctum, dum dixit: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis? Sanè crescunt dona Christi in vsu accipientium, & adeò crescunt, vt semper sint alia maiora, imò maxima inueniātur & æterna superesse. Hinc

Ioan. 6. est, quod post conuiuium turbis exhibitum Ioan. 6. conuersus Iesus ad discipulos suos, ait: *Colligite, quæ superauerunt fragmenta.* Bone Deus turbis conuiuiū paras; & discipulis tuis amantissimis fragmenta sola, quæ superauerunt, colligenda prębes? Sic de aliorum reliquijs ditas Principes tuos? In Christi donis, quę supersunt maiora sunt semper & prę stātiora, quæ ideò supersunt, quia paruam accipientium excedunt fidem. Meritò aiebat

Ambr. D. Amb. lib. 6. in Lucam: *Vinam mihi contingat audire, Collige, quæ supersunt. Si audiero, & fecero, habebo multa, quæ turbæ, habebo multa, quæ pueri, ac mulieres edere nequiuerunt.* Nunquam infima sunt, quæ supersunt in Christi donis, sed maxima, sed fidem præstitam excedentia.

§. XXI.

Christi spiritus propria simplicissima veritas: aliena omnis simulationis est.

EX patre suo dat nobis Iesus paracletum spiritū veritatis: nec Iesus sciuit vnquā apparere, nisi in spiritu simplicissimæ veritatis. Missurus Moyses exploratores, qui simulate Chananæorum terram, & vrbium munitiones inspicerent, vnū inter alios nominat Num. 13. nimirùm. *De tribu Ephraim, Osee filiū Nun.* Septuag. aiunt: *Ausem filium Naue:* ex quibus illud Auses nomē apud omnes expositores Græcos perualuit. Quo posito notandum, quòd posit explorationem factam; dum recolitur, quàm fidelis, & verus suorum cōsolator, & erector filius Nun fuerit, iam nec Osee, nec Auses nomine dicitur, sed Iosue, siue vt Græci habent, Iesus Naue compellatur Ait enim Numer. 14. *At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, sciderūt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt. Terra, quam circuiuimus valdè bona est, si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humū lacte, & melle manantē.* Ecce vobis non iam Osee, nec Auses, sed Iosue dicitur. Cur similiter, dum inter exploratores nominatur, non Iosue, sed Auses dicitur? Absit quod in officio exploratoris, cuius propria est simulatio; vel in vmbra vellit Iesus nominari. Ad hæc Orig. hom. 1. in Iosue fatur: *Inter eos, qui ad explorandum missi sunt, nomen eius Ause scribitur. Et fortassis pro exploratoris officio, non Iesus, sed Ause dictus est, & Naue filius nominatur. Cùm verò reddit opere expleto, & perterritis omnibus solus subleuat lapsos, desperationēq; populi solus erigit, tūc à Moyse Iesus nominatus est.* Vbi rei visæ veritate simplici populares, & erigēdi, & consolandi erant, tunc Iosue nominatur. tūc nomē Iesu splēdet, qui semper nobis dat paracletum, spiritum veritatis. Verum pro exploratoris officio, non Iesus; absit, quòd Iesus appareret, in officio, quòd totum simulatione nititur. Nil enim magis amat Iesus, quàm fugere dolū, fugere simulationē; nil magis amat, quā præferre in se spiritū veritatis.

ritatis Quis neget à verò Iesu eductos esse Israelitas de Ægyptiaca captiuitate? Ibi enim sub agni immaculati sanguine liberãtur Hebræi, perimũtur Ægyptij: de quo habes Exod. 12. *Exod.12.* *Nox ista est obseruabilis Domino, quãdo eduxit eos de terra Ægypti.* Fœlix equidem hæc nox, sed tamen nox erat, in qua caligine obductus, & latens saluatur populũ eripiebat ab Ægypti ergastulis. Non sic erepti sumus omnes a peccati seruitute, sed claro patentique die. Habes id apud Luc. c. 4. cum enim esset Iesus in Synagoga, datus est illi liber legis, vt legeret cora omni populo: legit ille caput Isaiæ vbi sic: *Spiritus Domini super me, propter quod, vnxit me, euangelizare pauperibus, misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionẽ, prædicare annũ Domini acceptum, & diẽ retributionis.* Expende notanter illud perlectum à Iesu nempè annũ & diem nostræ liberationis: in liberatione Israelitarum per agni sanguinẽ notatur nox in liberatione totius mundi per Iesu sanguinem fusum, notatur dies, & quidem dies à Domino facta fuit omnibus diebus splendidior, quando à peccati liberati sumus seruitute. Cur non eodem modo in Israelitarum liberatione notatur etiam die? In illa liberatione nõ erat tota veritas rei patefacta, sed veritas humanæ liberationis obũbrabatur, simulabatur sub agni typo; & ideò vbi erat vmbra, vbi veritas latebat sub obscurus figuris, noluit liberaaor apparere, sed & ipse sub nocte mansit occultus; tunc apparuit, tunc in die visus est, quando non veritas nubila, sed ipsam manifestissimam fecit veritatẽ salutis. Huc respexit D. Machar. hom. 47. inquiens. *Ac sicuti Moses dixit: Hæc est nox promissionis Dei, ita Christus in Synagoga, cũ illi datus esset liber, appellauit annũ Domini acceptabilem, & diẽ redemptionis. Ibi erat nox restitutionis, hic dies redemptionis: & merito. Omnia enim illa erant figura, & vmbra veritatis.* Sub nocte latet Saluator noster, & refugit apparere, vbi sunt dissimulationes, & veritatis nubila; tunc apparens lætissimum facit diem, cùm ablatis nubilis, veritatem præsefert simpliciissimum. Sic gaudet Iesus spiritu veritatis: sic ad veritatis simplicitatem affectus est, vt illam etiam in hoste sibi infensissimo, nempè diabolo aliquando muneret. Apud Luc. cap. 8. videns Iesum dæmoniacus quidam clamabat: *Quid mihi, & tibi est Iesu fili Dei altissimi?* & statim petẽs à Iesu facultatem, qua in porcos ruat, obtinuit. Cur à iustissimo Iesu infensissimus hostis impetratus est, quòd volebat? Cur voluisti bona Iesu hostem acerrimum tuorũ tanta dignatione munere? Vidit in eius ore veritatem, qua filium Dei altissimi prædicabat, & quia vel semel veritatem dixit, nec mentitus est, noluit quòd veritas etiam in tam nefario ore maneret omnino innumerata. Rẽ attigit Tertul. lib. 4. in Marc. fatus: *Denique impetrauerunt, quo merito? Quia mentiti erãt, quia Dei filiũ eũ fecerant? Et qualis erit, qui mentitos iuuabat? Sed enim quia mentiti non erant.* Quia vel semel à mendacijs vacuit diabolus, & semel veritatem dixit, non exiuit vacuus à Iesu manu, à quo donum accepit, vt in porcos abeat. Vtinam qui de spiritu Iesu viuunt, hunc ab illo ebiberent spiritum veritatis, quo vel vmbram fugerent mendacij: semper enim timenda est, imò & deplorandа etiam iusta causa veritatis obtegendæ, & dissimulandæ. Pro quo accipè D. Dorotheũ doctrina. 9. fantem. *Coniurant duo homines in eadem tuam, atq; alter illorum in cellã tuã fugit: dum eũ quærit iudex, & abs te vbi sit, petit: nunquid huiuscemodi hominẽ in mortẽ tradas, an verba cõmutes? Licere puto in tali articulo, & necessitate verba cõmuniter: debet tamẽ, qui hoc egit, nõ negligere factũ, sed pœnitentiam agere, & flere amarissime in conspectu Dei, atq; hoc tẽpus habere, vti tẽpus tẽtationis. Nec ad hæc consuescat; sed semel, & ob multa.* Qui Christi spiritu aguntur, sic æstimãt semper veritatis simplicitatem, sic fugiunt simulationes, vt etiam licitam simulationem veritatis, & vitæ causa nolint fieri, sine ingenti luctu, & afflictione illius, qui in tales angustias deuenit, vt cogatur simulare.

Ioan. 14. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos: adhuc modicum, & mũdus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis, &c.

§. XXII.

Summa impiorũ pœna est desolatio, & solitudo. Quam nullibi patiuntur iusti.

PRoh impiorum, mundanorumque pœnam! Tempus veniet, quando euntes in ignem æternum, summam orbitatem incurrant, & solitudinem, minimè videntes Iesum, qui solus à suis orbitatem auferri promittit.

mittit. Et quanta hæc pœna? Proponite vobis ob oculos adolescentem illum prodigũ,
Luc.15. apud Luc.cap.15. Is post dissipatam subitatiam adhæsit vni ciuium, à quo missus est in agrum seorsum, vt pasceret porcos. Quid tunc miser? Ipse ait: *Surgam, & ibo ad patrem meũ, &c.* Cur non magis toleras absentiam patris? Nonne tu partem substantiæ petisti, vt longè à patre viueres, cur modo non vis esse, nec admodicum, sine patre? Incipit miser orbitatem sentire, & solitudinem: quàm vt potè quauis pœna intolerubiliorem, nec admodicum sustinere valet. Dicebat *D.* Ephrem de Pœnit. *In delicijs, & epulis cũ turpiter versaretur cõsumpsit facultates, & non potuit ferre ne admodicũ quidẽ solitudinẽ.* Intolerabilis est creaturæ orbitas à suo authore, & progenitore: intolerabilis est hominibus solitudo, qua æternam ingemiscent orbitatẽ. Hinc exaggerabat impiorum supplicium
Zach.12. Zachar.cap.12. fatus: *Et planget terra; familiæ, & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorũ seorsum, &c.* Expende vndè planctus exacerbetur, nimirùm ex solitudine, & orbitate plangentium, singuli enim seorsim nullum consolationis vestigiũ sentientes, aut videntes, sed æternam experientes orbitatem plãgẽt, quòd durius alijs omnibus inuenitur supplicium. Quòd ponderans Ruper. ibi ait: *Maximum autem erit, quòd in illo planctu omnes tribus terræ, & maximè, qui Dominum crucifixere, omnes omnino peccatores, & impij plangent seorsum, quãuis omnes ad vnum congregentur iudicium, omnes ad vnum descendant carcerẽ infernũ, omnis animus ab omni animo erit seorsum, multum occupatus apud semetipsum, nec amicam respiciens, nec amicum.* Hoc maximũ erit in damnatione impiorem, nimirùm solitudo, & orbitas: nullum illis emolumentũ societatis erit, sed singuli, quasi vastissimam solitudinem habitantes, neminem, cuius recrrentur conspectu videntes durissimam experientur orbitatem. Huc etiam respiciebat
Amos 8. Amos cap.8. fatus: *In omni loco proijcietur silentiũ*: de quo Titelmannus in allegorijs ait: *Non enim damnatis dabitur remedium colloquij, quo possint alleuiare supplicium*. Relinquent illos verbum Patris Iesus meus, nec aliud illos poteritmanere, nisi & solitudo, &
Oseæ 4. orbitas intolerabilis. Quàm minabatur Dominus Oseæ.4. dicens *Quoniã sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus quasi agnũ in latitudine.* Sicut positos in inferno, mors depascet, vt ait Psal. sic etiam Dominus iratus impios vniuersos pascet, affliget eos virga ferrea: sed quanta hæc afflictio? Sicut agnus in latitudine, relinquentur miseri, vt relinquitur agniculus infirmus in vastissima solitudine nil non metuẽs, nullũ non experiens malũ. Pulchrè Rufinus apud P. Martinũ del Rio in Adag. ait: *Sicut agnꝰ in vasta loca per ductus, & imbecillis, & solus, tã matris, quàm gregis solatio destitutus, metuit, quicquid aspexerit, quicquid audierit: ita etiã gens subiecta hostibus truculentii per solitudinem cogetur incedere.* Ita etiam vniuersi impij, vniuersi peccatores intolerabilem sustinebunt orbitatem, vtroque destituti parente, nimirùm & Iesu, & Maria; & nullus illis relictus, ex omnibus charis eorum; cũius vel conspectu possint aliquodcapere solatium. Fœlices, qui sciuerunt tantùm sibi obstringere patrem nimirùm Iesum: hi nullam vnquam sentient orbitatem; quocumq; se vertant, illum præoculis habebunt, nec locum inuenient, qui eius præsentia non sit nobilitatus. Hinc dicebat D. Machar. hom. 12. *Si quæsieris Dominũ in profundo, illic reperis eũ signa facientẽ. Si quæras eũ in lacu, illic reperies eũ in medio duorũ leonum, conseruãtem instum Danielem. Si verò quæras eũ in igne: reperies illio opem ferentem seruis suis. Sin autẽ in monte, reperies eum illic cum Elia, & Moyse Est igitur vbique. & sub terra. & super cœlos, seù apud nos, vbique est.* Nullibi nos patitur esse orphanos, sed vbique præsentiæ suæ signa relinquit, vt vbiq; confugiamus ad illũ. Omnia enim nobis possunt deficere creata subsidia, sed non potest nobis deficere, hic cœlestis pater Christus. Fulgentius id meditabatur in Lazaro omnibus spotiato ad ianuam diuitis: de quo ait epist. 2. ad Gallam cap.19. *Attende Lazarum, sine cibo sed non sine Christo.* Non is est Christus, qui etiam deficientibus omnibus sciat suis deficere. Vndè merito ille prodigus, dum à se vidit omnia bona fugisse, adhuc ait Luc.15. *Ibo ad patrem meũ*: certins non sibi patrem defuturũ. Aiebat Chrysol, ser.2. *Quaspe? Quaspe? Quæ siducia? Illâ qua pater est. Ego perdidi, quod erat filij: ille, quòd patris est, non amisit.* Omnia perdantur licet, tamen cœlestis pater vbiq; inuenitur inuocantibus eum proximus, & propinquus.

Rufinus.

Machar.

Fulgent.

Chrysol.

§. XXIII.

In præsenti nil magis tibi voluntariũ sit, quàm mortificatio, vt possit viuere in futuro.

ACutè notat Salmeron discrimẽ in Iesu verbis, quòd de se locutus dicat, quòd

viuit de præsenti; de discipulis autem locutus non de præsenti, sed de futuro ait, quòd viuent. Sic enim tinniunt verba nimirùm: *Quia ego viuo, & vos viuetis.* Cur non etiã dixit, & vos viuitis? In præsenti non vita, sed omnimoda mortificatio conuenit hominibus, qui velint glorioſi ampoſtmodũ ingredi vitam. Ille homo vitam comparabit æternã, qui in præsenti voluntarius in omnimodum mortificationem fuerit; qui mortem abintimi sui animi electione ortam arripuerit sibi.

Cant. 5. Cãt. 5. ait sponsa: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.* Expende duo hæc, quæ coniungit sponsa Christi sibi accidisse, nimirùm & myrrhæ scaturiginem in manibus suis, digitisque, & resurrectionẽ, qui dilectum susciperit. Et scire cupis, quæ sit illa resurrectio tanto sociata fonte myrrhę? Resurrectio est, qua homo in vitam immortalem relurgit, vt apertum fruatur cõspectũ regis nostri Christi: sed hęc resurrectio in vitam à nemine comparatur, cuius manus, & digiti non manauerint myrrha, hoc est, quibus in præsenti non familiaris fuerit, & voluntaria mortificatio omnimoda. Sic ad hęc

D. Nyſſen. verba loquitur D. Nyssen. hom. 12. in Cãt. *Accepi vim resurrectionis, ex eo quod membra mea terrena mortua reddiderim, eamq; mẽbrorum mortificationem spõte mea instituerim, nõ ab alio mihi myrrha in manus data: sed defluẽte illa certo animi mei arbitratu; ita vt in omnibus meis virtuti consentaneis conatibus, hæc animi adfectio copiosè conspiciatur.* Non quæ ab extrinseco tibi venit in manus myrrhã, non quæ tibi inuoluntaria est, & prorsus violenta mortificatio, sed quæ in omnibus tuis operibus, & virtutibus quasi à te ipso voluntarie scaturiens, ea vitam comparabit immortalem, qua Christi æternũ vultu fruaris. Quo enim magis est volũtaria mortificatio, & ab intimo animi affectu nascẽs, eo fructuosior, & magis Deũ allicit. Aiebat Dominus Cãt.

Cant. 4. 4. *Vadã ad montem myrrhæ:* Quàm viuidus erat, qui sic festinat montẽ myrrhæ præoccupare? Sed & Ioan. 19. dicitur: *Venit autem & Nicodemus afferens mixturã myrrhæ, &c.* Nicodemũ cum myrrha venientẽ expectat Dominus, & mortuus expectat; ad montem autem myrrhæ ipse vadit. Cur ad montem myrrhæ vadit, & Nicodemum cũ myrrha expectat?

Gil. Abb. Pulchrè Gillib. Abb. ser. 28. in Cãt. *Venit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ, quasi libras centum. Magna hæc copia: sed quid ad collationem montis? Ferens, inquit, idest, secum ferens, non ex se proferens: portans, non pariens. Bona vtraq;, & quæ offertur, & quæ offertur, sed ista potior. Deniq; illa ad Christum adhibetur, ad hanc ipse vadit. Vadit enim sibi ad montem myrrhæ.* Itaque mons myrrhæ, vt qui exse myrrham profert, gratior est, quàm Nicodemus, qui myrrham aliunde acceptam affert. Et semper ante vitam myrrha paratur. Omnimoda enim præcedat mundialium affectuum mortificatio in præsenti exercita, vt appareat vita nostra abscondita in Deo cũ Christo. Sępius Moyses liberationem Israeliticam procurarat; & vel nouem plagis Pharaoni immissis illam extorserat, nunquam tamen aliud sperabat, quàm quod Pharaonis cor magis erat indurandum. At vbi ad decimam accedit plagam, iam tunc sperat, & certus, & securus sperat sui populi liberationẽ, & salutem. Cur tunc securius sperat salutẽ? Ait Exod. 11. *Dixit Dominus ad Moysem: ad hanc vna plaga tangam Pharaonem, & Ægyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet: Media nocte ingrediar in Ægyptum, & morietur omne primogenitum, &c.* Vbi omne mundanum eximium, & primum morti datur, merito potest sperari à seruis Dei liberatio, & vita: non anteà speres vitam, quàm in te videris mortificatum, quidquid est in pretio apud mundum. Aiebat B. Isaias Abb. orat. 8. *Nec prius Moyses confisus est, quamuis Pharao variis plagis afficeretur, quàm tẽpus illud aduenit, cũ Deus dixit illi: Adhuc vna restat plaga, & mox Pharao dimittet populum meũ interficiã enim omne primogenitũ.* Vbi instantem vidit mundialium mortem, iam confidet proximè futuram Israelitarum, & liberationem, & salutem. Fœlix, in quo mortua sint præsentia mundi decora; is immortalem habebit vitam. Paul. ad Colloſ. 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est, cùm Christo in Deo.* Quàm eligimus mortem in præsenti; non est mors, quæ perdat vitã; imò est mors, quæ vitam recondit in thesauris Christi; ex quibus pòsteà nobis aduenient fœlicissima. Vndè dicebat D. Ber. ser. 52. in Cant. *Bona mors, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius. Bona qua non corpus cadit, sed anima sublleuatur. Moriatur anima mea morte iustorum, vt nulla illam illaqueet fraus, nulla obtegat iniquitas.* Hanc sibi mortem inferat, qui vult vitam sibi in futuro æternum duraturam comparare.

Exod. 11. Isai. Abb. Ad Col. 3. D. Bern.

(?)

Ioan. 14.

Ioan. 14. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei me ipsum.

§. XXIIII.

Dum in Christi fuerimus conspectu, nullũ tempus non apparebit breuissimum.

Dies merito vocatur ille, in quo & Iesus, & Pater sese nobis reuelauerint, ait enim: *in illo die cognoscetis, &c.* In die illo solum, & non potius in annis illis? Nunquid per annum, imò per infinita sæcula cognoscemus Iesum in patre? Equidem per infinita sæcula cognoscemus, sed tunc infinita sæcula instar vnius breuissimi diei reputabũtur.

Psal. 80. Psal. 80. de renouatione hominum ad Iesu faciẽ peragẽda locutus, ait: *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Die solemnitatis humanæ vocat tempus illud, quo homines nouum sæculum, nouamque lucem intraturi sunt, in voce tubæ, in voce Archangeli. Sed cur ille dies dicitur, & non potius sæcula sæculorum? Facit id reuelatio maiestatis diuinæ, cuius in gaudia homo intrans momentum reputat æternitates

Gil. Abb. ipsas. Ad hæc Gilliber. Abb. ser. 18. in Cãt. aiebat. *Buccina nobis tu bone Iesu, in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis nostræ. Verè insignis dies, vbi diuina maiestas se manifestat, nihil insignius, sed nihil succinctius. Diem dixi? hora est. Hora verè insignis, & verè solemnis. Eructa tu nobis Iesu aterni illius diei horas aliquas, diem illum statim efficies.* Vix parebit Iesus, & sæcula in vnum conuertentur diem,

Cant. 1. & hora erit, & quidem breuissima, tota duratio æternitatis diuinæ. Aiebat sponsa Cãt. 1. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascis, vbi cubes in meridie.* Dum Iesu gaudia, & requiem reuelandam sibi quærit, non diem, sed meridiem meminit; & miror, quòd momentum non dixerit, quando in manifestatione Iesu sæcula apparebunt breuissima. Huc referens datum in textu Ioannis locũ D. Laurent. Iustinian. lib. de fasciculo amoris cap. 6. inquit: *Sola dies illa desiderabilis sola amabilis, in qua diuinitatis immensitas puro contemplatur intuitu. Ista nempe dies illa sublimis est, de qua Dominus ait: In illa die cognoscetis, quia ego in Patre.* Vbi Iesus cognoscatur in Patre, nulla temporum tarditas sentitur, sed infinita sæcula habẽtur quasi vnica dies. Idcò aiebat Psal. 83. *Melior est dies vna in atrijs tuis, supermillia.* Sunt in hac mundiali plaga anni multi, sunt sęcula multa, in Dei atrijs vbi Iesus in patre vigitur, non anni, nõ sæcula, sed vnica apparet dies. D. Laur. Iustin. vbi supra. *Vna merito, inquit, quia vnica, quia singularis, quia cæteris longè dissimilior diuturnitate, fœlicitate. In hac peregrinatione dierum sunt millia gaudijs, & maiòribus mixta: in atrijs autem Domini vna tantum esse dicitur: quæ per se sufficit, per se placet, nunquam fastidit, nunquam variatur.* Sic ibi.

Laur. Ius.

Laur. In

CAPVT. XVIII.

De Charitate in Deum.

CONSOLATVS Dominus discipulos suos, post adductas plures rationes, quibus possent temperare dolorem de absentia sua conceptum, pergit aliqua disputare, quę ad Charitatẽ in Deum vidẽtur spectare. Nimirũ quod tota illa est in obseruatione præceptorum, per quàm verus Dei dilector, & Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, sibi deuinctos, & quasi obstrictos habet. Obseruãtia enim diuinorum præceptorum est lapis Lidius perfectissimæ in Deũ Charitatis.

Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

§. I.

Vbi verus Dei amor, nihil præter Deum æstimatur.

AVdio cœleste regnum pauperibus spiritu promissum, mitibus terram, lugentibus

gentibus cõsolationẽ, & alijs alia præmia à Deo sæpè propolita scio. In præsenti dilectoribus Dei non cœlum, non terra, non cõsolatio, non triumphus, nec quid aliud promittitur, hoc solum dicit Dominus illis: *ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Cur nõ magis ait: & regnum dabimus, & coronam imponemus? Sanè in quo verus amor est erga Deum, cætera omnia vilescũt, vnus Deus æstimatur, nihil aliud præter illum. Ad Corinth. 1. cap. 13. dicit Paulus de Charitate: *Non quærit, quæ sua sunt.* Cur Charitas non quærit, quæ sua sunt? Sapienter rationem reddebat D. Zeno ser. de Fide, Spe, & Charitate fatus. *Non vllarc indiget; quia ei, præter id quod est, nihil est necessariũ.* Vnus solus, qui est, vnus solus Deus æstimatur à Charitate, reliqua omnia, vt minimè necessaria, vt prorsus superflua reputat, nec de illis agit. Proponite vobis ob oculos duas famosissimas meretrices ad Deum accedentes. Altera est Rahab, quæ Israelitici populi Deũ venerata exploratores excipit in domo suaeosdẽ custodit ab hostibus, sed & ab eis contendit salutem suam obtinere, ait enim Iosue 2. *Iurate mihi per Dominũ, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cùm domo patris mei.* Altera est Magdalena, quæ vt cognouit, quòd Iesus accumberet in domo Simonis Pharisæi, intrat Simonis domum afferens alabastrum vnguenti, & stans secus pedes Iesu, cæpit lachrymis rigare illos, & vnguento vngere, & tergere capillis, nec verbum pro se loquitur, nec petit quicquam. Quis nõ miretur? Illa tota est in postulanda salute domus patris sui: hæc nec verbũ facit de salute, nec de alia re, aut magna, aut minima. Vndè hæc diuersitas in adeò similibus peccatricibus? Rahab de se dicebat exploratores excipiens: *Irruit terror vester in nos, & elanguerunt omnes habitatores terræ.* De Magdalena, ait Dominus Luc. 9. *Quia dilexit multum.* Quæ metu ducebatur, ad plures excipiendos ferebatur, & de suis erat maximè solicita, interpellans pro illis. Verùm Dei dilectrix Magdalena, vt tota Dei amore flagrabat, non cogitat, quæ sua sunt, multitudinẽ præterit, vnũ Deum manibus tenere desiderat, præ illo, nec meminit aliud quicquã. Sic penè ipsa apud D. Chrysost. ser. de Peccatrice, & Pharisæo, qui inter opera D. Ephrem circũfertur. Ait ibi: *Rahab ad se admisit exploratores: ego verò retinere eum conor, quem desideraui, non quidem, vt illa exploratores multos, sed hunc tanquã Episcopum omnium animarum.* Non potest diligentis animus aliud, quàm Deum velle, nec meminisse: vnum hunc cupit, & cùm vnum Deum habeat, cætera nihil æstimat. Redeuntis prodigi conuiuiũ fratri inuidenti aiebat vtriusque patens Dominus Luc. 15. *Fili tu semper mecum es, omnia mea tua sunt.* Sic omnia tua bona vni filio tradis Domine habens duos? Cur aliquid non reseruas traditurus redeunti? Non erat ille talis, qui alia æstimaret, nec aliud vellet, quàm patrem, cuius hic amabat præsentiam, vt vel dimissa hæreditate filiorum, loco mercenarij, vel et esse apud illum. Pulchrè Chrysol. ser. 4. *Nec ille aliud, quàm patrẽ quæsiit, qui veniès non filij, sed loco mercenarij voluit collocari. Sint alieri omnia, illi sufficit pater.* Nihil æstimat amor præter Deũ amatũ, vt merito diceret Psalles: *Quid mihi est in terra, & à te quid voluisuper cœlũ?* Et præclarè Idiota lib. 1. de amore diuino. cap. 9. *Anima te Domine veraciter amãs aliud præter te, sui amoris pramiũ nõ requirit: aut si aliud requirit, profectò te nõ amat.* Nunquam amor verus Dei, aliud in se admittit. Pro quo etiã monebat D. Ioan. 1. epist. 2. *Nolite diligere mundũ, nec ea, quæ in mundo sunt, siquis diligit mundũ, non est charitas Patris in eo.* Ex quo pulchrè D. Aug. ibi: *Fuge creaturas: si vis habere creatorẽ. Omnis creatura vilescat, vt creator in corde dulcescat.* Nõ admittit aliud, quã patrẽ charitas Dei, quæ diffusa est in cordibus nostris. Hinc diuina amatrix Cãt. 3. dicebat. *Tenui eũ, nec dimittam, donec introducã illũ in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Cur non contẽta est dilectũ possidere foris in creaturarum frequentia, sed magis amat illum habere in cubiculo? Cauet sibi ne si foris habeat, cogatur etiam admittere aliud præter ipsum. Gilliber. Abb. ser. 11. in Cant. ait: *Nouit illa dilectum suum non posse foris secure possideri, nec integrè quidem. Et quam durum est amanti animum dimidiare, cùm Christo, & mundo? Quàm durum est, in dilectionis cura peregrinas admittere curas, & cœleste secretum sæcularibus infestare turbellis?* Hoc dutum amãti, sed & amato durissimum, qui sic solus amat amari, vt doleat vehementer videns dilectoris sui amorem diuisum. Vndè aiebat Idiota lib. de amore diuino cap. 24. *Amor neque diuidi debet, neque scindi. Et qui eum diuidunt, vel scindunt, peiores videntur, quàm milites te crucifigentes, qui tuam tunicam diuidere voluerunt.* Sic magis videtur Dominus affligi à dimidiato dilectore suo, quàm afflictus fuit ab antiquis carnificibus.

1. Cor. 13.

D. Zeno.

Ioſue. 2.

Luc. 9.

Ephrem.

Luc. 15.

Chryſol.

Danid.

Ioa. 1. ep. 2

Aug.

Cant. 3.

Gillib.

Ideota.

§. II.

§. II.

Amatorem suum penè inexpugnabilem reddit Dominus.

CVm audis, mansionem apud illum faciemus, intellige stationem militarem non absimilem stationibus, siue mãsionibus peractis ab exercitu Israelitico, cùm ab Ægypto egrederetur. Vbi enim manẽdũ erat, firmabatur statio, tentoriaque figebãtur, & locus firmabatur prorsus hostibus inaccessibilis. Sic in dilectoribus suis Deus militarẽ stationem firmat, mansionem facit hostibus
Ioan. 1. inaccessam, & terribilem. Vbi enim ait Ioã. 1. *Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis*, hã: Dei in nobis habitationẽ pulchrè explicãs D. Chrysost. ait: *Quid enim inducit? Et habitauit in nobis, tentoria fixit in nobis significat inhabitationem, & quasi in tabernaculo mãsionem.* Nescit Deus in dilectoribus suis apparere, nisi militaria in illis propugnacula efficiens; & reddens hominem militaribus copijs communitum, & prorsus inaccessum, &
Gregor. inexpugnabilẽ ab inimicis. Hinc D. Greg. lib. 27. Mor. 8. de D. Paulo locutus, ait: *Dũ catenis vinctus Romam peteret occupanturus mundum, latens in eius pectore quasi sub tentorio ibat Deus.* Expende illud *sub tentorio*; nunquam enim in pectore dilectoris sui nõ meditatur Deus aliquod militare munimentũ: quo aduersus hostes inexpugnabiliter confirmetur. Propterea mirabũdus Dauid Psal.
Psal. 138. 138. ait: *Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui Deus nimis cõfortatus est Principatus eorũ.* Honoratissimos miratur dilectores Dei; & quærens tanti honoris causam, illam inuenit nimirùm: *Nimis confortatus est Principatus eorum.* Non licet Dei amatorem videre, in quo nõ statim mille munimẽta, mille propugnacula appareant, quibus illius regnum sit prorsus inaccessum inimicis. Aiebat D. Greg hom. 27 in Euang. *Causas tanti honoris nobis insinuare quærens, illico adiunxit. Ni*
D. Greg. *mis confortatus est Principatus eorum. Ecce electi Dei carnẽ domant, spiritum roborãt, dæmonibus imperant, virtutibus coruscant, præsentia despiciunt. Occidi possunt, & flecti nequeunt. Nimis ergò confortatus est Principatus eorũ.* Ecce quot munimẽta, quòt propugnacula firmantur in Dei dilectoribus, quæ sint prorsus inexpugnabilia. Sanè Dei amor in corde hominis materia est, qua possint, & propugnacula, & militaria munimẽta, et muri ædificari firmissimi. Quippè ipse Dauid Psalm.
Psal. 50. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Benignẽ fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hierusalem.* Vide in corde contrito, & humiliato charitatẽ Dei diffusam, & infusam; qua vt se ardere præsensit nobilis peccator, statim petit, vt in anima sua ædificẽtur muri. Et cur nõ ædificẽtur muri à Deo in animo dilectoris sui? Sic Vrbanus 4. Pon. maximus in Metaphrãsi huius *Vrban. 4.* Psalmi: *Charitatẽ, tanquã inexpugnabilia propugnacula, quæ nunquam excidunt, cõstruis, & largiris. Et hic est inexpugnabilis ille murus, quẽ per te ædificari desiderant desideria cordis mei, & clamãt muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potẽtiæ protege nos semper. Et hoc est Domine Deus per necessariũ mihi, vt in me ædifices dictos muros.* Quippè vbi charitas est, materia est, quà muri, & inexpugnabilia propugnacula ædificari petãt, vt qui sancto Dei amore vallatur, nil timeat, sed securus etiã inter cõfertissimos hostes prosiliat. Mirabar aliquando videns Petrum sese fluctibus maris dare, vt videret Iesum existentem in littore: ait enim Ioan. 21. *Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est,* *Ioan. 21.* *tunica succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mari.* Sola tunica succinctus se maris fluctibus committit. Cur nõ magis Petre, times mundi procellas? Cur nõ magis times contrarias mũdialis pelagi potestates? Tete proponis hostilium fluctuum impetibus, & sola tunica præcingeris? Qualis hæc armatura est? Sanè tunica illa signabat amorẽ diuinum, quo Petrus vndiq; vallabatur, tantoq; amoris Dei munimine cinctus, nil timet sese hostilibus incursibus committere. Ex quo monebat D. Laur. Iustin ad triumphali Christi agone cap. 27. aiens: *Tali tunica præcinctus dum fueris, amore ignito in tribulationum vndas ingredi non expauescas, vt ad præceptorem tuum stantem in littore valeas properare. Nequaquã patieris naufragium, charitatis pallio coopertus, aquæ enim multæ non poterunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent illam.* Et quid mali patiatur ille, qui charitatis in Deum incendio flagrat? Nescit charitas nõ omnia vincere à primis incunabulis. De Iacob dicebat Oseas, quòd *ab vtero supplãtanit fratrẽ*: in quo Typum noscens charitatis *Oseas.* D. Paschal. lib. 1. in Matth. ait: *Et inde est,* *Paschas.* *quòd charitas procreata iugiter inardescit, & cõtra omnia carnalia dimicãs vitia supplãtat.* Nihil non vincit, nihil non superat charitas. Meritò Strabon in carmine de Sancto Mammete audiens tyrannum pyram succendi iubẽtem, qua sanctus exureretur, inquit:

Regnare in pectore flammam
Sanctorum ignorans, ignes adhibere caducos.

Non

Non timuit, cùm restingui non ignis ab igne, Sed magis augeri soleat.
Tantùm abest, vt charitas vinci queat, quòd etiam de flammis incremẽtum accipiatur.

§. III.

Vel Dei verbulum in dilectoribus suis penè inamissibilem gratiam causat.

FElices vos, ò dilectores Dei, quibus non solum præcepta, sed & quicumque alij sermones Dei, & cordi sunt, & penè inamissibilem operantur gratiam. Sic enim ait Dominus: Qui diligit me, sermonem meum seruabit, non solum præceptum seruabit, sed & ipsum simplicem sermonem. Quid tunc? *Et Pater meus diliget eum, et ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus.* Ecce quantam gratiam afferat dilectoribus suis Dei sermo; afferet illis non quamcumque gratiam, sed gratiam permanentem, & penè inamissibilẽ, dum ait: mansionem apud eum faciemus. Sic valent apud dilectores Dei diuini sermones, vt vel verbulũ Dei in illis gratiã penè inamissibilem causet. Notissimæ sunt duæ illæ fœminæ in cuius castellum Iesus intrauit Luc. 10. de altera dicitur: *Maria sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* Verba vtiq; à diuino venientia ore excipiebat hæc notissima Dei amatrix in corde suo. Et quali id faciebat fructu? Ait Dominus: *Maria optimã partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea.* Quã partem adeò inamissibilem elegit fælix hæc mulier? Verba solum audit, & in audiendis verbis diuinis tanta diuinorum bonorum pars hæreditatur, quæ nũquam auferatur? Equidem in Dei dilectoribus hoc possunt efficere, vel Dei verbula: illis valent penè inamissibilem diuinorum bonorum partem cõmunicare. Accipite D. Machariũ hom. 12. fantem: *Mariæ siquidem, quæ illum diligebat, & sedebat ad pedes eius non simpliciter adhæsit Deus: sed virtutẽ quandã secretã, è sua ipsius substãtia contulit ei. Nã sermones quibus Deus quiete Mariam alloquebatur, spiritus erãt, & virtus quædam, penetrabantque cor huiusmodi verba, crescebatque diuina virtus in corde ipsius. Necessario enim virtus illa inquẽcumq; se effuderit, firma permanet, tanquã possessio, quæ auferri non potest.* Hæc ille, quibus agnoscit per Dei verba communicari Dei dilectoribus quãdam diuinitatis portionem, hoc est, quandam gratiam, quæ permanentiam, & inamissibilitatem secum inferat. Hanc ebiberat à Dei verbis virtutẽ maximus ille Dei amator Petrus, quando dicebat Ioan. 6. *Domine ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* Ioan. 6. Ea illi per verbum Dei virtus effundebatur, quæ auferri non valebat, vt D. Laurent. Iustinian. dicat lib. de fasciculo Amoris cap. 2 *Sapientiæ diuini verbi delectabilitate nimia affectus Apostolorũ Princeps, ab eodem, vel modicũ diuelli non patiens, constanter aiebat: Domine ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* Laur. Iust. Sentiebat Christi amator à diuinis verbis in se talem gratiam dilapiam, cuius possessione minimè posset deturbari. De Matre Iesu dicitur Luc. 2. *Cõseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo*: nec miror, quòd in corde tantæ amatricis Dei verba conseruarentur, magis esset inspiratum, si possint dimoueri ab illa. Nunquã enim in terra adeò bona Dei verbum inseritur, sine ingenti fructu. Psal. 36. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplãtabuntur gressus eius.* Psal. 36. Expende totius firmitatis radicem, nimirũ: *Lex Dei eius in corde ipsius.* Ad quæ August. *Et quid illi prodest? Et non supplantabuntur gressus eius. Liberat â laqueo verbũ Dei in corde: liberat â via praua verbum Dei in corde: liberat â lapsu verbum Dei in corde.* Fœlix ille cui cordi est Deus, in hoc Dei verbum prævalet aduersus omnes incursus malos, fere in amissibilem habet, cum Deo familiaritatem. Quàm vim in familiaris Dei collo quijs notans D. Laurent. Iustin. in fasciculo Amoris cap. 6. aiebat: *Omne tempus, quo cum hominibus habitauit, ideò familiaris exiit, vt qui ab initio fuere cum illo, ab eodem, vel modicum diuelli non possent.* Laur. Iust. Sic familiares Iesu, eius colloquijs rapiebantur, sic firmabantur, vt ab eo, vel ad modicum diuelli non possent.

§. IIII.

Ea in animis nostris ex amore mansio componitur Deo, vt in illa videatur iuuenescere Deus.

QValem mansionem facit Deus in pectore diligentium se? Seù qualem pyram sibi struit in pectore flammis diuini amoris æstuanti? Ego mansionem hanc Dei in pectore amatoris sui sepulchrum crediderim, imò magis crediderim pyram non absimilem illi, quàm Phœnix sibi facit, vt renouata repueraſcat. Aiebat Iob 29. *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies meos.* Iob 29.

meos. Alij legunt, *& sicut Phœnix multiplicabo dies meos.* Phœnix ex aromatibus sibi pyram constituit, qua incensa, inter flammas decumbit, ex quibus renouata iuuenescit. Sic boni viri, & benefici, quamuis senio videantur cõfecti, in cordibus amicorum, & diligẽtium perpetua se iuuentute renouãt. Sic Deus Optim. Max. & quo ad nos senio conficitur, & iuuenescit. Vis videre senescẽtem Dominum? Vide eum Cant. 2. clamantem. *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Ecce tibi caput Dei albẽtem, sed albentem ex nocturna pruina: vidi sæpe hyemis matutinis agricolas in ciuitatẽ venire, sic ex pruina albicantes in barba, vt putares senio cõfectos homines. Ast totũ illud senium, vt potè à frigore ortum, ad radios euanet Solis. Sic Deus noster instar senis albicat in capite, sed albicat ex gelido rore, ex pruina, ex frigore charitatis deficiẽtis in corde hominũ; ita D. Aug. tract. 12. in Ioann. *Caput repletum est rore, quia abundãte iniquitate, refrigescit charitas multorũ: ros vero, & gutta hi sunt, qui refrigescunt, & faciũt refrigescere caput Christi, hoc est, vt nõ ametur Deus.* Ecce tibi senilis albedo in Christi capite non nisi à frigore, à refrigescente charitate in cordibus hominũ. Ardeat charitas, sint hominum pectora charitatis flammis ardentia, inter eas flammas decumbit Deus, & decumbit vt Phœnix, vt deposito senio iuuenescat. Iam amatoris Dei pectus mansionem Deo præbet, seu si mauis, sepulchrum aromatibus charitatis ardentibus prębet, quo sese Deus instar Phœnicis renouet. Apud Genes. 50. postquam Ioseph vidit mortuum parentem, *præcepit seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem.* Cur tãta cura præcipitur à filio senem patrem cõdi, & sepeliri cum aromatibus? Possit aliquis ibi aliquid prænoscere de Patre summo Deo, qui à filio in pectoribus diligentium, cum ardentibus charitatis aromatibus instar Phænicis conditur, vt inde quasi iuuenescat. Rem trahit in locum pręsentem Drogo Hostiensis, serm. de Sacram. Pass. Christi, fatus: *Quid est, quod Iacob grandæuus, maiori quam cæteri ambitione, & gloria, & suauitate, à filio sepelitur? Per Iacob grandæuus perfecta charitas exprimitur, in qua pater à filio; imo cum filio sepelitur, dicente ipso: si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hæc est illa gloriosa, & suauis sepultura Patris antiqui dierum.* Sed sepultura, qua antiquitas dierum aboletur, totumque, quod senium sonat, deponitur, & inter suaue olentes charitatis flammas, quasi iuuenis ostẽsa inuẽta appareat Deus, vt dicat Psalm. 12. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedit de thalamo suo.* Vbi enim inter radios amantiũ Dominus apparet, nihil in illo est, quod nõ præseferat iuuentutem. Fallar nisi huc respexit Origen. hom. de Maria Magdalena, ex cuius charitatis flammis consideratis, monet nos aiens: *Disce à Magdalena quærere Iesum in monumento cordis tui.* Cur non potius thronum, quam monumentum in corde hominum cupit Deo? Sanè in corde diligentium non minus gloriosum est Deo monumentum, quam thronus; imò multo magis gloriosum est monumentum. In throno enim sedit antiquus dierum, vt habes apud Danielem, in capite albicante ostendens frigescentem hominum charitatem; in monumento pectoris, siue cordis, inter flammas amoris decumbens instar Phœnicis æterna quasi iuuentute floridus quo ad nos repuerascebat.

Cant. 2.

August.

Genes. 50.

Drog.

Psalm. 12.

Origen.

Ioann. 14. Qui non diligit me sermones meos, nõ seruat. Et sermonem, quem audistis, non est meus: sed eius, qui misit me Patris.

§. V.

Dei verba in impiorum animis instar vacui soni habentur.

VAcui sunt Dei sermones in his, qui Deũ non diligũt, qui iniquitate, sicut adipe aures obstruunt: quippe vix est signum euidentius, quo ostendatur qualis quis sit, quã verbum Dei eius in auribus sonans. In quo enim Christana est virtus, verba Dei excipiuntur, noscuntur, iuxtaque eorum sensum vita componitur; in quo autẽ non virtus Christiana, sed regnat vitium diabolicum, verba Dei instar vacui, & inutilis excipiuntur soni. Apud Matth. 17. Dum Iesus in monte apparet gloriosus. *Ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audire. Et audientes discipuli ceciderunt in facies suas, & timuerunt valdè.* Sic verè Dei dilectores, discipuli Iesu ad vocem Dei immu-

Matt. 17.

tantur;sic patre clamante filij prosternuntur,& metuunt.Hoc dum meditaris,propo
Ioann. 12. ne tibi ob oculos,id quod accidit Ioan.12. orante Iesu:*Venit vox de cœlo,& clarificaui, & iterum clarificabo.Turba ergò quæ stabat, & audiebat,dicebat tonitruum factũ esse.*Hic vox Dei reputatur tonitruum, ibi vox Patris,& audito tonitruo non immutãtur populares,& audita voce immutantur discipuli.Vnde hoc?Vnde hoc?Sanè ex virtutibus animi in discipulis existentibus,in his filialis reuerentia,& humilitas erat ergaDeum, & ideò ad eius vocem mouentur, & Deum verentur.In illis nihil erat reuerentiæ, nihil erat virtutis, sed superbia diabolica erat, qua Dei voces,non voces,sed tonitruum reputantes,nec ad tonitruum mouentur.Pul
Paschas. chrè D.Paschas.libr.8.in Matth.ait: *Quid est,quod ibi tonitruum audiens turba,non cadit?Hic autem audita voce discipuli in faciem cadunt?Nisi quia ibi superbia tumet,hic autẽ humilitas pauet.* Quid regnet in cuiusque mente,optimè monstrant Dei verba, quæ vbi offendunt animum virtutibus ornatũ, in illo riguntur,& ab illo penetrantur,non sic in corde vitijs affecto,à quo minimè percipiuntur diuinæ voces,sed quasi vacui soni reputantur.Loquere ad impios verba diuina;dicent tonitruum sonare: loquere ea ad virtutis studiosos, qui Iesu spiritum habent,eorum sententiam penetrabunt, cui etiam opera conformabunt. Habes etiam
Exod.20. apud Exod.20.*Cunctus populus videbat voces,& lampades*,&c. LegemDominus dictabat in flamma ignis apparens,& cunctus populus lampades videbat,& voces.Quas voces?Augustin.quæst.72.in Exod putat tonitrua,& tubas: putabant enim auditores, & tonitrua,& tubas sonare.Aliter de populo Christiano loquitur Lucas in proœmio
Luc.1. Euangel.fatus:*Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt,& ministri fuerunt sermonis.*Illi voces,& tonitrua percipiũt,quæ fugiant:hi sermonem excipiunt,cuius sententiam calleant,& executioni tradant.Sed illi Iudæi rebelles, hi Christi discipuli: id
Ambros. quod notat D.Ambros.in proœmioD.Lucæ,inquiens:*Populus videbat vocem Domini:in Euangelio autem non vox,sed illud quod præstantius est voce verbum videtur. Nec solũ viderunt,sed etiam ministri,inquit,verbi fuerunt. Intentio visionis,actionis est ministerium.* Qui mundo,& vitijs renuntiarunt in Euangelio,vt Christum sequerentur,hi non solũ voces,non solos sonos,sed & clara,& patentia Dei verba perceperunt,& inde ad opera deuenerunt. Miseri illi,quibus verba Dei, sermones Dei,non sermones, sed aeris percussi sonitus,sed nubium tonitrua videtur. Metuo ne his nulla Dei vox faueat,sed sine voce vlla fauente pereant. Ait enim Psalm. *Psalm* 28.
28.*Vox Domini in magnificentia,vox Domini confringentis cedros.* Expende,quòd vox Domini solùm dicatur esse in magnificentia,in cedrorum confractione, non vox,sed Deus dicitur interesse per illud,*Domini confringentis cedros.*Aiebat D.Basil.ibi:*Sicut in* *Basil.*
magnifica anima fit vox Domini,sic etiã tumere inflatos superbia confringere Deus dicitur. Non illepida fit in his verbis allusio ad discrimẽ diuinæ vocis acceptæ ab hominibus pijs,aut impijs.In illis vox fit humana,significatiua, rationalẽ indicans prolatorem: in his nihil humanũ, nihil rationale sonat, sed quasi sola aeris percussio,& nubiũ rupturæ,quales fiũt in tonitruo.Sic similiter ex parte Dei iustis viris, & magnificis vocem suam dat,melle,& fauo dulciorẽ, superbis, & inflatis,vt qui diuinas non obseruant voces,non dabit voces,sed scissiones,sed confractiones,quibus miserè cõfracti instar proceræ arboris cadentis pereant.Quò respiciebat Sap.cap.4.*Quoniã disrumpet illos inflatos sine voce.* Dignum planè supplicium est illis, qui propter malitiam suam, minimè obseruant Dei sermones,quòd tandem pereant,nulla illis patrocinante voce. *Sap.4.*

§. VI.

Non ex Deo,sed ex affectu nostro nascitur difficultas in virtutis opere.

NOn otiosè vocat Dominus verba virtutum aliquando sermonem suum,& aliquando sermones:cum de dilectoribus suis facit verba,ait quod illi *seruant sermonẽ*:cũ autem de impijs loquitur, dicit ab his non seruari *sermones*.Eadem sunt Dei verba,sed hæc dicta pio homini,& amatori instar simplicissimi sermonis habentur,nec maiorem ingerunt difficultatem, quam si verbulum simplex forent. Verùm vbi mundiali cœno inuolutis hominibus traduntur,eam multitudinem præseferunt præceptorum, quæ vel solo aspectu frangat hominem.Sed cum eadem sunt,vnde fit,quod vel multitudine importabilia appareant,vel simplicitate facilia? Nou id ex Deo,nec ex ipsis præceptis,sed ex nostris affectibus oritur.In nostro affectu est,quod grauia leuia appareant,vel salubria noxia.Quid salubrius mannà cœlesti? De illo tamen dicunt Iudæi Num.21.

Nau-

Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo. Quid durius homini, quàm verbera, car-
Num. 22. ceres, perſecutio? Aiebat Paul. Coloſſ. 1. *Gaudeo in paſſionibus meis, &c.* Vndè in mâ nâ nauſea, & in paſsionibus gaudia? Sanè nec mannâ nauſeam, nec paſsiones gaudia afferre poterant: ſed humani affectus in cauſa erant, quod illi nauſeam crederẽt in cœleſti cibo, hic autem gaudia in ipſis doloribus
Chryſoſt. inueniret D. Chryſoſt. in Pſalm. 111. *Difficultatem non natura præceptorum, ſed multorũ ſolèt ſocordia efficere. Itaque ſi quis ea cum ſtudio, & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea eſſe leuia et facilia. Quando enim manna fruebantur Iudæi, id et ægrè ferebant, et mortem exoptabant. Paulus autem cum fame conflictans, gaudebat, et exiliebat. Illi dicebant: anima noſtra arida eſt in mannâ. Eduxiſti nos, vt interficeres. Paulus autem: Gaudeo in paſsionibus meis, &c.* Ecce tibi prout erat affectus ſuſcipientiũ ſic apparebant res ipſę, quæ excipiebãtur, adeò, vt Pauli guſtus dulcia, & facilia faceret ea, quæ alioquin eſſent duriſſima carni. Et Iudæorum tædiũ inſtar mortis haberet ſalutiferam mannæ eſcã Angelorum manibus fabricatam. Nos ipſi ſi ſapimus, poſſumus amariſſima quæque ſaporare, & in dulcedinem tranſmutare; ſecùs ſi deſipimus, tunc ipſa dulcedo inſipida videbitur, & abominabilis. Congregatione fidelium, quæ eſt Eccleſia dabat Angelus libru
Apoc. 10. comedendum, Apocal. 10. vbi ait: *Accipe librũ, et deuora illum, et faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquã mel.* Expende vbi liber amarus appareat, & vbi appareat dulcis; amarus in vẽtre, dulcis in ore. Cur amarus in ventre? Cur in ore dulcis? In ventre quidẽ humi repentes hominũ mores conſidera, in ore ſapientes, & ſtudioſos virtutis. Hi ſermonibus diuinis inhiant; illi ſola, quæ ventris ſunt, diligunt; hi veluti ſapidiſsimas dapes leges glutiunt: illi amariſſimos ſuccos in præceptis fugiunt. Non lon
Auguſt. gè abeſt D. Auguſt. hom. 8. in Apocal. inquiẽs: *In ore intelliguntur boni, et ſpirituales Chriſtiani, in ventre carnales, et luxurioſi. Inde eſt, quod cũ verbũ Dei prædicatur, tunc ſpiritualibus dulce eſt: carnalibus verò, quorũ ſecundùm Apoſtolum, Deus venter eſt, amarum videtur, et aſperum.* Ex his, qui in nobis ſunt affectus, naſcitur aut amaritudo, aut dulcedo, aut facilitas, aut difficultas in legibus diuinis. Vide Cant. 1. aiebat Dei amatrix: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.* Et cuidẽ
Cant. 1. ca. 4. dicebat ipſe: *Vadam ad montẽ myrrhæ.* Vndè ergò, qui mons myrrhę erat, faſciculus apparuit? Id oſtendit particula illa *mihi*: eſſet mons alijs; verum ſponſę amanti, & cupienti faſciculus videbatur. Pulchrè D. Ber-
Bern. nard ſerm. 43. in Cant. *Non ait tantum, faſciculus myrrhæ dilectus meus, ſed mihi, inquit, quæ diligo, faſciculus eſt. Vnde, & dilectum nominat, monſtrans dilectionis vim omnium amaritudinum ſuperare moleſtiam, quia fortis eſt, vt mors dilectio.* In qua erat ardens erga Ieſum affectio, non poterant etiam montium difficilia in compendia gratiſsima conuerti, & aſpera in vias planas.

Ioann. 14. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. Paracletus autẽ Spiritus Sanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.

§. VII.

Ieſu abiectus conſpectus efficacior ad perſuadendum eſt, quàm ſapientum mundialium decora.

HInc ſuam virtutem Dominus extollit, quòd tam multa, & tam mira locutus fuerit apud homines manens; adhuc infirmus erat, adhuc abiectus, & vilis videbatur, & tamẽ mira loquitur. Et cur mira humilis Ieſus nõ loquatur, quando vel eius infirmitas in perſuadendo vincit vniuerſos ſapientes mundiales? Fœlices illi Magi iubẽtur ab Herode, vt poſt inuentum puerum Ieſum, & adoratum redirent Ieroſolymam renuntiaturi de tanto inuento theſauro. Verũ vbi illi puerum vagientem inueniunt ibi reſpõſum accipiunt, ne ad Herodem redeant. Quid tunc? Hinc vrgebat potentiſsimi regis imperiũ, eiuſdem ſimulatio, & verba hamata, quæ deuinctos traderent, illinc pueri vagientis reſpõſum in ſomnis notificatum: contemnent ſapientiſsimi viri regis verba, vt infantis crepitacillis pareant? Accipite
Imperfect. Imperfectum, hom. 2. in Matth. fantem. *Merito irascebatur Herodes, quia quibus ille ſedens in throno regni, & veſtitus purpura ſuadere non poterat, his Ieſus paruulus, & pannis inuolutus placuit.* Minor eſt regia mundi ſapientia, ſiue aſtutia ad perſuadendum, quàm vel crepitacillus Chriſti infantis. Quid non machinata eſt ſapientia mũ-

dialis;imò,& diabolica, ne Iesus Deus haberetur? Quantis opprobriorum vmbris illius diuinitatis radios curabit obtenebrare?Illum morti dedit,vt appareret mortalis, inter latrones crucifixit,vt peccatorem prędicaret,verùm vbi crucem subijt ipse Iesus pauca verba locutus,sic vicit omnes tenebras,vt suam latroni persuaderet diuinitatem.Pro quo D.Chrysostom.serm.de latrone,ait:*Non illo tempore mortuum aliquē reddidit luci,nec mare à suo tumore compescuit, nec expulit dæmones:sed cruce suspensus,clauis affixus,omnibus subiugatus,dedecoris succumbens infamiæ,insultantium derisione delusus:latronis auersam mentem valuit commutare,vt ex omni per te eius diuinitas sentiretur.* Erubescat sapientia mundialis,vel cum stultitia crucis composita: non Moysis cathedra, non templi candelabrum possent, quod crux Iesu,& mortis vmbra valuit persuadere de eius diuinitate. Hunc efficacissimum oratorem respiciebant verba illa 2. Reg.23.nimirùm:*Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres:ipse est tanquam te nerrimus ligni vermiculus, &c.* Compone ligni vermiculum cum sapientissimo cathedræ sessore:& ligni vermiculus est Iesus dum in cruce apparet vermis, & nō homo, opprobrium factus,& abiectio plebis. Sed in illa sua abiectione,& humilitate degens non inter homines,sed inter latrones,quasi omnium sapientissimus in cathedra sedens mundialium errorum expellebat tenebras, & suæ diuinitatis persuadebat splendores.

Chrysol.

2.Reg.23

§. VIII.

Charitas cordibus hamanis infussa sapientissimas generat de Deo cognitiones.

TVnc Spiritus sanctus diffunditur in cordibus nostris,quando Dei charitas infunditur nobis,hæc enim est singularissima Spiritui sancto appropriata operatio. Sed expendendum venit,quod à Charitate per Spiritum sanctum infusa dicamur doceri omnia.Charitas in voluntate est,scientia in intellectu,quomodo ergo charitas docebit, quando volūtas potius mouetur ab intellectu, quàm ipsa intellectum moueat? Hoc præstantissimum habet Charitas diffusa per Spiritum sanctum in cordibus nostris, quòd ipsa illuminet mentem,nobilesque faciat de Deo,& cōcipi,& parturiri cognitiones.Interrogatus Iesus Matth.22.de primo, & maximo mādato in lege posito,illud notissimum designauit:*Diliges Dominum Deū tuū,ex toto corde tuo,&c.* Et mirabar, quòd ibi mandaretur solùm Dei dilectio,& nulla de Dei cognitione fieret mentio,præsertim cū dicat Ioann.cap.17.*Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solū verū Deum,& quem misisti Iesum Christum.* Cur ergo nihil ibi de cognitione?cur prima dilectio ponitur?Pulchrè D.Chrysostom.hom 26.ex varijs, ait: *Non dixit,cognosces Deum Dominum tuū,sed diliges,quoniam cognoscere verum Deū,perè propinquum est humanæ naturæ:diligere autē cū religiosi cordis est,& recti.Et quicumq; dilexerit Deū ex toto corde,non est possibile vt nō perueniat ad filij eius agnitionem.Ipsa enim dilectio Dei:quæ in eo habetur,illuminat eum.* Ignis est charitas per Spiritum sanctum infusa,lampas est, quæ posita in medio cordis humani totam illuminat mentem,nullamque de Deo,& virtutibus non facit parturire cognitionem.Quò respiciens Ioann.1. epist.2.aiebat primitiuis Christianis:*Vnctionem habetis à Sancto,& nostis omnia.* Ecce tibi in vnctione oleum,in scientia lumē,quibus perficitur Charitatis lampas à Spiritu sancto infusa cordibus nostris; vt dicat D. Laur. Iust.in ligno vitæ ca.6.de Charitate: *Hæc suauissima charitas illuminat,quia lumē est,de quo dicitur:Vnctio eius docet vos de omnibus.* Nec immeritò de Charitatis præcepto aiebat Psal.18.*Præceptum Domini lucidum,illuminans oculos.* Non sinit cœcutire Charitas eos,quos possidet,vt ardet, sic illuminat;nihil de inferorū lumine habet, sed tota cœlestis est,& gloriosa, quæ & calore viget,& Charitate illustrat,vt apertius ad Deum,& virtutem spectantia cognoscantur omnia Monebat Oseas,cap.10. *Seminate vobis in iustitia, metite in ore misericordiæ,innouate vobis nouale.* Quę verba Septuagint.transferunt:*Seminate vobis in iustitia:vindemiate fructum vitæ,illuminate vobis lumen scientiæ.* Expende illud:*Vindemiate vobis fructum vitæ,* nimirùm,charitatem, qua per Spiritum sanctum inebriati Apostoli,reputabantur musto pleni. Et quidem hoc mustum propinat Spiritus sanctus,mustum nimirùm charitatis: Quid tunc? *Illuminate vobis lumen scientiæ.* Ex quo Charitatis mustum in nobis feruere cœpit, iam inde lumen splendet, quod ignorantias, & tenebras expellit,quod homines sapientes efficit. Aiebat D.Laur.Iustin. in fasciculo Amoris cap.6.*Quicumq; ardenter Deum amat,sapit:* Facit amor diuinus in corde ardens

Matt.22.

Ioann.17.

Chrysost.

1.Ioan.2.

Laur.Iust.

Osees 10.

Laur.Iust.

dens sapientes: adeò, vt cœcus ille sit, qui in corde suo hunc ardorem non sentit. Ille Balaam Numer. 24. de se ait: *Dixit Balaam filius Beor, dixit homo, cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est.* Fatetur se intueri visiones Dei, & simul se fatetur obturatos oculos habere, si visiones videt, imò intuetur, qui fieri potest, quòd obturatis sit oculis? Rationem pulchrè reddit Rupert. libr. 2. de Process. Spirit. Sanct. cap. 11. fatus: *Non enim in corde per dilectionem sapiebat ea, quæ Domini sunt, quamuis ore per scientiam proferat ea.* Et si perspicax videaris in diuinorum cognitione, si illa non nascatur à lampade Charitatis, quæ sit in corde, cœcus es, & miserabilis densissimisque tenebris habes obturatos oculos. Præclarè aiebat D. Ioann. 1. epist. 2. *Qui autem odit fratrem suũ: in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quò erat: quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius.* Vna hæc charitatis face extincta in corde, nihil prosunt aliæ sapientiæ mundialis, scientiarum que lumina, cũ his omnibus cœcutibis. Eu quoties vidi sapientiæ lumina ob charitatem extinctam, ob odium fratris conceptum, sic caligare circa notissima, vt nullus cœcus esset maiori caligine obtenebratus. Aiebat Chrysostom. homil. de eruditione disciplinæ. *Qui fratrem suum odit, in tenebris ambulat, ipso scelere obcœcatus. Vadit enim nesciens in gehennam ignis, & præceps fertur ad pœnam separatus à lumine Christi.* Expende maximè illa verba: *Scelera obcœcatus vadit nesciens in gehennam*: & tecũ meditare si quis sit doctus alioquin, qui post longestas contumelias, irrisiones in fratrem, nullum inde se morsum conscientiæ sensisse glorietur. Qualis hic? Si quis alius, euidentissimè scelere obcœcatus vadit nesciens in gehennam. Vidi hominem, qui amici querimoniam de aliquibus hominibus vindicans, in homines insurgit, probris illos, & irrisionibus percutit, & cum alioquin vir esset doctus, & acutus stultissima eruditione vtens illos magis, ac magis vrget: is tamẽ clarè protestabatur se in his nullum vnquam conscientiæ morsum sensisse. Qualis hic vir? Is Chrysostomo est ille, qui scelere obcœcatus vadit nesciens in gehennam.

§. IX.

Post Iesum familiarissimus factus est Deus hominum colloquijs.

SVffecisset, quòd diuinus Spiritus aliquãdo dignaretur loqui ad homines, & non solum loqueretur, sed & suggeret nobis verba, hoc est, ad aurem loqueretur, quasi intime proximus, & familiaris. Minime id assecuti fuerunt antiqui Israelitarum patres, sed post Iesum id habet etiam popularis Christianus. Non enim spectamus Deum à longè loquentem; sed intus experimur suggerentem, quæ nobis sunt necessaria. Exod. 19. populares educti à Moyse: *Steterunt ad radi cos montis. Totus autem mõs Sinai fumabat. eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne: Et sonit' buccina paulatim crescebat, &c.* Notate, quæso, vbi erant populares, & vbi erat Deus, quando lex promulgabatur; Deus erat in cacumine montis, populus autem ad radicẽ montis. Cur non magis Deus populo appropinquabat? Nonne descendebat Dominus, vt loqueretur ad populum, vt verba legis illis faceret? Cur ergo non approximat? Nondum Iesus erat, qui fecit nobis Deum adeò familiarem, vt loqueretur ad aurem. Non longè D. Cyrill. Alexandr. de adorat. in Spiritu, lib. 7. abest fatus. *Intellige Deum, cũ veterem legem prisci illis hominibus ferret, descendisse, nõ vbi populus erat. sed in sublimem locum, & quidem procul: recesserat enim à loge adhuc, cum ille vnigenitus nondum ad nos per carnem accessisset.* Vbi Moyses tantùm erat, vbi Iesus adhuc non erat; loquebatur Deus hominibus leges vitæ, sed loquebatur à longè: post Iesum adeò familiaris fit nobis Deus, vt ad aurem loquatur, vt suggerat necessaria. Hinc aiebat Sponsa, Cant. 2. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorũ: en ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospicions per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi.* Iam non è montiũ cacuminibus sonat vox Dei ad Moysem, audientibus à longè populis, sed postquam Iesus nostris est receptus parietibus, adeò familiaris factus est Deus, vt ipse loquatur in singulis: mihi, ait, loquitur, ad me descendit, & proximus factus dulcissima suggerit. Huc refert non nemo Spiritus sancti aduentũ de quo ait Actor. 2. *Et apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanquã ignis, seditq;*

supra singulos eorum. Expende vbi insideat diuina lingua: an in vertice montis? An in medio sublimis aeris longè populis? Absit: hoc enim fiebat tempore Moysis, dū adhuc legebatur Moyses à sublimi Dei vox sonabat, post Iesum consummatū iā à proximo loco sonat, supra singulos sedet diuina lingua, & auribus suggerit, quod nobis est bonum. Hinc Cæsarius Nazianzeni frater, dialog. 3. discrimen notat inter Ioannem Baptistam, & Euangelistam: *Ille diuinum, & sacrosanctum spiritum in specie colubæ vidit tantùm super Verbum in carne baptizatum: Hic autem in specie linguæ ignis super suū ipsius proprium accepit caput.* Non à sublimi aeris, siue montis audimus Deum, sed diumissimā eius linguam nostris sentimus insidentem auribus. Paul. 1. ad Corinth. 15. de hominibus resurgentibus locutus ait: *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.* Quæ verba meditatus mirabar, quod Deus hominibus adhuc loquatur per tubam; cur, bone, non magis dignaris hominibus approximare? An quia dedignaris nobis ad aurem loqui factus proximus, per tubam loqueris? Absit: imò, vt magis suam familiaritatem, & approximationem ad homines ostendens. Vt dicti sæpe surdos habere quasdam ad aures tubellas, quibus necesse est, quod approximent, & quasi sese illis infundant, qui velint verba facere muris. Tunc tuba non distantiam, sed intimiorem notat approximationem: ita Deus, vt ostendatur, quàm proximus, & familiaris adsit locuturus, dicitur locuturus per tubam. Non aliud voluit Gilli bert. Abb. serm 18. in Cant. fatus: *Nouissima tuba est, quando non iam in pagina, sed in ipsa præsentia innotescit, quando quis efficitur docibilis Dei, quando post Prophetarum sermones nouissimè in se ipso Dei filius Patris verbum loquitur.* Itaque post Iesum sic Deus adest hominibus, vt qui ad aurem loquitur per cubam cum surdis.

Cæsar.

1. Cor. 15.

Gillib.

Ioann. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

§. X.

Cum bonorum mundialiū hæreditate non pax, sed lites relinquuntur.

ILle solus Dominus potuit dicere suis reliquisse pacem, qui illis non mundialia, sed æterna bona prouidit: cum mūdialibus enim bonis nunquam pax, sed lites, sed bella relinquuntur. Quæ bonorum mundialiū hæreditas non tot peperit lites, quot habuit in testamento literas? Quæ non feralissima odia seminauit inter fratres? Vbi mundialia bona omnia diuidenda erant inter paucos fratres filios Noe, statim oriunda bella præcauens lex diuina, it Genes. 9. *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarū, & de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis.* Expende, quam sapienter expresserit id, *& de manu fratris.* Deus bone tàm cito times homini tuo, à manu fratrum eius? Cur id tam cito times? Introducebantur homines in bona omnia mundialia, quę inter se diuiderent, vbi autem bona dantur mundialia, nihil proximius timendum, quā lites, quàm bella, quàm mortes fratrum. D. Ambros. lib. de Noe, cap. 26. ait: *Ideo Dominus fratrem appellauit, & eum, à quo sanguis fratris requiritur, significans magis ab his periculum pertimescendum, qui fraterno iure sibi sociantur. Hinc etenim insidiæ, hinc pericula frequentiora hominibus cōparātur. Fratribus in hæreditatibus diuisione frequenter odia succrescunt. Si fratri amplius collatū fuerit à parētibus, fratres alij indignātur magis, & gratia à parentibus collatam parricidiā auferre conantur. Ista magis bella aspectabilia, bella non cibi tantum, sed singularium donorum.* Ecce tibi, quam inseparabilia sint hostilia bella à mundialibus hæreditatibus: vbi mundialis hæreditas est, nihil ibi fraternum, nihil pacificum mediteris: sed hostiles occursus, sed odia exardescentia, sed insidias neces. De truculentissimo Assiriorum exercitu aduersus Israelem venientē locutus Michæas ait cap. 1. *Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa.* Crudelissimos hostes hæredum nomine insignit, tam propria enim sunt hæredum bella rapinæ, cædes, quàm propria sunt exercituum. Sed cur præcipuè modo hostiles exercitus vocā tur hæredes? Verba dirigebantur ad Maresam, quæ teste D. Hieron. idem sonat ac hæreditas: vbi ergo hæreditas mundialis memoratur, non alij heredes potuerunt effingi, nisi qui crudelissimi essent hostes, qui bello indicto pacem prorsus aligerent. Nō longè abest Rupert. in præsenti fatus: *Quia enim Maresa hæreditas dicitur, aduentum in eam hostiū pro hæredibus appellauit.* Nunquā enim scit hęreditas mundialis non ciere bella, non hostiles incursus parturire, non esse me-

Genes. 9.

Ambros.

Mich. 1.

Rupert.

medijs in periculosissimis pugnis. De eo qui multus est in habendis diuitijs aiebat Ecclesiastes cap.5. *Et quidē omnibus diebus suis in tenebris comedit, & luctu, & iracūdia multa, & languore, & insania.* Quasi hęc sint bonorum temporalium inseparabiles comites, nimirùm, fomenta irarum, & iurgiorum, & litium, ex quo D.Hieronym. ibi monebat: *Lāguor est pessimꝰ pro diuitijs cogitatione torqueri, & perituras opes in tristitia, in gemitu, in indignatione, in litibus casso labore cōquirere.* Quando bona mundialia habētur, sine litibus, sine indignationibus, sine iracūdijs, sine bellis? Apparuit tandem diu expectatus Messias Iesus Filius Dei, in quo nihil non temporale meditati Iudæi apud Matth.21. dicebant intra se: *Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Adhęc verba putāt multi Iesum fuisse cognitum à Iudæis Filium Dei: verùm sapienter Euthimius dicit fuisse cognitū non vt Filium Dei explicite, sed vt Messiam, & regē Israelitis, totius populi hęredem. Quid tunc? Vix in eo temporalem hæreditatem auspicantur, & ecce bella, ecce odia, ecce neces, venite occidamus eū, & habebimus hæraditatem eius. Euthimius ait: *Non occiderunt eum, tanquam Dei Filium: sed occidērūt tanquam vineæ hæredem, siue tanquam regem Israel. Aspiciētes ad ea, quæ operabatur, miracula, cognouerunt apud semetipsos hunc esse, quem Prophetæ regem Israel annuntiauerant, cōsiliū vero cæperunt, vt eū occiderent, & ita occuparent deinceps eius hæreditatem, hoc est, populū.* Sic tēporalis hæreditas incentiuum odiorum est, & crudelium rixarum causa.

Ecclesiast.5.

Hieron.

Euthim.

§. XI.

Deus homini suo imperturbabilem requiem prouidit, & tranquillitatem.

ECce quid homini suo prouideat Dominus hinc abiturus; pacem prouidit, & tranquillitatem absque vlla perturbatione, ait enim, pacem relinquo vobis, pacem meā do vobis, non turbetur cor vestrum, &c. Et quando Deus in homine suo nō optauit pacificam requiem, & imperturbabilem tranquillitatem? Post perfectam orbis operationem die sexto condidit hominem, & immediatè septimo die requieuit ab omni opere quòd patrarat. Cur statim post hominem in Deo non nisi quies apparet? Cur non magis apparent Dei opera? Cur non magis sese Deus ostendit homini operibus incumbentem, cœlos fabricantem, terras ornantem, animalia producentem? Sanè non prouidebat Deus homini suo negotia mundialia, sed imperturbabilem requiem, & tranquillitatem, & ideò recens creato homini requiescens apparuit, Pulchrè D. Anselm. in cap. 4. epist. ad Rom. ait: *Cur enim diceret post illam diem, in qua homo creatus est, sequenti die requieuit, & ab opere cessauit, nisi per hoc vellet innuere, quoniam illum post cuius creationem requieuit, ad requiem facit?* Hæc propria dos hominis est, hæc propria illius hæreditas à factore suo prouisa, nimirum, & requies, & trāquillitas imperturbabilis, quòd cum hac pace, & tranquillitate opus consenserit, id in suo homine Dominus approbat, reprobat autem quodcumque opus, quo perturbetur pax, & trāquillitas animi. Nonne Martha illa satagebat circa frequēs ministerium? Et hoc Saluatori haud ingratum accidit. Verùm vbi aduersus sororem suam querelas adstruit, sic illi respondet Saluator Luc. 10. *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam portem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Quod placuerat Deo ministerium, incipit non adeò placere, ex quo & dissidium aliquod, & perturbatio cæperunt pullulare; quando Deus in suis perfectam requiem, & imperturbabilē amat tranquillitatem, quæ est pars; & hęreditas à Deo suis appropriata. Hinc D.Thom. in Caten. ex Theophilacto aiebat: *Non ergo Dominus hospitalitatem prohibet, sed plurimorum turbationem, & tumultum, & vide consilium Domini, quòd prius Dominus nihil dixerat Marthæ, sed postquam illa sororem ab auditu studebat auertere, tunc Dominus occasione habita increpauit eā.* Martha placuit obsequio, dū nullā in se turbationē, nec dissidiū à sorore representauit, vbi autem turbatur, vbi dissidet, vbi sororē iudici defert, iam non adeò gratum Deo opus facit, non enim à Deo venit turbatio, & dissidium, sed pax, trāquillitas, gaudiū. Quo spectās D.Iacob. in ep.c.4. ait: *Vnde bella, & lites in vobis? Nōne hinc? Ex cō cupiscentijs vestris, quæ militant in mēbris vestris.* Numquam Deus prouidebat lites, bella, dissidia homini suo, hæc aliūde venerūt; vbi homines cæperunt Deo non militare, eiusque stipendia fastidire, sed proprijs inseruire cupiditatibus, statim pax, & trāquillitas ablata fuit, & introductæ lites, & certamina. Magnus Isaac Genes.27. simplicissimo filio Iacob, nihil non pacificum, & quietū imprecatus est, dū illi benedicit, *ecce oder filij mei sicut odor agri pleni, cui benedi*

Anselm.

Luc.10.

D.Thom.

D.Iacob.

Genes.27.

ait Deus. Quod expressius pacis, & quietis signum, quàm odor agri, quam agricultura? Sic pro pacis commendatione conuertuntur apud Isaiam gladij in aratra, & Isachar, qui requiem amabat, colendis agris se tradidit. Pergit bonus ille Pater benedicturus alteri filio Esau, & ait: *Genes. 27.* *Vines gladio fratri tuo seruies.* Ecce bella, ecce lites; cur Esau in gladio in bello, in litibus substantia paratur? Nõ Deo hic militabat, sed cupiditatibus suis, ex quibus nihil prius exit, quàm bella, quã lites. Pulchrè Rup. apud Lyppom. in Cat. ait: *Rupert.* *Hæc illi extrema benedictio congruit, qui esuriẽ nesciebat gratiæ spiritualis, quippè qui propter vnã escã, primogenita sua vendidit.* In quo non Deus, sed concupiscentia regnabat, necessum erat, quòd bella essent; quòd desidia, quòd fratris odia; hæc suis militibus à concupiscentia parantur; Deus autem suo homini requiem parat, & pacem. Id quod ex Deo sperabat Paul. ad Rom. 6. *Rom. 6.* aiens *Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace.*

Ioann. 14. Audistis, quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrẽ: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis.

§ XII.

Magni alicuius operis nouitate ne quos offendas, illam emollire cura præmissa fama, cuius auditu se homines assuescant.

NOn semel fecit Deus inter discipulos discessum suum ex auditu; mò sæpe de morte, de toto crucis mysterio verba fecerat, vt assueti discipuli auditu eius, non adeò exhorrerent nouitatem rei, cum appareret. Hoc sit singulare principibus cõsiliũ; nihil nouum, & in auditum populo producant; verum siquid magnum efficiendũ est, famam, rumoremque rei præmittant, qua assueti populares, facilius postea rem excipiant. Sic Deus opt. maximus vbi filiũ suũ introduxit in mundũ, ingensque illud opus executioni mandauit, præmisit semel, & bis Angelum suum nomine Gabrielis insignitũ: habes Luc. 1. *Missus est Angelus Gabriel á Deo, &c.* Cur vocabulum Gabrielis præmittitur in Angelo tam noui, inauditique mysterij nuntiatore? Multis Gabriel idem est, ac nobiscum Deus, præmittitur ergo in nomine Angeli, exequendi mysterij fama; vt illa iam voce audita populares assueti, facilius postea rem adeò magnam valerẽt suscipere. Ita D. Proclus hom. de Dom. Nat. inquit: *Et qui quæso Gabriel interpretatum sonat? Audi, & disce; vtiq; idẽ sonat, quod Deus homo, quo dispensationis mysterium facilius persuadeat, rei miraculum nominis ratione anticipat.* Quid pulchrius? In Angeli nomine anticipat famam mysterij nouissimi; vt cum assuescerent aures humanæ hominem Deũ audire, facilius persuaderentur post modũ de re vsa. Hoc audiant, & discant prudentissimi gubernatores, nequid nouum repente, & subito in medium producant: prius quasi vanos rumores rei spargant; iactentur vel nomina in vulgus, nulla enim est res adeò dura popularibus, quæ frequenti non molliatur auditu. Et quidem vel ex hac optimi gubernatoris præstantia cõuincit Tertullianus Marcionem, qui asserebat Christũ nulla antea sui præmissa notitia, neque in lege, neque in Prophetis, neque in signis in mundum introductum fuisse. Sic enim ait ille li. 3. *Subitò filius, subitò missus, subitò Christus. At qui nihil putem à Deo subitũ, quia nihil à Deo non dispositum.* Vanus est qui à Deo summo gubernatore rem aliquam magnã, & insolitam subitò introducendam esse putat. Non is est gubernator Deus, qui amet nouitatibus offendere subditos, sed sic omnia disponit, vt magnorum omnium prius famam inseminet, spargat rumores, quibus emollita nouis plus placeat, cum iam nota mandatur executioni.

Ioann. 14. Iam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquã. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.

§. XIII.

§. XIII.

Hostis antiquus tempus nostræ mortis maximè obseruat. In quo graue certamen manet iustis.

SEse iam Dominus morti traditurus, aduentum notat maligni hostis, cum ait: *Venit Princips mundi huius, &c.* Venit enim semper sæuissimus hic tyrannus, vbi viderit homini appropinquare tempus mortis. Imò quos in vita fortiores inuenit, firmioresque in virtute, illos vehementius impugnat tempore mortis, de corporearum virtũ infirmitate audaciam sumens, nouam in se alit spem victoriæ. Et quis miles nõ in magnas surgit spes, cùm viderit hostiles infirmari imò prorsus corrui muros? Sanè tunc vbi muri corruunt, fortiùs instaurantur certamina penè relicta. Sic etiam huius mundi Princeps tunc confidentius instaurat certamina, cùm cernit corporeas hominum vires in morte corrumpi. Semel, & ter aggressus fuit hic pessimus inuictissimum Iesum in eremo agentem, & quem ter expertus fuit inuictũ, tandem reliquit, sed qualiter reliquit? Reliquit ne Dominum, quasi nunquam ad eius impugnationẽ redditurus? Audite D. Luc. cap. 4. *Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus.* Tres frustra fecit hostis incursus in Iesum, & his tribus peractis frustra incursibus discedit miser, sed discedit vana adhuc spe delusus, sperans tempus aliud, nimirùm, tempus mortis sibi magis idoneum ad victoriam futurum. Aiebat ad hæc D. Athan. orat. de Pass. *Tunc diabolus cum pudore reiectus, obseruandum sibi persuadebat tempus mortis, certus omnino posse se per mortem, qua omnes in seruitutem redegerat, etiam hunc tentationibus subigere. Scriptum est enim apud Lucam, quod cum cõsumasset diabolus omnem tentationem abscessserit ab eo in tempus idoneum.* Oportunatissimum sibi ad instauranda certamina putat diabolus tempus mortis, vbi incipiunt homines corporaliter infirmari, statim accurrit nefariissimus hostis, nec dubitat se posse vincere Iesum, qui captiuus penè iacet sub dominio mortis. Dicebat Dominus in præsenti: *Venit Princeps huius mundi, & in me nõ habet quicquam*: Quæ verba meditatus D. Greg. hom. 39. in Euang. ait: *Vndè curandũ nobis est, & cum magnis quotidie fletibus cogitandum ne quam rabidus, quam terribilis sua in nobis opera requirens in die nostri exitus princeps huius mundi veniat. si enim ad Deum carne morientem venit, & in illo aliquid quæsiit, in quo suum inuenire nihil potuit, quid nos miseri dicturi, quid acturi, qui innumera mala commisimus?* Durissimum viris iustis bellum patiat hostis in vitæ exitu, tunc omnes suas copias, omnes suas adhibet vires quibus suas faciat victorias. Nunquam potentior mihi crede, quam tunc aduenit conflicturus cum homine. De cæteris conflictibus notissimum est illud D. Petri assertum, quod *inimicus diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret:* Venit ad certamen in vita, sed venit vt miles priuatus, venit vt *singularis ferus*, iuxta Psalm. 79. Verũ in mortis tempore non singularis, non priuatus venit sed princeps, ait enim Dominus: *Venit Princeps huius mundi.* Cur in vita venit priuatus, & singularis, in morte venit Princeps? Vt cum potentiori ostendatur tunc temporis esse certamen: dum viuimus cum priuato, & singulari milite confligimus, cum ad mortem accedimus, non priuatum militem, sed Principem cruentissimis cinctũ copijs experimur. Adeò, vt qui vincat iustus, necesse habeat non hostem, sed exercitus validissimos sustinere, percutere. Exeunti ab hac vita iusto dicebat Psaltes. Psalm. 90. iuxta D. Ber. *Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis.* Ecce tibi quot millia hostium insurgant aduersus iustum exeuntem à vita, cum confertissimo, & validissimo exercitu venit tunc Princeps huius mundi: illud certamen tunc iustis viris paratur, quo egeant millenos, & decenos millenos millenos transfigere. Pulchrè D. Bern. serm. 7. in eundem Psalm. inquit: *Eodem sanè tabescentis insaniæ zelo, sed licentia ampliori exeuntibus sanctis adest diabolus. Nullus illis ad cœlum nisi per medios hostium cuneos patet excessus, in itinere medio sunt aggantes, in aere volitant, obsident transitum, obseruant transeuntes. Magni sunt, multi sunt, sed cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* Qualia ò Christiane tibi sunt paranda arma ad tempus illud, in quo necessum est tibi millenos, & decenos millenos hostes transfigere, si transire velis securus? Vtique omnes cadent, si vnus stet Iesus à latere tuo, sic pergit Bern. *Planè ad nihilum deducetur in conspectu eius malignus, sic timẽtes se glorificabit. Præsente te Domine Iesu quantumlibet irruant hostes, imò non irruant, sed ruant, confluant vndique sed vt fluant, & pereant à conspectu Domini, quemadmodum fluit cera à facie ignis.* Sic ille.

Luc. 4.

Athan.

D. Greg.

Psalm. 79.

Psalm. 9.

Bernard.

Bernard.

§. XIV.

Qui Dei amore tenetur, non mortem timet, sed libenter amplexatur.

VT cognoscat mundus, quia diligo Patrem, surgite, eamus hinc; eamus, inquam, in mortem, eamus in crucem patratam. Nullo equidem testimonio euidentiori sese prodere potuisset diuini parentis amor, in Iesu corde existens quam dum non dubitat mortem subire, vt Patrem vadat. Proh diuinæ charitatis validissimus ardor! Foras mittit timores, mortem ampleratur. Adhęc
Bernard. aiebat D. Bern. ser. de vite. *Terreantur licet martyres, rideant feriuntur, & gaudent occidũtur, & ecce triũphant. Quare? Quia morte charitatis intus in corde iam dudum mortui peccatis, mortui mundo, tanquam insensibiles facti, nec minas, nec tormenta, nec mortem scire potuerunt.* In corde tuo ardeat Dei amor, & mortem nihili facis, & nihilominus intrepidè sub vmbra mortis sedes, quàm sub vmbra palmæ. Euanet mors in conspectu Dei
Oseas 13. amatoris. Oseas, enim cap. 13. ait: *Adducet Dominus ventum vrentem de deserto ascẽdentem: & siccabit venas eius.* Cuius? Glossa interlinealis notat, *& siccabit venas mortis.* Quis nõ cupit tali æstu comburi, quo prorsus apparent siccatæ mortis venæ? Nil durum in morte, nihil acerbum apparet, vbi charitatis flammeus æstus intima tenet penetralia pectoris. Dicebat meritò D. Paul-
Ad Phil. 1 ad Philipp. 1. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*: Vbi totus sic Christum amabat, vt Christum pro vita haberet: vbi Christi amor illi vita erat, de cuius flatu respirabat, nihil in morte videbat nisi lucrum, ad illam vt ad lucrum maximum currebat. Et quantum lucrum putaret mortem Christi amator? D. Cyprian. lib. de Mortal. ait. *Lucrum*
Cyprian. *maximum computavs, iam sæculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis, & vitijs carnis obnoxium fieri, exceptum pressuris angentibus, & venenatis diaboli faucibus liberatum ad lætitiam salutis æternæ Christo vocante proficisci.* Ecce tibi Dei amator quot lucra in morte videt; hæc vt cernantur facit flamma amoris, in pectore existẽs, quibus lucris visis, nõ est cur non festinet Dei amator de corporis carcere exire, non est cur non fastidiat omnia, quæ in hac sunt mortali vita spectans
Rom. 8. bona futura. Ad Roman. 8. de Apostolis dicebat ipse Paulus: *Nos ipsi spiritus primitias habentes; & ipsi intra nos gerimus adoptionem filiorũ expectantes redemptionem corporis nostri.* Expende priùs quales se ostẽdant Apostoli, nimirũ, *primitias spiritus habentes*: hoc est iuxta D. Anselm. ibi, *quorum iam spiritus*
Anselm. *tanquam sacrificiũ oblati sunt Deo, & diuino charitatis igne comprehensi.* Ecce tibi illi ipsi qui primo charitatis igne arserunt, qui in corde suo igneis diuini amoris linguis pabula dederunt, nihil prius inde faciunt, quã gemere sub huius caducæ vitæ conditione, & auidè appetere solutionẽ corporis, & hęreditatem vitæ æternæ. Proh felices Dei amatoris gemitus totam consolationẽ in solutione corporis ponẽtes. Pulchrè Richard.
Rich. Vict. Victorin. tractat. de super excellenti baptismo Christi, ait: *Vbi occurrit latitudo charitatis. Tunc primùm proferet gemitum columbæ. Quis est gemitus columbæ? Eu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et, quando veniam & apparebo ante faciẽ Domini? Et, cupio dissolui, & esse cum Christo. Omnis enim anima vulnerata charitate, & amore lãguida, nihil inuenit sub sole, in quo cõsoletur, sola memoria Dei illam delectat, cuius omne desiderium est, vt sit ante Dominum. Coruus verò longè aliũ habet gemitum. Tunc gemit coruus, cum ei desunt cadauera, in quorum fœtore immergat rostrum. Tunc gemit coruus, cum dicitur ei, vt egrediatur de corpore. Tũc clamat, & dicit, nõ hodie, sed cras, non hodie sed cras. Columba non dicit cras, sed hodie cum monetur exire de carcere.* Quid pulchriùs? Piaculum fuisset, vel verbum præterire. Itaque vbi in corde tuo charitas Dei alitur, columba alitur gemebunda quæ gemit sub præsturis huius vitæ, & spectat sola futura, quæ renuit consolari nisi in solutione corporis, qua media euolat ad Christum. Quæ non cunctatur, vbi egrediẽdum à vita mortali est, sed egredi festinat, quæ gratanter excipiat illud Domini, *hodie mecum eris in paradiso*: & audito hodie, non dicit cras. Nescit enim charitatis columbæ procrastinare; qui in se non columbam charitatis, sed coruum concupiscentiæ nutrit hic cunctatur, hic refugit exire de mortali vita, hic multus est in clamando, non hodie, sed cras, non hodie sed cras. Verum qui intus amoris stimulis agitatur, libens mortem operitur, imò libentissime sese offert iaculis lethalibus. Cãticor. 4. ait Dominus: *Cant. 4.*
Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Cur duo vulnera meminit, dum bis repetit, vulnerasti? Nam ex eo quòd amoris vulnus intrinsecus fuit illatum, non potuit non extrinsicis, & lethalibus vulneribus locum dare. Ait D. Ber-
Bern. nard. de vite. *Bis positum est vulnerasti. Vtriusque vulneris ipsa sponsa causa est, ac si dice-*

diceret: Quia zelo amoris tui vulneraſti me, lancea quoque militis vulneratus ſum. Quis enim cor ſuum palo vulnerari permitteret, niſi prius amoris vulnus percepiſſet? Vbi amoris vulnus eſt, & pro gloria habetur vulnerari, occidi. De morte locutus Ieſus Ioann. 17. ait: *Clarifica me tu Pater.* Quæ verba ponderans Chryſoſtom. hom. 5. in Iob, fatur. *Ad crucem duceris cum latronibus maledictam ſufferre mortem, & hæc gloriam appellas? Ita, inquit, pro dilectis ipſe patior, meritòque hæc gloriam exiſtimo.* Sic amor mortem, & appetibilem, & gloriosam facit. Ama, & mori pro dilecto lucrum putabis.

Ioann. 17.

Chryſoſt.

§. XV.

Præceptorum diuinorum contemptus etiã feruidos Dei amatores, & in vitæ exitu remorari ſolet.

SVum ad mortem intrepidum curſum, feſtinatamque moriendi voluntatem ponit Dominus pro teſtimonio dilectionis ſuę erga Deum, & obſeruantiæ præcepti diuini. Ait enim: *Vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio, ſurgite, eamus hinc.* Quaſi in his duobus nitatur intrepidus ad mortem conatus, & in charitate erga Deum, & in præceptorum eius obſeruãtia: & ſolus ille, qui charitate arſit, & perfectiſsima floruit obſeruãtia non habet cur non feſtinet ad mortem, in qua ſperat vitam futuram gloria illuſtrẽ, & immortalitate. Cui autem præceptorum obſeruantia aliquando defuit, & ſi amore diuino flagret, ardentique deſiderio feſtinet ad Deum videndum, vix fieri ſolet, quòd in ipſo exitu vitæ aliquam cunctationẽ non patiatur. In quo magis exarſit, & charitas, & zelus Dei, quàm in Elia? Hic ardentiſsimus Dei amator, poſt mille gemitus, poſt mille ſuſpiria tandem admiſſus eſt ad videndum Deum tranſeuntem per mõtem Oreb, 3 Reg. 19. & qui cupidiſsimus hanc viſionem expectabat, vbi ſenſit iam aduentare Deum; *operuit vultum ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpelunca.* Expende quando vultum pallio operiat, in ipſo articulo diuini tranſitus, quando iam iam Deus poterat videri, tunc refugit viſum; tunc ſeſe operit. Cur vultum quem deſideraueras ò Elia, tũc cum iam potes refugis videre. Vndè tibi accidit hic pudor, quo cunctaris ad Dei facie accedere, quando ipſe præſens te vocat Deus? Sanè, & ſi amabat ardenter, tamen ali quando nõ adeò perfectè obſeruauerat Dei præcepta, quæ imperfectiones tunc illi, & pudorem, & cunctationem, & metum cauſant, cum proximior accedit præſentiæ Dei. Ex quo ſapienter Richard. Victor. citatus à Tymanno in Allegorijs, fatur. *Quid autem eſt, quod vultum ſuum operuit, quando Dominum tranſeuntem habuit, qui in id ipſum ſic ſuſpenſus ſtetit? An fortè ſub dominica præſentia imperfectum ſuum perfectius agnouit, & imperfectionem ſuam videri erubuit? O quàm multi ſunt, qui iam ſe paratos credunt, & tamen ſub ipſo viſitationis ſuæ articulo, ibi trepidant timore, vbi antea non erat timor.* Cui imperfectiones fuerant, cui præceptorum diuinorum contemptus aliquando adhæſerant, & ſi caſtigatis illis, & deploratis perfectè, ardentiſsimo Dei amore exæſtuet, adeò vt cupiat diſſolui, & eſſe cum Chriſto, nihilque ſibi timeat à Deo, dum viuit, ſed inmenſam eius beneficentiam expectãs maiora expectet, tamen ſub ipſo viſitationis ſuæ, ſub ipſo vitæ exitus articulo, vbi penè Dei præſentiam ſentit, iam veretur comparare, & videẽs imperfectum ſuum incipit cunctari, & timere. Malus ne hic timor? Abſit: imò perfectiſsime charitatis comes, & qui mortem faciat tempeſtiuiſsimam. Aiebat Eccleſiaſtes cap. 3. *Tempus naſcendi, & tempus moriendi:* Siue vt legit Nyſſenus: *Tempus pariendi, & tempus moriendi*: Duo hæc coniugens, quaſi mors tempeſtiuitatem ſuam accipiat ex adiuncto partu. Sed qualis partus facit mortẽ tempeſtiuam? Iſaias ait cap. 26. iuxta Septuag. *Propter timorem Domini in vtero accepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.* Cũ nos timor Domini implet, cum Dei timore caſto grauidi ad Deum vrgemur accedere generaturi ſalutem, tunc tempeſtiuiſsimam mortẽ efficimus. Ait enim Nyſſenus hom. 6. ibi. *Intelligere oportet partum tempeſtiuũ, & mortem, quæ eſt in tempore. Mihi videtur partus tempeſtiuus, & non abortiuus, quando vt dicit Iſaias, quiſpiam ex Dei timore conceperit; per animæ in partu dolores ſuam ſalutem genuerit.* Tunc partus tempeſtiuus eſt, & facit mortem tempeſtiuiſsimam, cũ Dei amicus in mortis articulo timore Dei fuerit repletus, ex quo & ſi cum aliquo dolore, tamẽ certiſsimam generabit ſalutem.

Ric. Vict.

Eccleſ. 3.

Iſai. 26.

Nyſſen.

CAPVT XIX.

De Permanẽtia in Christo.

HOC vnum erat Iesu discipulis formidabile, si absente Iesu, & apud Patrem agente, ipse separati essent manſuri à tanto magistro. Quam formidinem pulchro exẽplo Dominus expellit, dum se vitem vocat, & discipulos palmites eiusdem vitis, palmites, inquam, viti diuinæ datos ad producendos fructus. Et quis palmes, dum fructificat, separatur à vite? Hoc curent palmites ne desint ipsi fructibus, & non deerit illis vitis; imò hoc ipsi habebunt ex vite, quòd diutes fructus parturiant. Soli steriles non permittuntur manere in vite, sed sapiẽtis agricolæ falce resecantur ad ignem.

Ioann. 15. Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.

§. I.

Damnabiliter in Christo leuidensia, & vilia cupimus sola bona, quæ vt viliora eò magis contraria veris bonis.

ECce tibi qualia bona parit Iesus assẽclis suis, ditissima, splendidissima, qualia parit vitis ab omnipotẽti agricola fęcundata, & exculta. Hæc in Christo Domino sola quærẽda sunt bona, quæ prætiosa sunt, & plena, & vera, & quæ omnipotẽtis referãt manum agricolæ. Vilia, & leuidẽsia in Christo Domino sola qui querit, insanus est, re⁹ est: Miser ille Achab 3. Reg. 21. sic alebat ad Naboth: *Da mihi vineam tuã, & erit mihi in hortum olerũ.* Quid stultius? Quid insanius? Ditissimam spectabat vineam, plenam vitibus, fœcundis luxuriãtẽ pãpinis, aureis splẽdentem fructibus; & nihil curãs aureos fructus, nec diuites vites, vilia olera amabat ex vinea. Pulchrè D. Ambr. lib. de Nabuthe c. 3. ait: *Hæc igitur erat omnis insania, hic omnis furor, vt spatium vilibus oleribus quæreretur.* Spatium, inquam, vitibus plenum; spatium fœcundæ vitis fructibus aureis diues, quærebatur ad vilia olera ibi serẽda. Id non quæreret nisi insanus, nisi stultus: dum vitem habes Christiane ab omnipotẽti agricola excultam, pete aureos fructus, pete & vera, & solida bona, non in eam insaniam, non in id piaculum incidas, quo in ditissima vite vilia olera solum cupias. Notum illud assertum D. Paul. 1. ad Corinth 3. vbi dicit. *Si quis autẽ super ædificat super fundamentũ hoc aurum, argentũ, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit, dies enim domini declarabit.* Nõ alius, sed ipse Dominus per se declarauit, quantum distet opus aureum, in Christo fundatum, ab opere stipularum vilissimarum. Et qualiter id declarauit? Ait Amos cap. 2. ad Israelitas locutus: *Stridebo super vos, sicut plaustrũ onustum fœno.* Nonne si plaustro sensus esset, aliter strideret in eos, à quibus fœno, stipulisque oneratur, quàm in eos, à quibus oneratur auro, & argento? Sanè vel insensibile plaustrum in auro triũphat, in fœno gemit, sic qui pretiosa, & solida bona in Christo fundas, lætitiam illi præbes, sed dolorem in cutis, qui tantùm vilia in illo quæris. Nõ lõgè abest Ruffinus in præsenti fatus: Si plaustrum onustum haberet discernendi facultatem, videlicet indignantius sine dubio strideret, si vilia quam si pretiosa portaret. Ita ergo sicut Apostolus docet super religionis fundamentum, pro diuersitate meritorum alij aurum, argentum, alij ligna, fœnum stipulam congerunt. *Meritò Dominus noster se sarcinam pronuntiat experiri, eorũ peccata tolerando, in quibus nihil queat de pretiosis studijs reperire, sed qui omnes ad vile fœnũ, quod facile ignibus consumatur, accesserunt.* Sarcina est Deo, & graue pondus, sub quo gemat Deus ipse, si quis pretiosa & solida, & vera bona obliuiscens, solum vilia ista temporibus seruientia, vt fœnum, vt stipulas in Christo Domino requirat. Nec immeritò hoc Deo graue accidit, quãdoquidem quò viliora sunt bona, cò magis nos faciunt vera & solida bona Dei contemnere, & fastidire. Accipite quid acciderit Israelitis Num. 11. nutriebantur à Deo cœlesti pane omnẽ saporum suauitatẽ continente, & inuilomi nus tantum panem contemnũt, & fastidiũt. Vndè tantum panem fastidiunt? Aiunt ipsi: *In mentem nobis veniũt cucumeres, & pepones, porriq; & cepe, & allia. Anima nostra arida est nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Mã.* Itaq; voluit diabolus Israelitas trahere in contentũ Mannæ, & obiecit memorię eorum cucumeres, porros, allia, cur nõ magis obiecit pretiosa regũ obsonia? Cur nõ proposuit delicata, & suauia cibaria? Cur maluit

1. Cor. 3.

Amos 2.

Ruffin.

Num. 11.

3. Reg. 21.

Ambr.

luit vilissima opponere cœlesti cibo? Sanè non quæ pretiosa, sed quæ vilia sunt, generarent Mannæ contemptum, quò enim viliora sunt bona, magis veris, & solidis contrariantur. Ait D. Ephrem de Pœnit. *Alliorum, & cucumerum amorem Diabolus accendit, vt animum impelleret ad panem, quem Deus dederat, condemnandum*: quasi à nullis sic raperetur homo in contemptum, & fastidium cœlestis substãtiæ, vt à vilissimis istis rapitur. Habent vilia omnia vim maximã, qua impellant humanos animos ad pretiosa condemnanda. *Ephrem.*

Ioan. 15. Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

§. II.

Diuinus gladius indè solet suis gloriæ fructus parare, vndè oriebatur sterilitas vitiorum.

DOctus agricola luxuriantes palmites, & steriles non dubitat aciei falcis cõmittere, expertus vulnera illa non obesse, sed prodesse viti, adeò, vt vulneris beneficio, vndè certa visebatur sterilitas, largæ soleant pullulare fructuum diuitiæ. Hæc præstat in vitibus docti agricolæ falx; hæc etiá in animis nostris solet etiam præstare gladius diuinus. Dũ enim electi, qui viti Christo vniti sunt, sterelicentibus vitiorum luxuriunt pampinis; accedit diuinissimi agricolæ falx, de cuius vulnere fructus gloriæ incipiant apparere, vbi solùm visebantur sterilitas, & ignis fructus. Sic semper in electis diuinus gladius facit, vt fructum plus afferant. Isaias cap. 3. *Pro eo, quòd elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant: Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudavit.* Expende illud *decalvabit* ibi notantet dictum, vbi enim fœminæ gloria est, ibi diuinus gladius facit esse in filiabus Sion caluariam. Cur faciet ibi caluariam? Alluſio fit ad mõtem caluariæ, vbi crucis arbor exaltata glorię fructus parturijt immortales. Sic gladius diuinus in filiabus Sion faciet, vt vbi aureis crinibus superbiebant, indè caluariæ locus appareat, qui ingentes etiam fructus gloriæ pariat. Aiebat Drogo Hostien. libr. de Sacram. Pass. fatus: *Decalvabit, inquit, verticẽ filiarum Sion, & faciet ibi caluariæ locum, vt ibi figatur gloriosa Christi crux, vbi sedem sibi superbia locaverat.* Sapientissime novit diuinus agricola suas vites ferire; vulnus imprimit non perdens, sed fœcundãs, vt scissa steriliceẽte materia ignis, locus detur ditissimis vitalis arboris fructibus, & de vulneris beneficio, vbi peccatum regnabat, iam regnet totus Christianæ redemptionis fructus. Novisti auream, argenteam, ferream vè statuam regi Babylonio obiectam Dan. 2. hãc percutit lapis, sine manibus abscissus, nempè Iesus nascens ex virgine. Et quid in illa percussione apparuit? An sola auri, argentique perditio? Absit, imò dum caput aureũ percutitur, statim ibi mons magnus apparere incipit, qui terram fructibus replet, & cœlestia regna donat hominibus. Ait enim textus ibi: *Lapis autem, qui percusserat statuã, factus est mons magnus, & implevit vniversam terrã.* Quid est, quòd vbi percutit lapis, ibi statim sese montem magnum ostendit omnia fructibus replentem? Rem tetigit Theodoretus ibi aiens: *Cum ferreum regnum imbecilliter affectum fuerit, tunc apparebit lapis sine manibus excissus, & in nihilum omnia redigет, regnumq; sempiternum ijs, qui eo digni fuerint, præbebit.* Nescit diuinus agricola inferre vulnera, nisi vt indè oblatæ gloriæ incipiant ostendi fructus: percutit nihil agẽtiũ, nihil fructificantium hominum statuas, cõminuit aureum caput, sed vt indè montem fructiferum, siue magis paradisum statuat in corruptibilibus fructibus fœcundatum. Ecce vobis celestis agricolæ vox aduersus arborem nimia altitudine exaltatam Dan. 4. *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Verũtamen germen radicũ eius in terra sinite.* Et simul scissio arboris mãdatur, & radicis protectio: & qualis radicis mãdatur protectio? Ibi dicitur: *quòd autem præcepit, vt relinqueretur germẽ radicum eius, id est, arboris; regnum tuum tibi manebit, postquam cognoveris potestatem esse cœlestem.* Et permanens regnum, & fructuosa cœlestium cognitio ibi à Deo procurabatur: sed cum simul cum arboris præcisione, posuit in serua ta radice signũ recuperãdi permanentis regni, & adquirẽdæ cognitionis diuinæ? Possint hoc, vt ostenderet diuinus agricola, quid ip

Drogo.

Dan. 2.

Theodor.

Dan. 4.

se intendat in præcisionibus vitium suarũ; non enim scindi mandat vites suas, vt solũ sciſsio fiat, sed vt ablatis sterilibus præstantior indè & diuturnior parturiatur fructus. Fœlix, qui hanc in se sciſsionem, & percussionem experitur; immortales proculdubio habebit fructus; qui autem illam non expertus fuerit, mometaneis forsan viroribus fruẽtur, sed tandem decidet in æternum ignem. Quo circa dicebat D. Cæsarius Arel. hom. 20. *Quomodo qui vitem suam vno anno putare noluerit, ipso anno abundantius exhibebit, & postea sine fructu sterilis remanebit: sic & qui malas cogitationes, & mala desideria nõ tollit de anima sua, videtur afferre fructum de rapinis, & fraudibus in anno vitæ suæ, quo viuit in hoc mundo, sed postea remanebit sterilis in æternum.* Ecce tibi, quæ vicioſæ materiæ succisio in nobis à Deo fit, vtilis est, vt æternus parturiatur fructus: quòd si hæc succisio defit, accidet nobis id, quod accidit vitibus; hæ dum aliquo anno non putantur, & pãpinis, & fructibus illo anno luxuriant, verùm posteà steriles factę deseruiunt igni. Sic qui nullam sciſsionem patiuntur in temporali appetitu, gaudebunt bonis, & voluptatib⁹ paulisper in hac vita: verùm posteà miseri interitum interminabilem incurrent.

D. Cæsar.

§. III.

Etiam sanctiſsimi dũ in hac terra sunt, & sciſsione, & purgatione indigent.

QVi fert fructum, non ideò dicitur exemptus à falce diuinæ agricolæ, sed ait, quòd purgabit eum, vt fructus plus afferat. Nullus enim, dum in hac vita est, tanta pollet sanctitate, & puritate, qua purgatione nõ indigeat. Vocabatur sponsa Cant. 5. vt aperiret dilecto suo stanti ad ostiũ; sed vocãti respondet illa: *Exui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Sed cur timet Dei amatrix inquinare pedes, quibus currat ad excipiendum Deum? In via qua itur, imò qua curritur ad Deum, potest quis inquinari? Dum per hãc terrã currimus, & si ad Deum currimus, nequimus non aspergi aliquo puluere. Aiebat D. Aug. tract. 57. in Ioan. fatus. *O admirabile Sacramentum, ò grande mysterium! Ergo ne timet inquinare pedes veniẽdo ad eum, qui discipulorum pedes lauit? Timet certè, quia per terram venit.* Dum enim in hac terra gradiũtur viri iusti, & si toto conatu ad Deum currant, eas tamen maculas incurrũt, quæ purgationem, & vstionem requirant. Ecclesiastes cap. 8. inquit: *Et & alia vanitas, quæ fit super terram. Sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera fecerint impiorum.* Nequit iustos hoc malum non invadere, dum sunt super terram; nimirùm quòd nonnulla, & si leuia faciant opera impiorum, pro quibus sustineant vstionem, & egeant pati dira. Ad hæc aiebat Chaldæus Paraphrastes: *Vidi in Spiritu Sancto, quia malum accidit iustis in in hoc sæculo, ad remouendum ex eis culpam leuem, vt sit merces eorum integra in sæculo venturo.* Non est iustus, qui in aliquo non offendat, & qui non egeat, & sciſsione, & purgatione aliqua, quam sanè dat Dominus, vel pœnam inspirans voluntariam, vel inferens mala. Id quod notabat Theophilactus in Abrahami verbis dictis ad damnatum diuitem, pro iusto Lazaro Lucæ, 16. Vbi sic: *Memento fili, quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* Notãter dixit, quòd Lazarus recepit mala, & cur dicitur quòd recepit? Ait Theophil. *Recipere de his dicere solemus, qui suscipiunt, quod eis debebatur. Fortasis autem Lazarus vnum, vel duo mala cõmiserat, & propterea dolorem illum sustinens, dignam factis mercedem accepit.* Iustus equidem erat Lazarus, & sicut vitis abundans in lateribus domus diuitis positus, incredibiles animi sui virtutes ostendebat, sed dum adhuc in terra degit, aliquas cõtraxerat maculas, pro quibus dolorum, infirmitatumq; sectiones intulit sapiens agricola, vt ablatis vicioſis in fœcundiores fructus poſset exaltari. Vndè meritò monebat D. Clemens Alex. in Adhortatoria: *Planta cœlestis cũ sit homo, vt cœlestes virtutum fructus ferat, inutiles virtutum stolones pœnitentiæ ferro circũcidat.* Hoc fit studiũ omnibus hominibus, & si iustis: quibus salutare est illud consiliũ D. Bern. ser. 58 in Cant. fantis. *Nobis fratres putationis semper est tempus, sicut semper est opus. Scrutemur vias nostras, & studia nostra, & in eo se quisque iudicet profeciſſe: non cum non inuenerit, quod reprehendat, sed cum quod inuenerit, reprehenderit* In terra nostra fallitur, qui virtutum flores requirit extra tempus putarionis. Ait enim illa Cant. 2. *Iam hiem transijt, imber abijt, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.* Etiam dum absunt scelera, & apparent virtutum flores, quia apparent in terra, non apparent, nisi tempore putationis. Quia etiam floridiſsimi iusti solent egere putatione.

Cant 5.

Auguſt.

Eccleſ. 8.

Chald.

Luc. 16.

Theophil.

Cle. Alex.

D. Bern.

Cant. 2.

Ioann. 15. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic & vos, nisi in me manseritis.

§. IIII.

Qui Christo se perfectè addixit, nullum vltra requirit: qui verò mundo obsequitur numquam non deuoluitur ad Christum.

NOn iam Dominus clamat, venite, seù accedite ad me, sed significantiùs, ait, *manete in me*, is enim est Iesus, in quo profectò manet, nihil vltra requirēs, qui semel illū perfectè habet. Propone tibi vniuersos mūdi Dominos, seù tyrannos, cùm quo illorū homo manet? An cum voluptate? An cum perituris bonis? An cū ambitioso fastu? Absit; cùm nullo horum manet homo, sed nec ad vllius creaturę seruitium ingressus est, in quo sæpiùs non deoluueretur ad Christum. Qui autem Christi obsequio sese dedit, ille solus manet, quem requirat aliū minimè habens. Magi illi Euangelici Iesum regem Iudæorum quærentes in domum Herodis declinarunt, ab Herode regaliter excipiuntur, regaliter tractantur. Quid tunc? Regalibus officijs detinentur, vt ibi maneāt? Minimè: nullis enim officijs adduci potuissent, vt manerent ibi, sed Iesum requirētes abeunt, hoc vnum protestati, nimirùm, quòd redirent. Verùm vbi diuinū Iesum inueniunt in gremio vagientem matris, sic sese illi tradunt, sic illi inhærent, sic in eo manent, vt nullum alium, præter eum meminerint, imò vt ait Matth. cap. 2. responsum à Deo accipiunt, *ne redirent ad Herodem.* Apud Herodem nō manent, Christum requirūt, apud Iesum requirunt neminem alium. Rem ponderans Imperfectus hom. 2. in Matth. ait: *Qui enim relicto Christo vadunt ad Herodē frequēter reuertuntur ad Christum: qui autē relicto Herode ad Christum veniunt toto corde, nūquā revertūtur ad Herodē.* Eù quoties miseri homines, dum mūdo, & cupiditatibus carnalibus obsecuti curis discerpuntur, pristinam cùm Christo quietē memorantur, & Christi bona suis assectis data cogitare coguntur! Quis mundo seruiuit vmquam, qui tyranni dem expertus libertatem seruorum Dei animo non requisiuerit? Nonne mundo, & voluptati seruiētis erat illa vox apud Luc. 16. nimirū: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego hic fame perco?* Sic omnes mundi, volu ptatumque serui, nūquam non deuoluuntur ad Christum. Soli illi, qui ad Christum toto corde veniunt, manēt ibi, numquam alium vltra requirunt. Accipite apud Oseam cap. 2. Israelem à Deo fugientem, sese Dominorum millibus tradentem. Quid indè? *Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & nō inueniet: & dicet. Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat, tunc magis, quā nunc.* Quis apud mundum, quis apud cupiditatum euanidarum tyrannidem hæc non clamet de Deo? Quia benè mihi erat, tunc magis, quàm nunc? Sed vbi dimissis tyrannis his Deo inhæret, pergit Oseas: *Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum.* Apud amatores suos mundiales recordabatur virum suum priorem, nempè Deum: modo in illa die non recordabitur amplius nomina mundialium dominorum, nec illa, vel in ore sumet. Vndè illi adesse poterit tāta obliuio? indigitat textus dicens: vocabit me vir meus, hoc est, habebit sibi promissum sponsum Christum, quem qui habet in eo manet, omneśq; alios penitus obliuiscitur. Theophil. ibi: *Quo modo verò ea nomina exemit, abstulitve? Nimirùm dum iniecit eos in tribulationes, ac calamitates. Et cum Sol iustitiæ Christus effulsit, &c.* Dum alijs seruis, saltem tribulationes, & calamitates indè ortæ te in melioris Domini impellunt memoriā; verùm dū te Christo addicis, eiusque lux tua incipit peruadere præcordia; cæteros omnes obliuiscēris, in hoc vno manens penè inseparabilis, & immobilis. Sic dicebat ipse Oseæ. 2. *Despondabo te mihi in sempiternum.*

Matth. 2.

Imperfect.

Luc. 16.

Oseæ.

Oseæ.

Theophil.

Oseæ.

§ V.

Qui circa animarum salutem fructum facere cupit, nec ad momentum sustineat separari à Domino.

HVc spectent, qui fructuosè cupiunt animarum negotiare salutem; & sit in primis

mis hæreant Deo, à quo nec minimam separationem sustineat. Non fructificat palmes separatus à vite, ne animarum curator vllũ fructum percipiat, si vel ad momentum admittat à Iesu separationem. Longum fecerat Dominus ad discipulos suos sermonem, illis vias certissimas salutis demonstrans, & post finitum sermonem immediatè cõfugit ad orationem. Ait enim Ioann. cap. 6. *Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlũ dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Continuò post finitum sermonem ad patrẽ confugit, cur non vel paulisper sub sistit? Vt doceat fructuosos sermones circa animarũ salutem ab eo venire, qui nec ad momentũ sustinet videri separatũ à Domino. Id quòd ponderans D. Cyril. Alex. lib. 11. in Ioann. cap. 14. ait. *Cum quasi viaticum ad salutem veritatem dogmatis Apostolis suis Christus tradiderit, continuo ab hac collocutione in orandi habitum se conuertit. Nec vllum tempus inter sermonem ad discipulos, & Deum patrem interuenire passus est. præcipuè viuendi disciplinæ regulam se nobis in hoc etiam constituens.* Expendenda illa verba, nimirùm, *nec vllum tempus inter sermonem ad discipulos, & Deũ patrem interuenire passus est.* Sic amat, cùm Deo esse fructuosus animarum curator, vt nec minimam moram sustineat, quin sese ad Deum recipiat, & illi adhæreat. Sic prædicatores suos monebat Dominus Cant. 2. *Surge amica mea speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi vocem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Iubentur surgere, & venire in prædicationis exercitium, vt populis veritatem annuntient, vt animabus trahendis dẽt operam, sed qualiter in tantùm opus venient? Illis explicat: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Vt columba petræ foraminibus inclusa apparet, gemitus edit: sic concionator Christi Domini in clusus vulneribus, nec ad momentum indè exeat; quòd si muneris necessitate compulsus egrediatur ad proximos, sic egrediatur, vt nullum tempus intercedere patiatur inter sermonem ad proximos, & reuersionem ad Deum. Coruus egressus ab arca Gene. 8. *Non reuertebatur*; at columba statim reuersa est virentem oliuæ ramum in ore deferens. Sic multi prædicatores egrediuntur à diuinæ petræ foraminibus, hoc est, à meditatione vulneris Christi; & sese inuandis proximis ardenter dedunt, at morticinijs immorati, non reuertuntur, sed instar corui mundialibus inhærent æscis. Ad præstantiores alij, de columbæ more egrediuntur, & cùm magna spe fructuum, tàm celeriter reuertuntur, vt nullum tempus patiantur intercedere inter sermonem ad proximos, & reuersionem ad Deum, adeò vt semper videantur esse in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Fallar nisi hoc respiciebat Dominus Ioan. 1. aiens: *Videbitis cœlum apertũ, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.* Meritò operarios, negociatores sq; salutis humanæ Angelos vocat, vt notat D. Augustin & eos Angelos, qui siue instar Pauli ascendant vsque ad tertium cœlum, siue descendant vsque ad proximos nutriendos, nunquam à Christo, vel ad momẽtum descedunt. Imò ascensus, & descensus suos ordinant supra filium hominis; hoc est, semper Christo inhærentes, de cuius virtute habent, quòd fructus metant.

D. Cyril. Ioan. 6. Gen. 8. Cant. 2. Ioann. 1.

Ioann. 15. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ, quia sine me nihil potestis facere.

§. VI.

Quidquid est Iesus, hoc facit, quod sint illi, quibus adhæret.

NObilis vitis Iesus, vbi sibi discipulos adiungit, statim illos palmites facit: palmes enim, & vitis eiusdẽ sunt naturæ, eiusdemque substãtiæ. Felix es, cui Iesus adhæret, statim faciet, quòd sis, quicquid ipse est. De Iesu aiebat sponsa Cant. 5. *Caput eius aurum optimum.* Miraris? At vt mirere magis, conuerte etiam oculos ad ferculum gestatoriũ, a tanto hoc rege elaboratum. Eius columnæ argento radiant, ascensus ex purpura ornatur, se & *reclinatorium fecit aureum.* Cant. 2. Cur reclinatorium aureum? An pretiosius esse debet, quòd manet semper occultum? Reclinatorium semper operitur maiestate sedentis, aut iacentis; glorioſius esset ferculum, si columnæ potius auro radiassent, cur quando columnæ argento nitent, reclinatorium fulgurat auro? Non erat reclinatorium aureum, sed vbi veri Salomonis aureum caput, reclinatorium tetigit, non potuit, non & reclinatorium fieri aureum. Do huius excogitationis authorem Gillib. Abb. serm. 18. in Cant. fantem. *Similem tibi reddis,* Cant. 5. Gill. Ab.

dis, Iesu bone, si quē irradias. Similes, inquit, ei erimus, cùm apparuerit. Motes quos tali radio tungis non fumigant, sed fulgurant. Aurei fiunt, tuū quibus aurum refulget. Caput tuum aurum optimum reclinatoriū aureum nō inuenit, sed reddit, vbi se reclinat. Sanè accepit penè fidem prisca de Mida rege fabula; ille in suæ auaritiæ damnationē aurum reddebat, quidquid tangebat, aureus Iesus meus, quidquid tangit, quidquid sibi adiungit, aureū facit. Sic sibi similes reddit, quibuscumque cōmunicatur. Adhęc Psal. 140. ait: *Absorti sunt iuncti petræ iudices eorū.* Petra autē erat Christus, cui qui adiū gitur, in eius statim similitudinem riget. Habet hoc natura diuina, vt sibi adiunctas absorbeat naturas, sibique reddat similimas. Aiebat Apost. 1. ad Corinth. 6. *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cū eo.* Ecce tibi modo fiūt spiritus, qui Deo adhærent, paulò ante fiebant petræ. Et petra nihil est materialius, spiritu nihil est subtilius: vndè tàm diuersas, imò cōtrarias proprietates subimus? Ex coniunctione cum Deo, qui vbi spiritus, & lapis est, sic sibi adiunctos, & lapides facit, & spiritus: Spiritus, qui materialia despiciant; lapides, qui infirmitudinem & soliditatem facti, viui ædificentur in cœlestia ædificia. Non lōgè abest D. Ber. ser. 8. in Psalm. Qui habitat, vbi inquit: *Qui adhæret Deo, Apostolus ait, vnus spiritus est, qui & petræ iungitur, lapis vnus. Ita ergò absorti sunt iuncti petræ iudices eorum. O familiaritatis gratiam. O honoris culmen, ò fiduciæ priuilegium, ò prærogatiuam securitatis perfectæ.* Magna equidem prærogatiua est accedentium ad Christum, quòd vbi se nobilissimæ viti inseruerint, & palmites fient pleni, & diuites fructibus: vbi aureum eius caput tetigerint: regalem in se propaginem ostendent ab incus in aureis fimbris: vbi de eius afflentur spiritu, sic carni renuntiant, quasi Angelicis sint socij additi spiritibus: vbi petræ diuinissimæ adhæreant, sic lapidascant, & solidentur, vt velut lapides viui possint summi in ædificia diuina.

Psal. 140.

1. Cor. 6.

D. Bern.

§. VII.

Vera animæ virtus præ omnibus alijs æstimanda est.

EXpēde quibus comparet Dominus iustos suos, nimirum palmitibus vitis; ait enim: *vos palmites.* Cur non magis dicit, vos cedri, seù vos palmæ? Nonne cedrus, & palma, & pulchriores, & nobiliores palmite sunt? At virtute vincuntur cedri, & palmæ à palmite, & quia virtute vincuntur, raræ, & in solitarijs, & desertis montibus inueniuntur arbores illæ; vitis autem vndiq; exquiritur, procuratur, hominū domibus inseritur, ciuitatibus gloriosioribus, & ditioribus proxima fit, nec est diues regnum, in quo vitis in summa æstimatione non fit. Sic qui virtute vincit, & si aliàs contemptibilis appareat, omnia reliqua decora longè superat, & fit hominibus spectabilior, venerabilior. Huc respiciens D. Chrysost. in Psalm. 50. aiebat: *Si ergò videris virum, aut mulierē speciosam, ne admireris: nam & robores arbores, cùm densæ sint folijs, & altitudine excelsæ, attamen non habent fructum hominibus aptū, sed porcis afferunt cibum: vinea autem per terram repens maturum vbarum affert fructum: quid ergò vis vineam habere, an arborem? Puto te vineam eligere magis, quæ lætitia est ad hominū vsus.* Et quando vinea non eligitur, & æstimatur supra omnes arbores, ad delitias, & diuitias? Et non quia in vinea est maior speciositas, aut robur, aut celsitudo, sed quia in rudi, & turpi palmite est maior virtus. Semper enim intima animi virtus spectabilior, & venerabilior est. Hęc nunquam non manet, nunquam non fructificat, cætera omnia miserabiliter decidunt, & arescūt. Vide apud Danielem cap. 4. regiam arborem, & ecce. *Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens cœlum: folia eius pulcherrima, fructus eius nimius.* Quis non miretur tantam arborem? Quis illam non amet? Sed accipè, quid illi eueniat: *Ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborē, & præcedite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* Quibus positis ad humiles vites veniamus, de quibus locutus Dominus Ioann. 15. ait. *Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructū plus afferat.* Componite modo, & arborem illam Danielis, & hos Christi palmites: arbor magna, & fortis folijs pulchra, fructibus diues; palmes humi repēs, debilis, deformis, & nihilominus fructuosus. Ad arborem, & ad palmitem accedit diuinus culto; & arborem, & palmitem succidere, & putare gaudet, ait enim: *Succidite arborem, & præcidite ramos*, de palmite autem fructuoso, ait, *purgabit eum*: hunc putat, & illam succidit, vtrique falcem adhibet, sed longè vtriusque diuerso affectu. Post præcisionè arboris, sequitur perditio fructuum, & ruina, dicitur enim statim: *excutite folia eius, & dispergite fructus*; verū post putationē palmitis, fructū

Chrysost.

Dan. 4.

Ioan. 15.

sequitur multiplicatio, quippè ait, *purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Cur regia arbor ad primùm falcis impetum sic omnia perdit, & foliorum pulchritudinem, & fructuũ abundantiam, quando palmes ex ore falcis fructuosior nascitur? In arbore exprimebantur decora omnia mundialia, diuitiarũ bona, ambitiosæ exaltationes, in vite, & palmite solæ signabantur intimæ virtutes animũ hominis gubernantes. Illa in quouis paruo motu decidunt, disparent; hæ etiam sub gladio augentur, & fiunt etiam hostibus venerãbiles, & amabiles. Aiebat Iosephus apud Ægesippum lib. 3. de excidio Hierosol. cap. 17. rationem reddens, cur ipse placeret Romanis: *Et in hoste virtutem mirantur. Tanta est enim virtutis gratia, vt frequenter etiam hostem delectet.* Vna virtus animi & si obscura, & si contẽptibili sub habitu, est quæ præualet, & æstimatur, cætera omnia bona, & decora facili negotio ex sufflantur. Quid pulchrius, imò quid venerabilius, quàm tẽplum Hierosolimitanum? Id propter artificium admirandum, propter aurum ditissimum, propter frequentiam famosum, tandem à Romanis incensum arsit, in cineres, fauillasq; conuersum est. At Dan. 3. tres pueri Hebræi dati flammis, nullo modo cõsummi valuerunt, imò ex flammis pulchriores, & regi venabiliores exierunt. Cur pueri cũ lucro exeunt, & templum perit in flammis? Rup. de Vict. verbi lib. 6. cap. 25. ait: *Erudiendus erat mundus, quòd Deus excelsus non pulchris lapidibus, aureis vt parietibus templi manu facti delectatur, sed fidei claritate, & mundis cordis, & ille est ei optabilis locus.* Nõ mundialia bona, sed sola virtus animi est, quæ æstimatur à Deo, & quæ etiam apud homines sui æstimationem facit, & suam ostendit firmitatem. Prouerb. 11. ait: *Vbi nõ est gubernator, populus corruet*: quæ non intelligenda sunt de gubernatore externo, videlicet, vrbis magistratu, sed de intima virtute, & prudentia animi, quæ sola stabilitatem omnium causat, & sine qua, cætera omnia bona mũdialia corruent. Id clarius insinuant Septuag. ibi: *Vbi non est gubernatio, cadunt sicut folia.* Sunt cætera bona splendentia sicut folia, quæ sponte decidunt; sola virtus animi instar palmitis est, qui succo ex vera vite Christo suscepto, viuit, & etiam ex falcis ore plus fructuum affert.

Ioseph.

Rupert.

Prou. 11.

Septuag.

Ioan. 15. Si quis in me non mãserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

§ VIII.

Solus Deus potens est irã in misericordiam conuertere.

EXpende totam humanę ruinæ causam, in illis verbis positam, nimirùm: *mittetur foras*: ex quo peccator foras mittitur, solam perditionem suam inuenit, solam irã, & damnationem reperit. Indè enim quæcũque peccatori acceſſerint, tollẽt eum, & in ignẽ mittent, & ardet. Nulla ira molliri nouit, nisi ira Dei, cæteri omnes irremisibiliter irascuntur. Deus solus est, qui sciat, mollire iram suam, & eam in misericordiam cõuertere. Habacuc cap. 1. *Et ipse de regibus triumphabit, tyranni ridiculi eius erũt: ipse super omnem munitionẽ ridebit, & cõportabit aggerẽ, & capiet eã. Tunc mutabitur spiritus eius, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui.* Hæc vltima paulò aliter legit Theophilactus aiens: *Tunc permutabit spiritum, & pertransiuit, & egredietur, ipsa est fortitudo Deo meo.* Vide imprimis Deum iratũ in impios, classicũ aduersus eos canere, munitiones impugnare, tandẽ miserum capere sub flagello. Quid tunc? Vsque in perpetuũ irascetur Dominus? Absit: imò tunc cum iratus fuerit misericordiæ recordabitur, & cũ in manibus habeat captũ peccatorẽ, permutabit spiritũ, furoris spiritũ dimittet, & spiritũ lenitatis assumet. Ipsa hęc est fortitudo Deo meo; sola Dei fortitudo hæc potest efficere, vt spiritus iracũdiæ commutet in spiritũ mãsuetudinis, & propitiationis. Pulchrè Theophilatus ibi: *Demirare, quomodo quos repulit, rursus suscipit, & propter eos, qui ab extrema malitia retroflectunt, & ad virtutis cacumẽ recurrũt. Non enim humanæ vires talia possunt, cæterũ diuinæ sunt hæc re vera virtutis, & gratiæ, humanã voluntatẽ accipiẽtis. Quoniã talis virtus sic castigãdi, ac rursus miserẽdi, conuertendiq; punitionẽ in oleũ, nemini alij, quã tibi Deo meo cõuenit.* Vnus Deus est, qui iratus misericordiã nõ obliuiscatur: de infinita Dei potestate venit sola, qnòd quẽ hostem infensissimum persecutus est, iam amicum accipiat, & gratum habeat. De hac Dei fortitudine, vt de re insolita, & insperã

Habacuc.

Theophyl.

Theophil.

da

Abacuc. da mirabundus clamat Habacuc cap. 3. *Domine audiui auditionem tuam, & timui, consideraui opera tua, & expaui.* Sed ad quod op⁹ Dei sic expauet, sic miratur, & tremit vates? Iam explicat dicens: *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* Hoc illi adeo nouū, & diuinum videtur, vt totus de illo expaueat.

Chrysol. Quo circa D. Petrus Chrysol. serm. 68. ait. *Auditum timuit, non quia tunc Propheta tantus audierit Dominum, sed quia tunc seruus Dominum suum sibi conuersum reperit, & audiuit in patrem: non quia mundi huius fabricā cōtemplatus expauit, sed quia pietatis erga se considerans tunc opera, admirationis tremore concussus est, & pauore. Adoptatum se tunc obstupuit in filium, quando perdiderat ipsius fiduciam seruitutis.* Non inueniuntur extra Deū hæ iræ, quæ sciant emolliri, & in mansuetudinē cōmutari; in Deo solo habes quòd expaueas, quòd vehementer possis admirari: quē medio in flagello irarum suarū, vel gemitu experieris mutatum in verum patrē. Id alijs, quàm Deo minimè conuenit: vndè

Psal. 57. aiebat Psalm. 57. de ira creata: *Furor illis secundum similitudinem serpentis; sicut aspidis surdæ obturantis aures suas. Quæ nō exaudiet vocem incantātium, venefici incantantis sapiēter.* Nescit vllo carmine sopiri furor creat⁹, instar aspidis est obturantis aures suas, nec non instar serpentis. De serpente ait Euthimius in præsenti: *Dū in aliquem cœperit furere, nunquam iram, aut furorem deponit, donec venenū intulerit, aut rabiē mors ademerit.* Sic creatus furor, sic ira, quæ non à Deo nulla vi humana, nec creata nouit flecti, sed vsq; in extremam vindictā & perniciem procedit. Solus Deus potest emolliri, semel iratus, & à solo Deo venit, quòd iræ hominum emolliri queant, ita vt saluti subseruiant.

Ioann. 15. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

§. IX.

Ille securus fructuosam orationem facit, qui secum Iesum habet.

VT cùm effectu, quis ad Deum oret, hoc debet curare, nimirùm in Iesu manere, eiusq; verba in se seruare, hoc est, Iesum secum habere, quo optimè dispositus est, vt efficacissimam orationē exaret. Aiebat Dauid. 2. Reg. 7. *Inuenit seruus tuus cor suū, vt oraret te oratione hac.* Expēde, quo se ad orationē dispositum fatetur Dauid, quasi alias non oraturus esset, nimirùm, *inuenit seruus tuus cor suum.* Quale cor tuū? An de corde communi hominibus datū à natura fatur? An hoc corde potuit carere aliquādiù. Quale ergò cor dicitur à Dauide inuentum maximè ad orationem efficacem faciendam ne cessarium? Iesus Dauidis filius erat cor eius, sine quo nec posset opare; & hoc vno inuento, & cū Dauide existente efficacissima posset fieri oratio. Ad hæc D. Bern. tractatu de vite ait. *Et ego inueni cor regis, fratris, & amici benigni Iesu. Et nunquid non orabo? Orabo vtiq; Bene ergò mihi. Ego cum Iesu cor meum habeo.* Vbi Iesus cor meum, & vita mea est, vbi Iesum in corde, & pro corde habeo, orabo, & efficacissimè orabo, & quæcumq; necessaria ad salutē ex oratione trahā. Exod. 17. initum fuit prælium à Iosue cum Amalech, interea Moyses eleuatis manibus victoriā suis optinebat, sed quia manus infirmæ erat, anceps erat victoria, iā pro Israele, iā pro Amalech stabat. Quid tūc? *Sumentes igitur lapidē posuerunt subter eū. Aaron autē & Hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte. Et factū est, vt manus ipsius non lebarentur vsq; ad Occasum solis: fugauitque Iosue Amalech.* Chaldæus exprimit magis in rē præsentē: *Fuerūntq; manus Moysi extēsæ in oratione vsq; ad occasum Solis.* Orabat autē Moyses, sed nullo, aut paruo effectu, quia manus eleuatæ infirmitas ancipitē reddebat victoriā; ex quo in lapide sedit, sic orat, vt simul efficaciter victoriā trahat. Qualis hic lapis, qui adeò efficacem orationē nouit parare? Pulchrè Lyppoman⁹ in catena fatur: *Petra, quæ Moysi fatigato supponitur, Christus est. Is nostra firmitudo, & soliditas est, quo confortante omnia possumus.* De Iesu sumenda est omnis orationis nostræ efficacia: adeò vt D. Maxim. ser. 2. de cruce indè putet nasci orationū efficaciā, si vel in corpore Iesu repræsentemus imaginē. Quippè ait: *Tunc enim citiùs nostra exauditur oratio, cū Christum quē mēs loquitur, etiam corpus imitatur.* Vel vmbra in nobis appareat Iesu, & maxima erit in orationibus nostris efficacia: citius exaudietur nostra oratio. Meritò Iacob vbi cū Dei filio cōgressus est, illumq; amplexu cōstrinxit, aiebat. Gen. 32. *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*: nescit enim non percipere, quas cupit, & petit Dei benedictiones, qui Iesum filium Dei secū habet. Fallar nisi hoc adumbrabatur Iosue cap. 15. vbi dicitur Caleb dedisse filiā suam Axam in vxorē Othonieli,

Exod. 17.

D. Bern.

Lyppom.

D. Maxi.

Gen. 32.

nieli; & continuo dicitur: *Qui cum pergerent si nul, suasa est à viro suo, vt peteret à patre suo agrum, suspirauitq; vt sedebat in asino. Cui Caleb. Quid habes, inquit? At illa respondit, da mihi benedictionem: terram australem, & arē tem dedisti mihi, iunge, & irriguam. Dedit itaque Caleb ei irriguum, &c.* Ecce tibi puella vique tunc tacens, iam audet exorare patrē suum, ab illoque benedictionem bonorum petere, sicque petere, vt efficaciter postulata absque vlla dilatione consequi valeat. Vndè hoc puella potuit? Innuit textus aiēs: *suasa à viro suo, vt peteret à patre suo.* Ex quo talem virum ibi copulauit, tàm fortē, qui munitissimam vrbem expugnaret, tàm sapientem, qui Israelem iudicaret, docta est Axa eam orationem instituere, quæ citissimè à patre suo benedictiones postulatas trahat. Quid pulchriùs? Quid nostris animabus intonet suauius? Ex quo vir ille diuinus Iesus, & diues, & sapiens, & fortis animarū sponsus nobis copulatus est; ex quo illum nobiscum habemus, & efficaciter, & cito obtinebimus, quidquid supernæ benedictionis postulauerimus à Patre.

CAPVT XX.

De mutua inter fratres charitate.

HOC Accedit iam sermo Dominicus, vt doceat quales futuri simus erga proximos, inter quos vita elucet Christiana, cum mutua charitas floret. De hac præceptum datum populis merito Iesus suum vocat; in cuius vita, & operibus singulariter effigiatum inuenitur, quidquid spectat ad perfectissimā proximorum dilectionem. Ipse hominum amator nullum discrimen posuit, amicitię, seù inimicitiæ, sed pro omnibus vitam profudit suam; ipse sibi amicos faciens omnes. An spectauit Dominus, vt homines diuinā eligerent amicitiam? Nequaquam; imò & odia, & contemptus, & iniurias, & irrisiones, & lethalia vulnera negligens, indè & amicos sibi assumebat, & erga vniuersos charitatem ostendebat ardentiorem. Hanc ebibant mentem, qui tanti regis amant esse sectatores, inimici nomen ignorent, nec vitæ parcentes, vbi proximorum salus id postulet. Quò non serui, sed & socij, & amici regis summi dicentur, vt qui sciant contemnere, quæ illi contempsit pro proximorum dilectione.

Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos.

§. I.

Quidquid nobis Deus præstat id debemus proximis præstare.

EAm à nobis Deus in proximos exigit dilectionē, quam ipse priùs ad nos habuit; nihil enim ipse nobis vnquam prętiat, quòd non velit à nobis proximis nostris similiter præstari. Apud Luc. cap. 22. dicebat Dominus Petro: *Ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua: sed tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos.* Expende quid se dedisse Dominus Petro asserat, & quid ab illo statim exigat; rogauit pro Petri firmitudine in fide, dedit Petro precibus, & virtute sua, quòd firmus maneret, & statim a Petro simile petit dandum fratribus. Præclarè Theodoretus orat. de Charit ait: *Sicut ego te nō despexi, cū fluctuares, & labares; ita tu sis quoq; sustentaculū fratribus, qui circumgruntur, & id quod es assecutus imperti auxiliū.* Id à te petitur fratribus dari, quòd tu acceptū debes Deo: sustentaculum accepisti à Deo, sustentaculū proximis tuis esto: auxilium recepisti, auxilium imperti. Nil minus in te habeant proximi, quàm tu habes in Deo Paul. ad Colos sens. cap. 3. ait: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatē, humilitatē, modestiam patientiam, importantes inuicē, & donātes vobis metipsis, siquis aduersus aliquē habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.* Meritò repetitur à nobis ad proximos, quidquid Dominus donauit nobis. Quòd expendens D. Ansel. ait: *Sicut Dominus condonauit nobis sine vllo respectu vindictæ sumendæ, ita & vos cōdonate vobis semper ad inuicē omnia. Debetis enim conseruis non negare, quod a bono Domino gaudetis vos percepisse.* Cū hac obligatione Dei bona in te veniūt, vt à te in proximos proficiscātur similia. Nouit hāc donorū diuinorū obligationē ipse filius Dei, homo Deus Iesus: qui vbi à patre accepit esse filium, nil magis studuit in mundo, quā matrem statuere, ex qua omnes homines renascerentur filij Dei. Ait Ioan. 1. *In propria venit & sui*

Luc. 22.

Theophil.

Ad Col. 3.

Ansel.

Ioan. 1.

& sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cur filios Dei fieri voluit? Nonne sufficisset amicos Dei fieri? Cur maluit filios? Non potuit dare, minus quàm ipse acceperat, acceparat esse filium, sic dedit potestatẽ filios Dei fieri. Accipite pulchra D. Leonis verba in rem præsentem data ser. 5. de Nat. vbi sic: *Factus est homo nostri generis, vt nos diuinæ naturæ possimus esse consortes. Originẽ, quàm sumpsit in vtero virginis, possuit in fonte baptismatis. Dedit aquæ, quòd dedit matri: Virtus enim Altissimi, & obumbratio Spiritus Sancti, quæ fecit, vt Maria pareret Saluatorẽ; eadem facit, vt regeneret unda credentem.* Expende ab illis verbis: *Originem, quàm sumpsit in vtero virginis, possuit in fonte, &c.* In nullo parcus extitit Dominus, quòd ipse accepit, possuit commune omnibus, & etiam pretio sanguinis sui mercatus est fontem, ex quo renascerẽtur omnes homines filij Dei, vt ipse natus est Dei filius ex vtero virginali. Non aliter nos debemus diuina dona acceptare, nisi vt similia proximis nostris exhibeamus; quando omnia Dei dona hanc obligationem afferunt. Hinc eleganter D. Chrysost. apud D. Anton. in Melissa cap. 7. ad diuitem hominem fatur: *Quid, cũ pauperes aliquid à te petunt, indignaris? Paterna requirunt, non tua, tibi in manus propter illos tradita sunt, non tecum procreata.* Ideò nudus homo nascitur, omnibusque bonis spoliatus, vt omnia accepta referens Deo, siue temporalia, siue spiritualia; omnia simiiter curet proximis suis præstare.

D. Leo.

Chrysost.

§. II.

Multus est Iesus in dignoscendis operibus Charitatis erga proximos.

SVum vocat Dominus præceptum charitatis mutuæ, vt ostendat, quàm oculatus sit, quot, quantaq; habeat lumina ad dignoscenda opera charitatis, quæ in hominibus circa proximos existant. Quis enim nõ oculatissimus est ad dignoscenda sua, etiam lõgissimè posita? Septem Episcopis Asiæ dũ daret literas Dominus, simul ei eo efformabat habitu, qui responderet, vel Episcoporum virtutibus, vel vitijs. Vbi autem ad illõrum duos accedit, nimirùm ad Episcopum Ephesi, & Episcopum Thyatiræ, sic se affingit cap. 2. Apocal. *Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septẽ Stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.* Item ad alium locutus, ait. *Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe. Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammã ignis.* Alijs alium se effingit, his duobus solum se, vel oculatissimum, vel cinctũ se proponit luminibus. Cùm stellis, cum candelabris, cum lucidissimis oculis conuenit Iesus hos Episcopos, quid erat in illis præcipuũ, ad quod sic oculatum, & illuminatũ se ostẽdit Dominus? Erat equidem in his duobus singulare charitatis negotium erga proximos, circa quos alter intepuerat, vt ostendit illud ibi: *Habeo aduersus te, quòd charitatem tuam primam reliquisti.* Alter adhuc ardens erat, vt ait ibi: *Noui opera tua, & fidem, & charitatem.* Negotium autem charitatis, nũquam non excipit Iesum, & oculatissimum, & plenũ luminibus, vtpotè cui lumina supperant, ad cognoscenda sua etiam in alienissimis. Explico rem pulchris D. Leonis verbis, quibus cæcitatem Iudæorum extollit ser. 5. in Epiphan. inquiens: *Perdiderunt igitur Iudæi successionem regum, placationem hostiarum, locum supplicationum, ordinem sacerdotum, & cum omnia sibi clausa, omnia, experiantur sibi esse finita, non vident ea in Christũ esse translata.* Expende cæcitatem, quòd Iudæi non vident illa quondam sua in Christianis: sacerdotium, templorum religio, maiestas sacrificiorum, ornatissimus Dei cultus olim erat apud Iudæos, modo apud Christianos est, & Iudæi adeo cæci sunt, quòd hæc sua non agnoscant, non videant. Quantæ id cæcitatis est? Quis non prorsus cæcus suis bonis spoliatus illa, vel à longè non agnoscit, sub quouis alio possessore exístat? Nulli non suppetunt mille lumina, quibus recognoscat sua, præcipuè quando illis spoliatus affligitur. Sanè laboriosa omnia charitatis negotia pro fratribus Iesus subijt, putauit sua, & quidquid ad hæc conduxit, suum habuit, modo laboriosa omnia hæc sibi clausa, sibi noscens esse finita, oculatissimus redditur, totusq; impletur luminibus, vt hęc sua in nobis cognoscat, & qualia sint, manifestè videat. Ex quo sapienter aiebat D. Ephrem tractatu de virtutibus, vbi de Charitate: *Beatus ergò, qui charitatem possidet, & cum ea ad Deum tendit, quoniam ipse, quòd suũ est agnoscens, eũ sinu suo excipiet.* Et rursus tractatu de humilitate cõparanda, inquit: *Propterea diligamus inuicẽ fratres, vt cũ viderit Dominus fidem, & omonem ad inuicẽ in nobis lætetur, sicut scriptum est: Lætabitur Dominus in operibus suis.* Et agnoscit Dominus charitatis opera, & lætatur in illis, vtpote, qui lætatur, agnoscens in aliquo sua.

L. Leo.

Ephrem.

§. III.

§. III.

Id singulariter habet suũ quisque, quod Charitatis erga proximos opus est.

IVre suum reputat Dominus præceptum, quod de diligendis proximis tradit; nihil enim tàm nostrum est, quàm quod charitatis opus proximis impendimus. Quod ex charitate in proximum facit quisque, id singulariter suum reputet. Ephesi Angelo dicebat Dominus Apocal. 2. *Habeo aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti.* Vbi argutè in rem præsentem legit Syrus: *Sed habeo contra te propter tuum illud primum, quod reliquisti.* Expende quali paraphrasi explicentur ardentissima opera charitatis, quibus Ephesi Episcopus recès creatus proximorum salutem procurabat. Quippè ardentissimum charitatis opus vocatur *tuum illud primum.* Quòd illud erat? Multas namque virtutes sanctus Episcopus exercuerat, quod ergò illud opus primum fuit? Explicat, cùm addit tuú, per id enim, quod suum singulariter dicitur, manifestè ostenditur fuisse opus insignis erga proximos charitatis. Quis iam graue ducat opus charitatis, quod ex suis nasci, & suũ esse videt? Dixerat aliquando Ioan. 1. epist. 5. de Iesu mandatis: *& mandata eius grauia non sunt:* quod tunc difficilius videtur, cum mandatũ à Iesu accipimus de diligendis proximis, imò de eorum oneribus portandis, vt ait Paul. *alter alterius onera portate.* Si ergò mãdata Iesu de oneribus portandis sunt, vndè non sunt grauia? Meritò non sunt grauia tibi, in quibus quidquid facis tuum est, ex proprijsq; tuis constat. Id quod ponderans D. Ephrẽ ser. de Char. ait. *Quale põdus est, quis vè labor remittere fratri suo offensiones? Leuis sanè, & prorsus nihil, vt & de proprio cõcedere, ac condonare, & si uul quã citissimè iustificari.* Ex duplici capite mollitur præceptum de condonanda iniuria, fratreq; sustinẽdo, nimirùm ex citissima retributione in abolitione peccatorũ; & ex eo quòd talis iniuriarũ condonatio nõ fit de alienis, & de extraneis, sed de proprijs, quia singulariter propria nostra sunt omnia opera charitatis, ergà fratres iuuandos. Abraham Gen. 14. laturus opẽ fratri suo Loth, quale putas sibi agmẽ delegisse? Ait textus: *Quòd cum audisset Abrahã captũ videlicet Loth fratrẽ suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecẽtos, & octo, et persecutus est eos vsq; Dan.* Itaq; non aliũdè milites acquisiuit, sed ex suis sibi agmen fecit, quo fratri præstaret auxiliũ. Sed cur solis suis contentus in difficile certamẽ prosiliuit? Charitatis erga fratres erat opus, in quo nihil non suum videre libuit. Hinc Bachiar. epist. ad Ianuarium fatur: *Ille Princeps patrum, qui primus credidit, & reputatũ est ei ad iustitiam, captum ab hostili legione filium fratris, assumpta vernaculorũ turba, eripuit: quẽ postmodum de Sodomæ plaga, orationis suæ meritis liberauit. Et tu ergò assume vernaculorum turbã, hoc est, opere tuo, non alieno fratri auxilium præsta captiuo.* Nihil nõ tuũ necessariũ habes, vt proximis tuis præbeas auxilium: tua enim sunt omnia, quæ profers, vbi proximis iuuandis incumbis.

Apoc. 2.

Ioã. 1. ep. 1.

Ephrem.

Gen. 14.

Bachiar.

Ioan. 15. Maiorẽ hac dilectione nemo habet, vt animã suã ponat quis pro amicis suis.

§. IIII.

Operis virtuosi præstantia nõ tàm ex alijs, quàm ex eo, quod fiat propter Iesum, desumitur.

ECce dilectionis, imò cuiusque virtutis pretiosissimus valor, quòd fiat pro amicissimo, & summo hominum amatore Iesu; Pro alijs amicis præstantissimũ opus vt facias, sanguinem fundere debes; pro hoc hominum amico Iesu quodlibet opus factũ est præstantissimum, & sanguinem etiam aliàs profusum vincit. In vniuersis martyribus mors celebrari cõsueuit, de qua dicitur, *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius,* quàm adeò gloriosam sibi optauerat malefi cus ille Balaã Num. 23. aiens, *moriatur anima mea morte iustorum.* Verũ in Ioanne Baptista, qui gladio Herodis occubuit, datus in præmium saltatricis puellæ, nõ tàm glorioſa, non tàm celebris inuenitur mors eius, quàm natiuitas. De morte tantùm ait Matth. 14. *Misitq; & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ.* Quid simplicius dici potuit? De natiuitate autẽ dicit Angelus Luc. 1. *Multi in natiuitate gaudebunt, &c.* Cur ergò Ioannis natiuitas glorioſior morte apparuit? Rẽpulchrè attigit D. Ber. ser. 2. in D. Petrũ fatus: *Deniq; in Ioanne solo celebrior est passione natiuitas: qui & si passus pro Christo est, cũ pro iustitia, & veritate occubuit, euidentius tamẽ natus*

Num. 23.

Matt. 14.

Luc. 1.

D. Bern.

natus pro eò est, nimirùm homo missus à Deo, qui in hoc natus est, & ad hoc venit in mundũ, vt perhiberet testimonium veritati. Pro Iesu amico suo expressiùs, & euidẽtiùs nascitur Ioannes, quã occumbit; & ideò, quò expressior est pro Christo Ioannis natiuitas, eò celebrior est, & glorioſior passione ipsa. Præcipua enim Christiani facinoris gloria, & excellentia in eo consistit, quòd fiat pro tanto humani generis amico nempè Christo. Dicebat Dominus Moysi Exod. 25. *Loquere filijs Israel, vt tollas mihi primitias. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Hæc sunt autẽ, quæ accipere debetis. Aurum, & argentũ, & æs, & hyacinthũ, & purpuram coccumq; bis tinctum, & byssum, et pilos caprarũ.* Hæc sunt, quę primitiarũ nomine à Deo pro tabernaculo construendo exigũtur, cũ autẽ hìc primitias vocat, nõ intelligit laboris alicuius primitias, vt sępè aliàs; sed vt notat Abul. & Theodor. quæst. 70. intelligit prima, & præstantissima bonorum omniũ. Quo posito notãdum venit, quòd inter prima, & præstantissima bona, vbi aurum, vbi argentum, vbi purpura numerantur, numerentur etiam caprarum pili. Quid caprarum pili cum argẽto, auro, & purpura? Sanè vbi pili caprarũ pro tabernaculo ędificando offeruntur, hoc est, à corde perfectè respiciente Christũ veniunt, possunt etiam inter præstantissima ferre primas. Vt dicat Rup. lib. 4. de operibus Trinit. cap. 4. *Multo enim ab auro, et argento pili caprarũ in pretio differũt, et tamen sub eodẽ vocabulo primitiarum positi sunt. Nec dubitandũ pilos caprarum interdũ auro, et argẽto, lapidibusq; pretiosis priora fuisse apud cordiũ inspectorem Deum.* Sunt equidem minutissima quæque priora primis, si à perfecto corde Christũ exhalante, pro Christo fiãt. Nec pilus, & si vilissimꝰ est, qui pro Christo stet, qui eo ipso non effulgeat inter præstantissima. Cant. 5. *Coma capitis tui purpura regis vincta canalibus.* Pro coma, est apud Hebræos *Dalath*, quod verbum iuxta Vatablum significat tenuitatem, paupertatem; vt dicat, *Tenuitas, siue paupertas capitis tui purpura regis*, quod tenue, & vile est in Christi sponsa, id purpureo splẽdore fulgẽs mundiales etiam purpuras superat. Sed vndè abiecta, & humilia possunt ad tàm superiorem, & regium decorem peruenire, nisi ex eo quòd regem regum spectent Christũ? Pulchrè atebat Gil. lib. Abb. ser. 18. in Can. *Quid tu illic dicis, humiliationem seruitutem putans? Seruilis non est, quam regalis nobilitat purpura. Humilitas suscepta pro Christo regiã præfert dignitatem.* Nullũ virtutis opus, vbi pro Christo exercetur, regium non est, vilissima quæque, & abiectissima pro Christo decorem præseferunt regalissimum.

Exod. 25.

Rupert.

Cant. 5.

Gil. Abb.

§. V.

Qui mundialia bona contẽnit omnia, iam indè nullum habet inimicum.

INdè extollit Dominus charitatis opus, quòd animam suam ponat quis pro amicis suis, cur etiã non dixit expressius pro inimicis suis? Vbi sic omnia mũdialia bona cõtemnuntur, vt cõtemnatur etiam ipsa vita, nullus indè restat inimicus, vniuersi quasi amici, & fratres respiciũtur. Hinc est, quòd apud Matth. cap. 10. dum mittebat Dominus discipulos suos pro inimicis etiam oraturos, ait: *Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neque virgam.* Primùm omnia mundi bona iubet deponi à suis, postremò etiam iubet deponi virgam? Cur ad extremum reseruatur depositio virgæ? Cur non magis mandatur virga deponi ante aurũ, & alia bona? In virga instrumentum vltionis significatur, quę solet sumi de inimicis, ideò hæc post aurum deponi mandatur, qui post contẽptum mũdialium bonorum, nec instrumentum vltionis seruari potest, nec manet inimicus. Non longè abest D. Amb. lib. de Ioseph cap. 13. inquiens: *Dominus misit discipulos, sine auro, sine argẽto, sine pecunia, sine virga, id est, vt et incẽtiua litis, et instrumenta eriperet vltionis.* Et quidẽ vbi tẽporalia bona à corde fideliũ eripiuntur, & etiam instrumẽta vltionis eripiuntur, nemo enim indè nosci inimicum. Quis vitæ bonis renuntians non habeat, & faciat sibi omnes amicos? Dominus Iesus, qui toties durissimis verbis insecutꝰ fuerat hostes suos Iudæos, vbi posiurus animã accedit ad crucem, statim ait Luc. 23. *Pater ignosce illis*, qua oratione hostes mutauit in amicos. Cur tũc singulariter, quos hostes anteà sanserat, admittit ad amicitiam? Renuntiauerat omnibus vitæ bonis, & moriens renuntiabat vitę, ex quo omnes reputat, quasi amicos. Pulchrè D. Petrus Dam ser. de Sancto Stephano, inquit: *In ligno enim spinis, clauis, lãcea affixus, et crucifixus dissimulat illũ vnicum dolorem, et obliuiscitur mortis vicinæ, nouum introducturus exẽplũ, aperit latitudinẽ charitatis, et apertiori campo terminos tradit a legis amplificat, non iã solèm amicus amicis, sed volunt, nolunt, amicus pariter inimicis.*

Matth. 10.

Ambr.

Pet. Dam.

Pater,

Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Non potuit esse inefficax oratio morientis, vnde, & inimicorum numerositas ad numerũ amicorũ transiuit. Expende ex quo inimicorum numerositas ad numerum amicorũ transiuit, nimirùm, ex quo intonuit oratio morientis: vbi enim sic omnia mundialia despiciuntur, vt etiam renuntiemus vitæ, animamque ponamus, exindè non manet inimicus, sed omnes trãseunt in fratres, & amicos. Raptus Stephanus ab hostibus est, & in cõcilium inimicorum adductus, sic omnia caduca desciscit, vt iam non homo in mundo, sed Angelꝰ videretur in cœlo. Ait enim
Act. 6. Act. 6. *Viderunt faciem eius, quasi faciem Angeli.* Angelus apparebat effectus, qui carnalem vitam ponebat, cui ex mundo nihil aderat, nisi carnifices, nisi vitæ hostes suæ. Quid
Act. 7. interea Stephanus? Ait textus ibi cap. 7. *Qui ait, viri fratres, & patres audite.* Fratres vocat, quos notat carnifices, in cuius manibus positurus adest animam suã. Cur fratres vocas, ò Stephane, quos hostes vides? An ignorans re in eorum manibus positurus animã pro Iesu? Imò quia id non ignorat, ideò fratres vocat, ex quo enim, & bona despicit mundialia, & ponit animam suam, nullum æstimat hostem, sed vniuersos habet fratres, & amicos. D. Nyssenus orat. de Sancto Ste-
Nyssen. phano, ait: *Illi quidem ad eadem spectabant, & iam manus lapidibus armabant, obtutu, anhelatione, dentiũ collisione sauitiam præseferẽtes. Hic verò tanquam fratres aspiciebat, & tanquã fratres salutabat.* Hunc spiritũ fideli viro infundebat bonorum mundialium, vitæque profusio ob oculos posita, quò minus de vita fidebat: eò securius omnes habebat fratres. Propone tibi ob oculos Dauidẽ à domo sua expulsum, in montibus errantem, in speluncis, & cauernis terræ sepultũ, quotidie ad mortẽ petitum. Inter hæc quali animo fuit Dauid affectus erga hostem suum? Equidem dum profugus, dum afflictus, dum in nouaculæ acie quotidie erat, non hostem habebat, nec vocabat, sed Christum Domini, cui nec manus intulit, cùm posset. Tandem accessit ad regni clauum, auro, argentoq; cinctus incepit radiare, aureus in trono apparuit, & ecce tibi à fugitiuo, à penè emortuo vita in hostem non semel exijt, ab aurato nex proficiscitur, quæ perdat fidelem famulũ Vriam. De quo eleganter D. Chrysost. hom. 59. ad Popul. ait:
Chrysos. *Et tunc quidẽ cum in tribulatione esset, & inimicis parcebat, post hæc, nec amicis, nec his, qui nullam intulerant iniuriam.* Sic bonorum tẽporalium nuditas, & vitæ discrimina in hoste amicum faciebant cogitari; verùm aurum, copiaque bonorum etiam familiares, vt hostes tractat.

§. VI.

Vera Charitas semper præferre debet amicos inimicis: domesticos extraneis.

NOn otiosè charitatem commendaturus Dominus, illam nominat, quæ circa amicos est, quasi hæc, vt præstãtissima sit in primis commẽdabilis. Quis hoc nesciat, nimirùm charitatem Christianam primum locum amicis semper dare, & sola ex quadam superabundantia debere procedere ad inimicos, & extraneos. Id quod sapienter animaduertẽs Tertul. lib. 1. aduersus Marc. ait: *Disciplinã diligendi extraneum seù inimi* Tertul.
cum antecessit præceptum diligendi proximũ. Nàm quò magis proximũ diligas, iuberis diligere inimicum. Antecedit autem debita indebitam, vt principalis, vt dignior ministra, & comite sua, id est, indebita. Prior igitur, cùm prima bonitatis sit ratio in rem suam exhiberi ex iustitia; secunda antẽ in alienã ex redundãtia iustitiæ, super Scribarum, & Pharisæorũ, quæ le est secũdam ei rationẽ referri, cui deficit prima? Sanè Marcion effingebat Deum veteris testamenti, sine domesticis, sine amicis, sine cognatis, atque ideò totũ profusum, vt benefaceret sui æmuli, & cõtrarij domesticis. Ex quo sapienter argumentatur Tertul. in illo tali Deo veram charitatem minimè posse existere, cuius prima ratio, & perfectio est, quòd amicis suis, domesticis suis, cognatis suis in primis benefaciat, quod enim bonũ est, in rẽ suam in primis quasi ex iustitia tenetur exhiberi; deindè ex quadam redundãtia iustitiæ debet progredi ad extraneos. Sed hoc secundarium est in charitate vera; quare inscitèr charitas posse esse præsumitur, cùm hoc secundario effectu circa extraneos, & inimicos, nisi primarium habeat, in primis amicis suis beneficiens, eosq; cumulans gratijs. Hinc colliges, quam rude, & inhumanum sit ingenium illorum, qui nihili ducentes amicos, & domesticos suos, vehementer afficiuntur erga extraneos, imò erga hostes. Hoc ingenium sic etiam pungit Tertul. vbi suprà in Deo Marcionis fatus:
Nego rationabilẽ bonitatẽ Dei Marcionis, iã Tertul.
hoc primò, quod in salutẽ processerit hominis alieni. Irrationabiliter, qui nihil pro suis facit, pro alienis se mactat. Quẽ sic monebat Paul. ad Gal. 6. *Operemur quod bonum est in*

omnes,

omnes, maximè verò erga domesticos fidei. Succenset Pharisaicam iustitiam, quæ solũ erga suos erat, sed & docet ordinem charitatis, quæ maximè, & præcipue erga suos debet exhiberi, vt supra aiebat Tertull. dein de ex redundantia in extraneos. Vnde ad hæc dicebat D. Chrysost. ibi: *Iudæis omnia humanitatis officia erant erga contribules, at gratiæ philosophia terram pariter, & mare ab beneficentia mensam inuitat, quamquam erga domesticos copiosiorem exhibet solicitudinem.* Ad extraneos, & inimicos se extendit vera charitas, sed tunc rationabiliter id facit, cũ post domesticos, & amicos, & cognatos. Quem ordinẽ seruans ipse Pal. ad Roman. 9. ait: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ.* Et quidẽ nihil tale dixit pro gentibus, sed cum esset gentium doctor factus, in hoc charitatem suam pertectam ostendit, quod copiosiorẽ exhibet solicitudinẽ pro fratribus. De hoc vide supra cap 7. §. 7.

Chrysost.

Roman. 9.

Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.

§. VII.

Dei amitiam, vt consequaris, proximorum te debes præbere amicum.

DE proximis diligendis præceptum proferens Dominus pretium fraternæ dilectionis statuit diuinam amicitiam; quæ illũ solum excipit, qui nouit proximis suis esse charus. Hinc apud Matth. capit. 5. monet Dominus: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Cur non magis offerat prius munus, & post ea re conciliationem cum fratre faciat? Accipiat Dominus oblationem sibi factam: & deinde remittat offerentem fratri reconciliando. Non id patitur Dominus, nec vllum admittit, in conspectu suo, qui fratribus antea non fuerit amicus. Ad hæc D. Hilar. ibi ait: *Nullam impacifica orationis precem fieri patitur Dominus, sed altario munera offerentis reconciliata humana pace reuerti in diuinam pacem iubet, in Dei charitatem de charitate hominum transituros.* Quid pulchrius? In Dei charitatem, nisi de charitate hominum nõ transitur, nec ad Dei amicitiã accedis, nisi te proximorum tuorum facias amicum. Cũ proximis negotiare, qui velis in Deo grata omnia, & amica inuenire: securè speras à Deo, quæ tu etiam tuis proximis præbere non desistis. Act. 3. Petrus, & Ioannes in tẽplum ibant petituri à Deo misericordiam, petituri laborum suorum progressum; & ecce tibi claudus pauper in limine templi ab illis petit etiam misericordiam: cui illi misericordiam faciunt, pedes restituũt, gressum tribuunt. Et miraris, quòd Apostoli orationem suam differant, vt claudo sanando incumbant, vt pauperis claudi petitioni bus satisfaciant? Nonne satius videretur, quod ipsi in templum intrarent, oratiõnem ad Deum funderent, & inde exeuntes pauperis supplicantis efficerent salutem? Quinimo nullo melius aptabantur Deum deprecaturi, quam prius proximum deprecantem audientes, vt de humana miseratione transirent ad diuinum, & de charitate proximi ad Dei charitatem; nec aliter sinerentur ad Deum accedere, nisi postquã proximo officium exhibuissent. D. Chrysostom. serm. data in verba, ex cap. 3. Sapientiæ tom. 1. ait: *Accedunt Apostoli Dominum deprecaturi, sed preces claudi non poterant aspernari. Præueniuntur precibus preces: rogantem claudum rogaturi ante audiunt, quam precarentur: nec permittit claudus orare illos, quos petit: nisi prius acciperet, quod optauit: vt ante ab eis, quod voluit impetraret, quam ipsi à Domino, quod volebant, expeterent.* Tunc ad Dei gratias securus accedit quis, quando de gratia à se proximo facta accedit: audi Deẽ in fraterna dilectione, & Deum inuenies amicũ, & tuis petitionibus propitium. Pari semper passu, & diuina gratia in nos, & nostra in proximos currunt. Ille dilectus Deo Ioannes Euãgelista, de quo glorioſum illud proferter, c. 21. *Discipulus ille, quem diligebat Iesus*, qualis in proximos extitit? Legite eius epistolas, & fallar, nisi singulæ literæ fraternam dilectionem aspirent: nullus sic in fraternã charitatẽ se ostendit. Sed vnde natum est, quod hic Christi discipulus plus omnibus se ostenderit erga proximos in cũaritare, nisi quia & ipse plus omnibus ostenditur dilectus a Deo ipso? Id quod attigit D. Petr. Dam. ser. 1. de D. Ioan. inquiens: Vnde diuinitus illi cõcessum est, vt tanta cor eius, etiam circa fratres charitatis gratia repleretur, vt sacrosanctũ pectoris eius tẽplũ, velut caminus quidam diuini videretur incendij.

Matth. 5.

Hilar.

Chrysost.

Ioann. 21.

Pet. Dam.

Quod profectò in quibuslibet scripturis eius patenter agnoscitur, in quibus vtique per omnem ferè paginam, quasi per quasdã rimas, Charitatis vapores effundere, Charitatis videretur ardoribus æstuare. *Vt nimirùm plus amaret, qui plus amabatur, & qui primus erat, in redemptoris amore, præcipuus in fraterna fieret charitate.* Nunquam charitas, & amicitia diuina non gaudet hac consorte sua, nimirùm in proximos charitate.

Ioann.15. Iam non dico vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat Dominus eius. Vos autẽ dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

§. VIII.

Charitas in proximos diuina sibi mysteria manifesta experitur.

QVi seruant Dei præcepta de mutua dilectione in eam Dei amicitiam veniũt, qua non dicantur serui, sed inter illos amicos numerentur, quibus omnia Dei pandãtur, & reuelentur mysteria. Quid enim Dei non nouit proximorum amator? De D. Stephano dicitur Actor. 7. *Intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait: Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei.* Actor.7. Dum intendit in cœlum, sic illi omnia aperiuntur, manifestantur, vt nihil sibi celatum inueniat. Sed vnde Stephanus tam potenter intendit in cœlum, vt omnia percalleat? vt nihil non maneat illi manifestum? Id insinuat Textus paulò infra aiens. *Positis autem genibus, clamauit voce magna dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Vbi sic proximos amabat, vt etiam pro persequentibus oraret, ita eius oculorum intentio acuebatur, vt diuina omnia peruaderet. Ad hæc D. Petrus Dam. Dam. sermon. de Sancto Stephano, ait: *Intendit in cœlum, videt iam non cœlum, sed cœlos apertos, videt gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Mouet me hæc intentio, quæ de cordis puritate refusa vim facit cœlis, & ad ipsius diuinitatis consistorium penetrat, & attingit. Cœli aperiuntur, gloria Dei videtur, Iesus conspicitur. Hanc intentionem fecerat dilectio Dei amor proximi.* Quem talis Dei, & proximi tenebat charitas, sic illuminabat, vt & ab illo intima Dei mysteria faceret penetrari. Nihil diuinum non patet ardenti amatori fratrum, quando amor proximi lucerna est, lampas est, qua omnia cœlestia valeas scrutari. Cant. 8. *Fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus amulatio, lãpades eius, lampades ignis, atque flammarum.* Cant.8. Sed qualis flamma exsurgit ex lampade charitatis? Aiunt tres Patres apud Martinum Delrio: *Quæ illustrat in luce veritatis mentem, atque ignorantiæ tenebras discutit.* Mart. Delrio. Suas habet lampades charitas in proximos, imò potius ipsa lucidissima lampas est, quæ omnia Dei secreta patere faciat. Vis nosse Charitatem fraternam esse lampadem? Ad Angelum Ephesi dicit Dominus Apocal. 2. *Prima opera fac. Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Apoc.2. Prima opera, quæ requirebantur in hoc Angelo, erant opera charitatis erga salutem fratrũ, sic enim dicebat paulò ante: *charitatem tuã primam reliquisti.* Sed cur ei, qui charitatem reliquit, dicitur; mouebo cãdelabrum tuũ? Pulchrè satis id dicitur, quia vt extincta, & consumpta lucerna, turpe est, ibi manere cã delabrum; sed inde statim tollitur. Sic qui extinctam habet charitatem in fratres instar fœdi, & vacui candelabri manens, necessum est, vt è medio tollatur. Quis patiatur candelabrum habens in se consumptam lucernã? Meritò aiebat D. Cyprian. de zelo, & liuore: *Quid in zeli tenebras ruis? Quid te nubilo liuoris inuoluis? Quid inuidiæ cæcitate omne pacis, & charitatis lumen extinguis?* Cyprian. Vbi erga fratres charitatem extinctam habes, candelabrum es fœdum, & sine lucerna, sine lampade. Ad hæc monebat D. Ioa. epist. 1. c. 2. *Qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.* 1. Ioan.2. In eo, qui fratrem odit, omnium inscitia, & ignorantia est, & tenebræ, & caligo, & cœcitas, adeò, vt maneat instar candelabri sine lucerna vacui, & extinctæ lucernæ amurca fœdi. Qui autem in pace est, & charitate fratrum lucidas exsurgit in lampades, quibus ad omnia etiam diuina percipienda illuminatur. Id quod ponderat D. Gregor. Nazianz. orat. 1. de Pace, in Angelis, vbi reprobus ille Lucifer discidia inter fratres in cœlestibus seminauit. *Ex Angelis autem eis, qui seditionem concitare ac supra dignitatem suam se se efferre ausus est, dignas* Nazianz.

nàs arrogantia ſua pœnas dedit, lucis loco tenebris mulctatus, aut, vt verius loquar, â ſe ipſo caligo effectus: reliqui vero in ſua dignitate perſtant, quorum primum illud eſt, quod parati ſunt, ac diſsidij expertes, quippè qui â ſancta Trinitate hoc acceperint, vt vnum ſint, quẽadmodum, & ab eadem illuminationem acceperunt. Quid ex ſeditione, & pugna cum fratribus perciperet nequam ille ſpiritus, niſi tenebras, niſi calligines, quibus ſepultus maneat? Fœlices illi, qui inter ſe vniti, vt ex Deo acceperunt vnanimitatem, & charitatem, qua coniungerentur, ſic & acceperunt illuminationem, cuius beneficio nihil illos diuinum lateat. Fallar ſi excelſior alia ſpecula dari poſſet, quam charitas ad omnia cœleſtia penetranda, percallenda. Vbi Ieſus gloriæ ſuæ ſecreta diſcipulis oſtendere vo-

Matth.17. luit, Matth.17. *Duxit illos in montem excelſum, &c.* Cur ad montem excelſum, niſi vt charitas Dei, & proximi celciſsima omniũ virtutum ſola oſtendatur ſufficiens, vt per calleat diuina myſteria? Aiebat D. Damaſ-

Damaſ. cenus orat. de Transfigurat. fatus. *Operæ pretium eſt igitur, vt ad ſublimiſsimam, ac diuinam charitatis ſpeculam euecti, ita demum ea, quæ aſpectum omnem ſuperant, intueamur. Nam qui ad ſummum charitatis verticem peruenit, quodam modo â ſe excedens, eum, qui cerni non poteſt, perſpicit, atq; corporea nubis caliginem mentis luminibus officientem præter volans, atque in animæ ſerenitate conſtitutus, in iuſtitiæ ſolem liquidiùs oculos defigit, tamet ſi non prorſus huiuſmodi ſpectaculo expleri queat.* Non fugit ſol diuinus conſpectum illius, qui ſupra charitatis apparet ſpeculã; imò illi ſecreta ſuæ pulchritudinis reuelat. Ille metuat cœcitatẽ in diuinis, qui ab ope-

Tob.2. ribus deſiſtit Charitatis: Tobias, cap.2. *Contigit, vt quadam die fatigatus â ſepultura veniens domum, iactaſſet ſe iuxta parietem, & obdormiſſet: atq; ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inſiſterent ſuper oculos eius, fieretque cœcus.* Expende, quando cœcitatem incurrit, nimirum, quando fatigatus ab operibus charitatis dormiebat. D. Pe-

Pet. Dam. trus Damian. lib.2. epiſt.12. ait: *Fatigatus â ſepultura, dum ſe vel effractis viribus proijcit, lumen amittit. Illæſum quippè cordis oculum ſeruat, quiſquis in bonis operibus charitatis infatigabilis perſeuerat: cum verò puſillanimiter frangitur, non imò meritò luce priuatur.* Hæc ille.

Ioann.15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat: vt quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

§. IX.

Non alius quàm Deus nos à ſceleratorum grege ſecernere poteſt.

CVius tanta poteſt vis eſſe, vt inter ruentes multitudines aliquem hominem ſtare faciat? Vt è deiectorũ grege quemdam ſeligat, & contineat à lapſu? An honor temporalis? An humana ratio? An mors? Certus ſum, quòd neque honor, neque infamia, neque mors, nec creatura aliqua valet hominẽ à ſceleratorũ numero ſeligere, niſi ſola omnipotẽtis Dei manus. Ego, ait Dominus, elegi vos, non vos, non creatura aliqua, non ratio humana, non mors nõ gladius vos compulit ad Deum ire, ſed ipſe omnipotens traxit, alioquin omnes manerent deiectiſsimis peccatoribus adæquati. Nobiliſsimam Carthaginem dira peſtis populabatur, & cũ peſtifera lues maximè ſæuiret frequentiſsima referẽs cadauera, hominũ ſcelera ſæuiebant magis. Nullũ nõ ſcelus vigebat inter cædes quotidianas: de quo locutus D. Cypr. epiſt. ad Demetrianũ, ait: *Tãtus cladiũ terror dare non poteſt innocẽtiæ diſciplinã, & inter populũ frequenti ſtrage morientem, nemo cõſiderat, & ſe eſſe mortalẽ. Paſsim diſcurritur, rapitur, occupatur. Nulla prædãdi diſsimulatio, nulla cũctatio, nulla formido eſt.* Ecce tibi hinc inde gladius, hinc inde mors ſæuiens, nec tamen ob oculos mors poſita quẽquã cohibet ab ſcelere. Sic morte perſpecta in rapinã itur, quaſi mors nihil metuendum proponat, ſed calcar adhibeat ad malefaciẽdũ. Nihil ſanè eſt adeò forte, quod homines ad Deum impellat, ab ſcelere cohibeat, niſi ſolus ipſe Deus interſit. Amos c.3. ait: *Nũquid cadet auis in laqueũ terræ abſq; aucupe?* Pulchro exẽplo oſtẽdit, quàm inania ſint omnia creata media ad capiendũ hominẽ, niſi Deus interſit. Puta omnia media creata validiſsimos eſſe laqueos, quibus volatilis hominis ſpiritꝰ prehẽdi poſsit, vt ſeligatur in Dei mẽſam.

Cyprian.

Amos 3.

Quid tunc? Prendetur homo, per hoc, quod illa laquei adhibeantur à quoquam? Absit non enim ad aucupium sufficiunt laquei; & si laquei validissimi apponantur, non capitur auis, nisi industrius auceps accedat. Is nescens auium volatus, ea arte laqueos disponit, eo & loco, & tempore, & occasione, vt securissimam habeat prædā. Vndè, quod auis cadat in laqueum, non auis fuit voluntas, quæ libero cœlo potius frui vellet; nec laquei fuit potestas, qui aliàs extensus nihil profecit, sed aucupis industria fuit, & ars, qui iuxta occasiones tēporis, & loci laqueū dispositi, ad quē infalibiliter auis venerit. Solius equidem diuini aucupis munus est, quòd capiamur homines, & curramus ad Dei mensam: minimè nos veniremus, nec vlla creata media nos traherēt, nisi vnica diuini aucupis electio. Pulchrè Rupert ibi: *Nisi auceps sua arte laqueū diligenter tendat, & omni satagat industria, quatenus auem capiat, auis fugitiua semper, & vaga, priùs accipitri cedet in prædā, quā sua spōte ad regis inclyti deuolet mēsam. Quā ergo gratiā prouidus auceps habeat illi, cū suo illā laqueo caperit? Vtiq; nullā, sed eiusdē potius industriæ res omnis tribuēda est. Sic profectò totū Dei gratiæ attribuēdū est, qui boni verbi sui laqueū tetēdit, vt anicula vaga, scilicet, anima prius deueniat in manus Domini Dei, quā fauces incurrat diaboli.* Rupert.

Nō auibus ipsis, nō laqueis habenda gratia est, quòd aues capiantur, & in regis inclyti mēsam seligantur; vnius aucupis dexteritatis opus est; nō itē medijs, nec hominibus ipsis tribui debet, quòd homines vagæ liberæq; vitæ renuntient, & ingrediantur in cōuiuiū cęleste, sed id totū opus diuinissimi Saluatoris est. Apud Luc. c. 9. inquit Petrus: *Præceptor, per totā noctē laborantes nihil cepimus, in verbo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent concluserūt pisciū multitudinē copiosam.* Luc. 9. Sanè sæpius inibi laxata fuerant retia; imò, & ibi fuerāt pisces, & simul retia, & piscatores, & nauis, & nihilominus per totā noctē nec vnus pisciculus in retia venit. Sed cur inter tantā copiā piscium vacua inueniūtur retia? Deerat maximus ille piscator Iesus, & sicut sine hoc aucupe nō capitur passer, ita sine hoc piscatore nō venit piscis ad retia. Nihil sūt omnes laquei, nihili sunt etiam mortis rudētes, nihili sunt omnia creata media, & vniuersæ creaturarū industrię, ad capiēdos homines, nisi industria Saluatoris nostri accedat. Chrysol. ser. 15. *In verbo Christi Petrus cū laxaret retia piscium multitudinē capit, sine quo, & ignorātia noctē pertulit, & nullum fructum peruigil piscator inuenit, Domine, inquit, laborantes per totam noctem nihil capimus: sed in verbo tuo laxabo retia.* Chrysol.

Sunt qui immolēt sagenis, hoc est, qui salutē suā creatis tribuant medijs: putatur honor, & custodia parentū virginē à prostitutis secernere: putatur etiam, & viri officiū, & metus mortis, & inferni metus vxorē ab adulterio continere: similiter alię nobiles, & ingenuæ rationes putātur dare hominibus innocētiā. Sed nec honor, nec vita, nec lucrū vllū tēporale; nec mors, nec gladius, nec infernus possunt aliquid, nisi Christi Domini gratia, & industria accedat; omnia cōtinit lucra, omnia pericula despicit ardens in corde hominis cōcupiscētia. Quæ mallet accipitri, hoc est, diabolo cedere in prædā, quā summi regis venire ad mēsam. Hinc monebat. Cāt. 8. *Pone me vt signaculū supra cor tuū, signaculū supra brachiū tuū, quia fortis est, vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio.* Cant. 8. Nō aliud signaculū permittitur Spōsæ, nisi signaculū Iesu positum, & in corde, & in brachio. Cur necessium est signaculū Iesu? Nōne Virgini sufficisset signaculū custodię paternę? Nonne sufficisset obiecta illi mors? Nonne sufficisset obiectus illi totus infernus? Si in corde virginis carnalis adolescat amor, siue æmulatio: nihil sunt omnia alia signacula, præter Iesu signaculū; non mors, non infernus sufficiunt, quia amor carnalis, & æmulatio adeò fortes, & duri sunt affectus, vt cum morte, & inferno cōfligant, & sæpe honorē, & mortē, & infernū pro nihilo habeāt. Quia ergo sic valent affectus carnales, nemo Christianus fidat sanguinis ingenuitati, nemo salutē animæ credat medijs creatis; sed putet omnia salutaria in se profecta, & proficiscenda esse à Iesu manibus.

§. X.

Fructum spiritualem in peccatoribus requirens non continuò illis debet instare, nec semper super illos incumbere.

ECce tibi sapientiam, & dexteritatē diuinissimi animarū cultoris: ait enim: *Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis.* Nō ait, posui vos, ne vnquā à mea præsentia, à meo cōspectu, à mea voce recedatis, quin potius ait, posui vos, vt eatis, & fructum afferatis. Qui enim spiritualē fructū requirit in peccatoribus, nō semper illis instet, nō semper, & cōtinuò illos sub se habeat, ni velit continua sua assistentia fructum suffocare. Maximus ille Elisæus 4. Reg. 4. puerulū defunctū suscipit, vt in illo perditam vitam excitaret: quid tunc? *Et ascendit, & incubuit super puerum:* 4. Reg. 4.

rum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eũ, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo, semel huc, atque illuc, &c. Et oculis, & ori, & manibus, defuncti pueri oculos, & os, & manus suas imposuit, quo iam puer calescere incepit: Tũc Propheta se inde tollẽs, reliquens puerũ, incepit in domo hinc inde deambulare. Sed cur, ò bone, non magis instas pueri membris in vitam calefaciendis? Cur non magis incumbis super puerum? Semel incubuisti, & caro calefacta est, incũbe adhuc paulisper, & forsan viuificabitur. Cur re incepta, & infecta recedis? Cur cum incipit puer calefieri in vitã, te tollis, & non incumbis magis? Prudentissime, qui super puerum incũbit, vt vitæ fructus proferatur, nouit etiam recedere, & ab alio distrahi ne superincumbente continuo onere suffocentur prima signa vitalia. Infirmum puerum incipientẽ viuere tantum super positum ori, & oculis, & manibus, & pectori onus procul dubio suffocaret, nisi remouere tur, & locũ vitæ ingredi ei daret. Sic qui fructus vitæ in peccatoribus requirũt, & volũt oculos eorũ, & ora, & manus bonis operibus aptare, nõ cõtinuo infirmanti incũbat, nõ cõtinuo eorũ oculos, & ora, & manus adhibitis disciplinæ, & correctionis oneribus premãt, sed sciat tollere se, & alio diuertere, ne suffocent primordia, sed sapienti dilectione promoueãt magis. Huc spectabat ille agricola Luc. 13. qui de sicu colẽda, ait: *Domine, dimitte illam, & hoc anno, vsque dũ fodiam circa illam, & mittã stercora. Et si quidem fecerit fructum, &c.* Instãdum erat sterili ficulneæ, vt fructifera fieret, stercus illi adhibendũ erat, simul & fossura exercenda circa illã; sed & stercus, & fossura paucis horis, vel simauis, paucis diebus poterant adhiberi. Et nihilominus post adhibitã fossurã, & stercus petit agricola, quod dimittatur ficulnea integro anno, ait enim: *dimitte illam hoc anno.* Dimitte, ait: cur non magis postulat, vt eius culturæ instet? Nonne dixisset sapiẽtius, ego circumfodiã, & mittã stercora, tu Domine, hoc anno super illam vigila, continuus adesto exactor fructuũ? Abiit, vt hoc detat bonus agricola, quin potius si fructus expectari debeat, post semel adhibitam fossurã, & stercus, relinquẽda est, & dimittenda ficus per integrũ annũ. Sanè, si quis agricola per totũ annũ arbori insisteret, continuò fodiẽs circa illã, cõtinuo adhibẽs stercora, nunquam cessans ab opere, hic arborem perderet, & fructus. Qui autem fructus requirit, semel adhibet fossuram, & stercus, & deinceps alio diuertẽs toto anno arborem relinquit, quo ipsa ditatur fructibus. De puero Samsone, ait Textus Iudic. 13. *Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. Cœpitque spiritus Domini esse eum eo.* Chaldæus, apud Glossam legit in rem præsentẽ. *Cœpit Spiritus Domini per vices adesse ei.* Nõ continuo, non semper, sed vicissim Spiritus Domini illi instabat. Sic colebatur illa, quę dicebat Cant. 3. *In lectulo meo per noctes, quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.* Expende quòd non vnam patiatur, sed plures noctes sponsa, cur plures patitur noctes? Cur non magis in luce ambulat sub oculis sui sponsi? Sanè sapientissimus sponsus, vt fructibus repleat sponsæ animã, præsentiæ suæ luci iungit etiam noctes absentiæ, nulla enim planta non sterilesceret, si continuo feriretur solis conspectu. Abeat Sol aliquandiu, sordescant agri sub noctiũ tenebris, quæ nisi temperẽt solares ardores. Steriles fient agri. Ad hæc aiebat Gillibert. Abb. sermon. 1. in Cant. *Noctes eius frequenter interpollantur absentia sponsi. Cum adest, lux est, cum abest, vox est. Ideo multæ sunt noctes sponsæ, quia multi sunt elapsus sponsi, multæ latebræ.* Quid in sponsa sub tot noctibus periculũ aliquod trahet? Sub tot absentijs sponsi indicrimina veniet? Operibus tenebrarum sordidabitur? Absit, imò pergit Gilibert. *Abijciamus opera tenebrarum, huic nõ potest nocti adaptari. Nescit enim hæc nox opera tenebrarum, sed magis lucẽ ministrat his qui permanent in agone quidam sponsum quærendi.* Noctes non afficiunt agros, sed potius illos fructiferos reddunt qui sterilescerẽt sub continuis Solis radijs. Sic magistri spiritualis, sic prælati aliquales absentiæ, & quasi cõtinuentiæ non inducunt opera tenebrarum, sed magis ministrant lucem, qua fructuosæ discipulorum animæ reddantur. Non longè etiam ab hoc aberat Sponsa Cãt. 2. aiẽs: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Non sub oculis, sed sub vmbra desiderati sedet, vt fructus capiat, imò & ideò desideratum vocat, quia eius conspectu continuo nõ grabatur, rari enim sunt, qui continuã præsentiam magistri non fastidiant; continuoque eiusdem conspectu non grauentur. Non ad oculos, sed ad vmbram hęc se dere sedicit, & cur ad vmbram hæc sedeat? Id illud ostendit: *Et fructus eius dulcis gutturi meo:* Ex quo Theodoretus ait: *Etenim sub vmbra sedens fructus decerpere desperaret, nisi aliquando sub vmbra, & non semper sub censorijs oculis staret.*

Luc. 13.

Iudic. 13.

Cant. 3.

Gill. Abb.

Ibid.

Cant. 2.

Theodor.

§ XI.

Orationem efficacem ad Deũ ille facit, qui non vacuus accedit precator.

SApienter monet Dominus, vnde posi-
mus orationi nostræ addere efficaciam,
nimirùm, ex eo quod fructuosi Deo acceda
mus, quippè ait: *Fructum afferatis, & fructus
vester maneat, vt quodcumq; petieritis Patrẽ
in nomine meo, det vobis.* Vanè petit ager ste-
rilis ab agricola semina, & qui nihil fructus
Deo afferre nouit, cur audeat aliquid à sum
mo Patre exorare? Dauid Psalm. 27. simili-
Psalm.27 ter monet. *Afferte Domino filij Dei: afferte
Domino filios arietum. Afferte Domino glo-
riam, & honorem: afferte Domino gloriam no
mini eius: adorate Dominum in atrio sancto
eius.* Vbi ad Dei atria adoraturi, & oraturi
vocamur, expẽde quot vocibus monemur,
vt munera afferamus, vt fructum aliquem
exhibeamus tanto parenti. Sed cur tanto co
natu exigitur munus ab eo, qui Patrem ora
Chrysol. turus accedit? Ait Chrysolog serm. 10. *In-
gratus est Patri, qui auctorem vitæ suæ non ob-
sequijs placat, non deuincit cultu, muneribus
non honorat.* Sanè qui Patrem vacuus oratu
rus accedit, iam inde ingratum se ostendit,
& prorsus indignum beneficijs recipiendis.
Exod. 23. Ideo monebat Dominus Exod. 23. *Non ap-
parebis in conspectu meo vacuus.* Ex quo Im
Imperfect. perfectus aiebat hom. 2. in Matth. *Tu ergo
quando venis ad orandum Deum munera te-
cum in manibus tuis porta, da non habentibus,
& pete ab illo, qui habet, vt oratio tua bonis
operibus commẽdetur. Sic, & in lege scriptum
est: Ne intres in conspectu Domini Dei tui va-
cuus: infirma enim oratio est, quæ eleemosyna-
rum virtute non est munita.* Qui vacuus ope-
ribus est bonis, non audeat oculis creato-
ris apparere, is à Deo non luci sed tenebris
Genes. 1. mandatur. In Gen. namque 1. c. *Terra erat
inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciẽ
abissi.* Tandiu sub tenebris fuit, quàdiu va-
cua, & sterilis ne quis vacuus in conspectu
Apoc. 5. Dei audeat apparere. Apocalyps. 5. *Viginti-
quatuor seniores ceciderunt coram agno haben
tes singuli citharas, & phiaras aureas plenas
odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorum.*
Vbi corã Agno prosternuntur, nihil vacuũ
esse ostendunt, sed phialas præseferunt ple-
nas odoramentorum, quæ sunt orationes
sanctorum: nec oratio nisi de plenitudine
operum placere posset. Sed scire cupis, cur
Imperfect. oratio dicatur odor? Rem acutè attigit Im-
perfect. hom. 18. in Matth. aiẽs: *Oratio quasi
odor suauitatis est operis boni. Sicut ergo res
aliqua sine odore potest esse, odor autem sine re
aliqua esse non potest: sic opus sine oratione ali-
quid est, oratio autem sine opere bono nihil est.*
Nũquam odor est nisi ab aliqua re oriatur,
nec oratio existit grata oculis creatoris, nisi
quæ de operũ bonorũ muneribus ascendat.
Aiebat Dauid. 1. Reg. 26. *Odoretur sacrifi-* *1. Reg. 26.*
tiũ; vbi ex Hebræo legit Caiet. *Dñs odora-
bit munus.* Semper enim Dñs inter orationis
odores ad munera respicit; quasi nihil sit ora
tio, quę de nullo opere venit. Vndè pulchro
exẽplo succẽset Palladius sect. 8 orationes,
quæ fiũt sine bonorũ operũ fructu, inquiẽs: *Pallad.*
*Orationes enim spirituales, quæ nõ habent vitã
honestam, & temperãtem simul æquitatẽ, sunt
spicæ, quæ à vento intereunt: quæ habent quidẽ
figurum. sed ab eis ereptum est alimentum.* Et
sanè, qui despicit bona opera facere, nec vllũ
operis munus Deo offert, figuram orantis
habere potest; sed non habebit fructum ora
tionis. Et meritò oratio sine operibus bo-
nis dicitur spica à vento vsta, quæ æternam
inediã sic oranti demonstret. Sic enim Gen.
41. famem Ægypti spica tenuis ostendit: ait
enim: *Septem spicæ pullulabant in culmo vno* *Genes. 41.*
*plenæ, atque formosæ: aliæque totidem spicæ te-
nues, & percussæ vredine oriebantur deuoran-
tes omnem priorum pulchritudinem.* Parum es
set, quod septem spicæ tenues perderentur,
nisi etiam deuorassent totam plenarum spi
earum pulchritudinem, & famem mundo
inueherent. Sic parum esset, quod oratio
sine bono opere inutilis ipsa foret, at instar
spicæ tenuis vredine percussæ omnem ani-
mæ vorat pulchritudinem, & æternam cau-
sat inediam. Nonne Virgines illæ fatuæ,
Matth. 25. orabant ad Dominum? Quippè,
& pulsantes, ad ostiũ, & otãtes clamabant.
Domine, Domine, aperi nobis, sed quia illis *Matth. 25.*
oleũ, hoc est, misericordiæ opus deficiebat,
non profuit oratio illa tenuis; imò ęternam
exclusionem à diuino conuiuio inuexit.

Ioann. 15. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me prio rem vobis odio habuit.

§. XII.

Post Iesum passum sine labore nostro habemus, vbi ab hostilibus iaculis protegamur.

Iure

IVre petit Iesus vniuersos à nobis amari, quãdo nos à nemine possumus iam offendi: siquidem Iesu vulnera refugia nobis offerũt parata, in quibus sine labore possimus ab hostili odio liberari. Inter inimicorum odia sciens Christianus Iesum ab inimicis vulneratũ, transfossum, cur persecutiones nõ amet? Cur timeat hostilia iacula habens tot refugia sibi prẽparata, quot vulnera priꝰ Iesus habuit? Vt timores omnes excluderet Isaias, ait cap. 2. *Ingredere in petram, abscõdere in fossa humo.* Ecce tibi fidelis vocatur ad petram, & ad montem refugij, non in quibus necessum sit cauernas effodere, sed quæ iam effossa sint, cauernasque habeant, & foramina efficta, vbi defendi quis possit à persequentium ira. Sed quæ petra, quæ humus sic fossa est, vt absque nouo labore præbeat refugia? Iam Paulus respondet: *Petra autem erat Christus*, ipse Iesus petra est, humus est virginea, quam hostes Iudæi foderunt, & excauauerunt, & post foramina in hac petra effossa, absque vllo labore refugiunt, & protectionem habet aduersus hostes suos etiã infirmissimus. Aiebat D. Bernard. serm. 62. *Proponit Iesum, & hunc crucifixum, vt & ipse absq; suo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit: Iudæi laborauerunt, & ipse in labores infidelium introibit, vt sit fidelis. Ingredere, inquit, in petram, abscondere in fossa humo. Infirmæ adhuc, & inertiani mæ fossa ostenditur humus, vbi lateat.* Non tibi multus labor necessarius est, vt cauernas effodias, vt spelũcas effingas, quibus lateas; quibus inimicorum iacula effugias; ecce tibi præparata, & proposita est petra excauata, & fossa humus, cuius in foraminibus receptus nihil mali iustimeas. Hostiliũ iaculorum potentia infirmata est in Iesu, quẽ dum primò impetiuit, fossuras effecit, quibus protecti fideles nihili æstimant iacula inimica. Aiebat Psal. 10. *Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Quoniã ecce peccatores intenderũt arcũ: paranerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.* Huic respondit Dñs Cant. 2. aiens. *Surge amica mea speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauernã maceriæ.* Dauid dubitabat, qualiter cum infirmus esset passerculus innumerabilium hostium iacula sustineret? Dauid passerculus erat, hostes aduersus illum armati venatores, ille leui pluma protectus: hi toti æneis, sagittisq; pleni, qualiter ego inter tot venatorũ iacula non pereat passer? Veniat passer infirmus, veniat nihilominus in foraminibus petrę, in cauerna maceriæ, & nihil faciet omnia inimica iacula. Cur timeat hostes, qui tot refugia, & prõpugnacula habet, quot fuerunt facta in Christi corpore foramina? D. Bernard. serm. 61. in Cant. *Foramina petræ vulnera Christi sunt. In his passer inuenit sibi domum. In his columba tutatur, & circum volitantem intrepida intuetur accipitrem. Quid non boni in petra? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto. Securus ab hoste, fortis à casu.* Non potest hostes etiam crudelissimos timere, qui præforatã petram habet Iesum, ad quem confugiat, & sub cuius vulneribus protectionẽ accipiat: tot enim propugnacula offert diuinissima petra, quot foramina in se exhibet effossa ab inimicis. Id quod exprimebat Theodoretus dum pro foraminibus petræ ponit tegmen, aiens: *Et veni tu columba mea in tegmine petræ.* Non otiosè foramina illa prius excauata sunt in petra Christo, sed pro tegmine, & refugio his, qui timent infirmitati suę ab hostilibus incursibus. Vndè dicebat Psalm. 103. *Petra refugium herinaceis*: non leonibus, non elephãtis petrę foramina præbent refugia, sed herinaceis, hoc est, infirmis animalculis: nemo enim adeò infirmus est, qui non rideat hostes, si ad foramina Christi passi respiciat. Ex quo aiebat D. Ber. ser. 61. in Cant. *Et re vera vbi tuta firma que securitas infirmis, nisi in vulneribus saluatoris? Tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Frendit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur, non cado, fundatus enim sum supra firmam petram. Turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quia vulnerum Domini recordabor.* Vbi ad id, quod Iesus passus est, respicio, nullum æstimo malum, nullum hostem timeo; imò crudelissimos hostes velut amicos amo. De quo supra cap. 7. §. 8.

Isai. 2.

Bern.

Psalm. 10.

Cant. 2.

Bernard.

Theodor.

Bern.

§. XIII.

Etiam in patentissimis proximorum culpis, saltem non præsumenda sunt maxima scelera.

QVis ignoret discipulorum Iesu carnificinas inuentas à Tyrannis? Quis horrenda tormentorum genera, quibus excruciabantur serui Christi? De his tamen locutus Dominus ait, *si mundus odit vos*; non ait, si mundus excruciat vos, si horrendis tormentis absumit, sed si odit. Cur, ò bone Iesu, futuras carnificinas, excruciationes, in-

audita tormenta præteris,& ſolum odia me moras? Docet equidem Dominus,quid ſaltem prẽſtare debemus proximis,quando eorum euidentem non poſſumus excuſare malitiam: nimirùm, quod de eis non prẽſumamus ſcelera ſumma. Euidentiſsima erat mũdi malicia erga Dei ſeruos; quæ in eos multa mala erat congeſtura; bonus autem Dominus, quia negare non poteſt euidentem maliciam, ſaltem præterit ſcelera ſumma,& quòd minus poterat ſuſpicari de malicia tãta, videlicet, quòd oderit ſeruos ſuos id dicit. Vtinam hanc ebibamus Dei mentem vniuerſi eius filij, & nunquam de proximis præſumamus mala ſumma. Primum illum peccatorem Adamum requirebat Deus, & nuditatem ſuam confitentem ſic conuenit

Gen. 3. Gen. 3. *Quis indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo tibi præceperam, ne comederes, comediſti?* Poterat Adamus nuditatem,& iuſtitiæ amiſsionem incurriſſe ob multa alia ingentia crimina, & grauiſsima delicta. Poterat obnegaſſe Deum, cultum & adorationem ſerpenti obtuliſſe: peieraſſe poterat, vel alia grauiſsima perpetraſſe delicta: cur Deus de ſolo æſcæ præcepto inquirit? Cur maxima alia non meminit, ſed hoc ſolum meminit, quod reſpectu naturalium præceptorum videbatur minimum? Non bonæ mentis eſt de proximis ſuſpicari maxima,& de illis inquirere: Ait Caiet. in Cat.

Caiet. Lypom. *Cum notitia nuditatis potuiſſet ex diuerſis peccatis cauſari, non interrogauit in ſpecie de quocumque grauiore peccato, ſed de minimo, omiſsis enim peccatis contra ius naturæ, & contra credenda, interrogauit tantummodo de peccato contra ius poſitiuum vnicum: vt hinc diſcerent iudices, &c.* Nunquam Deo placuit, qui maxima ſuſpicatus eſt,& inquiſiuit de proximò ſuo: diuina enim mens eò tẽdit, vt omnes bonos exiſtimet, vel ſi aliud facere nequit, ſaltem minimam in quouis homine ſuſpicetur malitiam. Sic cauet lex

Deut. 22. Deuter. 22. *Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes vtrumque ad portam ciuitatis illius: & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cum eſſet in ciuitate, vir quia humiliauit vxorem proximi ſui, & auferes malum de medio tui. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus; puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animam eius, ita & puella perpeſſa eſt, ſola erat in agro, clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam.* Huc vſque lex, expendendum, quòd ita certo affirmet puellam in agro inuentam clamaſſe. Si nullus affuit, qui audiret,& liberaret eam; vnde certo dici poteſt, quod clamarit? Ex eo, quòd ſemper qui iuxta Dei leges viuit, de proximo ſuo debet ſuſpicari ſaltem id, quòd leuius,& minus peccatum eſt. Eò ſolũ quòd non euidens ſit malum, teneris minimum ſuſpicari de proximo tuo, nec vllam inquiſitionem, aut memoriam facere de grauioribus ſceleribus. Huc refero iuſtiſsimum Ioſephum Virginis ſponſum, quando inuenit ſponſam ſuam in vtero habens. De hoc ait

Matth. 1. Matth. 1. *Cum eſſet deſponſata Mater eius Maria Ioſeph, ante quam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens, de Spiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc cogitante ecce Angelus Domini, &c.* Ecce tibi Ioſeph iuſtus, quam putarat virginem ſponſam, videt in vtero habentem, nec inquirit de crimine nec ſcelus obijcit,& quòd naturaliter non poteſt exiſtimari non eſſe delictum, cum eſſet iuſtus noluit putare tale eſſe delictum, quòd deberet morte purgari, ſed quod ſufficienter ſeparatione, diuortioque,& eo occulto caſtigabatur. In naturaliter euidentibus ſignis minimum iuſtus vir meditatur, nec inquirit de maximò: nunquam ergo licet de proximo ſuſpicari: Equidem licet parenti ſuſpicari de filio, ſed tunc iuſte ſuſpicaris aliquod malum de proximo; quando & ſimul optas falli, & lætaris cum nullum inuenis malum. Sapienter D. Chryſoſtom. hom de ſancta Suſanna ex Ioſephi caſu concludit in hanc ſententiam.

Chryſoſt. *Dignus fuit Ioſeph ab Angelo corrigi: quia nõ illi erat malenola ſuſpitio. Malenolæ ſuſpitiones ſunt callunniantium; benenolæ ſuſpitiones ſunt gubernantium. Licuit cuique de filio male ſuſpicari, ſed non licuit filio calumniari. Vtique ſuſpicaris malum, ſed optas inuenire bonum. Qui benenole ſuſpicatur, cupit vinci. Tũc enim bene lætatur quando falſum inuentum fuerit, quod malè ſuſpicabatur.* Quid ſapientius? Diſcant omnes iuſti de proximis ſuſpicari,& inquirere: in primis, ſi fieri poteſt, etiam in euidentibus mali ſignis, nec ſuſpicentur, nec inquirant de maximis, faciant vel in hoc proximis gratiam. Qui autem gubernatores ſunt in patentibus ſignis licẽtiam, imò obligationem habent ſuſpicandi, ſed eo modo, quo nullam inferant ſubdito infamiam optentque maximè ſuas ſuſpitiones inuenire falſas, ex hocque lætentur, quòd non ſit res, vt ipſi ſuſpicabantur.

*Ioann.*15. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suũ erat, diligeret, quia verò de mũdo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

§. XIV.

Totus Christi labor eò tendit, vt nos à mundo abduceret. Vbi quam efficaces sunt Christi labores, ad contemnenda mundialia.

ECce tibi Christi Domini sollicitudo, & studium, & labor, quid agat circa homines: ait enim ipse: *De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo*: Hoc sudoribus suis, hoc laboribus vitæ, mortisque suæ curauit Iesus, vt nos à mundo separaret, à mundialibus bonis penitus abigeret. Serpẽtinis morsibus afflictos Israelitas sanare cupiens Dominus, extremos Christi Domini labores repræsentauit in ligno. Serpentem æneum iussit exaltari super lignum, Num. 21. sicut filius hominis exaltandus erat in cruce. *Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerẽt, sanabãtur.* Sed cur necessum fuit salutis causam è sublimi patere? Nonne conformius esset naturæ serpẽti humi reptantem prospici? Cur maluit ab alto ligni videri? Rem attigit D. Machar. Machar. hom. 11. inquiens: *Vt qui terrenis curis, idolorum cultura, voluptatibus Satanæ, & quacũq; impietate detinebantur: hoc saltẽ modo erigerentur aliquatenus ad superiora, & mortui quoad hæc inferiora, oculos attẽderent ad sublimia.* Ideò salutis causa emicat à sublimi, vt nobis despiciatur repẽtia mũdi vitia: Ideò Iesus salus nostra montẽ ascendit, imò ascendit arborem crucis, vt nemo inde sit, qui velit reptare cũ mundo, qui inter humi iacentes velit amplius existere: Et quis videns Iesu labores non renuntiet mũdo? Paulus 1. ad Corinth. 11. volens Christianos omnes à terrenis abducere, diuinoque, & cœ- 1. Cor. 11. lesti aptare conuiuio; hoc vnum ait: *Dominus quidẽ Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, &c.* Mensam diuinissimam proponit, & simul noctis extremæ illius, in qua Saluator noster tot labores sustinuit, mentionem ingerit. Et cur cœlesti conuiuio tam laboriosæ, & funestæ noctis memoriam inducit? Vt conuiuæ tanti epuli prorsus à se omnem terrenam, mundialemque cogitationẽ abijciant. Ait Chry- Chrysost. sostom. hom. 28. ibi: *Quare tẽporis meminit, & noctis illius, & proditionis? Nõ temerè nec sine ratione, sed vt maximè eos à tẽpore quoq; compungat. Quamuis enim quis lapis esset, illa nocte audita, quomodo cum discipulis tristis erat, quomodo traditus est, quomodo ligatus, quomodo adductus, quomodo iudicatus, quomodo deniq; omnia passus est, cera mollior fiet, & terram, & omnẽ terræ abijciet cogitationẽ.* Haud dubium, quin & terræ, & mundo renuntiet, qui spectet labores Christi. Is est Iesus, qui dũ se laborantẽ proponit, faciat homines renuntiare mũdo, & velle commori sibi. Ad Moysem aiebat Dominus Exod. 33. *Ponã te in foramine petræ, & protegã dex-* Exod. 33. *tera mea donec transeã: tollamq; manum meã, & videbis posteriora mea.* Expende illud, *ponã te in foramine petræ*, Deus bone, quis homo viuus patiatur sic claudi in foramine petræ? Et cineres, & cadauera solẽt in excauatis lapidibus cõcludi, & asseruari, homines autem viui nil magis horrẽt, nil magis expauent. Qua potentia poteris facere, quòd viuus Moyses in foramine petræ amet sepeliri, & quasi mortuus ibi omnibus vitæ bonis renũtians velit habitare? Ipse explicat aiẽs: *Tollam manũ meã, & videbis posteriora mea.* Iesu posteriora putat D. Bernard. serm. 61. Bernard. in Cantic. fuisse mysteria passionis, mysteria crucis; quæ vbi oculis humanis paruere, potuerunt facere, quòd homines sęculo renuntiantes, sepulchris gauderent claudi. Quis visum Iesum in crucis arbore non sic amet, vt mundialia fastidiat, & vel in lapidis foramine, à mundo abductus cupiat habitare? Hoc ergo debemus laboribus Christi, quòd nos faciant respuere mundum.

§. XV.

Verus Christianus vnum in se refert Christum.

FÆlices illi sunt, verique Christiani dicũtur, quorum vitam intuẽs Iesus, ait: *Vos non estis de mundo, sed ego elegi vos de mundo.* Non estis, inquam, de mundo, hoc est, nihil mundiale refertis in vita, nihil admittitis in vobis, quod non referat Christum, qui vos à mundano grege distinguit. Tunc verè te Christianum ostendis, cum non solum te con-

consecras Christo, sed ita vitam tuam com ponis, vt nihil in te appareat nisi Christus.
Galat. 2. Hoc de se aiebat Paul. ad Galat. 2. *Viuo ego, iam non ego, viuit in me Christus.* Nihil de mũ do nihil de creaturis in me est, nec vitę habitus, sed omnia est vnus in me Christus.
Chrysost. Pulchrè ad hæc Chrysostom. inquit: *Quoniã seipsum Paulus Christo Domino, ac cruci præ buerat, cunctaque reiecerat temporalia, & ad illius voluntatem faciebat omnia, non dixit: vi uo Christo, sed quòd longe maius erat, viuit in me Christus.* Multi sunt, qui verè possunt dicere se viuere Christo, qui ita temporalitati seruiunt; vt nullam inde offensam contrahant, qua offendant Christum. At qui Chri stianis nominis perfectionem attingũt, qui puri, & verè Christiani sunt, sic omnia temporalia à se abigunt, sic vnicum amplectun tur Christum, vt non solùm viuant Christo, sed quod maius est, Christus in illis viuat,
Cant. 4. Christus sit illis, quidquid est vita. De his aiebat ipse Cant. 4. *Vadam ad montem myrrhæ*: Vbi Septuag. legunt: *Vadam mihi ad mõ tem myrrhæ.* Non tolùm dicit Dominus se iturum ad montem myrrhæ, sed addit se itu rum sibi. Cur ait se iturum sibi? An aliquò ire potest non sibi. Equidem quando quasi cogitur seruire cupiditatibus humanis, non vadit sibi; ille enim petit, vt veniat Dominus ad dandas opes; ille petit, vt veniat ad dandam salutem, alius aduentum Domini requirit pro expugnatione hostium; alius pro nutriendis filijs: & ferè omnes quærunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Qui au tem mons myrrhæ est, omnium voluptatũ, cupiditatum, & mũdialium bonorum mortificationẽ circumferens, is vnum aspicit Christum. Ad hunc ergo venit sibi Christ⁹,
Gillib. in quo nihil aliud aspicitur viuere nisi Chri stus. Gillib. sermon. 28. in Cantic. *Vadit sibi Christus ad montẽ myrrhæ. Benè mõs myrrhæ, qui mortem circumfert se ipso, nõ in parte, nec quasi respersam, sed vberem, & continuam, & eminentem. Beatus planè mons, qui huius myrrhæ germine vndiq; vestitur, non respergitur per partes, nihil in se nudum, nihil habens steri le, sed totum hac fælici fœcundum specie. O bea tum montem, ad quem vadis Iesu, quem solus inhabitas.* Cur non dicat hic mons: mihi viuere Christus est, & mori lucrum? Qui sic vndique mortificationem Iesu circumfert, qui nihil ab hac pulchra specie vacuum, & sterile ostendit, qui non diuisus est in partes, sed integer vni reseruatur Christo, is ve re mons est, & in se ostendit sublimia Christianinominis culmina. A quo Christianitatis culmine Apostoli nec in suis lapsibus deciderunt. Miraris? Accipe rem apud Matth. cap. 6. ibi Apostoli leui ambitionis aura inflati, in illam quæstionem incidunt nimi rùm: *Quis putas maior est in regno cœlorum?* *Matth. 6.* Maioritatem affectant, primos malè appetunt accubitus, sed vbi? An in mundiali ali quo imperio, hue throno? Absit hoc à primis Christianismi culminibus, qui etiam dum errant, nihil in se mundiale admittũt, quidquid de mundo est, expuunt, & vnum amant præferre Christum. De quo elegan
Chrysost. ter ait Chrysostom. hom. 49. *Non solummodo crimen considera sed illud quoq; tecum vertę, quod nulla eis de rebus huius sæculi quæstio est. Nos autem neq; ad hos defectus eorum deuenire possumus, nec quis futurus sit maior in regno cœlorum? Sed quis in terris maior sit? Quis ditior? Quis potentior, quærimus.* Etiam errantes nil mundanum meminerunt; sed quod quærunt, totum cœleste est & Christia nissimum. Hoc in se ostendant, qui Christia ni nominis culmina amant pertingere.

§. XVI.

Iesus non potest non patere in hominibus iustis.

SVfficienter explicata erat causa mundani odij aduersus iustos, per hoc quod dicit: *vos de mundo non estis*, cur necessum fuit addere illa, sed *ego vos elegi de mũdo*? Vbi asserebantur Apostoli mundi contemptores, amici virtutum, non potuit non ostendi in illis opus Christi. Fieri nequit, quòd Christus non prodatur, statimque prę oculis sit, vbi sunt homines iusti, & contemptores mũ di. Aliquando oportuit latere Iesum, & ait
Matth. Angelus Matth. 2. *Accipe puerum, & matrẽ eius, & fuge in Ægyptum.* Nonne multi erãt in Iudęa Dei studiosi, qui occultarẽt Iesum? Erat Elisabethæ cognatio apud montana, apud quam propter inaccesos montes suppeterent mille latibula, erat Ierosolymis Si meon, erat Anna prophetissa, quorum prouecta ætas recentis nati suspitionem abigeret. Cur bone Iesus non magis amas apud tuos latere, quàm apud Ægyptios? Sanè inter sanctos, & virtute cõspicuos viros minimè posset latere Christus, minimè posset nõ manifestari, & prodi causa sanctitatis totius. Eleganter Chrysol. serm. 151. inquit:
Chrysol. *Non capit secretum templi, Sacerdotum turba non suscipit, non abscondit numerositas inuestigabilis cognatorum, vt ad deitatis latebras prophana Ægyptus conducatur.* Necessaria penè Ægyptus fuit, vt sub eius tenebris Iesus occul-

occultaretur,& penitùs lateret, qui inter sanctos,inter iustorum turbas minimè posset occultari,sed euidentissimè radiaret. In
Exod. 13. Exod.cap.19 daturus legem Dominus descendit in montem Sina,*& ecce cæperunt audiri tonitrua,& micare fulgura,& nubes densissima operire montem,clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat.* Quid tùc? Vocauit Deus Moysem in cacumine montis, ibique illi incipit tradere omnia verba legis, quæ sunt,cap. 20. Itaque Dominus loquebatur cum Moyse verba legis:*Cunctus autem populus videbat voces,& lapades,& sonitum buccinæ,* Expende illud *videbat voces*,supra nõ dixit visas fuisse Dei voces à populo, modò asserit,quod populus cunctus illas videbat. Sed cur populus cunctus modo videt Dei voces,quas antea non videbat?Quia modo Dei voces dicebãtur Moysi viro iusto,& in iusto viro Dei voces nequeunt abscõdi,sed prorsus visibiles fieri. Non videbãtur inter prærupta mõtium,inter lapidea corda,sed
Isai.6. non poterant in viro iusto non videri.Isaias cap.6.ait:*Vidi Dominum sedentẽ super soliũ excelsum,& eleuatum:& ea quæ sub ipso erãt replebant templum.Seraphim stabant super illud:sex alæ vni,& sex alæ alteri,duabus velabant faciẽ eius,& duabus velabãt pedes eius, & duabus volabant.* Quibus id expẽdẽdum, quòd Dominus inter Seraphin cõstituatur, non vt appareat,sed vt eorum veletur sub alis. Deus velandus committitur Seraphinis,& ipsa quidem magno studio Deum velabant,ne posset Deus cerni à reprobis Angelis.Sed qualiter velabant?Duabus alis velabant caput eius,& duabus velabãt pedes eius,solùm velant pedes,& caput,cur ò Seraphin nõ magis totum Deum velatis?Cur saltem non occultatis diuinissimum illud pectus in quo tot amoris fontes emanant? Equidem inter Seraphin nequit Dominus penitùs occultari, & si mille nebulis,mille tegminibus occludatur,tamẽ dum inter Seraphin est, nequit Dominus vel ex maxima
Bern. parte non manifestari. Aiebat D. Bernard. sermon.5.ad dicta Isaiæ verba. *Velatur caput,velantur pedes,vt medium aliquid eidem impio videndum,sed ad inuidendum relinquatur.* Valuerunt Seraphin aliquid obtegere in Deo,quod non videat diabolus, totum Dei minimè valuerunt velare;nec fieri potuit, quòd inter Seraphin consistens Deus penitùs absconderetur reprobo Angelo, imò necessum est, quod inter sanctissimos spiritus magna ex parte manifestus appareat.Quò respiciebat Abac.c.3. iuxta Sep-
Abac.3. tuag.Lectionem aiens:*In medio duorum animalium cognosceris.* Duo animalia putãtur à D.Cyrill.& aliis esse duo Seraphin,quę propitiatorium tegebant,sed quantumuis sancta illa animalia propitiatorium tegant,fieri nõ potest, quòd diuinum propitiatoriũ, nempè Christus inter illa non appareat.Nõ equidem potest latere propitiatio pro peccatis nostris Christus Dominus,& si occultetur velis,si à Seraphinis occultatur.Quot enim apparent iusti,quot Seraphicis virtutibus prediti;tot indices sunt euidentissimi, quòd ibi Iesus adsit.Hinc de primis Seraphinorum substantijs locutus D.Dionis. Areo *Dio.Arep.* pag.de cœlesti Hierar.cap.7.ait.*Eadem quoque ratione Iesu fœlicissima societate dignatas intelligendum, quòd ipsis diuina imitatio excellentiore modo donata sit.* Quasi nequeat Iesus deesse,& non apparere apud illos, qui eius virtutes fuerint æmulati.

Ioan.15. Memẽtote sermonis mei, quem ego dixi vobis, Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt,& vos persequẽtur. Si sermonem meum seruauerunt: & vestrũ seruabunt. Sed hęc omnia faciẽt vobis propter nomen meũ, quia nesciũt eum,qui misit me.

§ XVII.

Nunquam Deus non potiora solet tribuere illi, quem primum,& principem aliquorum constituit.

HOc constãtissimum apud cordatos homines esse velim, quòd apud Deum non est seruus maior Domino suo, hoc est, quòd nunquam Deus soleat nõ tribuere potiora illi,quem primum,& principem aliorum constituit.Matth.16. Suæ diuinitatis notitiam,quod primum,& præstantissimũ bonum erat, volens donare hominibus,à suis scitatur,qualis habeatur filius hominis, seu quis esse dicatur inter illos.
Tunc Petrus:*Tu es Christus Filius Dei vini,* *Math. 16.*
qui in hunc mundum venisti. Magna hęc gloria Petri fuit,quòd talem cognitionem ipse acciperet,& quidem ex patre luminũ accepit

pit illam. Ait enim Iesus: *Beatus es Simō Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, &c.* Cur vni Petro hāc reuelat Dominus, cognitionem diuinitatis suæ? Cur non simul, & vniuersis alijs Apostolis ibi existentibus eandem non reuelat? Erat Petrus omnium primus; illumque Dominus primò vocauit, vt primatum in regno Christiano acciperet, ideò illi inter omnes, & prima, & præstantiora tribuit. Ad hæc. D. Damasce. orat. de Transfigur. ait: *Iesus vt homo per cunctationem proposuit, vt Deus eum erudit, qui primus vocatus fuerat, ac primus secutus fuerat, quem pro sua præscientia dignum Ecclesiæ antistitem prædestinarat. Hunc, vt Deus, afflat, ac per eum loqnitur.* Fallitur qui putat vincere primum electum à Deo in donis diuinis, quem primum Deus, & principem in aliquo munere constituit, illi consequenter omnia tribuit præstantissima. Hic Samuel. 1. Reg. 9. vbi Saulem vidit, quem ex reuelatione acceperat electum in Principem populi à Deo statim ait: *Cuius erunt optima quæque Israel? Nonne tibi?* Nihil magnum alteri reseruat, sed vt in principatus electione prælatum nouit Saulem, sic etiam in donis diuinis ad politiam pertinentibus præferendum fore autumat. Nec aliter sentiebat Iacob Genes. 49. benedicens primogenitum suum Ruban, de quo ait: *Prior in donis, maior in Imperio.* Quasi hæc sint ex Deo maxime connexa, vt qui primus sit in aliquo genere, primas ferat in donis, & mueribus diuinis pertinētibus ad gen⁹ illud. Hinc est quod 2. Reg. 2. dum militare robur exercitus Dauidis ponderatur, tres primi duces constituuntur, à Deo dati in defensionem populi sui. Et immediatè Ioab, Bananias, & aliorum incredibilia pene facinora dum recensentur, quod cum leonibus confligerent, quod singuli integros prostrarent exercitus, tamen ad singulorum magnalia, hoc additur semper: *Sed vsque ad tres primos non peruenerat.* Quasi hoc debeat esse inter omnes firmum, quòd ille qui à Deo eligitur in aliquod primatum, nequeat in donis illius superari ab alijs, respectu quorum est primus. Prodigiosa licet, & pene inaudita sint posteriorum facinora nouum, & inusitatum Deo etit, quod attingant præstātiam primi. Pro quo memorare certamen illud Iacobi in vtero existentis aduersus fratrem, procurabat Iacob totis viribus nasci primus; & eò deducta res est vt cum nascerentur Esau, simul exiret Iacobi dexterā tenēs plantam fratris sui: ait Gen. 25. *Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, &c.* Compara modo Iacobi dexteram, cum

Dam.

1. Reg. 9.

Genes. 49.

2. Reg. 2.

Genes. 25.

cæteris membris eiusdem; nōne manus hæc dextera fortior, & præstantior cæteris membris apparet? Manentibus adhuc in vtero cæteris membris manus vna exiuit foras in certamen, manus vna fratrem supplantat, & nomen puero nondum nato acquirit, ideò enim vocatus est Iacob. Ergo manus præstantior cæteris? Absit quod manus licet tot perficiat facinora præstantior sit, vbi caput est, licet videatur in vtero matris adhuc inclusum; nunquam enim manus in præstantia, & excellentia à capite non vincitur. Pulchrè Eucherius, ait lib. 2. in Gen. *Alter egre diens plantam fratris tenebat manu. Iacob manum prius, dū nascerētur, emisit ex vtero, quæ etiam pedem prænascentis fratris tenebat, deinde vtique secutum est caput. Sed tamen caput non tantum ea membra, quæ secuta sunt, sed etiam ipsam manam, quæ nascendo præcessit, dignitate ac potestate præcedit.* Nulla facinora manus pertingūt virtutem capitis, nulla potestiorum magnalia non vincuntur ab eo, qui primus illorum à Deo electus est, & cui tradidit Dominus principatum.

Eucher.

§. XVIII.

Vbi in homine virtus apparere incipit, & odia mundialia in illam insurgunt.

ECce tota causa odij mundialis, ait Dominus, *hæc omnia facient vobis propter nomen meum*, pro Deo, & virtute incurrimus in odium mundi. Vbi cæperimus inuocare in nomine Domini, vbi cæperimus nomen dare & Deo, & virtuti, Deoque placere, statim in nos muudialia odia insurgent. Primi illi fratres Adami Filij adeò amabantur inuicem, vt ad omnia opera ambo simul concurrerent. Quid tunc? Ait text. Genes. 4. *Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, Abel quoque obtulit, de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorū, respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit: iratusq; est Cain vehementer, &c.* Expende ex quo insicitur Cain, nimirū ex quo Abel apparuit Deo placens, amabantur antea, nulla inter illos differentia, nulla disidij causa: sed vbi Abel Deo placet, vbi eius munera recipiunt Deo grata esse, ecce tibi odia, & iræ in illum insurgunt, Chrysostom. lib. 2. de Prouident. ait: *Abel quidem quandiu nullum excellēs virtutis suæ documentum dedit, agnoscebat illū frater,*

Genes. 4.

Chrysost.

ter: vbi verò ex sacrificio placuit, claruſq; meritis eluxit, tùm iam naturam quoq; ipſam ille ignorauit. Virtutis præſtantia, & Deo grata munera fuerunt ob quæ tantũ odiũ, tataq; iræ excitatæ fuerint aduerſus Abelem, vt merito

2. Thim. 3. dicat Paul. ad Thimot. 3. *Omnes qui volunt in Chriſto pie viuere, perſecutionẽ patiũtur.* Si mul, vt mundo renuntias, vt vitia ablegas, & Deo te incipis oſtendere gratum, hoc puta, quia in te exardeſcent homines mũdani. Miraris Ioſephum ſanctiſsimũ cõiectum in carcere, & conſectũ ab illa fœmina, à qua ardẽtiſsime amabatur. Vndè tantus amor ſic potuit in odium, & perſecutionem cõmutari?

Gen. 39. Textus ait c. 39. Gen. *Cumq; vidiſſet mulier veſtẽ in manibus ſuis, & ſe eſſe contẽptam vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait eos: En introduxit virũ Hebræũ, vt illuderet nobis, &c.* Tunc odia inſurgunt, in Ioſephũ, cùm contẽpta ab illo apparent incentiua peccati: cũ voluptates perfundat, in carcerẽ rapitur, & compedibus alligatur. Elegãter D. Amb. de

Ambr. Ioſeph c. 5. *Quæ enim cauſa crudelitatis, niſi quod cupiditatibus ſuis obſiſti videbat, & deſideria ſua vetita aſſenſione fraudari: En propter quod aperitur carcer, vt ſuſcipiat innocẽtes, ſoluatur catena reis, vt imponãtur fidelibus: dimittatur veritatis adulteri, vt includatur, qui fidei adulterijs recuſauit.* Quã cæca eſt ſemper mũdanorũ hominũ rabies, dũ ſcelera malefi corũ prætereũs, quæ adulteris, quæ periurijs, quæ raptoribus inferre deberet, ea pijs, & iuſtis viris minatur. Et quis eſt iuſtus, qui hanc effugiat rabiẽ? Pſal. 39. *Annuntiaui, & locutus ſum, & multiplicati ſunt ſuper numerum.*

Pſal. 39. Notat pſaltes fructus quos meſit prædicatio Chriſtiana, quando bonis cœleſtibus annũtiatis iuſtos facit, ſed quid eſt, quòd ait, *multiplicati ſunt ſuper numerũ?* An tot poſſunt eſſe iuſti, qui extra numerũ ſint? Abſit: imò nõ ſolũ iuſti, ſed & capilli eorũ numerati ſunt: qualiter ergò ad Chriſti prædicationẽ multiplicatio fit ſuper numerũ? Equidẽ vbi Chriſti fructus incipit apparere in vita hominum, nõ apparet iuſtus, cuius capelli numerãtur, quin ſtatim nõ inſurgãt phalanges illorum, qui nullius numeri ſunt apud Deum, nimirũ homines impij, & mũdani, vt iuſtũ perſequãtur. Acutè ſatis D. Aug. in Pſal. 128. ait. *Quid*

Auguſt. *eſt ſuper numerũ? Nõ ſolũ illi, qui crediderũt, & qui pertinent ad numerũ ſanctorũ, ſed & ſuper numerũ: intrarũt multi iuſti, ſed plures iniqui, & pertulerunt iuſti iniquos. Ideò nequiſquã miretur, audiat Eccleſiam dicẽtẽ: ſæpè expugnauerunt me à iuuentute mea.* Vix vnũ habet Eccleſia iuſtũ ex numeratis ad vitã, què innumerabilis perdẽdorũ multitudo nõ inſequatur. Vix Dei verbis enũtiatis ſe conformãt iuſti, & ecce aduerſus illos ſtãt mundi filij, & hoc ab Eccleſiæ initio. Ex quo Chriſti Eccleſia radiauit, aperiũtur carceres, vt ſuſcipiãt innocẽtes: ſoluũtur catenæ reis, vt imponãtur fidelibus, dimittũtur veritatis adulteri, vt includatur, qui fidei adulterijs recuſant. Parũ abfuit, vt putarem hoc ipſum malum à me fuiſſe conſpectũ, quoties cõcionatores verbi Dei pro ſuggeſtu audiui aduerſus religioſum aliquẽ ordinem declamare: & id præſentib⁹ tẽporibus frequẽtius audio. Scatent ſceleribus ciuitates, periuria per plateas per cõpita intonant; adulteri replẽt domos; alea pernox vigilat, dormiũt ſecuri luxurioſi. Et pulpita aſcenduntur à cõcionatoribus, qui plagas latronibus inuẽtas, fulgura à Spiritu Sãcto in adulteros, in periurios, in aleatores, & ſacrilegos fabricata in ſacratũ religioſorũ ordinẽ cõtorquent. Præſentibus adulteris, periuris, aleatoribus, imò ridentibus, religioſorũ ordo mordetur, & beſtijs ter rę ſanctorũ morticinia dãtur. Sed ſcire cupis qualia crimina fecerint religioſi hi viri, tiquidẽ, & ſancti viri, dũ ſunt in hac lachrymarũ valle, nõ ſunt liberi à crimine? Non mirarer inueniri crimina etiã apud ſanctos, ſed crimina his obiecta, nõ crimina, ſed præclaræ virtutes ſunt, carpitur ne ſtudiũ nõ promouẽdi ſe nec acquirẽdi ſibi aliqua, in quo poſsit eſſe aliqua ſuſpicio, aut vmbra auaritiæ, ſiue ambitionis? minime, ſed carpitur ſtudiũ pro mouẽdi ordinis ſui, quòd reperitur in D. Benedicto, in D. Mauro, in nobiliſsimis, & ſanctiſsimis religioſorũ primatib⁹; quòd inuenies in ſolis illis religioſis, qui nihil ſibi procurãt in particulari. Hoc viguit in maximo illo Inquiſitore ex dominicana familia Tuſer recremataqui nõ fuit Cardinalis, is de fiſco regio accreuit familię ſuę, ſeu ordini ſuo duo illa magnifica monaſteria S. Cruci Segouiæ, & Sãcto Thomæ Abbulæ dicata, ea ædificiorũ amplitudine inſignuit, ingentibuſq; redditibus ditauit. Nec ideò expilatoris regij ęrarij crimẽ incurrit, ſed pientiſsimi Principis nomẽ æternũ hæreditauit. Sed & aliud crimẽ religioſo ordini datur, quòd media in vrbe de regio munere magnifica ædificia erigat, cũ huc peruenit odiũ, iam Dei in ſe vindictã oſtẽtat. De ſacri ordinis ędificijs murmuras, caue ne prudẽtibus viris millia religioſorũ ædificia à ſanctiſsimis religioſis ędificata medijs vrbibus, cernentibus, ſicut fœnũ tectorum acreſcere videaris. Pſal. 128. ait Chriſti Eccleſia: *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.* Ideò non ceſſat ſanctorum perſecutio, ſed crebrius teratur, quia mundani

Pſal. 128

nihil vnquam possunt in Sanctos. *Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatẽ suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur, & conuertantur retrorsum, omnes, qui oderunt Syõ. Fiãt sicut fœnum tectorũ, quod priusquã euellatur, exaruit.* Expende quale malum prænuntiet Psalmes sanctorum persecutoribus; nimirũ: *Fiant tamquã fœnum tectorum, &c.* solet inter lapides ædificiorum euanidum, & inane fœnum nasci, & nutriri: qui ergò iram suam aduersus sanctos Dei, aduersus ordinem religiosorum à iuuentute sua impugnatum, & minimè expugnatũ, ædificiorum lapidibus nutrit, nonne fœnum tectorum est? Nonne iram in se diuinam incipit ostentare, dum sicut fœnum, solis lapidibus nutritur? Pulchrè
D. Zeno. aiebat D. Zeno Episcopus Veron. in illum Psal. *Ergò, qui sæpe, & pridem impugnant: qui super dorsum fabricant: qui prolongauerunt iniquitates: quorum concidentur ceruices, qui oderunt Syon: hi sicut fœnũ ædificiorum erunt inutiles, & corpore à huius præsentis, vitæ fructum casum minimè referentes.* Insciũ te diuina ira impulit. O bone inædificia ordinis sacri, vt inde fœnum appareas, euanidum, & inutile, sine fructu; & fœnum, quòd natũ inter lapides, & petrosa, necessum est, quòd areas, nõ habens indè humorem; hoc est non habens materiem ori mordaci. Vnum Vallisoletum mente percurre, & contemplare ibi regium S. Benedicti, & monachorum cœnobium, famosum, & fabrica, & situs celebritate. Plusquam regia D. Pauli, & D. Greg. Monasteria, in limine ipsius regij palatij. Conuentus Discalciatorũ D. Francisci intra ipsas Palacij medullas. Sed quòd mireris magis, maximus ille D. Francisci Conuentus in platea maiori, cinctus vndique mercatoribus, quorum ora te prædicant fœnum euanidũ, lapidibus ædificiorum nutritũ, qui antequã omnipotentis iudicis manu euellaris, iam exares.

Ioan. 15. Si non veniſſem; & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent, de peccato ſuo.

§. IX.

In lingua iustorum adeò conspicua est eorum sanctitas, & iustitia, vt nulla aduersarijs relinquatur excusatio.

FEliciores Iudæi fuissent, si mutum Iesum momordissent, nihil enim ab eius lingua audientes, odij sui excusationem aliquã prætẽdissent. At siquidem locutus est Iesus, & ita locutus, vt nunquã aliter locutus fuerit homo, iã odij Iudæorum nulla potest manere excusatio, quãdo illorum culpa fuit, in lingua Iesu non vidisse prospicuã, & euidentissimã eius sanctitatem. Equidẽ inexcusabilis est, qui loquentẽ iustum persequitur, quã doquidem iustorum loquelæ illos non possunt, nõ facere manifestos. Eh⁹ tu, qui dictis & maledictis persequeris Dei seruos, caue, ne te inexcusabiliter damnent eorum loquelæ. Apostolis inter lupos missis, dantur diuini Spiritus arma, sed dantur in linguarũ igne-
arum specie Act. 2. *Et apparuerunt illis dispertita linguæ, tãquã ignis.* Cur igneæ linguæ dã- *Act. 2.*
tur Apostolis? Pulchrè D. Amb. citatus à Lo- *Ambr.*
rino, ibi: *Vt non esset dubium per diuinã, inspirationem animis fidelium vitilem affectũ, rationabilem sermonem ministrari.* Expende illud, *vt non esset dubium*: vbi enim viri iusti linguã mouent, nullum desinũt dubitare de eorum sanctitate, euidens eorũ iustitia manet. Quis excusabiliter ignoret iustos illos esse, quorũ linguæ vndiq; in Ecclesia sonant pietatẽ, vitiorum expulsionem, cœlestium notitiam, æternorum æstimationem bonorum? Si in plateis ades, si in compitis, si in angulis ciuitatis, ibi audis linguas sonãtes Christum, cæ lestes virtutes sonantes: si in templis es, easdẽm de diuinis loquẽtes audis: si intra tuum cubiculum clauderis, vt orationi vaces; tibi præsto sunt eædem linguæ scriptis mãdatæ, quæ te docent orare, quæ mysteria cœlestia, & tegnas dæmonum apertissimo sermone pã dunt. Si aduersus hæreses irascaris, eorundẽ hominum linguæ, & scripturæ tibi tela ministrant, quibus hæreses obmutescere facias. Si scientijs gaudeas; iam ab ipsis incunabulis, tibi eædem linguæ suggerunt prima vocabula, & rudimenta scientiarum, ab eisdẽ linguis sumis quo possis, & lectiones, & disputationes illustrare Christianas. Certè nulla lingua in toto orbe terrarum pietatẽ sonat, Christũ clamat, quæ horum iustorũ linguis, vel è suggestu, vel è cathedra, vel à libris suggerentibus nõ debeat, aliquid ex his, quæ de Christo, & virtute sapit. Docte latis alebat Aug. in Psal. 9 5. *Quid sibi vult, quòd Spiritus Sãctus apparuit in igneis linguis, nisi quia nulli⁹ linguæ duritia est, quæ nõ illo igne soluatur? Nec enim nõ habemus iã multas gentes Barbaras credidisse Christo. Quo nondũ porrectũ est Romanũ imperium, iã Christus posit idei. Quòd adhuc clausũ est eis, qui ferro pugnant, non est clausũ illi qui ligno pugnãt.* Nihil clausum est in toto orbe terrarũ horũ iustorum linguis diuina charitate inflammatis, nullius linguæ duritiei

durities nõ domatur: quo nõ perrexit Romanus miles, imò vt plus dicã, quo non perrexit miles hispanus, inueniuntur hæ linguæ Christum, & hunc crucifixum sonare. Et nõ credis iustos, & sanctos esse illos, quorũ linguæ replent orbem terrarum sanctitate? Sanè si Iesus locutus non fuisset Iudęis, peccatum non haberent, si Iesuitæ viri non locuti fuissent, peccatum nõ haberent aduersarij, nunc autem quando mundus illos loquẽtes audit, & taliter loquentes, vt repleat doctrinis, & scriptis orbem terrarum, disciplinasque & morales, & Theologicas, & Physicas & vniuersas viro Christiano conducẽtes facultates dicent, nullam excusationem habẽt de peccato suo eorum aduersarij. Implicat enim, nisi ab hominum cõuentu pleno Spiritu Sancto, tot linguas, tot sermones, tot libros de Deo, & virtutibus euulgari. Similes requirebat linguas in perfectis Christi ipõsis Gillib. Gillib. Abb. qui ferculum Salomonis explicans ex c. 2. Cant: illud in primis ponderat, quòd ait: *Colũnas eius fecit argenteas*: nõ marmoreas commendat ex robore, sed argẽteas ex sonitu. Sed cur ex argenteo sonitu cõmẽdantur columnæ? An quia, qui in tẽplo Dei columna est, firmusq; stat in Dei obsequio, is in sermone probandus est, si præclare, & sublimiter Christũ, virtutẽq; sonet? Maximè in hoc argẽteo sonitu oblectatur virtutũ columnæ. Ait Gillib. ser. 18. in Cant: *Columna es, si fueris in fide firma, argentea, si diuini fueris vsu instructa sermonis. Argẽteæ sint linguæ vestræ. Argenteæ sunt, si de sacra Christũ pagina sonãt. Non mittatur massa plumbea in os vestrũ: Plũbeũ os, est, quòd nihil subtile loquitur, nihil de supernis: sed totum remissum est, totum hebes, totũ de imis, fortasse, & de iniquis. Nam iniquitas sedet in talento plũbi.* Sic ex Zachariæ cap. 5. componit os plumbeũ, & linguã argenteam: hæc inest columnis virtutum, illud subest inquitatis solio. Lingua argentea vndiq; Christum sonat, de subtili sacræ paginæ sensu mores cõponit, sublimibus veritatibus persuadendis nauat operam. Plumbeũ os, quid promat, nisi moles, & pondera, quibus prematur proximus: nihil ab illo subtile, nihil acutũ, nihil de supernis, sed totum hebes, & de imis, quæ terram ostendant, terrenosq; mores. De his dicebat Isaias cap. 3. *Ruit Hierusalem, & Iudas cõcidit: quia lingua eorũ, & adinuentiones eorũ contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondit eis: peccatum suũ quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, væ animæ eorum, quoniã reddita sunt eis mala. Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum ad inuentionũ suarũ comedet.* Isai. 3. Nota causam ruinæ videlicet, *quia lingua eorum, &c.* id quod refert Adamus ad voces illas, quibus Iudæi clamabant contra Iesum dicentes: *Dæmoniũ habes.* Et cur tàm plumbeum os, põdere suo illos non deiiceret? Sed expẽdẽdũ; quid addat, de his plũbeis linguis: *Agnitio vultus eorum respondit eis, & peccatũ suum, quasi Sodoma prædicauerunt.* Inter plumbea verba, quibus proximum cõtundunt, gloriantes in delictis suis, dum fingũt verbum Dei prædicare, peccatum suum instar Sodomitarum prędicat, & vel ex ipso vultu, & facie agnoscuntur, quali morbo inuidiæ, superbiæque laborent. Ait Adamus, ibi: *Facies eorũ indicat eos esse superbos, ira, inuidia, & odio plenos.* Ecce tibi plumbeis buccis, quæ facies respõdeat. Iusto autem dicendum est quoniã benè, quoniam in omnibus prosperabitur, fructum ad inuentionum suarum comedet, nunquam non sciuit argentea iusti lingua mellifluis fructibus implere ora. Ait Gilliber. ser. 18. in Cant. *Memento os tuũ cœlestibus oraculis consecratũ. Sacrilegium puta si quid nõ dulce, non diuinũ, nõ de sacra pagina sonet.* Hoc cõmendas Psal. 80. aiebat? *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Os requirit Psaltes in fideli homine argẽteum, quòd dulce, & amice, & diuine sonet, & ad hoc solum petit, quòd vt tuba sonet in insigni die solemnitatis vestræ. Quid interest, ò Dauid, quòd sonet hominis os instar tubæ in die solemnitatis suę, adhoc, vt argentea, & dulcis, & amica lingua sonet? Multi sunt, qui expectant insignem diem solẽnitatis suę, vt quos honoris gratia conueniunt, plũbeis, ferreisq; verbis contundant. An nõ hoc fieri solet? Fallar, si putauit Dauid, si putauit vir nobilis, imò mediocre nobilis id fieri posse, quin potius putauit necessarium omnino, quòd saltẽ insignis festi honor faciat dulce sonare etiam feralium hominũ ora. Ex quo similiter Gillib. ser. 18. in Cãt. aiebat. *Omnis dies vobis solẽnis debet esse, semper neomenia, semper Sabbatum. Ideò os vestrũ quasi tuba sit ductilis, tuba argentea, tuba quæ nõ lites, sed lætitiã sonet, sed solẽnitatem, sed cãtica spiritualia. Nescio quomodo de columnis argẽteis ad tubas nostras deflexit oratio, nisi quia optima columna est in domo Domini, qui tale os portat.* Gillib. Tã alienũ fit ab homine fideli plũbeum ali quod, vel ferreũ in insigni die solemnitatis suæ insonare; vt ad cõponendũ Christianè os suum, hoc efficacissimũ medium habeat, quod putet semper se loqui in solemnibus sui ordinis festiuitatibus. Et quis, si putet solemnia sui ordinis festa agere, non cogatur ferrea tunc malea deponere, & argenteis tubis in clamare, & lętitiam, & solemnitatem;

& cãtica perſõnare? Sanè, & qui tales os portat, non tuba ſolum verbi Dei, ſed & columna eſt, in templo Dei ſui.

Ioan. 15. Qui me odit, & Patrẽ meum odit. Si opera nõ feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ nõ haberẽt, nũ autẽ, & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum. Sed vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptum eſt. Quia odio habuerunt me gratis, &c.

§. XX.

Qualis quis fuerit manifeſtè oſtendunt virtutis opera, ſine quibus nemò bonus eſt.

INexcuſabiles reddiderunt Iudæos Chriſti Domini opera vndiq; halantia virtutem: quis & ſi cæcus ex virtutis operibus patentem ſanctitatem nõ videat? Petrus interrogatus à Ieſu Matth. 16. eius diuinitatẽ publicat, *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Sic rudis piſcator occultam in carne diuinitatẽ agnoſcit. Cui Ieſus: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus cæleſtis.* Miraris quod pater cœleſtis dicatur reuellaſſe Petro diuinitatẽ filij ſui. Quando pater locutus eſt cũ Petro? Quando Petro apperuit pater filij conſubſtantialitatem? Opera Ieſu talia erant, tantæ ſanctitatis plena, vt in illis manifeſtè ſeſe Deus pater oſtenderet his, qui velint attendere ad illa. Ad hæc D. Hier. de vera Circũciſione fatur: *Quando reuelauit Pater? Quo tẽpore Deus, cũ Petro locutus eſt? Reuelauit, inquit, pater meus, hoc eſt dicere, operibus credidiſti, quæ locuntur filius Dei.* Petrus vidit Ieſu opera ſanctitatẽ halãtia, vidit Ieſu opera Deũ teſtantia, & in operibus ſic Ieſu diuinitatem agnouit, ac ſi ſecreta paterna omnia patẽtia ſibi, & reuelata fuiſſent. Neminem nouerũt ſanctitatis opera fallere; id verè eſt, quòd ipſa publicant, adeò vt ſine ipſis nihil ſit. Ille ſolus putat habere vitam, habere ſanctitatẽ, habere bona, qui ea operibus manifeſtat, ſi ceſſat ab operibus habes nihil. Prouerb. 24. *Per agrũ hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiẽ eius ſpinæ, & macerĩa lapidum deſtructa erat.* Nec facies ſaltem agri, ſeù vineæ pigro homini remanſerat, iã ager, non erat ager, nec vinea erat vinea, ſed ſpinarum, vrticarumq; campus. Vndè ſic vinea in nihilũ redacta eſt? An de molitur ea aper de ſilua? An ſingularis ferus de paſtus eſt eã? Nihil dicit de apro, nihil de fera, ſed ſolam prædicat hominis pigritiam, & vbi in operãdo pigritia eſt, vbi opera nõ cernũtur, omnia abeũt in nihilũ. D. Ber. ſer. 63. in Cant. ait: *Non eſt vinea ſtulto. Quomodo vinea, vbi nihil elaboratũ vſpiã apparet. Tota ſpinis ſilueſcit vita ſtulti, & vinea eſt. Et ſi fuit, iã non eſt, redacta inſolitudinẽ. Vbi vitis virtutis? Vbi botrus boni operis? Audis ſapientem irridẽtẽ ſtultũ, quòd bona natura, bona gratia, primã ſuam vineam, in non vineam pigritando redegit.* Eò ſolum quòd opera negligas, quòd nõ appareant in te opera virtutis, puta in te omnia bona emortua, omnia redacta in nihilũ. Pſa. 77. *Et occidit in grandine vineas eorũ.* Grado nunquam poteſt occidere vineas; poteſt quidem grãdo fructus vineæ perdere, pãpinos frangere, at vitibus non nocet grãdo. Quomodo ergò non ſolum fructus, non ſolũ pãpini, ſed ipſæ vites, ipſæ vineę dicuntur occidi à grandine? Eò ipſo quod vineæ fiant, ſine fructibus occiſæ habentur, & in nihilum redactæ. D. Ber. ſer. 63. in Cant. *Quomodo vita cũ ſterilitate? Occidit, inquit in grãdine vineas eorũ; monſtrãs vita priuatas, quæ ſterilitate damnatæ ſunt.* Vanè putat ſe vitam habere, & aliquid eſſe ille, qui fructus operum non oſtendit, Nequid aliquòd bonum eſſe, niſi quandiù operibus virtutis exprimitur. Aiebat Dominus Cant. 8. *Pone me; vt ſignaculũ ſupra cor tuum, ſignaculũ ſupra brachiũ tuum, quia fortis eſt, vt mors dilectio.* Si dilectio animis noſtris indita adeò fortis eſt, vt poſsit ipſa cùm morte confligere, imò mortem ſuperare, cur adhuc neceſſum eſt, & cordi, & brachio Chriſti apponi ſignaculum? Quieſcat brachiũ, vbi dilectio Dei viſcera noſtra depaſcit, quæ ſola mortẽ ſuperabit. Abſit; imò ne dilectio cedat morti, & in nihilum abeat, neceſſum eſt, quòd virtutũ operibus inſtet brachiũ. D. Amb. in Pſal. 118. ſer. 19. ſic fatur: *Et tu ſigna in tuo ſenſu, & opere veritatem: vt os tuum nõ loquatur mendacium: manus tuæ non operentur opera hominum, quæ ſunt fallacis iſtius mundi. ſed illa, quæ Dei ſunt, vt pauperibus largiantur, debiles ſubleuẽt, mortuos honorent tumulis ſepulturæ. His operibus charitas quæritur, vt nemò poſsit à Chriſto, vel periculo mortis auellere.* Sic charitas inter opera naſcitur, alitur, & educatur, vt ſine operibus morti cedere cogatur.

Matth. 16.

D. Hier.

Iron. 24.

D. Ber.

Pſal. 77.

D. Ber.

Cant. 8.

Amb.

CAPVT XXI.

De Spiritus Sancti effectibus.

DE Abſentia ſua per mortem cõſolatus Dominus diſcipulos ſuos, huc peruenit, vt oſtendat haud contemnendam tatę abſentię vtilitatem, nimirum Spiritus Sancti aduentum. Nunquam enim Spiritus Sanctus veniret, niſi ab omni carnali affectu perpurgatis. Et quid diuinus hic Spiritus adueniens faciet? Is nullam veritatem ad ſalutem neceſſariam non reuelat. Doctoribus, Magiſtriſque & Eccleſiæ Principibus illud doctrinæ oleum impertiens, quòd deſcendat à capite, & nouiſſimos etiam homines valeat illuminare. Nec non Iudæos, alioſque Chriſti Domini hoſtes ſummi criminis, nempè infidelitatis conuincet, conuictiſque euidẽter mõſtrabit ipſam Chriſti iuſtitiam, innocentiã, ac dignitatem, quòd Sathanã proſtrarit, totiuſq; virtutis ſit vindex, & author. Inſuper ſic filium Dei Ieſum apud homines clarificabit, vt eius maieſtas medias inter mundiales tenebras cõſpicua maneat, & eius doctrina, & fides, & Eccleſia oppugnãtium rideat iacula, & peccatum, mortem, mundum, diabolumq;, & eius innumeras phalanges prorſus detriumphet, funditus deuaſtet.

Ioan. cap. 16. Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque Synagogis facient vos: ſed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo: & hæc facient vobis, quia nõ nouerũt Patrem, neque me.

§. I.

Duriſſima omnium perſecutio á bonis ſimul, & malis oritur, quæ ſolam Chriſti Eccleſiam percutit.

DIxerat Dominus præcedẽti capite ſuos odio habendos, & perſequendos a mũdanis. & quantula hæc perſecutio ad ſeruos Dei? Maior alia, eaque acerbiſſima excogitanda eſt, quæ non a mundanis ſolis, ſed à mundanis, ſimul & religionis, & pijs viris excitabitur; ne templi, nec ſacri loci refugium maneat Chriſti aſſeclis. Hos à ſuo mũdo eliminabunt prophaniſſimi homines, & ſimul viri religione, pietateq; florentes à ſuis Synagogis ejicient, eorum ſanguine Deo, & religioni litantes. Nulla maior excogitari poteſt perſecutio, quam quæ à probis ſimul, & improbis oritur, quæ vt ſola omnium maxima eſt, ſic in ſolam Chriſti Eccleſiam, vt potè omnium fortiſſimam permittitur excitari. Quid plura? Maximum vel hinc argumẽtum potes ſumere, in te eſſe Chriſti Eccleſiæ cauſam, ſi videris teſimul à probis, & improbis viris impugnari. Sanè D. Amb. epiſt. 33. dum templum pacis cauſa à Theodoſio Arrianis conceſſum, acerrimè ipſe propugnat ab Arrianis, maximè, tam religioſorum, quã improborũ hominũ in ſe concitat animos. Ab vtriſque habebatur pacis ſcandalũ. Imperatori iniurius, detrimẽtoſus cõmuni vtilitati. Quid tũc Ambroſius? Ex improborũ, proborumq; hominum in ſe acerrima impugnatione, argumentatur ſecum eſſe, & Dei, & Eccleſiæ vniuerſalis cauſam. Hæc ſunt ſanctiſſimi viri verba: *Quid dicam, quòd etiã Heliam Iezabel cruenta perſecuta eſt? Quòd Ioãnem Baptiſtam Herodias fecit occidi? Singulæ tamen ſingulos: Mihi quo minora logè merita, eo tentamenta grauiora. Virtus infirmior, ſed plus periculi. Succedunt ſibi mulierum vices, alternantur odia, commenta variantur, ſeniores conueniuntur, præteritur regis iniuria. Quæ ratio igitur eſt aduerſus hunc vermiculũ moliri grauiores tentationes, niſi quia non me, ſed Eccleſiam perſecuntur?* Nunquam in vermiculum tot excitantur iræ, nunquam in ſiccam ſtipulam vibrantur fulmina, ſed in turrem ſupra mõtem poſitam: nunquam in infirmos peccatores ſic iunctim omnium odia deſæuiunt, ſed in ſanctitatem, in iuſtitiam, hoc eſt, in Eccleſiã Chriſti. Fallar, ſi aliquãdo improbi, & iuſti conuenerint in perdendo ſcelere aliquo nequiſſimo. Quãdo nequitia, & ſcelus non habuit patronos impios? Quãdo iuſti homines ſuffragia ſceleratorũ habuerunt, eliminanda vitia? Adeò inaudita eſt hæc piorum, & impiorum concordia aduerſus iniuſtitiam; vt iam, vel ex illa euidentiſſimum ſit, qui ſic ab impijs, & pijs ſimul petitur, eſſe iuſtum. Quis ignoret ſanctiſſimi, & innocentiſſimi Iobi certamina? Vnus ipſe erat in arena, & aduerſus hunc diabolus vniuerſum orbem excitat, & commouet; cap. 1. *Irruerũt Sabæi tuleruntq; omnia & pueros percuſſerunt gladio:* Nec id ſolũ, ſed *ignis* *Ambr.* *Iob 1.*

Dei cecidit è cœlo, tactas oues, puerosq; cõsumpsit. Rursus instat exercitus alius, nimirùm: *Chaldæi fecerunt tres turmas, &c.* iam maior alia plaga adest: *ventus vehemẽs irruit è regione deserti,* & filios perimit viri iusti. Ad hæc ipse sic percutitur, vt & fætore vlceris cogatur exire, & sedere in sterquilinio. Habes iã Sabæorum, Chaldæorumque exercitus, cœlestem ignem, ventorum rabies, morborum pæstilentiam aduersus vnũ Iobum, nec tamen ibi finitur persecutio. His omnibus adduntur cap. 2. tres Iobi amici, sanctissimi, religiosissimiq; viri; qui Iobi animum grauissime linguæ gladijs transfodiant, iniustũ illum, & sceleratum reputantes, & tãto supplicio dignum. Miraris iustos homines consensisse latronibus, vt Iobum trãsfodiant: & cũ Chaldæorum, Sabæorumque ne farijs; turbis concurrisse aduersus illum? Ne id mireris præmittitur de Iobo cap. 1. *quòd erat vir simplex, & rectus, ac timens Deum, &c* Id quod vel exeo euidenter perspicitur, quòd & piorum, & impiorum simul talem, ac tantam contraditionem sustinuit. Accipite adhuc verba in hanc rem pulchra ex cap. eiusdẽ 42. *Postquã autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem. Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniã non estis locuti corã me rectũ, sicut seruus meus Iob. Sumite ergò vobis septẽ tauros, & septem arietes, & ite ad seruũ meũ Iob, & offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiã, vt non vobis imputetur stultitia.* Quibus verbis hoc vltimum notandum, quòd errores horum virorum non malicię dentur, sed stultitiæ, & ignorantiæ, ait enim: *vt non vobis imputetur stultitia.* Sed si ex stultitia, & ignorantia errabant, quare eorum ignorãtia nõ erat prorsus excusabilis? Cur non excusabiliter possent ignorare iustum, quem tot malis, & ærumnis opprimi cernebant? Nonne pijssimorum hominum est plagas à Deo illatas, nostris attribuere peccatis? Cur ergò non iustè ignorent pijssimi hi viri iustitiam Iobi sub tot, tantisque plagis? Equidem habebãt pro iustitia Iobi euidentissimum testimonium nouum inusitatum concursum plagarum ex impijs, & conflatum. Videbant Iobum ã Chaldæorum Sabæorumque pessimorum latronibus spoliatum, à rabie dæmonum percussum, simulque se ipsos, & si sanctos, & pios viros in eumdem concitatos, totq; tribulationes ab impijs, & pijs cõcitatæ clare ostendebant, non posse esse, nisi aduersus hominem iustum. Non multum abest Orig. lib. 3. in Iob, paulò post initium inquiens: *Hãc scilicet cogitationẽ malam, atque illicitam in istis viris oriri faciẽs Diabolus, succendit cor eorũ ad omnẽ iram, & indignationẽ aduersus Iob, cũ studeret cõfirmare, quòd Deus iustus fuerit, Iob verò iniustus, & impius, & peccator. Aduersus quod fortiter stans Iob non permisit se audire vaniloquos illos à Diabolo succẽsos, sed & bonũ Deũ ostendit, & se absq; culpa vniuersa hæc pati demonstrauit. Non enim Deus illi hæc mala ingessit, sed diaboli liuor, atque inuidia. Multæ tribulationes non iniustorum, sed iustorum sunt.* Expende vndè se iustum demonstrauit Iob, nimirùm, quia *multæ tribulationes non iniustorum, sed iustorũ sunt,* vbi adeò multiplicantur tribulationes, vt non solum ab impijs excitentur, sed & simul à pijs concurrentibus, non potest licite ignorari iustus, qui talia patitur. Nũquã enim huiusmodi tribulationes permmitti solent, nisi aduersus iustum, & sanctum. Quòd solatium nemò tollet ab illo, qui in sui odium videat viros probos consensisse prauis.

Iob 1.

Origin.

Ioan. 16. Et nunc vado ad eũ, qui misit me, & nemò ex vobis interrogat me. Quo vadis? sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.

§. II.

Si mundi ærumnæ, earumq; fines ponderentur, non tristitiam, sed gaudium pariunt.

Ecce vobis vndè tristia veniat in Apostolorum corda, nimirùm ex eo, quòd audientes mortem, & præsuras Iesu, non interrogant, quo vadat, hoc est, non scrutantur, quò per tot mala tendat: nõ quominus intuẽtur, qualem in finem mala hæc desinere habeant. Qui enim sic ærumnas, earumq; fines viderent, non tristitiam, sed gaudium sibi cõpararent. Apud Matth. nap. 24. monebat Dominus suos; *Audituri estis prælia, & opiniones præliorum. Videte, ne turbemini.* Inter præliorum discrimina, inter spicula hostiũ, imò inter ipsas pennatas, & iã volantes mortes hoc vobis sit consilium ad terrores excutiẽdos omnes, nimirùm: *videte,* introspicite discriminis, & mortis substantiam, adeò, vt fines earum per calleatis. Qui maneat terror in morte, vbi eius naturam videris, quæ vicinam

Matt. 24.

nam ostendit immortalitatem? Sanè, qui sic videat mortis discrimina, eiusque natura facile commutabilem calleat, in nullum timò rem, in nullam turbationem cadet. Aiebat Orig. hom. 28. in Matth. *Videte, non dixit, audite: hortans eos solicitos esse, vt oculis animæ possint videre, postquam audierint prælia, & auditiones præliorum, singulorũ naturam, & videntes, ne terreãtur.* Nullus nobis manebit terror, nulla tristitia, nulla solicitudo in ærũnis, & persecutionibus, & vniuersis malis, si cominus singulorum naturæ introspiciantur, quàm breuiter transeant, quàm gloriosum, & quietum finem afferant. Horrebat Moyses, imò fugiebat inhiantẽ colubrũ ex virga factũ: & quis non fugeret abhorrendi serpentis facie? Sed ait Dominus Exodi 4. *Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extẽdit, & tenuit, & versa est in virgam.* Ecce tibi cuius fugiebat ora, vbi caudã prehẽdit, non quod fugiat, inuenit, sed inuenit baculũ, quo sustẽtetur, & super omnes Ægyptios illustris euadat. Quid plura? Æruminæ, & mortes fugientibus horrori sunt, verùm accedentibus, & introspicientibus earum naturam, earum finem apprehendentibus, non horrori, sed lucro, sed vtilitati. Qui à lõgè aspicit horrentem malorum faciem, cur non fugiat, quasi à facie serpentis? Qui accedit, & videt finẽ, & prehẽdit caudã, & obsequium inuenit, & securitatem. Explico rem exemplo Babyloniæ fornacis Dan. 3. huius succensæ horrendũ quid, stridebant flammæ sese vsque in cœlum tollenies; tres verò pueri Hebræi tanti discriminis finem intuentes minimè refugiunt mitti in fornacem. Erant igitur intra fornacem pueri; erant à longè Chaldæi spectantes, & horrentes flammas, quid tunc? *Effundebatur flãma super fornacẽ cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incẽdit, quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & sociis eius in fornacem, & excussit flammã ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis, quasi vẽtum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, &c.* Ecce tibi sanctissimi pueri, dum ardentem fornacem nõ refugiunt, sed quas putabant voraces flammas ingrediuntur, nec læsionem, nec tristitiã ibi inueniunt, sed lętissimum ventum roris flantem, Chaldæi autem, qui foris stant, qui flãmas horrent, & fugiunt, misere ab ipsis flãmis erumpentibus perimuntur. Non equidẽ qui fugit ærumnas, sed qui earum cõtemplatus finem eas amplexatur, is est, qui omnia lęta, & prospera inuenit. Ad hæc D. Hilar. ser. 2. de Nuptijs, inquit: *Quantum lætitiæ in præsenti obtinent merita religionis, & priuilegia sanctitatis? Ecce horrendum nescio quid anhelates globi, & per quadraginta cubitos ebullientes extrinsecus sæuiunt, intrinsecus parcunt: extra fornacem sæpiens ignis irascitur, & intus in fornace famulatur.* Sic vniuersa mala aduersus metuentes, & refugientes exardescunt, in illis autem, qui accedunt propè, qui minimè refugiunt illa subire, nil triste, sed omnia læta, & prospera causant.

origin.

Exod. 4.

Dan. 3.

D. Hilar.

§. III.

Cœlestia meditanti mũdiales laquei nihil nocẽt. Vbi qualiter patres consulant filijs.

CApiuntur Christi discipuli tristitia, sed vndè, qui Christo nomẽ dederunt, mũdialibus his affectuũ laqueis capi possunt? Aiebat Dominus: *Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis tristitia implenit cor vestrũ.* Cur non caperentur tristitia, qui nihil de cœlesti patre percontãtur, nihil interrogant de cœlestibus? Vtinam discipuli discedentẽ Dominum mirantes, & Deum patrem, & cœlestia regna, ad quæ Iesus ibãt animis intuerentur, de illisque ratiotinationes, & meditationes haberent, nulla penitus tristitia, nullo mũdialium affectuum laqueo caperentur. Huc refero illud Prouerb. 1. *Frustra iacitur rete ante oculos pẽnatorum.* Vbi quæ cœli sunt incolæ aues, oculos habent, quibus cœli lumina intueantur, facile vitãt laqueos aucupum. Nil sunt laquei, nihil valent retia ad eas capiendas aues, quæ perpeti volatu, claris oculis cœlestia contẽplantur. Fœlix ille, qui pennatus reptilia, & humi iacentia bona prætergens; ad ardua, & sublimia volat, totusque oculus sit, vt contẽplet diuina, is omnes mũdi, & diaboli laqueos facile despicit, & inanes dimittit, ac vacuos. Sic præfata verba explicans D. Salonius, tãdem ait: *Frustra laqueus insidiarum diaboli obijcitur sanctis, & electis viris, quia facile superare possunt insidias diaboli, qui suã conuersationem habent in cœlis.* Equidem eo ipso quòd ad sublimia tendas, quòd de cœlestibus agas, quòd diuina, & æterna mediteris, facile excutis vniuersos mũdi laqueos. Nullus laqueus Satanæ nõ perspicuus, & inanis est illi, qui cœlestia attento rimatur intuitu. Vniuersis spoliabatur bonis Iob sanctissimus, ipse tamẽ inter omnium bonorum repetitas iacturas ad Deum se confert inquiẽs cap. 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut*

Prouerb.

D. Salon.

Domino placuit, ita factũ est, sit nomẽ Domini benedictũ. Quid tunc rabidus hostis? Ad laqueos currit, laqueumque parat viro sancto omniũ periculosissimum: dilectam adducit vxorẽ: in cuius lingua verba cõponit, quæ possint humanum hominis affectũ cõcutere. Quid plura? Ait textus iuxta Septuag. lectionẽ c. 2. *Is autem respiciens in eam, inquit: Quasi vna stultarũ mulierum locuta es, si bona suscepimus de manu Domini, &c.* Nil moratus, statim deprehendit mulieris stultitiam, statim Sathanæ laqueũ vidit, in lingua vxoris, quæ protinus excutit. Sed vndè tam cito vidit laqueum? Cur non magis affectu vxoris capitur? In lingua vxoris parauit laqueũ Adamo, & captus est; cur non similiter capitur Iob? Cur non vel ad momentum laquẽ illum latere potuit? Illa verba id indicant, *si bona suscepimus de manu Domini, &c.* Vbi totus erat animo fixus in Deum datorem omniũ bonorum, nõ potuit, non statim videre vniuersos laqueos inimici, & à se vacuos abijcere. Pulchrè aiebat Origin. hom. 2. in Iob. *Ipse respiciens in eam. Quis? Iob ipse respexit eam, qui ante ad Deum respiciebat, qui primũ Dominum contemplabatur, qui dudum ad æternam incorruptionem syncerìter intẽdebat. Ipse ergò respexit ad vxorem, ad insidias, ad muscipulam, ad subuersionem, ad ruinã.* Qui ante ad Deum respexit, æternaque præoculis habebat, ex indè etiã in vxore dilectissima, non potuit, non videre insidias, muscipulam, subuersionem, ruinã. Parabantur sanctissimo viro retia, parabantur periculosissimi laquei, sed parabantur hæc in vxoris lingua, vt quo occultiora & notẽtiora existerent. At ille non antè vxorẽ, quã Deum respiciens, nõ ante mundiales voces, quam cœlestia reminiscens, statim laqueos notauit, & nullo negotio contriuit. Hinc sapiẽter monebat D. Chrysost. hom. 8. de Pœnit. *Tu verò cum mulierem videris formosam, splendentem oculis, ornatam stola, libidine titillantem, & sideralem visum: respice de super statũ coronã, quo tale spectaculũ prætereas.* Quisquis enim cœlestia timatur, æternasque, & incorruptibiles coronas ante oculos suos constituit, facilè, si prẽdi possit huius affectibus mundi nequissimi. Si vel occultissimos sub splendenti laqueos pulchritudine, non videat, si mortes, ruinasq; medijs in voluptatibus non perspiciat. Caueat homo ne Dei, æternorumque bonorũ meditationes dimittat, & facilè negotio mũdiales sibi, & suis laqueos excutiet. Gen. 33 accedens Iacob Sichẽ, emit partem agri, in qua terbenaculũ fixit, cùm omni domo sua: *Et erecto ibi altare inuocauit super illum fortissimũ Deum Israel.*

Septuag.

Orig.

Chrysost.

Gen. 33.

Quid tunc? Immediatè ad hæc incipit cap. 34. dicens: *Egressa est autẽ Dina filia Liæ, vt videret mulieres regiones illius. Quã cum vidisset Sichẽ filius Hemor Princeps terræ illius, adamauit eã, & rapuit, &c.* Expende quando capitur Dina, quãdo laqueos incurrit; nimirùm quando paternum tabernaculum dimittit, in quo fortissimus Deus Israel inuocabatur, & præ oculis habebatur. Proh dolor? Nũquam incurrisset laqueos, si nunquam oculos à paternis tabernaculis, à Deo ipso deflexisset. Pulchrè id illachrymatur D. Cyril. Alex. de adoratione in spiritu lib. 14. inquiẽs: *Vide eã vsque eo castã fuisse, & virginitatis ornamenta retinuisse, dum in tabernaculo patris versata est, & habitauit, in quo illè inuocauerat Deũ Israel, & altare augustum erexerat. Vbi verò de paterno tabernaculo exiuit, sacroq; loco relicto, cùm exteris est mulieribus congressa, illico ad incestum, eius contumeliæ insueta, viè perducta est.* Nihil sic nos à laqueis, & perturbationibus mundialibus liberat, quàm, cœlestis illius tabernaculi paterni habitatio, & cum Deo conuersatio. Nil aliud velit homo videre, quàm cœlestia bona, & paterna, nil cognoscere prius, quàm id quod de Deo est, Deum in omnibus inuocando, & fallar, si vllo capiatur laqueo. Et expendendum amplius circa literam præfati loci, quale tabernaculum paternum fuerit, quod hinã securam tenuit à raptu: Quale tabernaculũ? Tabernaculum, *in quo Pater inuocauerat Deum, & altare augustum erexerat.* Et quidẽ illa paterna domus tantum liberat filias, & filios à laqueis, vbi Deus inuocatur, illique erigitur altare. Cur pater non videat filias prosterni, cur non videat filios in mille dedecoris barathra incidere: si eius in domo, nihil de Deo auditur, parui, aut nihili æstimantur diuina? Si totus circa tẽporalia versaris, si æternorum tabernaculorum, Deique fortissimi, aut nunquam, aut oscitanter memineris, non excuties laqueos à domo tua, quibus in infamia, & dedecus rapiãtur filiæ. Sapienter enim ait Cyril. *Vide Dinam vsque eo castam fuisse, dum in tabernaculo patris habitauit, in quo ille inuocauerat Deũ Israel, & altare augustũ erexerat.* Eò vsque bene se habebunt filiæ, & filij tui, dum in domo ea patrias habitent, in qua inuocetur nomẽ Dei & præoculis sint diuina. Eeo vsque quis diaboli laqueos fugiet, dũ fit in loco, in quo præcipua solicitudo habeatur de bonis cœlestibus, de Deo immortali, & inuisibili. Nouisti filios, filiasque sanctissimi Iobi à diabolo repẽte perẽptos; de his ait textus c. 1. *Filijs tuis, & filiabus bibẽtibus vinũ in domo fratris sui primogeniti, repente venius vehemens irruit,*

D. Cyrill.

Cyril.

Iob 1.

runt, &c. In domo fratris sui primogeniti epulantes, opprimuntur Iobi filij; cur nõ opprimuntur in domo patris, dum epularẽtur illic? Nonne vniuersi filij aliquando conueniebant in domo patris, vt epularentur ibi, & sicut nouellæ oliuarum in circuitu patet næ mensæ existerent? Imò id paternum conuiuium celebrari à Iobo post finita cõuiuia fratrum interse putat merito nolter Pineda: postquam enim fratres sua peragebant conuiuia, mittebat Iob ad eos, vt sequenti die apud se conuenirent. Et post patrem statim sequebatur primogeniti conuiuium: ex quo infero, quòd pridie ante ruinam omnes filij cõuenerãt apud patrem, & in paterna domo celebrarunt conuiuiũ, quandoquidem cùm sunt in domo primogeniti perimuntur. Cur ergò Diabolus non magis festinauit, vt eos opprimeret? Cur non eos in domo patris iũctos comprehẽdit, sed maluit expectare primogeniti conuiuium, vt nõ patris in domo, sed in domo fratris rabiem exerceret suam? Intinuat textus cap. 1. cùm de patre euocatore filios in domum suam, & de ibi celebrato conuiuio, inquit. *Mittebat ad illos Iob, & sanctificabat illos, consurgensq; diluculo offerebat holocausta pro singulis.* Ecce tibi Iob mittebat ad filios, vt paternam domum conuenirẽt: sed & illos excipiebat paterna domus, in qua pater inuocauerat Deum, augustũq; ibi altare erexerat, multisq; repleuerat sacrificijs. Non potuerunt argò filij Iob à Dæmone opprimi, imò nec contristari, dum in domo patris habitabant, in qua ille inuocauerat Deũ, & altare augustũ erexerat. Proh inexpugnabiles parietes, ad inuitãdos filios: intra quos, & nomen Dei inuocatur, & animarum negotia tractantur, & æterna bona prouidentur filijs.

Ioan. 16. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

§. IIII.

Viro iusto nulla tribulatio non vtilis, & conueniens est.

APostolis eripiebatur per mortẽ Christus, de cuius conspectu ipsi viuebant, & tamen dicitur, & verè dicitur, quòd expedit eis, vt Christus ab eorum abscedat oculis. Et qualiter expedire potest eis tata doloris occasio? Mundo, & omnibus mundi bonis renuntiarãt, vt Iesu præsentia fruerentur; imò & vitam ipsam contempserant pro Iesu; nec aliud sibi bonum cupiebãt extra Iesum, modo Iesus eis eripitur, & cùm Iesu omnia illis gaudia, eripi necessũ est. Et hoc expedit eis? Sanè iustis viris nulla tẽporalis iactura, nulla tẽporalis tribulatio accidere potest, quæ eis non expediens, & commoda sit. Vbi ligna notabat Dominus, quibus ædificaretur arca, quæ diluuia vinceret, ait Gen. 6. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* Septuaginta legẽdum putant: *Fac tibi arcam à lignis quadratis.* Cur quadrata requiruntur ligna ad ædificationẽ arcæ? Vt exprimãt qualis sint viri iusti, ex quibus constituitur Ecclesia Christi; sunt enim iuxtà quadratorum lignorũ, quæ nunquã nõ apte, & conuenienter cõcidunt. Rẽ pulchrè explicãs D. Aug. Psal. 86. inquit: *Non enim frustra etiã de lignis quadratis ædificata est arca Noe, quæ nihilominus figurã gestabat Ecclesiæ. Quid est enim quadrati? Attẽdite similitudinem, quadrati lapidis similis debet esse Christianus. In omni tentatione suaChristianus nõ cadit, & si impellitur, & si quaver titur, nõ cadit. Nam quadratũ lapidẽ quacũq; verteritis, stat.* A nullo impulsu quadratus lapis non cõuenienter cadit: sic iusto viro omnis tribulationis impulsus conueniens ad venit, quacumq; impellatur, apte, & conueniẽter constituitur. Nihil iusto viro, & si durũ, & si acerbum, non expediens saluti à Deo amante paratur. Crucifixi Domini latus lancea perfodit Ioan. 19. *Et continuo exiuit sanguis, & aqua:* aqua, quæ baptisma adumbraret; sanguis, qui tribulationum, & passionũ calicẽ fidelibus porrigeret. Sed illud notandum, nimirum in quo signabantur tribulationes, & passiones in fidelibus insurrecturæ; signabantur enim in sanguine manãte à vulnere dextri lateris. Et cur adeò tristia & acerba signa non magis a sinistris notabantur? Planè simul enuntiabatur tribulationũ iustorũ qualitates, quæ dextræ sunt, & nũtię veniẽtis fœlicitãtis. Ideò ait D. Ber. ser. 7. in Ps. Qui habitat. *Dominus meus Iesus etiã dextrũ sibi propter me passus est latus fodi: quòd videlicet, non nisi de dextera mihi propinare vellet.* Passionum, dolorum, tribulationum calicẽ propinat; sed non nisi, quæ dextræ iustis veniãt, & fœlicitatis plenæ. Exurgẽt tribulationes, exurgent prælia, & dolorum occasiones; at quæ expediant iustis, illosq; in Dei dextera considere efficiant. Hinc ait Iob cap. 30. *Ad dexteram Orientis calamitas meæ*

Gen. 6.

Augusti.

Ioan. 19.

D. Ber.

Iob. 3.

illico

illico surrexerunt; pedes meos subuetterunt, & oppresserunt quasi fluctibus, &c. Nulla calamitas cuiq; acerbior accidit, quã Iobo acciderũt calamitates suæ; sanè illu, & dolor, & intolerabilis fætor, & hostiũ rapinę, & amicorum mordacitas vehementer affligebant: & nilominus de his malis locutus, ait: *ad dexteram Orientis calamitates meæ surrexerũt.* Ad dexteram ais, ò bone, an dexter fuit impetus Chaldæorum aduersus greges tuos? an dexter fuit ventus, qui concutiens filiorum domum, septẽ tibi charissima pignora eripuit, & orbatum reliquit? Pulchrè ait Gillib. Ab. ser. 38. in Cant. *Iure ventum illum dextrũ vocauit, qui nihil ei quæsiuit sinistrũ inferre: quin etiam coronã gloriæ viro iusto comportauit augmentum, quando virtus probata enituit, & quãdo prouocata excreuit.* Nihil aduersi, nihil doloris excitatur in viros iustos, quòd illis ex dextra non soleat venire, quòd illos non magis impellat ad dexteram Christi.

Gill. Ab.

§. V.

Vel totius nostri corporis dispendio comparare debemus, quòd fratrum amor purus, & perfectus ad Deum ascendat.

QVia Iesus à discipulis suis se adhuc humano amore diligi sciebat; ideò ait suã absentiam illis expedire, vt sic eorũ dilectio, quæ & si bona, & pia erat, tamen non adeò perfecta adhuc existebat, purificaretur omnino, & perficeretur, nõ in corporalibus manens, sed se eleuans, ad spiritualia, & diuina. Hanc causam insinuat Iesus absentiæ suæ in præsenti iuxta Sanctorũ Patrum sensum cõmunem. Sed esto, quod absentia Iesu expediens fuisset discipulis, vt eorum dilectio perficeretur circa diuina, cur necessum erat ad hoc, quòd Iesus se per tàm horribilem mortem absentaret? Modo de morte sua cõsolaturos discipulos, vtilitatem suæ absentiæ ad amorem perficiendum proponit: cui amori perficiẽdo sufficiebat absentia Iesu simplex: cur supra hanc absentiã additur mors acerbissima, additur passio, qua crudeliter cõteratur à carnificibus tota illa sanctissima humanitas? Cùm Apostoli circa sanctissimam humanitatem afficerentur, allecti incredibili eius sapientia, & comitate, & pulchritudine; vbi egit Deus de eorum amore perficiendo, & eleuando ad sola diuina, & spiritualia, suam humanitatem conterendam, & deformandam carnificibus tradidit, vt doceret, quanto etiam nostri corporis dispendio emere debeamus, quòd fratrum amor, omnino purus, & perfectissimus in Deum abeat. De Ezechia rege pijssimo dicitur, 4. Reg. 18. *Cõfregit serpẽtẽ æneum, quẽ fecerat Moyses: siquidem vsq; ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, vocauitq; nomen eius Nohestam, id est, æneum.* Erectus serpens æneus in ligno salutẽ dabat aspicientibus Israelitis, vt habes Num. 21. ex quo hc maserunt Israelitæ affecti in illã imagine, vt illi exhibentes honore, verùm Deum obliuioni traderet. Id quòd animaduertens nobilis, & pius rex, vt Israelitas in vnius Dei honorem, & amorẽ reduceret, æneum serpentẽ confregit, in minutissimaq; dissecauit fragmina; vt in illo videntes non viuidum numen, sed æris fragmina, ad verã confugerent salutis humanæ causam. Cur ò Rex sic serpentem æneum per Moysem fabricatum, à Deo in salutem populi datu cõfringis? Cur non magis reuereris Moysis manum, Dei opus, & munus? Meritò, non parcit Dei muneri, nec Moysi operi, vt Israelitarum affectus pure, & perfectè in vnũ Deum reuocaret. Quid plura? Sanitates, & virtutes, quæ à Iesu humanitate exibant, & sanabant omnes, Iesu asseclas rapiebant adeò, vt humano quodam amore, licet pio, & bono, & debitò affecti circa humanitatẽ visibilẽ minus attẽti essent circa inuisibilia, & spiritualia. Tunc filius Dei carnificibus tradidit sanctissimam humanitatem deformandã, confrigendãq;, vt sola spiritualis eius gratia apparens, fidelium animos in Deum prorsus perfecto, & spirituali amore diligendum traheret. Nec sanctissimæ humanitatis gratiæ ingentes, incredibilis pulchritudo, sapientia singularis; nec corpus illud à diuino spiritu fabricatũ effecit, ne ipsa in confractione staret, vt purus hominum, & perfectus affectus in Deum euolaret. Huc spectans illud Cant. 4. dum pulchritudinem humanitatis Christi describit, ait: *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua*: expende illud fragmen, quasi facies illa pulcherrima, in quam desiderant Angeli prospicere, hominibus ita fracta, & contrita exhibeatur, vt nihil in illa cernere queant, præter quædam fragmina purpureo madida sanguine. Sed cur sic in fragmina purpurea ostenditur hominibus diuisa diuinissima illa facies? Vt solũ in illa gratia spiritualis appareat, quæ ab omni corpore humanas mentes in Deum, summe, & perfectissimè amandũ trahat. Non longè abest Gillib. Abb. ser. 25. in Cant. aiens: *An non tibi quasi fractas habuisse genas videtur ille, qui eas dedit percutientibus, dedit vellentibus, & nõ auertit a conspicientibus? Bona quidem hæc fractio, per quã interior capit*

4. Reg. 18.

Cant. 4.

Gill. Ab.

cæpit virtus eminere, & quæ intra carnis corticē claudebatur erūpere gratia. Quasi cōfracta videtur tāta dignitas ad passionis se ex inanies in iurias; sed per hæc fragmenta, salutis se nobis vbertas effundit. Fragitur diuinissima facies, vt spiritualis gratia ab intus appareat, ne exteriora bona tēporibus famulatia nos detineāt, sed in cōfractione apparētia nos in intima, & suprema, & prorsus spiritualia ducāt, in quibus perfectissima cōsistit salus. Et qualē confractionē nō sustineat diuinissima Christi facies, vt humanos affectus ab omni corporeo defæcatos, in vnum Deum perfectissime amandum trahat. Hęc sanè est facies Christi, hæc est vera, & perfecta pulchritudo, quæ sciat se cōtritioni, imò & perditioni dare, vt spectantiū affectus à se, in vnū Deū impelleret. In hac hodie gloriatur pulchritudine Lucia ill virgo, quæ sciuit oculos cōstringere suos, & eruere, nequis propter illos minus Deū amaret. Hinc aiebat Tertul. lib. de cultu fœmin. *Planè gloriabitur Christianus in carne, sed cum propter Christū lacerata durauerit, vt spiritus in ea coronetur, non vt oculos, & suspiria adolescētū post se trahat.* Illa facies illa pulchritudo sola est, in qua debeat gloriari Christianus, quæ deformari, imò, & lacerari amat, ne oculis, ne suspirijs hominū vni Deo debitis detrahat aliquid. Quòd enim sit turpissimū, homini, ocasionē prębere offensis diuinis, etiam vbi ipsa nulla culpam incurrit, habes lib. 13. cap. 1. §. 3.

Tertul.

Ioan. 16. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.

§. VI.

Maximū impiorum supliciū est, quod propria scelera in sua fœditate videant.

VErbum illud *arguo* duas significationes habere solet in scriptura diuina. Prima est, qua significat idē, quòd reprehendo, increpo, castigo, vt Apoc. 3. Quos amo, arguo & castigo. 1. Thimoth. 5. Peccātes corā omnibus argue: Altera significatio est, qua significat idē, quod cōuinco, claris rationib⁹ manifesto. Quę duo Spirit⁹ Sāctus efficit aduersus omnes impios, arguēs illos de pecto; dum tollens vniuersos impiorum prætextus & peccatorum opercula, euidentissimè peccata manifestat, oboculosq; impiorum ponit quæ est maxima illorū castigatio, & suppliciū nō paruum, quòd mens euidētem malitiā, & fœditatē suorū scelerum oboculos patiatur: clamabat Psal. 33. *Accedite ad eū, & illuminamini:* & post hac vocē paucissimi sunt, qui accedere audeāt. Aduenire in lucē, non omnibus amicum, & lætū est? Qui timeāt ad lucē accedere? Vniuersi, qui beneficio lucis cogēdi sunt peccatorū suorū in propria speciē malitiā, & fœditatē intueri; hi non tanti infernalium tenebrarū horrorē, quanti hāc lucem habent. D. Basil. hom. in Psal. 33. *Qui verò male fecerunt, in probrū, & confusionē resurgent: in se ipsis turpitudinē, & formas eorum, quæ peccarunt conspicientes impressas. Erit certe confusionis eiusmodi impressio istis tanto plus horrori, quā vel ipsæ tenebræ, aut ignis æternus, quòd in ea æternū victuri sunt peccatores, semper ob oculos versantes vestigia illa peccati in carne admissi.* Suprà exteriores, & sempiternas tenebras, supra tormētū voracissimi ignis, reputabūt etiā hominū nocentissimi dolorē videndi in propria malitia, & fęditate sua crimina. Cur cōsonat D. Ephrē ser. de Iudicio, inquiēs: *Horribilior tenebris, illoq; igne pudor erit, atq; cōfusio, in qua versabūtur semper ob oculos, vestigia illa peccati, quasi notæ alicuius tinctæ, nec eluibilis vnquā, in memoria animæ æternū duraturæ.* Pone hinc reproborum flāmas, tenebrosum inferni carcerē; illinc perpetrata à quouis crimina, ablatis operculis, in sua solum fœditate, & manifesta malitia, & nullus accedet voluptuosus, nullus ex coptulis istis palatinis, nullus nequā, qui non eligat æternis potius flāmis teneri, tenebroso carcere includi; quàm cogi ob oculos habere manifestā suorū peccatorū malitiā, & turpitudinē. Quā pœnam vt omniū grauissimā, sic reprobis hominibus reseruatā à iusto iudice nouimus. Postquā enim Isaias Babylonē, hoc est, mūdialē ciuitatē traditā flamis describit, sic pergit c. 13. *Habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabūt ibi, & respōdebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis.* Nō solū Babylō flāmis dabitur, sed & habitabitur his malis auibus, sed post flāmas, quæ exaggeratio est ista supplicij, quòd inibi habitē, & saltent, & mutuo sibi respondeāt aues istæ? Sanè summa est exaggeratio supplicij, quādoquidē in malis auibus isti cuiusq; scelera representātur, quæ perpetuo ob oculos sint miseris: Crudelitates vniuersę instar struthionū; theatrales saltus instar pilosorū, & voluptates, & lasciuiæ cunctæ instar Sirenū; instar vlularū visæ, vehementer oculos, & memoriā miserorū affligēt. Ad hæc D. Aelredus ser. 10. in Isaiam, ait: *Quomodo quæso in Babylonē iam vltricibus flāmis exposita, aut struthiones habitabūt, aut pilosi saltabūt, aut vlulæ*

Psal. 33.

D. Basil.

Ephrem.

Isai. 13.

D. Aelr.

in

in ædibus eius respondebunt, vel Sirenæ in delubris voluptatũ? An quia ad cõfusionẽ illorũ, qui se his vitijs polluerunt, ipsa vita, eorũ oculis, ac memoriæ ingerentur, vt sicut, in corpore pœna: ita & peccatũ pro quo punitur versetur in cõspectu? Erit ergo in illa ciuitate damnata sicut pœna æterna, ita & peccatorũ, quæ fecerũt, eterna memoria. Summũ equidẽ supplicium est, quòd mundi vitia in sua fœditate illi ob oculos ponãtur: & quòd cogatur videre mũdus in suis theatris nõ comptulorũ iuuenũ, puellarumq;, sed pilosorum, hoc est, monstruorũ horrẽdorum saltus; & pro suis voluptatibus, & delitijs, triste, & lethale occinentes Sirenes, & vlulas. Felix qui in præsenti à diuino Spiritu sic arguitur de peccato, vt eius à se admissi fœditatem videns, dolorem sentiat, & confusionem, quæ possit ad salutem proficere. De hoc suprà lib. 14. cap. 1. §. 3.

§. VII.

Ille diuino spiritu agitur, cuius virtus non solũ inter vitia, sed & inter aliorum virtutes excellere nititur.

NOn dignus Spiritus Sancti fructus, si solùm mundum de peccato argueret, nisi etiam, & mundum argueret de iustitia; Sanctitas enim, & iustitia parũa est, quado solùm te a peccatoribus distinguit, tuc perfecta sanctitas, & diuini Spiritus afflatu digna, quãdo inter quascũq; alias iustitias sola eminet, & triũphat. Sic Christi iustitia per Spiritum Sactũ manifestata, non solum mundi scelera cõuincit, sed & confundit, & superat omnes mundi iustitias. Audet diuinus Spiritus Christianã iustitiã non solum sceleribus mundi, sed & mũdi opponere iustitijs, vt de omnibus triumphet. Huc accedat quisquis diuinũ Spiritum in se habere præsumit, quẽ si habeat, parui æstimabit aliorũ fugisse delicta, nisi & aliorũ superet virtutes. Hinc cõmẽdatur iusti anima Cant 5. *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*: hoc est virtuosæ vitæ tuæ fama omnes nitatur aliorum superare virtutes. Quãtũ est, quòd odor vnguenti superet odorẽ porri, aut cepæ, aut cadaueris? Non indè sumitur præstantia Christianæ virtutis; sed vt præstantissimus odor tunc censetur, cũ super omnia aromata eminet, sic tunc censetur Christiana virtus, cũ super aliorũ effertur virtutes. Proponite modo vobis ob oculos fastuosum illum Pharisæũ, qui omnes homines despiciebat: is Luc. cap. 18. indè suam exaggerabat iustitiam inquiens: *Deus gratias ago tibi, quia nõ sum sicut cæteri hominũ: raptores, iniusti, adulteri, &c.* Omnes homines ad iudicium vocat, & omniũ perpẽdit vita, bonorum rapinas, iniustitias, adulteria: quorum nulla in se veraciter inuenit. Quid tunc? Is adeò innocens à raptore quoda publicano in iustitia vincitur, ac quo publicano dicitur ibi, quòd *descendit iustificatus præ illo*. Vndè tanta innocentia nõ solum adæquat peccatorẽ publicanum, sed vincitur ab illo; Non respiciebat ad aliorum virtutes, sed ad vitia, sed ad scelera, quæ in se nõ habere erat minimum, nisi & excederet virtutes. Pulchrè ait Gillib. Abb. ier. 33. in Cat *Bona gratiarum sibi diuinitus collata secũ reputat, & quasi vnguẽta recenset. Non sum, inquit, sicut cæteri homines, raptores iniusti, adulteri. Audi præ quibus vnctũ se gloriatur gloria eius, in cõfusione aliorũ videtur. Non magna gloria, magna tamẽ ipsi videtur. Ipsi redolet, no tamẽ super aromata, sed super sulphura cæterorũ.* Miser ille videbat sulphura publicani, videbat rapinas notissimas illius gentis; sed nõ videbat ingentẽ illũ dolorem, & pœnitentiam, qua humi prostratus pectus suũ percutiebat. A qua virtute longè superatur, & vincitur, dũ solũ curat super sulphurea opera se efferre. Ille quidẽ solus triumphat virtute, qui nõ solũ, super sulphura, sed super aromata omnia nititur eminere De sanctitissimo Iob dicitur cap. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob; & erat vir ille simplex, & rectus, ac timẽs Deũ, & recedẽs à malo.* Quid plura? *Erat q; vir ille magnus inter omnes Orientales.* Quibus verbis ad expendendum venit, quòd Iobi præstantia, & magnitudo nõ põderetur ex eo quod fuerit Iob rectus inter Husitas, sed inter omnes Oriẽtales. Sanè Husitę erant omnes ab Esau genus, & scelera ducentes, mille delictis cõtaminati, inter quos erat Iob, vt ait Chrysost. hom. 2. *Vt Colũba in medio accipitrũ, ouis in medio luporum, stella in medio nubium, liliũ in medio spinarum, germen iustitiæ in oppido iniquitatis.* Cur ergò magnitudo, & præstantia Iobi non expenditur ex eo, quod talis fuerit inter Husitas, sed quòd talis fuerit inter omnes Orientales? Vt in Husitis claudebatur pessimũ genus Esau; sic in Orientalibus notabatur cõspicuũ genus Abrahamidum, nẽpè illorum, in quibus sola opera virtutũ viuebãtur. Tota ergò iusti magnitudo, & præstãtia in eo est, quòd & inter virtute conspicuos ipse clareat, & vt nihil aliorum vitiorũ in se habet, sic in omnia aliorũ virtutũ eminere satagat. Orig. hom. 1. in Iob fatur: *Magnus appellatur, quia Abrahã per Deo dilectã fidẽ est imitatus, & quia Isaac in verissima castitate est sectat⁹, & Israel in perspicua cordis puritate*

Luc. 18.

Gill. Abb.

Iob 1.

Chrysost.

Origen.

ritate appropinquauit, & Moysi in mansuetudine, & Samueli in iustitia, &c. Hæc vir iusti præstantia, posse eminere inter sanctos; imò posse vincere omnes aliorum sanctitates.

Cant. 2. Quod elogium Iesu dicebat Sponsa, Cāt. 2. *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus*

Origen. *meus inter filios.* De quo elegāter Orig. hom. 2. ex duobus in Cant. ait: *Omnia ligna, omnes syluæ arbores ad comparationem sermonis Dei, syluæ inferaces existimantur, ad Christum saltus, est omne, quod dixeris; & infructuosa sunt omnia. Quæ enim possunt dici ad eum comparata fructifera? Etiam ligna, quæ videbantur fructibus incuruari, ad collationem aduentus eius infructuosa mōstrata sunt.* Talis sit virtꝰ Christiana, quæ incremento sui nitatur infimas obscurare virtutes. Talem in Christi affectis

1. Cor. 11. requirebat Paul. virtutem, 1. ad Cor. 12. inquiens: *Æmulamini Charismata meliora*: quasi ille videatur perfectè Christianum agere, qui in virtutum splendore melior alijs esse procuraret.

§. VIII.

Vbi Dei iudicium timetur, prorsus omnia mundialia decora perduntur.

MEritò postremo loco dicit Dominus arguendum à Spiritu sancto mundum de iudicio, hoc est, conuincendum mundum sibi manere iudicium: vbi enim cogatur mūdus timere iudicium; vniuersa mūdialia de-

Cant. 4. cora funditus perduntur. Cant. 4. ad Ecclesiam, quæ peccatores etiam admittit, Dominus dicit: *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Ecce tibi ad Ecclesiæ vbera non solum vocantur agni, sed & hædi, nimirùm, caprearum hinnuli, qui de sinistris sunt; hi quamuis Ecclesiæ noscant vbera, non ad vbera, sed ad florida mun-

Sap. c. 2. di pascua currunt, quos meminit Sap. cap. 2. dicentes: *Coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum sit pratum, quod nō pertrā seat luxuria nostra.* Sic fastidientes candidissimos Ecclesiæ cibos, peccatores homines per floridos mundi campos discurrunt; tunc putantes sibi coronas floridas parare, & lilia colligere, cum se mundialibus bonis ingurgitant. Sed quandiu miseri hædi mundi floribus insistunt? Iam dicit Textus: *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: nimirùm, donec extremi illius diei, & magni iudicij, vel fama sonet, tunc enim mundi flores, non flores, sed fugacissimæ videbuntur vmbræ, quas prudentes aspernantur, & fugiunt. Ad hæc Aponius lib. 6. in Cāt. fatur: *Donec dies* *Apon.* *ille magnus iudicij aspiret, qui pars est tenebrarum, & cuius aspiratio, huius tenebrosi sæculi vmbras in occasum inclinat. Quidquid enim in hoc sæculo, magnum videtur, vmbra vel somnia deputanda sunt: pulchritudo, scilicet, corporis, sapientia literarum, robur membrorum, in flore, in dignitate, in regni potentia: omnia hæc ad comparationem illius æterni diei Iudicij, vmbra, & somnia comprobantur.* Et quidem pectores tandiu instar hædorum reproborum lilia, & flores mundi mandunt, donec iudicij metus mentem subit, post hunc nihil in mūdo non vmbratile, & fugiendum, & abominandum putant, solaque æstimant pabula diuina. Miraris? Exemplum nota in caprarū hinnulis: hi enim tandiu pendent ab vberibus matrum, quandiu intra caules sunt, vbi in campum egrediuntur, videbis hinnulos hinc inde saltantes, ad virentia prata currere, & inter luxuriantes herbas positi floridaque pascua adepti, per totum integrum diē, nec matres, nec vbera reminiscuntur. Vbi autem dies cadere incipit, & nocturnæ tenebræ accedunt, in caulesque eundum est, tunc vel ad primum matris valatum hinnuli exurgunt, relictisque campi graminibus, facto impetu ad vbera matris currunt. Sic homines virtutibus, diuinisque Ecclesiæ pabulis nutriti, dū mundialia negotia; imò otia intrant, latissimumque mundi campum gradiuntur, mundiali amænitate capti, & illecti floridos voluptatum, delitiarumque succos emūgunt prorsus diuinorum pabulorum obliti. Vbi autem dies ille magni iudicij aspiret, tuba illa extrema eorum animis insonat: statim mūdi gramina contemnuntur, ad vbera Ecclesiæ, ad diuina pabula anxie curritur. Hinc dicebat Dominus Matth. 8. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente ve-* *Matth. 8.* *nient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum.* Ecce ad diuinum pabulum, ad mensam Christi, vnde colligūtur multi, nimirum, ab Oriente, & Occidente. Cur non & à Meridie, & Septemtrione? Quia in Oriente, & Occidente figebatur memoria extremi iudicij. Aiebat D. Paschas. *Paschas.* lib. 5. in Matth. *Prima, & vltima, ideo ponuntur, quatenus dies ille semper in memoria figatur, quando fulgur exiet ab Oriente, & parebit vsque in Occidentem quoniam tunc erit aduentus filij hominis.* Vbi autem diei illius memoria adfit, multi erunt, qui mundi gramina respuant, & currant ad pascua cœlestia. Vide lib. 13. cap. 2. §.

Ioann. 16. De peccato quidē, quia non credunt in me. De iustitia verò: quia ad Patrem vado, & iā non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

§. XI.

Infidelitatis peccatum præ omnibus alijs Deo infestum, & odiosum est.

QVasi nullum aliud peccatum esset, sic solum peccatum infidelitatis notatur à Domino; dum ait, quod arguetur mūdus de peccato, quia non credit. Sed an sola infidelitas reputatur à Deo peccatum? Absit: multa alia sunt in hominibus scelera, quæ vindicat Deus, sed peccatum infidelitatis præ omnibus alijs infensum, & abominabile Deo est. Præstat enim cū fide habere omnia peccata, quam omnes morales virtutes sine fide, vt notat noster Salmerō hic ex D. Aug. lib. de natura, & gratia. Aiebat Psalm. 104. *Iudicauit Dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.* Ex Græco legitur: *& in seruis suis consolabitur*: vbi pro seruis Domini intelliguntur vniuersi fideles, vniuersi Christiani. Sed miraris, quod dicatur Deus in iudicio consolandus in vniuersis Christianis? Nonne quam plurimi ex Christianis innumerabilium scelerum rei inuenientur? Nonne ibi Christiani aderunt, raptores, iniusti, adulteri? Qui fieri potest, vt in his consoletur Dns? Equidē tam odiosa, & abominabilis Deo est infidelitas, vt præ illa in seruis suis quamuis scelerum aliorū plenis quasi videatur Deus consolandus. Ita Arnobius ait: *Cum iudicauerit viuos, & mortuos, in solis suis consolabitur seruis. Melior enim ibi inuenietur fornicator Christianus, quam castissimꝰ idololatra.* Potuissent cū fide non adeò displicere peccata, vt quæ à fideli potius videātur etorta, quam admissa; verū sine fide, imò cum infidelitate, nō habet vnde consoletur Dominus. Cui consonat illud. Abacuc 2. *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso.* Vbi ex Septuag. D. Paulus ad Hebr. 10. legit: *Non placebit animæ meæ.* Nihil enim habet infidelis, ex quo Deo placere possit, eo ipso, quod infidelis est, & si alias omnes morales possideat virtutes Deo est omnium odiosissimus, & infensissimus. Vnde sapienter dicebat Lactantius, libr. 5. c. 10. *Offensa diuinitas scelere hominum prauè religiosorum graui eos infortunio mactat, qui licet sanctis moribus viuant summa innocentia, tamen quia Deos colunt, quorum ritus impios, ac profanos Deus verus odio habet, à iustitia, & à nomine veræ pietatis alieni sunt.* Vniuersæ virtutes morales cum infidelitate coniunctæ non habent vnde Deo aliquam possint afferre consolationem.

Psal. 104.

Arnob.

Abac. 2.

§. X.

Illa vniuersas detriūphat virtus, quæ nō solum in oculis præceptorum, vindicisque existit.

MEritò iustitia à Christo suis fidelibus per Spiritum sanctum communicata omnes alias mundiales iustitias confundet; etenim Christiana iustitia, & virtus, etiam præceptore, & vindice Iesu abeūte, ab oculisque sublato, permanet, & augetur: mundiales autem virtutes spectantium præceptorum oculis sic seruiunt, vt abeant cum abeuntibus. Talis notatur virtus, & religio in funesto illo Ierosolymorum Rege Ioa, de quo 4. Reg. 12. *Fecitque Ioas rectū coram Domino, cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos.* Dū sacerdos, & seruator regis Ioiada præ oculis fuit; conspicua fuit etiam religio, & iustitia regis Ioas, quæ intereunte Ioiada prorsus interijt. Aiebat Iosephus lib. 9. cap. 7. & 8. *Erat Ioas cum in regnum asciretur annorum septem: fuit autem legum, & diuini cultus obseruantissimus, toto tempore, quo Ioiada fuit superstes. Illo autem post annum ætatis centesimum, & trigesimū defuncto, rex Ioas à pristina religionis cura facilè desciuit: moxq; & primates populi ad eundem modum deprauati sunt, vt nihil apud eos, potius haberet, quam cōtemptus iuris, ac iustitiæ.* Puerilis sanè, & euanida illa iustitia est, quam solus præceptoris & vindicis oculus nutrit. Hanc confundit, inanitatisque arguit vera, & Christiana iustitia, quē etiā ab oculis mortalium sublato præceptore, & vindice Christo, Spiritus diuinus infidelibus manentem ostendit. De hac gloriabatur illa Cant. 2. *In lectulo meo per noctes quæram, quem diligit anima mea.* Quid est per noctes quæram? Cur potius Dei amatrix nocturnas suas sollicitudines prō dilecto meminit? Cur nō magis posuit, per

4. Reg. 14.

Iosephi.

Cant. 2.

per dies,& noctes quæram? Sanè illam se gloriabatur habere virtutem, quæ non oculis seruiret dilecti; sed quæ etiam absente Domino, imò quasi dormiente,& nihil curante, ad huc nouit permanere. Ex quo pulchrè dicit Gilliber. Abb. serm. 1. in Cāt. *Noctes eius frequenter intērpollātur absentia sponsi; Cū adest, lux est, cùm abest nox est, Beata plane, quæ dilecto adhæret tota die,& quærit illum totis noctibus.* Non absentia Sponsi facit fidelē animam sui dissimilem; etiam cū videretur abesse; etiā si crederetur nihil posse scire, tamen ipsa nihil quærit, nihil amat nihil, præ oculis, nihil in lingua habet nisi illum. Quem non frangat absentia magistri, nisi fortissimum? Iob cap. 34. *Nouit opera eorū, & ideo inducet noctem,& conterentur*: quasi ad infirmorum confractionem sufficiat, quòd veniat nox, quod magistri lux recedat, quod nullus vindex oculus cernatur apparere. Sic illa tota dissoluta Prouerb. 7. *Veni inebriemur vberibus,& fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies, nō est enim vir in domo sua, abiit via longissima.* Siccinè sunt mundiales iustitiæ, ad vindicū oculos apparēt, si absint vindices, si oculi censores deficiant prorsus disparent. Illa beata,& fidelis anima est, quæ nec in absentia spōsi, ab amore eius desistit, nec fit sui dissimilis. Petenti Elisæo duplicem Eliæ spiritum respondit nobilis magister. 4. Reg. 2. *Si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti.* Ad communicationē magistri spiritus, aptius peteretur, quod discipulus præsentem magistrum intueretur, eiusque lateri inseparabiliter adhęreret. Cur ergo Elias pro signo duplicis virtutis ad Elisæum venientis, non petijt, quod intueretur illum præsentem, sed abeuntem? Sanè Petrus,& Ioannes concessuri pedes claudo, Act. 3. dicunt illi: *Respice in nos. At ille intendebat in eos sperās se aliquid accepturū ab eis*: Non aiunt; cum abierimus hinc respice in nos,& sanitatem habebis, sed modo, cum adsumus, cum tibi astamus, respice in nos. Cur Elia è contrario locutus, non ait: respice in me præsentem, sed *si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti*? Equidem Elias agebat de virtute duplici discipulo præstanda, quæ esset super maiorum virtutes; huius autem præstantissimę virtutis signum illud est, quòd discipulus etiam post ab eumtem magistrum, in eadem maneat solicitudine, & cura, nihil à magistri disciplina descisces. Hinc cupienti Dei faciem sibi reuelari Moysi Exod. 33. ait Dominus. *Ego ostendam tibi omne bonum.* Et statim notans in quo illud omne Moysis bonum consistat. *Cum transierit gloria mea, ponam te in foramine petræ, protegam dextera mea donec trauseam; tollamque manum meam,& videbis posteriora mea.* Ecce tibi omne bonum Moysis vnde exhibetur, non ex eo quòd coram oculis sit diuinis, sed ex eo quòd transeuntem Dominum post tergum videat. Nunquam enim melius præstātissima discipuli virtus probatur, quàm vbi sui similis manet, nec minimum inclinatur etiam post tergum magistri abeuntis. Per hoc meritò extolluntur tres pueri illi Hebræi, qui nullis minis, nec blanditijs adduci potuerent, vt Babylonij tyranni imaginem auream colerent, eo præcipue tempore, quo nullus vindex religionis visebatur, imo totum veræ religionis negotium flammis videbatur cessisse. De his Theodoret. serm. 8. de Prouident. fatur: *Nec vrbis excidium, nec diuini templi incendium, nec sanctissimorum locorum vastitas, nec sacra vasa barbarorum manibus direpta, nec regum cades, nec Sacerdotū mactatio, nec quicquam horum aliud persuasit, vt vel paululum delinquere vellent.* Hæc est à Deo vero in nos descendens præstantissima virtus, quæ non ad solos oculos seruiat, sed etiā post magistrorum: & vindicum tergum, imò in eorum absentia, imò in ruina, nolit esse sui dissimilis. Quam in Christi discipulis mirabatur Iosephus, vt habes supra lib. 4. cap. 1. §. 2. in initio.

Gill. Prob. Ioc cap. 34 4. Reg. 2. Actor. 3. Exod. 33. Theodor.

§. XI.

Tunc euidēter monstrātur perfecta esse iudicij tribunalia, cū vel velissima recula non sinūtur sub maculis, & iniuria viuere.

QVis neget rem perfectissimi iudicij esse, quæ per agitur à Spiritu sancto, dū excluso prorsus potētissimo, violētissimoque tyranno diabolo, vel minimæ mūdi reculæ nō sinuntur manere sub maculosa seruitute, sed ab omni violētiæ sorde expiatæ vero Domino tribuuntur? Mundi principatū vsurpauerat sibi tenebrarū princeps, cuius vanitati omnes creaturæ seruiebāt magno cū gemitu, cum nec animal, nec lignum, nec lapis esset, ex quib⁹ vel in sacrificijs, vel in templis, vel in delubris non constaret materia idòlolatriæ. Ast moriens Filius Dei, ex iustitiæ debito spoliauit mundi principatus, & creaturas liberans à Tyran-

nide seruitutis, illas vero Domino restituit. Hoc rectissimum iudicium fecit Dei filius, at Spiritus Sanctus quid fecit? Adueniēs Spiritus sanctus, & executioni mandans iudiciū illud. Ecclesiæ suæ inspirat, vt dejectis templis, arisque dæmonum, ædificet magnifica templa, martyrū aras struat, & illorum eleuet adorandas effigies; quo euidentissimè demonstrauit mundo rectum iudiciū Christi, quando, nec lapis, nec lignum māsit fœdmaculis idololatriæ, sed ab his expiata omnia etiam minima splendent sub vera religione Christi. Huc spectant illæ Ioan. quòd Spiritus sanctus *arguet mundum de iudicio, quia princeps huius mūdi iam iudicatus est.* In quo iudicatus est? In eo, quod ad inferos præcipitatus è cœlo fuit? Non equidem de illo iudicio loquitur; quando illud iudiciū non adeò euidenter demonstrabatur mundo; sed de iudicio, quo spoliatus erat mundiali principatu, quod & fuisse, & rectissimum fuisse, per id apertè monstrabatur, quod ex omnibus rebus mundi, nec lapilli, nec resculæ vilissimæ essent, quæ ab eius expiatæ tyrannide nō viderentur seruire Christo. Quam excogitationem his pulchris verbis concludit Theodoretus lib. 8. de Martyribus. *Deorum namque templa, vna cum suis lucis sic destructa iā sunt, vt ne vlla quidem vestigia superēt, ne dum qua forma illorum ara constiterint scire homines possint. Earum verò rerum materia, templis, arisque Martyrum excitatis, expiata est. Suos enim mortuos Dominus Deus noster, in templa pro Dijs vestris induxit. Ac illos quidem cassos gloria, vanosque reddidit, suis autem Martyribus honorem illorum dedit.* Huc veniāt mūdiales vniuersi, & stupeant euidentissimum iudicium Christi. Ex quo euidentissimum? Ex quo nec lapis, nec lignū fit, quod ab idololatriæ sordibus, & tyrannide expiatum nō seruiat Martyribus Christi. Pro quo in præfatis verbis expendenda sunt illa, nimirùm: *Earum rerum materia, templis, arisque Martyrum excitatis expiata est.* Et qualiter non pateat euidenter præstantia iudicij, vbi nec resculæ vilissimæ non vindicantur à tyranide, & asseruntur in libertatem, & dignitatē pristinam? Aiebat Iesus apud Ioann. 12. *Cum exaltatus fuero omnia traham ad me.* Nō ait, omnes traham, sed omnia traham, vt ex D. Gaudentio alibi notabam, quo insinuantur vniuersæ creaturæ, etiam inanimatæ, etiam vilissimæ ab idololatriæ maculis trahendæ ad Christianam munditiem. Ex quo euidenter colligit iudicium peractum in cruce D. Leo serm. 8. de Passion. inquiens: *O admirabilis potentia crucis! O ineffabilis gloria passionis! in qua, & tribunal Domini, & iudictum mūdi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim Domine omnia ad te, & cum expanaisses tota die manus tuas ad populum non credentem, sed contra dicentem tibi, confitendæ maiestatis tuæ sensum totus mundus accepit! Traxisti Domine omnia ad te, cum in execrationem Iudaici sceleris, vnā protulerunt omnia elementa sentētiam.* Expende, ex quo conuincat in cruce Dei tribunal fuisse, ibique celebratum mundi rectissimum iudicium, nimirùm ex eo, quod sic omnia mundialia reuocata sint à peccatorū seruitio, vt vel lapides ipsi vilissimi videantur abnuere scelerū seruitutem, & esse in Christi famulitio, dum moriente illo scinduntur. Sanè tunc patentissima claret rectitudo iustitiæ, quando etiam viles creaturæ non sinūtur perpeti iniuriam. Deuteron. 25. *Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.* Miratur Paulus 1. ad Corinth. 9. quod Deus de bouis labore recordetur in lege sua. Sed cur recordetur Deus bouis in lege? Quia vbi lex dabatur, manifestum debebat esse iustitiæ tribunal, quæ tunc euidentissimè patet, qnando viles resculæ vindicantur ab iniuria. Aiebat Cassiod. lib. 2. variar. 28. *Expectant etiam equi præmia sua, & tāta iustitiæ vis est, vt nec illis tardius detur laboris pretium, qui sentire non poterāt denegatum.* Proh iustissimi iudicis euidentissimum testimonium, sub cuius iudicio, etiam viles, & insensibiles creaturæ non permittuntur esse absque sui muneris satisfactione. Ibi equidem patet euidenter æquissimum esse iustiriæ tribunal, vbi vel minimorum, & contemptibilium causæ videntur promotæ.

Ioann. — Theodor. — Ioan. 12. — D. Leo. — Deut. 25. — Cassiod.

Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, & quęcumque ventura sunt, annuntiabit vobis.

§. XII.

Vbi veritas, nihil non sanctum, & diuinum.

Ven-

VEnturi Spiritus sanctitas; imò & diuinitas pulchrè exprimebatur, per hoc, quod esset Spiritus veritatis: quid enim non sanctum, & diuinum in illo, à quo fax elluce
Ioann. 1. bat veritatis? Similiter aiebat Ioann. 1. de ipso filio Dei: *Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.*
Psal. 44. Psaltes 44. solum dicebat: *diffusa est gratia in labijs tuis*; Ioannes non solam æstimat plenitudinem gratiæ, sed insuper addit plenitudinem veritatis, ne quis possit de verbi dubitare diuinitate. Vndè D. Cyrill. ait: *Vidimus*
Cyrill. *enim, inquit, gloriam Christi, adeò sublimiorẽ creaturarum glorijs, vt mentis quisq; compos, nulli aliquàm vnigenito Dei filio conuenire illam fateretur. Plenus enim erat veritate, & gratia.* Nõ poterat non euulgari diuinitas,
D. Fulg. vbi veritas sic euulgabatur. Acciuit D. Fulgent. lib. 3. ad Transimundum Regem, cap. 3. *Plenum gratiæ, & veritatis Euangelista cognouit, quem vnum eundemque verum hominem gratia veræ incarnationis ostenderet; & verum Deum vnigenitum à Patre natiuitatis æterna veritas declararet.* Præclarè diuisit sanctissimus doctor gratiæ, & veritatis in Iesu officia, vt gratia hominẽ, sed veritas Deum credi faceret. In quo veritas radiet, qui non ha-
Psal. 115. let diuinitatem? Psalm. 115. *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.* In primis se extra hominem posuit, supra hominem, dum ait, se dixisse in excessu, ne dictum hominis posset etiam accusari falsitatis. Deinde illud profert: *Omnis homo mendax*, nullum excipit hominem, cum tamen constet sanctissimos esse viros in Christi Ecclesia, qui prorsus humanis renuntiarunt fallacijs; qui nullo se cõtaminarunt mendacio, qui toto corde veritatem sunt amplexati. An hi etiam mendaces dici potuerunt? Absit; sed hi homines nõ
Chrysost. sunt, quin potius ex quo veritatem colunt, in Deorum recensentur aluo. Chrysost. ibi ait: *Omnis homo, qui hanc vitam amat, mẽdax est: qui vero in virtutibus illam transmittit, mẽdax non est; eo quod qui talis est, non sit homo, sed Deus.* Humanæ naturæ terminos trãscendit, qui respuens humanæ vitæ mendacia, solis gaudet veritatibus. Is dum peccatorũ parenti renuntiat peccato, ea floret sanctitate, quia in augustam, diuinamque sortem tranExod. 28. seat. Vnde Exod. 28. monebat Dominus: *Pones autem in rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingrediatur coram Domino.* Non permittitur Aaron coram Domino stare sine inscriptione veritatis, quæ à pectore radiet. Et cur vt ingrediatur coram Domino Aaron, præcipitur in pectore portare inscriptam veritatẽ? Cur non magis illi peccatorum omnium mundities, vel omnimodæ sanctitatis acquisitio mandatur, vt oculis diuinis pareat? Sanè pro omnis sordis peccatorum abolitæ, & sanctitatis acquisitæ testimonio, vna sufficit veritas; quę hominem diuinioris, augustiorisque naturæ declarat. Ex quo dicebat Philo, lib. de Iudice: Peccatorum præcipua causa est assuetudo mendacij, quo ab incunabulis nutrices, matresque, & aliorum seruorũ, tum ingeniorum turba alumnum suum imbuunt, dictis factisque adstruentes id animo quasi ad natum naturaliter, cũ extirpari potius debuerit, per honesta studia, etiam si à natura fuisset inditum. *Quid enim in vita est,* Phil. *æque pretiosum, ac veritas? Quam vates sacer inscripsit loco sacratissimo, ea parte vestis pontificiæ, vbi est principalis vis animæ, vt sacerdotem, per hoc ornamẽtum, augustiorem faceret.* Equidem nullum euidentius testimonij vitæ sceleris puræ prætenderet, quam veritatẽ; cuius ornamentum sacerdotem sic augustũ, diuinumque redderet, vt oculis posset apparere diuinitatis.

§. XIII.

Solius Dei spiritus est inter loquendum linguæ lapsum cauere.

ECce diuini Spiritus notionem; quòd omnem veritatem docens, non loquatur à semetipso, hoc est, non loquatur, nisi quod rerum ratio, & veritas, & iustitia postulat. Hæc est vna diuini Spiritus sancti lingua, quæ semper nouit æqui, bonique terminos obseruare; quæ diuini Spiritus lingua non est, vix loqui incipit, quin exorbitet, quin labatur. Monebat Dominus discipu-
Matt. 10. los suos Matth. 10. *Cum autem tradẽt vos nõ lite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Cur solus Spiritus Dei Patris permittitur tunc loqui? In fide prædicanda è pulpitis non verabantur fideles cogitare quomodo loquerentur; nec in corripiendis mundi sceleribus, cũ ad populum concionem haberent. Imò nec pro tunc dicitur, quod vnus Dei spiritus loquebatur in illis, cur ergo hoc solũ cauetur, vbi fideles fuerint corã præsidibus, vel carnificibus traditi? Cur eo in tempore præcipue

loquela vetatur humana; & solus permittitur loqui Spiritus diuini Patris? Tunc tempus erat prælij, in quo magis metui solent lapsus propter hostiũ violentiã, qui lapsus minime cauerẽtur, nisi interdiceretur opus linguæ humanæ, & vnius diuini Spiritus permitteretur halitus. Rẽ explico memorabili facinore Zenonis Eleates philosophi, ethnicide quo Theodor. lib. 8. de Martyrib. fatur: *Theodor.* *Ille, inquam Zeno, cum cogeretur, proferre coniurationis secreta, constantissime tormentis omnibus restitit nihil efferatus, vtque ait Eratosthenes, timens ne victus excessu tormentorum proderet aliquid ex compositis rebus, conscioſq́, coniurationis nominatim efferret, linguam dentibus abscissam in tyranni faciem cõspuit.* Cùm adeò attrociter præliandum erat, & cũ violentissimis hostibus confligendum, inuicti animi vir, non potuit non timere vnius linguæ infirmitati, quam funditus perdidit, nõ aliter securum se reputans ab eius lapsibus. Quid plura? Optimus dux militiæ Christianæ Iesus in conflictu durissimorum certaminum infirmiorem partem linguã recognoscens humanam hanc munit, illam cohibẽs, & pro illa inserit diuini Spiritus linguam, quæ sola exerta libera est à lapsu. Solum cauetur lapsus, vbi non loquitur lingua humana, qui minimè cauetur, si loquatur. De Iobi amicis dicitur Iob 2. *Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum.* *Iob. 2.* Non placet D. Gregorio silentium istud in amicis Iobi, sed scire cupis, cur nõ placeat istud silentium? An quia diuturnum? Imò ideo non placet, quia non perpetuum est, sed post septem dies, & totidem noctes finitur, dum loqui incipiũt. Dum enim lingua humana non silet prorsus, sed loqui incipit, minimè fieri potest, quod lapsus vitet. Aiebat D. Gregor. lib. 3. Moral. cap. 10. *D. Greg.* *Tenuerunt linguã ne propere inciperet, sed incipientem semel nequaquã moderati sunt, ne se exconsolatione vsque ad contumelias effranaret. Et bona quidem intentione ad consolandum venerant, sed hoc, quod pia mens Deo mundum obtulit, locutio præcipitata vitiabit.* Vtinam nõ septem diebus siluissent, sed semper; potuerunt enim septem diebus linguam sub silentio cohibere; at in sermone, neque ad horam illam cohibent, ne exorbitet, ab intento, vt quæ in consolationem incepit, prosequatur in contumeliam.

Multa de hoc dedimus supra lib. 12. cap. 3. §. 10. & libr. 10. cap. 11. §. 6. prope finem.

Ioan. 16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Omnia quæ cumque habet Pater, mea sunt, &c.

§. XIV.

Iesus clarus, & conspicuus apparuit, vbi per Spiritũ sanctum fides firmata est, & cordium mundities.

ECce tibi clarificari, hoc est, abiectis nubibus clarere incepit Iesus in hominum cordibus, apud quos antea abiectus reputabatur, & obscurus. Vbi Spiritus sancti ignea linguæ, & intonare, & inflammare cæperũt orbem, statim homines eam fidem, & munditiem cordium receperunt, quæ nihil in Iesu non lucidum, & omni splendore clarius adorant. Moysi pascenti gregẽ, Exod. 3. *Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi:* *Exod. 3.* Verum populus Exod. 20 accepturus legẽ, *videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem.* *Exod. 20.* Ille clarissimam flammam de rubo ascendere videbat: hic de lampadibus flammas videt, sed mixtas fumo montis Ibi rubus clarissimis vestitus flammis parebat, hic mons nigris fumi nubibus obscuratur. Cur Moysi clarescit rubus, & populo fumo obtegitur mons? Non populus, sed Moyses perfecta pollebat fide, cuius oculis fide firmiatis, & mundatis vel ipsa rubi humilitas clarissimos reddit splendores. Rupert. in Cat. Lyppom. ait: *Rupert.* *Populus non lampades tantum micantes, sed & montem fumantem videbat, quia videlicet, non erat in omnibus integritas fidei, vel perfectio timoris Domini, qua Moyses perfectus fuit, & idcirco flammam in rubo sine fumo vidit.* Ablatis fumi nebulis rubus radiante clarescebat Moysi splendore; Moysi, inquã, cui perfecta erat fides, & mundities cordis. Sic similiter vbi Spiritus sanctus intonuit fidemque perfectam, & mundiciem hominum cordibus ingessit, simul effecit; quod Iesus sub ingenti clarirate, eorum innotescceret oculis. Nil obscurum potest apparere cum Iesu; ex quo Spiritus sanctus fidei munditie humana corda vestiuit. Factus fuerat Iesus sicut Sol in

Tha-

Thabor colloquiens cum Moyse, & Elia,
Matt. 17. Matth. 17. id quod mirantes spectabant tres Apostoli: *Et ecce nubes lucida obumbrauit eos.* nubes immittitur, quæ Iesum obumbret: sed non otiosè notatur lucida fuisse nubes. Si ad obumbrandum mittebatur nubes, cur lucida apparebat, & non magis obscura? Credo Chrysost. Origeni, & aliis Patribus, in nube illa agnoscētibus Spiritus sancti munus circa fideles. Vbi autē Spiritus sancti munus explicabatur, nihil non clarum, & lucidū iuxta Iesum poterat permanere. Aiebat D. Damas. orat. de Transfigurat. *Nubis autem obumbrauit, spiritus, nimirùm, fulgorem depingens. Omnia autem lucida, atque eximio quodam, ac singulari splendore prædita sunt ijs, qui lucis capaces sunt: quorumque animus conscientiæ spuritie haud quaquā inquinatus est.* Lumē, & claritatē vel à nube Christo vicina effulgere faciebat Spiritus sanctus; quāndo enim de Spiritu sancti manere venit hominibus cordis mūdities, perfectio fidei, nihil obscurum, ac vile manet in Iesu, sed omnia lucida apparent, singularique claritate, & splendore vestita. Hinc Act. 7. de D. Stephano dicitur:
Damas.
Actor. 7. *Cum esset plenus Spiritu sancto intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stātem à dextris virtutis Dei.* Expende, quid fecerit Spiritus sanctus in Stephano, nil prius effecit, quàm quòd reliquatis cœlorum tegumētis, exsufflatis nubibus, & cœlestia omnia, & Iesus ipse sub ingenti suæ deitatis claritate illi pateret. Adhæc D. Petrus Damian. serm. de sancto Stephano, ait: *Plenus est Spiritu, & sic intēdit in cœlum: quia qui Spiritu diuinitatis afflantur, conculcatis terrestribus, cœlestibus inhiant, & æternis. Post hæc aperiuntur cœli, nullaque prævalet obfirmatio, vel clausura, quam non transuolet, aut irrumpat mens illa summæ menti affectanter inhærens. Aperiuntur ergo cœli, & puto quod omnes cœli, eorumque apertionem sequitur visio gloriæ Dei, & videtur Dominus Iesus stans à dextris virtutis Dei. Ne patre minor esse putetur.* Huc spectat totum diuini Spiritus negotium, vt tollantur tegmina, & clarescat Iesu gloria in oculis fidelium.
Pet. Dam.

§. XV.

Vbi vnitas, & concordia est, ibi claritas, & lux nequit non esse.

EXpende vnde Dominus suam in mundo claritatem præsignet a Spiritu sancto vēturam, nimirùm: quia, inquit, de meo accipiet, & nūtiabit vobis. Quid est de meo accipiet? Meam ipse naturam, meam sapientiam habet, in nullo à me differt, sed perfecta sumus vnitate conformes. Et quidem, vbi tanta est vnitas, & concordia, non potest ibi, & lux, & claritas non implere oculos omnium. Petrus aliquando vidit inter Moysem, & Eliam, Iesum glorioſum Matth. 17. & statim cupit tria illis tabernacula fabricare, quibus singuli seiunctim habitare possent: *Faciamus,* inquit, *tria tabernacula tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum.* Sed dum hæc tria tabernacula ipse mente voluit, meliore consilio vnicum tabernaculum omnibus ex quadam nube fecit Dominus: quippe ait: *adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos.* Desideranti tria tabernacula, quibus tegerentur singuli, datur vnicum tabernaculum nubis, sub qua tegantur omnes. Verum notandum, quòd hæc nubes pro vnico tabernaculo data dicatur lucida tota: cur lucida ad obumbrandum mittitur nubes? Nam dabatur nubes illa, vt trium tabernaculorum quibus diuiderentur, tolleret, imò abraderet memoriam; vbi autem ablata diuisione vnitas floret, non possunt ibi, non scaturire lucis, & claritatis fontes. Id ponderans D. Chrysostom. homil. 10 in Marc. ait: *O Petre, quid vis tria facere tabernacula, respice vnum tabernaculū Spiritus sancti, qui nos pariter protegit. Si feciſes tabernacula, vtique feciſes humana, quæ lucem excluderent, & vmbram includerent. Nubes autem ipsa lucida, & obumbrans, hoc est, vnum tabernaculum non excludit Solem iustitiæ, sed includit.* Expēde, quod tria illa tabernacula, quæ diuisionē facerent, excluderent lucem, & tenebras includerent; vnicum nubis tabernaculum, non diuidens, sed pariter omnes iungens claudit in se lucis fontem, claudit iustitiæ solem, omniaque in luce, & claritate ponit. Quandiu in vnione, & concordia viuis tandiu omnia tibi lucida sunt, & clarissima. Inter prima Dei opera, diuisionem audis, sed diuisionem, quæ cum tenebris sit cōiuncta, ait enim Gen. 1. *Diuisitque lucem à tenebris,* nec semel potuit nominari diuisio, quin imbi tenebræ inuenirentur. Sed age, præscrutare, quæ fuerit illa lux à tenebris diuisa? Non pauci Patres putant illis verbis non solum significari materialem hanc lucē visibilem, à tenebris etiam materialibus distinctam, sed etiam ibi explicari totum negotium lucidissimæ naturæ Angelicæ dū fuit in via. Creata fuit à Deo lucida Angelorum natura, quæ dum vnanimitatem, & concordiam seruauit tota lux fuit, & splendor,
Matt. 17.
Chrysost.
Genes. 1.

verum vbi introducitur diuisio, & rebelles aliqui concordiã rũpunt, ecce tibi duo hinc inde exercitus Angelorum, in altero vnitatis, & concordiæ erigitur vexillum, in altero discordia, & diuisio eligitur. Hic statim tenebrarum subit calligines, ille lucem habitans, nihil in se ostendit nisi clarissimum, euidentissimum. Aiebat D. August. in Cat. Lyppoman. finies: *Inter illam ergo lucem, quæ sancta societas Angelorum est, illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, idest, malorum Angelorum teterrimas mentes Dominus diuisit.* Itaque Augustino lux, idem est, ac societas Angelorum; societatis autem turbatores, & scissores teterrimæ tenebræ sunt. Eu quantum errat, qui diuisiones, discordiasque amans illuminari cupit! Fallar, nisi hic mille errorum tenebris cæcutiat. Tunc omnia in luce clare, cũt, cũ vnio, & concordia viget. Gen. 1. *Dixit Deus congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum.* Hanc inspirauit Deus aquarum congregationem & vnionem die tertio, & statim accedẽs ad opera quarti diei, dicit: *Fiant luminaria in firmamento cœli, &c.* Non ante fiunt luminaria in cœlo; non antea creatur Sol, quam congregatio aquarum præcessisset; & cur creatio luminarium supponit congregationem aquarum factam antecedenti die, nisi quia concordia, & vnio semper est anteambulo lucis? Hinc D. Anastas. Sinaita lib. 3. Exameron ait: *Congregetur aqua, quæ sub cœlo est, hoc est, vniuersa multitudo gentiũ, quæ sub cœlo, congregentur in congregationem vnam. Congregetur genus humanum, nempe aqua, cui prius insidebant tenebræ, veniat, & congregetur in lucem.* Quasi nequeat fieri, quod vbi vnitas, & concordia pręcessit, non sequatur claritas lucis, sub qua omnia luceat. Huc etiam possunt referri quę dedimus supra cap. 20. §. 8.

August.

Genes. 1.

Anastas.

CAPVT XXII.

De luctus, gaudij vè mundialis breuitate.

QVID in mundo longum? Sane siue læta, siue tristitia adsint, huiusmodi sunt vniuersa mundialia, quæ intra modicum tempus finiantur. Gaudeat mundus licet, lugeat Sanctus, illius breuissimaerunt gaudia: & huius luctus cito lætitiã pariet immortalem. Hanc in sui discesus luctu suggerit Dominus discipulis cõsolationem, quam parientis sœminæ pulchro illustrat exeplo, vt enim nato filio, vel dolorum partus memoria penitus abraditur sic apparente æternitatis gaudio statim disparent pressuræ mũdiales.

Ioan. 16. Modicum, & iam nõ videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ. Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & nõ videbitis me & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?

§. I.

Dũ vita cœlestis non perditur, parua sunt, & modica, quæuis alia detrimenta.

TOrmentorum in morte exantlatorum ingentia sæcula memorans Dominus, non sæculum, sed per breue, & modicum tẽpus nominat. Ait enim; *Modicum, & iam non videbitis me*, scilicet, dum vita spolior, dum mortis sub vmbris abscondor, ne me videat homo. Et hoc modicum? Et sanguineus sudor, & fœtidarum saliuarum nubes, & opprobriorum iacula, & verbera, & spinæ, & irrisiones, & crux, & claui, & lãcea, & sepulchrum te expectant, & hoc modicum? Et flumina illa eloquentiæ, quibus populos trahebas, suspendes, & miracula manuũ tuarum dissimulabis, & dilectissimam matrem immenso dolori permittes, & coactum discipulorum gregem dabis dispergendum; & cœlestem faciei pulchritudinem sub sputis obnubilatam ostendes; & sanguinem totum fundes, & vitam perdes, & hoc modicum est? Dum suorum membrorum vita cœlestis conseruetur, modica, & parua sunt Domino quæuis alia detrimenta. Ad dilectam animam dicit ipse Cantic. 5. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni*

Cant. 5.

cinni mel guttis noctum. Ecce tibi alaparum, & sputorum segetes, spinarum falces, verberum, crucisque penè immensa pondera, quæ reputentur à Domino, reputãtur enim quasi minutissimæ roris guttulæ, quibus capilli consperſi apparere solẽt. Non sic Psal. 68. quinimò ibi ait: *Veni in altitudinem maris: & tẽpestas demersit me.* Qualiter ergo immensum dolorum pelagus conuerti potuit in guttulam roris? Cur, quod senserat mare, nunc guttulam vocat? Nunc est apud ianuã dilectæ animæ, quàm videt inter hæc cœlesti vita vigere, & cum in homine seruatur vita cœlestis, vniuersæ aliæ iacturæ sunt parui momenti. Ad hæc aiebat Nazianzenus orat. 18. omnes temporales iacturas parui pẽdens: *Verũ e ciuitate eijciẽt? At nõ etiã ex ea, quæ in cœlo sita est. Hoc si efficere potuerint hi, qui nos inuisos habent, vere bellum inferent. Quamdiu autem minimè potuerunt, guttulis aquæ me petunt, aut ventis feriunt, aut insomnijs ludunt.* Expende illud guttulis aquæ me petunt, & nosce quam instar rorisguttularum sunt vniuersa mundi detrimenta, dum modo cœlesti animæ vita non priuemur. Populo suo carnificibus tradito, ait Dominus Isaias 54. *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parũper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Septuag. reddidere hanc vltimam clausulam: *Tẽpore modico dereliqui te, & cũ misericordia magna miserebor tui: In furore paruo auerti faciem meã à te, & in misericordia sempiterna miserebor tui.* Qualis iste furor paruus erat? Sanè Rupert. lib. 9. de Victoria Verbi Dei, per cap. 20. 21. 22. 23. probat totam illam calamitatẽ Iudæis immissam ab Antiocho, quando sancti pueri Machabæi inauditis tormentorum generibus excarnificati sunt, ad iram, & calamitatem paruam pertinere. Et cur non sit parua calamitas, paruaque, & leuidensia detrimenta, quæ comitatur misericordia Dei sempiterna, animam custodiens in æternum? Planè illud solum ingens malum est, quod nobis eripit vitam cœlestem; si verò hæc consistat, parua omnia cætera sunt mala, & leuidensia. Ex quo lucem capit Danielis locus, qui agens cap. 8. de Antiochi præfata persecutione fatur: *Egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra meridiẽ, & contra orientẽ, & contra fortitudinẽ. Et magnificatum est vsq; ad fortitudinẽ cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & cõculcauit eas.* Ecce tibi cornu modicum, & cornu magnũ dicitur idem tyrannus, nimirùm homo inferens parua damna, & inferens magna. Sed qualiter homunculus aduersus fortitudinẽ cœli magnificari potuit? Nonne ipse victus à pueris est? Euidentissimè monstratur magnitudo huius calamitatis verbis illis: *& deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas:* non solum eripiebat multis vitam tẽporalem, sed & vitam cœlestem eripiebat alijs, eos miserè trahens in idololatriã. Dũ septem pueros fratres bonis spoliat, dum, eos lacerat, dum ardẽti frigit tartagine, modicum cornu est, parua inferens mala, quando medijs his tormẽtis in vulnerabiles permanent eorum animi. Verum magnum fit, dum alios pios homines, qui quasi stellæ in cœlo viuebãt, à cœlesti vita deturbat, & trahit in peccatorum barathra. Aiebat Theodoret. *Magnus factus est vsque ad virtutẽ cœli, & deiecit in terram de virtute, & de stellis, & cõculcauit eas. Plurimi enim ex populo violata lege ex ordine cœlestium exciderũt.* Illud equidem solum magnum est malum, quoti bi eripitur vita cœlestis, cætera autem mala minima censentur. Quis mala Beatissimi Iob numeret? Omnibus spoliatur bonis, multo vestitur vulnere, vermibus rodentibus impletur, ipse autem inter hæc c. 2. *Testa saniem radebat sedens in sterquilinio:* nõ molli aliquo linteolo, seu molli aliqua herba, sed dura, & dentata testa saniem radebat, & vulnera, & dolores faciens excrescere. Cur dolores augebat? An paruos reputabat à dæmone acceptos? Ait Orig. hom. 2. ex Iobi voce: *Non sunt dolores isti fortiores animæ meæ firmitate. Merito exaggero, atque cõmoueo ipsos dolores, vt per cũcta ostẽdã nequissimo diabolo, quia eius malitiã irrideo, quia iniquitatẽ eius cõtemno, quia omnes eius plagas ad nihilũ reputo. Ob hoc ergo accepit testam, vt raderet saniem suam.* Vbi animæ vita non tangitur, nõ commouetur, prudentes viri cætera mala parui æstimant. Quam sapientiam qui non callent stultos, & simplicis mentis putant, esse illos, qui contenti ipe vitæ cœlestis, despiciunt mala præsentia. Hinc Iobi vxor vidẽs maritum suum parui ducere temporalia omnia mala propter spem immortalitatis, ait illi: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere.* Sic stultum, & simplicem ridet esse maritum, quod temporalia diuinas postponat. Ad hæc D. Gregor. lib. 3. Moral. cap. 11. fatur: *Simplicitatem in marito redarguit, quod transitoria cuncta despiciens, puro corde sola æterna concupiscit.* Sic à mundanis stultitiæ vertitur, quòd transitoria propter æterna contemnantur. At qui sapiens est, nihili æstimat iacturas omnes temporales, dum in æternis fixam spem habeat Prouerb. 3. dicit: *Lõgitudo dierum in dextera eius,*

Psalm. 68.
Nazian.
Isai. 54.
Septuag.
Dan. 8.
Theodoret.
Iob. 2.
Origen.
Gregor.
Prou. 5.

eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria: Vbi dextera supponit pro vita æterna, sinistra autem pro bonis tẽporalibus. Id quod meditatus D. Bernard. ser. 7. in Psalm. Qui habitat, sic inquit. *Vtinam mihi semper â dextris sis, Ie su bone, vtinam semper teneas manum dexteram meam. Scio enim, & certus sum, quoniam nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim, & tundatur sinistrum latus, pulsetur iniurijs, vellicetur opprobrijs, libẽs illud expono, dum a te custodiar, dũ modo sis ipse protectio mea, super manum dexteram meam.* Parum est, quòd tundatur sinistra, nimirùm, quòd perdatur temporale, dũ æternum, quòd à dextris venit, custodiatur mihi.

Bernard.

§. II.

Qui salutis suæ negotium peragit, maius opus facit, quam si mortuos suscitaret, si cœlos crearet.

NOn solum absentiam suam per mortem, modicam vocat Dominus, sed etiam opus resurrectionis suæ pro modico habet, quippe ait, *& modicum videbitis me.* Ad quæ verba fatur noster Salmeron tract. 69. *Modicum etiam vocat resurrectionem, quia dimisit se veniẽs cũ plagis, edẽs cũ Apostolis*, &c. Sed quomodo tantum opus resurrectionis potuit modicum vocari? An in hac valle miseriarum potuit exerceri opus illo maius? Equidem Dominus, operam, quam iusti saluti obtinendæ impendunt, maiorem æstimat resurrectione mortuorum, imò cœlorum creatione. Cœlos iam creârat Verbum diuinum, & mortuos in vitam aliquos vocarat, & nihilominus, ait Ioan. 13. *Qui credit in me, opra, quæ ego facio, ipse faciet, & maiora horũ faciet.* Quomodo fidelis homo potest facere opera maiora operibꝰ Saluatoris? Quomodo potest facere opꝰ, quod excedat resurrectionẽ mortuorũ, quod excedat cœlorum creationẽ? Eo ipso, quòd fidelis salutem animæ suæ ex Christi gratia operetur, adeò magnum opus operatur, quod in comparatione illius, & resurrectio, & creatio videantur opera parua. Do D. Augustinum tractat. 72. in Ioann. fantem: *Et maiora horum faciet, quorum obsecro? Numquid non omnium operum Christi maiora facit, qui cum timore, & tremore suã ipsius salutem operatur? Quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quam est cœlũ, & terra, & quæcumque cernuntur in cœlo, & in terra.* Ille qui cum timore, & tremore iuuante Christo suam salutem operatur, maximum opus facit; opus, inquàm, facit, respectu cuius etiam resurrectio, etia cœlorum creatio parua, & modica opera reputantur. Quidquid enim ad iustificationem, & certam salutem peccatoris spectat, hoc omnium operum Dei maximum est. Hinc dicebat ille Psalm. 30. *Miserere mei Deus, secundũ magnam misericordiam tuam.* Magnam petit misericordiam, quia non petit auxilium ad patranda miracula: de quo auxilio solum dicebat alius Mar. 9. *Si quid potes, adiuua nos misertus nostri*: non ait, si magnum aliquod potes, quando solum petebat opus temporalis alicuius miraculi; magnum autem opus absolute, solum versatur circa æternam vitam causandam. Isaac filio suo Iacob, sic benedixerat aiens, Gen. 27. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundãtiam frumenti, & vini, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus*, &c. Hanc tantã putauit benedictionem bonus Pater, vt vltra hanc nihil magnum putet manere, quòd filio Esau posset dari! Sed Esau benedicens aiebat: *In pinguedine terræ, & in rore cœli desupererit benedictio tua.* Vndè ergò tãtus excessus erat, in illa prima benedictione, respectu cuius cætera omnia, aut parua, aut nulla videbantur? In illa prima benedictione claudebantur opera iustorum hominum, quibus salutem suã æternam operaturi erant, semini Iacob, nẽpe Christo seruientes, illumque adorantes, vt innuit illa verba: *seruiant tibi populi, & adorent te tribus.* Vbi autem salutis æternæ opus est, nullum vltra relinquitur magnum, quinimo cætera omnia Dei munera respectu illius paruula reputantur. Ex his aiebat Rup. lib. 9. de Victor. Verbi Dei, c. 22. *Vtrãque autem videlicet paruam, & magnam misericordiam Iacob in benedictione acceperat, qua tenus eidẽ de rore cœli, & de pinguedine terræ daret abundantiam frumenti, vini, & olei, quæ parua misericordia est. Et semini eius, id est, Christo seruirẽt populi, & adorarent eũ tribus, quæ magna misericordia est.* Magnitudo, & præstãtia operis nõ ex eo est, quod à Deo tra has pluuiam mannæ; nec ingentia aliqua miracula circa corporalia, & transeuntia patres: tunc magnum, & præstantissimum opus efficies, cum Christo seruiens salutem animæ tuæ operaberis. Ait D. Bernard. serm. 1. in D. Petrum: *Putas parua res est, scire viuere? Magnum aliquod? imò maximum est. Non viuit, qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur*, &c. Vnde à morte vitiorum reuocari in vitam, maximum opus est potestatis diuinæ. Huc reuoca, quæcumque dixi-

Salmer.

Ioan. 13.

Augusti.

Gen. 27.

Psal. 50.

Ruper.

diximus supra lib. 9. cap. 1. §. 6. plura ibi, & pulchra inuenies tractata, & infra lib. 15. c. 9. §. 2.

§. III.

Nihil in Iesu non magnum cogitandum.

SCiebãt discipuli: vt ait, Eusebius Emiss. quòd ad Patrẽ Dominus iret, sæpe enim id audierant à Domino, id solũ modo nõ intelligunt, quid significet illud modicũ. *Quid est hoc, aiũt, quod dicit nobis: Modicum? Nescimus quid loquitur:* Et cur discipuli caperent in Iesu aliquod modicum? Meritò non percipiunt modicũ, quia magnũ est, quidquid in Iesu, & de Iesu augurantur, nec vnquam Iesus non protendit aliquid magnum. Ad Mariam ait Angelus Luc. 1. *Ecce cõcipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Quid necessum fuit tam citò addere. Hic erit magnus? Cur non prius dicitur filius altissimi, sed maluit, statim dici magnus? Ne dum puerulũ in vtero virgo sentit, aliquod non magnum possit de Iesu concepto cogitare. Exod. 16. de cœlesti pane locutus Dominus ait: *Apparuit in solitudine minutũ, & quasi pilotusum, &c. Quod cum vidissent filij Israel dixerunt ad inuicem, Manhu, quod significat, quid est hoc?* Non capiunt minutum à cœlo delapsum, imo paulò post minutum contemnunt dicentes: *Nauseat anima nostra supra cibo isto leuissimo.* Vbi cœlestis panis instar minuti, & paruuli cuiusquam apparet non capuur, non percipitur, ab hominibus imò parum aberit, quòd contemnatur. Ideò dũ in deserta virginea terra necessum fuit apparere cœlestem panem instar minuti, hoc est, instar paruuli, merito cauet Angelus statim de illo: *Hic erit magnus*, nequid in illo minutũ cogitetur, sed totus sentiatur magnus. Ex quo ait D. Ber. hom. 3. in Missus est. *Et tu quidem ò virgo paruulum paries, paruulum nutries, paruulum lactabis, sed videns paruum, cogita magnum. Erit enim magnus, quia magnificabit eũ Deus in conspectu regum, adeo vt adorent eum omnes reges, omnes gentes seruiant ei. Magnificet ergo anima tua Dominũ, quia hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Magnus erit, & magna faciet tibi, qui potens est.* Non te moueat ò Virgo minutum hoc, quod tuis visceribus clauditur, minutũ sentis, sed cogita magnum; quacumque parte videris illum paruulum, tibi apparebit, & magnus, vt pote Altissimi filius, & magnalium patrator. Hũc spectabãt illa verba Luc. cap. 21. quibus dicitur: *Põtifex, id est, Sacerdos maximus inter fratres suos:* Quasi inter omnes homines vnus Pontifex speraretur, qui solus esset magnus. Et quis iste Pontifex magnus inter omnes homines nisi Iesus? Rem pulchrè tractat Orig. hom. 12. in Leu. fatus. *De Isaac dicitur, quia proficiebat, valde, vsq; quo factus est magnus. Moyses magnus dictus est, & Ioannes Baptista magnus dictus est, nũc autem Iesus magnus dictus est, & post hunc iã nullus appellatus est magnus. Prius enim quam adesset, qui verè magnus, ad comparationem reliquorũ hominũ magni appellati sunt sancti. Vbi verò aduenit ipse, qui non ex comparatione caterorũ, sed sui magnitudine vere magnus est, vltra iã nullus magnus appellatus est. Hic ergo est de quo scribitur: Magnus Sacerdos ex fratribus suis* Iesus solus est, in quo vera inuenitur magnitudo, de quo omnia magna debent cogitari, à quo nihil non magnum, & sublime percipitur. Vbi lex populo dabatur, Exod. 19. dicitur: *& sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur.* Tenuis erat initio buccinæ sonitus, qui paulatim procedens, denique vocem emittebat magnã. Sed cur à principio non magna voce sonabat? In initio lex figurabatur, in fine Christus, à quo non potuit magnum quid non intonare. D. Cyr. Alex de adorat. lib. 7. ait: *Sensim autẽ progredientes augebantur tubæ voces, nam ab initio cum tenuẽ vix vocẽ emitteret lex: vbi ad nos processit verbum, & ille Emanuel ad tradendam Euãgelicã disciplinã affulsit, valentiores factæ sunt voces; clarũ enim quiddã, & acutũ insonuit Christus, & quòd totũ iam orbẽ terrarũ penetrauit.* Nihil exile, nihil tenue, & modicum à Iesu, sed vbi ad illum res deductæ sunt, omnia illius magna, & sublimia apparent, omnia nostra crescũt in maius. Dicebat Cant 2. *Similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorũ super mõtes Bethel.* Dilectum suũ Iesum instar minuti, & paruuli hinnuli amat videre, sed dũ minutũ, dũ hinnulũ videt, simul, & magnũ, & excelsum meditatur, dũ vocat hinnulũ super mõtes Bethel. Cur non mãgis hinnulũ domi cupit cubantem? Cur hinnulũ nõ cupit in campum planis, sed illũ in mõtium excelsis miratur, nisi quia nec in hinnulo, nec in paruulo Iesu audet aliquid videre non magnum, & superãs omnes magnitudines creaturarũ? D. Bern. serm. 73. in Cant. *Hinnulus est paruulus est, attamen super mõtes Bethel, attamẽ excelsior cœlis factus. Ex quibus patet, quod non modo in eo, quod ab æterno est, sed etiam in eo quod in tempore factus est, omnem sibi eminentiã vendicet supra omnẽ principatũ, & potestatẽ supra omnẽ deniq; creaturã, vt pote primogenitus omnis creaturæ.* Sic super omnes

Euse Emi.

Luc. 1.

Exod. 16.

Ber.

Luc. 21.

Orig.

Exod. 19.

Cyr. Ale.

Cant. 2.

Bernar.

emi-

eminentias, & magnitudines apparet semper Iesus meus exaltatus, & superexaltatus.

Ioan. 16. Cognouit autem Iesus, quia volebāt eū interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi. Modicū, & nō videbitis me, & iterum modicū, & videbitis me. Amen, amē dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autē gaudebit; vos autem cōtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

§. IIII.

Iustorū lacrymæ acceptæ sunt Iesu morienti, quibus eius mors honoretur.

INstantem mortis suæ diem describit Dominus, & ostendit, dicens discipulis suis; plorabitis, & flebitis vos; quasi dicat, iā vobis præsto erunt lachrymæ, & fletus, quia iā morti tradar ego. Sed cur discipulorum lachrymas in morte Iesu effundendas sic Iesus approbat; nec illas prohibet? Cum iam ducebatur ad mortem sequebatur eū popularis multitudo, sequebantur, & eū multæ mulieres flentes, & lamētātes eius vicē. Quibus statim ait Iesus, Luc. 23. *Filiæ Ierusalem nolite flere super me*, &c. Nunc sciēs discipulos ploraturos, nihil illos monet de fletu prohibendo, quin potius illos permittit flere, imò à mundanis, & sceleratis distinguit, ex eo, quod tunc flebunt. Cur ergo qui sub cruce pergens lachrymas pro se prohibuit, nūc ante crucem non prohibet? Prohibuit Dominus lachrymas mulierum, populariter flentium; quæ sanè lachrymæ tanto Domino indecentes erant, at lachrymæ iustorum virorum scientium pro quo flerent, hæ minimè prohibentur, quinimo à Domino acceptantur, & honori habentur. Apud Zachar. cap. 12. ait Dominus: *Et aspicient ad eū quem confixerunt, & planctu plangent eum, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eū, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magn⁹ erit plāctus Adadremmon in cāpo Maggedō, & plāgent terræ familiæ, & familiæ seorsum. Familia domus Dauid seorsum, familia domus Nathā seorsum, & mulieres eorū seorsum familia domus Leui seorsum, & mulieres eorū seorsum: familia Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Et omnes familiæ reliquæ familiæ, & familiæ seorsum.* Sto à sententia eorum qui hūc planctum putant esse planctum, qui in Christi Ecclesia ab ipso die crucis vique hodie fit, ex nostri regis, principisque nostri Iesu compassione. Sed illud maxime notandum est, quod innumeræ sint familiæ, imo & populi, qui ex tunc mortē regis nostri deflent, solæ quatuor familiæ singillatim nominantur nempe Dauid, Nathan, Leui, Semei, & cęteræ innominatæ, & confusæ relinquūtur, imò despiciuntur. Sed cur quatuor has memorans, reliquas præterit? An qui capillos pro se cadētes numerat, lachrymas pro Iesu fusas despicit? Absit, imò lachrymas magis acceptat, & honori ducit, sed lachrymas quæ non populariter cadant, sed à strenuis, selectisque, & iustis viris profusæ veniant. Ideò populariter cadentes lachrymas multitudinis confusas prætereiens, illas nominatim pōderat, & acceptat Dominus, & sibi gloriosas, & honorabiles reputat, quæ pro illo Dauid, Nathan, Leui, Semei fuderunt. Ad hæc aiebat Rup. *Fuerit quidem planctus ille grādis, & sapiēter dispositus, vt familia domus Dauid, familia regalis, & familia domus Nathā, qui Propheta fuit, & familia domus Leui, ex quo ortum fuit Sacerdotiū, & familia domus Semei, ex quo doctorū agmina pullularunt & reliquæ familiæ, quas, quia nō habebāt aliquod priuilegium dignitatis, vniuersas absque nomine comprehendi.* Et merito innumeratæ & innominatæ lacrymæ relinquuntur illorum, qui nec regio florent Spiritu, vt seipsos regant, nec instar Prophetarum, de futuris habent solicitudinē; nec hostiā Deo mactāt, vt regales Sacerdotes, nec sapientiā colūt. Horum, inquam, lachrymæ prætermittuntur, sed illæ lachrymæ maximè Deo placent, illi que sunt maximo honori, quas pro illo passo regalissimi homines, gens sancta, regale Sacerdotium, omnique iustitia, & sapientia insignes profundunt. Hos vt haberet ploratores tribus horis expectauit Dominus in cruce, quasi enim rationem redderet, cur nō citius spiritum emisisset? Cur tandiu expectasset in cruce tot tormentis confossus? Ait Psal. 68. *Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.* fuit equidem, qui contristaretur de Iesu moriente, vt ait Magister sententiarum in tota populi multitudine, ideò sustinebat Dominus expectans, donec vidit Mariam matrem, donec vidit Ioannem discipulum, donec vi-

Luc. 23. *Zachar.* *Ruper.* *Psal. 68.*

dit

dit Magdalenam:& has proculdubio vidit tunc flentes,& licet loqueretur ad matrem non illam flere prohibuit, imò tàm huius, quàm aſtantium ſororum lachrymas habuit acceptas,& inter illas decũbetis glorioſum ſepulchrum iuuenit. Vndè D.Ber.ſer.de vi-
D.Ber. te cap.4.monet: *Date lachrymarum flumina in tãtis vinculis moriẽti. Vacate, & videte, quã amare, quàm turpi morte condemnetur. Suſtinet enim adhuc, & diligenter cõſiderat, ſiquis ſit, qui ſimul contriſtetur: ſi quem inueniat, qui ſanguinis riuos abſtergat, & de cruce depoſitũ munda ſindone non panni, ſed cordis, inuoluat, & flens cum beatis mulieribus, ſientibus ad tumulum conſequatur.* Expende illud, *flens cũ beatis mulieribus, &c.* nõ lachrymas omnes faſtidit Dominus, ſed lachrymas mulierculorum humana quadam compaſsionis facilitate plorãtium. At beatorum mulierum lachrymas, nimirũ Mariæ matris, cæterarũq; cum illa aſtantium crucì, has expectauit Dominus in cruce, & vſq; modo ſuſtinet, ſiquis iuſtus, & beatus vir morientem ſaluatorem ſuum ſimilibus lachrymis proſequatur. Et fallar, ſiquis Regum mundialium parentatus fuit, tàm glorioſo luctu, tàm pretioſis lachrymis, vt Rex noſter Ieſus iuſtorum lachrymis
Apoc. 18. parentatur. Propone tibi ob oculos luctũ factum Apocal. 18. pro Babylone illa magna; *Flebunt, & plãgent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt.* Inſuper dicit: *Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam.* Rurſus dicit: *Mercatores horum, qui diuites facti ſunt, flentes ac lugẽtes.* Denìq; ait: *Et nautæ qui in mari operantur, longè ſteterũt, & clamauerũt, &c.* Ecce tibi quorum luctu, & lachrymis honorẽtur funera Magnatorũ mũdialium, honorantur lachrymis Principum, & regum, qui ſimul ſunt mancipia voluptatum: honorantur itẽ lachrymis, negotiatorum mercatorum, nautarum, hoc eſt, hominum auariſsimorum, qui neſciunt deſiderare, niſi propriã vtilitatem, & commoditatẽ. At Ieſu funera proſecuntur lachrymæ omniũ præſtantiſsimæ, & pretioſiſsimæ; lachrymæ beatarum fœminarum, lachrymæ iuſtorum regumque regaliſsimorũ, qui proprijs affectibus dominantur; lachrymæ Prophetarum, & ſapientium hominum, qui verè ſapiẽtiæ, & virtutis ſplendore lucent in orbe terrarum.

§. V.

Iuſtorum clades nunquam nõ lætiſsimum ſpectaculum faciunt impijs.

EXpende ex Ieſu morte, quam diuerſa hõmines percipiant, nimirũ, qui iuſti ſunt, ingentem lamentorum ſegetem metent, at mundani homines, voluptuoſi homines, & impij ingentem gaudiorum materiem percipiunt. Ait enim: *Plorabitis vos, mundus autẽ gaudebit:* & quando iuſti clades non fecit impijs ſpectaculum lætiſsimum? Aiebat Ieſus Matth. 20. *Ecce aſcendimus Hieroſolimã, & filius hominis tradetur Principibus ſacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, &c.* Expende illud, *ad illudendũ*, hoc eſt, vt pro luſu, & materia riſus, & lætitiæ in ſuis tormentis habeatur: quippè lanienæ iuſtorum virorum voluptuoſis hominibus feſtiua ſunt ſpectacula. Audiſti Amphiteatra Romana plena feſtiuis ſpectaculis, quæ populos aſpergerent gaudijs? Nouiſti inibi ferarum pugnas, quarum lanienę mirã hilaritatem ſpectantiũ animis ingenerarent? Sic iuſti Ieſu clades, ſic laniena ſancti hominis nunquam non pro feſtiuo ſpectaculo impij saccidit. Rem ponderat Chryſoſt. ſer. 5. de Paſsione fatus: *His diſcipulos ſuos ſemel, & iterum præmonebat ponens ante oculos eorũ, & velut arenam ſuæ conſtituens paſsionis, & inducẽs in eam quot cõtumeliarum genera, tot genera beſtiarum.* Chryſoſt. Ecce tibi Dominus quoties loquebatur de ſua morte, ſic loquebatur, quaſi de arena amphitheatri, in qua impijs nihil non ludibundũ, nihil non feſtiuum apparebat. Sic contumelias omnes æſtimabat, quaſi immaniſsimas feras, quarum vnguibus lania tus nobilis athleta gaudia impiorũ aſpectariũ cumularet. Ad hæc aiebat Paulus. 1. ad
1.Cor.4. Corinth. 4. *Puto enim quod Deus nos nouiſſimos Apoſtolos oſtendit, tãquã morti deſtinatos, quia ſpectaculũ facti ſumus mũdo, & Angelis, & hominibus.* Expende ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus; hoc eſt, ita ſe habent res noſtræ, vt ſpectaculorũ in arena luſus, ad quos voluptatis cauſa confluũt vniuerſi, ſic ad pugnas noſtras vniuerſi cõcurrũt, tàm boni, quàm mali; tàm qui mundani ſunt, quàm qui Angelici, ſed hi, vt exẽpla mirentur, illi vt delectationẽ percipiant. Id quod pulchris verbis notat D. Anſel. aiẽs: D. Anſel. *Sicut omnes cõcurrũt, vbi locus celebratur, vel pugiles certant, aut aliquod monſtrũ producitur, ſic omnes boni, vel mali conueniũt ad aſpiciẽdas pœnas noſtras. Spectaculũ ſumus, & Angelis, & hominibus, tã bonis, quam malis. Boni Angeli cõueniũt ad ſpectaculũ paſsionis noſtræ, vt nos præſentia ſua cõfortẽt, & cæteros ad exẽplũ noſtri certaminis incitent: mali verò, vt gaudeant, cũ nos ab aduerſarijs cruciari videant, & cæteros à fide, metu pœnarũ deflectãt. Boni*

homines, vt laudent, mali vt insultent. Boni, vt exemplo nostro confortentur, mali, vt ex pœnis nostris delectẽtur. Sic semper iustorũ lanienę iucundissima faciũt impijs hominibus spectacula, amplissimamq; suppeditant materiã improborum cantibus. Hierem. Thren. 3. ait: *Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me, Labia insurgentiũ mihi, & meditationes eorũ aduersus me tota die. Sessionem eorum, & resurrectionẽ eorum vide, ego sum Psalmus eorũ. Reddes eis vicẽ, &c.* Hæc iustus vir petit a Deo, vt videat, nimirùm hominum impiorum conuentus, meditationes, cõcursus singulis horis, singulis momentis, tota die coactos, insuper, sessiones eorundem, hoc est, iuxta Glossam interlinealem, *Sessiones quasi magistrorum*, non verorum magistrorum, qui veritatis doctrinam probent, sed quasi magistrorum, nimirùm de solis magisterij fibulis tumentium, in hoc crebro cõuenientium, vt innocuam, & iustam gentem lacerent, & è tanta lanienа cachinos excitent, immensaque sibi gaudia cõdiant. *Ego sum Psalmus eorum*: hi enim cantantur Psalmi in choro malignãtium, in choro impiorum, videlicet, laniena iusti hominis, hanc vocant ad sua carmina hanc ad plectra vocant, vt dum rumpitur iustus, ipsi exultare possint. Præclarè Iob cap. 30. dum deridentium sibi ipsi exprimit conditiones, ait: *In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glareã.* Et statim infert; *Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum illis in prouerbium.* Septuag. explicatius in rem præsentem: *Cythara eorum ego sum.* Et quidem pulchrè iustus vocatur Cythara impiorum; nõ solum, quia sicut ex percussis cytharæ fidibus dulcis percipitur sonus, sic ex iusto percusso, imò laniato impij voluptatẽ percipiunt, & lætitiã; sed quia vt ad percussiarum cytharæ fidium numerũ, psalli, & saltari solet, sic ad numerum iusti hominis cladium mundiales homines, & carmina cõcinunt, & festiuos saltus componunt. Vt dicat Nicetas in Cat. Græca: *Cantio itaq; & carmẽ effectus sum eorum, measq; calamitates pro quo uis alio sermone habent in ore.* Et carminibus, & cantibus, & vniuersis lætitijs impiorum hæc additur minimè exhauribilis materies, scilicet, calamitas iustorum: hæc illis pro cãtu, pro saltu, & vtinam in has chordas nõ videãtur alicuius mutati chori, nec inter Psalmos, & canticum organi tales fabricentur cantiones, quæ insancti alicuius hominis, personet infamiam.

Hierem 3.

Iob. 30.

Nicetas.

§. VI.

Præstãtia est tristitior ex iusti calamitosi compassione orta, quàm vniuersa gaudia mundialia.

TRistãbitur discipuli Iesu magistrum videntes carnificibus traditum; & inter gaudẽtes, exultãtes carnificũ phalanges, fremẽtesq; passionis fluctus rari apparebat discipuli tristitia penè confecti inenarrabili dolore: sed qualis hęc discipulorũ tristitia? De illa Dominus, ait: *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Ea est tristitia ex calamitosi iusti compassione nata, quæ ingẽtia pariat gaudia, instar quorũ nihil sint omnia gaudia mundialia. De passione Saluatoris sui locutus Psaltes. 67. ait: *Posteriora dorsi eius in pallore auri.* Christi vitæ postrema tenuit mortis pallor, ausa est pallida mors tanti Principis calcare palatia. Sed qualis ille mortis pallor? In pallore auri, sic pallens splendebat, vt aurea mũdi gaudia obscuraret, & condolentium pallorem in locupletissimos thesauros commutaret. Elegãter D. Ber. ser. 61. in Cant. fatur. *Deniq; inquit, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Quomodo no in morte pallescat? Sed melius pallens aurũ, quàm fulgens aurichalcũ, & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Hoc aurum semetipsum decoloranit abscondẽs formam Dei, & formam serui prætendens; decoloranit, & Ecclesiam, quæ ait: Nolite me cõsiderare, quòd fuscasim, quia decoloranit me sol. Ergò & posteriora Ecclesiæ in pallore auri, quæ fuscum non erubuit crucis, vstionẽ passionis non horruit, liuorem vulnerum non refugit. Et iam complacet sibi in illis, & optat nouissima sua forè horũ similia.* Vide ergo quantũ se extollat tristissimæ mortis pallor, siue in patiente, siue in compatiẽte: vterq; pallet, & iustus, qui paritur: & pius, qui ex cõpassione tristatur, sed pallet pallore auri; in tantùm excedens pallor hic fit vniuersos splẽdores mũdiales, in quantum aurum excedit aurichalcũ. Conuertitur iustis cõpatientibus tristitia in pretiosissima gaudia; quæ ipsi gustantes, sic in doloribus, & angustijs sibi complacent, vt habeant semper in optatis has tristitiarũ materias, quæ tã ingentia pariant gaudia. Hinc *Dei amatrix, ait Cãt. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Quæ tã contraria excogitari potuissent, vt sunt faciculus myrrhæ, & botrus vineæ? In illo amaritudo in hoc tota dulcedo mellea, in

Psalt. 67.

D. Ber.

Cant. 1.

in illo triſtitia,in hoc gaudia,& tamẽ ſimul, ac myrrhæ faſciculum ſponſa nominat, ſtatim,& vitis botrum experitur, triſtia enim, quæ ex iuſti calamitoſi compaſsione accidunt,dicto citius ſuper omnia præſtantiora apparent gaudia. Ad hæc D.Ber.ſer de vite cap.4.ait:Fit ergò ſponſus ſponſæ ſuæ faſciculus myrrhæ, quando pſum multiplicibus affectum iniurijs ad mentem reducit. Quæ ſunt autem vbera ſponſæ,inter quę illum cõ moraturum affirmat? Duo vbera ſpõſæ proſperitas,& aduerſitas ſunt. Ponit autem dilectum ſuum inter hæc vbera,dum illius,& in
D.Ber. aduerſis,& in proſperis recordatur. *Exquo euenit,vt illẽ,qui modo fuerat faſciculus myrrhæ,ideſt,qui mentem ſponſæ paſſionum ſuarũ amaritudinibus amaricauerat,ſubito ſit botrus Cypri continens in ſe vinum iucunditatis,& lætitiæ.* Non poteſt myrrhea amaritudo in compatientis animo diù durare,ſed protinus faſciculus myrrhæ in botrum lætitiæ tranſit,& iocunditatis. Quis non amet myrrhas tantarum lætitiarum cauſas,præ omni dulcedine mundiali? Sanè præſtantior eſt myrrha lætãtes botros pariens,quàm omnia mundi gaudia à quibus ſola incendia manent.

Ioan. 16. Mulier cum parit triſtitiam habet; quia venit hora eius: cum autem peperit puerum,iam non meminit præſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mũdũ. Et vos igitur nũc quidẽ triſtitiam habetis, iterũ autẽ videbo vos, & gaudebit cor veſtrum,& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

§. VII.

Fideliũ preſſuræ,& præſtãtià, & diuturnitate fructus ex morte Chriſti,longe excedunt laborum mundanorum vſuras.

NVlli hominum gaudiũ naſcitur, quod poſt mille preſſuras poſt mille dolores partus non veniat; habent mundani, & ſancti,infideles,& fideles labores, & dolores; qui pariunt ſua cuiq; gaudia: ſed mundanorum labores pariunt gaudium fundatum in hominis natiuitate,*quia natus eſt homo in mũdum.* Proh luteum, & corruptibile gaudiũ, vt potè in natiuitate lutei hominis,& corruptibilis fundatum! Fidelium autem labores gaudium pariũt minimè incorruptibilis hominis natiuitate,ſed in Chriſti Dei æterni, & viri,& veri morte fundatum, quòd nullo impulſu hoſtium lababit. Pro mundialiũ laboribus ſtat illud Pharaonis decretũ aduerſus Iſraelitas Exod. 1. vbi ſic: *Præpoſuit eis magiſtros operum,vt affligerent eos oneribus. Ædificauerunq; vrbes tabernaculorũ Pharaoni, &c.* De quibus Iſraelitarum operibus à Pharaone decretis,ait Pſal 8. *Manus eius incophino ſeruierunt.* Velut miſeri operæ in cophino colligunt lutum,vt ſtrenuis ædificatoribus materiam præbeãt,ſic Iſraelitæ ædificijs regijs lutum in cophinis miniſtrabant. His poſtis recole modo facinus illud Chriſti in ſaturandis homiñibus Ioan. *6. Vt autẽ impleti ſunt,dixit diſcipulis ſuis. Colligite,quæ ſuperauerunt fragmenta,ne pereant. Collegerũt ergò, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum,&c.* Cur nõ ciſtas iubet impleri,ſed cophinos? Vt vel in ipſo operarum inſtrumẽto videatur,quàm alius ſit fructus ſeruorũ Chriſti,& ſeruorum Pharaonis. Seruitur Pharaoni,id eſt,mundo in cophino; ſeruitur Chriſto in cophino;ſed in Pharaonis obſequio cophinus operatũ lutum colligit, lutũ porrigit, nihil præter lutum habet, in obſequio Chriſti,operarum cophini,non lutum, ſed cœleſtem colligunt alimoniam. Quos mundi natalitia implẽt luto,hos Chriſtus monẽs inexterminabilibus implet bonis. D. Amb. *Ambr.* lib.9.in Lucam ait: *Qua ratione cophinos duodecim Chriſtus impleuit,niſi illud populi Iudaici ſolueret. Quia manus eius in cophino ſeruierunt? Hoc eſt,populus,qui antè à lutum in cophinis colligebat,hic iam per crucem Chriſti vitæ cœleſtis operatur alimoniã.* Conueniant huc, qui ſeruiendis mũdialibus Principibus laborioſiſsimam impendũt operam,qui ieiunijs, vigilijs,ſanguine,ciuitates,& regna Principibus comparant;qui in exoriente Principe eã ſpẽ locant,quàm incredibili labore, ſolicitudine nutriãt. Quid illis pariũt tot labores? Quid colligunt in cophino? Solũ colligunt lutũ temporalium bonorũ,qui in puluerem conuerſus euaneat ab oculis. Non ſic,qui in Chriſti morte fundantur,ſed per illam in cophinis cœleſtem colligunt alimoniam, quæ nullos ſciant metuere caſus,metuere hoſtes. *Apoc.21.* Aiebat Ioann. Apoc. 21. *Vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendẽtem de cœlo, à Deo paratam,ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. Et audiui vocem magnam de cœlo, dicentem: Ecce tabernaculum Dei,cum hominibus, &*

& habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erũt, & ipſe Deus cum eis erit, eorũ Deus: & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ, & mors vltrà non erit. Crediderim hic repreſentari fidelium Eccleſiam, quæ adhuc militat, ideoque vocari tabernaculum, quòd militare ſumptuosum eſt; & ideò vocari ciuitatẽ nouam, vt oſtendatur in illa, aliqua differentia ab illa antiqua, & veteri iuſtorum ciuitate, in naturę ſtatu fundata. Sed notãdum venit, quòd in hac noua fidelium ciuitate perpetuo Deus adeſt, nullumque bonum finiendum venit, nec vnquam deſtructa, aut perdita iam plorabitur. Cur hæc noua adeò æterna, quando illa vetus penè funditus cõcidit? Sane gentiliſmus introductus in mundo, ſic primam illam iuſtorum ciuitatem expugnauit, vt è toto terrarum orbe circa vnum Abrahamum verorum bonorum notitia habitaret. Cur ergò ſicut gẽtiliſsimꝰ prævaluit in primam Dei ciuitatem, non etiam prævaleat poſt aliqua ſæcula in hanc nouam, & quaſi ſecundam ex innouatione ciuitatem? De hoc fecit pulchram quæſtionem D. Iuſti
D. Iuſtin. nus Mar. quæſt. 74. in qua hanc ipſe rationem reddit: *Enim verò hæc tormenta, quibus vſus eſt gentiliſmus ſperans hac ratione ſeſe conſeruare poſſe in integro, & gentiliſmũ aboleuerunt, & Chriſtianiſmum firmius ſtabiliuerunt.* Nõ hic exprimo omnem horum verborum ſuccum, ſed alio reſeruabo; pronunc id ſolum inſinuat Sanctus vir, quòd omnibus manifeſtum eſt, quod nimirùm vbi primũ gentiliſmus cæpit in mundo nullam perſecutionem aduerſus fideles excitauit, nulla tormẽta inuenit, nulla exilia, nullas fames immiſit, quibus Dei notitia opprimeretur, & bona cœleſtia penitus contẽnerentur, & cur infidelium bona non perirent, quæ nullis laboribus pro Chriſto Deo exanthlatis nitebantur? Modo autem cum vniuerſæ fidelium familiæ laboribus agitantur à mundanis, cũ hinc indè pullulant dolores ob Chriſti nomen, neceſſum eſt, quòd ea bona fidelibus pariantur, quæ minimè poſsint eradicari. Dicam planius, tunc iuſtorum generatio incepit à latere lutei, ſed tamen viui hominis, & ideò iuſtitiæ gaudia, & parua fuerunt, & durarunt parum; modo fidelium Eccleſia nititur latere Chriſti mortui, de cuius crucis tormentis fructus colligit immortales. Trãſeuntia ſunt, & parum conſtantia gaudia, quæ ab hominis lutei vita pendent; illa vera, & ſolida, & permanentia, & imperturbabilia ſunt, quæ in Chriſti mortui vulneribus fundantur. Ad hæc Iſaias aiebat cap.
Iſai. 49. 49. *Non quid obliniſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego autem non obliniſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper.* Sic ſuper omnem miſeri cordiam, & amorem humanum, ſuum amorem Dominus exaltat; non filius a matre, nec mater à filio habet, quòd habemus à manibus illis Saluatoris noſtri, in quibus clauorum cuſpide ſcripti ſumus. Quæ verba ſic Septuaginta reddidere: *Ecce ſuper manus meas ue pinxi muros tuos.* Quid eſt ſuper manus depinxi muros tuos? Pulchrè Leo à Caſtro explicat, quòd manus Domini clauis exaratæ ea nobis bona cõcederent, quòd inſtar murorum firma, & ſtabilia permanerent. Ex
D. Cyrill. quo ſic D. Cyril. Alex. lib 4. in Iſaiam orat. 4. ait: *Itaque Chriſti paſsio, & pretioſa crux, & manuum ipſius affixio, ſecuritas fuit, & murus inacceſſus, & infractus, his qui in ipſo crediderunt.* Manus equidem Ieſu excabatæ clauis fructus nobis reddunt bonorum, qui ſecuri ſint, & inaceſsi hoſtibus maneãt, veluti muri hoſtilia iacula minimè timẽtes, ſed repellentes, vt hinc pateat, quàm longè fœlicior ſit, qui in Chriſti morte nititur, illo, qui in hominum natalicijs gaudet.

§. VIII.

Fœmineus reproborũ animus indè noſcitur, quod verè in præſſuris concepta, non amplius meminerit, poſt ſalutem acceptam.

ECce tibi in parturientis fœminæ exemplo, quàm apte explicetur fœmineus mundanorum animus; dicitur enim: *cùm autem peperit, non meminit preſſuræ*, hoc eſt, ſic omnium, quæ in preſſura fecit, obliuiſcitur poſt partum, acſi nihil effecerit. Quid ſolemnius in mũdanis hominibus? Cum ſub preſſuris ſunt, dum doloribus, periculiſque agitantur, crebra ſuſpiria mittunt Deo, ad ſanctorum prouoluuntur pedes, vota concipiunt, nec ad modicum à Dei conſpectu recedunt. Vbi autem ſalus affulget, vbi Deus votis annuit, ſtatim omnia in preſſuris cõcepta auolauerunt, non meminerunt preſſuræ, nec Dei, nec ſanctorũ memoria, quã preſſuræ ſuggerebant, videtur ſupereſſe. Nõ longè
Iſai. 29. abeſt Iſaias cap. 26. *Sicut quæ concipit, cũ appropinquaue rit ad partũ, dolẽs clamat in doloribꝰ ſuis, ſic facti ſumus à facie tua Dñe. Cõcepimꝰ & quaſi parturiuimꝰ, & peperimꝰ ſpiritum ſa-*

luris

lutes non fecimus in terra. Quot voces, & suspiria, & preces, & vota dolores emittunt in parturriente fœmina, tot in mundanis hominibus emittũt crebrę pressurę: at vt illæ post partum nihil meminerunt, sic & isti nihil salutare præstant in terris. Hæc mulieribus accidunt reproborum mentibus, qui nihil bonũ concupiunt, nisi dũ sunt sub metu, quo ablato omnia bona ab eorum animis euanescũt. Non absimile in huius mundi Principe inuenies, qui dum sibi à Iobi fœlicitate metuit, cùm maximè Deum odisset, tamen nõ semel diuinis adest conspectibus Iobi perditionem petens. Etenim habes Iob. 1. *Cùm venissent filij Dei, vt assisterẽt coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Nunc primò affuit Satan coram Domino Iobum expetẽs, sed & secũdò cap. iterũ affuit, durius aliquid petiturus, nimirùm Iobi percussionem: annuit Deus, permittit Iobum dæmoni. Quid tunc? *Egressus igitur Satan à facie Domini percussit Iob, &c.* An potest creatura à facie Dei egredi? Quomodo ergò dicitur Satã egressus a facie Domini? Non quod ipse in re Deũ inspectorẽ fugeret, sed quòd post acceptam, quàm postularat, Iobi permissionẽ, sic Deũ oblitus est, quasi Deus illi non adesset. Pulchrè Orig. lib. 2. in Iob. Exiuit diabolus à facie Domini. *Exiuit vero, hoc est, discessit, deseruit, oblitus est, vltra non æstimauit, neq; curauit, neq; recordatus est, quòd sit Deus. Illo enim vsq; ante Deum fuisse dicitur. Postquã verò accepit, quod voluit, & quod quæsuit, continuo relinquens Dei memoriam, à facie Dei exisse dicitur.* Vtinã ille solus hoc morbo laboraret, sed habet discipulos plurimos; omnis enim reproborum gẽs dum sub metu aliquo sunt, dum liberari à malo expetunt, vel aliquod sibi bonum acquirere, in muliebria incidunt vota; & suspiria. Quàm crebri Deo adsunt, quàm frequẽtes preces emittunt, quã ta promunt vota! Postquã verò accipiunt, quòd volunt, prorsus discedunt, obliuiscuntur, nec vltra æstimant, nec curãt, nec recordãtur, quòd sit Deus. Huc spectat illud Exodi. 9. in plagis Ægypti obseruatum, dum dicitur: *Videns autem Pharao, quod data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.* Sapiebat aliquando sub plagis nefarissimus homo, & Moysem vocabat, & se peccatorem agnoscebat, & requiem à malis precabatur, at vbi primũ requies apparebat, & preces, & vota plagarum, & Deũ ipsum prorsus obliuiscebatur, ac nihil fuisset perpessus. Id quòd in suis popularibus abominabatur Dominus Psal. 77. *Cùm occideret eos quærebant eũ: & reuertebantur, & diluculo veniebat ad eum. Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est. Et dilexerũt eũ in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Hæc vltima verba sonant apud D. Hieronymus: *Nec permanserũt in pacto eius.* Equidem in afflictione, in lethali plaga ad Deum currentes, multa cũ Deo pacti sunt, multa vota edidere, post salutem, & prosperitatem acceptam, nullũ pactum, nullũ votũ, imò nullam creatoris sui memoriam seruauerũt, sed antiquis idolis se se prostituerũt. Pulchrè Lactantius ad hæc lib. 2. institutionum c. 1. *Tunc maximè Deus ex memoria hominum elabitur, cùm beneficijs eius fruentes honorem dare diuinæ indulgentiæ deberẽt. At verò siqua necessitas grauis presserit, tunc Deum recordantur. Si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegarit, si sæua tempestas, si grando ingruerit ad Deũ confugiunt, à Deo petitur auxilium. Nũquam igitur Dei meminerunt, nisi cum in malis sunt. Postquã metus desiuerit, & pericula recesserũt, tunc verò alacres ad Deorum templa concurrunt, his libant, his sacrificant, hos coronant.* Quis post periculorum vota, post morborũ promissa, transactis periculis, non ad pristina recurrit idola? Siquis, talem post pericula se exhibet, vt in periculis exhibebat, is D. Chrysostom. homil. 4. de Pænit. ex numero electorum est; vt generosus equus, qui regi eligitur tàm securè regitur, sine fræno, quàm cũ fræno. Qui enim solum nouerũt compressi doloribus Deũ meminisse, hi muliebri reproborum infirmitate laborant. Ad hos dicebat Isaias. 28. *Flagellum inundans cùm trãsierit, eritis ei in conculcationem. Quandocumq; pertrãsierit tollet vos, quoniam manè diluculo pertransiuit in die, & in nocte, & tantũmodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* Expẽde signum, sine dubio pereuntium, nimirùm, *tã tummodo sola vexatio intellectum dabit*; tunc solũ norunt Deum, cùm sub flagello vexantur, vt si requies aduenerit, & corda, & aures obturẽt, nequid Dei possint percipere. Aiebat D. Greg. lib. 7. Moral. cap. 11. *Hinc est etiã, quod de reprobis dicitur: Et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui, quia videlicet æterna non intelligunt, nisi cum pro temporalibus iam sine emendatione puniuntur: tunc mens, æstuat, & infructuosæ pœnitentiæ se ignibus inflammat: duci ad supplicium timet, præsentem vitam ex desiderio retinet.* Et benè teneri adhuc præsentibus probatur, qui solùm Dei meminit, cùm circa illa percutitur.

Iob. 1.

Orig.

Exod. 9.

Psal. 77.

Hieron.

Lactant.

Isaiæ 28.

D. Greg.

CAPVT XXIII.

De oratione facienda ad Patrem.

DOMINICAM orationē explicantes supra c. 8. per totum, multa dedimus de orationis vi, & efficacia, quæ sanè tanta est, vt abiturus Dominus ad Patrem orationē reliquerit pro armis ad repellēdos hostes, ad cœlestia expugnanda. Vt autē oratio perfecta sit, sic fiat ad patrem, ut Iesu meritis, & nōmine tota nitatur, cuius nominis, vel sonitu delinitus Pater, nil amplius expectabit, vt dilectis suis cumulatissima dona largiatur. Amat enim nos Pater, ex quo videt nos vnici pignoris sui amore inflammari: per quem, & à Patre dona, & ex mundo victoriam reportabimus.

Ioan. 16. Amen, amē dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo, nō petistis quicquā in nomine meo.

§. I.

Cætera virtutum opera nos seruos notant, oratio ostendit liberos.

NOs ad patrem orare iubet Dominus, non ad Dominum, & cur nō petamus à Domino, nō oremus ad Dominū, sed ad patrē? Quia vbi ad Orationē accedimus, iam ex ipsa oratione ostendimur non habere Dominum, sed patrem, hoc est, non serui esse, sed liberi. Quis nesciat Saluatoris nostri certamina pro nobis inita? Propter nos homines, & propter nostram salutem descēdit de cœlis, factus obediens vsque ad mortē, mortem autem crucis. Qui ergò pro nobis totum sanguinem suum profusurus erat, dū viueret teste D. Luca cap. 6. *Erat per noctans in oratione Dei.* Cur Domine tantæ sanguinis profusioni præmittis tā longas orationes? Nonne sufficisset tui sanguinis profusio, vt homo saluaretur, cur vel ante passionem, sic in oratione pernoctas? Cur necesse est orare, pro his, pro quibus tàm crudeles, & longas sustines mortes? Ad hæc pulchrè, & acutè Chrysol. ser. 24. ait. *Pernoctat in oratione Dei, vt antea nos oratione liberet, quā redimat passione.* Passio equidem Christi non facit, vt homo absolute, respectu omnium liber sit, vt eleganter expendit noster Lessius de perfectionibus diuinis lib. 1. cap. 5. num. 53. sed redimit: tollit nos à seruitute diaboli, sed facit Christi seruos pretio tanti sanguinis emptos; ex eo enim, quòd nos Iesus sanguine suo emit, habet particulare dominiū in nos, vt Dominus in suos seruos. At oratio Christi ad patrem facta, nos prorsus liberos ostendebat, vt vnici filij membra tanto capiti inserta. Sic dum in Christo oramus ad patrem & filij, & liberi asserimur, dum compatimur, aut alia opera exhibemus, nō tàm liberi ostendimur, quàm serui, & ideò post illa iubemur dicere, *serui inutiles sumus, quòd debuimus facere, fecimus.* Similiter Paul. 1. ad Corinth. 9. ait. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c.* Quasi in singulis virtutum operibus suam erga Deum profiteantur iusti seruitutem, verùm cum ad orationem accedunt, iam ibi non tàm seruitutem, quam libertatem filiorum ostendunt. Id quòd notabat Paul. ad Rom. 8. aiens: *Quicumq; enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū in quo clamamus Abba Pater.* Expē de illud *clamamus*, potuisset dicere, in quo inuocamus, vel in quo oramus, sed maluit dicere clamamus; vt enim clamor manifestius, & euidentius rem significatam profitetur, sic omnis iustorum oratio, professio est euidens, & manifestissima assertæ filiorū libertatis. Ait D. Thom. *In qua clamamus Profitemur enim nos patrem habere Deum instructi à Domino, cum dicimus orantes, Pater noster, qui es in cœlis.* Nunquā orare inuenimur, quin eo ipso non profitea mur nos habere spiritum filiorum, spiritū libertatis. Hinc Luc. 11. ait Dominus; *Si ergò vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?* Ponit vim argumenti ex similitudine filiorum accipiētium à parentibus, & petentium à Deo sed cur apertius non dixit, sicut vos datis filijs vestris bona, sic Deus dabit filijs suis bona? Cur pro filijs posuit petentes, dicens dabit petētibus se? Eò ipso, quod quis petat à Deo, se ostendit, & publicat liberorum ornatum spiritu, vt idem sit petēs, & liber. Ex quo lucem

Chrysol.

1. *Cor. 6.*

Ad Rom. 8

D. Thom.

Luca. 11.

Luc. 6.

Zach. 12. cem capit Zacharias cap. 12. *Effundã super domum Dauid, & super habitatores Hierusalẽ spiritum gratiæ, & precum.* Non spiritum seruitutis, sed spiritum gratiæ, & adoptionis effundendum dicit, quia simul addit, & precũ, quasi spiritus precum, aut idem sit, & adoptionis spiritu, aut præsupponat illum. Huc
4. Reg. 20. reuoco illud Ezechiæ morituri exemplũ, de quo 4. Reg. 20. *Conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum dicens: Obsecro Domine, memẽto quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quòd placitum est coram te fecerim.* Diciturorasse, & tamen Dominum vocat, non patrem. Cur nõ magis ostendit filij ingenuitatem orãs? Cur seruum magis se ostendit, respectu Domini? Duo fecit bonus rex, & orauit, & simul repræsentauit virtutum opera à se exercita. Dũ virtutum opera manifestat, se quasi mercenarium statuit, flagitans à Domino mercedem laborum: dum autem orat, per hoc præcisse, quod orat, se liberum, & prorsus ingenuum ostendit, vt sic orãs, & operans, & fructus in-
Cyr. Alex. genuitatis percipiat, & laboris. D. Cyril. Alex. lib. 3. tom. 4. in Isaiã cap. 38. ad hæc loquitur. *Pulchra est iustorum fiducia, nàm laborum mercedẽ propè, & ingenuitatis fructus postulant.* Per hoc ipsum quòd postulent, ingenuitatis fructus expostulant, cùm oratio ostensio sit ingenuorum.

§. II.

Vbi pro saluandis hominibus, pro liberandis peccatoribus laborare Dominus non rogatur, quasi surdus est, imò quasi mortuus.

MVlta rogauerant Apostoli, multa petierant à Iesu, rogauerãt enim, vt Chananæam exaudiret; vt Patrem ostenderet; vt fidem eorum adaugeret, vt parabolam diuini seminis edisseret, & aliahuiusmodi passim ab Euãgelistis notata. Quid ergò in præsenti carpuntur, & audiunt: *Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo?* Sapiẽter aiebat D. Augustinus quòd nihil petitur in nomine Saluatoris, quòd non expresse sciatur pertinere ad æternam salutem; ex quo etiam crediderim ego, quòd dum non rogatur Dominus Saluator noster pro hominibus liberandis laborare, nihil aliud se putat audire, quasi ad omnia alia surdescat omnino. Huc reuoco illud Isaiæ. 64. *Non est, qui inuocet nomen*
Isai. 64. *tuum: qui consurgat, & teneat te.* Si multa erãt in Israelitarum populo captiuo, & afflicto ab hostibus, qui ad Deum clamarent, Deũq; pro restitutione bonorum precarentur. Cur ergò dicitur nullus inuocare nomen Domini? Id explicãt verba sequentia, nimirũ, quia non est, *qui consurgat, & teneatte*: acute Forerius addit, *vt fecit Iacob, ob quod Israel vocatus est, quasi in Deũ præualuisset.* Quippè Iacob Gen. 32. luctabatur tota nocte, cũ Deo, Gen. 32. nec Deũ à lucta abire permitteret, vsque dũ benedictiones suas effunderet, ait enim: *no dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Dum autẽ inuenitur Iacob, qui precibus suis Deũ in stadio, in lucta, in labore pro hominibus benedicendis cõstituat, verè inuenitur, qui in nomine Saluatoris oret, vt qui petit rem Deo propriissima, & gratissimam, & pro qua maximè optet exaudire. Verùm dũ non est, qui Deum vocet in arenam pro liberãdis hominibus, non est, qui inuocet nomen Domini; nulla oratio, & inuocatio diuini nominis reputatur à Deo exaudiri, quasi ad ea, quæ non operantur salutem humanam in medio terræ Deus surdus sit, imò mortuus sit illis, qui nihil circa illam salutem. Hinc Pauli verba ad Rom. 8. expẽdo; ait enim: *Ipse enim spiritus* Ad Ro 8. *testimonium reddit spiritui nostro; quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, &c.* Vocantur iusti homines hæredes Dei, & mirum est, & prorsus inusitatũ vocari hæredes nunquam morituri, nunquã desituri. Vbi enim hæres nominatur, res testamenti dicitur, quòd nequit intelligi, sine testatoris morte, & vbi repugnat mors, & testamentũ, & hæredes esse repugnat. Qualiter ergo iusti homines hæredes Dei fient? An Deus aliquando illis mori poterit? Sanè quã do iusti cœlestium bonorum possessionem intrant, vitam illam beatam, & æternã possideant, in qua nil egeant petere à Deo, quòd ad operandam eorum salutem pertineat, sic Deum possident, quasi is sit aliquomodo mortuus illis. Do Diuum Brunonem ibi a- Brunon. ientem. *Si quærimus quomodo sumus hæredes Dei: cùm vsus habeat hæredem esse morte decessoris? Respondetur, quia Deus, quodãmodo morietur nobis in futura beatitudine.* Morietur quidem Deus quodammodo beatis, quando iam nequeat rogari, vt operetur illorum salutem, & descendat in arenam pro illis. Hinc
Ioan. 6. notãter aiebat Dominus, Ioan. 6. *Sicut misit me viuens pater*; viuens dicitur pater, quando misso filio negotiatur hominum salutẽ. Tũc Deus viuificatur, tunc viuidum putat habere auditum, vt orationes excipiat, quãdo inuocatur pro saluandis hominibus. Ideò Ionas à pisce uoratus, ait cap. 2. *Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum,*

vt veniat ad te oratio mea, ad templum sanctũ tuum. Expende quid præmissum sit, vt oratio ad Deum possit venire, vt Deus orationem exaudiret, nimirùm prius, ait: *Domini recordatus sum:* hoc est, facinorum Saluatoris Dei memoriam feci, quàm sciat peccata obliuisci, & hominibus opem ferre, quorũ memoria facta, eo peruenit oratio, vt à Deo excipi, & audiri queat. Ad hæc ait Theophilactus, ibi: *Memini equidem Domini, quod amico erga mortales affectu est, ac negligat peccatum, quod patrauimus obtẽperãs illi, propterea, & precatus sum ipsum, vt post hoc sim dignus quo perueniat ad te oratio mea.* Illa Deum tangit, & viuum ostẽdit oratio, quæ Saluatoris facinora circa homines peccatores saluandos spectat. *Theoph.*

Ioan. 16. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenũ.

§. III.

Vbi Iesus intercedit, nullum nõ completum, & integrum bonum venit.

NE aliò te conferas homo, sed pete omnia à Deo pete in nomine Christi, vt plena, & integra gaudia accipias: is est enim Iesus, à quo nullum non completum, & integrum bonum sciat venire. Pulchrè aiebat Gillib. Abb. ser. 33 in Cant. *Reuolue euangelium, vbiq; Iesum inuenies, & citum, & copiosum ad veniam.* Nullibi parcus Iesus, nullibi sua munera sarcinat, sed copiosus, & largus omnia integra, & plena suis permittit. Suffecisset prodigum filium reuertẽtem, vel inter mercenarios admittere; imò hoc solum ille petebat, at bonus pater ad filiorum osculum eum admittit, insuper non mercenariorum panem porrigit, sed regale parat conuiuium, quòd vituli saginati adipe ditat, dulceque sonanti symphonia exhilarat. Quid plura? Ait apud Luc. 15. *Epulari autẽ, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit.* Expẽde verbum illud oportebat, quòd quandam decentiæ necessitatẽ indicit. Sed quæ necessitas potuit obligare patrem, vt tanta conferret filio, qui in se reuersus minora petebat, & multo paucioribus contẽtus existeret? Sanè filius pauciora grãter exciperet, at bonus pater nescit nõ dare bona, & plena, & integra. Datus Gillib. ser. 33 in Cant. ait: *Vide profluam Domini Iesu gratiam: cum pœnitẽte filio gaudere eũ oportet, & epulari. Quibus propitiatur, improperare nescit: dimidia vti non nouit clementia.* Proh diuinissimi Iesu profluam pietatem, nescit dimidiare mũnera sua; vbi incipit dona impertiri, omnia plena, & integra largitur, nihil dimidiatum relinquit. Ezechias rex vlq; ad mortem ægrotabat, iam deplorata erat eius salus: & dolens ipse vehementer decedere absquè liberis, ex quorũ semine nasceretur Christus, cùm lachrymis orationem instituit. Cui statim Isaiæ 38. ait: *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, vidi lachrymas tuas: ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam.* Ille petijt liberari à morte, Dominus illi præstat, & a morte, & à Rege Assyriorum liberationem, & ciuitatis protectionem. Insuper addit: *Et iussit Isaias, vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.* Ecce quanta tribuat Dominus petenti solam vitam: concedit illi, quòd viuat, & quia vitæ concessio posset stare manente morbo, qui medicorũ arte curaretur, ipse Dominus instar medici remedium adhibet, quo infirmus sanetur statim. Cur Domine non satis ducis præbere petita? Cur super vitam oblatam, morbi instantaneam curationem addis? Nescit equidem dimidia vti clementia, sed vbi incipit perfectè, & plenè benefacit. Ait D. Cyril. Alex. libr. 3. tom. 4 in Isaiam: *Vbi semel Deus vitam annuit iusto, & morbum quoq; insitum tollere, & deterere.* Nõ potuit dimidio iuuare in munere, sed & illud largitus est plenum. De eo quòd Deus nesciat partita dona tribuere habes plura supra lib. 3. cap. 8. §. 3. & lib. 14. cap. 10. §. 31. & lib. 7. cap. 3. §. 8. Gill. Ab. Luc. 15. Gillib. Isai. 38. Cyr. Alex.

Ioan. 16. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cũ iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palã de Patre annuntiabo vobis.

§. IIII.

Virtutis res variari debet, vt ab hominibus infirmis ametur.

QVàm sapienter rem virtutis tractat diuinus magister? iam illam proueribijs vestit, iam palam, & simpliciter eamdem edisse-

ediſſerit, vt de varietate ſaltim condimenti ſapidam illam, & amabilem reddat hominibus infirmis. Sic ſemper condiri amat virtus, & variè proponi, vt infirmorum guſtum ſollicitet. Aiebat Dominus Cant. 4. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quam pulchra ſunt mammæ tuæ, &c.* Erga vnum oculum affectus, mammas plures amat, potuit & duos oculos etiam laudare, quòd non facit, cur ergò pluralitatem in oculis præterit, & illam laudat, & pulchram prædicat in mammis? Erat in mammis infirmorum cibus, qui in eo habet pulchritudinem ſuam, & laudem ſuam, quòd adeò multiplex fiat, & varius, vt nullum non excitet guſtum Eleganter Gillib. Abb. ſerm. 31. in Cant fatur: *Oculus vnus dicitur, mamma plures: quia varia debet eſſe vberum temperatura, pro ſugentium qualitate diuerſa. Vide quomodo Paulus Iudæus factus eſt Iudæus, & ijs qui ſine lege erant, quaſi & ipſe ſine lege eſſet, infirmus infirmis. Nonne velut tot applicat diſcipulis vbera, qui in ſe tot transformat genera? Quid aliud molitus eſt tempetura, tàm multiplici, niſi vt leniter, & lactis more teneris auditorũ eius doctrina influeret animis, tot videtur abundare mammis, quot modis arte ingenioſa capacitati ſe infirmorum coptabat.* Sciebat ſanctus magiſter, quàm faſtidioſa eſt infirmis res virtutis, & ideò illam multiplici forma variabat, mira arte cõdiebat; & vt qui infirmos cibat, cibos noua ratione in dies condit, vel in minutiſsimas diuidit particulas; vel aliter colorat; vel ne viſum offendat, abſtõdita; ſeruat, & tatum eorum buccellam proponit: ſic res virtutis a doctore varie condienda eſt, & emollienda, & abſcondenda aliquándo, vt quod minimum ſieri poſsit, appareat, ne mole ſua opprimat infirmos, ſed potius ingenioſa arte variata, & appeti, & amari poſſet. Nunquam non variauda eſt res virtutis pro infirmorum guſtus excitatione, vt hinc pateat, quàm vehementer errent, qui nihil artis, nihil condimenti in virtute proponant, ſed omnibus eandem, eamque ſimpliciſsimã miniſtrent. Non hi ſpiritvales magiſtri ſunt, ſed temporales: de animarum noſtrarum doctore locutus Ioan. Apocal. 1. ait: *Et in medio ſeptem candelaborum aureorum ſimilem filio hominis veſtitum podere, præcinctum ad mãmillas.* Miraris in vno mamillas celebrari: quando & viragines illæ Amozonæ, vna tãtum erant contentæ? Sed quod mireris magis accipe Iſaiam cap. 60. ſic Eccleſiæ fœlicitatem extollens, *mamilla regum lactaberis.* In Regibus lactantibus Chriſti Eccleſiam, vna tantum mamilla ponitur, & in doctore ſummo plures mamillæ nominantur? Cur in hoc plures mamillæ, & in illis vna mamilla? Pulchrè aiebat Gillib. ſer. 31. in Cãt. *Promittitur in prophetia Eſaiæ, quod regum mamilla lactabitur. Mamilla, inquit, non mamillis, eo quod regum eſt temporalibus præcipuè bonis Eccleſiam fouere.* Qui temporàlia ſpectant commoda ſolum, vnu cibum habent, & ſimplicé, & quotidianum, quòd ſuis miniſtrent; at qui æterna ſpectat, & pro æternis acquirẽdis rem virtutis proponit, nõ mamillam, ſed mamillas habeat, vt poſsit cibos variare, & aliter condire, & infirmorum guſtui aptare. Id quod ſapientiſsime docebat D. Machar. hom. 17. fatus: *Virtus conditur variis formis, tanquam cibus quidam neceſſarius condimento, aliquo vel alio modo; & hoc non tantum melle, ſed etiam pipere: & ita reperitur vtilis.* Expende quid requirat ſanctus pater, vt vtilitatem a virtute capiamus, nimirùm, quòd variis formis cõdiatur, quòd alio, & alio modo proponatur, vt appeti poſsit, & à nemine faſtidiatur; vt ſolent faſtidiri ab infirmis obſonia crebrò propoſita abſque vlla varietate. Habes Numer. 11. Iſraelitas dicentes: *Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man.* Ad quę Apollinaris in Cãt. Græca ait: *Dolent improbi vnum tantummodo cibi genus, habere, quod ſibi eundem ſemper ſaporem referret.* Inde inutilis, & faſtidioſus cæleſtis panis improbis accidebat, quòd ſemper idem illis eſſet, nullaque vel aſpectus, vel ſaporis varietatẽ habere videretur. Sed hoc improbis eueniebat, verùm probi homines cœleſtem cibum nacti putarunt, non poſſe, non eſſe multiplicem, illumq; in mortariolis tenebãt, in tortulaſque & varia alia obſonia efformabat; quò, auxiliante Deo in omnem ſaporum ſuauitatem variatus cœleſtis panis maximam vtilitatem ſuſtis hominibus afferebat. Sic res virtutis, vt vtilis ſit, vt ab infirmis ametur, nõ ſimplex, & eadem ſemper, ſed condiatur, ſed varietur, nec ſolum melle, ſed & pipere cõdiri debet; non tamen piper excedat menſuram condimenti.

Cant. 4.

Gill. Abb.

Apoc. 1.

Iſai. 60.

Gillib.

Marchar.

Num. 11.

§. V.

Diuinum parentem afflictionum authorẽ, qui cognoſcit, maxime confirmatur.

EO ſpectabat ſermo à Chriſto Domino in præſenti inſtitutº; vt ſuos præpararet: imò cõfirmaret ad iam iam imminentes præſuras, & calamitates forriter ſuſtinendas. Ad affligendi-

affligedi erant discipuli magistri sui morte, affligendi Iudæorum, & Gentium tyrannide, sub quibus afflictionibus, vt discipuli fortiter legerat, varias rationes proposuit Dominus licet obscure, & in proverbijs, modo aliam affert maximi ponderis. Ea est, quòd palam de Patre annuntiabit; hoc est, quòd palam scire faciet cœlestem patrem, sine cuius nutu nihil mali venit in terram. Quanta hæc consolatio hominis, quòd sciat palam habere patrem Deum, cui omnia etiam famulantur mundi aduersa? Ionas à pisce voratus cap. 2. iebat ad Deum. *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me trāsierūt. Et ego dixi abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, verumtamen rursus videbo templum sanctum.* Erat iactus vir in ventre ceti, erat in profundo maris, ciebat se sub immensa aquarum mole constitutum, fluctus tumentes, frementesque vniuersos supra se sciebat, & interea dicebat, rursus videbo, &c. Vndè sic confirmabatur, & in ipem fœliciter euadendi erigebatur? Ipse explicat dum notanter ait, *omnes fluctus tui super me*: noui fluctuum immensitatem, & concitationem, in me, sed noui simul tuos esse illos fluctus, tibique Deo meo famulari, & ex quo tuos noui, non potui malum euentum timere. Rem explico pulchro exemplo: exijt adolescens nocturnis tenebris, vt suis vacet solus voluptatibus, sed dum solus præterit, ecce tibi hinc indè aduersus illum armati insurgunt, hominem ictibus petunt, necessariam minãtur necem, qualis tunc facies iuuenis, inter armatos hostes, & ignotos? Quàm turbatur, quàm metuit crudeliter petitus? Sed intereà dum confligitur, dum sub metu mortis fluctuat, prodeunte subita luce, forte vidit confligentium vultum, seruosque esse parentis sui agnouit, quo maximè recreatus in salutis securitatem erigitur, meritò existimans illa bella à parentis seruis sibi illata, non ex inimicitia lethali, sed ex ingeniosa charitate venire, vt illis deterratur à maiori periculo. Sic prorsus Ionas, dum pisce voratur, dum fluctibus maris opprimitur, illuminate Deo, nouit, fluctus, esse fluctus summi parentis, & indè nihil non vitale sibi præsumit. Quippè ait cum esset in profundo: *Omnes gurgites tui & fluctus tui super me trāsierunt. Et ego dixi, rursus videbo templum, &c.* Quòd bonum vide nō expectet, qui nō ab alijs: quàm à sui parentis famulis videt afflictiones suas venisse? Quando qui putabantur hostes, noscuntur amici, noscuntur parentis optimi famuli metus omnis fugit, & bella in gaudia conuertuntur, & risus. Quis ignoret Sanctissimi Iob calamitates, tentationes, durissima in illum contorta iacula, opprobria ab ipsius amicis congesta? Sed quis ignoret imperterritum iusti viri animum, securrissimã mentem? Vndè securitas tanta? Accipite illum cap. 19. sic ad irrisores tuos loquentem iuxta lectionem Græcam inquat. *Cognoscite igitur, quia Dominus est, qui cōturbauit, munitionem autem suam in me exaltauit. Ecce ego rideo opprobrio, & non loquar.* Deploratum se haberet vir sanctus si Chaldæorum turmas irruentes, si ignea iacula, si vētorum rabies, si ebullientes vermes, si tot dolorum agmina qualia essent, & vndè essent, ignoraret; verùm vbi sciuit illa de parentis diuini munitione venisse, partemque esse exercitus Deo famulantium, tantum abest, vt metuat, quin potius rideat, & gaudeat. Etenim, ait: *cognoscite, quia Dominus est, qui conturbauit*, quia affixit; qui percussit, *munitionem autem suam in me exaltauit*, de exercitibus suis, quibus aduersus hostes munitur, magnam partem in me inmisit; cur non rideam inter parentis famulos? Cur non gaudeam videns me peti non ab aliis, quàm ab his, qui parenti famulantur? *Ecce ego rideo opprobrio*. Sic sanctissimus vir magnatum Hispanorũ gloria dux Gandiæ Franciscus à Borgia, Societatis Iesu filius, & pater, dum intẽpesta hyemis nocte, & niue, & ventorum tempestate, maximè affligeretur, ipse hac vna cogitatione lætabatur. Putabam, inquit, totam illam tempestatem, Dei esse munitionem, Dei esse phalanges, qui in me insurgebant, vt patri Deo inspectanti gratificarem, quo non poteram non lætari, & gaudere, videns ipsa iacula conuersa in Dei parentis famulos. Fœlix, qui sic in hostilibus iaculis palam videt diuini parentis, & famulitium, & manum, eo solo, vel afflictiones amabit. Quò refero dicta svprà lib. 3. cap. 2 §. 7.

Ioan. 2.

Iob. 19.

Ioann. 16. In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.

§. VI.

§. VI.

Absque alio interpellatore, quàm citissimè auditur oratio illius, qui se audientem ostendit verbis Christi, eiusque doctrinæ.

QVi Christi Domini verbis, & doctrinæ credunt, dum in hac fide, & auditione sua orant ad patrem, non egent oratore, & interpellatore alio, sed ipsi dicto citius à patre exaudiri noscuntur. Neque enim pater non citissime, & sine alio interpellatore audire illos, quos videt audientes Christo suo. Compone modo Saulem, & Dauidem: Saul. 1. Reg. 15. excipiens per Samuelem notitiã Dei in se irati, ait: *Peccaui, sed nunc honora me corã senioribus populi mei, & corã Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominũ Deũ tuum.* Confitetur peccatum, & Prophetam socium orationis suæ faciendæ requirit, nec cum tanto orationis socio exauditur. Verũ Dauid 2. Reg 12. ad Nathan minas totus pauidus, ait: *Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque trãstulit peccatum tuum.* Peccatum confitetur, Dominũ intimo corde orãs, & statim exauditur à Domino: ait enim ipse Psalm. 4. *Cùm inuocarem exaudiuit me.* Nulla intercessit mora, sed ipse inuocat, & Dominus exaudit. Itaque Saul orans, & habens orationum suarum socium Samuelem, non exauditur: Dauid nec à Propheta petiuit, vt oraret, nec eiusdem intercessionem requirit, sed solus orat, & statim auditur. Cur non magis petit, à Natham, vt oret simul? Cur sine alio interpellatore Dauid auditur; cùm Saul etiam cum interpellatore dimittitur? Equidem Dauid in omnibus audiens Prophetis, omni excorde suo credidit Natham, & iuxta eius dicta cor suum conformauit, oratio ergò illius, qui diuinis dictis audiens est, non eget interpellatore, sed ipsa protinus auditur. Aiebat Asterius in cat. Græca. Psal. 4. *Cur Dauid auxiliũ implorans exauditus est? Quoniam reprehensus à Nathan, illico rediit ad cor. Id circo in ipso orãdi officio exauditus est.* Nõ multis opus, fuit vt Dauid diuina verba corde exciperet, locutus est Nathan, & statim Dauid monentem Deum audiuit, integramque fidem habens verbis diuinis, clamauit ad Dominum in corde suo: *Id circo in ipso orãdi officio exauditus est.* Cur citissimè nõ exaudiatur à Deo, qui sine mora sese audientem exhibet verbis diuinis? Qui ergo Prophetam audiens, auditur; quàm citius audietur, qui audit, & suscipit Christum? Meritò dicit Iesus se non rogare pro his, qui illum amant, & credũt Dei filium, eius audientes doctrinã, ij enim apud Patrem non egent oratione alterius, sed ipsi audientes Christum, in officio orationis dicto citius exauditur. Aiebat Iesus Luc. 11. *Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi: Amice cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me &c.* Quid importunius quàm media nocte ad ostium quiescentis pulsare? Et tamen hoc exemplo introducitur ę Iesu, & celebratur homo iustus qui intempesta nocte importune cœlestis Patris ianuas precibus pulsat. Sed qua fiducia, tã importunus pulsator, & precator expectat exaudiri? Ipse ait: *Quoniam amicus meus venit à me de via.* Similem ipse ostij sui pulsatorem audierat, & exceperat nempè Christum; ait enim Aug. ser. 171. de tẽpore. *Quis est iste hospes, qui in nocte de via venit ad amicum? Nonne est iste hospes qui dicit Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo, & cænabo cũ illo, ego & pater meus?* Adfuerat Iesus, pulsarat ad hominis ostium tempore satis importuno, ipse homo nihilo minus, pulsantem Iesum audierat, exceperat: quo non dubitat etiam importuno tempore ad ianuam summi parentis accurrere, illumque solicitare, & vocibus, & pulsibus; qui enim etiam importune pulsantem Iesum audierat, non poterat, non in simili occasione à patre omnium exaudiri. Nemò ignorat senem illum Simeonem de quo Luc. cap. 2. hic in vltima ætate constitutus, penè senio confectus, & si adeò serò, tamen cœlestem patrẽ solicitabat orationibus, vt liceret videre diuinum filium. Quid tunc obtinuere seræ illæ orationes? Ait Luc. *Responsum acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.* Sero satis pulsabat, sed tamen responsum accepit, & exauditus est; & cur tàm serus pulsator, responsum accipit, & exauditur? Quia etiam sero ipse exceperat efficaces illos affectus videndi Christum; quia dum adeò senex se impelli sentiebat ad desiderandum Christum, ipse, & senex, & penè decrepitus audiebat Christi impulsus. Qui ergò etiam sic ætate serus, nihilominus audit Christum, vehementer inflammatur in Christum, non potuit etiam se us rogator non exaudiri. Pulchrè D. Aug. ser. 20. de temp *Multum senex iste fuit ad audiendum serus, sed ad videndum maturus. Et hoc illi concessum erat iam decrepito, quasi desideranti, & dicenti quotidie in orationibus suis: Quando veniet? Quãdo nascetur?*

Quando

1. Reg. 15.

2. Reg. 12.

Psal. 4.

Psal. 4.

Luc. 11.

Augusti.

Luc. 2.

Aug.

Quando videbo? Putas durabo? Putas isti oculi videbunt, perquem cordis oculi reuelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis, & pro desiderio suo accepit responsum. Cur vel in decrepita ætate orans responsum non acciperet, quando in eadem ætate sic intentus erat in Christum? Fœlix qui aliquādo meruit Christum audire, is enim proculdubio à summo parente exaudietur. Pater namque diuinus nescit non audire eos, quos nouit Christo suo audientes; vt etiam despicit, quos videt ad omnia Christi verba surdescere. De Iudæis repellendis ait Zachar. cap. 7. *Et factum est, sicut locutus est* (nimirùm Spiritus Sanctus per Prophetas de Christo) *& non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam dicit Dominus exercituum.* Vbi Hieron. ait: *Non audiet verba inclamantium, quia illi verba Domini surda aure contempserint.* Audiat necesse est diuinis vocibus, audientem se exhibeat Christi impulsibus, qui velit à Patre Deo in sua oratione exaudiri.

Zachar. 7.

Ioann. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

§. VII.

Solus Iesus, & qui à Iesu in eũ dem spiritum vocãtur, medijs exterioribus mundi tenebris non perduntur.

QVis in mundum veniens, sese ita à puluere mũdano excutiet, vt purus, & immaculatus possit redire ad patrem? Quis ab interno quietis penetrali ad negotia proficiscetur mundialia, & prorsus ibi submersus non maneat? Id solus Iesus potest, & quicumque à Iesu ineundem spiritum vocantur: de cæteris nemò id audeat, nec homo, nec Angelus, alioquim, vel à solo negotiorum mundialium fumo suffocatus cadet. De supremo illo Cherub, in paradiso Dei sui creato locu tus Ioann. 12. ait: *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras*: vbi D. Gaud. serm. 12. legit: *Nunc Princeps huius mundi mittetur deorsum*: quasi idem fuisset supremis spiritibus, permitti foras ire, ad mundi tenebras exteriores, & mitti deorsum. Nemò enim est, qui ignoret doctrinam vulgatissimam Patribus de casu Angeli supremi: is inuidit filio hominis gloriam capitis generis humani, quã sibi affectabat, ambiens proprio nutu mundana omnia tractare negotia. Verum vbi ad hæc exteriora mundi negotia permittitur mẽtem applicare, sic eorũ suffocatur, vel fumo, vt funditus perditus corruat. Nõ valuit Angelus mundialibus inseri negotijs, & illis iterum expeditus, ad patrem reuertere; sed illis irretitus perijt. Similiter D. Luc. 15. de iuniore filio, aiebat: *adolescentior filius peregre profectus est in regionẽ longinquã: & ibi dissipauit substantia suã viuendo luxuriosè.* Quid non dissipet, quid non perdat homo minimè à Patre suo missus, sed vel tota natiuitate sua renuente profectus in exteriora hominum negotia? De his locutus D. Petrus Dam. in Apologetico de contemptu sæculi cap. 21. ait. *Nonnulli quandiù in ipsa vagatione sunt positi non grauiter corruũt; reuertentes autem quasi quodam negotiorum sæcularium temeto ebrij in immane præcipitium deuoluntur. Actionum quidem sæcularium fumo suffusi oculos redeũt, atque idcirco vbi pedes ponere debeant, non attendunt.* Fallar, siquis vel Angelus, vel homo non missus à Iesu, non vocatus à Iesu, vt inter externa mundi negotia degat, possit ad patrem redire innocuus. Hierem. Thren. 4. sic plorat: *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchiores. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis.* Expende illud, *non sunt cogniti in plateis*: quasi vellet Propheta, quòd ex eo, quòd in plateis sunt Nazaræi illi, se adeo obscurant, & deturpant, vt minimè primæua eorum pulchritudo dignosci queat. Nec miror, quin potius mihi id semper euidentissimum fuit, non posse, non perdi in plateis sanctitatem, & splendorem illorum, qui nec à Iesu vocante, nec à paterni ordinis instituto inter negotia mundialia prosiliunt. Do vnũ dulcissimum Gillibertum Abbatem sermone 47. in Cant. sic differentem pro verbis Hieremiæ. *Candidiores*, inquit, *Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum. Magna certe collaudatio, sed maior vituperatio. Candor niuis, lactis nitor, rubor eboris, puritas, & pulchritudo sapphiri, carbonis obducuntur nigredine. Denigrata est super carbones facies corũ, & non sunt cogniti in plateis. Non sunt vtique pro Nazaræis cogniti iam in plateis. Silebo de alijs: ordinis nostri cernite viros, quàm admirabile erat nomen eorum in vniuersa terra. In vicis, quando vix erant visi in plateis, statim cogniti pro sanctitatis signo erant in eis. Nunc autem*

Ioann. 12. D. Gaud.

Hierem. 4.

Gill. Ab.

autē nullo religionis discrimine, nullo priuilegio cōuersationis, aut nullo, aut pertenui, distincti, ac signati sunt a cæteris. Ideo nō sunt cogniti, quasi Nazarai in plateis. Frequentia platearum dedecorat Nazareos, & peregrinam speciē inducit. Mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū plateārū, ideo non sunt agniti in plateis. Non agnoscitur in eis natiuus candor, non nitor, nō rubor, nō pulchritudo. Piaculum duxi aliquid decerpsisse, vt pateat quam turpent, quam obscurent, quam funditus perdat negotia sæcularia; siue vt melius dicam, negotiorum sæcularium fumus oppropinquates Nazaræos, nimirùm, homines, quibus pro voto, & instituto est plateas fugere: & quos Dominus non cum Martha animarum mensis ministraturos amat, sed cum Maria otio sanctæ contemplationis immobiliter addicit. Nec non ex his putet, quam turpiter errat, quisquis in medijs plateis existens de Sanctorum Nazaræorum gloriatur insignibus.

Threnor. 4 Hunc notabat Ieremia Thren. 4. aiens: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?* Expende illud, *in capite omnium, &c.* eo enim peruenit alicuius error, vt etiam à sanctuario dispersus, in ipsa dispersione velit apparere in capite sanctitatis, glorietur quasi mēbrum sanctissimi, & glorioßimi capitis. Id quod notāt D. Gregor. in Pastor. 2. part. c. 7. citatus à Lyppoman. in Exod. cap. 18. ait: *Et notandum, quod non hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit: quia & cum terrena agunt, summi videri appetūt, vt & lata itinera teneāt ex voluptate delectationis, & tamē in platearum sint capite ex honore sanctitatis.* Suspectæ sem per sint in Nazaræis plāteę; suspecta sint, vel hominibus, vel Angelis negotia mūdialia, nemo inter illa non perditur, nemo ex illis liber reuolat ad patrem nisi Iesus, & qui de Iesu habitu animarum lucra negotiatur. Qui autem Iesu vocante, & mittēte in mūdum venit, is facili negotio de mūdi periculis se expedit; & licet per medias fornaces Babylonias integer, & illæsus ad Patrem redit. Ex quo pulchrè aiebat D. Ephren de Pœnitent. inquiens: *Non combußit tres pueros caminus ignis, neque ille nocebit tibi si cauſa præcepti, aut ministerij ad communem vtilitatem pertinentes, in ciuitate, & in pago, & in castello versatus es.* Qui Iesu spiritu in opus ministerij mittitur, non metuat mūdanorum negotiorum fumos, inter ipsos fumos; imò inter mundi, vitiorumque fornaces flammantes transiuit illæsus. Hanc ebibant doctrinam Ecclesiæ lumina, sacri religiosorum ordines, & qui tanquam stellæ lucent in firmamento, hoc vnum seruent, vt manentes in ordine suo pugnent: minimè extra chorum saltent, soli in arenam, & mundi stadium descendant, qui à Iesu ducuntur in opus ministerij, non qui in solitudinem delignantur. Sic inter Iesum Naue, & Moysem diuisa sunt optinendæ victoriæ mūnera, vt Iesus medius confertissimos hostes pugnet, Moyses in monte amicorum auxilio, & consortio internis oret. Perderetur Moyses si arma caperet, & in pugnam descenderet; perderetur Iesus, si relictis armis solum oraret. Ideo ait Exod. 17: *Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalech, Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderūt super verticem colłis. Cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel.* Vni Iesu Naue dicitur, ibi; *& tu egressus pugna:* quia vnus Iesus, & qui à Iesu vocantur, & ducuntur secure egredi possunt, & medios mundi exercitos intrare ad pugnandum. Moyses autem, hoc est, qui ad solitudinem vocatur, & pugnas, & exercitus, & hostes caueat, nec illos videre velit, sed inter fratres orationi vacet. Id quod pulchrè tractat D. Petrus Damian. in Apologet. de contemptu sæculi, cap. 27. fatus: *In vertice montis Moyses orabat, & duce Iosue Israel in conualle pugnabat. Sed si Moyses in adiutorium populi sui ad campestria descendisset, Amalech procul dubio Israelitarum cedentium terga percuteret. Si ille manus ad corripienda arma deponeret, facta suorum strage facilem victoriam aduersarijs triumphantibus præbuisset.* Itaque tota perditio fuisset victoriæ, quod Moyses à monte descenderet, & manus dimitteret etiam vt arma sumeret aduersus inimicos, non enim id erat Moysi munus, sed Iesu, qui solus cum suis medijs confertissimis hostibus positus, & telis expositus, nullo, quod narrari debeat, vulnere fuit percussus.

Exod. 17.

Petr. Da.

Exod. 18.

Ephr.

Ioann. 16. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi.

§. VIII.

Summa sapiẽtia in eo est, quod sciat quis, renunti are mundanis, & diuinam in se ostendere originem.

NVnc, aiũt, scim⁹, quia scis omnia; nũc enim meritò summa Saluatoris sapiẽtia percipitur ab Apostolis, nunc, inquam, quando immediatè dixerat: *Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrẽ.* Quid nõ sapiat, qui scit post mundum Deum Patrem inuenire? Ille summam attigit sapientiam, qui sic se composuit, vt terrena dimittens, cœlestia petens summi Patris cubiculum intret minime ignotus filius. Ex quo aiebat Lactãtius, lib. 2. de origine erroris, cap. 19. *Ideoq; oportet rationis, ac status sui memorẽ nõ nisi ad superna niti semper, ac tendere. Quod qui fecerit, hic plane sapiens, hic iustus, hic homo est, hic cœlo. Deoque dignus iudicabitur, quẽ suus parens non humilem, nec ad terrã more quadrupedum abiectũ, sed stantem potius ac rectum, sicut fecit, agnouerit.* Hęc tota est sapiẽtiæ vis, quod scias terreni parentis mole depositâ, terrenorum excusa appetẽtia in illam te rectitudinem efformare, qua cœlesti parente Deo dignus merearis habere, ab eoque dignosci, & in eius amplexus securus intromitti. Hoc autem nisi per summam sapientiam fieri non potest. Quod miratus Iob cap 39. ait: *Nũquid per sapientiam tuã plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum?* Expende in quo meritò sapientiæ summam constituat, in renouatione, nimirùm, accipitris; is enim veterascentibus plumis; imò grauantibus, & deprimentibus, ore ad austrum flãten cõuerso, eum desuper calorem ebibit, quo depositis vetustis plumis, in eo iuuẽtutis flore appareat, quo à parentibus fuit, & cognitus, & educatus. Olympiodorus in Car. Græc. de hac accipitris innouatione, ait: *Dicitur antẽ accipiter versus Austrũ explicatis alis fermẽ erectũ in aere cõsistere.* Nõ supinus cæterorum irrationabilium more, sed erectus medio in aere constitutus dimissis vetustis, primas natiuitatis explicat plumas. In quo præclare totam sapientiam hominis recognoscit Rupert. de operibus Spiritus sancti, lib. 2. de sapient. lib. 1. cap. 21. aiens. *Quid est ergo accipitrẽ in austro plumescere, nisi quod vnusquisq; sanctorũ tactus flatu sancti Spiritus conualescit, & vsum vetustæ conuersationis abijciens noui hominis formã sumit?* Ille verè sapiens, ille verè in se ostendit sapientiam diuinam, qui desuper afflatus vetusta abijcit, mundana despicit, nouitiam illam, in qua à Deo primum conditus est, ostendit rectitudinem, qua non humi procumbens instar quadrupedum, sed rectus Deo nouus homo exhibeatur, & filius. Ad hæc aiebat Nazianz. orat. 15. de Plaga grandinis: *Prima antẽ sapiẽtia est vita proba, & honesta, Deoq; perpurgata, vel certe se purgans, Deo, inquam, qui purissimus, & splẽdidissimus est. solumque purgationis sacrificiũ à nobis requirit; quod quidem cor contritũ, & laudis sacrificium, & nouã creaturam in Christo, & nouũ hominem appellare scriptura consuevit.* Ecce tibi perfectam hominis sapientiam, imò primam, & sapientiam in eo consistere quod instar accipitrum ab infimis euolemus, medioque cælo erecti in cœlestia vetustis purgemur, & caducis, nouaque fiamus creatura, limpidissimasque aspirantes auras, limpidissimi Dei appareamus filij. Sic qui sapiunt instar accipitris limpidissimis auris pascuntur, vt primæua floreãt iuuentute: non instar aranearum sordida semper meditantur, & spurca. Psalm. 89. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* Cõpone tibi accipitrem, & araneam; vt notes mundiales sapientes, & diuinos. Accipiter medio cœlo ad austrum aspicit, nil nisi mundum, & lucidum cogitat, solam meditatur renouationem suã, qua gaudet, qua inuenescit: aranea in angulis parietũ obscura quærit, sordidas telas contingit; solum meditatur sordidorum animalculorum captionem, de luce, de propria innouatione prorsus nihil. Siccinè, qui summam adepti sunt sapientiã, de australi, lucidoque halitu studet innouari, menseque summi parentis aptari instar nouellæ oliuarum. At mundiales sapientes instar aranearum tenebras captionum amant, nihil non terrenum, & sordidum meditatur, retia spurcissima expandunt, vt vilia capiant, nihil de magnis, & splendidis, sciunt cogitare, nec dum facere. Pulchrè D. Petrus Damian. lib. 6. epist. 17. de quodam præstantissimo mundi sapiente, suoque magistro, lamentatur, qui post peragratum orbẽ sapiẽtiæ acquirẽdæ causa, tãdé æmulorũ inuidia læthaliter vulneratus occubuit. *Qui confessus gladijs, non Sacerdotes petijt, non de transactis cõfessionem, vel pœnitudinem gessit: sed vsque ad vltimum spiritum hoc solum inclamare non desijt: heu quale damnũ, heu quale damnum! Siquid autem sibi, vel de confessione faciendâ, vel aliud quid dicebatur ille iam alienatus, hoc solummodo repetebat. heu quale damnum! Ille itaque velut aranea inextrica-*

Lactant. Iob c. 39. Olymp. Rupert. Nazianz. Psal. 89. Pet. Dam.

tricabilia sub tegminis fila contexuit: sed mox, vt ea vetus vltimæ necessitatis impulit, protinus in nihilū omnia dissipauit. Anni quippe nostri, testante Propheta, sicut aranea mediabuntur. Quis virum istum sapientem, & non potius stultissimum vocet? Post summo sudore quæsitam sapientiam, nec ingenuam vocem ab illa didicit, qua posset saltem, vt prodigus filius ad Patre recurrere; nihil lucis æternæ meditatus, non cœlestem in se originem, sed extremam miseriam ostendit seruitutis. Pulchrè de his stultissimis sapientibus, ait Baruch cap. 3. *Filij quoque Agar, qui exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ, & Themam, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierūt, neque cōmemorati sunt semitas eius.* Expende, quod vocantur filij Agar, nempe filij ancillæ; nunquam enim sapientes mūdiales spiritum adoptionis filiorum habent; sed spiritum seruitutis; nunquam ingenua emittunt vocē, qua verū Patrem cœlestem inuocent; sed velut serui, & mancipia cupiditatum suarum terrenis, & vilibus mundi bonis inseruientes, hęc amāt, hæc exquirūt? de his autem, quæ ad veram sapientiam pertinent, nec reminiscuntur. Meritò dicebat Sponsa Cant. 3. *Per vicios, & plateas quæram, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni.* Minimè enim sapientia cœlestis, nec eius memoria, aut notitia inuenitur apud eos, qui sese immergunt sordidis mundi bonis, & corruptibilibus. Ex quo Gillib. Abb. serm. 5. in Cant ait: *Exi in plateas, & vicos ciuitatis, otia discute, scrutare negotia eorum, qui iudicijs vacat, qui tenet cathedram, qui sedē in tribunalibus, cōtēplare, quid agāt in publico, quid in cubiculo. Nunquid apud illos pura, & vera, & cœlestis eminent sapientia? Nunquid expressa est in moribus, quæ in sermone versatur? Nūquid in prospectu inuenies illam? Nunquid exaltatā, sicut Cedrū in Libano, & sicut Cypressum in monte Sio? Quanta peruersitas, si sapientia, quæ litibus vacat, quæ lucra sectatur, supereminet, & diuina latet? Supereminet litigiosa, & ea quæ pudica est, quæ pacifica, quæ bonis consentiens, contempta delitescit velut in obscuro. Illa excolitur; ista negligitur ac sterilis, & parū lucrosa.* Non apparet, non cernitur sapientia vera in his, qui inseruiunt mundialibus lucris; apud hos nihili sapientia æstimatur, quin potius abijcitur, & respuitur; sola amatur prudentia, quæ de terra est, in qua non veritas, sed mendacium inuenitur, adeò vt iam sit propria mundialium sapiētium notio illa, qua describūtur à Baruch supra, nimirūm: *Negotiatores terræ, & fabulatores, & exquisitores prudētiæ, & intelligētiæ, viā autē sapientiæ nescierūt.* Vt vel ex medacijs liceat euidēter conijcere mundanum affectum doctoris, scribentis, aut docentis, qui eo ipso, quod mundo inseruiat, non poterit non scatere mendacijs, si vel loquatur, vel scribet. Mirabar ego aliquando legens codices à sapientissimis viris conscriptos siue pro defensione, vel offensione aliquorum, tot tamque euidentibus mendacijs sartos, vt puderet illorum auctores meminisse. Deus bone, qui fieri poterit, quod sapientissimorum, grauissimorumque hominum calami non erubescant conscribere adeo aperta mendacia? Sanè ea est sapientia mundana, dum propriis affectibus seruit; cuiuscūque illa sit, iuri præbet in mendacijs notitiam. Idem est enim fabulator, & exquisitor prudentiæ, & intelligentiæ terrenæ.

Baruc. 3.

Cantic. 3.

Gill. Abb.

§. IX.

Omnigena sapientia, & eruditione magister Christianus imbuendus est.

ECce vnde extollant Apostoli diuinissimi magistri sui sapiētiam, nimirūm, ex omnigena illius cognitione, & eruditione, aiūt enim: *Nunc scimus, quia scit omnia.* Quale hoc encomium Christianissimi magistri? An decet religiosum magistrum sic omniscium esse, vt nihil prophanarum facultatū illum lateat? Equidē hos amat Iesus in Ecclesia sua magistros, hos amat doctores, qui omnia percalleant, qui eruditi sint in omni lingua etiam Ægyptiorum. Non otiosè de se aiebat Iesus in hoc eodē sermone Ioann. 15. *Ego sum vitis*, vitem se nominat, vt sapiētissimos ostendat cultores suos, & scientes vti variis, & diuersis instrumentis, vel ligone vt fodiant, vel falce, vt resecent luxuriātes pampinos; & simul totum prælorum negotium pro torcularibus teneant ad exprimendū succū, nec ignorent ligaturas. Vt ergo ille erit optimus vitis cultor, qui ligone, qui falce, qui ligaminibus, qui prælis sciat vti, pro vitis cultura, sic ille erit optimus magister in Christi Ecclesia, qui omnes facultates etiā prophanas sciat reducere in ornatū, & cultū Christianæ doctrinę. Ad hęc docebat Clem. Alex. Strommatū lib. 1. inquiens: *Dicitur autem Dominus vitis allegorice à quo cū diligētia, & agricolendi arte, quæ fit ratione & sermone fructū est vendiniād. Putare oportet, fodere, & ligare, & reliqua facere. Eal-*

Ioann. 15.

Clem. Alex.

ce vt sentio, & ligone, & aliis rusticis instrumẽtis ad vitis curam opus est, vt nobis fructũ producat sculentum. Quemadmodum autem in agricultura, ita etiam in medicina, ille vtiliter didicit, qui varias attigit disciplinas, vt possit melius colere, & curare. Ita hicetiam cũ bene, & vtiliter eruditũ existimo, qui omnia refert ad veritatem, adeo vt ex Geometria, & ex Musica, & ex Grammatica, & ipsa Philosophia colligẽs, quod est vtile, nullis insidijs interceptã seruet fidem. Nulli studio, nulli facultati parcat optimus Ecclesiæ magister, & Geometriam, & Musicam? & Grammaticam, & Philosophiã vniuersam percalleat, ex his colligens vtilia, illaque referens ad fidei veritates, exornandas, illustrandas, polliendas, ne quid fides patiatur in intellectus dotibus inimicum. Immisit Dominus somnium regi Babylonio, Nabuchodonosor, Dan. 2. quod somnium, vt diuinitus immissum, & diuina continens mysteria, sit, vt notat Rupert. diuitius non potuit in regis impij memoria perseuerare, imò subito auolauit. Dan. 2. Quid tunc rex? *Præcepit autem rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi, vt indicarẽt regi somnia sua* Quid magis stultum? Quid magis impiũ? Vt diuina mysteria somnio inclusa pandantur ad prophanissimas ariolorum, magorum, & Chaldæorum concurrere facultates, nonne hoc impijssimũ est? Hoc credes à reguli animo peratum & non potius à vili cupiditatum mãcipio? Quim potius omnium regalissimum crediderim, prophanas vniuersas facultates Ric. Vict. euocare in vnum, vt seruiant illustrãdis mysterijs diuinis. Accipite Richardum Victorinum lib. 1. de eruditione interioris hominis par. 1. cap. 2. fantem. *Regium profecto animum gerit, qui desideriis suis imperare, & studia sua, & exercita pro deliberationis arbitrio disponere cõsuevit. Eiusmodi itaque animus regius omnes sapientes Babylonios in vnum cõuenire facit: & diuersas quodammodo sectas in vnũ per scrutinum cogit, & omnem indagationem, quã per varia studia, & exercitia dispergere consuevit, vni & soli cœlestis doctrinæ negocio impẽdit.* Quid regalius, quam si vniuersas facultates tibi subijcias, vt eas facias diuinæ seruire doctrinæ? Tunc regium suum animum optimus magister ostendit, quando in Salomonis curru, in diuinæ sapientiæ triumpho, facit prophanissimas quasque facultates hinc inde apparere captiuas. Quando non honestarunt, imperatorum triumphum barbarorum alligatorum turbæ corrui addictę? Sane non sic imperator gloriosus apparuit in arena hostes fugãs, quàm Romę confertissimis alligatorũ hostiũ medius cuneis. Nec sic Christianus magister triũphat, dum prophanas facultates abijcit, quã dum illas facit diuinæ sapiẽtię seruire. Post quam Aaronis virga in colubrum conuersa fueras Exod. 7. *Vocauit Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægytiaticas, & arcana quædam similiter. Proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones, sed deuorauit virga Aarõ virgas eorũ.* Exod. 7. Deuorauit, ait, nõ fugauit; nõ occibit; sufficisset ad ostensionem potestatis, quòd ex virga Aaron factus coluber vel sibilo exsufflaret prorsus, & occideret omnes colubros è sapientum Ægyptiorum factos virgis; cur exsufflare noluit? Cur illos manducare maluit? Non equidem sic ostenditur religiosa sapientia, dum abijcit prophanas facultates; quam dum eas mãdit, mentisque decoquit ventriculo, & quod in singulis inuenit vtile incorporat sibi. Nõ longè abest D. Petr. Damian. lib. 8 epist. 9. *Virga quippe Aaron maleficorum virgas absorbuit, quia sapientia Christi, quã illa signabat, omnes huius mũdi sapientias annullauit: mundique sapiẽtes sui corporis, quod est Ecclesia, visceribus cõdidit.* Petr. Da. O quam nitet regia Christi sponsa à dextris consistens, in vestitu deaurato, circundata varietate, dum magistrorum suorũ varia eruditione triumphat! An summum Sacerdotem dehonestabat in veste depictus totus orbis terrarum? Sic nec regiam Christi sponsam turpant, sed decorant, & ornant terrenæ sapientiæ flores seruiẽtes cœlesti doctrinæ! Sed non tales magistri Apostoli, imò simplices homines, vere Christianitatis magistri omnem prophanum splendorem fugientes Christianæ veritatis doctrinam annuntiant. Hoc spiculo confodiebatur omnimoda D. Nazianzeni sapientia, & eloquentia, dum sanctus Pater viueret. Pro quo ipse ait, orat. 27. *Quoniam non aliam ob causam bello petimur, quam propter eloquentiã, & super vacaneam hanc, & inuidiosam linguam, quam in prophanis doctrinis eruditam, diuinis postea nobilitauimus, salsamque illam, & amaram Maram per vitæ lignum dulcem reddidimus, affectum sanè induistis animis ingenuis, & liberalibus dignum: hoc amatis ob quod oppugnamur. Cur enim mutam eruditionem amplexi non sumus? Cur non aridam, & humi reptantem? Cur, cum ea plerosque delectari conspiceremus, in peregrina quadam, & aliena studia incumbebamus, atque aduersarijs linguis obsistebamus, cum contra oportuerit rationationes per temeritatem defugere, ac nuta insciti æ fidei nomen imponere: quam ipse quoque, mihi credite, complexus essem, vt piscator (quandoquidem hoc multis ad insciti æ pratextũ* Nazianz. *in promp-*

in prõptu est) si sermonis, ac doctrina loco signorum ac miraculorum vim haberẽ. Cur ad eruditionis ornatum confugerent, qui simplicem fidei veritatem signis ornabant, & miraculis? Cur non deuitarentur iuxta Pauli monitum prophanæ facultates ab Ecclesiæ magistris eo præcipue tẽpore, quo pro eloquentiæ fluminibus, Maria calcabantur pedibus humanis: pro Auicenæ, Galenique placitis, mortui in vitam euocauantur; pro Solonis legibus, naturæ ipsius legibus supe rabantur. Quid Geometriæ, Musicæ, Grammaticæ, Philosophiæ notitia cõmodi afferret illis hominibus quorum verbis respondebat inusitatis prodigijs totus orbis terrarũ? Sanè vbi tot manabant miracula, & sanguis Christi in vitreis, siue in ligneis agebat vasculis, & totus Ecclesiæ ornatus pauperculis pannis cõstabat. Verum vbi miracula cessarunt, & gemmę, & aurũ excipiunt Dominicum calicem; nec nisi sub pretiosis tapetibus, ambitiosisque tectis fulget Ecclesię Christianæ ornatus. Et licet religiosi aliqui ordines sanctissime obseruent illã antiquã Apostolorum paupertatem in paramentis etiam sacris; non tamen licet nõ laudere, & celebrare illorum animum qui splendidissima, & pretiosissima mundi bona faciunt seruire Christi altaribus. Quod similiter insinuat magnus Theologus Naz. in sapiẽtiæ Christianæ ornatu; fuerit is simplex, & pauper vbi erant miracula, ne tempus miraculis, & signis necessarium insumeretur in studio prophanarum facultatum. Ast vbi non suppetunt miracula, & si aliquis religiosorũ velit adhuc iuxta instituti sui sanctissimas regelas, pristinam seruare in doctrinis simplicitatem, & paupertatem, verum laudandus est ille magister sapientię Christianæ, quide omnium facultatũ studio doctrinas ditat, & exorat Christianas. Imò talium magistrorum schola in Christi Ecclesia, maxime cupienda, & exoptanda est. Ait enim Clemens Alex. lib. 1. Strom. *Qui autẽ singula refert ad rectam vitam, exempla afferẽs, ex Græcis, & ex barbaris, is valde peritus veritatis inuestigator, & multi reuera cõsilij, instar lapidis Indicis, (is est autẽ Lydius,) creditur posse discernere aurum adulterinũ à probo, & aptus esse is qui ex nobis habet multam rerum experientiã & cognitionem, ad separãdum, Sophisticã quidem a Philosophia; ornatricem autem à gymnastica, & culinariam à medicina, & dicendi artem à dialectica, quin etiam alias hæreses, quæ sunt in barbara philosophia, ab ipsa veritate.* Expendite quos magistros constituat bonꝰ doctor in Ecclesia Christiana pro Lydijs lapidibus ad discernendum aurum, pro certis indicibus ad discernenda vẽra à falsis; nimirum, magistros illos, qui non vnum solum, eumque plenum, & omni mutilum amænitate triuerint callem; sed qui in multiplici via versati, de vniuersarum scholarum pulchritudinibus sapientiam sibi exornarint Christianam.

Clem. Alex.

§. X.

Euidens sit virtus diuina in dignoscendis hominum præcordijs.

MEritò in hoc conuincuntur discipuli Iesum esse filium Dei, habereque diuinam virtutem, quod experiantur, omnia suorum cordium secreta illi prorsus patere adeò, vt nõ egeant ab illo quidquam interrogare. In hoc, aiunt, credimus, quia à Deo existi: deficerẽt, licet, alia testimonia ex hoc vno euidens maneret virtus diuina, quæ sola nouit internis cordis humani respondere desiderijs, omnia perspiciens. Vidit hoc impijssimus Babyloniæ rex, cuius à memoria cum à volauissent somnia, ex nullo sapientium suorum discere potuit, quid esset, quod in somnijs cogitasset. Quid tunt? Iubentur vniuersi sapientes perire, & dum necabãtur accessit Daniel, qui regi omnia cordis sui intima ita explanauit, & manifesta fecit, vt rex omni dubio, & solicitudine deposita clamaret Dan. 2. *Verè Deus vester, Deus Deorũ est, & Dominus regum, & reuelãs mysteria, quoniã tu potuisti aperire hoc Sacramẽtum.* Prudentissime non extollit Danielem, nec Danielis sapiẽtiam laudat, sed totus occupatur in agnoscendo, & laudando, & extollendo Deo vero. Vbi enim vel barbarissimus homo experitur intima sui cordis penetrata, & propalata nihil industriæ tribuit creatæ, sed à suprema, diuinaque virtute sola id potuisse fieri proclamat. Hinc ad præfata regis verba ait Richard. Vict. lib. 1. de eruditione interioris hominis, par. 1. c. 41. *Ex eo enim quod sibi secreta cordis sui, ex eo itẽ quod sibi arcana cõsilij diuini reuelauit, mira ingenij vinacitate, summa diuinitatis reuelationẽ pẽrpẽdit. Ex eo autẽ quod de secreto sui cordis audiuit, & verũ probauit, verũ & illud esse collegit, quod dè diuinitatis cõsilio, & proposito, interim per experientiam probare nõ potuit. Prudenter igitur animaduertit summam sapientiam esse, quæ Danieli potuit in tã tenebroso humani cordis abisso aliena conscientia secreta aperire.* Nulla res sic eui-

Dan. 2.

Rich. Vict.

denter manifestat virtutem diuinam, vt penetratio, quæ peruenit vsque ad cordis humani intima. De hoc plura dedimus supra lib. 9. cap. 1. §. 8.

Ioann. 16. Respondit eis Iesus, modo creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & nō sum solus, quia Pater mecum est. Hęc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite ego vici mundum.

§. XI.

Diuinissimū est ita causis studere communibus, vt nunquam ad propriā recurras.

ECce tibi dum aduenit hora, in qua agēdum erat de communi humani generis salute, omnibus Apostolis in propria currēntibus, solus Iesus in stadio relinquitur. Solus enim ille, qui diuinitate implētur, qui verè Deus est, scit proprijs cedere, cum intercedit causa communis. Audierat Ezechias rex vastandam esse prouinciā ab hostibus post discessum suum; vasaque templi tollenda, miseros Ierosolymitanos durissima captiuitate premēdos. Et quid faceret rex pius tantum suorum malum audiens? An se se opposuit, velut Moyses, propriamque salutem cō

Isai. 36. tempsit, vt communis populi seruaretur salus? Minimè: sed dixit Isaiæ cap. 39. *Bonum verbum Domini, quod locutus est: Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.* Vni sibi consu-

Isai. 40. lit, pro populo nec verbum fatus. Quod notans Isaias immediatè ait initio capitis 40. *Consolamini, cōsolamini populę meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalē, & aduocate eā: quoniā cōpleta est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis: Vox clamantis in deserto Parate viā Domini, &c.* Expēndendus est nexus prophetiæ, vt videatur quorsum inseratur in præsenti Dominicus aduentus agebat propheta cum Ezechia de captiuitate populo imminente, pro qua cum non rogat Ezechias, sed tatum sibi consuleret, statim Christi subnectit aduentum, ex quo maximam populo consolationem præcinit. Et cur sibi tantum consulente Ezechia, Dominicus prænuntiatur aduentus, nisi vt ostendatur, quam solus sit Iesus, qui pro populo, salutique communi, propriam despiciens *Hiero.* præcetur? Aiebat D. Hieron. ibi: *Ezechias Dei sermonibus non probatur, qui in consequē tibus loquitur: consolamini, consolamini populę meus, dicit Deus vester, vt pro quibus ille nō rogauerat, Domini clementia consolentur.* Tota clementia humana, vt proprijs consulat, cō munibus deficit, & alienis: nō sic diuina clementia, quæ despicit propriam, vbi communis hominum salus expectat. Consolationē ergo capiat fidelis, licet enim vniuersi principes dispergantur in propria, habet tamen vnum Iesum Dei filium, cuius clementia tāta est, vt pro communi suorum bono, sciat proprijs bonis cedere. Equidem qui non rapiatur in propria solus Iesus est, & qui Iesu *Ad Phil. 1* spiritu implentur. Ad Philipp. 2. ait Paul. *Non quæ sua sunt singuli cōsiderātes, sed quæ aliorū. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cū in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo. sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, &c.* Placet eadem verba repetere iuxta lectionem, quam ex Græco tradunt D. Augustin. & D. Thomas *August. D. Tho.* Quippè aiunt: *Ne sua quisque spectet: sed vnusquisque quæ sunt aliorū. Is enim affectus sit in vobis, qui fuit in Christo Iesu: qui cum esset, &c.* Expende, cur moneamur ne ad nostra propria curramus, sed ad communia aliorum, vt nimirùm, eo ipso ostendamus in nobis sensum Domini, ostendamus in nobis affectū, qui propriissimus fuit affectui Iesu, qui propriā despiciēs, se vtilitatē totum impēdit pro salute populorū. Vnde D. Anselm. ait: *Anselm.* *Monemur, vt sicut ille ineo, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset peccata nostra suscepit, non attendens sua, sed nostra, ita & nos ad eius imitationē, nō nostram vtilitatem sed aliorū quæramus.* Hæc diuinissima virtus à Filio Dei, à Iesu nostro in alumnos suos proficisci debet, quæ sciat sua despicere, & ad aliorum bona maximè intendere. Quò respiciebat Malachias cap. *Malac. 4.* 4, de ortu Saluatoris, & regis nostri Iesu locutus: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, &c.* De quo ait D. Ambros. lib. *Ambros.* 1. officiorum cap. 28. *Magnus itaque iustitiæ splendor, quæ alys potius nascitur, quam sibi.* Equidem iustitiæ Christianæ Sol, minimè

nasci

nasci dicitur sibi,sed vobis,inquit,timentibus nomen meum orietur, &c. hanc enim virtutem,& iustitiam Dei Filius attulit terris,quę sua dissimulans,imò perdens, commodis studeat alienis. Ex quo etiam D. Ambros.lib.2.Officior.cap.2. docet: *Qui perfecte sapit,nescit sua spectare commoda,sed ad illud,quod æternum est, quod decorum atque honestum toto affectu intendit,quærens nõ quod sibi vtile est,sed quod omnibus.* Hanc ebi banc diuinam virtutem quicumque à Christo dispergi nolunt; semper enim propria dispersionem afferunt à fratribus,& à Deo. Hanc ebibit ille vir desideriorum bonorũ Daniel,cui Christi mysteria de eius regno & victoria mundi reuelata sunt,& tot Christi mysterijs plenus cap.2. eructat in hanc vocem.*Tunc Danieli mysteriũ per visionẽ nocte reuelatum est,& benedixit Daniel Deum cœli,& locutus ait,sit nomen Domini benedictum à sæculo,& vsque in sæculum: quia sapiẽtia,& fortitudo eius sunt.Et ipse mutat tempora,& ætates,transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus,& scientiam intelligentibus disciplinam::Tibi Deus Patrũ meorum confiteor atque laudo,quia sapientiam,& fortitudinem dedisti mihi?& nunc ostẽdisti mihi,quæ rogauimus te,* &c. Cur non prius hæc sibi illata beneficia meminit? Cur cum primum reuelationem accepit,non statim exclamat hoc vltimum,nimirũ, te Deus laudo,quia sapientiam dedisti mihi? Cur prius communissima illa retulit scilicet, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus?Equidem mysterijs Christi imbutus,nil prius,de quo lætaretur,inuenit, quá de communibus aliorum bonis; vbi regnũ Christi nouit, communia priuatis didicit præferre.Vnde aiebat Richard. Victor. lib. 1.de eruditione interioris hominis par. 1. cap.14.*Superius dixit:dat sapientiam sapientibus.Hic autem dicit:quia sapientiam,& fortitudinem dedisti mihi.Præcipuus ordo charitatis bona communia præfert priuatis.* Prius in communibus lętatur,quam in suis,vtquitorus erat plenus mysterio Christi, qui nec nasci, nec mori sibi voluit;sed suis.De quo plura supra lib.3.cap.5.§.9.

Ambros.

Ric. Vict.

§.XII.

Prælatorum Ecclesiasticorum malum est, quòd sibi habeant vt propria, Ecclesiæ bona.

HOc malum discipulis suis Dominus imminere prænuntiat,quodnimirum, dispergendi erent singuli in propria. Nunquã enim nõ calamitosum fuit Ecclesię principibus,quod propria se habere putent in Ecclesiæ redditibus.Aiebãt D:Augustin. citatus à D.Petro Damian. lib. 1.epist. 16. *Qui mecum manere vult,si paratus est pasci à Deo per Ecclesiam ipsius,no habere aliquid proprium,sed aut erogare pauperibus,aut in commune mittere,maneat mecũ, qui hoc nõ vult, habeat libertatem,sed videat vtrũ habere possit fœlicitatis æternitatem.* Hoc omnibus Ecclesiasticis Augustinus minatur,quibus propria debent semper esse suspecta, & calamitosa.Ex quo enim quis de altari viuere statuit,nihil magis studeat, quã omnem proprietatem fugere. Ad Abraham dum cũ illo fędus iniret,aiebat Dominus Genes. 16. *Sarai vxorem tuam,non vocabis Sarai,sed Saram.* Porrò Sarai significabat Principem meam,Sara autem significat Principem,ablato illo proprietatis pronomine, videlicet,meam.Sed cur Abrahamo fœderato cũ Deo non permittitur vocari vxor Princeps mea?In signum eorum, qui sibi despõdent Ecclesiam Christi,qui eo ipso nihil suum debent reputare in mundo.Hinc eleganter D.Bernard.monebat Eugenium,summum creatum Pontificem epist. 237. inquiens: *Super est vt facta hac mutatione tui,ipsa quoq; quæ tibi commissa est Domini tui sponsa mutetur in melius:& iam nequaquã Sarai,sed Sara de cætero nominetur.Intellige,quæ dico.Dabit enim tibi Dominus intellectũ.Si amicus spõsi es, ne dixeris dilectã eius Principẽ meã,sed Principem:nihil tuum in ea vendicans,nisi quod pro ea,si oportuerit etiam animã dare debes.* Huc veniant vniuersi Ecclesiarum præsules;hùc veniãt vniuersi religiosorum prælati,& discant qualiter Christi sponsarum dotes, nimirum,Ecclesiarum dignitates, & prouentus reputare debeant:Nihil ex Ecclesiæ bonis suum putẽt,nihil vt proprium æstimẽt, nisi velint à Deo discedere. Aiebat Dominus ad Apostolos in præsenti,Ioann.16. *Venit hora,vt dispergamini vnusquisque in propria,& me solum relinquatis.* Ad quæ verba

Augusti.

Genes. 17.

Bernard.

Ioan. 16.

Sixt. PP. ait sanctus Sixtus Papa lib. de diuitijs. *Ad sua redire non possunt, nisi cũ Dominum derelinquunt. Vnde intelligi datur, sequentiũ esse, sua contemnere, ad sua remeare velle, deserentiũ.* Ille se putet Christi amicũ, Christi esse in numero prælatorum, qui nihil scit habere *Psalm. 72.* suum, habere propriũ, qui enim habet suũ, habet propriũm, non habet Chtistum. Nõne illa erat vox sequẽtiũ Dñm Psal. 72. *Pars mea Dñs?* Sed nec in parte Dñm habet, qui aliquid habet suum propriũ. Vnde D. Hie- *Hieron.* ron. epist. ad Nepotianum, ait, *Qui Dominũ possidet, & cum Propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominũ habere potest. Quod si quid piã aliud habuerit præter Dominũ, pars eius non erit Dominus.* Sic bonis vtatur, quasi nihil suum habeat, quisquis velit habere Do minũ, adeò vt etiam in elargiẽdis eleemosy nis malit videri distribuere aliena, quã pro- *Gregor.* pria. Id quod monebat D. Gregor. 3 par. Pastor. 21. aiens: *Admonendi sunt igitur animarum pastores, qui iam quæ possidẽt, misericordi ter tribuunt, vt à cœlesti Domino dispẽsatores se positos subsidiorum temporaliũ agnoscãt, & tanto humiliter præbeãt, quanto & aliena ẽsse intelligũt, quæ dispẽsant,* &c. Huc retulerim, quæ diximus supra lib. 6. c. 1. §. 23. Vbi expendimus quam debeant esse viri Ecclesiæ alieni à cupiditate bonorum terrenorum.

§. XIII.

Vbi proprium lucrũ, ibi diuisio etiam inter coniũctissimos.

SApienter dictum est illud, *vt dispergamini in propria*, vbi enim proprium lucrum in *Actor. 4.* teruenit, ibi & dispersio, & diuisio vnanimorũ intercedat, necessum est. Actor. 4. habes; *Multitudinis autẽ credẽtiũ erat cor vnũ, & anima vna, nec quisquam eorũ, quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Simul erant, & propriorum *Pet. Dam.* abnegatio, & vnanimitas; quam necessario soluit lucrum proprium; ad hęc Petr. Dam. lib. 1. epist. 16. ait: *Ecce vbi non erat diuersitas rerum, vigebat vnitas voluntatum. Nimirũ, vbi nõ est diuisio cẽsus, in vnione charitatis plurimarum mẽtium cõstatur affectus. Illic enim mens à mente diuiditur, vbi facultatum cõmunio non tenetur, vbi possessionũ diuersa proprietas, ibi mens possidentiũ non est vna.* Quas vniones, & vnanimitates nõ scindunt illa notissima pronomina Meum, & Tuum? Nec quos natura arctissime cõiunxit, illis intercedentibus non separantur. Ad fratris filiũ aiebat Abraham Gen. 13. *Ecce vniuersa ter ra coram est, recede à me obsecro, si ad sinistrã ieris, ego dexteram teneboſi tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Sed tantæ separationis inter fratres, qualis fuit causa? *Ne,* inquit, *sit iurgium inter me, & te, inter pastores meos, & pastores tuos.* Vbi Meum, & Tuum intercedebat, non poterat deesse diuisio vel *Chrysost.* inter coniunctissimos. Pulchre D. Chrysostom. hom. 33. in Gen. *Antea erat pax, & charitatis, vinculũ nunc rixa, & contentio. Vbi enim Meum, & Tuum, illic omniũ litium genus, & contentionis occasio, vbi autem hæc non sunt, ibi secura versatur pax, & cõcordia.* Ab sit proprij lucri cupiditas, & cessant lites, & vix est occasio discordię; asit vbi illud intercedit, arctissima, & amicitię, & naturę fœdera rumpuntur. Quod vinculum magis arctũ quam inter discipulum, & magistrum, inter *Psalm.* Deum, & creaturam, inter Iesum & Iudam? De hoc aiebat Dominus, Psalm. *Vnanimis meus, dux meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Hanc totam vnanimitatem rupit miser, vbi iuxta Ioann. cap. 12. loculos habere cæpit: ex quo monebat Petrus Dam. *Pet. Dam.* lib. 1. epist. 16. *Quisquis proprietatis conatur habere peculium, non valet Apostolorũ tenere vestigia, quia non erit illi cũ fratribus cor vnũ & anima vna. Cum Iudas quidem loculos, atq; pecuniam habere potest, vnanimitatem, puramque concordiam cum Apostolis habere non potest.* Eo ipso quod tuũ aliquid incipias habere, nullum manet securum vinculũ vnionis. Hinc Psalm. 72. *Quid mihi est in cœlo, & â te quid volui super terrã? Defecit caro mea, Psal. 72.* & cor meũ, *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Nihil suum habere vult, vt cum Deo æternam possit habere vnionem. Ad quod ait D. Bernard. serm. de diuersis affe- *D. Bern.* ctibus animæ. *Neque enim suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quicquam tanquam priuato sui ipsius amore desiderat anima, quæ huiusmodi est: sed tota pergit in Deũ, vt ipsi adhæreat, ipso fruatur.* Vt adhęrere cupit Deo, sic omne suum abijcit, quia si suũ aliquid maneret, nõ potuisset vnio cũ Deo non labare.

FINIS LIBRI DECIMI QVARTI.

LIBER

LIBER DECIMVS QVINTVS,

DE SIMILITVDINIBVS CLARIORIBVS A CHRISTO DOMINO ADDVCTIS.

DVo similitudinum genera inuenio à Christo Domino adducta, vt diuinissimos suos sermones exornaret, alterum clarum, subobscurum alterum, quod ideo parabolicum affirmatur. De hoc latius agemus in sequentibus; illud modò suscepimus illustrandum, pro quo illustriores similitudines in hæc nostra commentaria vocamus.

CAPVT PRIMVM.

De seruo vigili, & alijs.

QVM Dominus apud Lucam capit 12. hominum mentes à terrenorum bonorum curis auocaret, vt id prorsus conficeret, cœlestia munera, eaque regalissima à summo parente pusillo suo gregi parata proponit. Ne iam sit qui dubitet de paruulis resculis accipiendis; cum videat sibi parata esse regna cælestia. Imò in his solis habendis totas suas curas, totas suas vigilias expendãt: ad quod poterit quis excitari exemplo seruorum mundialium, qui lætum Domini aduentum expectant, nonnullo sibi proposito lucro vigiliarum suarum. Vel item exemplo prauorum seruorum, qui dum aduentum Domini, minime expectant, sæuissima incurrunt flagra, in desidiæ pœnam.

Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam.

§. I.

Bruta animalia in Deo cognoscendo, minus nequiora, quam homo.

QVid summo patri cum grege? Grex pecoribus componitur; pater ratione carens

pacem

pacem filium respicit. Cur ergo Pater cœlestis non magis dicitur parare regnum filijs hominum, quam gregi? Pulchre grex nominatur, qui ad auctoris sui erigitur cognitionem: & expectationem, quando homo stultior est pecore in cognoscendo bonorum suorum auctore. Accipite vnum Nabuchodonosorem inter homines agentem, latissimo florentem imperio. Quid iste inter hęc? Dan. 2. *Respõditque rex & ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Quid stultius? Hæc tame dicebat rex in regia, homo inter homines; sed statim sensit diuinum flagellum: ab hominibus electus est, ferarum, pecorumque inter greges degebat, ait enim textus: *Et eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectũ est, donec capilli eius in similitudinem aquilarũ crescerent, & vngues eius quasi auiũ. Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlũ leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & viuentẽ in sempiternum laudaui, & glorificaui, quia potestas eius potestas sempiterna,* &c. Expende modo vm? hominis, & superbam cæcitatem, & laudabilẽ sapientiam: antea ipse, & propriæ gloriæ, & virtuti propriæ omnia augmeta regni tribuebat, nullum alium auctorem bonorum recognoscens, nec Deum: modo sic capit, vt nihil sibi, sed omnia bonã Deo tribuat, quem laudat, quem glorificat, de cuius manu restitui sibi regnum sperat. Vndè adeo sapiẽs existit? Quibus in scholis versatus est, vt tam sublimem sapientiam de Deo auctore bonorum doceat? Sanè solum audio ab hominibus fuisse electum, & cum feris versatum, & instar bobis comedisse fœnum: ex quo autem hominem exuit, & bobem induit, ex quo à societate hominũ electus, inter greges ambulauit, non potuit nõ agnoscere omnium bonorum parentem, & creatorem. Eleganter D. Chrysost. in Psal. 13. de illo ait: *Quisibi Deo potẽtior videbatur cunctis visus est omnibus hominibus abiectior, fœnum vt bos comedens, vt discerem bobẽ suũ cognouisse creatorem, quem ipse negauerat.* Homo negauit creatorem, sed instar bobis factus, inter pecora degens statim rerum omnium agnouit conditorem, vt pateat, quam vincatur homo à pecoribus in summi parẽtis agnitione. Hinc illa notissima, apud Isaiã Dei querela oritur, cap. 1. *Agnouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit.* Quæ verba frequẽter Patres acommodant tempori Dominicæ natiuitatis, quando, & bos, & asina aliquale obsequium præstiterunt Saluatori, sed vniuersaliter accipi debent pro omni tempore quo vniuersa bruta sine vlla reluctantia secuntur nutum Domini. At scire cupis, cur prætermissis alijs præstantioribus animalibus, hæc solũ duo proposuit? Pro quo D. Basil. ibi sic in rem præsentem loquitur: *Ea sumpsit animalia, quæ nobiscũ educãtur, & vernacula cõsuetudine notiora sunt, vt vel sup pudescamus istis deprehendi insipientiores, & ad ea collati minus obtinere beneuelentiæ, quã refundamus in possessorem nostrum.* Cur no pudor homini sit, minus in possessorem, auctoremque suum beneuolum esse iumentis? Et vtinam vel iumentis non simus impares erga Deum creatorem nostrum; sæpe enim ab illis vincimur, imò confundimur. Hinc natum fuit, quod Deus vt confunderet humanum genus, illudque ostenderet iumẽtis factum inferius; dilubium verno tempore induxerit super omnem terram. Ait enim Genes. 7. *Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi,* &c. Quod tempus communiter referri consueuit ad vernum tempus, quando, & plantæ, & animantia in nouos partus effunduntur. Sed cur ad castigandum genus hominum spectatur tempus, quo animalia fecũda suis partub? sunt? Crediderim id ad hominum confusionem fuisse spectatum, vt nimirum, homo appareat solus negare conceptus sui fructus auctori diuino. Id quod eleganter notans D. Ambros. lib. de Noe, & arca cap. 14. inquit: *Non deest terra obsequijs suis, non bestiæ desunt muneribus suis, quæ solemnes soluuntur in partus, vt homini nihil desit: homo solus partubus suis deest, nescit auctorem suum, à quo ei omnia ministrãtur, negligit conditorem.* A nulla bestia à nullo bruto auctor naturæ nescitur nisi ab homine: vt Dauid ne Dominum despiciat iumentorum sortem sibi adciscat, Psalm. 72. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*: Quasi non adeò firmus hæreret auctori suo, nisi hominem exueret, & velut iumentum coram illo existeret.

Dan. 2. — D. Basil. — Genes. 7. — Ambros. — Chrysost. — Isai. 1. — Psalm. 72.

§.II.

Iustorum paucitas imperturbabilem ostendit eorum conditionem.

CVM audis Christi gregem pusilum, simul audis illum non debere timere? sed cur pusilus non timeat? Nonne paucitas ex se timorem parit? Cur in grege Christi? & pusilitas, & paucitas non pariat timore? Equidem in exercitu paucitas timida est in grege fortior est paucitas, pauci enim milites qui ab exercitu separantur, totius exercitus præsidio carent, & ideo infirmiores sunt, & proximiores timori: at in grege pauci, qui separantur, præstantiores solent esse, & ideò separantur, vt maiorem curam, & solicitudinem pastoris experiantur: id quod in præsenti sapienter noster Maldonatus notauit. Paucitas ergo Christiani gregis omnẽ timorem expuit, & imperturbabilem sui cõditionem ostendit, vt qui maiori cura, & solicitudine diuini pastoris gaudeat. Huc spectans Dauid, Psalm. 138. ait: *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis cõfortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & sicut arena multiplicabũtur.* Duo asserit hic Propheta, quę videtur cõtraria: ait enim in primis iustorũ principatum nimis esse confortatum: rursus ait, iustos facile ab homine posse numerari; & qualiter stare potest nimia principatus fortitudo, cum adeò numeratis militibus? Principatus robur nonne ex ingenti militum exercitu constat? Sed qualem exercitum, imò quale robur præseferat pauci, & numerati milites? Potuit ne aliquãdo paruus numerus maximum in se ostendere robur? In militia mundiali forsam non potuit, in iustorum grege potuit, in quo paruus numerus minui minime potest. Aiebat Imperfectus hom. 25. in Matth. *Non minuũtur, qui numerati sunt, sed etiam multiplicabũtur. Vis scire dignitatem numeratorum? Cõsidera ouem illam quomodo pastor nõ requieuit per desertum discurrere, donec inueniret eã, & ad pristinum numerum reuocaret. Nullam ex omnibus se habere putauit, si de numero suo vna periret.* Ecce tibi, quale robur habet paruus numerus in grege iustorum: non paucitas numeri dedecus affert, sed dignitatem; ex eo enim quod iusti adeò pauci sint, vt numerati dicantur, imperturbabiles sunt, eam pro se pastoris habent curam quæ nec vnum ex pugnari, aut perdi patiatur. Centenarium numerum non excesserat grex iustorum, & de hoc paruo numero nulla potuit vis vel vnam ouem in perditionem trahere, in hoc enim tota potentia, & virtus omnipotentis pastoris erat, ne de pusillo, & numerato grege suo posset deperdi vel agn⁹. Ex quo lucé affero verbis ex 1. Reg. c. 15. ibi enim Saul præmonitus à Deo de victoria, quam reportaturus erat ex Amalechitis, victorem exercitum parat, & ait textus: *Præcepitque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos.* Cur nõ recensuit, quasi fortissimos milites? Cur vbi ad numerandum exercitum accedit militũ nomen cauet, & pro militibus ponit agnos? Dum homines victorię destinatos numerat mauult gregis vti vocabulis, in quo & paruus numerus eam pro se pastoris curam habet, qua nullo hostili incursu superior non euadat. Nunquam enim paucitas in iustorum grege imperturbabiliorem pro se tutelam, & defensionem non habet. Apud Luc. 11. dicebat Dominus: *Cũ fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia, quæ possidet.* Hæc ibi Dominus; at Cant. 3. de lectulo Salomonis dicitur: *En lectulũ Salomonis Septuaginta ambiunt ex fortissimis Israel.* Expende modo, pro custodia; & defensione totius atrij, integræque possessionis vnus fortis armatus constituitur, sed pro lectuli cuiusdam defensione Septuaginta armati, & fortissimi sunt, & gladios tenentes propter timores nocturnos, ne vel timor accedat, Cur in lectulo maior custodia, quã in atrio? In lectulo iustorum dilectorumque paucitas designabatur in atrio vniuersæ Dei possessiones iustorum autem paucitas semper maiorem ex Deo defensionẽ, & protectionem habent. Quod non obscure insinuabat Gillibert. Abb. in Cantic. serm. 16. aiens: *Vberior hic cõmemoratur custodia, quia verior est gratia lectuli, quã atrij, & sponsæ solicitudo maior quã possessionis.* Vna sola est ipon sa possessiones mulcæ, an illa quia vna sola, ideò magis patens hostilibus incursibus? Absit, imò quia vna, & sola ideo dilecta magis, ideo securiori loco gaudet, ideò magis in concussibili propugnaculo seruatur. Multitudo sæpe conculcatur, sæpe & hostibus permittitur, dilectæ vero raritas prorsus est insuperabilis.

Psal. 138. *Imperf.* *1. Reg. 15.* *Luc. 11.* *Cant. 3.* *Gill. Abb.*

§. III.

Insolis diuinis bonis nō est seruitus, in alijs maxima est.

QVam vere dona à Deo in pusillum gregem suum profecta vocatur regnum; quia in solis bonis diuinis regiam ingenuitatem, & libertatem potitur quis: in mundialibus enim bonis nō regiam libertatem potiris, sed miserum seruitiū exhibes. Hinc est quod vbi diuinum regnum, & donum tibi paratur, statim iuberis possessiones omnes mundiales vendere. *Vendite*, ait, *quæ possidetis*, cur necessum est vendere mundiales possessiones, cum regnū ex Deo accipitur? Cur nō possient manere simul possessiones mundiales in accipiente regnum cœleste? Vt nō potest quis simul esse liber, & seruus sic non potest habere simul, & regnum cœleste, & possessiones mūdialium bonorum, quia cæleste regnum ingenuam, & veram libertatem habet, bona autem mundialia miseram inferunt seruitutem. Adhæc aiebat acute D. Chrysol. ser. 23. *Vendite, ait, quæ possidetis. Plebeium cultum regia non admittit potestas, augustus honor, non suis diademate confertur, & purpura. Abijcere ergo debet habitū seruitutis, qui se regē credit diuinitus cōsecratum.* Quidquid mūdiale habueris, id habes seruile, id habes prorsus contrarium regiæ ingenuitati, & libertati, qua propter quisquis veram regni libertatē cupis, abijcere debes à te vniuersa mundialia: vt in quibus non potest nō inueniri seruitus miserabilis. Inde Apud Matth. capit. 4. accedens tertio tentator ad Iesum. *Ostendit illi omnia regna mundi, & gloriā illorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Hæc tē tator aiebat, cui statim Dominus: *Vade Satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuū adorabis, illi soli seruies.* Quibus illud expēdendum est, quod Dominus diabolo petenti adorationem solam, nō solum negat adorationem, sed & seruitutem, aiens: *Deū adorabis, illi soli seruies.* Cur Domine in hac tētatione seruitutem diabolicam caues, quādo diabolus nec verbum de seruitute fecerat? Ille solam petebat adorationē, pro qua non seruile aliquid, sed regiā magnificentiam ostēdebat, proponens vniuersa regna mundi, & gloriam eorum, vnde tibi Domine venit in mentem seruitus? Eo ipso quod videt Dominus sibi proposita mundi regna in illis miseram seruitutem nouit latentem, quandoquidem nullum mūdiale bonum est, nullum mundiale regnum, quod non miseram seruitutem afferat possidēti. Ideò notanter Philo principatus humani imaginē depingens Iosephum proponit nō ab Ægyptio rege in gloriā sublimatum, sed à fratribus in seruitutem datum, ait enim Genes. 37. *Extrahentes eum de cisterna vendiderunt eum Ismaelitis*, &c. Et quid cum regno venditio? In regno libertas est, in vēditione seruitus, quomodo fieri potest, quod regiam agat personam, qui traditur, & venditur in vile mancipium? Pulchrè Philo ibi: *Recte autem dicitur, vendi hunc hominem, nā qui locum superiorem ascēdit, sicut venalicij, seruus fit ex ingenuo, propter honores, quos videtur accipere, addicens se innumeris Dominis. Quoniā non vnus est Dominus tractantium rē publicā sed vulgus alijs post alios succedentibus.* Latet seruitus ub mundiali regno, qua maxime premuntur, qui principatus mundialis culmen ascendunt, tot experti Dominos, quot subditos. In nullo enim bonorum mundialium culmine misera non cernitur seruitus; ex quo lucem affero verbis Ecclesiastæ, cap. 10. *Vidi seruos in equis, & principes deambulātes, quasi seruos super terram.* Equorum vsus ingenuę nobilitatis insigne est, nec vnquā magis extollitur ingenuus homo, quādum equo conspicuus effertur. Qui ergo fieri potest, vt in equo in insigni ingenuitatis, & nobilitatis humanæ adhuc seruus appareat quis? Cur tantæ ingenuitatis insigne nō tollit prorsus miserę suspicionem seruitutis? Imò nunquam magis conspicua seruitus, quam in mundialis nobilitatis insigni: siue eques, siue pedes sis dum terrenorum bononorum gloria insigniris, non poteris nō gemere sub misera seruitute. Ad hæc aiebat Galfridus apud Delrium Adag. 280. *In equis iniqui superbiunt, sed suis prauitatibus humiles, & abiecti nō nituntur manibus, vt morentur in domibus regū: sed vt serui ambulant pedibus suis super terram, sola suis affectibus, & terrena sectantes.* Fieri enim nō potest, vt vel in summo terrenorum bonorum culmine exuatur seruitus; imo maiorem tunc seruitutē incurras necessum est, tūc solū exuendā, cum cœlestia potiaris bona. Vt dicat Paul. ad Roman. 8. *Quia, & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorum Dei.* Nō in alijs bonis, sed in his solis, quæ à Deo hæreditant Filij Dei, absorbitur seruitus, & apparet regia libertas.

Genes. 37.

Philo.

Eccles. 10.

Galdrif.

Rom. 8.

Matth. 4.

Chrysost.

§. IIII.

§. IIII.

Nunquam homo absque meritis potest multis placuisse.

NOn otiosè positum est à Domino verbum illud complaceo, dum ait, *complacuit Patri vestro dare vobis*, sed vt ostẽdat regnum cœleste, nõ ab vnius Patris placito nobis accidere, sed ex placito trium diuinarũ personarum, quasi ex diuinissimi consulto senatus. Quippe ait Chrysol. serm. 23. *Quod autem dixit, complacuit: & non dixit, placuit, munus edocet Trinitatis*, & quidẽ gloriosum homini est, non solius Patris, sed trium diuinarum personarum placito ad regnũ repræsentari vocatus, vt inde ostenderetur, non sine meritis suis in cœlestem principem cooptatus. Quando enim sine meritis, quis multis probatur? Aiebat sapienter Cassiod. lib. 11. varia. 26. *Vni aeceptum fuisse, interdũ gratia est; multis placuisse iudicium.* Nõ insolitũ est, ab vno aliquo quis absque vllis meritis gratuito amari; ast quod multi conueniant in amore, & approbatione alicuius, id non est opus meræ gratiæ, sed iudicij tribuẽtis, quod iam merenti videbatur. Pro quo reuocanda est in memoriam notissima, & cantatissima Iosephi Patriarchæ historia: is Genes. 39. ob insignem pudicitiæ obseruantiam, coniectus est in carcerem, sed vix limẽ carceris attigit, & Dominus, *dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos.* Dum sic agit in carcere Ioseph, pincernæ Pharaonis somniũ reuelat, inde rapitur in conspectum ipsius Pharaonis vt duo illi somnia explicaret. Sõnia regis audit seruulus puer, explicat sapiẽter; imò sapientius de suo addit consilium, quod durissimam famem prænuntiatam molliretur. Quid tunc? Ait Genes. 41. *Placuit Pharaoni consiliũ, & cunctis ministris eius: locutusque est ad eos; Nun inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph, quia ostendit tibi Dominus omnia, quæ locutus es, nunquid sapientiorẽ, & consimilem tui inuenire potero? Tu eris superdomum meam, & ad tui oris imperium cũctus populus obediet*, &c. Compone modo Iosephũ, & Iosephum; hoc est, Iosephum apud Principem carceris, & Iosephum apud Pharaonem; à principe carceris accipit potestatem super vinctos; à Pharaone accipit totius claum regni. Et vt acceperat à principe carceris potestatem illam homo extraneus, & captiuus, sapienter præmonuit Textus aiẽs: *dedit ei Deus gratiam in cõspectu Principis carceris. Qui & tradidit*, &c. Vbi autem acceptus erat à Pharaone totius regni clauum, nihil insinuatur de gratia à Deo collata in conspectu regis, cur in tanto munere accipiendo, nulla fit mentio gratiæ, cum in illo paruulo accepto, in primis gratia explicatur? Rem colligo ex verbis Textus dicentibus: *placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius*, &c. Vbi enim ex vnius principis placito pependit aliqualis Iosephi fortuna, nil magis curauit diuina prouidentia, quam reddere captiuum suũ gratiosum principi, ast vbi non ab vno solum, sed à multorum consulto erat approbãdus captiuus, ita illum sapientiæ, consilijque meritis ditauit, vt nullo possit in iudicio iusto cadere. Vni enim placere; potest esse res gratiæ; at multis placere, semper est res iudicij; merita ponderantis. De Præcursore Christi. Ait Angelus Luc. 1. *Multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino*: Quasi non aliter posset multis Ioannes probari, nisi esset meritorum magnitudine coram Domino commendatus. Meritorum operibus insudet, qui multis probari amat. Prouerb. 3. aiebat Sapiens: *Inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & hominibus*. Quæ verba sic reddunt Septuag. *Inuenies gratiam, & prouide bona coram Deo, & hominibus.* Cum de gratia indefinite habenda loquitur, nullam diligentiam mandat, nulli enim non accidit alicui esse gratiosus; verum vbi coram hominibus, nimirùm, coram pluribus gratum esse quis amat, incumbere debet operi, & prouidere sibi merita bona, sinequibus haud fieri potest, quod pluribus accidat gratiosus. Vnde desumpsit D. Paul. ad Rom. 12. illud suum monitũ, quod apud D. Chrysost. hom. 22. sonat: *Prouide parantes bona coram omnibus hominibus*: nec aliter omnibus communiter probaueris, nisi prouide præparaueris te in operibus bonis.

Chrysol.

Cassiod.

Genes. 39.

Genes. 41.

Luc. 1.

Prou. 3.

Septuag.

Rom. 12.

§. V.

Totum Iesu negotium in eo est, quod mente efficiamur paruuli, & pusilli.

MIraris cœlorum regnum Christi meritis præparatum dari à Patre gregi pusillo? Sic pusillus grex, sic paruuli, & pusilli spiritu homines in Christiano regno triũ-

phant, vt in illis totum Iesu negotiũ videatur consistere. Nisi sint paruuli in Christo, non percipitur regnum Christi. Quippe vix Iesus apparuit in mundo, & ecce tibi, qui à mundo eliminare Iesum nituntur, nihil magis curant; quàm paruulos occidere. Sic

Matth. 2. Matth. 2. *Herodes occidit omnes pueros, qui erãt in Beltheem.* Quis sic Herodem concitauit in paruulos? Diaboli fuit furor, qui tũc putabat funditus Iesu negotium destruere,

D. Leo. si paruulos occideret. Pulchrè enim aiebat D. Leo serm. 5. in Epiphan. *Herodes in diabolo fremit, & auferri sibi iniquitatis suæ regnũ in ijs, qui ad Christum transeũt, ingemiscit. Vnde si paruulos interficiat, Iesum sibi videtur occidere.* Sic in ijs humilimis paruulis fundauit Iesus regnũ suum, vt sine ijs illud non possit cõsistere; nunquã sine regni Christiani damno tollũtur humilitate pusilli. Hinc

Matth. 19. est, quod Matth. 19. Apostolis paruulos prohibentibus accedere, ait Dominus: *Sinite paruulos, & nolite prohibere eos venire ad me, talium est enim regnũ cœlorum.* Carpuntur Apostoli a Iesu, & meritò, quia paruulos prohibebant, obliti regnum Christianum inhumilium paruitate fundari: sed cur non magis iustineantur Apostoli? Nonne ipsi putabant se magistro obsequium præstare, dum paruulos prohibebant? Putabant equidem, sed falebantur, ablatis enim pueris, hoc est, ablatis exemplis humilitatis Christianæ, nõ honor, sed iniuria Christi gloria irrogatur. Pro quo dicebat Imperfectus hom. 32. in

Imperf. Matth. *Discipuli pueros vetabant ad Christum accedere, ad quorum similitudinem ipsi fuerãt inuitati. Putabant enim se honorem facere Christo, damnum facientes gloriæ ei⁹.* Christiani regni gloriæ damnum est, si deficeret minimorum agmen, quando totum Christi negotium in humiliũ paruitate fundatur. Adeo,

Matth. 18. vt Matth. 18. dicat: *Aduocans Iesus paruulũ statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum.* Pro regnum cœlorũ ingredientiũ exemplo, paruulum ob oculos Dominus statuit: cur non magis virum bellatorem, qui possit vel cœlestia rapere? Nonne regnum cœlorum vim patitur? Nõne violenti rapiũt illud? Cur ergo solus proponitur paruulis in exemplum? Equidem totum Christiani regni negotiũ in hoc fundatur, si minimi, si paruuli fieri humilitate sciamus. Ad hæc ait D. Chrysostom. hom.

Chrysost. 59. in Matth. *Rectè autem ante oculos mõstratione paruuli totam rem posuit.* Expẽde inquo dicitur Dominus posuisse totam rem imperij Christiani, nimirùm, in mõstratione paruuli; non equidem in ferratis curribus, non in murorum altitudine, non in aureorum equitum exercitibus, sed in monstratione paruuli, res tota ostenditur imperij Christiani. Tunc Christũ regnum perfectè gloriosum ostẽdis, cum in medio statuis minimorum agmen, minimorum; inquam, qui cum magnis sapientiæ, & doctrinæ splẽdoribus, fulgere potuissent, cum instar gigantũ exultare ad currendam viam, maluerũt sicut paruuli, & minimi effici, vt in se ostenderent perfectum regnum Christianum. Dicit enim Dominus apud Matth. *Discite â me, quia mitis sum, & humilis corde.* Circa quæ verba ait eleganter Hildebert. epist. 71. *Iam Petrus, & Andreas, nauiculã, & retia dimiserant; iã Ioannes Euãgelista virginitatis obtulerat holocaustũ: iam teloniũ Matthæus deposuerat: iam cæteri dixerant Apostoli: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Attẽde, cur ad humilitatem inuitãtur, carnis hostes, & mũdi. Attende quo egebant ad perfectionis plenitudinem.* Nulla in virtutũ magnitudine apparet regnum Christianum, apparet Christi perfectus splendor, nisi in qua pusillitas claret humilitatis. *Hildeb.*

Luc. 12. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt thesaurum non deficientem in cœlis: quo fur non appropiat, neque tinea corrũpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi, & cor vestrum erit.

§. VI.

Æterna spectans, omnia sibi prævia, & patentia ad cœlum inuenit.

NOn tãtũ mirarer si solũ iuberemur parare nobis thesauros indeficientes, sed illud miror maxime quod iubeamur illos thesauros parare in cœlis. Est ne possibilis viuenti homini ad cœlum accessus? Nõne cœlestia claustra viuentibus hominibus obfirmata sunt? Qualiter fieri posset, vt cœlũ intret, & ibi indificiẽtes thesauros sibi paret. Equidẽ mẽtẽ suã in æternis homo figat, & nullum est claustrũ, quod illi non pateat. Cor suum ad æterna spectãda eleuet, & omnia cadũt repagula, omnia illi peruia, & patentia

D.Steph. tentia, manent claustra. De D. Stephano habes Act. 7. *Intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantẽ à dextris Dei. Et ait: Ecce video cœlos apertos, &c.* Ex quo illi cœli aperti, & perui mõstrantur? Notanter ait: *Intendens in cœlum*, etenim ex quo terrena cæpit conculcare, & ad sola æterna spectare, nullum potuit inuenire impedimentum,

Pet. Dam. quominus vniuersa etiam cælestia peruaderet. Ait D. Petrus Dam. serm. 63. *Conculcatis terrestribus, cœlestibus inhiat, & æternis. Post hæc aperiuntur cœli, nullaq; præualet obfirmatio, vel clausura, quam non transuolet, aut irrũpat mens illa summæ menti affectanter inhærens.* Omnia cadunt repagula, omnia patẽt etiam obfirmatissima claustra illi, qui corruptibilia despiciens, solis nouit æternis, & cœlestib⁹ inhiare. Quis nesciat D. Petri obscurissimũ carcerem, obfirmatasque ferreas illius carceris balbas, ne libero cœlo fruerẽtur, qui habebat cæli claues? Quippè erat Petrus nigro in carcere ab Herode detẽtus, & ecce tibi cum dormiret in tempesta nocte Angelus, illi adest; dormientem excitat,

Actor. 12. & ait: Actor. 12. *Circunda tibi bestimentũ tuũ, & sequere me. Et exiens sequebatur eũ, & nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelũ, existimabat antẽ se visum videre. Transeuntes autem primã, & secũdam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ vltro aperta est eis.* Miraris, quod homo tot vinculis detentus, nullum impẽdimentum sentiat, imò & portas ferreas sibi cadentes inueniat: vnde tantam virtutem fuit Petrus nactus? Ex quo non terreni homines; sed cœlestis spiritus vestigia fuit secutus, iam nullũ potuit inuenire claustrum, quod non peruadat. Ait Richard.

Ric. Vict. Victor. lib. 5. de Contemplat. par. 1. cap. 13. *Petro ab ipso suo erectore Angelo præcipitur, vt ipsum sequatur. Quantũ hoc esse putamus, Angelica vestigia legere, post cœlestia pennataque animalia ire? Cogita, si potes, quæ illa Angelum subsequentis perfectio, seu promotio fuerit, quorum transitũ nec carceralis custodia, nec ferrea porta cohibere, vel retardare potuit.* Cur non caderet ferrea porta illi, qui terrena despiciens, & carnalia, æterni spiritus vestigia sequebatur? Fallar, si qui spiritualia, & æterna spectat, non irrumpat, non transuolet, obfirmatissima quęque etiam cœlorũ claustra. Iam hinc patet epulonis diuitis infœlix conditio, qui, dum esset in tormentis, clama

Luc. 16. bat Luc. 16. *Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Hęc erat miserrimi hominis vox, cui statim insonuit Abrahami respõsum, nimirum: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.* Expende quam obfirmatum, & impenetrabile chaos respondeat diuiti clamanti, & misericordiam petẽti; sed cur illi sic obfirmatum ostenditur, & impenetrabile chaos? Nonne misericordiã orat? Nonne oratio potens est penetrare cœlos? Penetrat equidem cœlos oratio spectantis æterna bona, ad illaque toto animi affectu anhelantis, verum miser hic non ad æterna respicit, sed adhuc inhiat his guttulis bonorum temporalium, solam tranieuntẽ guttam spectat, vnde cœlestia omnia sibi prorsus occlusa inuenit, & obfirmata. Despiceret ille præterfluentes guttulas, æterna sola perfecto cordis affectu amaret, & fallar, si vlla aduersus illum præualeret obfirmatio, si etiam ferreos vectes non rumperet, & ferreas peruaderet balbas, vt in bona cœlestia intraret.

§. VII.

Felix est, & imperturbabilis, & regio animo pollens, cuius præoculis sunt æterna.

HVc nostra solicitudo spectet in vniuersis negotijs mundialibus, nequa res prius ob oculos versetur, quam æterna. Siue sæculi ad seruandas pecunias sint parandi, siue thesauri effodiẽdi, vt diuitias augeas statim tibi in mentem veniat æterna verarũ diuitiarum duratio. O quam fælix eris, si vel in saccis, vel in thesauris, vel in quolibet negotio, quod est æternum tibi ob oculos versatur nullius latronis, aut mali metu fatigaueris. Ait enim textus: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientẽ in cœlis, quo fur, non appropiat, &c.* Hoc solũ semper nostris curis respondeat, nimirum, quod æternum est, & indeficiens, ne sicut misera mancipia verberemur, metu, sed vt filij regni viuamus. Nabuchodonosor rex, vt somnia, quæ à memoria euolauerant, ediscceret, eorumque significationem doceretur conuocat vniuersos Babylones sapientes, proponit illis solicitudinem suã pro insomnijs, petit omnia sibi explicari. Quid tunc? Ait Dan. c. 2. *Responderuntq; Chaldæi regi Syriacè, Rex in sempiternũ viue, dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus.* Dan. 2. Expende illud præmiũ sermonis, nimirum:

Rex in sempiternum viue: regi agenti de somniorũ interpretatione, nihil prius insonuit, quam illud; *in sempiternum viue*: Est equidẽ regalissima sors illius hominis, cui in omni negotio, & tractatu suo, nihil prius insonat, quam quòd possit in æternum viuere.

Ric. Vict. Ad hęc aiebat Rechard. Victorin. lib. 1. de eruditione inter. hom. par. 1 cap. 3. *Vtinam ad omnem conatum nostrum, ad omne inceptũ bonũ, hæc nobis responsio primo occurrat, in hoc omnis nostra cogitatio suspiret, & satagat, vt in æternum viuamus.* Nõ penitus nos temporalia absorbeant, non penitus rapiamur his mundialium bonorum spectris, fugiẽtibus à memoria somnijs, quin magis curemus de æternis comparandis. Dum ad sæculos perituros currimus, dum per temporalia negotia spargimur, hinc inde lucra sectantes, iubeat mentem nostram vox illa, rex in æternum viue, vt æternos immarcescibilis vitæ spectemus thesauros, quibus seruitute deposita regium animum induamus. Nobilis ille

Psal. 76. rex Dauid, Psalm. 76. ait: *Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Expẽde illa verba, *turbat⁹ sum*, &c. Equidem inter vigilias, & solicitudines temporales, quid magis acquireret quam turbationem? Sed bonus rex vigilat, solicitus est pro temporalibus, & pro illis acquirendis turbatur, sed in illa turbatione non est locutus, non est questus de aliquo. Quòd vi ponderes recole Marthæ solicitudinem

Luc. 10. circa temporalia de qua dicit Luc. cap. 10. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæstetit, & ait, Domine nõ est tibi cura, quod soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens dixit illi, Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima* Ecce tibi Martha medijs temporalibus curis turbatur, per plura negotia dispersa, & turbata, & non tacet, imò loquitur, & queritur de sorore. Dauid autẽ turbatur, sed non loquitur, de nullo queritur, sed patienter sustinet omnia. Vnde in Martha, vox quærentis est, in Dauide patiẽtia tanta? Martha satagebat circa frequens ministerium, nil non temporale, & seruile meditabatur; Dauidis regius animus æterna meditabatur, ait enim: *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mẽte habui* Dum inter temporalia de æternis agit, nil, de quo queri vellet, habet, sed omnia regie, & animo-

D. Brun. se patitur. Ait D. Bruno ibi: *Ideo ei patiẽtia illa contigit, vt non esset locutus, quia cogitauit dies antiquos, & annos æternos, quos per Adam amisimus, id est, vitam æternam in mẽte habuit*, sola æternitas mẽti obiecta valuit sic regium Dauidis animũ continere, ne temporalium fluxibus, & refluxibus vapularet, vsque ad querelam. Hunc regium animum pulchrè depingens Iob cap. 11 ait: *Iob c. 11.* *Requiescet & non erit, qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi.* Vnde tanta quies homini accidet, quæ illum è plurimis adorari faciat? Quam nullum malum perturbare possit? Sanè illam notabat Lucas verbis propositis dum ait: *Facite vobis thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat.* Sane æterni thesauri spectatio hominem, & imperturbabilem, & regium declarat. Ad hæc D. Gregor. lib. 10. Moral. c. 12. *Quisquis præsentem gloriam quærit, profecto despectum metuit. Qui semper ad lucra inhiat, semper, iuste licet, damna formidat. Cuius enim perceptione reficitur, eius rei proculdubio, & amissione sauciatur: & quo obligatus mutabilibus, ac perituris inhæret: eo longe in infirmis ab arce securitatis iacet. Sit contra quisquis in solo æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec aduersitate quassatur, dum nihil habet in mundo, quod appetat, nihil est, quod de mundo pertimescat.* Nullius mali, nullius peccati seruituti subiacet, qui sciuit animo ad æterna, & permanentia re-

Eccles. 12. uolare. Aiebat Ecclesiastes, cap. 12. *Florebit amygdalus, impugnabitur locusta, & dissipabitur capparis, quoniã ibit homo in domum æternitatis suæ.* Pro illis, *dissipabitur capparis*, alij legunt, *dissipabitur concupiscentia*, alij: *dissipabitur auiditas*: iuxta alios: *dissipabitur voluptas*: secundum alios, dissipabitur *superbia*: alij legunt: *appetitus respuet res oblatas.* Et quidem nulla seruitus appetituũ, & vitiorum non cadit, vbi homo incipit vel mente tendere in regiam æternitatis.

Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

§. VIII.

Quantum castitatis, tantum splendoris, & claritates habis.

PRęcinctos lũbos lucernarũ ardẽtiũ splẽdor comitatur, quisquis enim cingulo cõstringitur castitatis, nouis luminibus cõspicuus radiabit, Accinit Debbora Iudic. 5.

Qui

Qui ascenditis super nitẽtes asinos, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini. Expende illa verba, *nitentes asinos*, vbi legit Orig. *asinas refulgentes*, quid splendor cum asinis? Audio inter stellas cœli arietem, audio taurum, audio aquilam, imò audio cancrum, & scorpium, at asinos ab omni splendore semper cognoui alienos. Vndè igitur asinis aduenit splendor? Sanè quod brutũ est, & animal in homine si castitatis cingulo arctetur non potest, non mirum in modum fulgere, & splendescere. Quo circa aiebat Orig. hom. 6. in lib. Iudic. *Cum iumentum hoc, id est corpus meum, subiugo venerit verbi Dei, tũc vehiculum corporis mei resplẽdere incipiet, & asina hæc, id est, caro mea tũc refulgere dicetur, cũ castitatis, ac pudicitiæ fuerit splẽdore decorata.* Orig. Nescit castitas non publicari statim mille splendoribus, mille luminibus; nec aliquid est adeò terrenum, & deforme, quòd si castitatis baltheo ornetur, nouis splẽdoribus in stat cœlestium luminum non rutilet. De Iudith formosissima ad Holophernem progrediente notanter dicit textus cap. 10. *Cui etiã Dominus contulit splẽdorem, quoniã omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pẽdebat.* Iudith 10. Expende cur dicatur splẽdor datus fœminæ, nimirùm, quia non libidinis, sed castitatis amor illam ornabat. Vbi enim non libido, sed castitas viget, statim proditur splẽdentibus radijs. Hinc Paulus merita castitatis diuidens, quasi luminũ species tractet, ait 1. ad Corin. 15. *Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas Stellarũ.* Et vndè tot claritates, tot lumina rutilarẽt, nisi è limpidissimo cœlo castitatis? Ait D. Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 351. *Soli, eos, qui virginitatẽ amplexi sunt, Lunæ autẽ eos, qui cõtinentiã, ac deniq; stellis, eos, qui honorabile coniugiũ amplexi sunt, atq; conseruarũt, cõparat Paulus.* D. Isidor. Crescit cùm castitate claritas, quot species castitatis sunt, tot rutilant, & splẽdẽt claritatis, vt appareat, quã iunctę sint, & nomine, & re castitas, & claritas. Id quod respiciẽs diuina Sapientia cap. 4. ait. *O quam pulchra est casta generatio cũ claritate:* Sapien. 4. quasi nequeat castitas, & claritas separari: sed semper simul nascantur. Vndè Iob cap. 42. *Et fuerunt ei septem filij; & tres filiæ, & vocauit nomẽ vnius Diẽ, nomen secundæ Cassiam, &c.* Sed cur primã virgunculam natam vocat Diem? Vt simul decentem, & conuenientem puellæ honestatẽ ostendat, honestas autem, & castitas die semper est lucidior, & clarior. Quo respexit D. Greg. Niss. hom. 9. in Cant. fatus: *Quarum Cassia nobis ostẽdit studiorum vitæ puritatem, & bonum odorem: Dies autem honestatẽ, & decorem, sicut dixit Apostolus eos, qui pure viuũt nominari filios lucis.* D. Gregor. Nunquã, non lucida, & splendens castitas, nunquam non cæca libido est. Recole lasciuientes illos Sodomitas, qui domum Lothi aggrediuntur, vt ibi splẽdidos iuuenes deturpent; at iuuenes, qui videbantur, erant Angeli Dei: qui vidẽtes miseros illos libidinis seruos Gen. 19. *Eos percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximũ, ita vt ostium inuenire non possent.* Gen. 19. Quæ verba D. Augustinus apud Lyppom in Cat. legit: *Eos percusserunt auidentia, &c.* & meritò pro cæcitate auidentiam posuit, nũquam enim lasciuus appetitus miseram, & teterrimam non parturit cæcitatem. Ex quo audiendus est Prudentius in Psychomachia de pugna Pudititiæ, & Libidinis aiens. Augustin.

Virgo Pudicitia speciosis fulget in armis.
Quã patrias succincta faces Sodomita Libido
Aggreditur, picemq; ardenti sulphure pinum
Ingerit in faciem; pudibũdaq; lumina flammis
Appetit, & tetro tentat suffundere fumo.
In famulos famulasq; Dei, quib⁹ intima casti
Vena animi sola feruet de lampade Christi.

Quidquid ex parte libidinis est, tetrum est, obscurum est, & cæcum, nihil ipsa, nisi fumosum, & piceum ignem tractat; at casta pudicitia nescit nõ fulgere, & nitescere, Christique lampades, & ornatissimas, & fulgentissimas demonstrare, quibus lumina acuantur humana. Vnde D. Amb. componens Euã cùm Maria, dum illam videt hominẽ sapientem in tenebrosum peccati carcerẽ impulisse, hanc ad se Dei sapienti ãtraxisse: originem stultitiæ, & sapientiæ notans, ait lib. 3. in Luc. *Per mulierẽ stultitia, per virginẽ sapientia.* Luc. 3. Vanissime enim sub sapientię radijs fulgere nititur, qui minimè accedit, cùm lucernis succinctæ pudicitiæ, sed cum piceis tædis distinctissimæ libidinis.

§. IX.

Voluptas nihil, nõ graue infert suis, castitas nihil non expeditum, & pennatum.

LVmbi præcincti expeditissimum ostendunt hominem, vt quamlibet, & sublimen, & arduam arripiat viam; habes enim Tob. 5. *Egressus Tobias inuenit iuuenem splẽdidum præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.* Tob. 5. Nunquam ergò præcincti lumbi expeditionem, & agilitatem non referunt, nunquam compressa voluptas non expeditum, & prepetem spiritum ostendit; quæ soluta nihil non graue, & onerosum infert.

Apud Iud.cap.9. Abimelech instar munitissimæ turris Thesbitarum; & facibus admotis conatur illam incendere; siue ostium apperire, quo ipse intret in eam. Sub qua imagine Petrus Damian.lib.2.epist.10.proponit iuuenem, qui libidines æstu correptus ambit formosam aliquam puellam; illamque sua libidines flammis nititur accendere. Quid tunc; ait textus Iud.9. *Ecce mulier fragmentum molæ desuper iaciens illisit capiti Abimelech; & confregit cerebrum eius.* In feruore certaminis mulier fragmentum molæ iacit super miseram iuuenum; cur non magis iaculum contorquet? Cur igneas glandes non fulminat? Cur sagittam non iaculat? Cur maluit fragmen molæ iacere? Sanè de sagittis, iaculisque in bello iactis locutus D.Ennodius in Panegyrico Theodorici, ait: *Anceps erat fortuna certaminis; & pennatæ mortes sibi æthera vindicabunt.* Expêde illud *pennatæ mortes*; volant equidem expeditissimæ sagittæ, vt mortem inferant; à fœmineis autem manibus, in lasciuos iuuenes, nihil expeditum, nihil pennatum venire potest, sed ponderosum, & graue, vt gemant miseri sub molæ fragmine; imò integra molarum pondera patiantur. Iam omnibus sese offert cantatissimus ille Samson ad molam religatus Iudic.16. Ecce tibi, qui cacumina montium velox ascenderet, qui vincula durissima facile excusserat, sub integræ molæ pondere gemit: & quis expeditissimo iuueni tantùm pondus imponeret, nisi malè dilecta fœmina? Pro quo Sapienter exclamat Abbulensis quæst.35. *O nimis plangende vir, imò virorum flos, qui miserabilis mulierculæ pulchritudine tractus, in extremam veniisti sortem; ita vt cunctorum, quos legerim, miserior factus, turpiter ab hostibus vtroque priuatus lumine ad molam asinorum molere cogaris.* Hæc pondera imponit suis fallax gratia, & vana pulchritudo, sub his gemunt oneribus voluptuosi homines, qui sub pulcherrimo castitatis baltheo expediti, & pennati viderentur. Tolle voluptatem, & ingentia pondera tollis, & induis pennas, quibus altissima quæque, & remotissima penetres. Apud Lucam capit. 12. ait Dominus: *Nolite timere, multis passeribus pluris estis vos.* Discipulos componit, cum passeribus, sed quid cum passeribus corpus humanum? Passeres pennati hinc indè discurrunt, æthera expeditissimis volatibus replent; corpus autem, quòd corrumpitur, aggrauat animam; quando corpus poterit, instar passerum, expeditas habere pennas? Eò ipso, quòd corpus voluptatem excutiat, grauedinem expellit, & alas suscipit, quibus & liberos, & perpetes volatus edat. Ad hæc D. Ambr. lib. 7. in Luc. ait: *Caro, si consentiens Dei legi, & exuës se lege peccati, in naturam animæ sensuum puritate transierit, alis ad cœlũ spiritualibus elenatur. Quia volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abstulit.* Voluptuosi gemant importabilibus grauati ponderibus, nec enim voluptas nisi pondera imponere, absumere pennas; at vbi voluptas abest, & puritas castitatis accedit, nullum grauamen, nullum pondus lentis, sed quasi pennatus remotissima quæque penetras. Eò expeditiores volatus edes, quò maiori puritate incipias effulgere. Summo mane, dum irent Petrus, & Ioannes ad Iesu monumentum Ioann.20. *Ille alius discipulus præcucurrit citius Petro.* Quis Apostolorum primatem in cursu vinceret, nisi Ioannes, qui virginitatis baltheo expeditus pennatus etiam euasit? D. Hieronym. in Isaiam capit. 56. ait: *Petro tardius ambulante, Ioannis elatus virginitatis alis cucurrit ad Dominum.* Vincit præstantissimos; vincit omnes in volatu, qui castitatis effertur alis. Vndè fugituro Domino ab insequente Herode hunc ille velocissimum equitatum; siue has velocissimas alas parat Angelus Matth 2. aiens: *Accipè puerum, & Mariam matrem eius; & fuge in Ægyptum.* Fugiendum est æternitatis Principi ab infensissimo hoste, sed quando fugiẽdum illi est, qualis equus paratur? Solent enim pro necessitate fugæ pernitiores equi, imo alipedes parari; modo fuga necessaria statuitur, & nihil de equitatu prouidetur? Cùm cœlestis mulier Apocalyps. 12. expectabatur à dracone in prædam, *datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertũ, &c.* Non suadetur fuga mulieri, quin priùs parentur illi aquilinæ alæ; cur ergò, cum fuga Iesu puero intimatur, non tanto fugitiuo digni alipedes parantur equitatus? Præueniens alipedem equitatum dixit, puerum cùm Maria accipiendum, vbi enim virginea brachia sunt, & alites celeritate vincuntur. Quò spectans Isaias cap.19. ait: *Ecce Dominus ascendit super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum:* siue vt ex Hebræo habetur: *Ecce Deus equitat super nuuem velocem: & ingredietur Ægyptum.* Paratur equidem fugituro Domino alipes equitatus, paratur velocissima nubes, quæ ventorum alis innixa velocissimos vincat, nimirũ paratur virginitas Mariæ, pro pernicissimo equitatu, quo Dominus remotissima Ægypti lustret. Id quod notans D. Ambr. in exhortatione ad virg. ait: *Nubem itaquè Mariam dixit, quia carnem gerebat: leuem quia virgo erat, nullis*

Iud.9.

D. Ennod.

Abbulens.

Luc.12.

Ioann.20.

Isai.59.

Matth.2.

Apoc.12.

Isai.19.

Ambr.

Ambr.

nullis oneribus grauata coniugij. Vbi pura virginitas est, abest pondus omne, perpetes alæ nascuntur, quibus, vel ad Deum citissime confugias, vel à malis refugias, vel occior remotissima lustres. Huc reuoca D. Francisci Xaueri celeres volatus, de quibus lib. 2. cap. 3. §. 17.

§. X.

Castitas lucidissimis partubus fœcunda.

NOn immerito ad lumbos præcinctos adiuncti ardentes lucernæ in manibus; vt indicatur castitati, quòd dicitur de Abia rege Ierusalem. 3. Reg. 15. *Dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Ierusalem, vt suscitaret filium eius post eum.* Equidem dicata Deo castitas non sterilis manet, quin imò præ manibus habebit lucernas, hoc est, lucidissimis partubus fœcunda erit. Quo spectat illud Isaiæ. 56. *Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum.* Cur non se vocet lignum aridum eunuchus, nisi quia sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum? Sunt, qui carnem suam cingulo castitatis constrictam mactarunt pro Deo, ij non steriles, sed fœcundissimi sunt, multisque filiorum spiritualium coronantur lucernis. Id quod notat ibi D. Hieron. fatus: *Qui huiusmodi eunuchus fuerit, habebit in muris eius*, nimirùm diuinæ ciuitatis, *locum optimum, vt scilicet turris Domini efficiatur, & in sacerdotali consistat gradu, & pro carnis filijs, multos habeat filios spirituales.* Quis carnalis pater tot, tamque splendidos filios habuit, vt habent ij, qui carnis renuntiarunt voluptati? Compone fœcundissimas matronas, & fœlicissimas, quæ Olympionas filios spectarunt, cùm Virgine Clara, aut Tharasia? Compone fœcelissimos parentes, pulchro filiorum agmine cinctos, in arenam descendentes, cum Benedicto, Bernardo, Augustino, Dominico, Francisco, Ignatio? Fortam hanc vnam differentiam inter hos inuenies, quòd carnalibus parentibus fœlicissimis filiorum lucernæ adsint; verùm virgineis ijs Christi eunuchis, non lucernæ solùm, sed & astra, & solea nascantur. Vbi Abraham vnigenitum filium Deo litare iubetur, bonus senex arripit ensem & vno ictu intendit omnem sibi eripere spem posteritatis. Quid tunc? Ait illi Deus Genes. 22. *Quia feci sti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli.* Ecce tibi vbi Abraham, & filium, & spem posteritatis Deo sacrat, stellarum exercitum pro filijs accipit; vt merito dicat D. Hieronym. de vera Circunciſione: *Humani contemptor seminis, pater vocatur astrorum.* Tantùm abest, quòd iterilis sit castitas Deo sacrata, quòd partus suos, cum astris componat, in numero filiorum, & claritate. Aiebat Isaias cap. 54. *Lauda sterilis, qua non paris, decanta laudem, & hinni, qua non pariebas: quoniam multi filij deserta magis, quàm eius quæ habebat virum.* Quando deserta vicit in habendis filijs copulatas viris? Quando Ecclesia Christi continentia, & castitate ornans ministros suos, cæpit regenerare populos in spem viuam: vt dicat D. Ambros. lib. 1. de Virgin. *Sancta Ecclesia immaculata coitu, fœcunda partu; virgo est castitate, mater est prole.* Sed scire cupis, quot ibi acquirat filios Christiana castitas, virginitas? Splendentes guttas à roscida Aurora cadentes numeret, qui filios scire cupit acquisitos à purissimis Christi ministris. Psalm. 109. aiebat diuinus pater ad filium: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te.* Hæc vltima verba multipliciter sonant apud traductores. Ex multis legit noster Malonatus: *Ex vtero ab aurora tibi ros progeniei tuæ:* Expende fidelium renascetium in Christo progenies, qualis sit: & si virgo sit Ecclesia Christi, non sterilis erit, quinimò habebit vterum, & habebit in vtero, & quot habebit in vtero virginitatis? Numerus renatorum non petendus ex partubus communibus, sed ex vtero auroræ; quot ab aurora guttæ, tot à ministrorum pudicitia acquiruntur filij. Pulchrè Caietan. in præsenti: *Generatio fidelium Christi, non erit sicut generatio qua mater generat vnum, aut duos filios: sed erit sicut generatio roris, qua aurora generat rorem: hoc est, quod erit generatio innumerabilium simul, sicut enim aurora generat simul magnam ronis multitudinem, ita erit generatio fidelium Christi.* Vniuersas superat fœcunditates fœcunditas virginea in acquirendis filijs; illa sola censetur fœcunditas dignacastissimis Christi ministris, quæ nescit non multos simul acquirere filios. Quò spectans Dominus Cantic. 6. ait ad sponsam: *Dentes tui, sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.* In candidis Ecclesiæ dentibus ministros intelligit candore continentiæ nobilitatos; quos etiam, dum virginea nitent puritate, oui-

oubus fœcundis comparat,& quibus ouibus? Explicat,cum ait: *omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.* Expende, vndè probet non esse steriles,nimirùm,quia omnes gemellis fœtibus:quasi steriles essent,nisi gemellos parturirent. Quis hoc diceret? An vt mulier non sit sterilis, requiritur, quòd gemellos parturiat? Cur ergò modo gemellos petit, ne oues censeantur steriles? Agit de castissimis Christi ministris, de virginitatis Christianæ fœcunditate,quæ tanta debet esse,vt sterilitas putetur,nisi plures simul generentur. Acutè Gillib. Abb ser. 24 in Cant. *Sterilitas reputatur,si vel vno fueris fœtu contentus.* Non vno,sed multiplici filiorum spiritualium agmine ornatur pudicitia Christiana:ex quo quis voluptati renuntiauit,ex quo carnem suam cingulo cõstrictam castitatis Deo mactauit,sic expeditus,& fœcundus est,ad filios spirituales regenerandos,vt minimè debeat contentus esse,nisi plurimos, eosque conspicuos Deo pariat. Vt de hac virginea prole,verius dicamus,quòd Cassiodorus. 3. variar. 6. ait de Deciorum prosapia: *Maximis luminibus Deciorum sanguis irradiat. Qui tot annis continuis simul splendet claritate virtutum. Et quamuis rara sit gloria,non agnoscitur in tam lõgo stemmate variata. Sæculis suis producit nobilis vena primarios,nescit indè aliquid nasci mediocre. tot probati quot geniti: & quod difficile prouenit,electa frequentia.* De qua religiosorum familia hæc verius dici non possunt? Equidem singuli Ordines sub castitatis baltheo fulgentes maximis luminibus radiant, nec tempora illis lucernas eripiũt, sed soles addunt. Sæculis suis nobilis hæc vena producit primarios,qui in doctrina, & virtute nesciant esse postremi,sed in omnibus primas rapiant. Tot probati,quot geniti, & in singulis electa frequentia est.

Gill. Abb.

Cassiodor.

§. XI.

Veritatis præco male audit apud mundiales, qui ad vana, & adumbrata excipienda alacriores sunt.

PRæcinctos vocat Dominus eos, quorum in manibus splendidissimæ, & ardentissimæ lucernæ apparent: & quid præcinctus cum lucernis? In præcinctis, parati notantur ad bellum,ad certamina,ad vulnera excipienda, & plagas: sic de passione Petri loquitur Dominus Ioan. 21. *Alius cinget te, & ducet quo tu non vis.* In lucernis Euangelicis veritatis manifestatio,solidæque virtutis illuminatio notatur. Cur ergò præcincti,hoc est,parati ad plagas cum veritatis, solidæque virtutis luminibus coniunguntur? Equidem nil magis in mundo coniunctum,quàm annuntiatio solidæ veritatis,& exceptio plagarum. Solæ apud mundanos triumphant vmbræ, leuissimæ vanitates,siquis seriam veritatem manifestè proclamat,is in se mouet mundialium iras, & vincula,& carceres. Componite modo Iosephum Patriarcham, & Ioannem Baptistam: vterque insignis pudicitia; vterque seruandæ pudicitię causa vinculis traditur,sed tàm similes in virtutibus viri,diuersissimos exitus habent, Ioannes in carcere capite truncatur,Ioseph in carcere obtinet Ægyptiorum Principatum. Vndè tàm læta Iosepho acciderunt,& tàm tristia Ioanni? Pulchram horum reddit rationem D. Chrysol. ser. 174. aiens: *Ioseph somnia, dum reuelat,euasit ex morte: Ioannes vt Dei filium reuelaret,suscepit, & mortem.* Et cur Ioseph mundiales fauores non acquirat, dum de somnijs tractat? Ille Ioannes,qui nudam, & seriam reuelat Dei veritatem, ille apud mundiales male audit, & mortis incurrit plagas. Ehù quàm mundus attentus est ad somnia; nil sciuit approbare, nisi quòd somniorum,& leuitatis sapore condiatur. Væ tibi si ablatis somnijs facem præferas veritati,seriam virtutem, & veritatem publices, fallar,nisi omnium in te concites iras. Solemnissimum est apud sacros scriptores, tã antiquiores, quàm recentes illum Angelum,qui toties veteribus Patribus apparebat,fuisse eumdem Dei filium, qui postea in veritate carnis venit in mundum. Quo posito Gen. 18. erat Abraham in ostio tabernaculi, *& apparuerunt ei tres viri stantes propè eum,quos cum vidisset,cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, &c.* Itaque vt notauit Paulus è tribus visis vnum adorauit,summoque honore excepit. Similiter Gen. 32. dum Iacob maneret solus: *ecce vir luctabatur cum eo:* nec Iacob in luctatorem, prouocatoremq; suum irascitur, quinimo illum honorifice excepit ab illoq; benedictionẽ contendit. Tãdẽ nec soli Abrahamo, nec soli Iacobo verbi diuini apparatio fit; sed vt ait Ioã. 1. *Verbũ caro factũ est, & habitabit in nobis;*

Chrysol.

Gen. 18.

Ioann. 21.

Ioan. 1.

nobis, Insuper, *in mũdum venit, & sui eum nõ receperunt*: præterea de illo clamant ad præsidem: *Tolle, tolle crucifige eũ*. Cur ergo qui tam male audit apud suos, qui vsque ad mortem afflictus est; tam honorifice excipitur à patribus antiquis? Vnde antiquitus apparẽs adoratur, & post modum crucifigitur? Antiquitus erat sola Dei hominis apparentia; post modum fuit ipsa veritas; & dum confícti corporis apparentijs vtebatur, nihil mali in mundo audit, imo ingẽtes honores acquirit; verum ibi Deus in veritate carnis apparet, ipsamque veritatem ablatis vmbris exhibet, quasi mũdo iniurioſus habetur, & plectitur. Pulchrè ex his D. Chrysolog. ſermon. 131. ait: *Si toties Deus in figura hominis videtur, quid est cur Iudæus hominem videns Christum, sic exasperatur? Nisi forte figura honor veritas putatur iniuria*. Quid argutius? Figura, adumbratio, vana rerum ſpecies honori habetur apud mũdiales, veritas ſolida, iniuriæ datur. Quæſtionem fecerat apud ſapiẽtes Æthnicos diuerſa Herculis, & Catonis fortuna: Hercules in ſumma fuit omniũ veneratiõne, in ſui adorationem homines traxit, verum Cato ab omnibus fere peſſun datus, & tandem fuit trucidatus. Cur tanta in Catonem mala, quando tanta in Herculem bona conferebantur? Ad hæc Seneca lib. 2. inſa pientem non cadere iniuriã, vbi fatur: *Cato cum feris manus non contulit, quas consectari venatoris est, nec mõstra igne, ac ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit, quibus credi posset cœlũ vnius humeris inniti, excussa iam antiqua credulitate. Cum ambitu cõgressus multi formi malo, & cumpotẽtiæ immẽsa cupiditate, aduersus vitia ciuitatis degenerantis, & pessum sua mole sidentis stetit solus*, &c. Cur non pereat apud mundanos, qui nudá veritatem prędicabat, ille dum fingit humeris cœlos ſuſtentare, dum moſtra quædã horribilia à ſe deuicta garrit; dum venationes in auditas in medium profert, attonitos reddit auditores, eoſque in ſui adorationem trahit: hic autem non fictas feras, ſed vera vitia inſectatur, quo odium incurrit hominum mundialium. Caligant oculi mundanorum ad vera, aperti ſunt ad vana, quod vetula ſomniat, id magna diligentia exquirunt, mirantur: veras, clariſsimaſque ſanctorum virorum voces pro vitijs tollendis deſpiciunt, aſpernantur, imò diris proſecuntur plagis. Non ſic oculi ſunt iuſtorum virorum, de quibus Cant. 5. *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarũ, quæ lacte sunt lotæ, & residentiuxta fluenta plenissima*. Non otioſè dicuntur oculi columbæ lacteæ, ſed quia lac nullas redit inſemia gines, vt multi alij liquores reddunt. Ex quo D. Gregor. Nyſſen. hom. 5. in Cant. ait: *Quam orbem hæc est summa laus oculorum nihil inane, aut simulatum, & re vacuum, atque quod nõ subsistat adumbrare, sed ipsam veritatem cernere, nõ autem falsas huius vitæ species recipere*. Hoc habeant oculi Chriſtianorum, ne apud illos male audiant lucidiſsima lumina veritatis, quæ male audire ſolent apud eos, qui paſcuntur inanibus, & vanis.

Chryſol. Cant. 5. Nyſſen.

§. XII.

Religioſis viris inferendæ iniuriæ præcipuus auctor diabolus eſt.

PErſecutiones præcinctum iubentur Chriſti aſſeclæ ſuſtinere, dũ dicitur illis: *ſint lũbi vestri præcincti*; vt ſimili ſenſu dictũ fuit Petro, *alius cinget te*. Sed à quo præcingẽdi, hoc eſt, affligendi ſint, minime explicatur. Et cur non dicitur à quo in flagella, & plagas præcingi debeant? Sanè perſecutor religioſorum virorum non eſt, qui cernitur, homo; ſed qui non cernitur diabolus. Hic vnus eſt auctor inferendæ iniuriæ religioſis viris. Pſalm. 128. aiebat expertus Dauid: *Sæpe expugnauerunt me â iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi*. Suam impugnationem meminit, & non explicat, à quo fuerit illa excitata. Cur non explicas, ò bone, perſecutores tuos? Nonne in promptu erat Saul infenſiſsimus hoſtis tuus? In prõptu erat Saul ſed non illum memorat, vt qui ſciret præcipuum auctorem perſecutionum in religioſos viros, non eſſe hominem, ſed diabolum. Ad hæc D. Zeno ibi ait. *Tacito impugnantiũ nomine: impugnatio ſola memoratur, & cauſa memoranda eſt, cur auctores impugnationũ ſilentur: Omnes humanæ iniuriæ, quæ religioſis viris inferuntur: non eoſdem habent auctores, quos habẽt miniſtros. Executio quidẽ hominũ eſt ſed diaboli inſtinctus. Et huius nobis intelligentiæ Apoſtolus auctor eſt dicens. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinẽ, ſed aduerſus poteſtates mundi, potentes tenebrarum harum*. Non homines, ſed diaboli ſunt, qui religioſos viros inſectantur; & ſi ab ore hominis videantur calumniæ, iniuriæ, opprobria iaculari: intus eſt diabolus, qui linguam mouet, qui porrigit, imò immittit iniuriarum lethalia iacula.

Pſal. 128. Zeno.

Vndè

Vnde sapienter dicebat D.Iacobus in Ca-
D. Iacob. nonica sua epist.c.3. *Linguacõstituitur in mẽbris nostris, quæ maculat totũ corpus, & inflãmat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna.* Expende vnde sumat lingua ignem illum, quem iacit, nimirum ait, *inflammata à gehenna*, non à se accipit, nec à commotionis alicuius humanæ calore, sed à gehenna; hoc est, ab inferno, infernus est, qui in linguæ machina ponit flammas comburentes rotam natiuitatis nostræ. Sed scire cupis quæ sit hæc rota natiuitatis nostræ, inquam
Ambros. gehenna iaculat flammas suas? D. Ambrosio lib.11.de Iacõb cap.11.rota est *teres vita absque vlla offensione.* Et quidem vbi rota natiuitatis nostræ, hoc est, vbi vita teres, &
Gill. Abb. inoffensa percutitur, non ab alio qua à gehennali incendio patitur. Ad hæc Gillib. Abb.serm.24.in Cant. *Flamma talis de inferis est. Nam flamma quæ desursum est, pacifica est, bonis consentiẽs, & bonos faciens.* Quæ minime consentit bonis, sed bonos, & pios insectatur, percutit, inflammat non ab alio procedit, quam ab incẽdio gehennali. Quo circa illi, qui ad lectuli veri Salomonis admittuntur, simul aduersus hostes armantur,
Cant.3. dicit enim Cant.3. *Vniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos.* Quæ
Gill. Abb. verba ponderans Gillib. Abb.ser.16.in Cãtic. fatur. *Super fœmur, non propter femur, sed propter timores nocturnos, forte quia non est illis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum* Hi soli sunt hostes religiosorũ hominũ: aduersus hos se religiosi viri arment, homines vniuersos ament vt fratres.

§. XIII.

In persecutione exaltãtur, & clarius innotescunt iusti, eorum persecutores perimuntur.

QVam fœlix est iustorum hominũ sors! Flagellorum linguis, imò loris cingun tur; persecutorum exercitu cincti impugnãtur, & crudeliter arctantur. Quid erit igitur in viris iustis tãto hoste cinctis? An erit ruina? An erit perditio? Audi monentẽ Iesum cinctos suos: *Lucernæ ardentes in manibus vestris:* Non solum lucernæ, sed lucernæ ardentes in cinctorum ponuntur manibus: lucernæ vt illos magis persecutionibus inno tescere faciãt, ardentes vt comburant, in fauil lasque redigant aduersarios. Quando iustorum persecutor non arsit? Quando iustus è persecutione splendidior, & notior non apparuit? De se aiebat D.Greg.Nazianz.orat. *Nazianz.* 28. *Vnus ego audax, vt apparet, vnus in rebus horrendis spe bona subnixus, vnus cõstanter aduersa tolerans, & publice propositus, & priuatim contemptus, & ex bellis, quæ mihi inferuntur, Orienti, & Occidenti notus. O insignem audaciã! Si consistant aduersus me castra, nõ timebit cor meum.* Cur timeat inimicorũ castra, qui persecutione fit splendidor, & notior toti Orbi? Persecutionum flabra non extin gunt, sed accendunt iustum, & lucidissimas extollunt in flammas, vt notior Orbi appareat Machab.2.cap.7.septem fratrum passiones narrans ait: *Quarum vexabant similiter torquẽtes,* pro verbo *torquẽtes,* ponit Græcus, *basanizontes,* quod sonat D. Ambrosio in rotam agi. Notissimum tormentorum genus rota fuit; & fidelibus Christi auspicatissimum, vt enim qui in rota est, nequit deorsum ferri, quin toties in sublimi appareat, sic dum viri iusti quasi raptari ab hostibus cernutur, & sublimiores, & glorioſiores humana fortuna apparent. Ex quo pulchrè D. Ambros.lib.11.de Iacob cap.11.ait. *At ille cũ torqueretur immaniter: Dissolnis, inquit* *Ambros.* *corporis membra, sed adiungis gratiãpassioni, nec eripis solatiũ morti. Est enim vox tonitrui in rota, quia in bono, & in offenso vitæ isti⁹ cursu, cœleste resultat oraculũ: itaque illud, quod legi, nũc manifesti⁹ recognosco, quia rota intra rotã currit, nec impeditur, teres enim vita sine vlla offensione in quauis passione versatur, & intra hãc quoq; rota currit.* Quid pulchrius? Quot verba, tot erumpunt mysteria, duo ponderabo. In primis hæc vltima verba expendo, quod in iusti viri passione rota intra rotam sine offensione currit. Est locus Ezechielis 1.vbi dum mystici currus explicat rotas, ait, *aspectus earum, & opera quasi rota in medio rotæ:* Quę verba quæstionem faciunt expositoribus, qualiter rota in medio rotæ posit circum agi, & volui, quin mutuo rotæ impediantur? Quęstionem soluit. Ambros. in passione viri iusti, cuius vita teres, & vndique æqualis, mediis in curriculis maleuolorum hostium agitur, mordetur, impugnatur, laceratur, tunc sane Ezechielis panditur miraculum, & rota in medio rotæ currit, nec impeditur; quia iustorum vita teres, & æqualis absque vlla offensione, in quauis persecutione versatur, imò tunc ostenditur iam quasi in curru triumphali. Sed age expende

illud

illud primum, nimirùm, quod *vox tonitrui in rota, quia in bono vitæ istius cursu cœleste resultat oraculum.* Aiebat enim Psal. 76: ad Dominum. *Vox tonitrui tui in rotâ*: nec facile intelligebatur rota supra quam cœlestia omnia tonarent. Quam rotam inuenit D. Ambros. in persecutione iustorum; vbi enim iustorum vita æqualis ab hostibus circumagitur, impellitur, rotatur; imò raptatur, tunc pro iusto extollendo diuina resultant oracula, & cœlum, & nubes testiũ intonant eorum gloriam, & persecutorum infamiam. Tũc vox tonitrui: & iustos clarificat, & persecutoribus fulmina minatur; quibus misere perdantur. Nunquam enim persecutio iustos non exaltat, & persecutores funditus deuastat. Illa exagitatur quæstio à D. Iustino, quæst. 74. Cur non possit timeri, quod Gentilissimus iterum reuiuiscat; & Ecclesiam Christi perdat? Ad quam sic ipse respõdet: *Enim verò hæc tormenta, quibus & ante vsus est, gentilissimus sperans hac ratione se se conseruari posse in integro, & Gentilismũ abo leuerunt, & Christianismum firmius stabiliuerunt.* Vanè equidem putat Gentilis Christianismum persecutione perdere, quando persecutionis tormenta, nunquam non sciuere & ipsos persecutores perdere, & diuexatos iustos magis conspicuos reddere: Nullus prius perditur in persecutione, quam persecutor, vnde dicebat Dauid Psalm. 117. de persecutoribus suis: *Circumdederunt me sicut apes*, &c. Cur sicut apes? Nam apes in inferendo vulnere primæ ipsæ cadunt: accenditur iris apicula, & tota irascens vultum hominis aggreditur, cuspidem infigit, & subito ipsa perit. Rem explicat D. Ambros. Psalm. 45. in Iuda proditore. Is Luc. 22. factus dux latronum, Iesum agreditur, & impudentissimus omnium, audet Iesum osculo petere, infigit osculum, capitur amicitiæ signo Iesus meus. Quid tunc? non multùm pòst; adhùc viuente Iesu, ipse proditor suspendio perditur. Accipite pulchra Ambrosij verba. *Osculum dedit proditor, infudit venenum, mortem irroganit, cuius aculeum quidẽ Christus obtudit, sed solus proditor non euasit*: Sic in inferendo vulnere, solæ apes pereunt: sic in inferenda iniuria, solus persecutor perditur.

Psalm. 76.

D. Iustin.

Psal. 117.

Ambros.

§. XIIII.

Illi veri Dei ministri, qui familiares suos docent in propriæ vilitatis cognitionem venire.

INsuper crediderim Christi discipulos præcingere lumbos iuberi, vt expediti serui appareant, portantes in manibus lucernas ardentes. Sed cur ardentes? Nonne sufficeret, quod lucernas ipsas portarẽt, cur ardentes maluit? In splendore, quoddam lucis tantum lenocinium exprimitur, quo ipe tantium oculi recreantur. In ardore nõ tolum lucis lenocinium, sed combustio exprimitur adiacentium, & vsque in fauillas, cineresque reductio, tales ergo sint Dei ministri, tale seruitiũ in mundo exerceant, vt quasi ardentibus facibus admotis, sic approximantes in cineres, & fauillas vilitatis propię conuerti faciãt. O quale istud officium seruorum Dei! Notissimũ, est illud mũdialium triumphorum; eodem curru cum triũphatore Consule seruus eferabatur; qui à tergo clamans naturæ vilitatem obijciebat triumphanti. De quo Iuuen. Satyr. 10: ait:

Et sibi Consul Iuuen.
Ne placeat, curru seruus portatur eodem.

Et Tert. in *Apol.* c. 23. *Suggeritur enim ei à tergo. Respice post te, homine memento te.* Non abimili modo, Dominus præcinctos suos ministros, & cùm lucernis ardentibus in mũdũ introducit, vt veluti serui clament, & sibi appropinquantes nõ lenocinio lucis recreẽt, sed ardore ignis, faciãt in fauillas prospicere propriæ vilitatis. O quã præcinctus ò quã optimus seruus ille apud Deũ inuenitur, cuius exflamati consortio, & colloquio glorioßissimi quique homines exeãt cineres & fauillas suas mirãtes. De illo seruo loquebatur Sap. 3: *Fulgebunt insti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.* Non solum lucidis fulgebunt radijs, sed & ardebunt tanquã scintillæ in arundineto. Scintilla in arũdineto discurrens omnia perdit, omnia absumit, videbis modo arundinetũ longis arũdinũ, hastis sublimẽ, extensis foliis opacum accedit ardens scintilla hinc inde discurrit, exurgit flãma, & subito arundines nudæ, fumosæ, semiustę, cinerũ prętendẽtes fauillas apparent. Hæc non perditio est? Forsitam erit perditio in arundineto, at in conuentu hominum lucrum est maximum, quòd sunt tales viri, tam ardentes, vt ex eorum

Tertull.

Sapien. 3.

con-

congressu nulla arbos humana suas non videat fauillas, extremasque nuditates. Pulchre ad hæc D. Greg. lib. 24. Mor. cap. 12. D. Greg. ait *Sancti enim viri dũ peccatoribus permiscẽtur, eos exemplorum suorũ igne succẽdũt, atq; per omne quod nitent, in cinerẽ reddũt, quia pietatis flamma consumpti, dum infirmitatẽ suæ conditionis conspiciunt nihil aliud quã fauillã se esse cognoscunt.* Nemo iustorum aliam cõuersationem habere nouit, nisi ex qua inflãmati proximi tumores deponant, propriasque fauillas cognoscant. Tres Angelos suscepit hospitio Abraham, quibus officiose astitit, quorum colloquijs gauisus est, & secreta diuina per illos sibi reuelari vidit, & tamen inter hos fauores, vbi primum incipit verbum facere, ait Gen. 18. *Loquar ad Dominum cum sim puluis, & cinis.* Nunquam tale auditum fuit antea, in ore Abrahæ, nũc primum se puluerem, & cinerẽ profitetur, sed & nunc primum dicitur habuisse longum cum Angelicis viris colloquium. Vbi enim Angeli eius intrant hospitiũ, cum eo fabulantur, nihil aliud de se, quam fauillas, cineresque audet testari. Proh conuersationem Angelicã, & dignam Dei ministris, ex qua nihil prius ediscũt proximi quique, quã propriam nosse vilitatẽ, & infirmitatẽ. Qui Dei minister hanc virtutẽ habet, qua mundialibus hominibus permissus illis, & cineres, & fauillas nudas proprię vilitatis obijciat, Angelus sit, necesse est, ab omnique corporea liber necessitate. Vide ardentem Eliæ zelum 3. Reg. 21. is enim coram rege stans, illi iratũ Deũ repręsentat, in famem mortẽ minatur, dura iam imminẽtia supplicia indigitat. Quid tunc? *Itaque cũ audisset Achab sermones istos, scidit vestimẽta sua, operuit silicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco.* Expende modo qualis egrediatur superbus rex à colloquio Eliæ, quam combustus, quã incinere, & cilicio humiliatus. Sed quomodo Elias ausus est sic conterere regẽ, sic illum humiliare? Angelicam vitam profitebatur, omnique expeditam corporea cupiditate, quo non dubitat regibus etiã proprias vilitates obijcere, malẽs omnibus mũdi bonis renuntiare, quam adulatorijs verbis proximiorem miserias ob vmbrare. De similibus aiebat D. Nilus in Ascetico: *Hæc illi gesserunt, cum neglecto corpore, corporisq; necessitatibus, solo se animo viuere indicarent. Ideò erant omnibus superiores, quia nulla re indigebant. Malebãt enim corpus relinquere, & vita, quæ in carne est, spoliari, quã virtutis prodere dignitatem, aut cuipiam diuiti propter impiam adulari.* Sic corpori renuntiare nouerunt ardentissimæ virtutis lucernæ, ne Christianam fædarent, aut proderent pietatem, dum mundialium appropinquatium fastus, potius affiant, quam tollunt, adulatorijs verbis, & blandicijs, quæ sua sunt quærentes, non quæ Iesu Christi. Quam rari Christi ministri hanc præcauent maculam? Vnus forsam Gregor. Nazianz. sua tempora lugens, Nazianz. ita fatur, orat. 27. *Neque ita comparatus sum, vt hominum beneuolentiam blanditijs, & assentatione surripere queam: quales multos eorum video, qui hoc tempore sacerdotij munus profitentur qui fidei nostræ pietatem, quæ prius simplex, atque artis expers erat: artificiosam reddiderunt: ac nouum quoddam politices genus, à foro ad sancta transtulerunt, & a theatris ad sacrarium: ita vt, si audacter hoc dicere oportet, duæ iam scenæ sunt, inter quas hoc dum taxat interest, quod illa omnibus pateat, hæc quibusdam: illa rideatur, hæc in honore sit, illa theatrijs, hæc spiritualis nominetur. Vos testes & Deus, nos ab hac parte minime stare, veritales esse, vt austeritatis potius, & rusticitatis, quam adulationis, & seruilis animi notam suscipere possimus.* Mundialium hominũ vita vocari consueuit scena verum ex quo adulationis lues religiosos etiam viros perua sit, iam non vna scena, sed duæ scenæ sunt, vita enim Ecclesiasticorum scena fit, vt mũdialis vita scena est, in vtraque enim ars viuendi viget, sub artificioque viuitur, & politices genus versatur, quod blanditijs, & assentationibus hominis beneuolentias expiscatur. Non sic Nazianzenus, non sic veri Ministri Christi, qui malint omnibus corporis bonis renuntiare, quam seruire mundialium cupiditatibus: tuncque se seruos vilissimos reputarent, si forte per laudum blãdimenta aliquid temporale cuperent suffurari.

Luc. 12. Et vos similes hominibus expectãtibus Dominũ suum, quando reuertatur à nuptijs: vt cũ venerit, & pulsauerit, cõfestim aperiãt ei.

§. XV.

Difficile intra humanæ rationis terminos se cõtinet, qui præceteris aliquo splendore insignitur.

Dixe-

DIxerat alias Dominꝰ ad discipulos suos estote perfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est: modo tãtùm iubet, quòd sint similes hominibus. Cur non potius Deo iubet suos assimilari? Cur non magis Dei, quàm hominum similitudinem affectari iubet? Loquitur ad eos, qui ardentibus lucernis manus plenas habeant; qui autem tot luminibus super alios lucere conspiciuntur, multũ erit, si se intra humanos terminos cõ
Psal. 48. tineant. Aiebat Psal. 48. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Expẽde quibus similis fiat homo, nõ hominibus similis fit, sed iumentis insipientibus. Vndè tãm misera similitudo illi obuenit, qua infrà humanũ decus factus pecoribus æquaretur? Psalmus notat aiens, cùm in honore esset, nõ intellexit, honor illi totam hominis rationem eripuit, honor, quo præ cæteris effulgebat, illum ad brutorum similitudinẽ deiecit. Est quidem in præcellentia periculũ ipsam humanam mentem amittendi. Vndè eleganter
D. Bern. D. Ber. epist. 237. aiebat: *Cõsidero gradum, & casum vereor. Considero fastigium dignitatis, & intueor faciem abyssi iacentis deorsum. Attendo celsitudinem honoris, & è vicino periculum reformido, pro eo quòd scriptum est, Homo cum in honore esset, non intellexit: honor absorbuit intellectum.* Vbi honoris aliquid, vbi aliquid excellẽtiæ vnum præ alijs occupat hominem, vix in illo aliquid hominis relinquit, honor obseruet intellectum, similitudinemque ingerit cum iumentis campi. Quisquis intra hominis mensuram, & perfectionem te continere amas, caue tibi ne aliquam in te præ-
Dan. 4. cellentiam intuearis, si enim hanc intueris, fallar, nisi hominem nõ deposueris. Dan. 4. Nabuchodonosor videns ciuitatem, cuius gloria cæteros superabat, ait: *Nonne hæc est Babylon magna, quàm ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore regis, vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum transiuit à te, & ab hominibus eijcient te, & cũ bestijs feris erit habitatio tua, &c.* Vbi lucidissima sua facinora aspexit, vbi decus, & gloriam, qua cæteros superabat notauit; non amplius, cum hominibus potuit existere, sed & hominem exuere, & habitare iubetur cùm brutis. Quo circa illa ait Richard.
Ric. Vict. Vict. lib. 2. de erud. interioris hominis cap. 51. *Quantum te supra homines extulisti per arrogantiam, tantũ infra homines deijceris per culpam, & cùm bestijs, & feris erit habitatio tua. Ab hominibus eiectus, ad feras, & bestias descendes.* Sic præcellentia solet rationem absorbere, & homines efferare. Sic in quo se præ cæteris splendescere quis nouit, solet stulteſcere, & cæcata ratione hominis, ad bestiarũ peruenire infamiam. Quò respiciebat Eliu. Iob 34. de Deo aiẽs: *Quid dicit regi, apostata.* Et quid regi cum apostata? Sanè eo ipsò, quòd quis in se aliquem nouerit primatũ, quòd in aliqua excellentia Princeps sibi videntur, nõ longè abest, ab apostasia, hoc est, à defectione, qua primi apostatæ, & desertoris ebibat insaniam, ab Angelorum, hominumque societate deiectus, & inter reptilia cõputatus. Aiebat enim sapienter D. Chry-
Iob. 34. sost. hom. 65. in Ioan. *Quemadmodum diuitiæ incautos perdere consueuerunt, ita & Principatus: illæ namq; in auaritiam, hic in insaniã hominem impellit.* Auarum faciunt diuitiæ: ipsi dentes dotes, & conspicuæ faciunt insanum absorta prorsus ratione humana, adeòvt nõ paruum sit hominis facinus, si inter præstantes naturæ, aut gratiæ dotes, ipsius beneficio gratiæ sciat se intra humanæ rationis terminos cõseruare. Non sciuit id Angelus, de quo
D. Greg. D. Greg. lib. 29. Moral. cap. 14. ait: *Despectis Angelorum societatibus dixit: Ascendam super altitudinem nubiũ similis ero Altissimo.* Sic vbi se præ cæteris adornatũ vidit, exquiri Angelorum societatẽ, & Altissimi similitudinem æmulatus, sempiternam incurrit stoliditatẽ. Sic & multi homines, dum in prælatura cõ-
Greg. stituuntur: de quibus idem Greg. ibidẽ, ait: *Sæpe nouimus, quòd pleriq; qui præsunt, inordinatum sibi metum à subditis petunt, & non tam propter Dominum, quam pro Dominis venerari volunt. Intus enim se tumore cordis extollũt, cũctosq; subditos in sui comparatione despiciũt, nec condescendendo consulunt, sed dominando premũt; quia videlicet alta cogitatione se erigũt, & æquales se illis, quibus eos præesse contigit, nõ agnoscunt.* Sic quilibet honor absorbet intellectum, & facit despicere æqualis naturæ consortium.

§. XVI.

Maxima iusti hominis virtus, quòd in nullo velit à multitudinis communitate eximi.

QVid maius à Christi asseclis peti potuit, quàm quòd facinorum lucernis splendeant, & nihilominus similes sint hominibus; non homini alicui præcellenti, & eminenti, sed communiter hominibus? Equidem ille virtutis attigit punctum, qui etiam inter maximarum virtutum, dotumque splendores, sic se cæteris omnibus adæquat, vt nullam præ illis prærogatiuam sibi

appropiet. Hoc virtutis ſuum atigit Dominus, dum habitauit nobiſcum, de quo Paul. ad Phillipp. 2. *Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo.* Expende *in ſimilitudinem hominum*, ſufficiſſet veniſſe in ſimilitudinem hominis alicuius inſignis, & conſpicui, cur non vnius hominis, ſed hominum maluit ſuſcipere ſimilitudinem? Sanè magiſter virtutis, nullam exceptionem, nullã prę rogatiuam amauit, qua à multitudine poſsit dignoſci, ſed ſic ſeſe omnibus exæquare nouit, vt tantùm vnus è multitudine putaretur homo. Pulchrè D. Ber. ſer. de Paſſ. Domini Fer. 2. *In ſimilitudinem, inquit, hominum, non hominis. Chriſtus enim in vniuerſali hominũ miſeria preſſus, & profundius ſe immerſit, ne ſubtilis ille diaboli oculus magnum hoc pietatis deprehenderet Sacramẽtum. Ideò habitu, & omni habitu inuentus eſt, vt homo, nec in eo quantum ad naturæ debitum ſignum aliquod ſingularitatis apparuit.* Proh Ieſu virtus ſingularis, dum nihil ſingulare amat, ſed ſe omnibus exæquãs hominibus, ſic ſe æquitate conditionis obſcurat, vt inter homines, ſolus eius numer⁹ poſſit dignoſci, ſi ſpectentur miſeriæ humanæ conditionis. Huc veniãt, qui etiam in ſequela Chriſti amat ſingularitates, exemptiones, & prærrogatiuas honoris; non æquidem in Chriſti ſchola virtutis honor venit à ſingularitate, & exẽptione, ſed ab æqualitate maiorum cùm minoribus. Hæc eſt magna prædicatio moralis virtutis in Chriſti ſchola. Propone tibi ob oculos totam Chriſti Domini vitam, illum concipiendum prædicat, & extollit Archãgelus Gabriel, Luc. 1. aiẽs: *Hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur*: conceptum iam in Mariæ vtero illum celebrat Ioannes ſaltibus ab vtero ſuæ matris: *exultauit infans in vtero meo, &c.* natum, & in præſepio reclinatum eundẽ Angelorũ exercitus glorioſis honorant cãtibus: & ſtella cæleſtis radianti lingua illũ publicat Magis Orientalibus. Quid tunc? Poſtquam à pueris exceſsit, virili iam pollens ætate permixtus multitudine accedit ad Ioannem baptizandus. Ait enim Luc. cap. 3. *Factum eſt autẽ, cũ baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante apertum eſt cœlum: & deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpecie, ſicut columba in ipſum: & vox de cœlo facta eſt, Tu es filius meus dilectus, &c.* Modò ipſe diuiniſsimus Spiritus, & Pater per ſe ipſum Ieſu patentiſsimas, & ſublimiſsimas virtutes prędicant. Sed cur Ieſu cõmendatio à cõceptu cõmittitur creaturis, à baptiſmo autẽ illã per ſe exercẽt Pater, & Spiritus Sãctus? Cauſam inſinuat textus aiẽs: *Factum eſt autem cũ baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, &c.* In Ieſu conceptu, & natiuitate diuiniſsimas Ieſu virtutes inuenies, ſed mixtas cum aliquali exemptione, & ſingularitate: vnus ille homo albũ virginis intemeratæ intrauit, vnus à virgine natus eſt, & altus virginali lacte, vtero de cęlo pleno. In Baptiſmo nihil ſingulare habuit quin potius ita ſe multitudini immiſcuit, ita ſe multitudini exhibuit parem, & æqualem, vt ſolus numerus videretur. Qua æqualitate, & communitate tale virtutis magiſterium oſtendit, quale nulla creatura, ſed Pater ipſe, & Spiritus Sanctus digne prædicarent. Chryſoſt. hom. 11. in Ioannem fatur: *Cum ſeipſum magis oſtẽdit, lõgè prioribus maioratus miracula apparuerunt, ſiquidem non amplius ſtella, nõ cœlum, non Angeli, non Archangeli, non Gabriel, non Michael ſed ipſe eum cœlitus pater, & cum patre paracletus loquens, irradiauſquè, & in eo permanentes prædicauit.* Minor eſt lingua cœlorum, Angelorumq́, quàm vt valeat tãtùm Chriſti magiſterium prædicare, quo ſingularitatis inſigne excludẽs ſeſe in abiectiſsimis etiã operibus, multitudini immiſcuit, exæquauit. Hoc tantũ magiſterium ſub maioribus decuit miraculis coruſcare, diuiniſsima q́ue ſummi parentis voce publicari, vt potè, quòd maximũ erat virtutis moralis inſigne. Et his lucem affero Iſaiæ, cap. 49, vbi ſic: *Et nunc dicit Dominus formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducã Iacob ad eũ, & Iſrael non congregabitur: & glorificatus ſum in oculis Domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea. Et dixit, Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus, &c.* Quæ vltima verba apud Septuag. ſonant: *Et dixit Magnũ eſt tibi, vt voceris puer meus.* Itaque qui in forma Dei erat, exinaniens ſe formã ſerui accepit in vtero virginis, quẽ ſic ſub forma ſerui cõſtitutum alloquẽs pater dixit iuxta vulgatã: *Parũ eſt, vt ſis mihi ſeruus*: verũ iuxta Septua. dixit: *Magnũ eſt tibi, vt voceris puer meus.* Quæ lis hæc cõtradictio? Quomodo vtrũq́, verũ eſſe poterit, & quod parũ ſit eſſe ſeruum, & quod magnũ ſit vocari ſeruum? Planè parũ eſt ſic ab vtero eſſe ſeruum, vt ſimul gloriã & honorem filiorum recipiat; illud magnũ eſt, ſi talem ſeruitutem ſubeat, qua in omni ſeruorum miſeria preſſus, nullam in ſe oſtẽdat exemptionis ſingularem prærogatiuã. Sic Ieſu, dum in ea forma ſerui apparuit, quæ & conceptu, & natiuitate ſingulari polebat, non adeò magnum aclamatæ abiectionis ſpecimen pretẽdit: vbi autem ſe ita viliſſimis ſeruis adęquauit, vt omni ſingularitatis & exẽptionis ſigno depoſito, ab extremis ſeruis nõ videretur diſſimilis; hoc fecit magnũ, & à Patre prędicabile virtutis inſigne. Quòd in Ieſu miratus D. Ber. vbi ſupra, ait: *Filius erat,*

D. Bern. Ad Phi. 2 Chryſoſt. Iſaiæ. 49. Luc. 1. Luc. 3. Bernar.

erat, & factus est tamquam seruus. Non solũ formam serui accepit, vt subesset, sed etiam mali serui, vt vapularet, & serui peccati, vt pœnam solueret, cùm culpam non haberet: Sic in assumpta seruitute, in omni etiam extremæ seruitutis miseria voluit esse, vt nullum in ea singularitatis signum ostenderet, sed communibus etiam vilissimorum seruorum se submitteret plagis. Quisquis ergò in ordine aliquo singulares prærrogatiuas amauerit, nil magnum in se credat esse, imò caueat in Christi schola non paruũ lapsum. Eliu Iob. 34. aiebat de Deo: *Qui dicit regi, apostata*, quasi apostasiam, & defectionẽ iunctam prędicet principatui. Sed cur Princeps, & rex tàm sibi iũctam habent apostasiam? Mundialis Principatus proprius est ille factus, quo quis exemptiones, & singulares prærrogatiuas amat, vt singularis appareat, cui affectui, quam proxima est semper apostasia. Aiebat D. Gregor. lib. 4. Moral. capit. 14. fatus. *Vnusquisq; enim superbus rector toties ad culpam apostasiæ delabitur, quoties praesse hominibus delectatus honoris sui singularitate lætatur.* Cui cordi est exẽptio, & singularitas, proxima proculdubio est apostasia, hoc est, à Deo defectio, vel reiectio suauissimi iugi Christiani. Ideò etiam, à iure exemptos monebat Ecclesiasticus cap. 32. *Ducem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex illis*: in nullo laboris pondere à multitudine separatus.

Iob. 34.

D. Greg.

Eccles. 32

§. XVII.

Iustus homo multiplici virtutum studeat varietati.

NOn vni alicui homini studeat iustus solum ãsimilari, sed hominibus: hoc est multorum in se transferat virtutes. Id quod in dilecta sua amabat Dominus Cant. 7. inquiens: *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Theodoretus legit: *In portis filiæ multorum.* Expende vndè cõmendetur sponsæ præstãtia, quę sit instar filiæ multorum. Nonne ignominiosum est, & turpe homini vocari multorũ filium? Equidẽ in carnali generatione id ignominiosum est, at inspirituali natiuitate virtutum præstantissimum, lucidissimum. Tũc enim pulchris splendes virtutum luminibus, cùm nõ vnius, sed multorum in te exprimis similitudines. Ad hæ Theodoret. ibi de iustis hominibus, inquit: *Siquidem à magno Moyse, & à Iesu filio Naue, & à Samuele Propheta, & à Dauide, eodem tum Propheta, tùm rege, & ab Isaia, & Hieremia, & Daniele, & Ezechiele, & ex Apostolis, & à Doctoribus qui post illos fuerunt, lacteis vtilitates excipiunt. Ideò sponsus ait: Oculi tui sicut lacunæ in Esebon in portis filiæ multorum.* Hinc sanè sese extollunt sponsæ diuinę lumina, quòd aliquam in se ferè omnũ sanctorum exprimãt similitudinem: quòd non ad vnius, sed ad multorum se virtutes efforment. Hinc producturus Dominus hominẽ perfectum, & absolutũ, ait Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã.* Putatur hęc vox fuisse summi parentis ad filium: vt sic pater Deus duas personas contiõ caret ad humanum opus. Sed cur dicit, faciamus hominem ad similitudinem nostrã? Cur magis nõ dicit filio, fac hominem ad similitudinem tuam? Planè in conditione naturæ humanæ meditabatur Deus sponsam filio suo iungendam, quę minus digna videretur, si ad vnius, & nõ ad similitudinem fieret multorum. Quo spectans D. Zeno ser. 3. de Gen. ait: *Non is quit, fac ad tuam, sed ait, faciamus ad nostram, ne quam filius hominẽ ille daturus pati videretur iniuriam.* Quasi iniuriosum esset filio Dei eam humanitatem ducere, quæ vnius, & non multorum prętenderet similitudinem. Vbi enim homo instar filiæ multorum viguit, hoc est, pluralitatem personarum diuinarum expressit in virtutũ similitudine, perfectus fuit, & Deo gratissimus. At vbi plurium similitudinem virtutũ exuens, sese ad vnam addixit, ex tunc cæpit Deo esse odiosus, & iniurius. De illo diuinitatem solã affectante aiebat Dominus Gen. 3. *Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus est.* Ex quo eleganter cõcludit Orig. hom. 1. in Ezech. *Ergò quando peccauit Adam, tunc factus est quasi vnus* Quãdo multorum exprimebat similitudinem in varietate virtutum, tunc diuino parabatur coniugio: quando non multis, sed vni assimilari curabat, iam inde apparebat peccator, & Deo iniurius. Quippè Deo ille potest placere, qui se illi assimilare contendit in varietate virtutũ. De quo plura diximus lib. 14. cap. 2. §. 8. & lib. 13. cap. 2. §. 9. & alibi.

Cant. 7.

Theodor.

D. Zeno.

Genes. 1.

Genes. 3.

§. XVIII.

Fœlix est, cui temporalium bonorum finis datur inspiciendus.

EXpendendum maximè est, quãdo permittatur fœlicibus seruis expectari, & spectari Dominus, nimirũ, quãdo reuertatur

à nuptijs; non quando ad nuptias vadit: sed quando post finitas nuptias, extinctis iam facibus reuertitur. Proh fœlicitatem seruorũ, quibus non nuptiarum splendor, põpa, conuiuia, cantus, diuitię, sed omnium horum finis spectari conceditur! Fallar, si spectato bonorum temporaliũ fine, possit quis circa salutem suam, cæcitatem habere. Inter omnes cæcitates summa est Iudæorum cæcitas, de
2. Chor. 3. qua dicebat Paul. 2. ad Corinth. 3. *Vsque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* Sanè nulla gens sic cæca est ad salutem; ad diuina, & ęterna mysteria percipienda. Sed scire cupis vndè Iudæi sic cæci ad Moysem feruntur? Vndè tam affecti ad lacteam illam, melleamq; Moysis
Deut. 34. terrã, vt præ illa non videant, nec videre velint terram viuentium? Deuteor. 34. habes quòd Moyses separatus à populo ascẽdit in montem Nebo, vt contemplaretur promissam terram, qua visa: *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini, in terrã Moab iubente Domino: & sepeliuit eũ in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem.* Nulli hominum datũ fuit videre sepulchrum Moysen, videre finẽ Moysis, & indè nata est tanta Iudæorum cæcitas
Drog. circa Moysem. Ad hæc Drogo Hostiẽsis ser. de Pass. ait: *Proterea vsque hodie, dum legitur Moyses, velatã habet faciẽ, quia ab homine mortali sepulchrũ eius non inuenitur.* Audit Iudæus Moysem, & cæcus totus intendit ad lacte, & melle manantem terram, totus intendit ad temporalem regni splendorem, nihilq; amplius cupit, quia nõ videt sepulchrũ Moysis, non illi ostenditur finis Moysis, qui si ostenderetur, nullum iam velamẽ maneret, nulla cæcitas non tolletur. Ehù quibus nõ conceditur cernẽdus, finis bonorum temporaliũ; non miror, quòd hi eam incurrant cęcitatẽ, qua decidant in æternã inferni foueam. Illi fœlices, quibus nihil prius cernendum datur in temporalibus bonis, quàm finis eorũ, hi, fieri vix potest, quòd pateant hostili incursui. Cùm ægrotasset Ezechias, addita fuit illi
Isai. 38. à Deo temporalis vita, ait enim Isais. 38. *Ego adijciã super dies tuos quindecim annos.* Sed illud venit notãdum, quòd regi Ezechiæ nõ additur vita indefinite, vt cæteris omnibus conceditur communiter; datur enim hominibus vita, sed non explicatur illis vitæ terminus: Ezechiæ additur vita, & simul illi explicatur terminus eius, & finis, dum ait, adijciã super dies tuos quindecim annos. Et cur terminus vitæ illi explicatur? Ait D. Cyril. Alex. lib. 3. in Isaiam tom. 4. cap. 38.
Cyr. Ale. *Terminos vitæ adiectæ designat, vt finem intueus, & se prorsus, penituſq; morituram sentiens, morbũ superbiæ non sinat in animum intromitti.* Vbi vitę terminus ob oculos versatur: penitus intercluditur additus vitiosis cupiditatibus, quid cupiat è mundialibus bonis, qui eorum cernit occasum? Quomodo decipietur splendore, cuius nihil priùs videt, quàm cineres? Fallar si à fine vitæ conspecto, quis in virtutum operatione nõ euadat singularis. De Iesu miraculis, & virtutibus audierat multa Herodes, & miratus tantas virtutes in homine, ait Mar. 6. *Quem ego decollaui Ioannẽ, hic à mortuis surrexit:* imò vt ait Matth. cap. 14. *Audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioãnes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo.* Cur necessũ fuit Herodi recurrere ad mortuũ, vt Christi Domini virtutibus daret causam? Vel cur illas virtutes putauit à mortuo magis, quàm à viuo fieri potuisse? Tantã vim esse putauit in mortis cõspectu, vt à mortis falce, nõ nisi ad nouas, & inauditas virtutes ascendi posse sapientes iudicarit. Vndè D. Damas. orat. de Damasc.
Transfig. ait: *Nam quia tantam miraculorum abyssum perspiciebant, vnum aliquem ex veteribus Prophetis esse suspicabantur, qui à morte ad vitam redijsset, atque hinc effici, vt tantam gratiam consequeretur.* Non enim à mortis conspectu itur, nisi ad magnam gratiã, vt pateat quàm fœliciter nobis inspiciendus datur finis rerum humanarum. De quo plura supra lib. 6: cap. 4. §. 2. lib. 12. cap. 3 §. 12. in fine. lib. 11. cap. 7. §. 6. lib. 14. cap. 9. §. 1. & §. 7. & sæpè alias vbi per vniuersos libros fit mẽtio de efficacia memoriæ mortis, de qua passim.

Mar. 6.

Luc. 12. Beati serui illi, quos cũ venerit Dominus, inuenerit vigilantes, amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

§. XIX.

Veram sibi gloriam æstimat Dominus, quàm dat suis.

ECce tibi quid faciat Dominus sua iam in gloria cõstitutus; faciat suos discũbere, & præcinctus transiet, & ministrabit illis, quid ministratio cũ regno? Quid cum gloria paterna tanti obsequij exhibitio? In mũdo formam accepit serui, in mundo ministrauit, extremamq; exercuit seruitutẽ, in patris

regno

regno, cur nō magis ipse sedet in gloria, cur nō magis gaudet ipse paterno cōuiuio? Cur nō magis à ministerio quiescit? Equidē vbicunq; sit Iesus, illam sibi gloriam æstimat, quam ministrat suis. Pulchre D. Ennodius Ethica. 2 pungit Ethnicorum Deos, qui cō fingebatur fœminam matrem immortalitate donasse, relicto eius filio in misera hac, & mortali vita. Ait enim: *Non est præmiū immortalitas, quàm nec genitrix transmittit ad sobolem, nec per eam, quod filius casibus furetur, occurrit.* Equidem si in aliquo, in Christo Iesu verùm habet hoc dictū, qui nō reputat præmium, nec reputat immortalitatem, nec reputat gloriam, quàm non transfert ad sobolem, quam non ministrat, & cōfert suis. Tūc ipse immortalis, tunc ipse gloriosus, tūc ipse epulatur: cùm æternum conuiuiū immortalibus ministrat filijs. Hinc de gloria Iesu locutus Isaias cap. 54. ait: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semē longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo, quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur.* Bis dicit, quòd videbit, & toties Glossa interlinealis explicans illud, quòd Dominus ad saturitatem, & perfectionem gloriæ videbit, præfixit supra, *videbit fideles in perpetuum regnare.* Nemini ignotum est cumulum beatitudinis, & gloriæ in visione consistere: tūc saturitas, tunc affluentia bonorum, tunc regnum, tunc diuitiæ immortales, cùm purus oculus Deum videat. Sic Isaias cap 60. *Tūc videbis, & affluës*: sic Psal. ait. *Satiabor cum apparuerit, &c.* De Iesu autem gloria dicitur: *videbit semen longæuum, videbit, & saturabitur.* An alia est forma gloriæ in Iesu, & alia in cęteris beatis? Absit. sed Iesus tūc præcipuè reputat suam gloriam, reputat suum regnum, reputat suam saturitatem, cùm illam ministrat, & ad suos transfert. Proquo dicebat Forerius: *Vbi Iesus viderit semen longæuum, saturabitur: ideſt, plenè sibi satisfactum putauit: hoc vno sui laboris præmio affatim cōtētus erit. Hæc sunt viscera Dei nostri, vt tunc bene habere dicatur, cùm res nostra bene habēt: tunc comedat, tūc quiescat, tunc deliciis affluat.* In eo totam suam exaltationem, & gloriam constituit Iesus, quòd illam soboli spirituali possit communicare, tunc sedem suam celsissimam ostendit, quādo facit suos discumbere, tunc se saturum promit, cùm cōuiua suis ministrat lautissima: tunc nimis exaltatus apparet, cū ad regni solum exaltat suos. Denique solam illam exaltationem, & gloriam suam reputat, quàm suis ministrat. Quò spectabat illa visio Æsdræ lib. 4. c. 2. *Ego Æsdras vidi in mēte Siō turbam magnam, quàm numerare non potui, & omnes canticis cōllaudabant Dominū. Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur.* Expende in quo magis exaltabatur, nimirū in ministrādis multitudini illi coronis. Sed illud difficile est, vndè educebat diuinissimus ille iuuenis tot coronas? Ait Psal. 31. *Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Vbi Chaldæus ponit: *Super ipsum autem efflorebit corona eius.* De qua corona D. Amb. ser. 15. in Psa. 118. ait: *In hac corona omnes coronæ sunt.* Erat igitur coronatus iuuenis ille filius Dei vniuersis coronis, quas de suo capite summēs singulis eorum capitibus imponebat, & magis exaltabatur. De eodem Dei filio dicit Apoc. 19 *In capite eius diademata multa, habens nomē nō num, quod nemò nouit nisi ipse.* Habens hic suo coronas in capite, nō dicitur exaltari, quim potius eius nomen ignotum omnibus explicatur. Et cur quando de suo capite sumēs coronas illorū singulis imponebat magis exaltabatur? Cur non magis exaltabatur, cū sibi ipsi soli tot super positas haberet coronas? Sanè filio Dei non est præmium immortalitas, nec regnum, quòd nō transmittit ad sobolem: suam æstimat victoriæ exaltationem non tàm in habendis, quàm in ministrandis coronis. Et quidē ille verè Dei filius, qui solam æstimat gloriam, quàm non sibi soli, sed spiritualibus communicat filijs.

Ennod. *Isai. 54.* *Isai. 60.* *Forerius.* *Æsdræ. 4.* *Psal. 31.* *Ambr.* *Apoc. 19.* *1. Cor. 10.*

§. XX.

Diuinissima, regalissimaquè virtus est, poscendis occurrere animabus.

ECce tibi Dominus non alto fixus solio manet, indè daturus iura, à sęculorū negotijs vacuatus, quin potius præcingit se, & transiens ministrat. Nō equidem in quiete, & ocio, sed in trāsitu, & negotio regalis Dei spiritus, & virtus monstratur. In venio apud antiquos piscinam, & fontem, in quibus diuina virtus, & regalis spiritus significabatur; picina Bethsaida progregibus abluēdis erat: fons de petra in deserto scaturiens pro populis adaquandis. Piscina in se quiescens ab Angelo turbabatur, & accedētem sanabat, nulli tamen ipsa præferebat, aut salutē, aut vtilitatē. Nō sic petræ fons, sed totus se effundēs, & petrę obliuiscēs stabilitatē, simul cū petra ipse currebat, necvbi populo deficeret potus salutaris. Hæc notās Paul. 1, ad Corinth. 10. ait: *bibebant autē de spirituali, cōsequente eos petra, petra autem erat Christus.* Pisci

na expectabat accedẽtes in se quietè, & stagnata; petræ fons populos cõsequebatur. Cur non magis petræ fons expectabat accedentes? Rationem insinuat Paulus aiens: *Petra autem erat Christus*: in piscina erat aqua sub Angelo turbata, à petra scaturiebata quasub Christo; in illa virtus seruilis erat, in hac regalissima, & diuinissima virtus exprimebatur, quæ in cursu, & transitu est, ne cui hominum deficiant vitales latices. De quibus dicebat D. Amb. in Psal. 45. *Non bonæ aquæ, quæ turbãtur, & potum præbere non possunt. Meliores sunt, quæ pertranseunt, sicut scriptũ est; inter medios montes pertransibunt aquæ, & potabunt omnes bestiæ agri; suscipient onagri in sitim suam.* Sunt equidem, qui spiritu seruitutis aguntur, adeò sibi solis cõsulentes, vt nec accedentis proximi saluti prospiciant, sine ingenti turbatione, vt videantur malle, nemini esse salutares. Quos autem Christi charitas vrget diuinissimus, & regalissimus spiritus, quietem inutilem abiurant, & instar fluminis impetus inter prærupta mõtium pertranseunt, vt vel minorem sitim satient. Nequit regius animus apparere stagnatus, sed flueas, & transiens omnibus propinat sacietatem. Quis nesciat Iacobum apud Labanum seruientem? Quis ignoret Dauidem apud Saulem regnantem? Ille in seruum admittitur à Labano, hic à Saule admittitur in Principem exercitus, & inter sobolem regalem. Sed Iacob seruus accipit duas Libani filias in vxores, nempè Rachelem, & Liam, in hac negotiosam actiuitatem, in illa quietã, & sibi vacantem vitam amplexatus. Dauid vnam tantùm filiam Saulis ducit, quæ vocatur Michol, cuius nominis significatio est, *Quid omnia?* quasi omnibus ministerium exhibeat. Sed cur Dauid vnius Michol gaudet nuptijs, in qua vita omnibus intenta explicatur? Cur ad alterius non accessit coniugium vt tãtùm vacaret sibi? An Dauid Iacobo minor? Imò quia Dauid Iacobo maior, qui regio confirmatus erat spiritu, sic se efformauit, vt non sibi soli vocaret, sed se in multorum salutem effunderet. Dicebat enim D. Greg. lib. 5. in 1. Reg. cap. 14. *Quid est, quòd Iacob vtramq; sororem habere licuit, Dauid autem ad maioris thalamum non peruenit: nisi quia Dauid rex fuit, Iacob verò rex non fuit? Qui ergò regimen animarum suscipit, hic censura ecclesiastica susceptum gregem deserere, & remota vitæ otijs vacare non sinit.* Qui rex est, qui regio ducitur spiritu non sibi soli vacandũ putet, sed eam vitam instituat, quæ sciat transire ad proximorum vtilitatem, & salutem. Vt dicatur de illo, quòd Cãt. 5. dicitur de Christi comis; vbi enim noster, ait; *Coma capitis tui, purpura regis vincta canalibus*; legũt Septuaginta: *Rex ligatus in transcursibus*: non enim, tàm decet regem sepeliri, & stagnari intra secreta penetralia, quàm in trãscursibus esse, vt omnibus proponat salutem. Nec tàm regem designat corona, quàm cursus protutandis hominibus.

Ambr.

D. Greg.

Cant. 5.

§. XXI.

Qui hominum ministrant saluti, sese vel in habitu hominibus conformare solent.

PRæcingit se Dominus ministraturus vitam halantia conuiuia: sed cur præcingitur Dominus, nisi quia ministraturus vitã accedit hominibus præcinctis? Sapienter equidem sese aptat ad moderãdos hominum animos, qui sublimem, & à vulgò longè remotam vitam, & salutem scit sub habitu cõmuni propinare. Nazianz. orat. 23. Heronis Philosophi Christiani, & ob Christum exulantis Philosophiam indè extollit, aiens: *Cũ Græcorum, qui pallio, & promissa barba grauitatis speciem præ se ferunt, festum atq; insolẽ iam reprimere operæ pretium esse censeret; quid nã facit? Et quonam pacto Philosophiam tractat? Medius quodammodo inter illorum vanitatem, & nostram sapientiam incedit, atque illorum quidẽ habitum, & laruam, nostrorum autem veritatẽ, & sublimitatem profitetur.* Expende viri sapiẽtissimi artem ad comprimendos Græcorum fastus, cùm veritate, & sublimitate viuendi, simul laruam eorum prętendit. Sic nõ pauci alij ex religiosissimis viris inter virtutũ sublimitates, non nihil de mundialium larua præ se ferebant, quo mundiales homines ad Christum traherent. Sed & ipse Dominus, & magister orbis, vt ait Paul. ad Philipp. 2. *habitu inuentus vt homo*, hoc est, in diuinissimo viuendi modo, non à communi hominũ conuersatione alienabatur, & nuptijs adens, & Principum mensis accũbens. Et cur Dominus hoc communi hominum habitu vtebatur? Ait Theodot. Episcop. orat. de Christi natiuitate habita in Concil. Ephes. *Vt venationem non effugaret.* Solẽt enim venatores de syluarum colore sibi vestes effingere, imò & sub pictis boum, aliorumque imaginibus se abscondere, vt dũ prædis consueta representant, auctiorem venationem faciant. Sic Dominus, sic sanctiviri larualem etiam mũdialium habitũ, pro similitudine, absq; peccato, solent repræsentare, vt prosint plurimis. De quo suprà lib. 2. cap. 2. §. 2. & cap. 3. §. 12.

Nazianz.

Theodot.

§. 12. & lib. 3. §. 1. Sed sunt multi sancti viri, qui larualem mundialium habitum prorsus abominentur, & semper prosequãtur maledictis, nunquam non illum virtuti habentes suspectum. Hi equidem non valdè in virtute sunt firmi, sed adhuc imperfecti, & paruuli ad laruas contremiscunt, & clamãt. Sic

Æster. 14 Æsther cap. 14. indutura purpurã pro salute populi sui, tota tremens exclamat: *Tu scis Domine necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud, &c.* Pulchrè Petrus Dam. in opusculo. 12. de contẽptu sæculi, cap. 19. in his agnoscit voces imperfectorum, ait enim: *Sunt qui vilibus indumẽtis rectæ intẽtionis studio diutius assueti, si contingat aliquãdo, vt quãtum libet potioribus induantur, liberæ humilitatis supercilio dedignantes fastidiunt, & sicut alij fœdis, ita isti pretiosis indui vestibus erubescunt, delicatos sanè habitus tolerant, despicabilium asperitate fruuntur: fiunt illis omnia corporis ornamenta dedecori, deformitas honestati. Horum quidem Æsther speciẽ tenuerat, cum dicebat: Tu scis Domine necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ, &c. Hi quidem sancti desiderij ardore feruescunt, adhuc tamẽ aduersus suarum passionum tentamenta cõfligunt.* Qui nihi Æstheris discipuli prævalebunt, vt su habitu cultiori sempergenuãt? Sanè in conflictu sunt, qui nondum robora virtutis non sentiunt, nunquam non timidi, & gementes ad has mundialiũ laruas accedant. Est tamen nobilis fœmina Iudith, lacrymis innutrita, cilicijs armata, quiavbi populi salutem sperat, nihil timens ad mundum recurrit muliebrem, & de mũdiali larua, sibi parat trophæum. Iudith.

Iudith. 10 10. *Astulit à se Iudith cilicium, exuit se vestimentis viduitatis suæ, & lauit corpus suum, & vnxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suũ, &c.* Cur nõ times ò bona resumere, quæ dè posueras ornamenta? Cur nõ magis abominaris mundum muliebrem? Quæ fortis est, & in sublimi perfectionis constituta, nõ laruas metuit, imò de laruali mũdi habitu glo-

Pet. Dam. riosas victorias spectat. Ad hæc Petrus Dam. vbi supra: *Alij autem ad tantæ mortificationis celsitudinem peruenerunt, quod iam advtraq; velut insensibiles facti, sicut vilibus indui consuetudinaliter expetunt, ita etiam, vbi res exigit, pretiosa quaq;, vel nitida, nullatenus per horrescũt: vtraq; scilicet vno contẽplantes aspectu, quos nimirùm mollia non resoluunt, & aspera non affligunt. Istorum quoq; forma Iudith fuerat, quæ videlicet cilicijs eatenus vsa, cùm necessitas petijt, diuersis se corporeæ venustatis insulis adornauit, sacra testante scriptura, quæ ait:* Abstulit à se Iudith cilicium, exuit se vestimentis viduitatis suæ, lauit corpus suum, & vnxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitrã super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitq; sandalia pedibus, suis, &c. *Cùm his igitur ornamẽtis sancta fœmina, & veræ circa se humilitatis custodiã tenuit, & eum, quo locupletata fuerat, paupertatis spiritũ non amisit.* Imò sub hac mũdi larua, sub hac mundiali imagine in prædã traxit Assyriam columbam: sicut enim venator sub bouis depicta imagine agrestes colũbas capit; sic bona fœmina sub laruali mundi habitu Assirium ducem, pro cuius signis erat columba, in prædam adduxit.

§. XXII.

De vnius Iesu spiritu venit, posse multis in obsequio placere.

QVi docuerat impossibile duobus Dominus seruire, nunc ipse plurimos faciẽs recumbere, trãsiens ministrat illis. Et quis, nisi solus Iesus gratum seruitium exhibebit plurimis? Isaias cap. 54. apud lectionẽ *Isai.* 54. Septuag. ait. *Velut Dominus auferre laborem animæ eius: ostendere ei lumen, & formare intelligentia, iustificare iustum, bene seruiẽtem multis.* Et quis est adeò iustus, & sapiens, qui benè seruiat multis? D. Cyril. Alex. lib. 5. in Isaiã *Cyr. Ale.* tom. 1. cap. 53. ait: *Iustos autem benè seruiens multis, non alius quisquam intelligi potest, præter Dominum nostrum Iesum Christum.* De vnius Christi spiritu venit, quòd gratum seruitiũ exhibeatur multis; quòd diuersitas nationũ possit in vnum conuenire, ad eademque recipi cõuiuia. Id quòd vni Christò acceptum referebãt nationes Apoc. 5. aientes. *Redemisti nos in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, &c.* *Apoc.* 5. Quàm bonus seruus, cui non obfuerunt tot diuersitates Dominorum, tot cõtrarietates morum, tot differentię linguarũ, sed per omnes trãsiens, sic vniuersis morem gessit, vt in vnum Dei regnũ traheret. Quod miratus Rup. lib. 4. in Apocal ait: *Ex hoc homines multum à semetipsis dissentiunt, quod multarum tribuum, dissonantium linguarum, dissimilium populorum, & diuersarum sunt nationũ.* *Ruperi.* *Porrò ex hoc adeò dissentiũt, quod à Diabolo capti diuersorum tenentur irretiti laqueis errorum. Sed tu redemisti nos Deo, vt faceres Dei filios, vt filios Dei, qui erant dispersi congregares in vnum.* Solus Iesus potuit, tàm diuersis, & disiunctis nationibus sic gratus accidere, vt omnes in

vnum cõuiuium reuocaret. Huius reſpiciebat obſequia trahentia homines Pſal. 44. dũ ait: *Sagittæ tuæ acutæ*, in Græco legitur, *potentiſsimæ, populi ſub te cadent.* Vbi ſapienter per potentiſsimas has ſagittas intellegit Chryſoſt. non vaſa mortis ad perimẽdum, ſed beneficia, quæ charitate vulnerant, & trahunt. Illud verùm difficile eſt, quòd inueniantur obſequiorũ ſagittæ adeò validæ, quòd multos diuerſiſsimoſque populos ſautiẽt. Quòd obſequium diuerſis placuit? Quis vnquam plurimos affecit, plurimos & remotos, & cõtrarios ſui amore ſauciauit? Aiebat Iſaias cap. 49. pro Ieſu locutus de Patre: *Poſuit me ſicut ſagittam electam*: ex quo enim Ieſus quaſi ſagitta poſitus eſt, nõ vnus, aut alius, ſed plurimi, & deſiti populi in Dei amorem vulnerantur. Aiebat Orig. tom. 1. in Ioann. fatus: *Quia aſpiciet tam multos, qui diuino amore vulnerati ſunt: ſagittam, quæ vulnerauit animos, tã multorum in Dei amorem; non aliquid aliud eſſe inueniet, niſi eum qui dixit, poſuit me, vt ſagittã electam.* Vnus Ieſus inuenietur, & qui Ieſu ſpiritu afflatur, qui ſe adeò diuerſorum, & multiplicium hominum animis nouerit inſinuare; qui tàm multis adeò placeat, & grata obſequia præbeat, vt eos amore ſaucios in vnum trahat. Id quod miratus D. Hieron. in epitaphio Lucini, indè Ieſu validiſsimam ſagittã extollit, quòd diuerſos natione, & moribus homines, poſsit in vnũ trahere. Quippè ait: *Sciant ſæcula poſt futura, eum qui dixit in Iſaia. Poſuit me, vt ſagittam electam, duos viros tantis maris, atq; terrarum inter ſe ſpatijs ſeparatos, ſuo acumine vulneraſſe, vt cum mutuo in carne ſe neſciãt, amore ſpiritus copulẽtur.* Adeò potentia ſunt Ieſu bona, quæ rideant, & diuerſitates, & cõtrarietates, & multos & ſi diuerſos, & cõtrarios in vnum trahant. Sic dicebat ipſe Matth. 8. *Multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbẽt cùm Abraham, &c.* Qui fieri poſsit, quòd multi Orientales, & Occidentales conueniant, cùm Abraham ad recumbendum? Quomodo tàm diuerſis eadem placebit menſa? D. Hier. ibi ait: *Quia Deus Abraham cœli conditor pater Chriſti eſt, id circo in regno cœlorum eſt, & Abraham, cùm quo accubituri ſunt nationes.* Niſi enim Chriſtus Dominus mediaſſet, nec cœleſtes epulæ poſſent, tàm diuerſis nationibus eſſe gratæ.

(∴)

Luc. 14. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi.

§. XXIII.

Adoleſcentum victoriæ apud Deum glorioſiſsimæ.

CVr primas vigilias prætermittens Dominus à ſecundis vigilijs incipit vigilãtis ſerui prædicare gloriam? Ait enim: *Si venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi.* Nihil de prima dicit, ſed à ſecunda incipit, beatitudinem ſerui, & gloriam extollere. In ſecũda vigilia adoleſcentiam notant Gloſſa, Beda, Aymon, & alij patres. Porrò tot ſunt pericula in adoleſcentia; tot in illa parturiũtur mala: tot bella excitantur, tot furunt venti, & tempeſtates, meritò hæc in primis ad glorias numeretur ætas, quæ inter tot diuerſa vigilauerit. In glorioſa illa Dei ciuitate quatuor ternaria conſtituuntur portarum correſpondẽtia, totidem hominis ætatibus, quæ gloria merebuntur coronari. Quippè ait: Apocal. 2. *Ab Oriẽte portæ tres, ab Aquilone portæ tres; & ab Auſtro portæ tres: & ab Occaſu portæ tres.* Secundum ternarium correſpondens ſecundæ vigiliæ ſecũdæ ætatis in Aquilone portas habet, quæ patentẽ ad gloriam exhibeant aditum. Quis non miretur in Aquilone portas inueniri ad gloriam? Sanè ab Oriente ſtella deduxit Magos, ad Chriſtum, & Habacuc. 3. *Deus ab Auſtio venit,* & Pſal. 67. *Qui aſcendit ſupra Occaſum Dominus nomẽ illi.* Et Oriens, & Auſter, & Occaſus vias oſtendere ſolent felicitatis, verùm Aquilo nihil cum gloria, nihil cum fœlicitate, ſed cum interitu cõmertium habet. Diabolus enim in Aquilone ſedem ſuam fixit Iſaiæ cap. 14. *Sedebo in lateribus Aquilonis*; ex quo omnia excitantur mala, Hieron. 1. *Ab Aquilone pãdetur omne malum.* Quomodo ergo fieri poteſt, vt in Aquilone ad ingreſſum gloriæ portæ ponantur? Adde Ezechielem cap. 8. dicentem: *Et introduxit me per oſtium portæ domus Domini, quod reſpiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem,* Aptior equidem videtur porta Aquilonaris ad fletus mouẽdos, quàm ad glorias: certius inibi inuenies deploratum adoleſcentẽ, quã triumphatorem. Sed non remoueant pericula

Habac. 3. *Pſal.* 67.

Iſai. 14. *Hierem.* 1

Ezech. 8.

eula Aquilonis, non te moueant adolescentiæ tempestates, quo difficilior æras, eo glorioſior, quo porta hæc anguſtior, eo auguſtior. Accipite Euſebium Emiſſ. hom. in Septuageſimam: vbi ait: *Portas Aquilonis ideò anguſtas, & difficiles eſſe diximus: quia multa impedimenta illis fiunt, qui per eas intrare debẽt. Sed quid mirum, cum ad Aquilonem ſedem ſuã diabolus poſuerit, & ab Aquilone pãdantur mala ſuper omnes habitatores terræ? Miſeri adoleſcentes, qui Aquilonis flatibus rigeſcunt, miſeri, quos Diabolus perflat, & ventilat. Beati, qui hanc ætatem, ſine naufragio tranſire potuerunt.* Non parua beatitudo, non parua gloria eſt illi, qui in Aquilone portas ad gloriam inuenit; qui in ſecunda vigilia, hoc eſt, in adoleſcentiæ noctibus vigilans inuẽtus fuerit. Totius Aquilonis mala, & tempeſtates patitur adoleſcens, ſed ſi ſibi conſulat, ſi adoleſcentiam inculpabiliter tranſegerit, gloriæ ſuæ faciet oſtium magnum, & euidens. Cantatiſſimus eſt ille gloriæ currus Ezechieli obiectus: totus igneus erat, totus coruſcans, & ſplendens, totus gloria radians, & ad glorioſiores triumphos tẽdens. Sed ſcire cupis vndè tantus gloriæ currus aſcendat? Ait Ezechiel cap. 1. *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis involuens, & ſplendor in circuitu eius, & de medio eius quaſi ſpecies electri, &c.* Tota primum Aquilonis fæuiuit tempeſtas; ventus turbinis, nubila, fulgura perſtrepebant; & interea currus apparet gloriæ, & ingens triumphantis, maieſtas ſeſe maximè prodit. Sed quis eſt, qui ab Aquilone intãtam ſe gloriam erigit? Is eſt homo, qui dum turbulentam, & fæuiẽtem adoleſcentię tempeſtatem victor euadit non poteſt, non in glorioſiſsimam ſeſe offerre victoriam. De quo aiebat Nazianz. in ſignification. in Ezech. *Ab Aquilone, ideſt, à puerili inſtitutione ad excellentiora progreditur.* Quaſi numquam non triũphus excellens, & præ celſa gloria excipiat illum, qui nouit ſuperare fœliciter adoleſcentiæ Aquilonẽ. A neminè enim non laudatur in homine adoleſcentia virtutibus illuſtrata: vndè extollẽs adoleſcentem ait Caſiod. lib. 2. var. 2. *Tanta te maturitate tractabas, vt annos leues patereris eſſe ſub pondere: quem non potuit in prima ætate vincere fortiſsima vis naturæ.* Quid laudabilius? In primis equidem eſt miraculis, quòd adoleſcens fortiſsimam naturę vim ſuperet, & ſeſe operandæ virtuti tradat. De nobiliſſimo illo Iſraelitarum duce Samſon, ait textus Iudic. 13. *Creuitq; puer, & benedixit ei Dominus. Capitquè ſpiritus Domini eſſe, cum eo in Caſtris Dan.* Dum puer erat Samſon Dei in ſe benedictionem oſtẽdebat, verùm vbi creuit, adoleſcentuluſque factus eſt, iam nõ benedictionem, ſed ipſum in ſe Dominum eſſe demoſtrabat; ait enim: *Capitq; ſpiritus Domini eſſe cum eo.* Pro his in Hebræo ponitur: *Capitquè ſpiritus Domini facere ei recordationem:* quòd idem eſt iuxta Abbul. ibi quæſt. 41. ac ſicut nos vulgari ſermone dicimus, quòd quando excitat aliquis alium à ſomno, dicitur facere illum recordari. Ita Abbul. ibi fatur: iuxta quòd primùm Sanſonis gloriarũ inſigne illud eſt, quòd adoleſcentulus non permiſſus eſt dormire, ſed ex tunc cæpit à Deo excitari, & fieri vigilans in caſtris Dan; vna enim hæc Tribus Dan non plenam, & perfectam poſſeſsionem habebat, ſed adhuc habitabat intentorijs, ſperans fundatas habere ciuitates. Quid glorioſius Samſoni, quã ſecuræ ætatis, nẽpè adoleſcentiæ vigilias facere ad miraculum, & ſtuporem eorum, qui erant in Caſtris? Præclarè D. Amb. epiſt. 70. ait: *Ortus eſt Sanſon diuino oraculo prædeſtinatus, magnus vir, nec pluribus numerandus. ſed in paucis præſtantiſsimus; eoq; ingenti admiratione nobis ſpectandus à principio, non illa, qua temperãtia, & ſobrietatis iam indè à pueritia vini abſtemius præclara inſignia dedit, ſed ab adoleſcentia, quæ in alijs ætas molior, in hoc egregia, atque ſupra humanum modum perfecta virtutis ſtupẽda facinora effecit.* Hoc efferendum in homine, quòd ab adoleſcentia facinoribus efficiẽdis inuigilet. Hoc homini glorioſum, & Deo maximè gratum, de quo dicebat Pſalm. 68. *Placebi Domino ſuper vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.*

Euſeb.

Ezech. 1.

Nazianz.

Caſsiodor.

Iudic. 13.

Ambr.

Pſal. 68.

§. XXIIII.

Quæuis hora, etiam poſtrema poteſt eſſe prima, vt Deum habeas.

DE ſecundis, primiſq; vigilijs agens Dominus, meritò præterit primas vigilias, nihil de illis dicens; cur primas præteriens, ſecundas, & tertias meminit? Quia & ſecunda, & tertia, imò, & poſtrema vigiliarũ hora prima poteſt fieri, & verè prima eſt ei, qui verè ex tunc quærit Deum. Non te moueat numerus vigiliarum tranſactarum; etiã poſtrema tibi erit prima, vt habeas Deum. Fœlix ille latro in crucem actus, iam, iã moriturus clamabat Luc. 23. *Domine memento mei*; & cum adeò ſero clamaſſet, & in extrema iam conſtitutus vigilia de regno cæpiſſet cogitare, regnum inuenit. Quin fieri potuit, vt in vltima hora; in extremis iam conſtitutus,

Luc. 23.

tus, exaudiretur de regno? Sapienter D. Au-
Augst. guſt. ſer. 120. de tempore circa finem, ait: *Ergò etiam ex hoc in extremo placuit Deo, qui ad conſequendam fidem non fuit extrema illa hora, ſed prima.* Nunquam nõ prima illa hora, qua te ad Deum conuertis; & ſi poſtrema in hora vitæ ſis, & ſi in vltimo articulo conſtitutus iam ſerus precator videaris; noli ſero putare, clama ad Deum, illiq́ue te & tua ex corde offer, & primus es, & primam tibi feciſti illam horam. Non paruam ex hoc lucem ca-
Iſai. 60. pit difficilis Iſaiæ locus, qui ait cap. 60. *Me enim inſulæ expectant, & maris naues in principio, vt adducam filios tuos de longe, argẽtum eorum, & aurum eorum, cum eis nomini Domini Dei tui, &c.* Vbi Septuag. paulò aliter reddiderunt aientes; *Me inſulæ expectarunt, & naues Tharſis in primis, vt adducant filios tuos de longe, & argentum ſuum, & aurum ſuum cum eis, &c.* In quibus difficile eſt illud *in principio* ſiue *in primis*, cùm enim loquatur ibi Dominus de gentium conuerſione ad fidem, intelligi nequit quomodo gentes conuerſæ ad Deum dicantur in principio, ſiue in primis. Nonne gentes ſatis ſero, imò nouiſsima hora, & vltimo diei articulo ad Chriſti vineam venerunt? Qui fieri poteſt, vt dicantur in principio, ſiue in primis venire, quæ in vltimo venerunt diei articulo? Sanè quacumque hora Deum, quis inuocat, Deoque ſe & ſua ex perfecto corde offert, illa hora prima eſt; & ille, qui ſe ſic Deo offert non ſerus, nõ
Num. 7. vltimus, ſed primus, & in primis eſt. Num. 7 habes: *Dixitque Dominus ad Moyſem: Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicatione altaris Primò die obtulit oblationem ſuam Nahaſſon filius Aminadab de Tribu Iuda.* Ecce tibi tribus Iuda prima accedit, vt dona Deo largiatur, cùm Iudas poſt tres fratres in mũdum venerit quartus. Id quod notãs D. Cy-
Cyr. Ale. rill. Alex. lib. 10. de adoratione, ait. *Qui cum donis accedebant, id faciebant non ætatis habita ratione, ſed primus quidem Iudas, etiam ſi temporis ordine quartus erat.* Et cur quartus in Dei muneribus offerendis permittitur primas ferre? Magnam hoc fecit quæſtionem Cyrillo; ego verò crediderim ideò quartũ in primis acceſsiſſe, vt oſtenderetur quiſque poſſe facere de poſtremo primum, vbi ſui, ſuorumq́ue Deo oblationem faciat.

§. XXV.

Apud Ieſum etiam poſtremus primogenium acquirit.

NOn meminit Dominus primam vigiliam hominis, meminit autem ſecundam, & tertiam: neviderentur bona cœleſtia per Chriſtum inſtar mundialium bonorum, ſolis primò accedẽtibus obuenire. Qui primus in mundum venit, is parẽtum bona rapit, ſibi, vt nihil iam poſtremo nati inuenĩat accipiendum: non ſic apud Ieſum, nullũ primatus ius ibi ſeruatur, etiam poſtremo accedens primogenium accipiẽdũ inuenit. Aiebat Pſal. 28. *Hæc eſt generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.* Cur potius Deum Iacob meminit? Ibi D. Auguſt. *Pſal. 28.* *Aug.* inquit: *Quærentium faciẽ Dei, qui poſterius nato primatum dedit.* Hæc eſt fidelium hominũ fœlicisſima generatio, quæ illum Deum parentem habeat, à quo primogenium datur etiam poſtremis. Etſi poſtremus accedas primatum in Deo inuenies, in quo nihil inueniunt poſtremum quicumq́; verò corde, accedunt. Hoc ſciebat mulier illa, quæ Matth. *Matth. 6.* 9. *Accedens retro tetigit fimbriã veſtimẽti eius, dicens intra ſe: Si tetigero tantum veſtimentum eius, ſalua ero.* Fimbriam tetigit, quæ extrema erat in veſtimento Saluatoris, & nihilominus, dum circa extrema verſatur, integrã ſalutem ſpectat. Cur mulier in extremo illo tantam ſalutem ſperas? Acutè Chryſol. ſer. *Chryſol.* 35. *Quia in Chriſto nihil extremum crediderit, nihil indicauit poſtremum.* Vnum cura habere Ieſum, cui ſeruias, cui toto affectu obſequaris, ſub cuius ſpe incipias viuere, & nullã poſtremitatis damnum timeas, omnia enim ſenties tibi etiam poſterius accedenti obuenire prima. Ordinatur ius Dominus aciem filiorum Iſrael Num. 2. ait: *Ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui; eritq́; Prin-* *Num. 2.* *ceps filiorum eius Nahaſſon filius Aminadab: & omni de ſtipe eius ſumma pugnantium, Septuaginta quatuor millia ſexcentorum, Iuxta eũ caſtra metati ſunt de Tribu Iſſachar, quorum Princeps fuit Nathanael filius Suar, & omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor millia, quadringenti: In Tribu Zabulõ Princeps fuit Eliab filius Helon, omnis de ſtirpe eius exercitus pugnatorũ quinquaginta ſeptem millia quadringenti. Vniuerſi, qui in caſtris Iuda annumerati ſunt, fuerunt cẽtũ octoginta ſex millia, quadringenti, & per turmas ſuas primi egredientur.* Expende modo, qui ternio in Dei exercitu primas

primas ferat, primamq; & lucidissimam Orientis plagam teneat; nimirum Iudas, qui quartus inter fratres erat, Issachar, qui nonus, Zabulon, qui vndecimus. Et cur nō magis alij ex primoribus eliguntur, ad primatum exercitus? Cur hi postremi sibi primas rapuerunt? Iudas iam indè Christi natalibus ministraturus destinabatur, vndè qui sub Christi spe viuebant, armaque capessebant, quamuis postremi accessissent, omnium primatum integrum inuenire debebant. Accipite D. Cyril. Alex. lib. 10. de adoratione in spiritu fantem: *Vides primò loco positum esse Iudam, & eius socios, & præcipuum habitare locū ad Orientem, & Austrum: nam qui in Christo sunt, in lumine versantur, & spiritu feruent: secundo loco Ruben, & eius socios, tertio rursus, qui è libera sunt; post hos cæteri tres ex ancillis, de quibus dictum est. Extremi proficiscentur. An nō perspicuum est, ac minimè dubiū, antelatum esse cum primogenito, ac prius vocatum, qui secūdus est, populus nimirùm, qui est in Christo?* Populus, qui est in Christo, qui sub Christo incipit viuere, & si postremus sit, nescit aliquid inuenire postremū, sed omnia sibi inuenit prima, & splēdida. Fœlices vos, qui Iesu implemini, qui sub Iesu lucetis, Iesu enim prædicatorem, & eius socios Oriens expectat. Lumen expectat, primatus mille expectant. Deminima, & extrema societate Iesu venit magnus ille sanctitatis splendor Xauerius, & quia de Iesu venit, Orientem sibi accipit, & indè in multas plagas incidit, inquibus inter alios, & Apostolatus primatus inuenit. Is equidem est Iesus, qui etiam posterius natis primatum seruat.

Cyri. Ale.

Luc. 12. Hoc autem scitote, quoniam si sciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua horanō putatis, filius hominis veniet.

Hæc verba textus sequenti cap. tractātur latius, pro modo accipe illud.

§. XXVI.

Summa hominis seruitus, & captiuitas eo deuenit, quòd & peccati mala videat, & à peccatis non desistat.

EQuidem si pater familias sciret furis aduentum non sineret per fodi domūsuā; qui enim sciens, & videns furem, sinit perfodi domum, is nō pater familias est, sed nequā seruus; vniuersam patris familias ingenuitatem amisit, & in vltimam seruitutem se deiecit. Summa, & horrenda seruitus est, & captiuitas, quòd videas mala tibi inferri, bona eripi, nec vllum adhibeas remedium. Quis ignoret captiuitatem miserā regis Sedeciæ, quādo à Nabuchodonosor captus, & in seruitutem redactus est? Eius extremam miseriam memorans Hierem. cap. 39. ait: *Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis.* Obstupes vltimam regis miseriam quòd in eam seruitutis calamitatem inciderit, in qua videat suos occidi filios, nec offensionem præbeat vllam? Nonne hæc vltima miseriarum est in mundo? Nonne hi apparet summa regis captiuitas? Quis haberetur, qui funditus regis nobilitatem amiserit, & extrema non premeretur seruitute? Sic funditus patris familias ingenuitatē perdit, & miserum est vitiorum mancipium homo, qui mala peccatorum videns, & noscens, tamen amplectitur illa. Pulchrè, ait D. Greg. lib. 7. Moràl. cap. 13. *Rex Babylonis est antiquus hostis, qui prius filios ante inuentis oculos trucidat: quia sapè sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse, qui captus est, dolens cernat. Et quæ patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra regē Babylonis leuat.* Sic malus hostis perdit vniuersam hominis ingenuitatem; sic de eius animo omnem regalē decorem exsufflat: vt miserum factus homo mancipium, videat, & noscat mala sibi imminentia per culpas, & tamē feratur ad illas. Sic Hierosolimorum horrendam calamitatem, & captiuitatē legēs ipse Hierem. Threnorum. 1. ait: *Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt; quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.* Quanta hęc miseria, quòd paruuli ducantur captiui ante faciem tribulantis, hoc est videntes, & noscentes eos, qui tribulationem incutiunt, & minimè illis resistentes. Hæc summa est captiuitas, illamq; patitur miser homo, cū eo peruenit, vt noscat diaboli tyrannidem, vitiorū mala, & nihilominus ab illis feratur. Aiebat D. Pasca. lib. 1. in lament. Hierem. fatus: *Quæ nimirùm captiuitas valdè horrenda, cum & traheris multis irretitus laqueis, ne ab his defleti, aut cessare queas, ante faciem tribulantis. Vides namq; quo duceris, & sentis à quibus minaris, nec tamen reluctari prauales, nec resistere.* Quid horribilius?

D. Greg.

Hierem. 1.

D. Pasca.

lius? Quòd mancipium miserius? Nescit tribulantem culpam, vides solam parturire tribulationem à peccato: considerans te in gehennam ferri, & penè sentis vim æternarum flammarum, & interea, nec reluctaris, nec resistis ad hæc trahenti voluptati. Quisquis sic te geris vniuersim hominis amisisti ingenui tatem, mancipium es vitiorum summe miserabile.

CAPVT II.

De seruo fideli, & prudenti.

PRÆLATIS suæ Ecclesiæ formam instituens Dominus, è mundialium Dominorũ domo seruum antesignanum inmediũ producit; cuius & vigilantiæ, & fidelitati, & prudentiæ se cõformare debent Prælati, ne se putẽt Dominos, sed ministros, qui à verò Domino, vel præmium ministerij, vel pœnam desidiæ recipient.

Matth. 24. Vigilate ergò, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiquè, & non sineret perfodi domum suam. Ideò, & vos estote parati; quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est.

§. I.

Vigilantis animi mors, non est mors dicenda.

QValiter vigilans paterfamilias non sineret perfodi domum suam? An potest aliquo modo fieri, ne terrena nostra, inhabitatio corrumpatur? Si ergo aduentus suus dies est mortis qua domus corporis corrumpitur, perfoditur. quis hanc effosionem vitabit, & mortem deludet? Equidem qui vigilans inuẽtus fuerit die mortis, sic mortem deludet, vt eius mors nõ sit mors, sed sola mortis vmbra. Verissima est illa vox martyrum, cùm sub tyrannorum gladijs occũberent Psal. 43. *Operuit nos vmbra mortis*. De quo aiebat D. Greg. lib. 4. Moral. cap. 17. *Quos enim constat, non spiritu, sed sola carne mori, nequaquam se vera morte, sed vmbra mortis dicũt operiri.* Et si trãsfodi latera videas martyris, & si iustum mori videas, nõ æstimes illam veram transfusionem, sed nec mortem æstimes illã, sub qua solum caditcorpus, animus vigilantissimus, & cum lampadibus ardentibus inuenitur. Hæc non mors, sed vmbra quædã, & similitudo est mortis. Ex quo aiebat Paul. ad Rom. 6. *Si enim complãtati facti sumus similitudini mortis eius, simul, & resurrectionis erimus.* Vt resurrectionem astruè res, mortẽ debuit præmittere, ille enim, qui moritur resurgit, sed qualem mortem præmittit? Similitudinem dixit mortis, dum ait; si complantati facti sumus similitudini mortis eius. Cur non dixit mortem, sed similitudinẽ mortis? Loquebatur Paulus de his, qui in Christo moriuntur, qui adeò in ipsa morte vigilant, vt & mortui audiant vocem filij Dei, ijs autem non mors, sed mortis similitudo potest accidere. Ait D. Cyril. Hieros. Catechesi mystagog. 2. *Non dixit; complantati sumus morti, sed similitudinẽ mortis. In nobis autem mortis quidem, & passionum quædam est similitudo: salutis verò non similitudo, sed veritas.* Dum vigilantes, & cum lampadibus inueniamur, non erit in nobis mors, sed mortis quędam similitudo in vera acquisitione æternæ vitæ Apocal. 5. *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animaliũ, & in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum, habẽtem cornua septem, & oculos septem.* Prætertã agni mortem signãs, cauit vocare illum occisum, sed quasi occisum. Cur nõ potius occisum vocat? Nonne verè occisus fuit? Non ne veram mortem subijt? Nonne vulnerum cicatrices adhuc impressæ veram mortem, & occisionem notabãt? Quid ibi erat, quòd inter tot verę mortis signa, faceret apparere mortem, non veram mortem, sed similitudinem? Videt agnum cicatrices veræ mortis habere, sed videt eundem septem oculis vigilantissimis insignitum; & qui nosci tur tot oculis vigilans, nequit dici veram mortem, sed mortis quãdam incurrisse similitudinẽ. Qualis mors esset ei, qui tot oculis vigilasse nosci tur circa illam? Ad hæc Iob cap. 2. vt aliquale remediũ suggereret impio, ait: *Quis arguet corã eo viam eius? Et quæ fecit, quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit glareis Cocyti, &c.*

D. Greg.

Ad Re. 6.

D Cyril.

Apoc. 5.

Iob. 2.

&c. Quę verba apud Vatablum, sic apertius in rem præsentem leguntur: *Efferetur, nimirum, ad sepulchrum, & in acerbo vigilauit. Vt ei dulces sint cespites torrentis*, &c. Expende, quid cupiat vir sanctissimus ad remediũ viri impij, cupit, vt quis illi prædicet vlã eius; viam vniuersæ carnis; nimirùm, quod efferendus aliquãdo ad sepulchrum sit, quòd si sciat, si noris, proculdubio vigilauit in congeriæ mortuorũ; vigilabit, præ solicitudine immnentis mortis. Sed quid, si vigilet? Pulchrè ait: *In acerbo vigilabit: Vt ei dulces sint cespites torrentis.* Vigilanti enim nihil durũ, nihil acerbum, & amarum mortis torrens affert, sed amaritudine mortis abolita, mors dulcis, quasi non mors sit, manet. Non longè abest Catenæ auctor, aiens: *Quis impio coram, palamque dicat, vitæ suæ omnis finem esse mortem, vt is hac ratione compungatur? Vt ad tumulum meditãs præ solicitudine vigilet. Dulces factæ sunt ei silices torrentis, &c.* Audita imminente morte, quis impius non cõpungatur, & ad tumulum meditans non vigilet? Fœlix, qui pro morte sic vigilauerit; & sepulchrale marmor, & terra, & mors nõ erit illi grauis, sed leuis, sed dulcis, & non tam veræ mortis, quam adumbratæ signa dabit. Meritò des virginibus exeũtibus cum lampadibus obuiam Sponso dicitur Matth. 25. *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*; quod si quæras, qualis hic somnus erat? Ait D. Hilarius ibi: *Expectantium somnus credentiũ quies est; & in pœnitentiæ tempore mors temporaria vniuersorum.* Non equidem mors, sed somnus, sed mortis similitudo dicitur mors, quę accidit vigilantibus in pœnitentia.

Vatabl.

Matt. 25.

D. Hila.

§. II.

Maxime mollescit obsequiũ, dum non alieno Domino exhibetur.

VIgilare iubemur, quia nescimus, qua hora, Dominus noster veniat, *quia*, inquit, *nescitis qua horâ Dominus vester vẽturus sit*; non ait solum, quòd Dominus venturus sit, sed notatèr dixit, quod *Dominus vester, &c.* Cur addidit illud *vester*? Petebat ab hominibus, quod vigilarent, quod excusa quiete, & somni delectamento vigilias agerẽt, quod ne durum videretur, simul explicuit Dominum, pro quo illæ vigiliæ fiebant, non alienum aliquem, sed verissime nostrum esse. Quod enim obsequium non mollescit, dum Domino non alieno exhibetur? Hotissima sunt Magdalenæ obsequia, & seruitia, quibus Domino militare cœpit: Luc. 9. domo egressa, afferens alabastrum vnguenti, Simonis Pharisæi domum intrat, stat Iesu ad pedes, illos lacrymis rigat, vngit vnguento, capillis abstergit. Qualia hæc obsequia ad nobilẽ fœminã? Voluisset Iesu ad pedes procumbere; expectasset secretum templi, vel in domo sua, vel in fratis domo vocasset magistrum, ibique procubuisset ad pedes. Cur sic audet in Simonis domo? Cur & verecunda, & aspera obsequia non in sua domo, sed in aliena exercet? Pulchrè D. Augustus. Psalm. 56. ait: *Irruperat in habitaculum alienum, sed non accesserat ad Deum alienũ.* Hoc vnum procuratum fuit, ne Dominus esset alienus. sed suus esset Dominus verus, & dum non seruiat alieno Domino, sed suo, nullum dedignatur obsequium exhibere. Nihil alienum a se putat nobilis fœmina exhibitum Domino non alieno. Dauid Psal. 44. sic animam fidelẽ monebat: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus*, &c. Dura equidem petit Dauid, petit quod in audiendo Dei verbo vigilet, attentasque habeat aures anima: quod patriæ renuntiet, quòd parentibus vale dicat. Sed vnde tàm dura obsequia tẽperat? Ipse ait: *Quoniam ipse est Dominus Deus tuus*, & nullum durũ obsequium, quod non alieno, sed proprio, & naturali Domino exhibetur. Sapienter D. Chrysostom. ibi ait: *Oblibiscere populum tuum, & domus Patris tui, nõ venis enim ad alienum quempiã, sed ad eũ qui te fecit, & est omnibus tibi propinquior, & de te est solicitus, itaq; curã gerit. Ipse enim est Dominus tuus.* Sẽper hominibus amicũ, & suaue obsequium, & seruitium est, quod proprio, & naturali Domino præstatur, & non alieno. Illa vere summa in fœlicitas est, quod iuxta Oseas 7. alieni comedat robur tuum: vnde suummam calamitatem Samsonis depingens Textus, Iudic 16. ait: *Eruerũt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* Quanta hæc calamitas hominis peccatoris sit, explicat D. Paul. epist. 4 inquiẽs: *Visu suo vacuus, operosus alieno stat in viâ peccatorũ, compeditus vinculis cupiditatum suarũ, saxũ cordis sui pertinacia iniquitatis induratũ, qua si molã versat, farinã hostibus suis de corrupta animæ suæ fruge conficiens. Qui enim peccatũ operatur, de mola vitæ suæ hostile triticum molit, vt Zabulũ pascat, cui panis sit anima, quæ sibi fames est.* Quid miserius? Sic homo cupiditatibus seruiens alienorũ sit vilissimum mancipiũ, qui ingenuũ posset præstare obse-

D. Aug.

Psal. 44.

Chrysost.

Iudic 16.

D. Paul.

quium Domino suo. Ad hæc monebat Sapiēs, Prouerb. 5. *Ne des alienis honorem tuū; & annos tuos crudeli. Ne fortè impleantur extranei viribus tuis: & labores tui sint in domo aliena.* Idem reputatur alienus, & crudelis, cui seruire nunquam non est homini calamitosum, & valde miserum. *Prou. 5.*

§. III.

Quandiù præoculis Deum, & salutē habueris, ferè inexpugnabilis existis.

SI pater familias sciret, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Vbi expende, quod opus ageret pater familias, ne sineret perfodi domum, hoc enim opus faceret, nimirùm, *vigilaret vtique.* Non dicitur, quod pugnaret, quod manus confereret cum hoste, quod iacula mitteret, sed solum, quod vigilaret, & eo solum quod vigilaret, quod vigilantibus oculis Deo intenderet, & saluti, domū suam ferè inexpugnabilem redderet inimicis. Nō prius minabitur ruinas murus Christianæ fortitudinis, quàm interior oculus in Deo, saluteque prouidenda incipiat dormire. Ierem. Thren. 2. ait: *Factus est Dominus quasi inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit omnes munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatū, & humiliatā.* Erat Israel sub fortissimis mœnibus, validissimis munitionibus vndique cinctus, accessit Dominus in hostibus, & prius præcipitauit Israel, deinde mœnia, tā dē munitiones. Nouum & inauditū hoc expugnationis genus videtur, in vrbiū enim expugnatione prius mœnia, munitionesque quatiuntur, præcipitantur, deinde per murorum rupturas, ad intus agentem populū trāsitur. Cur Domine inuertis expugnationis ordinem? Cur prius Israelem præcipitas, & post hunc vadis ad mœnia? Cur non prius mœnia petuntur? Equidem dum Israel, hoc est, videns Deum stat, & mœnia, & munitiones apparent inexpugnabilia, quæ minime diruentur, nisi prius ad Deum intendente oculo diruto. Aiebat D. Paschas. ibi lib. 2. *Notandum, quod primum præcipitat Israel, quando munditiā cordis aufert, ne diuina possit videre: tūc deinde præcipitauit omnia mœnia eius.* Oculorum vigilātia est, quæ mœnia, & munitiones firmat: dum oculus Deo intēdit, diuinis instat, inexpugnabilia domus mœnia reddūtur. Cadunt facile mœnia, vbi primum cessabit oculorum vigilia, & ad Deum intentio; hæc si nunquam cessasset, nec lapillus murorū corrueret. Elisæus magistri desiderabat spiritum duplicem, nimirùm, spiritū fortē tyrannorum domitorē, & vniuersis incōmodis sine ruina sua potētia resistere. Illi autem dicitur, 4. Reg. 2. *Si videris me, quando tollar à te, erit tibi, &c.* Expende quid petatur pro obtinendo spiritu duplici, spiritu inuperabili; sola petitur oculorum vigilia in magistrū: Hinc Actor. 1. de ascendente in cœlū locutus Lucas præ omnibus alijs notat, quod *vidētibus illis eleuatus est*: sed cur notat Lucas quod discipulorum intentis oculis in Iesum, Iesus eleuabatur in cœlum? Quid hoc ad gloriam Iesu? Quid ad discipulorum commodū? Equidem ipse Lucas c. 24. Euangelij scripserat Iesu promissum, factū discipulis his verbis: *Et ego mitto promissum Patris mei in vos, vos autē sedete in ciuitate, quoad vsque induamini virtute ex alto.* Promiserat Dominus duplicē spiritum, nimirùm potentem, & inexpugnabilem virtutem, qua nihil deperdere possint Apostoli, pro cuius in expugnabilis virtutis acceptæ signo, sapienter ponit Lucas, quod vidētibus illis eleuatus; vbi enim oculi discipulorum sic Domino intenti fuerunt, vt à Iesu noluerint separari, non poterat non venire illis ea virtus, & fortitudo, qua prorsus redderentur in expugnabiles. Adhæc aiebat D. Bernard. ser. 3. in Ascens. *Nihil est, quod habeant perdere, vel debeant alūni tui Domine Iesu, quia videntibus illis eleuatus in cœlū, & desiderantibus oculis te secuti sunt gradientem in multitudine fortitudinis tuæ.* Quid perdant, qui sic præoculis Iesum habent? Quam ruinā patiantur, qui sic ad Deum vigilant, vt minimè ab eo oculos velint separare? Quisquis sic Deo vigilas, ri de inimicorū iacula, Deū ipsum habes, qui te protegat muro inexpugnabili. Ter audio Mariā Magdalenā obsequio, diuino inuigilasse, primū apud Simonē Pharisæum dum pedes Iesu lauat lacrymis, rursus apud Bethaniā dum eius vngit caput, tertio domi, dum secus eius pedes sedit, vt verba vitæ capiat. In his omnibus vni inuigilat Domino, vni illi intēdit dimissis alijs, & in his omnibus impugnationē patitur. Simon eius lasciuiam notat, Bethaniæ eius carpūt discipuli prodigalitatem, domi Martha de illa queritur. Quid inter has impugnationes Maria? Vni Christo intendit, & eo solū quod tacens vni intendit Dño, Dñs fit pro illa murus inexpugnabilis. D. Ber. ser. 3. in Assump. ait: *Vide prærogatiuā Mariæ, quē in omni causa habeat aduocatū. Indignatur siquidē Pharisæus, cōqueritur Soror, etiā discipuli* mur-

Thren. 2.

Paschas.

4. Reg. 2.

Actor. 1.

Luc. c. 24.

Bern.

D. Bern.

murmurãt: vbiq; Maria tacet, & pro ea loquitur Christus. Hæc est prærogatiua vigilantis oculi, oculi nimirùm semper in Deum fixi, quales erant oculi Mariæ, quòd nulla cadat impugnatione, sed inexpugnabilem propugnatorem habeat Christum.

§. IIII.

Deus ex se non consuescit funditus aliquem perdere.

VIdes in præsenti Dominum personam agere furis, seseq; furem minatur futurũ. Et quanis fur erit hic diuinus? Qui veniat fodere domum tuam: non metuitur ab hoc fure euersio, sed effossio domus: quando is est Deus, qui etiam iratus non cõsueſcat extremam perditionem inducere. Apud Iob cap. 1. dicebat malus nuntius: *Repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & cõcussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* De penè simili vẽto à deserto veniẽte locutus Oseas cap. 13. ait: *Adducet vrentem ventũ Dominus de deserto, &c.* Itaque Oseas Dominũ ponit adductorem ventorum de deserto, nuntius autem ille, nihil de Domino dicit, sed solũ ait, quòd ventus irruit. Cur non dicit, quod à Domino fuit adductus? Vbi ventus dicebatur totã domum funditus euertisse, merito cauet vocare Dominum adductorem eius, Dominũ enim nihil consueuit facere funditus perire. Pulchrè D. Hiero. in Oseam, ait: *Neq; in Iob scriptum est, quòd ventũ de deserto Dominus adduxerit, sed nomẽ Domini tacitũ est; vt ventus de solitudine, qui contra sanctũ virum sua venerat voluntate, cõtraria posset accipi fortitudo: & venti, qui domorũ fundamẽta subuerũt, vtique ac bonam partem non poterunt referre.* Vbi aliqualis domus effossio est, Domino potest attribui, qui trãsiens aliquãdo, vt furvenit somnolentiam seruorum castigas. Vbi autẽ non domus effossio sola, sed extrema subuersio à fundamentis ipsis innuitur, non id opus est diuinissimi furis, sed rebellis illius latronis, cuius cordi est extrema hominũ ruina. Patet euidentissime, quòd veniat damnũ à diuinissimo fure, ex terminis appositis misericordiæ diuinæ, quæ semper immiscetur ipsi iræ. Hierem. Thren. 2. aiebat: *Factus est Dominus quasi inimicus, præcipitauit Israel, &c.* Israelis peccata Dominũ prouocabãt, diuinã acuebant iram: quid tunc Dominus tot peccatis exacerbatus? *Factus est, ait, Dominus, quasi inimicus,* non se in inimicũ omnino trasformat, sed solam vmbrã, & imaginẽ quandã sumit inimici. Ibi D. Paschal. lib. 2. *Mira dispensatione temperat sentẽtiam seueritatis, dum quasi & nõ ex toto inimicus dicitur: quia & si videatur ciuitatẽ deserere in manibus hostiũ, & affligere aliquoties, in tantum vt penitus destituta credatur: nõ de crudelitate inimicitiarũ forte venit, sed de prouidẽtia pietatis, vel ad eũ flagellata redeat.* Sẽper in Dei ira, aliquis splendet misericordiæ radius; & si iratus Dominus perditionem inferat, nunquã à fundamẽtis perdit, quin potius fundamentũ relinquit misericordiæ ex postulandi. Ecce tibi dormienti Nabuchodonosor diuinus adest fur. Dan. 4. fortiter clamat: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiãt bestiæ, quæ subter eã sunt, & volucres de ramis eius. Verumtamen germẽ radicũ eius in terra sinite, &c.* Magna Dei ira circa arborem manifesta est, quæ & fructus, & folia, & ramos, & trũcum ipsum succidit, sed inter succidẽdam arborẽ radices sinit in terra prorsus intactas. Cur & radices non euellis Domine, & perdis, quando & fructus perditioni mandas? Non ea est ira Dei, quæ à fundamentis euertere amet, percutit, succidit, cõfodit, verùm fundamẽta relinquit, ex quibus, dum in hac terra sumus, possint per pœnitentiam damna reparari. Aiebat Richar. Victor. lib. 2 de eruditione inter. hom. part. 1. cap. 24. *Iubet germen radicũ eius in terra sinere, vnde possit iterum reparari, & ad pristinam plenitudinem reformari.* Sic nouit Deus irasci, vt sinat, vnde damnum possit reparari.

Iob 1.

Hiero.

Hiere. 2.

D. Paschas.

Dan. 4.

Ric. Vict.

Matth. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudẽs, quẽ cõstituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?

§. V.

Odiosa est in Prælatis species, vel nomen dominatus.

QVos super familiam suam constituit Deus, nomine adhuc insignit seruitutis; constitutum superfamiliam, & prælatum cæteris: nihilominus seruum vocat. Cur nõ magis vocat, & Principem, & Dominum?

Cauet Dominus in suis electis prælatis, vel speciem, vel nomen dominatus ostendere, quòd nouit subditis maximè odiosum. Maximus ille Princeps Israelitici populi Iosue cap. 1. ait ad populares: *Memẽtote sermonis, quẽ præcepit vobis Moyses famulus Domini, &c.* Inducit Moysem præcipientẽ populis, & vocat illum famulum Domini potuisset vocare ducẽ, & Principem vestrum, quando eius præcepta meminit. Vt diceret: Mementote sermonis, quem præcepit vobis Moyses, magnus ille Princeps, & Dux vester. Nõne Moyses Princeps erat à Deo constitutus habens ius præcipiendi populis? Cur ergò, dum præcepta eius meminit Iosue nõ Principem vocat, sed famulum Domini? Vocat seruum Domini, vt omni specie dominatus ablata, imò vel ipso ablato dominatus nomine molliretur apud subditos potestas præcipiendi. Aiebat enim Masius ibi: *Moysesmãdatum ipsis reuocat in memoriã, & vt id quoq; durum, vt potẽ hominis in homines, videri non possit, nominat illũ Dei seruũ.* Nil magis studet in prælato quàm penitus auferre duritiẽ dominationis, vt nec in ipso imperio appareat Dominus. Sic qui diuinum ebibunt spiritũ in dignitate constituti nil magis curat, quàm vel dominationis vmbram abscõdere. Memorabat Dominus Luc. 12. se in paterno iam regno constitutũ, & qualia ibi retributurus erat suis subditis dona; & quasi de alio locutus, ait: *Beati sunt serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amẽ dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Dixerat venturum Dominum ad seruos suos, & statim subdit illum præcinctum, & ministrantem. Si illum dicis venturũ Dominum, curtam subito ostendis illum famulũ? Imò eur tot signa in illum seruorũ cõgeris, dum & præcinctum, & transeuntem, & ministrantẽ facis? Ideo tot signa seruorũ congerit, vt inter illa, quòd de Domino dixerat non appareat, sed prorsus lateat. Id quod acutè notans Chrysol. ser. 24. ait: *Præcinget se Deus, & faciet seruos discumbere, & ministrabit eis. En mutatio inaudita rerum, enterribilis corruptio dominationis.* Semel se in dominatione ostẽderat, dum venturum Dominum prænõstrabat, sed vix id dixerat, & quàm primùm corripit dominationis vocabulũ, & se etiã in gloria constitutum non dominãtẽ, sed ministrantem declarat. Iuxta quod D. Petrus 1. Canon. 5. monebat vniuersos prælatos. *Neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Abscidit à prælatis omnem dominatus speciem, sed præcipuè; abscidit dominatum in clero; hoc est iuxta D. Cyril. lib. 1. in Isaiam orat. 3. *In populo, qui sors Domini est.* Hoc dixerim propter religiosorum prælatos, qui vanissime iesi efferunt prælatione, non attendẽtes, quàm turpe, & odiosum est dominatum ostendere, in populo, qui nõ illorũ, sed Dei pars est. Præficeris populo Dei, ideò & illius Dominum te debes putare? Absit; prælatio in populo Dei, non dominationem, sed ministerium effert. Pulchrè aiebat D. Ber. lib. 3. de consider. *Nunquid nõ & villa villico, & paruus Dominus subiectus est pædagogo? Nec tamen villa ille, neque is sui Domini Dominus est. Ita & tu præsis, vt prouideas, vt cõsulas, vt procures, vt serues. Præsis vt fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiã suã, vt det illis æscã in tẽpore. Hoc est, vt dispenses, non imperes.* Nihil quod dominatum oleat, permittit Deus prælatis in populo suo, adeò vt prorsus nesciã, vndè sese extollere possint de dominatus fastu. Hieremiæ cap. 1. ait Dominus: *Ecce constituite hodie supergentes, & super regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* Expende sublimitatem dignitatis, qua Hieremias à Deo cõstituitur supergentes, super regna; & qualia erunt munera, aut signa tantæ dignitatis? An sceptrum aureũ? An diadema? An thronus? An virga? Absit: imò nihil illi permittitur, quòd Dominũ ostendat, sed quòd ostendat; vel fabrum, vel hortulanũ. Acutè ex his D. Bern. lib. 2. de cõsider. fatur: Vt euellas, & destruas ædifices, & plantes. *Quid horum fæstũ sonat? Rusticam magis sudoris sehemate quodã labor spiritualis expressus est. Et nos igitur, vt multũ sentiamus de nobis, impositũ sensimus ministeriũ, non dominiũ datũ. Disce exẽplo prophetico præsidere, non tã ad imperitandũ, quã ad facultãdũ, quòd tempus requirit. Disce sarculotibi opus esse, nõ sceptro.* Hoc dicebat Bernardus summo Põtifici, Prælatorũ maximo, quid si ageret, cũ fastuosis religiosorũ prælatulis? Si qui horũ aliquando fuerunt, de illis dixit D. Leo epist. 84. cap. 1. *Dum dominari magis, quàm consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia, & quod promissũ est ad concordiam, tenãt nexam.* Sic ille.

Iosue. 1.

Masius.

Luc. 12.

Chrysol.

1. Cauo. 5.

D. Bern.

Hieron. 1.

D. Bern.

D. Leo.

§. VI.

Turpissima est in virtute Ecclesiasticis bona tẽporalia sibi adquirẽdi solicitudo.

ECce tibi ministri euãgelici forma, quòd nimirum cõstituatur super familiã Dei,

vt

vt det illis cibum,non vt acquirat sibi sed vt det.In hoc super omnes emineat, & quasi à sublimi fulgeat;imò hoc illum omnibus superiorem oſtēdat,quòd minime solicit⁹ sit erga propria lucra temporalia.Et quidē turpissime sublimitatem perdit,& repentibus ſeiē æquat subditis Christi minister,qui proprijs temporalibus lucris inhiat. Dominus per Oseam cap.4.*Gloriam eorum,in ignominiam cōmutabo.Peccata populi mei comedēt, & ad iniquitatē eorum ſubleuabūt animas eorum.Et erit ſicut populus,ſic ſacerdos.* Et quāta hęc ignominia ſacerdoti,quòd ſit ſicut populus?Quanta ignominia eſt paſtori,quòd ſit ſicut ouis.Cōſtitue tibi ob oculos paſtorem hominem,ratione præditum, erecta in cœlum forma gradientem,oues à diuerticulis in vtiliora paſcua minātē;qui ſubito mutatus,ad ſimilitudinem ouium curuetur,manibus reptet,roſcidas herbas ſibi captet,& pecudum diuerticula amet. Quid fœdius? Quid turpius paſtori? Totam hanc fœditatem,& turpitudinem incurrit,ſacerdos,qui inſtar pecudum,tēporalib⁹ inhiat lucris proprijs.Ad hęc pulchrè D.Bern. epiſt.42. *Cur qualis populus,ſic ſacerdos? Enim verò ſi ſacerdos paſtor eſt,& populus oues: dignū eſt, vt in nullo appareat paſtor ouibus diſſimilis.Si inſtar mei,qui ouis ſum,paſtor meus,& ipſe incurbatus graditur,vultū gerens deorſum,& terrā ſemper reſpiciēs,& ſoli ventri mēte ieiunus pabula quæritās,in quo diſcernimur? Decet ne paſtorē more pecudū ſenſibus incubare corporeis,hærere iuſinis,inhiare terrenis,& nō potius erectū ſtare,vt hominē:cœlum mēte ſuſcipere:quæ ſurſum ſunt,& quærere,& ſapere, no quæ ſuper terrā?* Summū hoc paſtoris eſt inquinamētū, vel pecudibus non apparere ſuperior,ſed ad eaſdē cùm illis currere herbas,& eiſdē lucris habendis inhærere.Quid paſtori,& fœno?Quid viro Christi ministro & lucris tēporalibus?In duce populi Iſraelitici Sāſone extremæ ignominiæ habemus exēplar;de illo dicitur Iud. 16.*Quē cum apprehendiſſent Philiſthiim,ſtatim eruerunt oculos eius,& duxerunt Gazā victum catenis,& clauſum in carcere molere fecerunt.* Quanta hęc ignominia fuit duci Sāſoni?Fallar,ſi ſe ipſe pateretur ſic videre exæquatū iumēti, eiuſdēq; rotæ volubilitati,cū iumentis intē tū;ideò fuit neceſſum,vt prius excęcaretur, deindè catenis ligaretur,deindè vi, & coactione,tàm ignominioſo miniſterio ſeruire cogeretur.Et adeò turpe,& infame miniſterium,quòd tā violentū extitit Iſraelitico iudici,Chriſtianis præſulibus,Chriſti miniſtris amicum,& gratioſum erit?Planè de his ait ſancta Brigitta lib.4.c.126.*Cum enim tēporalia iſta appetuntur,& offeruntur,ſic excæcāt oculos animæ,& rationis,quòd dulci⁹ videatur ſtare,cū Sāſone ad molā cura mundialis,quā cū ſpōſa Eccleſia ad diſpēſationē curæ paſtoralis.* Et cui miniſtrorū nō dulcior ſit, & ſuauior ſolicitudo volubiliū rerū;quā ęternę paſcuę diſpēſatio?Quis nō citius euolet admolā proprij lucri,quā ad mēſam ſpiritualis alimoniæ miniſtrādæ populis? Sic qui ſuper familiā cōſtituebatur à Deo,turpiter exęquatur mācipijs tēporaliū bonorū, & in nullo ſuperior eſt pecudibus ſæcularium hominū,vt ferant patiter ignominiā illorū. Excludenda ergò à Chriſti miniſtro omnis cura de habendis tēporalibus bonis,ne fœdiſſimam maculā inferat Chriſtianæ?Equidem excludēda illi eſt cura de bonis temporalibus habendis ad lucra propria, non ad Chriſti pauperū alimoniam.Quiſquis Chriſti miniſter es,ſuper eius familiā cōſtitutus accipe,nō vt tibi reponas,ſed vt des cibum: accipe non in propriū peculium,ſed in diſpēſationem.Seruus Eliſeæ Giezi.4.Reg.5. vt ſibi Naamam leproſi acquireret munera aiebat.*Dominus meus miſit me ad te dicens: Modo venerūt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim ex filijs Prophetarū:da eis talētum argenti,& veſtes mutatorias duplices.* Hoc prætextu Principis Naaman argentū Giezi expoſtulabat,& accepit argentō,ſed & fœdiſſimum leprę malū ſimul habuit.Exultaſſent hic,qui religioſas virtutes carpunt, & Giezi lepram,nempè auaritiam damnatam cōdemnāt multis clamoribus,in viris Eccleſiæ lumini datis.Ecce lepra Giezi, captatur Principatum aurū,& argentū,prætextu ſuſtētandi adoleſcentes ex filijs Prophetarū, & ſic vacuātur theſauri.Hoc nō eſt vitiū lepra fœdius?Hoc nō fecit Giezi?Vtinam Giezi non ſibi,ſed filijs Prophetarū requireret aurum,& haberet argētū,nullā indè maculam incurreret.Verùm merito auaritiæ luit pœnas,quia vni ſibi,& non Prophetarum filijs aurum adquiſierit.Pulchrè enim ait D. Petrus Dam.lib.6.epiſt.32.ait: *Giezi ſanè puer Eliſæi ſi Prophetarum filijs, vt mentitus eſt,argenti talenta ſuſcipiendo,conſului ſet,ne quaquam ſubeundæ lepræ ſententiam pertuliſſet.Nā idcirco plaga percuſſus eſt, quā dator amiſerat:quia nō ad hoc aliena ſuſcepit, vt in opus pietatis expēderet,ſed vt ſuæ cōcupiſcētiæ ſatisfaciens proprij iuris poſſideret peculium.* Qui nō propriū ditare peculiū amat, nilq; ſibi quærit,ſed Prophetarū filijs ſuſtētandis cōſulit,is nō leprā,ſed gloriam habet apud Deū,& homines.Qua gloria multi viri religioſi illuſtrantur,qui verè ſpiritu pauperes, dum nec obolū ſibi reſeruant,in gentes co-

pias pro sustentandis Prophetarum filijs, hoc est, religiosorum familijs à Principibus sæculi acquisiuere.

§. VII.

Illi Euãgelij ministri aptiores, quos nulla proprij lucri tenet solicitudo. Vbi quàm infideles, qui ad lucra respiciunt temporalia.

MErito Euangelici ministri forma in eò ponitur, quòd det fideliter spiritualis alimoniæ cibum, nõ quod sibi aliquod proprium lucrum temporale acquirat. Nullus enim aptior minister, quã ille, qui nihil suũ quærit, qui nullum proprium lucrum intẽdit acquirere. Actor. 4. sic exponitur Apostolorum œconomia: *Multitudinis autem credẽtium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erãt illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi.* Expende quid simul textus coniungat; & quòd nihil suum respiciebant, & quòd magna virtute prædicabãt Apostoli; quid ad virtutem euangelicæ predicationis fuit necessum adiungere virtutẽ, qua nihil respiciebãt suum? Equidem illi, & virtute magna, & fructu magno prædicationis euangelicæ exercent munus, qui nullum proprium lucrum attendunt in illa. Ex quo dicebat Pet. Dam. lib. 1. epist. 18. *Pet. Dam.* *Illi dumtaxat idonei sũt ad prædicationis officiũ, qui nullum terrenæ facultatis possident lucrum, & dũ aliquid singulare non habent, cõmuniter omnia possident. Nihil scilicet habẽtes, & omnia possidentes. Ij nimirum, dum nullis terrenarũ rerũ præpediuntur obstaculis, expediti stant pro Dominicis castris in cãpo certaminis; & qui rebꝰ exuti solis virtutũ armis accincti gladio spiritus aduersus vitiorũ dimicant acies, idonei bellatores sunt oblectantiũ hostium obtũcare ceruices.* Proprijs renuntiet lucris, qui ministerium Apostolatus implere cupit, qui fortiter in Euangelico duello pro vitijs extirpãdis, & introducendis virtutibus stare cupit. Fallar si multos peccatores mactet Christo, qui sua quærat, & propium aliquid sibi acquirere curet. Lex saltem Deuter. cap. 20. *Deut. 20.* sic habebat. *Quis est homo qui plãtauit vineã, & necdum fecit eam esse communẽ de qua vesci omnibus liceat? Vadat, & reuertatur in domũ suã, ne forte moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio.* Merito timet lex mortẽ in bello obuenturã illi, qui suis habẽdis studẽs, nihil propriũ cæteris renũtiat. Id quod respiciẽs Petr. Dam. vbi supra ait. *Pet. Dam.* *Bello impares sunt, & eneruiter cedunt, qui comunibus nõ cõtenti, peculijs singularis ambiũt proprietate grauari.* In euangelico bello pro expugnãdis animabus ille magna prævalet virtute, qui omnia sua renũtiat qui proprijs studet debilis est, & impar tãto bello; nil enim sic eneruat Christi ministros, quã amor proprij lucri. Mirabatur D. Bern. suis tẽporibus multos Ecclesiæ ministros per Hispanias transire, paruo, aut nullo gentis progressu in fide. Misit Roma ethinica milites suos, & mille de Hispanis reputauit victorias; misit Roma Christiana ministros suos in Hispaniam, & vix vlla victoria auditur. Cur adeò imbecilles ministri Christi, qui mundi milites adeò fortes extiterant? Audite Ber. lib. 3. de *D. Bernã.* cõsid. fantẽ. *Eunt & reduunt per medium illorum, aut trãseunt secus: sed qui boni adhuc, cũ illis egerint, nec dum audiuimus. Et forsitan audiuissemus, nisi præ auro Hispaniæ salus populi viluisset.* Nihil planè conficiunt ministri euãgelicæ doctrinæ in terra, in qua illis arridet aurũ, de quo sibi propria, lucra parãt. Quid nõ dicat prædicator, qui spectat sibi aurum? Quomodo fidelis erit in veritate promulgãda? Nullus spectat lucrum, qui fidus fit in veritate tractanda. Notãter de fluuijs egressis à paradiso, & rigantibus terram locutus Dominus, ait de primo Gen. 2. *Gen. 2.* *Nomen vni Phison ipse est, qui circuit omnẽ terrã Euilah, vbi nascitur aurum. Et aurum terræ illius optimum est, &c.* Circa quæ verba quæstionem mouet D. Seuerianus apud Lyppoman. cur de tribus alijs fluuijs locutus Dominus, nihil dixit de fructibus terræ ab illis rigatæ, de primi autem fluminis Phison terra, illud notater asseruit, quòd esset terra parturiẽs optimũ aurũ? Crediderim, quòd in hoc rationẽ nominis Phison habuit; Phison enim est idem, ac *oris commutatio*, siue *alteratio*. Et sanè nulla oris flumina non mutantur, non alterantur, vbi arridet aurum, vbi propriũ lucrum spectatur. Ipse Apollo si fluenti cœlesti rigans terram, spectaret aurũ, hoc est, proprium lucrum attenderet, vbi hoc intercesserit, verba omnia inuerterit, & vel amãtissimi Pauli doctrinã abiuraret, & societatẽ. Crede mihi, nõ fidelis seruus euẽgelicus est, cui cordi est proprium luerum, ad huius occasionẽ verba mutauit. Luget Naziãz. orat. 3. de Pace in Ecclesiasticis, & religiosis viris vehemẽtes alterationes, & mutationes, quibus conflictabantur, adeò vt passim omnia mutarentur, & amicissimi repente hostes inuenirẽtur, & ab omnibus laudatissimi, nulli non

li nõ existerẽt vituperabiles. Quarũ mutationũ oris in verbis, sensuũ in sententijs causas inquirẽs vnã præcipuã inuenit proprij lucri cupiditatẽ. Accipite sapientissimi, & religiosissimi verba, & æterno insculpite marmori: *Nobis nec finis, nec medius est vllus partim inferendorũ, partim accipiendorum vulnerum; non ijs dumtaxat qui diuersa sentiunt, atque in fidei doctrina dissident; verũ ijs quoque, qui eandem fidẽ profitentur, atq; aduersus eosdem, & pro eisdem conflictantur. Hoc enim illud est omniũ improbissimũ, aut maximè miserandũ. Et quæ huius rei causa est? Dominandi amor fortasse, vel opum cupiditas, vel liuor, vel odiũ, vel superbia, vel aliquid eorũ, quibus ne eos quidẽ, qui Deũ nullũ putant, laborare conspicimus. Quoq; scitũ, & lepidũ est, ipsa calculorum inuersio. Nàm cũ deprehẽdimur, pij atque orthodoxi sumus, falsoq; ad veritatẽ cõfugimus, tanquã pro fide cõtẽdentes: idq; vnũ, vt in malis, laude dignum, imò turpe in primis facimus, quòd vitiũ erubescẽtes, ad speciosius honestiusq; nomen, hoc est, ad pietatem transimus. Attonite, & verspellis, quisquis es, qui ita afficeris, aut, vt verius loquar, amẽtissime: hic tibi hesterno die pius erat, quonã igitur pacto hodie impius, est, cũ nec verbo, nec redquiquã, vel addiderit, vel detraxerit, sed in eadẽ fidei sententia hæreat, eundem aerẽ exhalet, ijsdẽ oculis eumdem solẽ inspiciat, aut, si manis, tanquã de numeris, aut mensuris interrogatus idẽ planè respondeat? At etiam hodie libidinosus, & scortator tibi est, qui hesterno die Ioseph erat, & Iudas hodie, vel Caiphas, qui heri Elias, aut Ioãnes, aut alius quispiã ex his, quiad Christi partes se adiũxerũt, & eadẽ zona accincti sunt, atq; eodẽ, vel fusco, vel atro pallio cõtecti, quale vita sancta, & grauis, mea quidẽ lege, ac sentẽtia, prætẽdit. Quin etiã pulchrum illũ sublimiũ virorũ florem, hoc est, pallorem, aut cõpositã, & quietã loquendi rationem, aut incessus grauitatẽ, cum mansuetudine coniunctã, heri Philosophiã, hodie inanis gloriæ studiũ appellamus, adq; eãdem aduersus malos spiritus, & morbos potentiam, nunc Iesu, nũc Beelzebud adscribimus, & iniquæ rerũ harũ regulæ, hoc est, contentione, atq; iracundia, vtimur. Et quemadmodum eadẽ terra sanis quidẽ, ac minimè lasis, fixa, & stabilis est, ijs autẽ, qui circũagũtur, & vertigine laborãt, mouetur, nimirũ aspiciẽtiũ vitio ad rẽ aspectam transeunte: ad eũ nos quoq; modũ ob inimicitiã facile decipimur, nec de ijsdẽ rebus eadẽ amãtes, & non amãtes iudicamus: ac tẽpus multos sanctos, & multos atheos nobis designat, vel potius omnes miseros: nõ hoc tãtum nomine, quod nos intuendo, malum exemplar intuentur, sed etiam quia libenter omnibus omnia concedimus, vt nobiscum insaniãt.* Hæc sanctissimus, & sapientissimus vir notabat in religiosorũ hominum sui temporis mutationes ortas ex particularis lucri cõmoditate. Sanè & oris, & sensus mutatio erit, vbicumq; lucrum tẽporale amabitur. Et de omnibus datis verbis, dum velim mecũ notes, primũ illã cautam allatam pro dissidijs excitatis inter eos qui eãdem fidem profitentur, nimirùm: *Et quæ huius rei causa? Dominãdi amor fortasse, aut opum cupiditas, vel liuor, vel odiũ*, notissimę hę semper causæ fuerunt seminates inter fideles viros, dissidia, temporale enim lucrum, quàm pacem non turbet. Secũdũ notandum venit illud, quò ait: *Cũ deprehendimur, pij, atque orthodoxi sumus, falsoq; ad veritatem confugimus, tanquàm pro fide cõtẽdentes.* Quibus mirifice explicatur ingeniũ turbantiũ pacem ob lucra temporalia, cũ enim deprehenduntur cõtumelioſi in proximos, iniurij in fratres, infideles in dictis, falso ad fidei veritatẽ confugiunt, tamquam pro fide contendentes: & multa pro fide effutiẽtes, multa in communi vociferantes, nullũ in particulari fidei aduersarum notant, nec valent notare. Si contentio tua pro fide est ò bone, iudices sunt pro fidei causis in Christi Ecclesia, dic quales notasti doctrinas fidei aduersas, & à quo sint prędicatę, è Petro, vel Paulo in particulari; nesub fidei acclamationibus abscondere videaris hostilem inimicitiam charitatis, ardẽtissimam cupiditatẽ temporalitatis. Laudo in hoc maximè sacrũ Ordinẽ Societatis Iesu, cuius indignus sum filius, is profidestetit ab incunabulis, & quia pro fide stetit, nullam aduersariorũ fidei doctrinã non notauit, non confutauit, nõ scriptis libris confecit. Da errorem exortum in hac tempestate, qui non inueniatur confossus à filijs Societatis Iesu. Nullum dabis, omnes obtruncat Bellarminus, Canisius, Valẽtia, Becanus, Turrianus, & alij, & nouissimos illos anglicanę Synagogæ sapiẽtissimè cõfecit Xuares. Quis Hereticus, vel errone⁹ in tota Germania, in Belgio, in Anglia, in Gallia, qui non spicula senserit filiorũ Societatis? Hi veri Fidei milites, non ad illam falso confugiunt, sed pro illa contendũt, & dictis, & calamo. Hos imitetur, qui inter fidelissimos homines fidem vociferatur, & in arenam pro fide descendat, notãs hostem in particulari; quòd si descenderit, hoc vnum scio, quòd pro fide ad armarium confugiet scriptorum Societatis Iesu meęmatris. Laudo etiam sacrum Prædicatorum Ordinem, qui pro fide stans vbi Ludouici Molinæ Societatis Iesu splẽdidissimi Theologi cõcordiam de libero arbitrio suspectam habuit,

Nazian.

rem ad fidei Iudicem Pontificem detulit,& vel ſuſpecta commata aſterico notans, coram tanto iudice alacriter,& fortiter pro fide pugnauit. Sed ea erat Molinæ doctrina, quam nec anni domuere decem,nec prælia mille;imò poſt tot prælia poſt tot doctiſsimorum hominum iacula iudicante Pontifice maximo in vulnerabilis apparuit. Doctiſſimorum hominum eſt , & fideliſsimorum Chriſti ſeruorum,pro fide in arenam deſcendere,ſuſpectas doctrinas coram Fidei iudice notare,impugnare verùm relictis iudicib⁹, & minimè in arenam apparetes,imò nec vllam in particulari doctrinam ſuſpectam notantes,& aulas,& populares conuentus replere longis clamoribus,quibus vociferentur,ſe aduerſus malas doctrinas pro ſolidis ſtare, hoc tumultuatium hominũ ingeniũ eſt,non propugnatorũ veritatis. Lunaticis doctrinis intempeſtiui clamores faueant,vt vociferatori Doctori dicatur illud,quòd nõ nemò clamoſæ fœminæ cantauit aiens.

Vna laboranti poteris ſuccurrere Lunæ.

Qui pro lucidiſsimo iubare ſtat,aduerſus tenebras,nõ clamoribus,ſed docta lingua,ſed ſapientiæ ſibilis rem agat,nõ enim in igne, nec in contractione,ſed in ſibilo auræ tenuis adeſt veritatis.

Matth.24. Beatus ille ſeruus, quem cũ venerit Dominus eius inuenerit ſic facientẽ. Amen dico vobis,quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

§. IX.

Summa ſublimitas hominis eſt,quòd operibus ſuis alicui Dei nomini correſpondeat.

EXpende quando ſuper omnia extollatur à Deo homo;quando nimirùm inueniatur ſic faciens. Qualiter ſic? Vt paulò ante dixerat,nimirùm,quãdo fidelis ſeruus, & prudens det illis cibum in tempore. Adeò magna res eſt,quòd fidelis ſeruus,& prudẽs indiſtribuenda annona quis inueniatur? Vnde hoc tãtum eſt,vt indè ſuper omnia homo extollatur? Nota nomen illud Fidelis , de quo nomine ipſe Deus gloriatur teſte Paulo. 1.Corint. 1.vbi ait: *Fidelis Deus,perquem vocati eſtis,&c.* Alicui autẽ nomini Dei operibus correſpõdere,& ſic facere,vt de nomine Dei merearis vocare,extremam attingit hominis ſublimitatem,& illũ ſuper omnia facit euolare. Ad hæc D.Cyril. Hieroſol.catecheſ. 5. ait: *Quemadmodũ enim Deus, bonus & iuſtus vocatur,& omnipotẽs,& opifex vniuerſorũ ſic & Fidelis. Cogita ergo in quantam probeberis dignitatẽ,cũ diuinæ eris particeps appellationis.* Summa eſt hominis ſublimitas qua ſe extollit,cùm ſic vitam ſuã inſtituit, vt operibus virtutum inueniatur correſpõdens alicui nomini proprio diuinitatis. Vnde D.Syneſius lib.de regno ſic ſummam imperatoris ſui exaltatione animabat: *Summi regis amicus eſt,qui hic eadẽ cũ illo appellatione gaudet,niſi nomen ementiatur. Tũc autẽ nõ fuerit emẽtitus,cum vel alterum ex diuinis nominibus in ipſo reperietur.* Cũ ſic homo vixerit,vt operibus talis inueniatur , qui diuini alicui⁹ cognominis virtute verè exprimat, tũc in ſummi Dei amicitiã ſe reputet coop tatũ. Sophar Naamathites dixit Iob c. 20. de impiorũ malis: *Hæc eſt pars hominis impij à Deo,& hæreditas verborũ eius à Domino.* Quæ verba ſic ſonãt apud Græcos: *Hæc pars eſt hominis impij,& poſſeſsio bonorũ, quæ ſunt illi ab Epiſcopo.* Pro Domini,Deiq; nomine poſuit Epiſcopum: ex quo Author catenæ Græcæ omnes Epiſcopos monet, vt in illis inueniatur verè Dei nomẽ,quo ſe ſuper omnes extollẽt. Quippè ait: *Diſcant quiſquã ſit hoc loco Epiſcopus nuncupatus,omniq; ratione illius imaginẽ ſtudeãt præ ſe ferre. Quemadmodum enim,qui regiã imitatur imaginem,in eo, quòd præclarum eſt,imitari conatur,illã item ſtudet exornare,ſic de beato Epiſcopo dicẽdum eſt,qui cognitione,atq; imitatione eum,qui verus eſt Epiſcopus,cõplexus eſt,qui tãquã De⁹ inter homines verſatur.* Cur diuinã nõ videatur contigiſſe quãdam ſublimitatẽ,quî operibus correſpondet nomini Epiſcopi , quo Deus ipſe gaudet? Sanè qui inuenitur correſpõdere alicui diuino nomini ita ſuper omnia eleuabitur,vt quaſi De⁹ appareat. Et quanta hęc ſublimitas hominis? Apud Gen. cap.4.de Enos dicitur: *Iſte cœpit inuocare nomẽ Domini:* quaſi ipſe externã nominis Domini inuocationem inſtituiſſet. Sed D.Cyril.Alex.legit: *Hic cœpit vocari nomine Domini:* ſic vixit,talia edidit virtutũ facinora, vt inueniretur correſpõdens nomini diuino, quod illi attribuebãt cõmuniter,adeò vt eius filij vocarẽtur Dei filij. Quòd ad ſummã Enos exaltationẽ pertinere,quis nõ videat? Ait D.Cyril. Alex.lib.1.Glaphirorum. *Speranit itaque Enos vocari ab alijs nomine Domini Dei,ſui,hoc eſt,Deus. Cum enim eſſet nõ abſq;*

1 Cor.1.

D.Cyril.

D.Syneſ.

Iob 20.

Gen.4.

Cyr. Alex.

D.Cyril.

absq; admiratione sanctitatis gloria excellens, Deum ipsum vocarunt, supremo illũ honore ornare cupientes. Merito supremus paratur honor illi homini, qui sic vitam suam composuit, vt diuino nomini videretur veris virtutibus correspondere.

§. IX.

Fidelis Dei seruus solus verè dominatur omnium.

QVi fidelem, & prudentem Dei seruum agit, dum sic agens à Deo inuenitur super omnia constituitur; & sanè solus ille verè dominatur omnium, qui fidelem seruum se exhibet Domino. Aiebat D. Cyril. Hierosol. catech. 5. *Magnũ quiddam est vir fidelis, omniq; diuite ditior. Fidelis enim viri est vniuersus mũdus diuitiarũ, qui possit cõtemnere ipsas, & cõculcare. Namq; ad apparentiã diuites sunt, multaq; possident, in anima pauperes sunt: quanto plura enim congregant, tanto magis eorum, quæ desunt, concupiscentia tabescũt. Fidelis autem vir, etiam in paupertate dives est.* An putas dominari rei alicuius magis illic, qui sub illa est, quã qui super illam? Sed prophani vniuersi non super, sed subter rebus sunt, nec tã Domini apparent, quã miseræ rerum mancipia. Solus fidelis, & prudẽs homo, sic omnia sub se ponit, sic super omnia effertur, omnia despiciẽs, vt vel hinc hic solus appareat dominari eorũ. Eliphaz Themanites Iob cap. 15. ait: *Sapientes confitẽtur, & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra.* Cur solis sapientibus dicitur data? Nonne & insipiens, & stultus multa terrena possidet? Nonne magis dominãtur impij? Absit: impij enim non dominatũ, sed miseram exhibent seruitutẽ bonis tẽporalibus, fidelis autẽ, & prudens seruus Dei omnia pessundãs omniũ ostendit in se dominiũ. Didymus in cat. Græc. ait: *Cõfirmat hominis fidelis esse cunctas orbis terrarũ opes, infidelis autẽ ne obolũ quidem. Nã licet infidelis in amplasit possessione bonorum, nihilominus non Dominus, sed seruus est diuitiarum: inseruit enim Mammonæ.* Ille verè Dominus, qui super omnia, cui omnia affluunt, & seruiũt omnia. De fideli, & iusto viro ait Psal. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Miraris diuitias in domo fidelis, & iusti viri inuẽtas, quã do hoc fuit primum facinus fidelium, quòd ob Christi nomen renuntiarent omnibus. Nonne Apostoli & fideles omnia reliquerunt, vt Christum sequerẽtur; quomodo ergò in Apostolorum domo diuitiæ inueniri possent? Equidem ex quo fide abiecerũt sua bona, facti sunt omnium bonorũ Domini, & illis vndique affluxere omnia. Rem expẽdit Chrysost. in dictum Psalmi locum. *Quid erat Apostolis, vel in pecuniis ditius, ad quos omnia tanquã de fontibus profluebãt. Quicũquè enim erant agrorum, vel domorum possessores, vendentes asserebant, & ponebant pretiũ antepedes Apostolorum. Vides opum manificẽtiã? Omnia possidebant, ab eorum cura liberi,* Nõ equidẽ possidebãtur Apostoli, à bonis, non illis seruiebant, sed ab omni seruili curabili constituti inueniebãtur super omnia. Vt notabat Paul. 2. ad Corinth. 6. *Tanquam habentes, & omnia possidentes.* Quibus expẽdendum est illud omnia possidentes, in medio enim omniũ bonorũ, à nullo inueniebantur possessi, quin potius ille possidebãt omnia, omnib⁹ facti superiores. De quo aiebat D. Chrysost. vbi supra: *Est enim hoc admirabile, quòd qui tantas habebant diuitias, erãt facultatibus illis superiores, eos enim nõ tenuit obnoxios multitudo pecuniæ.* Nesciunt equidẽ fideles Dei serui subiacere bonis, sed omniũ dominãtes cõstitui super omnia. Quos elegãter pingebat Nazianz. ora. 1. de Pace aiens: *Qui in mundo nihil habent, & supra mũdum existunt: qui etiam in carne extra carnẽ viuunt, qui pro portione Dominũ habent, qui propter regnum inopia laborant, & propter inopiam regnant.* Sic ille.

D. Cyril. — Iob 15. — Didym. — Psal. 111. — Chrysost. — 2. Cant. 6. — Chrysost. — Nazian.

Matth. 24. Si autẽ dixerit malus seruus ille, in corde suo, morã facit Dominus meus venire: & cæperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis.

§. X.

A comessationibus, & cõpotationibus crudelitates, & iræ parturiuntur.

QVi mãducat, & bibit cũ ebriosis, quid aliud faceret, quàm percutere conseruos suos? Adeò enim cõnexa sunt hæc duo vitia, vt etiã illa cõiũxerit D. Paul. 1. ad Thimoth. 3. monens Episcopũ, vt se exhibeat, *non vinolentum, non percussorẽ*, spirant enim semper longæ compotationes, & crudelitates

Philo. crudelitates,& rixas. Quòd notabat Philo Iudæus lib. de vita Contẽplatiua aiens: *Vulgus vbi se mero explenit, ac si non vinũ bibisset, sed insaniæ poculum ad rationẽ venitus prò stigandam ex animo, offensat; & canum ferociũ more in rabiem vertitur: moxq; coorti se inuicẽ morsibus appetunt.* Sic rixæ nasci solent à cõuiuijs,& cõpotationibus,in quibus,& crudelitas,& iracundia maximè acuuntur. Absalon Dauidis filius non paruam concepit iram aduersus Ammonem ſtrupatorẽ. Thamaris,sed multis,diebus dissimulauit iram,

2. Reg. 13. nec verbũ amarum odioso fratri dixit. Quid tunc? Ait textus. 2. Reg. 13. *Factum est autẽ post tempus bienij, vt tonderentur oues Absalõ in Baal hasor, quæ est iuxta Ephrain, & vocauit Absalon omnes filios regis, &c.* Sic pergit textus narrans ab Absalone procurata Amnonis necem,quàm meditari, & procurare cæpit post vienniũ,cùm oues tonderentur. Sed cur ouium tondendarum tempus notatur,quo Absalonis iracundia tamdiù dissimulata adeò creuit,vt iam non posset, non proferri,& crudelissimum venire in effectũ? Habuit ne tempus illud aliquam connexionem præcipuam,cum crudelitate; ad quam ardẽtius moueret? Sanè Lyra ideo notatum putat ibi tempus tondendarum ouium,quia illo præcipuè tempore solebant frequentari solemnissima,deliciosissimaq; conuiuia. Nec immeritò cõuiuiorum tempus notatur pro occasione crudelissimæ necis adimplendæ;nihil enim cõuiuia citius generant, quã inauditas crudelitates,quibus etiam fratres sese inuicem perimant. Præstantissimi hominis Ioannis Baptistæ caput petitur à saltatrice fœmina. Proh fœminarum crudelitatem, sic hominem æternum viuere dignum perimis? Diù illum meditabaris occidere,& non potuisti,cur modo ardẽtius in eius pernicie exurgis? Vndè maiorẽ spem exercendæ cru-

Marcus. delitatis nũc concipis? Marcus notat cap. 6. *Herodias autẽ insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat ::: Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus.* Cœnam, inquit, fecit Herodes Principibus;ecce opportunitas nocendi,ecce rabies vsque adeò occulta occasionẽ habet sese prodendi; vbi enim,& conuiuia,& compotationes exercẽtur, quodcumque inhumanũ,& crudele potest exerceri. Ad hæc

Chrysol. Chrysol. ser. 174. ait: *Ecce quid pariunt totis noctibus protracta conuiuia: ecce quid generat, quod cum mensura emitur, & sine mensura bibitur vinum.* Nil minus crudele oritur à compotationibus,à conuiuiorum frequentia; vt vix rabidissimæ iræ à cõpotationibus separẽtur. Vndè monebat Prouerb. 31. *Noli regibus dare vinum.* Et cur à regibus,& præsidibus tanto studio vinum auferẽdum est. Insinuat id Lectio Septuag. aiens: *Potentes tracti sunt, vinum autem non bibant:* quasi vna timeatur regibus ira à vino; id quod notãs D.

Hier. Hier. in Isaiæ cap. 5. ait. *Qui ergo præsunt plurimum debet carere vitys: & maximè ira, quæ furori proxima est: ne quanto plus possint, tanto amplius subiectis noceat.* Suspecta habeat vniuersi,qui præsunt longè protracta cõuiuia, suspectas compotationes,à quibus nũquam non efferbescunt iracundiæ,inter quas periclitetur subditorum vita. Hoc maximè ostendit Alexander, glorioſissimus alioquin Princeps,hostibus in arena magnificus, in prandio etiam amicis crudelis. De illo post multa elogia,ait Solinus cap. 4. *Victor omniũ vino, & ira victus. Morbo vinolentiæ apud Babylonem, humiliori, quã vi xerat, fortuna exẽptus est.* Proh fœdissimũ Principis epitaphiũ! Accipite aliud excellentissimo, & manſuetissimo rege dignũ id posuit Ioan. cap. 19. *Ioan. 19.* *Sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit Sitio.* Ille victor omnium vino,& ira victus est: hic omnium longè verius consummatur siti,& misericordia triumphat. Illum violentia turpiter perimit: hunc sitis etiam in cruce ostendit glorioſum. Ille benè potus amicis exitialis fuit: hic melius sitiens etiam hostibus percutientibus obtulit veniam. Abiuret ergò conuiuia, abiuret vina, qui regiam Iesu cupit manſuetudinem ebibere.

Matth. 24. Veniet autem Dominus ſerui illius, in die qua non sperat, & horâ qua ignorat, & diuidet eum, partẽque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & stridor dentium.

§. XI.

Iustorum persecutores durissimum experientur Deum vindicem.

ECce tibi qualem exitum habeat ſeruus ille conſeruorum percuſſor: ille mãducans,& bibens cõſeruos percutit, ſed interea dum ipſe non putat, adeſt Dominus, qui illum confodiat,& tradat æterno luctui. Cũ

tanto

tanto suorum vindice Deo putent se opugnare, qui in sanctos,& pios viros insurgunt. Balaam conductus ad maledicendũ populo Dei,semel & bis consuluit Dominum,an iret? Tandẽ Angelus Domini illi susceptũ iter permittit,quapermissione lętus ibat ne farius homo,at dum vinearum intrat angustias;repugnãtem asinam experitur, fustib⁹ cedit nihil conficiens.Interea Numer. 22. *Aperuit Dominus oculos Balaam,& vidit Angelum stantem in via gladio euaginato*. Deus bone permittis homini viam arripere, & simul Angelũ opponis in via,qui euaginato gladio pergentem trãsfigat?Cur si domi illũ permittebas abire,modo in via armatũ Angelum opponis ? Ne putent omnia sibi prospera,qui sanctis,& pijs hominibus,permittuntur maledicere;quin potius illud certò sciant,quòd nunquã aduersus bonos viros ibunt,absque eo quòd sibi Deũ,& Angelos infensos,& aduersarios experiantur. Id quod acutè notabat D.Cyril.Alex.lib.6.de adoratione inquiens: *Abire quidem permisit Angelus,sed in media conspectus est via fulgẽti gladio.in quo manifestè docuit,eũ,si maledicere vellet ijs,qui benedicti erãt,bellũ & aduersus Angelos suscepturũ*.Hoc putet quisquis pios homines percutit,quisquis iustos offendit viros,non cum illis solis, sed & cũ Deo armato,& Angelorum exercitibus manus conseruisse.Eù si vel in verbulo prolato aduersus iustos homines tibi oculi aperirẽtur:fallar,nisi videres mille Angelorũ spicula in te contorta;nisi videres Deũ ipsum ad te conficiendum præcurrere.Nunquam mihi crede Dominus impune abire permittit percussores suorũ.Exod.21.cauebat lex: *Taurus filiũ quoq;,& filiã si cornupercusserit, simili* (nẽpè mortis) *sentẽtiæ subiacebit.Si jeruum,ancillamq; inuaserit triginta siclos argẽti Domino dabit,bos verò lapidib⁹ obruetur*.Ecce tibi Dominus tauri percutientis filios capite plectitur,Dominus autem tauri percutiẽtis seruum incolumis manet.Est ne apud Deũ distinctio serui,aut filij?An qui seruus est vilior apud Deum habetur?In seruũ venundatus erit Ioseph, & quia Ioseph seruus ideò minus æstimatur à Deo eius vita?Sanè vt seruos Israelitas redimeret, occidit Dominus primogenitos Ægyptiorũ filios, quo modo ergò sic apud ipsum modo viluerunt serui,vt occissor serui parua solũ multetur pecunia,occissor autẽ filij capite plectatur? Non loquitur hic de seruis,& filijs,quos hominũ facit institutio:sed de seruis, & filijs, quos designant vitia, aut virtutes.Vndè nõ mirum:quod sic apud Deum vilescat vitiorum mãcipium,vt parua redimatur pecunia eius occissor;nec autem,qui filios,idest,sanctos viros percusserit, longè maiorẽ pœnã sustineat,vt vel propria priuetur vita. Aiebat D.Cyril.Alex.lib.7. de adoratione in spiritu: *Igitur,quia lex vmbra est,per filiũ,ac filiã liberam sanctorũ genus significatur, per seruum verò,& ancillã illud adhuc seruile genus,& peccati iugo subiectũ.Nõ est igitur par iniuria in sanctos,atque in peccatores facta, neque eadem mensura plectuntur peccata in vtrosq; cõmissa*.Imò qui in sanctos insurgit, vitam suam euidenti proponit discrimini;is enim est Deus,qui nonpatiatur viuere eos, qui percutiunt filios suos.

Num.22.

D.Cyril.

Exod. 21.

D. Cyril.

CAPVT III.

De Amico petenti panes.



DEO cupit Dominus sua bona hominibus communicare, vt tota contentione illos vrgeat ad petendum;vrget demique adducto exeplo amici,cuius etiam intempestiuæ, & importunæ preces non possunt contemni ab amico. Quis enim amicum repellat in eam redactum necessitatem,qua cogatur importunẽ,& intempestiue aliquid petere ab amico suo?Hunc nec homines vacuum dimittent, nec etiam Deus nos vacuos dimittit,si assiduis,imò importunis illum precibus pulsauerimus.

Luc.11. Quis vestrum habebit amicum,& ibit ad illũ media nocte,& dicet illi.

§. I.

Accedentem,& appropinquãtem habet sibi iustitiæ solem, qui non stat,sed ambulat in virtutis via.

CVrnõ introducitur homo ad amicum Deum pergens prima,aut secunda vigilia noctis,sed media iam nocte ? A media nocte incipit Sol nobis appropinquare, & tenebræ rarescere incipiunt;& dum quis di-

citur

citur non ſtare, ſed ire in virtutum viam, eo ipſo nequit nō intelligi ſub aliquo ſigno diuini Solis Chriſti appropinquantis. De diuinissimo Sole Ieſu locutus Ioan. in. 1. ait: *Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientem in hunc mundum.* Expende quem hominem illuminet Chriſtus, nimirum hominem venientem. Pulchrè D. Paulinus epiſt. 4. *Illuminatur autē anima tali cæcitate, qua deſpicit mūdum, vt conſpiciat Deum; eū ſcilicet, qui illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum, ideſt, omnis hominis mentē venientē.* Vbi enim mens noſtra, vel gradum in virtute facit, non poteſt diuini ſolis illuminationem ſibi appropinquantem non oſtendere. Quiſquis in ſalebra nō hęres, in vmbra mortis non ſedes, ſed in via virtutis ambulas, ex quo incipis ambulare, incipis in te Chriſti appropinquātem illuminationem monſtrare. Vndè monebat Dominus Ioan. 12. *Ambulatē dum lucem habetis, vt non vos tenebræ cōprehendant.* Hoc ſolum petit, ne à tenebris comprehendamur, vt ambulemus; ambulātibus enim nunquā nocent tenebræ, ſed potius ipſæ magis cadunt appropinquāte iuſtitiæ Sole. Ex quo dicebat Bern. ſerm. 49. in Cant. *Ergo nō, ambulantē, ſed ſedentem amor tis tenebris cōprehēdi periculum eſt. Et quis ſedens, niſi qui nō curat proficere? Id caueto; & ſi mortē præoccupatus fueris, in refrigerio eris.* Facne ſedeas ſub vmbra mortis, ne ſtes in via; ſed gradere, ſed ambula; & nullo tenebrarū timore tenebris, imò hoc vno tibi ſalutē maximē firmabis, ſi ad anteriora ſemper progredi nitaris. De ſe aiebat Paulus ad Philip. 3. *Fratres, ego me non arbitror cōprehēdiſſe. Vnū autē: quæ quidē retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extēdēs me ipſum.* Expende illud: *vnū autē*, quaſi in hoc vno nitatur Apoſtolus tantus, vnum hoc habeat pro fundamento, quòd ad lucem inacceſsibilem pergat. Et quale eſt illud vnum, quòd ſic ſolum valet firmare ſpes Pauli? Iam explicat ipſe dicens; quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea, quæ ſunt priora extendens me ipſum. Nulla magis virtute firmatur Paulus, quàm ſi nunquam ſedeat, ſed ſemper ambulet. Ber. vbi ſupra: *Quid eſt, vnū autem? Vnum autem, inquit, quaſi remanſit mihi ad remedium, ad ſpē, ad conſolationem. Quid illud? Quæ retro ſunt videlicet obliuiſcens, ad ea, quæ ante ſunt, me extēdo.* Omnia reliquerat Paulus propter Ieſum, milleq; probra pro eodē ſubierat, ſed nihil in his firmitatis inuenit, ſi conſideat, ſi ſtet, ſi ad anteriora nō pergat. Omnia etiam virtutum culmina labant, dum gradus figitur, dum ſiſtitur: quæ tunc firmantur, cū procedimus. Accipè illam inter primas ſponſę laudes Cant. 4. *Dentes tui ſicut greges tōſarū, quæ aſcenderunt de lauacro, &c.* Et grex ibi ſanctorū innuitur, & lotus prædicatur, & detonſus, ſed nec tonſura, nec lotio ſufficeret, niſi & aſcendere perhiberetur. Id quod notans Gillib. Abb. ſer. 23. in Cant. ait: *Attendis, quod non tibi ſufficit detondēri, nō ſufficit exonerari, non ſufficit lotum, & nouum fieri, niſi ſtatim aſcendas, & ſpiritu incedas.* Huc accedant quicumque appropinquantem ſibi cupiunt habere. Solem iuſtitię Chriſtum, habebunt equidē; dum ipſi non ſedeant in via, ſed ſemper ambulare procurent. De hoc vidè ſupra lib. 5. cap. 1. §. 19. & alibi.

Ioan. 1. — D. Paulin. — Ioan. 12. — Bern. — Ad Phi. 3. — Cant. 4. — Gill. Abb.

§. II.

Feliciſsimus eſt ille, & Dei amicus, qui ſalutis ſuæ negotia ſic habet diſpoſita, vt ab alio rū diligentia nō pēdeat.

EXpende tempus, quo abeundi pro panibus vitæ neceſsitas incurritur, nimirū, *media nocte*, media, inquit, nocte ibit ad amicum. Cur non magis ipſe manet; & mittit alium, qui conueniat amicum? Cur permittitur ab hoſpite inter nocturnos timores abire ſolus? Facit hoc ad magnam fœlicitatem eius, qui Deum habet amicum, quòd nimirū in ſalutis negotio non pēdeat ab alijs, ſed ipſe per ſe peragat illa. Si ab alijs penderet is, qui media nocte negotiandi neceſsitatē incurrit, profectò extremo augeretur periculo, vt qui hora intempeſta non facile inueniret, auxiliatores, & propriarum cōmoditatum deſpectores propter illum. Tota ergò fœlicites eius, qui à Deo amatur, in hoc eſt, quòd ſic ſalutis negotia habeat parata, vt nullo alio egeat, ſed ipſe ſolꝰ ea valeat perficere, nullis ruinis, nullis impeditus tenebris noctium. Dauid indè exultat fœlicitatē ſuā Pſal. 55. *In Deo laudabo verbū, in Domino laudabo ſermonē: in Deo ſperaui, non timebo, quid faciat mihi homo. In me ſunt Deus vota tua, quæ reddā, laudationes tuas.* Vide iuſti viri fœlicitatem, vide eius ſecuritatē; nihil iam timet ab homine, nullam rapinam, nullum damnū in ſalute ab homine metuit. Sed cur nullum damnū metuit? Ait ipſe illis verbis: *In me ſunt Deꝰ vota tua*: omnia, quæ Deo pro ſalute offerat, in ſuo pectoris arcano ſolus poſsidet; nō alterius indiget, ſed in ſe ſolo habet, vndè ſalutis ſuæ peragat negotia. Pulchrè D. Aug. ibi: *Inte eſt, quod voueas, & reddas* — Pſal. 55. — Auguſt.

reddas. De cordis arca profer laudis incẽsum, de cellario bonæ conscientiæ profer sacrificium fidei. In te sint vota, quæ Deo reddas: Sauiat homo, permittatur sauire, permittatur efficere, quod conatur. Quid est ablatarus? Aurum, argentum, pecora, seruos, ancillas, fundos, domos, auferat omnia. nunquid auferet vota, quæ in me sunt? Nihil habet quod metuat, qui in se solo habet, quòd offerat Domino, medijs hostilibus in cursibus, medijs tenebrosis persecutionũ no ctib⁹, medijs ipsis nocturnis timoribus secu rus degit, quia in se solo totã salutis negotia tionẽ posidet. Quò forsan respiciebat illud Psa. 87. *Factus sum sicut homo, sine adiutorio, in ter mortuos liber.* Quantũ hoc elogium homi nis, quòd sit inter mortuos liber? Quòd seruiles mortis effugiat timores? Sed expende vndè ad tantam fœlicitatem deueniat, nimi rũ, quia factus est sicut homo, sine auditorio, quia vniuersi adiutorij creaturarũ spem abiecit, & ita se cõposuit, vt à nullo alio dependeret in salutis negotio. Hinc pungebat Nazian. orat. in sanctum Baptisma, eos, qui vel minimam rem ad salutis negotium pertinentem in alijs ponunt. Quippè aliqui solent amicis cõmendare, vt verè de mortis vicinitate maneãt: hos sic arguit Nazian. *Quid tu potius expectas, vt ab alio tibi, ex hac vita migrãdum esse intelligas, quã vt de morte quasi præsenti cogites.* Nil alijs cõmittat de salutis negotijs, qui fœliciter omnia peragere cupit, sed sic ipse vitã suã cõponat, vt deficientibus cunctis alijs, ipse in se redactus salutẽ de Christi munere peragat. Aiebat Psal. 4. *In pace in id ipsum dormiã, & requiescam. Quoniã tu Domine singulariter in spe, cõstituisti me.* A Deo equidẽ venit hęc fęlicitas, quòd singulariter in spe cõstituamur, hoc est, quòd spes salutis nostræ in his, quæ in nobis sunt singulariter nitantur, nec alienę diligentiæ opus habeat. Quid ex hac fœlicitate cõmodi veniet? Ait: *in pace, & in id ipsum dormiam, & requiescã.* D. Chrisost. legit: *In pace, & in me ipsum, &c.* quasi & pax, & quies hominis indè valdè proficiat, quòd in se ipsum collectus, negotium suæ salutis nulli alij prorsus creda. Quippè ait ibi. *Quid est, in id ipsum? In me ipsum, inquit totus coactus, & conuersus, non quæ sunt huius, vel illius cogitans.* Sanè in salutis negotio ille fœcilissimus, perfectaq́; & pace, & quiete perfunditur medijs etiã timoribus nocturnis, qui totus in se cõuertitur, nulliusq́; etiã amicissimi diligentiæ fidit. Ad hęc Nazianz. vbi supra: *Adsit mihi pater, adsit mihi mater, frater, vxor, liberi, amici, atq́; omnes, quos charos habeo & tunc salutem accipio. Non ad huius modi voces cõfugias. Verendum enim est ne luctus socios accipias, quos te lætitiæ socios habiturum sperabas.*

Psal. 87.

Nazian.

Psal. 4.

Chrysos.

Nazian.

Eù quã fœcilicius à nullo, vel socio, vel amico dependere in negotio salutis. Apoc. 12. habes draconem insurgentem in mulierem cœlestem. Quid tunc? *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locũ suum, &c.* Quis putaret mulierẽ in deserto nõ magis esse expositam draconi? Nõne in ciuitate tutior ageret? Nonne plures haberet ibi, qui aduersus draconẽ insurgerẽt, & illam protegerent? Cur ergò in desertо mittitur omni amicorum, & charorum adiutorio destituta? Equidem nũquam nobiscum fœlicius agitur, quàm dum sic constituimur, vt in nobis solis habeamus, quo in Christo viuere possimus. De hoc vide suprà lib. 10. cap. 3. §. 13.

Apoc. 12.

§. III.

Nullis tenebris potest Deo occultari, qui fide ad Deum orat.

INtempestiuum noctis tempus nõ obest, quominus ad amicum properet, qui eius eget auditorio: & cur non metuit, tàm intẽ pestiuo tempore accedere? Cur nõ metuit, vel propter tenebras, vel propter somnum non exaudiri, nec agnosci? Meritò nil sibi à tenebris, nil sibi timet à somno, nequit enim vllis tenebris, vllis impedimentis occultari, qui fide ad Deum orat. Nonne Ionas tenebroso in ventre ceti erat? Sed tamen de illo cap. 2. dicitur: *Et orauit Ionas de vẽtre piscis ad Dominum Deum suum, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominũ, & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Et ego dixi; abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum. Circundederunt me aquæ vsque ad animam meam, abyssus vallauit me, pelagus cooperuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum. Et subleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus. Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.* Ecce tibi hominem nigro carcere clausum, tenebroso abyssu circundatum, montibus hinc indè vallatum, & inter tot tenebras facilem tamen aditũ inuenit, quo posità Deo agnosci, & exaudiri. Sed vndè adeò facile auditur? Ait ipse: *Dñi recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea, &c.* inter tot tenebras vnum hoc facit, quòd ad Deũ it, eiusq́; beneuolẽtia

Ioan. 2.

nititur, quo non potuit ipse, & agnosci, & exaudiri. Ruper. ibi ait: *Vbicumq; ergò conclusus homo, siue hominis spiritus, vbicumq; fuerit coangustatus, siue inferni, siue terræ vectibus, si apud se habet verbum fidei, dum orat, non potest, nesciri, quinimò ipso verbo fidei, viscera Dei, cor patris altissimi fortiter tangit.* Nullis etiam abditissimis cauernis iacebit homo, nullis tenebrarum vmbris occupabitur, in quibus, si proferat verbum fidei, si oret ad Dominũ, oculis creatoris nõ pateat, eiusque animum nõ solicitet. Dauid Psa. 37. *Miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finem; tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus; & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne desiderium meum; & gemitus meus à te non est absconditus.* Tot afflictionũ tenebris oppressus, vnum facit, nimirùm, ad Deũ orare, oculos suos, desideria sua ante Deũ ponere, & quid indè? *Gemitus meus a te non est abscõditus.* Lateret hominis gemitus tenebroso carcere cõpediti; lateret etiam charissimos amicos mundiales vox calamitosi viatoris, vel à latronibus vmbroso in monte petiti, vel occulta alia calamitate agitati; verùm minimè Deum latet. Planè vbicumq; conclusus homo fuerit, siue inferni vectibus coangustatus, si verbũ fidei habeat, si oret gemitus eius Deo nullo modo absconditur; quin potiùs, & se, & authorem suum notissimũ Deo facit, illiq; præsentissimum. Vndè cupidissimus sponsus cognoscendi sponsam è facie, sic ait Cant. 2. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Si cupis videre faciẽ, ò Domine, si sponsam tibi notã ex facie fieri amas, hoc pete, hoc flagita, in hoc insiste, cur tàm cito diuerteris aliò? Cur vocem postulas? Cur non magis insistis in petenda facie? Equidem, quòd petit vocem, simul etiam facit ad noscendam sponsæ faciẽ, nequit enim fieri, quòd vox fidei in sponsa orãte ad Deũ sonet, & quòd non notissima, & præsentissima illi statim fiat facies. Ad hęc aiebat D. Iustus Orgelitanus: *Orationes sanctorum semper Domino acceptæ, gratiaquè eius præsentes, quia de Christi lumine acceperunt, vt in decore iustitiæ permanerent.* Ex quo orationes sanctorũ ad Deum sonant, non possunt, & sancti viri non Domino præsentari, illiq; patentissimi apparere; vt potè de lumine Christi illuminati.

Psal. 37.

Cant. 2.

D. Iustus.

§. IIII.

Oratio ad Deum timores vniuersos abigit.

SOlus, & media nocte ad Deum ibit, cur nõ magis sibi cauebit à timoribus nocturnis? Ibit ad Deum orandũ, vbi autem intercedit oratio, vniuersos timores abigit. Instã te iam tenebrarũ potestate Iesus Matth. 26. *Cæpit contristari, & mæstus esse*: imò vt Marc. ait cap. 14. *Cæpit pauere, & tadere.* Totus fit Iesus meus pauidus, & præ pauore mæstus; atque dum sic paũet, intrat hortum, patrem orat, & statim veniens ad discipulos ait Matth. 26. *Surgite, eamus: ecce appropinquauit, qui me tradit.* Expende alacritatem, qua obuiam hostibꝰ procedit: paulò antè totus pauebat; modò alacer, toto abiecto pauore, occurrit hostibus? Vndè tanta pauẽti aduenit alacritas? Orauit ad patrem, & vbi intercessit oratio, nullus timori aditus patet. Pulchrè aiebat D. Laur. Iustinian. de triumphali Christi agone, cap. 7. *Intellige quantum oratio cõferat, quæ pauentem, & agonizantem recipiẽs Dominum, illum exhortãtem reddiderit, aiq; intrepidum, vrdè aiebat, surgite, eamus.* Nullum nõ occludit oratio aditum timori, ex quo in oratione fueris, intrepidũ ebibes animũ, quo nihil paueas, vt possis dicere cũ sponsa Cãt. 8. *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacẽ reperiens.* Et quidem ex quo orationis portum attingimus, pacificaq; orationis induimus arma, nihil in nobis nõ apparet fortissimum, & impertur babile. Quisquis enim profe habet orationis arma, habet vndè vniuersos timores possit exufflare. Aiebat etiam Cant. 3. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vnius cuiusq; ensis super femur suum, propter timores nocturnos.* Miraris apud pacificũ Regẽ tot ostẽdi armatos? Et quales sunt gladij, quales enses, qui etiam habẽtur, in quietissima, & pacifica Salomonis camera, aduersus timores nocturnos? Ego ibi nullũ alium crediderim admitti, nisi orationis gladium, quẽ qui habet, nihil sciuit timere, imò & illum cauent tenebrarum potestates. Ex quo aiebat D. Chrys. lib. 1. de orãdo Deo. *Si nos cõspexerint deprecatione cõmunitos, illicò resiliũt nõ aliter, quã prædones, vbi cõspiciũt militis gladiũ.* Sic orationis arma exufflant metuẽdas tenebrarũ potestates; sic aduersus omnes nocturnos timores armantur, qui orationi vacãt. Quò aspiciẽs Sal. Prouerb. 28. ait: *Iustus antẽ, quasi leo confidens; absq; terrore erit.* Nõ solùm noto, quòd iustũ ostendat, & imperterritũ, & cõfidentem; sed simul aduerto, quòd iusti confidentiam similẽ dicat esse confidẽtiæ leonis. Et qualiter leo cõfidit? D. Cyril. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 14. ait: *Fertur igitur leo, cum animal aliquod capere velit, mirabilem solere*

Matth. 26. Marc. 14.

Laur. Iust.

Cant. 8.

Cant. 3.

Chrysost.

Prou. 28.

Cyr. Ale.

solere rugitum edere, eoquè quæ propinqua sunt animalia perterrita cadunt. Ita solo leonis clamore superantur, & capiuntur. Sic iusti imperterrita confidentia in clamore orationis sita est; clamat iustus ad Dominum, & vniuersa metuenda diffugiunt. Id quod notans
Chrysost. D. Chrisost. hom. 53. in Acta inquit: *Non enim leonis rugitus bestias sic fugat, vt iusti oratio dæmones: si loquetur solum, deuolant.* Dum labia orantis resonent, omnia procul abscedunt metuenda, vt huc libenter referam il-
Tob. 6. lud quod Angelus docebat Tobiã: ait enim Tob. 6. *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.* Nemini vnquam dubium fuit, quòd calens oratio, à flammanti egressa corde malorum genus abigat omnium.

§. V.

Oratio efficax, quæ in occulto fit.

NOn id notandum relinquo, quòd media nocte ad exorandum amicum pergit; illa enim, & secura, & efficax oratio fit,
Cant. 3. quæ in occulto. Ideò sponsa ait Cant. 3. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea.* Per noctes ait, & cur per noctes? D. Ber. ser. 86. in Cant. *Quàm secura ascendit de nocte oratio, solo arbitro Deo, sanctoq; Angelo, qui illam superno altari suscipit præsentãdam. Quã grata, & lucida verecũdo colore oratur rubore. Quã serena, & placida nullo inter turbata clamore, vel strepitu. Quàm denique munda, atque sincera nullo respersa puluere terrenæ solicitudinis, nulla aspicientis laude, seù adulatione tentata. Propter hoc ergò sponsa non minus verecunde, quàm caute, lectuli secretum petebat, & noctis, orare, hoc est verbum quærere volens.* Tunc enim confidentius quis procedit ad verbũ diuinum quærendum, & exorandum, cùm
Luc. 23. occultam prorsus orationem agit. De Ioscpho viro bono, & iusto dicitur Luc. 23. *hic accessit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu*; idquòd notans Ioannes simul explicat huius viri ingenium qui non nisi occulte, & nocte solebat accedere ad Iesum; ait enim cap. 19. *Rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metũ Iudæorum.* Sed cur necessum fuit in hac petitione notare ingenium viri iusti in se occultando?
Ambr. D. Amb. lib. 10. ait: *De hoc Ioseph in Ioanne solo inuenio, quòd occultus venerit ad Pilatum propter metũ Iudæorum. Quomodo iustus latebram periculi timore quæsiuit? Ego puto, quod idcò occulte petierit, vt corpus impetraret, non vt periculum caueret.* Nũquam enim certius Verbum Dei quæritur, & impetratur, quàm precibus, & orationibus occultis. Apud 3 Reg. 18. de illis, qui inuocabant Baal
3. Reg. 18 dicitur: *Clamabant ergò voce magna*: verùm de inuocatore Dei Elia solum dicitur: *Accedens Elias Propheta, ait, Domine Deus, &c.* Illi clamoribus Baal solicitant, Elias non clamat, nullam magnam edit vocem. Et cur illis clamantibus, vocem Elias non elevat?
D. Amb. D. Amb. in Psal. 45. *Diabolus sonum quærit, Christus silentium.* Non clamosa, & publica oratio, sic Deo placet, vt secreta, & occulta. In eo distinguantur veri Dei precatores, & precatores dæmum: illi clauso cubiculo, & occulte Deum orant, hi non nisi inutilibus clamoribus perstrepunt. De his Psal.
Psal. 45 45. *Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eius, & turbati sunt montes in fortitudine eius.* Inter sonitus aquæ nullam sitim explent, sed solam turbationem generant, sic quæ in clamoribus, & sonitu consistit oratio nullí prodest. Ex quo meritò aiebat D. Amb. *Non bo-*
D. Amb. *næ aquæ, quæ sonant, atque turbantur, & potum præbere non possunt. Meliores sunt, quæ pertranseunt, sicut scriptum est: inter medios montium pertransibunt aquæ, & potabunt omnes bestiæ agri: suscipient onagri in sitim suam.* Sanè quæ inaniter resonant per cõpita preces vanæ sunt, & hypocritarum: verùm quæ inter opaca montium sub vmbris occulto, & secretò fluunt, hæ maximè Deo probantur.

Luc. 11. Et dicet illi, Amice cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo, quod ponam ante illum.

§. VI.

Illius oratio efficax est, qui Deo reddere integrum intendit, quidquid ab illo petit. Feralis autem, & diabolica illa, quæ suis cupiditatibus vult in sumere, quòd à Deo accipere.

EXpẽde, qualis instituatur ille, qui Deũ precatur, instituitur equidem petens non donari, sed commodari sibi panes: qui enim non donatum, sed commodatum

petit totum quòd accipiat integrum commodatori prętēdit reddere. Illa ergò efficax oratio est, & perfecta, per quam postulātur, quæ integra sint Deo commodatori redden
1. Reg. 1. da. Sic orabat Samuelis mater. 1. Reg. 1. *Domine exercituum, si respiciens videris afflictionē famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexumvirilem: dabo eū Domino omnibus diebus vitæ eius, &c.* Filium petit à Deo, sed nō quē sibi habeat, secumque retineat, sed quem integre, & totaliter Deo reddat. Quem filium à Deo petis ò mulier? Peteret mater filiū, qui eius sustentet senectutem, qui nomen familiæ æternet, qui parentum leuet curas præsentia sua. Nonne hęc sibi quærunt parentes in filijs? Cur similia non quæreret Anna in filio suo? Annæ filius, futurus erat orationis perfectæ filius, & ideò mater non petit illum, vt sibi aliquomodo retineat sed vt totum integre Deo reddat. Bona enim, quę oratione petū tur, sic petuntur, vt integre sint reddenda
Chrysost. Deo commodatori. Notabat D. Chrysost. hom. 24. in epist. ad Ephes. inquiens. *Dabo illum, ait, donum Domino omni tempore. Nō dixit vnum dumtaxat, aut alterum annū, vt nos solemus, neque dixit, si dederis mihi puerum, dabo pecunias, sed ipsum totum donum retribuam primogenitum, & orationis filiū.* Et planè quid quid oratione petis à Deo, totum & integrū debes Domino restituere: illa est enim vera, & perfecta oratio, & efficax apud Deum, quæ, quod reddat, orat, non quod Deo eripiat. Hanc orationē docebat Oseas cap. 14.
Oseas 14. dicēs: *Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum.* Dum ad orationem vocat, illud in primis monet, nimirum: *Tollite vobiscum verba:* mos enim erat Israelitarū in oratione non verba, sed vlulatus, & ferarū edere rugitus, vt dicitur apud ipsum Oseam
Oseas 7. cap. 7. *Non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant incubilibus suis super triticum, & vinum ruminabant.* Procul ergò sint in oratione vlulatus bestiarum, adsint verba rationali creatura digna. Sed quæ sunt hęc verba à ferarū vlulatibus aliena? Ipse explicat aiens: *Dicite Deo, aufer iniquitatem, accipe bonū.* Expende illud *accipe bonum*, nullum enim bonū sibi amat à Deo venire perfectus animus orantis, quòd nō velit, vt ipsum accipiat integrum ipse dator. Pete à Deo tibi dari, nō quod tibi retineas, nō quod Deo eripias, sed quod totū ex te Deus accipiat: & verba hominis promis in oratione, & nō vlulatus ferarum. In hoc bestia, & homo distinguntur; quòd bestia sibi bona consumēda procurat, & vt ipsa consumat, eripit alteri; at homo quidquid bonum ex Deo habet ad id habet, vt totum illud Deo reddat. Quòd si quid à Deo accipis consumēdū tuis voluptatibus, non Deo reddendum fera es, homo non es etiam si in Angelorum choris inueniaris. In sanctorum choro inuētus aliquando Sathanas Iobum sibi permitti postulabat. Annuit Dominus, Iobum permittit Sathanæ mani
Iob. 1. bus. Quid tunc? Ait textus, Iob cap. 2. *Egressus igitur Satan à facie Domini, &c.* quod pō derans Orig. lib. 2. in Iob ait: *Exiuit diabolus à facie Domini, exiuit tanquā lupus rapiens, tā quam leo rugiens, tanquam vrsus sanguinem appetens, tanquam malignus serpens, tāquam vipera sæua, ac permitiosa.* Expēde modo quot bestiarum voces attribuantur Satanæ à sancto rū choro egredienti. Affluit miser inter sanctos, petijt bona Iobi, sibi permitti, accepit postulata, cùm quibus egrediebatur lætus. Cur indè lupus? Cur vrsus? Cur leo? Cur serpens? Cur vipera? Merito omnium bestiarū instar habetur, qui bona sibi à Deo petit per mitti, vt illa destruat, consumat, non in Dei obsequium, sed potius quātum in se erat, in Dei damnum. Huc accedant mundiales homines, qui bona à Deo postulant, quæ minimè Deo reddant, sed voluptati, sed vanitati. Horum orationes non orationes sed rugitus ferarū sunt, sed Satanæ conatus. Egreditur aliquis à templo, ab oratione, & votis lætus definita lite, de bonis sibi adiudicatis, sed cū illa non Deo reddere, sed suis cupiditatibus insumere statuat; egreditur à facie Dei tanquam lupus rapiens, tanquam vrsus, tāquā leo, tanquam diabolus, nō quærens suis precibus Dei obsequium, sed damnum. Qui homo est, veramque, & perfectam orationem fundit, quidquid à Deo exorat, totum ipsi Deo retribuit integrum: Hinc Matth. 6. iu-
Matth. 6. bemur petere: *Adueniat regnum tuum.* Petimus regnum ad nos venire, & regnū ad nos veniens, adhuc illud Deo tribuimus, dicētes regnum tuum. Cur non magis dicimus nostrum? An regnū quòd mihi aduenit nō magis est meum? Sed quod à Deo petimus, nō ideò petimus, vt retineam⁹ nobis, sed vt magis retribuamus illi, integra illi reseruamus: & referimus bona, quæ per orationē à Deo impetramus. Quò spectabat Tertul. de O-
Tertul. rat. cap. 5. inquiens. *Quidquid nobis optamus, in illum auguramur, & illi deputamus, quod ab illo expectamus.* Nullum Deo damnum procuramus in accipiendis bonis, sed illi omnia sua referimus integra.

§. VII.

§ VII.

Illa oratio proficua est, quæ Dei, proximorumque negotia agit.

QVam secure ad orationem pergit, qui aut hospitis Dei, aut proximi negotiũ agit, qui vt det hospiti petit, nunquam non erit accepta eius oratio. Ecce tibi dum Deus Sodomam iratus abit, stat Abraham, & pro Sodomis anxie precatur, nec semel precatũ iam esse contentus, adhuc ait Gen. 18. *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis.* Et noscis te puluerem, & cinerem, & adhuc audes semel, & ter cùm Domino precibus agere? Vndè & puluerì, & cinere fiducia tanta? Nõne molestum erit, toties coram Deo cinis stare? Agebatur proximorum causa, & tunc nullius oratio non est Deo accepta, & oranti salutaris. Aiebat enim ibi Lyppom. *Delectat Dominum, & fidelem decet oratio, pro proximorum salute inter posita.* Mihi crede, nunquam male audit oratio, quæ proximorum suscipit causam, imò hanc in primis orationem perfectam nominem, quæ ex Dei, & proximorum proficiscitur charitati. Cùm Dauid, & adulterium, & homicidium cõmisit. 2. Reg. 12. dicit ei Propheta: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollã vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu autẽ fecisti abscondite; ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Ecce quàm paucis verbis bonus rex amouit à se tamtam pœnã peccati. Accipite aliud ex Isaiæ cap. 39. ibi etiã peccanti Ezechiæ adest Propheta, & ait: *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque in diem hanc in Babylonem: non relinquetur quicquam dicit Dominus. Et de filijs tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini, quòd locutus est. Et dixit, Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.* Cõpone modo Dauidem, & Ezechiam, vterque peccat, vtrique pœna intimatur peccati: sed Dauid verbum profert, & statim pœnam audit abolitam: Ezechias plura dat verba, & non audit pœnam ablatam. Peccatum Dauidis, & eius pœna verbulo prolato amouetur, peccatum Ezechiæ multis etiam verbis datis nõ amouebitur. Cur sic à Dauide explo-

Genes. 18

Lippon.

2. Reg. 12

Isai. c. 39

ditur peccatum, & non ab Ezechia? Crediderim in verbo illius Dauidis, non solum peccati sui pœnitentiam, sed & pro regni, & filiorum suorum salute solicitam orationem intelligi, vt qui in peccatorum pœnis solebat semper pro subditis orare, sibique præponere illorum salutem, & incolumitatem. In verbis autẽ Ezechiæ nulla solicitudo nulla cura pro suis ostẽditur, imò audiẽs, quòd templum Dei, & regia spolienda erant, & filij captiuandi, nihil de his solicitus, sibi soli consulẽs, pro se solo precatur; quæ sanè precatio, dum de charitate Dei, & proximorũ non oritur, nec censetur precatio, nec vllam opem suis peccatis affert. Ait D. Cyril. Alex. lib. 3. to. 4 in Isaiam. *Ezechias destituitur defensione, cùm orationem non habeat, qua suis delictis opem afferat. Deinde suis diebus pacẽ quærit, modo non valedicto suis posteris, & abiecta omnino cura, & regionis, & suæ ciuitatis, & generis: Verùm in rem fuisset, de his, quæ prædicta sunt luxisse, & à Deo misericordiam petiuisse, & posterorum nomine fœlicitatem non temporariã, & contractam postulasse.* Nõ defendit oratio, quę despicit proximos, nec vllam opem delictis affert, illa oratio numquam non accepta, quæ proximorum nomine misericordiam solicitat diuinam.

Cyr. Alex.

S. VIII.

Nulla à te proficiscatur oratio, in quâ propria etiam non requiratur salus.

VNius hospitis gratia tres panes petit nõ solum hospiti, sed & sibi prouidens panem, vt sapientissimus noster notauit Maldonatus. Et meritò, quia in omni perfecta oratione, semper debet exquiri salus ipsius orantis. Accipè quid de perfectissimo omnium verbo, nempè diuino asserat Ioan. ca. 1. *In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum.* Itaq; verbũ exijt à Deo, sed qualiter exijt? Manẽs apud ipsum Deum; nullũ verbum, nulla oratio à Deo prodit, quæ extra Deum tota feratur, sed intra ipsum productorẽ manet. Quid tũc? Illa diuinissima oratio, illud est diuinissimum verbum, quòd nõ totum extra prolatorẽ elabitur, sed apud ipsum manens, eius in primis salutem negotiatur. Adhæc D. Bern. lib. 2 de Consider. ait: *Summe exemplum de summo omnium patre verbum suum, emittente, & retinente. Verbum tuum, consideratio tua. Quòd si procedit, non recedat. Sic progrediatur, vtnõ egrediatur. Sic exeat*

Ioan. 1.

vt non deserat. In acquisitione salutis, nemò tibi germanior vnico matris tuæ. Nullum verbum à te coram Deo egrediatur, quòd pro te nõ stet, quòd tuam in primis non procuret salutem. Bonum est, si pro alijs orationem fuderis, sed nũquã te deserat oratio tua, quæ tunc, & alijs opem feret, cum tibi in primis salutẽ procurat. De se aiebat Paul. 1. ad Corint. 9. *Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.* Expende patentissima viscera Pauli pro omnibus: an etiam, & pro se? Sanè dũ pro omnibus agit, necessum est, vt simul & pro se agat, quandoquidẽ ipse vnus ex omnibus est, & pręcipuus in salutis causa. Ex quo sic monebat D. Bern. lib. 1. de cõsider. *Si item totus vis esse omniũ, instar illius, qui omnibus omnia factus est, laudo humanitatem, sed si plena sit. Quomodo autem plena te excluso? Et tu homo es. Ergò vt in te gra, & plena sit humanitas, colligat, & te intra se sinus, qui omnes recipit.* Non plenè, & perfectè agis, dũ te excepto, pro alijs negotiaris nec iuxta Apostolũ illo modo omnibus omnia fit: itaq́, vt Apostolicam impleas charitatem, tuam semper salutem tuæ preces sonent, vt dum te in tuis quęris, nulli debearis, sed omnibus omnia inueniaris factus. Et quãdo oratio iusti non sic plena fuit, vt illa tibi in primis orator nõ prospiceret? Sponsæ dicit Cant. 4. *Fauus distilans labia tua?* non contentus, quòd mel, & lac sub lingua existerent, fauum in labijs ponit. Cur fauus in labijs? Gillib. Abb. ser. 34. in Cant. dicit: *Quia fauus non nisi dulcedinẽ effundit, nec nisi de pleno effundit.* Prius se fauus implet, & dum ipse plenus est, de sua plenitudine exterius distillat; sic labia iusti instar faui stillantis, nihil nouerunt distillare, nisi dum se implent.

1. Cor. 9.

D. Bern.

Cant. 4.

Gill. Ab.

Luc. 11. Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei me cum sunt in cubili: non possunt surgere, & dare tibi.

§. IX.

Præstantior virtus propinquis prius prouidet.

PVeris secum existentibus, hoc est, filijs (vide Maldonatum ex Tertul. & Theoph.) dum prouidet Dominus, quasi cunctatur ad externos surgere. Et quando nõ præstãtior virtus est in primis prouidere propinquis? Vbi crucifixi Domini facinora Euangelistę literis mandant, Mattheus & Marcus querellã Iesu ad patrem de derelictione posuerent; Lucas profusissimam eiusdem pietatem narrat in paradiso donando latroni, solus Ioannes, qui diuiniora, & præstantiora notauat, nobis proposuit curam, qua Dominus habuit matris suæ, illa discipulo mandans. Sic cap. 19. *Ecce mater tua.* Cur Ioãnes potius meminit solicitudinem hanc pro matre habitam? Cur non potius meminit regnum donatũ latroni? An præstantius est matri aliquale prouidere sustentaculum, quam alteri, vel regna parere? Ita D. Amb. lib. 11. in Luc. ait: *Solus ergò Ioãnes me docet, quod ali non docuerunt, quemadmodum in cruce positus appellauerit matrem, pluris putans, quòd victor suppliciorum, atq́, pœnarum, victor diaboli pietatis officia diuidebat, quam quod regnum cœleste donabat.* Et quidẽ pietas erga propinquos pręstantior virtus est, quàm largitas erga extraneos. Celebrior apud Deum fies, nõ tam in magnificentia, quam in pietate, vt nimirum in primis tuorũ salutẽ prouideas. Multa fecerat Ioseph Ægyptijs, & regnũ, & magnum nomẽ apud illos acceperat, dum tamẽ eius facinora recensetur Gen. 49. ait: *Sedit in forti arcus eius, dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potẽtis Iacob: indè pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, &c.* Ægyptium pauerat, & Israelem; cur solum de pastu Israelis mentionem facit, cui diuinũ auxilium adscribit? In Israele pascens parentes, & fratres, & propinquos pietatem exercuit, quæ pręstãtior virtus est inter omnia opera beneficentiæ. Theodor. in cat. Lyppom. fatur: *Hanc diuinam erga se curam meruisse ait ob propriã erga parentes suos curam, & diligentiam.* Et si in omnes Ioseph magnificus, & de omnibus bene meritus, tamen illius in parentes pietas palmam retulit, & ęsca fratribus egentibus exhibita illum in gloriæ fastigium euexit. Sic de illo magno oratore apud Deum dicitur. Machab. 15. *Hic est fratrum amator, & populi Israel, hic est, qui multum orat pro populo.* Nec immerito fratrum amor in primis ponitur, vt semper pietas primas ferat. Notissima est Dauidis virtus, qua hostibus suis pepercit. 2 Reg. 1. vbi audiuit Saulem sibi infensissimũ hostem morte perẽptum, amorem tãti hostis malum defleuit. Quid perfectius? Sed & ipse 2 Reg. 19. rebellem filium Absalonem misere perditum largis etiam lachrymis prosequitur. Vter fletus sanctior in Dauide? An

Ambr.

Gen. 49.

Theodor.

Machab.

quo

quo hostem Saulem defleuit, an quo filiũ rebellẽ? Sanè virtutis fuit hostibus misericordiam exhibere, verùm pro filiorũ malis flere, magnæ virtutis extitit argumentum. Ad hæc D. Ber. ser. 12. in Cant. *Quid Dauid mãsuetius, qui illius mortem lugebat, qui suam semper sitierat? Quid benignius, quàm vt eius molestè ferret decessum, cui succedebat in regnũ? Sed & de morte parricidæ filij, quàm difficile cõsolationem admisit? Magnam profectò optimæ vntionis copiam præferebat talis affectio.* Benignitas fuit in Dauide, quòd Saulẽ mortuum defleret; at quod pro filio parricida peremto vehemẽter tristaretur, id optimæ vntionis, optimæ gratiæ magnam copiam præferebat. Tunc enim ille præstãtissimæ charitati dat operam, cùm propinquorum ærumnis saltẽ compassionem exhibet. Huc reuoco dicta lib. 1. cap. 8. §. 6. lib. 4. cap. 5. §. 19.

D. Bern.

Luc. 11. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios, &c.

§. X.

Vbi amicitia non valet, longis precibus opus habes, vt exaudiaris: vbi autem intercedit amicitia vix de oratione cogitas, & exaudiris.

TVnc cum non tribuit Dominus propter amicum, tribuit propter improbitatem, hoc, est propter quandam in petẽdo quasi pertinaciam. Et quidem necessaria est hæc ad impetrãdum, vbi amicitię respectus nullus est habendus, quòd si amicitiæ respectus habeatur antequã labra in oratione moueas, dum adhuc de oratione cogitas, postulata percipis. Ad hæc aiebat Clemens Alexan. lib. 6. stromatum. 5. *Iis quidem, qui peccatorum ducti sunt pœnitentia, & non solide crediderũt, per preces præbet Deus petitiones. Iis autem, qui viuunt citra peccatum, & ex cognitione, concedit, sivel solũmodo cogitarint. Pete enim inquit Scriptura, & faciam: animo cogita, & dabo.* Ecce tibi differentia inter amicos, & inimicos, si accedãt postulare aliquid ex Deo. Qui ob imperfectam fidem, imperfectã pœnitentiam agunt, adhuc in se habẽtes peccata, inimicitiæ causas: Ij impetrare possunt bona à Deo, sed post precũ importunitatẽ: qui autẽ ex perfectâ fide, & viua peccatum exsufflarunt amici iam facti, nõ longis precibus egent, si vel solummodo de postulãda recogitauerint, effectum à Deo habẽt. Prodigus ille filius nihil locutus fuerat ad patrẽ, solum inter se cogitarat illi orationem facere, & statim se se inter patris brachia videt receptum. Rem narrat Lucas cap. 15. his verbis *In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij patris mei ãbundant panibus; ego autem hic fame per eo? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater peccaui in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, &c.* Cur pater sic accuris ad filium prodigum? Cur oscula das? Cur misericordiã impertis? Nihil ipse loquitur, nihil adhuc petit, meditatã habet petitionem & confessionem fateor, in animo suo cogitauit petere, sed nõdum petit, nondum orat, & tu iam te totum vel meditatæ confessioni exhibes? Quæ huius rei causa? Sanè totũ, quod ex patre volebat hic filius nascebatur in illo ex perfecta fide paternorum bonorum, ex perfecta detestatione sui miseri status, & pœnitentia peccatorum, vbi autem quis sic ad Deum accedit, nõ longa oratione eget, si vel solum cogitauerit, obtinebit. Pulchrè D. Nyssenus de oratione Dominica orat. 2. ait. *Ad se reuersus pœnitentiæ verba meditari cœpit, hæc autem aliquo modo, cum verbis orationis congruebant; dicebat enim ille: Pater peccaui in cœlum, & coram te: qua propter etiam eiusmodi confessionis meditatio aditu facilem ei patrem effecit, adeò, vt etiã accurreret ad eum, &c.* Vbi cum perfecta peccatorum pœnitẽtia oratio coniungitur, nõ multa expectantur verba, vel ad solam cogitationem Dominus respondebit. Hinc Sap. 6. *Qui vigilauerit propter illã cito erit securus. Quoniam dignos se circuit ipsa quærẽs: & in vijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis.* Dignis, & amicis sapientia diuina occurrit in omni illorũ prouidẽtia; non solum in factis, & facinoribus bonis exhibitis accurreret Deus suis amicis, sed & in omni illorum prouidẽtia, hoc est, in omni illorum cogitatione de habendo ãliquo bono. Quia amicus est, qui dignus est, qui perfectè inimicitiæ causas explosit, non indiget multis manuũ pulsibus, multis clamoribus, vel

Cle. Ale.

Luc. 15.

Nyssen.

Sap. 6.

sola cogitatione si quid bonum sibi prouideat, præsto erit Dominus illi. Ita Cantacuzenus apud Lorinũ in præsenti, ait: *Non enim rectè factis tantum præsidet, verùm etiam ijs consiliijs, quæ quis inire prudenter solet, vt etiam antequam res agantur, ob ea, quæ recte cogitat, probetur, & placeat.* Sic semper Dominus ad cogitationem suorum euolat largiturus, vt dicat Psa. 9. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem, cordis eorum,* & etiam apud Iob cap. 8. Baldad suhites: *Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus: si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, &c.*

Cantacuz.

CAPVT IIII.

De Ædificatore, & Rege.

ARDVA Christianę perfectionis facinora non leui cura; sed multo, studio, & sumptu aggredienda, vt per suadeat Dominus, exempla subijcit in ędificatore turris, & in Rege bellum suscipiente. Neuter equidem tantum aggreditur opus sine ingenti sumpto, sine ingenti solicitudine. An paruo aut nullo sumptu quis agrediatur, vel bellum committere, vel magna ædificare palacia? Planè nihil magnum stetit, sine magno sumptu, sine solicitudine magna.

Luc. 14. Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ suũ, & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & sorores ad huc autem, & animam suam non potest meus esse discipulus.

§. I.

Vera pietas est scire, vel filios, vel parentes perdere propter Deum.

ODio haberi iubẽter charissima hominum pignora; & quis probet hominis odium in parentes, in filios? Quis impune filios, & parentes perdat, quando & ipsos hostes tenetur diligere? Qui debet in hostes esse pius, quomodo duruserit in filios sibi charissimos? Sanè vbi Dei causa intercedit, & postulat, tũc vera pietas est scire perdere ipsos parẽtes, & filios. Rẽ pulchrè explicabat D. Cyrill. Alex. lib. 6. de Adorat. ex Matth. 10. inquiens: *Dei cultu violato, misericordia cõmoueri, minimè tutum est; sed in primis periculosum importuno tẽpore ad mutua benevolentia ignauiam emolliri: idquè illud est, opinor, quod ait Christus. Qui amat patrem, aut matrem plusquã me, non est me dignus. Valeat omnino eo tempore pietatis lex, recedat naturalis amoris vis, & ea omnia, quacumq; ad hominum dilectionem spectãt, & vt ita dicamus, paduritia collatur Deus.* Matth. 11

Pietas aliquãdo est scire esse crudelem etiã in suos. Vbi Dei causa, lexque diuina violata sectionem postulat, misericordia emolliri, nunquam tutum est; est enim tunc pia duritia perdere, vel manũ, vt totus homo viuat. Notissima est illa historia. 3. Reg. 3. vbi duæ matres cõtendebant de filio, altera vera mater erat, vereque amabat puerum, altera falso sibi puerum atribuebat. Res peruenit ad regem Salomonem, in cuius conspectu, dũ vtraquè sibi filium dari clamaret, rex iubet gladium adduci, & infantem diuidi in duas partes, quarum alteram accipiat vna, & alteram accipiat alia mater. Quid tunc? *Dixit autẽ mulier, cuius filius erat viuus, ad regem (cõmota quippè sunt viscera eius super filio suo) Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* Quid ais mulier vbi est naturalis amor in filium? Cur sic concedis illum æmulæ tuæ? Cur sic amas filium perdere, & falsæ matri illũ tradere? Cur non magis matrem agis, filium tibi postulas? Imò hoc est perfectissimè matrem agere, & maternæ pietatis totã exhibere perfectionẽ, in eo quod sciat filium perdere, vt possit viuere puerulus: ideò ait: *date illi infantem viuum.* Pro quo eleganter D. Petr. Dam. lib. 6. epist. 12. ait: *Vera mater filium tradit, vt viuat.* Nec vnquã magis verus amor, vera pietas in filios, aut parentes ostenditur, quàm vbi quis illos scit tradere, imò & perdere, vt verè possint æternum viuere. Vtinam hãc vniuersi ebiberint duritiem, qua contemnerent, imò procurarent perditionẽ charissimorum, ex qua æterna oriretur vita. Prudentissimus ille senex Bercellai, dum inuitaretur ad curiã, in qua Dauidis regis fauores potiretur, ipse renuit dimittere, & domum, & patriã suam, in qua vsq; ad penè extremam peruenerat senectutẽ. Verùm petit, vt filium suum charissimũ Chamaam vadat cum Dauide: quippè ait. 2. Reg. 19. *Obsecro vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrũ patris* 3. Reg. 3 Pet. Dam. 2. Reg. 19

patris mei, & matris meæ. Est autem seruus tuus Chamaã, ipse vadat tecum Domine mi rex. Miraris quod senex pater tã facile remittat baculum senectutis, nimirũm dilectum filium: solent enim parentes senes viuere de cõspectu filiorũ, & hoc vno solatio animari, quòd claudẽda illis sint lumina filiorũ manibus. Cur ergò senex hic non magis apud se retinet filium? Cur illud à se ablegat? Prudẽtissimus homo in eo patrem agit, & patrem in filios pijssimum, quòd sciat perdere filium, vt ipse apud regem gloriosus viuat. Petrus Dam. vbi supra. *Octo genarius Bercellai, vt Chamaan filij vtilitatibus consulat, eius sustenta culo senectutis incuruæ grauedinẽ fulcire nõ curat, dummodo ille regi Dauid familiariter hæreat: ipse destitui prolis auxilio non recusat.* Scit pater filium perdere, vt cõsulat gloriæ filij: cur non magis homines charissima quæque sciant perdere, vt illa habeãt in rege gloriæ Christo? Illa est pia durities, quæ omnia sibi chara abijcit, despicit, contẽnit, vt apud regem gloriæ Christum inueniat illa.

Pet. Dam.

Luc. 14. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

§. II.

Christi Spiritus non alijs tradit, sed ipse per se portat ministerij sui onus.

IN hoc ostenditur verus Iesu discipulus, verus Iesu spiritus, quòd proprij ministerij onera non alijs portanda omnino remittat, sed ipse vaiulet, & per se sustineat. Nobilis Centurio petebat à Iesu pueri iacentis salutem Matth. 8. statim Iesus ait: *Ego veniam, & curabo eum.* Quid tunc Centurio? Mirat⁹ tantam, & tam sibi extraneam, Domini dignationem, inquit: *Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit; alij veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit.* Et pulchrè dum omnia ministerij sui onera alijs mandat, se hominẽ à Iesu ostẽdit alienum. Iesus est, qui nullum onus ministerij sui refugit, sed omnia per se ipsum subit: homo est à Iesu alienus, & prorsus diuersus, qui omnia alijs remittit. Ecce quis sit homo nihil habens cum Iesu cõmune, nimirũ, qui omnia onera refugit, & alijs cõmittit: Iesus enim assumpti ministerij onera omnia sustinet. Exod. 28. dicitur: *Sumesque duos lapides enychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorũ. Opere sculteris, & calatura gemmarij, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro, atque circũdatos, & pones in vtroq; latere super humeralis, memoriale filijs Israel. Portabitq; Aaron nomina eorũ coram Domino.* Quorsum hęc? Quorsum Israelitarum nomina lapidibus inscribuntur, & Aaronis humeris portantur? Ad vmbrabatur ibi totus Christi spiritus, qui vt homines saluandos suscepit, sic eorum onera nunquam refugit, nec alijs cõmittit, sed ipse suis humeris sustinet. Aiebat enim D. Cyril. Alex. lib. 11. de Adorat. *Ex eo facile intelligi potest, quicunque in descriptionẽ in cœlo cõsecuti fuerint, eos prorsus in Christo requieturos, qui probos viros propè modum in humeris tenet, & loco filiorum habet.* Nunquã spiritus Iesu non subijcit humeros proprij ministerij portandis oneribus. Qui autem onera subterfugiunt, alijsque illa prorsus remittunt, nihil Iesu habent, & timeant, ne vel in parvis ministrorum erroribus ipsi acerbissime castigentur. Quò reuoco cantatissimum Ozæ supplicium; is enim 2. Reg. 6. dum arcam Domini in plaustro ferabatur, manũ iniecit, vt inclinatã sustineret, & inibi percussus fuit à Deo. Habes enim in textu: *Extẽdit Oza manũ ad arcã Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant bobes, & declinauerunt eam. Iratusque est Dominus indignatione contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcam Domini.* Cur sic percutitur Oza, vbi videbatur præstitisse obsequium? Nonne cadendi opem ferre obsequium est? Sanè illud Ozæ facinus obsequiũ in Dei arcam videbatur, vel saltim leuis culpa irreuerentiæ, cum bono zelo factæ: vndè D. Aug. lib. 2. de mirab. sacr. cap. 12. putat aliquod antecessisse peccatum grauius, quòd tũc in illa leui culpa vindicabatur. Cũ enim Oza iuxta Leuitarũ obligationẽ, teneretur Dei arcam humeris suis portare, ille onus à se dimisit, & arcã tradidit plaustro à bobus portandam: quò vel in paruaplaustri inclinatione, & boum errore Deum in se maximè irritauit. Huc spectãs D. Hier. epist. ad Sauinianum fatur: *Oza leuites arcam Domini, quã portare ipse debuerat, quasi ruentẽ sustentare voluit, & percussus est.* Periculose quidem ministerij tui onera prorsus commitis alijs; quam humeris tuis teneris portare crucem, sustine tu, ne, si alijs cõmittas, Iesu spiritum à te ablegas, & ingenti aliquo supplicio etiam pro ministerij minimis defectibus afficiaris.

Matth. 8.

Exod. 28

D. Cyril.

2. Reg. 6.

D. Hier.

Luc. 14. Quis enim ex vobis volēs turrim ædificare, nō prius sedēs cōputat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne postea quā posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui viderint, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare?

§. III.

Nihil non nouum, & sublime meditandum his, qui sub Christi cruce gloriantur.

TOllendam crucem dum monet Dominus, statim subijcit exemplum eius, qui turrim ædificare meditatur: nil enim magis conuenit crucifixo, quàm nouæ altitudinis
Ad Gal. 6 & sublimitatis meditatio. Aiebat Paul. ad Gal. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo, Neque ergò circumcisio quicquam valet, neque præputium, sed noua creatura.* Nota consequentiam Pauli, ex quo ipse crucifixus est, nihil æstimat ipsam circunci sionem, sed totus ad nouam constructionem aspirat. Cur non magis circūcisio valet apud crucifixū? In cruce mundi perditio est, sed & in circūcisione superfluorum abcisio: in cruce caro mortificatur, ferit, & carnem circuncisio: in cruce sanguis effunditur, sed & à circuncisione profilit sanguinis fluuius. Cur ergò circuncisio adeò crucis similis, non valet quicquam apud crucifixum? Equidē hæc est virtus crucis, quæ vetusta omnia declinet, nouæq; sublimitatis fabricam inspiret. Chry-
Chrysost. sost. ibi fatur: *Vides crucis potentiam, in quātā celsitudinem Apostolū subuexerit. Non enim solum iam omnes mundi res illi mortuas reddidit, verùm etiam longè supraveterū institutum substulit. Quid huic potētiæ par? Siquidē, qui prius pro hac circunciſione occidebatur, & alios occidebat, huic persuasit crux, vt illa eodem loco relicta, quo erat præputium, noua quædam, & admiranda, ad cœlos transcēdentia perquireret negotia.* Noua creatura, noua sublimitatis cōstructio, nouæ præcelsæque fabricæ meditatio decet crucifixos, & mortuos mūdo. Quo aspiciens Iob cap. 3. ait: *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requieſcerem. Cùm Regibus, & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines:* hoc est, iuxta nostri Pinedæ placitum, munitissimas turres, palatia amplissima, quę etiam in habitantiū multitudine, vacua, & sola appareant. Harum turrium, arciumque regalium ędificatoribus non absimilis dormiret Iob, & somno sepultus quiesceret. Sed quis somnus est adeò potens, vt dormiētē, & quiescentem reddat similem ædificatoribus regalium turrium? Vnus est somnus, ni mirùm cupiditatum mortificatio, sub quadum homo quiescit, nouę celsitudinis, & sublimitatis fabricæ ingentem operam nauat. Nō grauabor semel data verba D. Hier. huc reuocare: ait enim sanctissimus vir de vera *Hieron.* Circuncis. Iobū in hoc somno spectans: *Dolorū victor, etiam sensu egenus, affectu fit fortior, cùm infirmatur, & in valle lachrymarum, turrim occupat gloriarum.* Non humi iacet, qui mortis imagine circumdatus decumbit, vbi dormit mundo; imò vbi nihil amat præter dolores, & mortis pabula; nō ociosꝰ est sub hoc somno mortis, sed turrim sibi præparat gloriarum. Ait Psal. 67. *Si dormiatis inter me dios cleros, erunt pennæ columbæ de argētate, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* *Psal. 67.* Quādo somnus agricolis peperit aurum? Nō equidem, qui dormit, sed qui terram colit, qui instanter operatur, ille diuitijs augetur. Cur modò petit somnū psaltes ad diuitias ex cleris conquirendas, & non magis petit operam, & laborem? Loquitur de somno mortificationis, quo sancti viri mundo obdormiunt, & Christo cōmoriuntur, & qui sub hac morte sunt, nunquam non laborant, & operantur, aureasque meditantur fabricas. Amb. *Amb.* enim ait epist. 60. *Medias inter sortes somnopacis dormiunt. Est enim sanctorum etiam somnus operarius.* Tūc cum sese sancti, vel morti dedūt, vel quasi sub mortis somnō viuunt, omnibus vitę commodis renūtiantes, tunc, inquam, maiorem præcelsis operibus operam nauant, tunc sublimiores ostēdunt volatus instar altissima, & pulcherrima artium tecta efformantium. Pulchrè ad hæc legebat psalterium Ambrosianum verba dati Psalmi: *Si dormiatis inter medias sortes, erunt alæ columbæ tectæ in argento.* Vidisti aliquādo amplissimi palatij tecta argentea, aurea; sed qui obdormiunt in Christo, qui mundo moriuntur, & tanquam oues ad victimam deputantur; eos ędunt in sublimia volatus, vt extensis alis videantur argentea turrium tecta efformare, super quæ appareant ingentium signa gloriarum.

§. IIII.

Ad perfectam mundi abnegationem, & victoriam, qualem ostendit crux Christi, non leui, sed maximo labore, & sumptu peruenitur.

BEnè, qui ad crucem aspirat, sedet, & cõputat sumptus operis, si habeat; nõ enim omnes habẽt sumptus tãti operis; vbi enim ea mundi abnegatio acquirenda est, quam crux Christi ostendit, non leues, sed maximi sumptus sunt necessarij. Ducẽdus iam ad
Luc. 22. crucem Iesus, in hortum secesit, Luc. 22. *Et factus in agonia, prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Ecce agonia, & oratio, & sudor, & profusio sanguinis! cur, Domine, tot sumptus adhibes pro hominibus? Siquidẽ manus traditoris expectas, & iam penè carnificesad sunt, & ignominiæ, & alapę, & calumnię, & sentẽtiæ, & claui, & crux: quid necessum est addere agoniam, & orationem, & sudorem, & sanguinem? Crestino die mille petitus in iurijs, mille cõfossus tormentis, crucem pro hominibus ascẽdes, cur modò nõ magis abstines ab agonia, à sudore, à profusione sanguinis? Imò qui crucem ascensurus paratur, ideò & agoniam, & orationem, & sudorem & profusionẽ sanguinis præmittit, nõ enim absque summo laborum sumptu ascenditur crux Christiana, in qua de mũdo triumpha-
B. Isaias. tur. Ex quo sapienter monebat B. Isaias Abbas orat. 13. *Iesus autem orauit dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Quod nobis est documento, vt cùm mens vult in crucem cõscendere, multùm incũbat orationi, & lachrymis supplex què se prosternat in conspectu Dei, vt roboretur, & custodiatur.* Nũquã enim sine magno, & pulueris, & sudoris sumptu secure crux ascenditur, in qua perfectè mũdus abnegatur. Quis enim audeat totum calcare mundum, nisi priùs in plurimis, & maximè
Luc. 1. arduis conflictibus exercitatus? De præcursore Christi ait Elizabeth Luc. 1. *Vt facta est vox salutationis tuæ in auribꝰ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Nouus, & inauditus planè pueri saltus fuit: in vtero matris est, & præ gaudio exilit: naturæ lex, vel nascẽtes infantes fletibus monstrat. Cur hic sic sese aduersus ipsam naturam exercet, vt vel in vtero existens gaudeat? Cur cum ipsa natura in primis cõgreditur? Nascitur us erat, vt perfectam mundi abnegationem in se ostenderet, & ideo, vt mũdum calcare possit, priùs curat omnibus repugnare naturæ legibus. Pulchrè ad hęc aiebat D. Aug. ser. 22 *Augusti.*
de sãctis: *Suæ matris exultat in vtero, & in vtero virginis venisse nuntiat Christum. Impatiens dux, qui antequam perueniret ad corpus, pernenit ad regem, antè rapuit arma, quàm membra, antè aciem petit quam lucẽ, & vt vinceret mũdum, vincit ante naturam.* Expende quid agat pro vincendo mundo, nimirùm, vincit antè naturam, non enim ad mũdi abnegationem accedit, qui vel in aliquo morem gerit naturę. Prorsus pendenda est natura ipsa illi, qui securè mũdi perfectam abnegationem amat profiteri. Quapropter B. Isaias Abbas dice-
B. Isaias. bat Apothegmate. 8. *Simens antequam sensus domet, velit in crucem conscendere prouocat iram Dei. Rem enim viribus suis maiorẽ aggreditur.* Ad mundi detriumphandi gloriã nõ securè ascendit sensus indomitus, nec crucis victorias securus proclamabit, qui priùs in se naturę ipsius non fregit rebellionem. Naturam vincas, necessum est, vt crucis aduersus mundum orneris victorijs. Hinc Paul. ad Ephes. 6. *De catero, fratres, confortamini in* *Ad Eph. 6*
Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores, &c. Et cur non est colluctatio aduersus carnem, & sanguinem? Nonne caro rebellat aduersus spiritum? Nonne ait idem *Ad Gal. 5*
Paul. ad Galat. 5. *Qui sunt Christi carnem suã crucifixerunt cum vitijs, & cõcupiscentijs?* Cur ergo Galatis indicitur bellum aduersus carnem; Ephesijs autem prorsus hoc bellum sũ carne, & sanguine eripitur? Sanè Galatæ imperfecti adhuc nondum sub cruce Christi, perfecta mundi abnegatione florebant; verùm Ephesijs in persecutione positis mundum detriumphaturis, non permittitur iam cum carne conflictus; non enim aduersus mundum securè progreditur miles, nisi post confractam carnis rebellionem, post deuictam prostratamque naturam. Non longe
Anselm. abest D. Anselm. inquiens: *Galatis minùs perfectis indixit aliud bellũ, quod est aduersus carnem, & sanguinem; Ephesijs verò quasi iam spiritualibus, & concupiscentiæ carnis præualentibus, atque persecutionem foris pro iustitia sustinẽtibus, dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores.* Et quidem non admittitur ab Apostolo miles aduersus mundi rectores, cui possit adhuc esse cum carne, & sanguine conflictus. Vincat priùs

omnes

omnes carnis concupiscentias, vincat naturam, qui cum mundo parat cõfligere, periculosum enim est, & maximè tibi imputandum, si cùm egeas gladio aduersus carnem, velis cum mundo confligere. Accipe pulchram similitudinem ex L. *Item Mela.* ff. *ad L. Aquiliam.* Vbi pilarum exercebatur ludus, pila hinc inde iactabatur pro ludentiũ dexteritate, iuxtà erat tonsor nouacula radẽs hominis cuiuspiam de sub barba pilos. Quid tunc? Iactata pila nouaculam percutit, illam miseri hominis gutturi infligit. Quis dabit pœnas? An tõsor male prouidus? An qui iactauit pilam? Neuter, sed sibi malũ imputet, qui cũ nouacula ad guttur, voluit esse inter iactatas pilas. Præclarè lex ait: *Nec illud male dicatur, si in loco periculoso sellam habenti tonsori, se quis commiserit, ipsum de sequeri debere.* Sic prorsus, qui adhuc sub gladio est, vt cum carne confligat, sibi imputet ruinã, nisi caueat mundialium bonorũ iactatas pilas. Nũquàm, mihi crede, securus aderis mũdiali ludo, dum adhuc gladium ad resecandas carnis concupiscentias requiris.

§. V.

A laboribus nostris munitissima consurgit turris, quæ & nos protegat, & facile hostes nostros confringat.

AEdificatori turris meritò comparatur, quisquis laboribus Christianis instat; nũquam enim ex laboribus nostris nõ exurgit turris munitissima, sub qua & nos protegamur, & confringantur facilè impetus hostiles. Vbi Dominus Apostolorum labores, pro Dei verbo seruando considerat Matth. 5. eos & salẽ, & lucem vocat mundi, insuper munitissimam, & penè inexpugnabilem ciuitatem eos reputat, de qua statim ait: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*: Nõ equidem aliter visebantur Apostoli, quàm visitur ciuitas, seu arx supra montem cõstructa. Sed qui modo sal terræ, qui lux mundi habebantur, quomodo tam citò efformantur in ciuitatem, & instar munitissimæ ciuitatis apparent supra mõtem constituti? Planè non potuit non efformari in ciuitatem, quisquis Apostolicis sudoribus apparebat sublimis. Hinc aiebat B. Isaias Abb. orat. 7. de virtutibus: *In hoc studium diligenter incumbamus, vt Dei sermonem seruemus. Et labores nostri erũt, veluti ciuitas fortis ac munita, qua nos custodiet ab omnibus inimicis nostris. Hæc enim fiducia si erimus muniti, omnes inimici eius, per montem sermonis Dei dissipabuntur. Hoc ex mõte lapis sine manibus excisus, statuam ex auro, & argento, & ære ac ferro conflatam confregit.* Expende qualis ciuitas ex nostris laboribus pro seruando Dei sermone exurgat, nõ ciuitas infirma, sed ciuitas fortis ac munita, quæ pro inexpugnabili fundamẽto habeat montem; & qualem montem? Ex quouel lapillus sine manibus deciduus, omnia mundialium bonorum tela conminuat. Crede mihi, nusquàm ciuitates, & arces munitiores & fortiores apparuerunt, quàm vbi apparuerunt, qui virtutum laboribus incumberent. De diuina sapientia dicitur, Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinũ; & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, quæ vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Quando sola domus ædificata est, & domus sola conuiuij, mittuntur ancillæ, quæ vocẽt ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, & quàm arcem, aut quam ciuitatem ostendent conuocatis ancillis? Siquidem domum solam habent, qui fieri poterit vt arcem, aut muratam, & fortem ciuitatem ostendant? Equidem dum ancillæ Dei, dum Dei serui se exhibeant in laboribus multis, in multis operibus virtutum, eo ipso fient, & arces, & ciuitates munitissimæ, quæ se, suosque protegant, & hostium iacula rideant. Hinc dicebat sponsa Cant. 8. *Ego murus, & vbera mea turres*: Tãta enim est potestas illius, qui Deo adhæret per virtutũ opera, vt non in vnius domus, sed in muratæ ciuitatis, & fortissimarum turtium formam sese erigere valeat. Et quidem D. Petrus 1. epist. 2. hoc solum monebat. *Et ipsi tãquàm lapides viui super ædificamini, domus spiritualis*, &c. nec non & Paulus ad Ephesios 2. ait: *In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei*, &c. Ædificari in domũ petitur, & illa clamat se in murum, in turres esse ædificatam, nesciunt enim sponsæ labores desinere in domum, sed in turres, & munitissimas arces. Adhæc Gillibert. Abb ser. 26. in Cant. *Vide priuilegium sponsæ, Apostolus Petrus hortatur vos coædificari in domos spirituales: hæc verò, non tantùm in domum, sed etiã in turrim ædificatur. Paulus in habitaculũ Dei coædificari vos optat: sed sponsa hoc non contẽta, etiam propugnacula adiungit, vt sublimis, & securior sit habitatio.* Eo solùm quòd virtutum laboribus instes, in munitissimam turrim exurgis: quò respiciens Isaias capit. 33. ait: *Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere; qui obturat aures*

B. Isai. Prouer. 9 Cant. 8. Ad Eph. 2 Gillib. Isai. 33.

aures suas ne audiat sanguinem,& claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, &c. Ex tantarum virtutum opere, non potuit, non exurgere sublimis, & inexpugnabilis fabrica.

Luc. 14. Aut quis rex iturus cõ mittere bellum aduersus aliũ regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decẽ millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo lon gè agente legationem mit tẽs rogat ea, quę pacis sunt. Sic ergò omnis ex vobis, &c.

§. VI.

In mundialibus aulis nil citius occurrit, quàm dissidia, quàm prælia.

QVis neget à mundi regibus multa alia, & ardua, & ingenti consultatione dig na negotia tractari? Cur ergò Dominus exẽplum ardui negotij à rege tractati petitur, dimissis omnibus alijs maluit negotiũ bel li in medium proferre? Crediderim in eo ostendisse notissimam veritatem; nimirùm, quòd in mundi aulis, nil magis familiare est, nil prius occurrit, quàm dissidia, quàm prælia Apud Iosue lib. cap. 11. introducitur rex Asor, qui vniuersos excitat in bellũ contra Israelem, ait enim: *Iabin rex Asor, misit ad Iobad regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph, ad reges quoquè Aquilonis, &c.* Vniuersi hi quieti erant, & nihil de bello cogitãtes, sed vnus rex Asor vniuersos commonet, & in bellum excitat. Et cur ab vno Asor bellorum negotia tractantur? Cur vnus hic pacem odit, & prælia meditatur? Mysticam rationem inuenies in ipsius nominis significationes, Asor enim significat aulam; itaque introducitur vnus Asor prælia tractans, vt ostendatur, quo spectet omnis aula mundialis. Quid enim aula parturiat, nisi dissidia, nisi turbationes concordię, & pacis? Ad hæc Orig. hom. 14. in Iosue fatur: *Interpretatur Asor aula. Est ergò omnis terra aula huius regis, qui totius terræ velut vnius aulæ obtinet Principatum. Ipse est, qui mittit ad omnes gẽtes, & inuitat ad prælium.* Et merito ad illum regẽ, cui præripue aula attribuitur, spectare dicuntur prælia, & turbationes pacis, quando hæc sunt prima, & præcipua, quæ visuntur in aulis mundialiũ Principum. Vndè Scoliastes Tertulliani lib. de Orat. locutus de osculo pacis dato inter Missarum solemnia, dicit id semper dari cõ sueuisse fidelibus omnibus præsentibus, exceptis aulicis, vt quibus nũquã arriserit pacis nomen. Quippè ait: *Circunferatur patena pacis inter fideles; præterquam tamen inter aulicos, quos vnanimes esse; & pacificos non sinit ambitio.* Difficile namque inuenitur in aulis Principum, qui colant vnanimitatem & pacem, qui nõ magis bella, & dissidia tractet. Quòd notans Blesensis epist. 6. dum curiæ etymon tractat, ait Curiam à cruore dictam esse, quasi totum negotium aulicorum, curialiumvè sanguinolentum, sit, & bellicosum: nullusque inter eos detur locus paci, & vninamiiati. Sic de Romanorum Principibus, ait Dan. 2. *Miscebuntur semine humano; sed non adhærebunt sibi.* Nullum fœdus, nullũ vinculũ vnanimitatis non rumpunt Principes sæculi, etiam hi, qui magis sibi cõiungi videntur, non sibi adhærescunt, sed ad inuicẽ meditãtur prælia, & dissidia. De his Saluianus, lib. 5. de Prouid. inquit: *Illud est gnauius, quòd nec propinqui quidẽ propinquitatis iura conseruant. Quis enim sẽ proximis suis proximũ reddit? Quis soluit charitati, quòd se cognoscit debere, vel nomẽ? Quis tàm propinquus corde, quàm sanguinè? In quò non huius maleuolentiæ zelus ardet? Cuius non sensum libor inuasit? Cui non prosperitas aliena supplicium est? Quis non bonum alterius, malũ suum credidit? Cui ita sufficit fœlicitas sua, vt etiam aliũ velit esse fœlicem? Nouũ, & inæstimabile istud in plurimis malum est: parum alicui est, si ipse sit fœlix, nisi alter fuerit in fœlix.* Hoc fuit Romanorum Principum ingeniũ; imò hæc est curialium omniũ ipsissima vita, quæ nullum nõ amat aumetũ de aliorum ruinis. Rẽ aularum apprimè depingit Ecclesiast. cap. 9. monens nos ab illis cauere. *Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, & nõ suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illum, noli, aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam. Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingrederis, & super dolentium arma ambulabis.* Expẽde, quæ inueniatur in aulis Principum; nimirùm, communio mortis, laquei, dolẽtium arma. Sed quæ sunt arma dolentiũ? Sanè arma dolentium alienam fœlicitatẽ; plenæ sunt aulæ eorum, qui dolentes fęlicitatem proximi

Ioſue. 11.

Origin.

Tertull.

Dan. 2.

Saluian.

Eccleſ. 9.

maximè iraſcantur,& arma ſummant aduer
Palac. ſus illum. Id quod acutè notans Michael de Palacios tandem,ait: *Verè inter arma iratorum verſatur, qui Principi eſt nimis familiaris.* Quaſi nihil ſit magis commune aulicis quam arma,quibus inter ſe pugnent, & ſeſe mutuo mactent.

§. VII.

Exactores regaliũ tributorum validiores ſunt ad perdendum, quàm milites.

DVbitat rex ſi cum decem millibus militũ poſſet viginti millia proſtrare, & ſanè maximè dubium eſt,quòd pauci milites valeãt plures contundere, & proſtrare. Nullũ autẽ eſſet dubium, ſi non de militibus,ſed de exactoribus tributorũ fieret,cõſultatio: hi enim etiã,ſi pauci ſint, ingentem
Saluian. ciuium multitudinem perdere valent. Rem vidit Saluianus de Prouid.lib.5. fatus: *Iam vero illud quale, quàm ſæuum, quàm Romanis familiare, quòd ſe inuicem exactione proſcribunt? Imò non inuicem: nam hoc tolerabilius ferme eſſet, ſi pateretur quiſque, quod fecerat: illud eſt grauius, quod plurimi proſcribũtur à pauci, quibus exactio publica peculiaris eſt præda: qui fiſcalis debiti titulos faciũt quæſtus eſſe priuatos.* Expende malum,quòd plurimi per dantur à paucis: paucos ſemper habet rex exactores,ſed cum his paucis innumeros ad ſe venientes perdit,& ingentia regna poteſt deuaſtare. Vtinam reges ſedentes cogitarẽt, quàm confluant regnorũ ſubſtantiæ in paucos diteſcentes miniſtros. Non multi ſunt, qui regijs theſauris adminiſtrandis, & regnorum tributis colligendis operam nauãt, ſed quotquot hi percenſeãtur, omnes inuenientur ditiſsimi,& locupletiſsimi in ſumma regalium theſaurorum penuria,& regni vaſtitate. Committuntur,& ciuitatum, & regnorũ,ſubſtãtiæ paucis exactoribus, ſed hi pauci viſuntur in dies grandeſcere, cũ regna minuãtur. Quæ huius rei cauſa? Quia quòd non valet militum exercitus,hoc valent exactorum manus. Milites ſi pauci ſunt ad magnum regnum perdendum non valẽt; exactor,vel vnus,& pauperculus ingẽtia regna in ſuã crumenã trãſfert. Do huius rei a-
3.Reg.11. liquale exẽplũ ex 3.Reg.11.ibi dicitur: *Ieroboam quoq; filius Nabat Ephrataeus de Sareda, ſeruus Salomonis, cuius mater erat nomine ſerua, mulier vidua, leuauit manum contra Regem. Et hac eſt cauſa rebellionis aduerſus eũ: Quia Salomon ædificauit Mello, & coaquauit voraginẽ ciuitatis Dauid patris ſui. Erat autẽ Ieroboã vir fortis, & potens: videſq; adoleſcentẽ bonæ indolis, & induſtriũ, conſtituerat eũ perfectũ ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph.* Itaque Ieroboam pauperculæ viduę filius,& ſeruus Salomonis reuellat in regẽ; & tota cauſa reuelhionis dicitur, Ædificatio Mello; & Ieroboami primùm adoleſcentis bonæ indolis,poſtea viri fortis, ac potentis præfectura ſuper tributa. Sed quid hęc cum rebellione? Multa multi comminiſcuntur, quæ adducit,& refellit noſter Pineda lib.7. de rebus Salomonis cap.23. Mihi ad perdẽdum regem,& ingentia regna, non minima potentia vitæ eſt hominis induſtrij, perfecti ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph. Itaq; dum Salomon ſumptus ponit in ædificãdo Mello,& confirmãda ciuitate Dauid, & Ieroboan in colligendis tributis de cũbit,ſic ſubſtantia regni minuitur,& exactoris ſubſtantia augetur,vt pro minimo ducat vnus homo,& ſeruus totum ad ſe deducere regnum. Cur non audeat ſperare ſe regnis potiturum,qui indiuitiarũ ſubſtãtia creſcit eodem gradu,quo ſubſtantiæ regni minuuntur? Sedeant reges,& cogitent hoc vnum in miniſtris vectigalium colligendorum, niſi velint omnia perditum ire.

§. VIII.

Perfecta mũdialiũ rerũ abnegatio omnia bona duplicat, imò multiplicat.

MVndi abnegationem,& perfectã crucis ſubłationem petenti Domino aptiſsimè comparatur rex veniẽs cùm viginti millibus aduerſus regem,qui cũ ſolis decẽ millibus ſedet. Abnegatio enim perfectamũdi duplo maiores ſemper vires oſtẽdit in ſpiritu habente illam. Quis abnegato mũdo ſola cęleſtia ſpectat,& duplicatas ſpiritꝰ vires nõ oſtendit? Duplicẽ Heliæ ſpiritum cùm petit Eliſæus,hoc accipit reſpõſum à magi 4.Reg.2.
ſtro 4.Reg.2. *Si videris me, quando tollar à te, erit tibi, quòd petiſti.* Et cur duplex ſpiritꝰ datur videnti Heliam abſentem? Quid intereſt,quòd videatur Helias tolli,vt indè naſcatur in Eliſæo ſpiritus duplex? Ait præclarè D.Ber.ſer.6.de Aſcenſ. *Duplicauit ſpiritum viſo abeuntis, cùm cuidenter raptus in cœlum, vniuerſa pariter eius deſideria ſecũ tulit: vt inciperet ipſe quoque iam ſapere, quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram.* Vbi homi- Bern.

nis

nis vota in cœlum feruntur; vbi nihil terrenum amamus, sed sola cœlestia obtinere cupimus viribus crescimus duplicatis. Omnia nobis duplicia euenire necesse est, ex quo mundialem curam dimisimus, & pro cœlestibus solis seruimus. Fidelibus suis promittebat Dominus Isaiæ. 60. *Suges lac gentium, & mămilla regum lactaberis.* Sed & Cant. 4. vbi sponsam suam commendat ex eo, quòd fideles suos lactet, ait: *Quàm pulchræ sunt mămæ tuæ soror mea sponsa.* Qui ad reges mittũtur, vna sola mammilla lactantur, qui verò sponsæ dátur non vna, sed duabus mammis implentur. Cur in regibus vna sola mamilla, & in sponsa duæ ponuntur mammę ad fideles lactandos? Qui ad reges confluunt imperfecti sunt, & adhuc bonis terrenis inhiãtes; qui autem ad sponsam currunt illi sunt, qui omnem terrenorum saporem fastidientes, abijcientes, sola cœlestia sectantur, hi vt perfectiores, & fortiores nihil ex Deo non accipiunt duplicatum. De his aiebat Gillib. Abb. ser. 31. in Cant. *Qui verò possessionibus cunctis renuntiant, qui rebus tẽporalibus valè dicunt, tales vtiquè gemino consolationis lactã di sunt vbere.* Necessum est, vt duplicia parentur vbera illi, qui mundialibus omnibus renuntiat spiritu iam viuit duplicato. Qui autem adhuc temporalibus inhiat, & de regum fauoribus vitam agit; hic nõ omni fraudandus est pabulo, sed quia imperfectus est, vna sola mammilla lactatur, vt qui, licet ad summam abnegationem perfectionem non peruenit, tamen dum in temporalibus Deo seruit, non infimam virtutẽ habet. Id quòd in suo Cæsario fratre notauit D. Naziãzen. orat. 10. fatus: *Cæsarius cum doctrinæ suæ primitias patriæ consecrasset, dignamq; laboribus admirationem sui cõmouisset, postea gloriæ cupiditate ductus in aulã se contulit, non ille sanè rẽ admodum gratam nobis faciens, (quoniã inter postremos apud Deum haberi satius, & sublimius est, quàm apud terrenum Imperatorẽ primas ferre:) non tamen reprehensione dignã. Philosopharier enim,* hoc est, mundum abrenũtiare, *vt maximũ, ita difficilimũ est, nec id aggredi multorum est, nec aliorũ, quàm quos diuina mentis magnitudo aduocauit. Non paruũ autem hoc quoque æstimandum est, siquis secũdum vitæ genus coplexus probitati studeat, ac maiorem Dei, salutisq; suæ, quàm terreni splẽdoris rationem habeat.* Itaque & prima, & maxima homininis perfectio consistit in perfecta abnegatione omniũ temporaliũ, quæ vt prima perfectio est, sic semper duplicatis honoribus debet cumulari. At qui ad hanc nõ peruenit, sed mundialium regum mamilla amat lactari, dum Deo seruiẽdo incumbat, salutique suæ consulat, in secundò, & non infimo versatur virtutis gradu.

Isai. 60.

Gillib.

Nazian.

§. IX.

Quæ cum lachrymis fit oratiò efficacissima legatio est ad impetrandum.

ALongè venienti Domino opportunissimam legationem mittit rogans pacẽ; ille qui Deo orationem mittit, cum lachrymis: & merito D. Greg. & Bed. in præsenti lachrymis tribuunt totam legationis efficacia. Qui legatus ad Deum, & festinior, & efficacior lachrymis? Sententiam mortis audiens Ezechias Isai. 38. *Conuertit se ad parietem, & fleuit Ezechias fletu magno.* Quid tũc? *Factũ est verbum Domini ad Isaia dicens, vade, & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, audiui orationem tuam, &c.* Ex quo regis lachrymæ ab oculis exierunt, non morátur, sed Deum adeunt, & suam legationẽ citissimè exaudiri faciũt. Vndè ait Galfridꝰ apud Tilmannũ in allegori, s: *Quã festinus, & fidelis, legatus est lachryma supplicantis?* Moras nescit lachryma, sed quàm citissimè currit, tã citò legatione sua profungitur, & redit minimè vacua, sed diuinis muneribus ditata. Id quod pulchris verbis notat Casiodorus lib. de Anima fatus: *Hanc si miserator ille respexerit, oculumq; metis corporeis excessibus excæcatũ fuerit illuminare dignatus, ad liberatricem panitudine trahit. cuadendi donat effectum, quæ pereũdi primitus videbatur habuisse desiderium. Tunc fœlicior, cũ fleuerit, tũc celsior, cùm se prostrauerit: lachrymis reparat, quòd gaudẽdo perdiderat, & quæ ad hostẽ voluptatibus in vitata peruenit, ad salutarem Dominũ prosperrime contristata festinat.* Festinissimũ agit semper lachryma supplicatis legatũ, & ideò qui quis velit à Deo aliquid impetrare, mihi credat, & lachrymarum legationem præmittat. Paul. ad Rom. cap. 8. *Quid oremus, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus.* Quia nos nescimus interpellat pro nobis spiritus, sed interpellat in gemitibꝰ, in lachrymis. Ad hæc Orig. li. 7. in Paul. *Si ergò quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, magnum, nescio quid Paulus in gemitibus sentit.* Et quidem magnum est in gemitibus, magnam enim habent lachrymæ efficaciam, qua pro nobis apud Deum legatione fungantur. Quis nesciat efficacissimas

Isai. 38.

Galfrid.

Casiodori.

Ad Ro. 8.

Orig.

lachrymarum voces in hac legatione sua? Psal. 38. *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meã, auribus percipe lachrymas meas.* Non oculis, sed auribus petit percipi
Per. Dam. lachrymas, vt quæ voces habeat. Ex quo Petrus Dam. lib. 13. de perfectione Monachorũ cap. 12. ait: *Qui no enim oculis attẽdi, sed auribus percipi lachrymas postulat, voces ineſſe lachrymis manifeſtè designat. Lachrymæ nẽpe cum in conſpectu pij iudici ſupplicant, nihil hæſitant, ſed ſic miſericordiam, tanquam rem quamliàet proprij iuris ſibi met vendicant, & impetraſſe ſe, quod petierant, confidenter exultant.* Quid pulchrius pro legatione lachrymarum.

CAPVT V.

De grano frumenti.

QVID operẽtur in viris iuſtis carnis mortificatio, oſtenſurus Dominus, ob oculos ponit frumenti granum, quòd terræ, & corruptioni datur, vt in ampliſſimam, ditiſſimamq; ſegetem exſurgat. Nullę equidem meruntur ſegetes, niſi quas præuenit frumẽti grani corruptio, ne quis homo, niſi de perditione carnalis vitæ ſperet in cœleſtibus condere fructus: ſicut ipſe Ieſus tũc ingentes fructus peperit, cùm iacuit mortificatus in carne.

Ioan. 12. Amen dico vobis, niſi granum frumenti cadẽs in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autẽ mortuum fuerit: multum fructum affert.

§. I.

Diuini patris fœcunditatẽ, & virtutem in ſe apertiſsimè exprimit, quiſquis nouerit ſe humiliare.

ECce tota diuini patris fœcunditas, & virtus in eo conſiſtit, quòd non ſolus maneat, ſed ſui ſimilem producat, in quo appareat quaſi multiplicatus. Quis ergò hanc paternam virtutem, & fœcunditatem magis in ſe repreſentabit? An granum illud, quòd domi aſſeruatur? Abſit: quòd enim granum domi aſſeruatur, ipſum ſolum manet, quòd autem ſpargitur, & in terram iactum, ibi putreſcit, illud viuidam in ſe oſtendit virtute, qua in multa ſui ſimilia multiplicatur. Terra eſt, abiectio eſt, & humilitas vſque ad mortem, quæ facit in nobis diuiniſsimi parentis ſplendeſcere imaginem. Iſaias c. 49. *Iſai. 49.* iuxta lectionem Septuag. ait: *Magnũ eſt tibi, vt voceris puer meus, vt ſuſcites tribus Iacob, & diſperſionẽ Iſraelis congreges.* Ieſu humiliato, in terram e cœlis dilapſo, ſeruili formam duto dicitur, quòd illa ſeruitus, illa humiliatio, illa abiectio magnum quid oſtendat in illo. Sed quid magnum poteſt in Ieſu oſtendere tanta ſeruitus, & tam patens humiliatio? Sanè oſtendit, quòd non ſolus manet, ſed quòd humiliatus, & ſeruus factus vſq; ad verbera, vſque ad crucem, diuiniſsimam patris referet imaginem in populis regenerandis, ait enim, *vt ſuſcites tribus Iacob, &c.* Pro quo ſapiẽter Orig. tom. 1. in Ioann. ait: *Magnũ tibi eſt, quòd puer meus vocaris. Audenaum eſt enim dicere, maiorem atque diuiniorẽ, & verè ad patris imaginem factam bonitatem Chriſti exitiſſe, tunc cum ſe ipſum humiliauit, & abiecit, factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autem crucis, &c.* Expende illa verba: *Et verè ad patris imaginem factam bonitatem,* nunquam enim magis patris imaginem in ſe repreſentauit Ieſus, quàm vbi ſe humiliauit; quia nunquam minus ſolus mãſit, ſed vt pater ex eo oſtenditur, quòd ſolitudinẽ abiurans, ſibi ſimilem producit, in quo manet, quaſi multiplicatus; ſic Ieſus humiliatus in regeneratis per gratiam multiplicatur. Nuſquam enim patentius diuini patris fœcunditas exprimitur in regenerandis Dei filijs, quàm vbi demiſsionem, & abiectionem nõ erubeſcimus manifeſtè amplexari. Et quidem magna fuit ſummi Dei demiſsio, quòd legem daturus Iſraelitis deſcenderet in terram, & eſſet in ſummitate montis Sina. Deſcenderat namq; Deus in montem Exod. 19. *Et ecce caperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſsima operire montẽ, clamorque buccinæ vehementius perſtrepebat, & timuit populus, qui erat in caſtris.* Et quid effecit iſte timor in populo? Aait textus cap. 20. *Cunctus autem populus videbat voces, & lãpades, & ſonitum buccinæ, montemq; fumantẽ, & perterriti, ac pauore concuſſi ſteterũt procul, dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: ne loquatur nobis Dominus.* Hęc in Sina monte

mõnte contigerũt: sed & habes eumdẽ Dominum existentem in alio monte nimirum in Thabor, de quo Matth. cap. 17. ibi Iesus apparet lucidior Sole, adsunt Moyses, & Helias, insuper tres Iesu discipuli, nimirũ Petrus, Ioannes, & Iacobus. Petrus autẽ Iesu gloria illectus, ibi ęternũ cupit manere, aiẽs: *bonum est nos hic esse*: & vix verba finierat, & *ecce nubes lucida obũbrauit eos, & vox de nube dicẽs Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacuit, ipsum audite.* Cõpone modo Deum in Thabor, & Deum in Sina; vtrobique apparet eius demissio, & humilitas, quòd hoc cœleste granum descendit ad terrã. In Sina voces audiebantur de nube exeũtes, sed nec illis filius Dei ostẽdebatur, nec quid sentiebatur paternum, quim vniuersus populus longè à Deo esse cupiebat, nec illũ audire volebat. In Thabor auditur vox de nube, qua manifestè filius Dei ostẽditur, patri simillimus, & gratissimus; cui inhærere ament Apostoli, & discipuli, nec velint ab eo discedere. Quæ est causa tantæ differentiæ? Cur in Sina inter tot voces, non dicitur filius Dei, nec quid paternum ostẽditur, nec vllum trahit à se popularem, & in Thabor, & summi patris viuidissima imago ostendi tur, & ad se trahit Apostolos? Nonne vtrobiq; propter homines sese Dominus demiserat ad terram? Equidem in Sina & si se demisisset Dominus vsque ad terram, tamen illam suam demissionem occultabat, densissima, & obscurissima nube circumtegens montem, ne ibi demissus in terrã Dominus videretur, nec quid in illo nõ maiestate plenum sentiretur. In Thabor autem patentissima luce sese exhibebat Dominus demissum vsque ad terram, formam seruilem ostendens, libenter agens cùm suis de vltimo humilitatis, & abiectionis excessu. Vbi autem tanta demissio ostenditur, alliciens ad se discipulorum mentes, non potuit, nõ exhiberi filius Dei, summoq; similimus parẽti in prole acquirenda. Præclarè aiebat D. Damasc. orat. de Transfig. loquens. *Equidem Olim in monte Sina, fumus, & procella, & caligo, & ignis terrorem inferens, summam illam demissionem occultabant, hinc videlicet inaccessum legis authorem prædicantia, & posteriora sua obscure indicantem. Nunc autem omnia splendore, ac luce perfunduntur. Etenim ipse vniuersitatis conditor, & Dominus ex paterno sinu accessit, ad seruos indulgenter sedemittens, ac serui formam suscipiens, habituque homo factus, vt caperetur Deus, qui ab hominibus capi nõ poterat, per se ipsum, & in se ipso diuinæ naturæ claritatem ostẽdens.* Quid pulchrius? In illis expendendum est, quòd in Sina fumus, & caligo occultabant Dei demissionẽ; & solam eius præsentem maiestatem terribilem ostendentia: de posterioribus passionibus, & abiectionibus, nec suspicionem ostendebant, qua propter summum Deum inaccessum reddebant, & solitarium. Verum in Thabor aperta luce demissionem ostendens ipse Dei filius, & in seruili forma apparẽs sic se aptabat, vt ab hominibus capi posset, & hominibus communicari, quo perfectissimè diuinæ naturæ claritatem inse representabat. Quid diuinæ naturæ magis proprium, quàm non manere solitariã, sed proli inueniri communicatam? Aiebat Dominus Isaię. 66. *Nunquid ego, qui alios parere facio ipse non pariam?* Sanè ibi diuina natura perfectius ostenditur, vbi non solitaria, sed cum partu; vt pateat, quantum conducat demissio, & humilitas ad diuinæ naturæ ostensionem. Quandiù enim in Sina demissio Dei cælabatur, & inaccessibilis sentiebatur Dominus, & solitarius; verùm vbi in seruili forma manifestè apparuit, in terram decidens iam ex adiuncta prole diuinam referebat fœcunditatem, & vt perfecta diuinæ naturæ imago à patre cognoscebatur, prædicabatur. Huc spectans Ioann. 1. ait: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credũt in nomine eius, qui nõ ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, &c.* Nota diuinissimam virtutem, & fœcunditatem, qua filij Dei ex Deo parturiuntur. Et à quo venit tanta virtus pariendi filios Dei? Explicat causam illud additùm, nimirùm: *Et verbum caro factum est*: ex quo Dei verbum se exinaniuit, se humiliauit, ex quo in terrã decidit; diuinissimam deitatis ostendit fœcunditatem in Dei filijs generandis. Chrysostom. ibi: *Cùm dixisset ex Deo, & filios Dei factos, qui eum receperunt: tanti honoris causam adiecit: Quòd verbum caro factum est, & serui formam Dominus accepit. Factus est enim filius hominis dilectissimus Dei filius, vt filios hominis filios Dei faceret*: Proh fœcundissimam verbi diuini demissionem, verè æmulam paternæ fœcunditatis. Natura diuina prout in patre existens non potuit esse solitaria, sed ad prolẽ procedit, eam generans, quæ filius Dei sit, prorsus similis patri. Sed & eadem natura in forma seruili manens, in terram decidens non potuit manere occulta, & solitaria: nam illa demissio, & abiectio filiorum Dei partus extendit, & multiplicauit. De Dei filio Nazian. orat. 20. *Qui carnis paupertatem, nostra causa subijt, vt nos ipsius diuinitate locupletaremur.* Quasi sola demissio, & humanæ vilitatis assũptio potuisset naturę diuinę virtutẽ repre-

Matth. 17.

Damasc.

Isai. 66.

Ioann. 1.

Chrysost.

Nazianz.

repreſentare in Dei filijs regenerãdis. Amabõ te ſancta humilitas, cuius beneficio in me exprimam virtutem diuinæ ſuſtantiæ æternoque parenti ſimilis appaream, nõ manens ſolitarius, ſed cum in genti prole filiorum Dei, incircuitu diuinę meniæ ſimus in ſtar nouellæ oliuarum.

§. II.

Conſtantis animi virtus ad ſe trahit vniuerſorũ corda.

NOn palea, non folium, quòd vento rapitur, ſed granum, quòd nulli cedit vẽto, cadens in terram fructum multum affert. Eſt enim in grano, vt pondus ventorum inconſtantiam neſciens, ſic virtus trahendi ad ſe ſubſtãtiã, qua in multiplices fructus creſcat. Nunquam, mihi crede, conſtãtis animi virtus euanet, nunquam ſola ſciuit manere, ſed licet ſepulta videatur ſub altis terræ aggeribus; licet in mortis ablegetur receſſus, indè ad ſe omnium ſubſtantias, omniũ corda trahet, inter quæ ſapidiſsimos fructus referat. Quis magis ablegatur a mundo, quã Ioann. Baptiſta à primis vnguiculis viuẽs in deſerto? O quam mortuus ſæculo erat, qui in heremi cauernis ſepultus, iacebat? Sed ecce tibi, dum ipſe in heremo abſconditur, ſolitariam vitam profitetur, non poteſt ſolus manere, ſed ad illum confluunt populi vniuerſi. Et quæ Ioãnis virtus ſic ad ſe rapit populos vniuerſos? An nouum illud ieiunij genus? An inuſitata carnis maceratio? An longiſsimæ vigiliæ? An cœleſtis prędicatio? Ma-
Matth. 11. ximæ erant in Ioanne virtutes, ſed quæ alliciebat populos, à Ieſu demõſtratur Matth. 11. vbi dicit. *Cæpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne: Quid exiſtis in deſertũ videre, arũdinẽ vento agitatã?* Haberet Ioannes vniuerſas virtutes, ſed cõſtantiã non haberet, qua ventis minimè cederet, & ſolus in deſerto mane-
Chryſoſt. ret, & nullã ad ſe traheret gentẽ. Ad hæc D. Chryſoſt. hom. 38. in Matth. *Non potuiſſetis certè tanto ſtudio in deſertũ impelli tot tãtarumq; ciuitatũ populi, nec ita facile omnes ex vniuerſa Iudæa effuſi in Ioannẽ fuiſſetis, niſi magnũ quemdã, & mirabilem virum, & adamantinis lapidibus firmiorẽ Ioannẽ putaſſetis. Neque enim ad videndam arundinem exiſtis.* Non arundo, non palea huc, illuc circumacta vento, ſed firmum, & ſtabile conſtantię granum, ſed immobilis, & adamantina animi virtus ad ſe rapit populos. Hinc vocabat Dominus Eccleſiã gentiũ. Cãt. 2. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ.* Nõ ad mobilem arundinẽ, ſed ad firmã petram vocat, qui ſola firmitas petræ virtutẽ habet ad ſe alliciẽdi, atque trahendi populos, ex quibus augmẽtum capiat. Dicit namque Paulus ad Epheſ. 4. *Iam* *Ad Eph. 4.*
non ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominũ, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Veritatẽ autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia Ablata fluctuatione, & palearũ leuitate, veritatẽ facientes, hoc eſt, iuſta D. Anſelmum, veris, & firmis rationibus niten- *Anſelm.*
tes, quid indè ſibi compararet? Pulchrè ait, *creſcamus per omnia*: vt enim ſemina omnẽ terræ ſuccum in proprium augmẽtum trahunt, ſic firmi, & cõſtantis animi virtus ad ſe vniuerſos alliciens creſcit per omnia. Vbi autem non ſoliditas grani, non pondus conſtantiæ, ſed leuitatis fluctuatio, & palearum mutabilitas in nequitia hominũ eſt, ibi nulla fructificatio, ſed ſterilitas, & ſolitudo, & paupertas manet. Pſal. 108. de impio dici- *Pſal. 108.*
tur: *Nutantes transferantur filij eius, & mẽdicẽt*: quaſi mẽdicitas ſit proprius effectus mobilitatis, quippè ait D. Amb. in Pſal. 61. E- *Amb.*
get enim ſemper, & mẽdicat, qui mouetur. Eò ipſo quod quis non habeat pondus, nec ſoliditatem ventorum reſiſtentem flabris, ſed inſtar paleæ, aut folij inconſtans, & mobilis eſt, virtutem trahendi ad ſe nõ habet, ſed ſolus, & ſterilis, ab omnibuſque derelictus manet. Sic Hieremiæ Threnorum cap. 1. *Pecca-* *Thren. 1.*
tũ peccauit Ieruſalem propterea inſtabilis facta eſt. Omnes, qui glorificabãt eã ſpreuerunt illam. Ecce tibi ſimul, & inſtabilis, & ab omnibus derelicta, & ſpreta facta eſt. Quis non ſpernat hominem inſtabilem, & mobilem? Quando homo inſtabilis, & inconſtans progreſſum fecit, & non potius ab omnibus derelictus miſerè perijt? In huius rei cõfirmationẽ Damaſ. lib. Paral. 2. cap. 1. adducit id *Oſea. 7.*
quod de populo Iſraelitico ait Oſeas cap. 7. *Factus eſt Ephraim quaſi colũba ſeducta, nõ habẽs cor*, Theophilactus ibi legit, *quaſi colum-* *Theophil.*
ba amens, corde vacans: Ægyptum inuocabãt, ad Aſſyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expendam ſuper eos retẽ meum, &c. Erãt Ægyptij, & Aſſyrij inter ſe contrarij, medius Ephraim, vt ſuæ incolumitati proſpiceret, Ægyptios inuocabat, cùm illis fœdus amicitiæ inibat: & ſtatim aliud ſibi melius præſagiẽs relictis Ægyptijs ad Aſſyrios currebat. Quale hoc? Sanè nihil amentius apud Damaſcenum; meritò in eo dicitur Ephraim factus quaſi colũba amẽs, corde vacans, quòd nullius amicitia firmatur, ſed modo adhũc, modo ad contrarium tranſit, & iam Ægyp-

tius

tius, iã Assyrius est, qua instabilitate illud consequitur, vt ab omnibus spernatur, diui næque iustitiæ incurrat laqueos. Sapienter
Senec. 2. monebat Seneca epist. 2. illos, qui in nulla doctrina quiescunt, sed modo hanc, modo profitentur contrariam. *In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeãt, nullas amicitias. Idem accidat necesse est iis, qui nullius se ingenio familiariter applicãt, sed omnia cursim, & properanter transmittũt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil æquè sanitatem impedit quàm remediorũ crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo creba medicamenta tentantur. Non conualescit planta, quæ sæpius transfertur, &c.* Hæc ille.

§. III.

Elatus animus in casu nescit non funditus perire: humilis, & iustus etiam in casu proficit.

QVàm aliter cadunt in terram granum, & palea? Hæc in terram cadens, ibi deperit: illud cadẽs in terram indè augmẽtum capit. Quòd autem in palea, & grano cadente deserimẽ est, idem cogita in humili viro, & elato. Elatus nescit cadere, abq; eo quod perdatur: humilis, & iustus proficit semper etiam in casu. De elationis authore diabolo locutus Dominꝰ ait Ioan. 12. *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras*: in Græco autẽ ponitur verbum, quod significat, eijcietur cũ ruina, & præcipitio: in Dæmone enim idem semper est eijci, & præcipitari. Sed cur non posset etiam Dæmon intelligi eiectus, quin intelligatur præcipitatus? Cùm nunquàm non alta sapiat, imò semper in mirabilibus ambulet super se elatus, nũquam illi potest accidere aliqua deiectio, quæ extremam nõ
D. Gaud. inferat ruinam. Accipite D. Gaudent. tract. 12. santẽ. *Passus est ergò Dominus se huiusmũdi iudicio iudicari adhũc hostem generis humani præcipitandum, siue expellendũ, quia vtrũq; vnum esse dignoscitur: & qua ratione vnũ, percipite. Non in planis, atq; humilibus habitabat diabolus, vbi pulsus ad alium locum credatur absq; casu suo transire potuisse: sed cum de sublimitate cœlesti expellitur, vtiq; deorsum præcipitatur. Quòd significanter in Greco positũ est.* Itaque in elatis mentibus idem est, & deijci, & præcipitari; & cadere, & funditus perire. Qui nescit in humilibus; & planis habitare, in quouis casu inuenit præcipitium, quo mi
Isai. 49. sere perdatur. Hinc Isaiæ. 49. dicitur: *Confractus est Bel, cõtritus est Nabo*: quę verba apud D. Cyrill. Alex. lib. 4. orat. 3. mitius sonant: *D. Cyrill.* ait enim: *Cecidit Bel, contritus est Dagon*: nõ dicitur Bel confractus fuisse, sed cecidisse: & adhuc de vtroque mitius in noua translatione Hebręa Fororij: vbi sic: *Incuruatus est Bel; repandus fuit Nabo.* Sola incuruatio, & inclinatio, vel ad summũ casus illorũ exprimitur, & nihilominus vulgata nostra, & cõ fractionem, & contritionem illorum designat. Cur cum posset dicere incuruatos, siue inclinatos tãtũ fuisse demones illos, maluit explicare confractos, & prorsus contritos? Nescit equidem elatissimis spiritibus incuruatio, siue inclinatio accidere, quæ non illis inferat extremam contritionem, & exitium. In elatorum inclinatione extremam ruinã cogitari licet: quæ in iustis, & humilibus cogitari minimè licet. Cũ duceretur arca Domini in plaustro. 2. Reg. 6. *Extendit Oza manũ ad Arcam Dei, & tenuit eam, quoniã calcitrabant bobes, & declinauerunt eã. Iratusq; est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum, &c.* Et meritò percutitur Oza, vt qui in inclinatione arcæ timuit ruinã eius, *3. Reg. 6.* & hoc metu percussus manum tetendit. Nõ enim erat arca Dei, quę in inclinatione, imò in casu posset perire; quando etiam cadẽs in manus Philistinorum; & ibi captiua triumphauit, & magis suam gloriam ostendit. De Idolis ergò, vel in sola inclinatione licuit extremã prædicari ruinam: verũ in arca Dei non licuit, vel in casu ipso timeri cõfractionem, sed spectari gloriam. Sicut enim elatorum animorũ casum comitatur extrema ruina, sic humilium iustorum deiectionem comitatur gloria. Quò refero illud Sapiẽtium dictum Amano respõsum Æster cap. 6. *Si* *Æster 6.* *de semine Iudæorũ est Mardochæus, ante quẽ cadere cæpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius.* Vndè hoc conijciũt? Vndè norunt in prima Amani inclinatione extremã eius miseriã? Spiritus, qui in illis loquebatur, coniecturæ fundamentũ subiecit illis verbis: *Si de semine Iudæorũ est Mardochæus*: designans enim in Mardocheo seminis, hoc est, grani cadentis in terram virtutem, simul palearum elationem in Amano percensẽt, vndè neque de Amani casu minus potest timeri, quàm extrema ruina, neque de Mardocheo destinato ad mortẽ aliud spectari potest, quàm gloriæ augmẽtum. Qui enim nocet casus elatis paleis, seminibus etiã in pulueren redactis solet prodesse, sic semper, vel ipsa contritio præstantibus virtute salutaris est. Ad hæc monebat Dominus Exod. 30. *Exod. 30.* *Sume tibi aromata, stactẽ, & onycha, galbanũ boni odoris, & thus lucidissimũ, æqualis põderis*

ris erunt omnia; faciesquè thymiama compositum::: Cùmq; in tenuissimũ puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo corã tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Expẽde quãdo aromata iubeantur poni in tabernaculo testimonij, vt Deo placeant, eiusque præsentiam nãsciscantur, nimirum cum prius intenuissimum puluerem redacta sunt, in præstantissimis enim speciebus contritio ipsa, imò & puluis est salutaris. Quippè ait D. Petr. Dam. lib 8 epist. 9. *Notãdũ, quod de aromatũ puluere dicitur: Pones ex eo coram testimonio tabernaculi, quia tunc nimirũ bona nostra veraciter in conspectu superni iudicis placent, cùm hæc mẽs subtilius recogitando, cõterit, & quasi de aromatibus puluerẽ reddit* Ea sunt solida bona præstantis virtute viri, quę ament conteri, & quasi in puluerem redigi, vt magis inueniantur salutaria. Et quando puluis ipse non salutaris est? Pulchrè aiebat D. Isidorus Pelus. lib. 1. epist. 69. *An non vẽtris appetitus, & carniũ desideriũ Belis quoq; cultores, & adoratores per cinerem conuictos, ac deprehensos exitio addixit?* Historiam pete ex Dan. 14. vbi gula peremit Belis adoratores, sed nõ perimeret, nisi cinis sparsus per teplũ eorum vestigia proderet. Valet enim cinis, & puluis, vt occultissimi cuiusuis Idoli vestigia prodantur, & destructis Idolis viuat iustus homo.

Pet. Dam.

D. Isidor.

Ioan. 12. Qui amat animã suã perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sũ, illic, & minister meus erit.

§. IIII.

Iustũ virum nullæ acerbitates non augent, & reddunt gloriosiorem.

Ecce tibi ex grani frumẽti exẽplo, quòd elicitur dogma, vt sapientissimum, sic verissimũ, nimirùm quòd sicut granũ mors auget; sic animam iusti, & odia, & mortes & quæuis acerbitates, extollunt, in gloriosioremq; amplitudinem efformant. Odia enim & acerbitates sunt viris iustis, amplioris splẽdoris pabula; rabidissimã persecutionẽ ab Assyrijs in Israelem concitatam meditatur Isaias, quando nimirùm Rapsaces Assyriorum dux furenti exercitu Hierosolimam obsidens, & Deum, & regẽ blasphemijs percutiebat. Videre tũc erat Israelitas hinc sub manibus se munientes, ad Deum orantes; illinc barbarorum exercitus, & iacula, & maledicta contorquentes in sanctos, quale tũc spectaculũ? Quæ facies rerũ? Pulchrè illam describit Isaias cap. 10. aiens: *Et erit lumen Israel in igne sanctus eius inflamam; & succendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna.* Ecce tibi iuxta D. Cyrilli explicationem, qualis fuit facies Israelitarũ in obsidione Assyriorum, quippè erat lucidissimus Israel quasi ignis, exercitus autem Assyriorum quasi spinæ, & vepres. Sancti Israelitæ veluti ardentes flammæ in illa afflictione visebantur. Assyrij autem erant in circuitu eorum, veluti spinetum quoddã, armis hispidi, ad pungẽdum parati. Sed quid facerẽt Assyrij sanctis Israelitis? Equidem facerent, quòd spinetum igni: spinæ enim, si accedãt percussuræ ignem, & ignem in maiores, & splendidiores flãmas excitabũt, & ipsæ vertẽtur in cineres. Sic sanctus Israel, sic iustus quisque in splẽdidiores flãmas exurgit, dũ in illis cõfigũtur spinæ, dum odia, dum rigores exercẽtur in illis. Ad hæc dicebat D. Chrysost. hom. 54. in Acta: *Vides vbiquè tentationes magna parere bona? In malitia idẽ euenit, vt si quis calamum habens prælietur cõtra ignẽ: & videtur quidẽ verberare ignem, ignis autem clarior fit, & calamus consumitur. Alimentũ enim, & fomes claritudinis, est malitia virtuti.* Non sic spinæ, & vepres flammas augent, & in splendidiorem spheram nutriũt; vt odia, & asperitates, & persecutiones iustorum multiplicant claritudinẽ. Nemò ignorat tres illos cãtatissimos pueros Hebręos à rege Babylonio in fornacẽ missos, cadũt sancti tres pueri in fornacem, inter cuius flãmas, dũ audiũtur innocui canere, & lætãtes viuere, accedit ipse rex ad ostium fornacis, vt miraculũ cernat, & indè totus mirabundus exclamat dicẽs Dan. 3. *Nonne tres viros misimus in medium ignis cõpeditos? Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulãtes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est.* Meritò, qui tres fuerũt, dũ dãtur flãmis; quatuor apparẽt in illis, ne putẽtur iusti odijs, & persecutionibus posse finiri, quando, & multiplicantur, & in maiorem gloriã exurgunt. Ad hæc. Idẽ Chrysost. hom. de tribus pueris, ait: *Excludes si potes, adhuc demens eum, qui crescit ad numerum. Non poteris iam tuos finire damnatos, qui soli esse non possunt.* Granum

Isai. 10.

Chrysost.

Dan. 3.

Chrysost.

sunt

sunt frumenti viri iusti, qui dum cadunt in terram, & mortificantur, soli manere nō possunt, sed multiplicem in gloriam cōsurgūt. Imò, in hoc frumēti granis longè præstantiores; quòd grana in terram cadentia reuiuiscunt, non in ignem; at iusti viri, siue inter ram, siue in aquam, siue inter medias flammas cadant, non soli manent, sed gloriā & splendorem multiplicāt. Quò spectauit Iob cap. 29. aiens: *Dicebā. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies meos*; alij legunt, *& sicut arena*: alij legunt: *& sicut Phœnix*: ecce tibi nusquā non sibi promittit multiplicationē vir iustus in casu, siue enim cadat in terram, exterra sicut palma exurgit; siue cadat in aquam, non ideò minuetur, vt arena nō minuitur in aquis, sed ibi augetur: siue cadat in flammis, indè vt Phœnix renascetur. Et plāta est, & arena est, & Phenix est vir iustus, ne vllo sciat cedere elemento, sed ex omni contrario, glorię recipiat augmentum. Et quale cōtrarium maiorem gloriam iustis viris non peperit? Quale odium nō illis profuit ad splendoris augmētum? Num. 12. dicitur de Maria, & Aarone, quod locuti sunt contra Moysem, & quid indè euenit? *Descendit Deus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocās Aaron, & Mariā. Qui cum issent, dixit ad eos. Audite sermones meos, si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At nō talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei, & palā, & nō per ænigmata, & figuras Dominū videt. Quare ergò nō timuistis detrahere seruo meo Moysi?* Iratusque cōtra eos, *abiit: nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculū; & ecce Maria apparuit cādens lepra, &c.* Itaquè Moyses à fratribus mordetur, sed quia mordetur, Deum gloriæ, virtutumque suarum declamatorem nāciscitur; & detractores fratres lepra maculantur. Id quòd ponderans Orig. hom. 7. in Num. ait: *Videtis, quid sibi pœnæ contulerint obtrectatores: quid verò illi, cui obtrectarunt, quæsierint laudis. Sibi turpitudinem, illi splendorem, sibi lepram, illi gloriam, sibi opprobrium, illi magnificentiam quæsiuerunt.* Sic vniuersi persecutores viris iustis cumulatiorem pariunt gloriam: nunquam enim non augetur gloria ex eo, quòd caro sustinet afflictionem.

Iob 29.

Num. 12.

Origen.

(·•·)

§. V.

Carnalis indulgentia ruinam animæ importare solet.

RVinam timeat, qui animam suam carnali prosequitur amore, raro enim carnalis indulgentia extremam non parturit perditionem. Caue tibi speres aliquod bonū in ter carnis delicias, non indè bonum capies, sed ruinam. Inuenio luxuriantes filios apud Hieremiam, & Lucam fame penè enectos; quorum plurimi inter quærēda remedia vitæ, pereunt, vnus vitam consequitur æternā. Vndè tantū descrimen in adeò similibus iuuenibus? Accipè hūc Luc. cap. 15. dicētem: *Quāti mercenarij patris mei abūdāt panibus, ego autē hic fame pereo. Surgā & ibo ad patrē meū, &c.* De illis autē ait Hierem. Thren. 2. *Matribus suis dixerūt: vbi est triticū, & vinū? cùm deficerēt quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cū exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Tàm hi, quàm ille fame torquentur, & simul non siliquas, sed siliquis abiectis, veram panis alimoniam requirunt: sed longè diuerso euentu, nam ille remedium inuenit, hi extremam patiuntur ruinam. Et cur non pereant, qui non ad patrem, sed ad matres confugiunt? In patre seueritatem cōsoriam inueniunt filij; in matre indulgētiā, & carnalem teneritudinem; ille sapuit, qui vt viueret, ad patrem, hoc est, ad virilem, & seuerū affectū cōfugit: prorsus dissipuerunt hi, qui dum sub carnali indulgentia volunt viuere, perditionem incurrunt. Pulchrè D. Paschasius lib. 2. in Thren. ait: *Eruditior ille filius, qui ad patrē suspexit egens, quàm isti, qui à voluptatibus carnis quasi à matribus ea bona exquirāt. Si cū patre essent, aut ad patris domū redirent, animas fame non exhalarent. Sed quia caro eos decipit; errāt: & si non in eo, quòd panem requirunt, saltē quia in carne torpētes, ab ea ista petūt. Nesciūt miseri, quod qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. Idcirco in sinu carnis intercūt; quoniā hi filij patris sūt, qui nō ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Sub sola patris disciplina viuitur; in sinu matris, hoc est, in indulgētia, & amore carnali mors incurritur. Et merito dicitur ibi, *cùm exhalarēt animas suas in sinu matrum suarum.* Et cur dicuntur animæ exhalari in sinu matrum? In sinu foueri solet filius; in igne aromata exhalātur; cur ergò non foueri, sed notanter dicuntur animę in sinu matrum exhalari? Equidem sinus matris, hoc est, amor, & indulgentia carnalis

Luc. 15.

Thren. 2.

D. Paschas.

nalis caminus est, gehenna est, in qua exha-
D. Pascas. lantur animæ. Sapienter D. Pascasius vbi su-
pra: *Exhalant animas, qui sunt sicuti in sinu gehennæ ad mortem.* Quoties ad carnalē indulgentiam confugis, te inter gehennales prunas meditare, quarum vi prorsus exhaletur, & pereat anima. Nunquam enim anima in carnalis amoris, & indulgentiæ sinu inferni
Hiere. 31. prunas nō inuenit. Ephraim mille scelerib⁹ confossum intuēs Dominus ait Hiere. 31. *Si cui filius honorabilis mihi Ephraim, sicut puer delicat⁹:* quæ verba sic apud Caldæos sonāt: *Ecce sicut filius dilectus corā me, est Israel; vti*
Amb. *què puer amabilis est:* & adhuc aliter legit D. Amb. aiens: *Dilectus mihi est filius Ephraim, puer in delicijs.* Quid hæc ad Ephraim peccata? Ille te multis sceleribus constrictū ostendes, hoc accipit à Deo responsum, quòd sit puer delicat⁹, quòd sit puer in delicijs, quòd sit amabilis, quid hæc ad peccatū? Sanè ostēdenti peccata, ita Deus respondit ostendens peccatorū causas, nimirùm indulgentiam amoris carnalis, & teneritudinem deliciarū. Vbi enim carnalis amor, vbi indulgentia, & deliciæ, & prunæ sunt gehennalis incendij,
D. Amb. quibus exhalētur animę. Accipite D. Amb. lib. 1. in Luc. *Si enim no fuisset puer indelicijs nunquā peccauisset. Pro delicijs itaq; peccauit, qui non ita erat informatus à Domino, vt nescius esset erroris.* Sēper deliciæ, & carnalis amor comunctus est cum animæ ruina.

§. VI.

Bonis nunquam spoliabitur æternis quisquis primus in se insurgit.

EXpende fortissimam pro æternis bonis custodiam, nimirùm odium sui; qui enim odit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Dum scias te odio prosequi, dum scias tu tibi bellū inferre, & primus in te insurgere, nil restat quod timeas, nemò te bonis cœlestibus priuabit. Audio Dauidem à mille rebellibus exagitatum, à nullo tamē deuictū: in primis Seba filius Bochri. 2. Reg. 20. rebellat in Dauidem, vt eum recēti regno priuet: nec non Absalon ibidem cap. 15. aduersus eumdem rebellarat, sed nec Absalon, nec Seba præualuerūt aduersus Dauidem. Ita super audio aduersus Salomonē excitatam fuisse rebellionem à seruo eius Roboamo, qui tandem maiorem regni partem rapuit sibi. Et cur Dauid à tàm multis, & tā potentibus hostibus spoliari non potuit, Salomonis autem filius ab vno seruulo spoliatus est? Peccauit Salomon, fateor, sed & Dauid peccauit, amoribusq; deditus diu iacuit; cur ergò quandoquidē rebellis seruus peccatorē Salomonē nactus, illū regno priuat, Absalō, & Seua adeò custoditum Dauidem peccatorem inueniunt, vt minimè ei regnū possint eripere? De Salomone dicebat Dominus. 3. Reg. 11. *Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, disrumpens scindā regnū tuū, & dabo illud seruo tuo.* De Dauid autem ait ipse Psal. 50. *Iniquitatē meā ego cognosco, & peccatū meum contra me est semper.* Itaque Salomon vitia apud se habebat, vt habet amicus amicum; Dauid autem vitia sua contra se fatebatur, & sibi aduersaria æstimabat, & in se peccatorem ipse omnium primus insurgebat, quo adeò fortis extitit, vt minimè à rebellibus, & si potentissimis potuerit spoliari. Pulchrè huc respiciēs ait Rup. lib. 5. de Trinit. cap. 1. *Regnū Dauidi,* Rupert. *neque auferre Absalon, neque scindere potuit Seba, quia videlicet, quòd habuisti apud te ò Salomō, ille apud se nō habebat. Minus peccauerat, & ipsum peccatum â se excutiebat, accusabat.* Habebat Salomon apud se vitia, vt amica: Dauid non apud se habebat, sed vt contra se, vt sibi aduersaria insectabatur; nulli citius odiosus, quàm sibi ipsi; nullum se ipso peiorem inimicū experiebatur, se accusans, se mactans, quo fiebat cæteris hostibus insuperabil. s. Te tibi aduersarium inueniant cæteri aduersarij, & minimè poteris cœlesti regno spoliari. Samson vbi monetur de aduētu hostium Iudic. 16. licet ignorans infirmi Iudic. 16. tatem suam, tamen sapienter dicebat: *Egrediar sicut antefeci, & me excutiam.* Quid ais, & me excutiam? Audis hostes adesse, audis inimicorum rabiem appropinquare, quæ te perimat, cur nō magis ad illos exurgis? Cur non magis de illis percutiendis, & fugandis satagis? Cur nō dicis illos excutiam, sed ais, me excutiam? Equidē hæc est magna peccatoris hominis fœlicitas, si in se primò insurgat, si se primum ipse sentiat inimicum. Nullus rapiet hostis bona ei, qui prior in se insurrexerit. Vtinam quòd Samson dicebat amico suo, opere exhibuisset, quando enim se primùm excusit, plurimam victoriam natus est. Quippè aiebat in se reuersus. *Moriatur anima mea cum Philistiim, concussisquè fortiter columnis cecidit domus super omnes Principes, & cateram multitudinem, quæ illic erat: multoquè plures interfecit moriens, quā antea viuus occiderat.* Vt creuit animæ carnalis odium, simul creuere victoriæ, at dum amoribus deditus, apud amasiæ suæ sinum decumbit,

bit, & oculos, & libertatem, & regnũ amittit, manusque incurrit hostiles. Pro quo elegantèr cecinit D. Orientius inquiens:

Sanctusq;, & victor per tot modo prælia miles
Heù male fœmineis subditur arte choris:
Vt iam pollutus (pariunt quia crimina pœnã)
Oscula virginibus, terga daret gladijs.

Dum carnalibus dat operam amoribus, mi sere capitur hostibus; dum autem & se, & vitam carnalem cõtemnit, quis eius gloriosas victorias numeret? Hæc sit inuictorũ hominum communis vox, nimirùm: *Moriatur anima mea cum Philisthim*, hoc est, moriatur carnalis anima cum vitijs, & voluptatibus suis; qui sic in se insultat, fallar, nisi omnia bona sua custodiat integra.

§. VII.

Ad locũ, in quo Christus est, ille accedit, qui minimè refugit eius sublationem crucis.

ACcedo ad illa verba, *Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic, & minister meus erit*, non enim ad locum, vbi Christus Dominus est, venitur, nisi per eiusdem sequelam in crucem. Vt sis in loco, vbi Christus est, sequere Christum, amplectere eius mortificacionẽ, caue ne eius crucẽ refugias. Matth. 14. veniebat Dominus super maris aquas ambulans, vt discipulis in naui existentibus opẽ ferret. Vidit Petrus Iesum super aquas venientem, vidit Iesum calcantẽ maria; & facultate accepta similiter super aquas gradiẽdi, sese vndis commisit. Quid tuc? *Videṡ verò ventũ validũ, timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit dicẽs, Domine saluũ me fac, &c.* Cur Petre sic mergeris? Cur nequis cõsistere super eas vndas, super quas ipse Iesus cõsistit? Huius rei causam, vt penit9 calleas, cõsule cap. 16. Matth. vbi sic habetur: *Exinde cœpit Iesus ostẽdere discipulis suis, quia oportet eũ ire Hierosolimam, & multa pati a senioribus, & scribis, & Principibus sacerdotũ, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eũ Petrus, cœpit increpare illũ dicens. Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Ecce tibi modo Petrus crucis mysterium tollere nititur; ne miremur, quòd nõ possit cõsistere super vndas, super quas Dominus cõsistit; ille enim solus, vbi Christus est, potest esse, qui nõ refugit, sed amat sequelam crucis. Acutè ad hęc D. Petrus Dam. ser. 31, inquit: *Nec mirũ tibi met ipsi, ò Petre, maris tũc formidasse periculũ, qui pro mentis infirmitate Magistrum, & Dominum tuum nolebas crucis subire patibulũ.* Indè super aquas, in quibus Christus est, non consistit Petrus, quia tunc mortificationem abnuebat crucis. Mortificationem amet, crucifixũ sequatur quisquis, vbi Christus est, velit cõsistere: vt dicat eũ Psal. 131. *Ecce audiuimus eũ in Ephrata: inuenimus eũ in cãpis silũæ. Introibimus in tabernaculũ eius, adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius.* Se futurum promittit in loco, vbi steterũt Iesu pedes; sed vt illuc perueniat, prius ait, audiuimus eũ in Ephrata, & inuenimus eũ in campis siluę, nisi enim in Bethlẽ vagiẽtẽ, vel instar malum siluę in monte exaltatum sequatur Iesum, minimè ad locum perueniret, vbi stat ipse: Hinc Apocal. 14. dicitur: *Ecce agnus stabat supra montẽ Sion, & cũ eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomẽ Patris eius scriptũ in frõtibus suis.* Miraris tot millia esse, cùm agno suprà montem Siõ? Vt mirere magis addit post pauca: *Hi sequũtur agnũ, quocũq; ierit.* Et quando vicit Leo de tribu Iuda, cur non dicuntur hi secuti leonem? Et quãdo vt ait Deuth. 32. sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expãdit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris populum suum, cur hi non magis dicuntur secuti Aquilã? Sanè ad hoc, vt possis pertingere quemcumq; locum in quo Christus est, non tam leonis fortitudo, non tàm perpetes Aquilę volatus proficiũt, quàm sequela agni mactati. Quo circa aiebat D. Ber. ser. 6. de Ascens. *Sequamur fratres, sequamur agnũ, quocũq; ierit: sequamur patiẽtem: Crucifigatur vetus homo noster simul cũ illo: vt destruatur corpus peccati.* Et quidẽ parum est, quòd fias leo, quòd fias aquila, nisi agnus fias mactandus, vt possis locũ omnem tenere, quẽ tenet innocentissimus Dei agnus. Huc accedant Christi ministri, qui cupiũt cùm Domino esse, & sequantur agnũ mactatum facti etiam ipsi mactati agni. Quòd si perfectius, cùm Iesu esse malint, nõ solũ instar agni agnũ sequantur, sed instar leonis mortui, leonẽ mortuũ nitãtur æmulari, vt sic moriãtur, vt simul in ore versent dulcissimos veræ sapiẽtiæ fauos. Eò spectabat Paul. ad Colossen. 3. aiens: *Quæ sursum sunt, quærite: vbi Christus est in dextera Dei sedẽs. Quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terrã. Mortui enim estis, &c.* Quia mortuos in Christo putabat, meritò duo illis proponit; nimirũ, quòd iam de loco, in quo Christus est, habẽdo agant; & quod sapiãt cœlestia dicit stillare mella. Vbi D. Bruno. ait: *Quia mortui cũ Christo, iam vltra non viuitis mundo. Igitur quæ: ite, quæ sursum sunt. Non solum*

Matth. 14.

Matth. 16.

Pet. Dam.

Psal. 131.

Apoc. 14.

D. Ber.

Ad Col. 3.

D. Brun.

quærite,

quærite, sed sapite, ideſt, dulcedinem prælibate eorũ, quæ ſurſum ſunt. Illud perfectiſsimũ recipit Ieſus in locũ in quo ipſe eſt, ſedens ad dexteram patris; qui ſcit mori, cuius emortui ab ore dulcedines ſcaturiũt. De hoc perfectiſsimo miſtro in locũ ſuum adſcito dicebat Dominus Cãt. 5. *Meſſui myhrram meã cũ aromatibus meis, comedi fauum cum melle mec, &c.* In myrrha intellige mortuũ, in fauo dulcedine ſuperna manatem, & ille perfectè accipitur à Domino, qui mundo mortuus, inſtar myrrhæ euaporatur; & nihilominus in ore emortui mille mellis ſcaturiunt fontes. Cùm huc peruenio, nõ me contineo quin recolam ingentem myrrhæ melliſque meſſem, quàm Dominus ab hac D. Ambroſij Societatis Ieſu domo in ſuum locũ trãſfudit. Transfudit, inquam, Dominus in locum ſuum, ingentem myrrhæ ſe getẽ in vno miniſtro Euangelij perfectiſsimo, in Venerabili admodum Patre Ludouico de la Puente: quippè videtur mihi in illo, dũ ſublatus eſt, ortus noſter eſſe nudatus, & grãdẽ agricolæ Deo reſignaſſe faſciculum myrrhæ. Quid dico de myrrha? Sed nec vllus talis in albearibus noſtris relictus eſt fauus. Geſtit animus vobis eius depingere effigiem, ecce depingam, ſed verbis Gillib. Abbatis, qui de alio huic noſtro Ludouico ſimilimo, ait ſer. 41. in Cant. *Quis illo, vel vita purior, vel doctrina prudẽtior? Quis magis illo, vel ægrot⁹ in carne, vel alacer in ſpiritu? Sermo eius quaſi cereus mellcã effundebat ſapiẽtiam. Carne lãguidus, magis tamen intus, in ſpiritu cœleſtiũ amore lãguebat. Myrrhata carne, mẽte aromatica, crematione continua indefeſſi amoris odoriferũ incenſum offerebat. Corpore deſiccato, & arido, anima eius ſicut adipe, & pinguedine replebatur: ideò labijs exultationis laudauit Dominũ, ſemper os eius fauus diſtillans. Nãtus cõuerſus in labia, modeſto vultus, & toti⁹ corporis habitu trãquillo, ſerenos animi prodebat affectus. Sẽſu perſpicuus erat, ſermone non erat præceps. Moleſtos ſuſtinẽs, moleſtus nulli. Acutè intelligẽs, moroſe referẽs, æquanimitẽr ferẽs.* Sic piiſsimũ ſui cœnobij virũ depingit Gillib. ſic eius myrrheas virtutes proponit videndas, quibus mortuus videbatur, & ſæculo. Quas in noſtro Ludouico mirabamur vniuerſi, myrrhata enim carne, crematione cõtinua odoriferum virtutum offerebat incẽſum. Fallar, ſi quis ſanctus magis extenuatam carnem (ſi fortè in illo caro manſerat) habuit, totus cõuerſus in labia nihil habẽs, aut de terrenis, ſed totum acutum de ſublimibus, & æternis perſonabat. Videres in virtutum alacritate, in vigilantia ſeoninũ ſpiritũ, in extenuatione, & mortificatione enectum agnum, ſed d[illegible] enecti ore dulciſſimi doctrinę profiliebant faui. Et qui faui? Pergit de ſuo Gillibertus vbi ſupra. *Noſter autẽ hic fauus, integer erat, & in æterno liquore exuberãs. Plenus erat cellularum, hac illac què diſtillabat dulcedinẽ, ſermonibus diuini aſſiduus operator fauos cõponebat. Boni faui, quibus adhuc integris multorũ quotidie indulcantur fauces. Moleſtã non ſectabatur ſubtilitatẽ, quæ plus contentionis, quam inſtructionis miniſtrat materiã. Circa moralẽ operoſus ſciẽtiã, cultiſſimis illam verborum cellis commitebat. Prudens erat eloquij myſtici, quòd inter perfectos diſpẽſabat. Lactea in ſalutẽ paruulorũ exuberabat doctrina, cui tamẽ latijcantis, & inebriãtis ſermonis vinũ ſemper latèter immiſcuit. Facilis inerat ei intellectus, ſed affectio vehemẽs.* Vidiſtrà penè enecto homine, tot faui manare, quot cir cũferuntur noſtri Ludouici commentaria noncõtentiones, & rixas excitantia, ſed mores componentia humanos. Sanè dum in enecto corpore huius viri ſpiritus vixit, renouari vidi priſtinũ illud miraculum, quò ex demortui ore profiliebant eloquij myſtici faui, qui mille Samſones poſſent roborare. Nullũm vnquã corpus fuit magis cadauer, ſed tamen cadauer, quòd dulcedine fauorum per cõtinua librorũ opera manaret. Et dũ ſic moritur, & dulceſcit Ludouicus, dũ ſic myrrheus, & melleus aparet, à vineæ Domino in ſua cellaria vocatur. Quid tunc? Adhuc Gillib. ſupra: *Dolendũ quidẽ, quòd tanti viri ſubtracta eſt nobis copia, ſed nihilominus gloriandũ, quòd talem de ortulis noſtris faſciculũ myrrhæ ad cœleſtem illum ortum præmiſimus. Illic ornamẽtum eſt, qui nobis hic fuerat adiumentum. Etſi vacuata videntur aluearia noſtra, & ortus nudatus, multos tamẽ reliquit manipulos, de quibus potẽs eſt Deus per virtutũ in cremẽta crearefaſciculos.* Equidẽ tota hęc domus doluit, doluimus maximè vniuerſi, qui eius ſuſtentabamur præſentia, & reuiuiſcebamus ſpiritu, luximus ortum noſtrum demeſſum, vacuata aluearia noſtra: ſed etiam gloriabamur habere ex tũc cum Domino talem miniſtrum, cuius relicti in terra faui nõ pauca examina cœleſtium apicularum nutriunt.

Cant. 5.

Gill. Abb.

Gilliber.

Gilliber.

§. VIII.

Præſtantiſsimum bonum eſt, cum Chriſto eſſe.

HOc Ieſus pro magna, & præſtãtiſsima fœlicitate promittit miniſtris ſuis, nimirùm,

mirùm quòd sint, vbi ipse est. Dum cum Iesu sis in eodem loco, eiusque fœliciſsima societate fruaris, nullibi fœliciſsimus nõ eris.

Cant. 7. Dei amatrix Cant. 7. ait: *Veni dilecte mi egrediamur in agrum, cõmoremur in vilis, &c.* Dilectũ vocat, vt in agro, in villis vnà sint, cur non magis in cœlestia aspirat? Cur non magis in cœlis petit commorari? Cur cœlestibus omissis curijs in terræ villulis petit versari? Cur non magis angusta terrę despicit? Dũ in terra sit Iesus, hoc sibi putat maximũ, si cũ illo existere liceat. Vndè

D. Ber. D. Ber. ser. 2. de Aduẽtu ait: *Venit vtiquè de corde Dei patris: venit à summo cœlo in inferiores partes terræ: Quid ergò? Nonne nobis in terra est conuersandũ? Est; si tamen in ea perstitit ille, vbi enim benè erit, sine illo, aut vbi male esse poterit cũ illo?* Hoc habeamus, vt simus, vbi Christus est, & prestantiſsima fęlicitate fruimur. Id

Ad Col. 3. quod animaduertẽs Paulus ad Colos. 3. ait: *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est.* Nõ contẽtus nobis superna bona propinare, illud ad commendationem bonorum addidit cœlestiũ, nimirùm, *vbi Christus est.* Sed cur istud addidit? Nonne sufficerẽt superna bona nos ad se rapere? Nonne audiẽtes nos cœ

Bernar. lestia esse bona, ad illa auidi euolaremus? Ait D. Ber. vbi supra: *Meritò proindè clamat Apostolus: Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. In cassum laboraret erigere corda nostra, nisi collocatũ in cœlis salutis nostræ doceret authorẽ.* Non tam cœlestia, & superna bona raperent animos, quã Iesu contortium; indè habet cœlum desiderari, quòd sciamus ibi esse Iesum; ille enim sputat fœliciſsimus, qui est, vbi Christus est & si alia desint. De Petro in Thabor cũ Iesu

Marc. 9. existente dicitur Mar. 9. *Et respondẽs Petrus ait Iesu. Rabbi bonũ est nos hic esse; & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnũ, & Eliæ vnum. Non enim sciebat, quid diceret.* Sic ignorantia Petri ibi carpitur: & qualis ignorantia illi fuit? An ignorantia erat, quòd bonum diceret esse vbi erat Iesus? Absit; sed illud erat ignorantiſsimum, quòd cum sciret, quàm bonum erat cum Iesu esse, tabernacula facere curabat, in quibus ministri Iesu

D. Pasch. Moyses, & Elias agerẽt à Iesu separati. Cuius ignorantiæ notam vrgens D. Paschas. lib. 8. in Matth. ait: *Neque cogitas, quòd Moyses, & Elias nunquã, & nusquã velint esse, sine Deo Domino.* Et quale bonum haberi possent à Iesu separati, cùm præstantiſsimum omniũ sit, cùm Iesu esse? Vide lib. 13. cap. 15. §. 14. Vide etiam lib. 1. cap. 2. §. 1. lib. 7. cap. 3. §. 4. & 5.

CAPVT VI.

De Fure, & Pastore.

VNICVM salutis humanæ authorem, & negotiatorẽ verùm se probans Dominus ad pulchram similitudinem cõfugit, & in discrimine Furis, & veri Pastoris euidentiſsima signa notat, quæ proprium, & legitimũ suum munus ostendunt, & adulterinum, & extraneum aliorum. Quis nõ credat furem, cui obsistũt portæ domus? Quem ianitor impellit? Cuius ad vocem contremiscunt oues? Ille equidem verus Dominus est, cui præbent aditum patentes portæ, & ianitor facilitat ingressus, & ab ouibus eius sibilus noscitur.

Ioan. 10. Amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui intrat per ostium pastor est ouium.

§. I.

Ab exitu huius vitæ, & ingressu futuræ vera claret nobilitas hominis, & gloria.

NOn tàm in alio, quàm in ingressu ostij dicitur, siue Dominus, siue latro internoscí: porta enim domus, qua vel ingredimur, vel eximus, designat Dominum, aut latronem. Et quidem quæ tibi fuerit nobilitas & præstantia vera in portis, hoc est, in exitu huius vitæ, & ingressu alterius euidenter patebat. De animarum nostrarum sponso Iesu dicitur Prouerb. 3. *Nobilis in portis vir eius.* Cur non magis nobilis in plateis, in compitis, in populorum frequentia? Non quæ in conuentu hominum, quæ in negotijs mundialibus nobilitas est, illa vera nobilitas censetur, quæ enim vera est solum sumitur à portis, hoc est, ab eo quòd apparet quis in vitæ exitu, & ingressu futuri sæculi. Ad hęc D. Greg. lib. 6. Mor. c. 5. *Humane generis* *Prouer. 3.*

rēdemptor in portis se nobilē ostēdit: qui despectus prius in cōtumelijs exitit, sed in ingressu regni sublimis apparebit. Nō in plateis, non incompitis populorū, sed in portis se nobilem ostendit maximus virorum Iesus, imò quæ à mundialibus plateis venit, nobilitatem despiciens, & gloriam, maluit, dum inter homines ageret, contemptibilis apparere, illam solam, vt veram, quæ à portis, hoc est, à vitæ exitu, & ingressu regni venit, gloriam affectans. Nō vna huius viæ, sed ingressus futuræ illum, & sublimem, & cæteris præstantem ostendit, nulla enim sublimitas, nulla præstantia hominis, quæ non apparet in exitu vitæ, & ingressu regni. De gloriolis huiusmūdi aiebat Eccles. cap. 1 *Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole?* Explicatius in rē nostram ait lectio Arabica: *Quæ prestātia homini in omni labore suo, quo laborat sub sole?* Nulla præstantia est, nulla excellentia, quæ hominem reddat homini superiorē, dū est sub hoc sole, quisquis homō se ostēderecupit homine superiorem, & præstātiorem, labores suos nō det in solē, sed supra solem. Quam vitę exitus ostēdit præstantiam, illa vera est, & solida, effectæ namque præcellentiæ prorsus euanent, & disparent in portis mortis. Id quòd notabat Olympiodorus in cat. fatus: *Quid homine homō amplius habet in eo labore, quo non supra solē sed laborat sub sole quando omnes relicta præsenti vita communem mortem subimus.* Equidem de mūdialibus splēdoribus nullus nō disparebit, vel ad vmbram portarū mortis: vix sonitus portæ mortis audietur, & cadent adulterim omnes mundi splendores. Pulchrè D. Ber. epist. 103. monebat amicū: *Doleo super te charissime cogitans illos tuos mores ingenuos, quam inanibus studijs atteras, dū de tantis muneribus, nō authori Christo, sed rebus deseruias transitorijs. O si mors inopinata surripiens ista cōcusserit, heu subito cū tavelut ad impulsum ventis, & furentis venti, tāquā fœnū velociter arescēt, & sicut olera herbarū cito decident* Sic quæ gloria, & præstantia à mundialium cursibus emendicatur, in mortis portis prorsus disparetet euanet, sicut puluis, quē projcit ventus à facie terræ. At quæ vera præstantia, & excellentia est, à mortis porta magis exaltatur, nobilitatur. Ait enim Psal. 9. *Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Et quanta exaltatio venit à mortis portà homini, qui indè transmittitur ad portas cęlestis Sion? Fallar si v quam notior hominis præstātia, quàm in transitu à mortis porta ad portā diuinę Sion. Monebat Tertul. ad uersus Gnosticos: *Scito nec vllam moram, aut quæstionem in limine Christianis occursurā, qui nō dignosci habēt illic, sed agnosci.* Illa est Christianorū nobilitas, & præstantia vera, quæ in mortis portis, in regni ingressu nō debeat inquiri, sed debeat agnosci: has portas expectet, qui velit manifestē ostēdere, qualē præstantiā præ cæteris habuerit. Hinc Dominꝰ cōsulturus Israelitis insigne, quo distinguerentur, ab Ægyptijs, & Angelum interfectorem cauerēt, post agnum occidi iussum, ait Exod. 12. *Fasciculumq́, hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo super liminare, &c.* Septuag. autē legūt: *Sumetis vobis fasciculum hyssopi, & tingetis ex sanguine, qui est iuxta ostium.* Et nō paruam mouet quæstionem D. Aug. ibi quæst. 46. cur iubeatur specialim hyssopus tingi in sanguine, qui est iusta ostium, siue in limine portę. Solus enim agniculus occidebatur, cuius sanguis seruabatur ad protectionis, & immunitatis insigne, nec inter cerēmonias agni occidendi iussum fuit, quòd sanguis poneretur iuxta ostiū in portæ limine ante tinctura, sed solùm sanguis agni petitur. Cur ergò nō placuit solum dicere, *tingetis ex sāguine agni*; sed notanter adiecit, *ex sanguine, qui est iuxta ostiū*? Crediderim ibi nos doceri a Deo, in quo sanguine debeant fideles gloriari, & discerni, nimirūm in sanguine, qui est iuxta ostium, hoc est in præstantia, quæ appareat in vitæ exitu, in futuri sæculi ingressu. Vna mortis porta, & futuri sæculi ingressus demonstrat insigne, quo nobiliores, & præstantiores appareant homines præ cæteris.

Eccles. 1.

Olympiod.

D. Ber.

Psal. 9.

Tertul.

§. II.

Qui opera, & studia sua non Deo seruiendo, tēporalibus cōmodis acquirendis dirigit, hominis perituri terit viam.

ECce vobis perituri latronis manifestissimum signum, nimirùm, quòd non intrat per ostium, *sed ascendit aliundè.* Latro es periturus quisquis ascensiones meditaris in corde tuo, hoc est, eò dirigis opera, & curas, & studia tua, vt temporaliter crescas, non vt in æternū viuas per Christū. Quę Deo debētur studia, qui propijs tēporalibus cōmodis tradit, reus inuenitur latrocinij, & mortedignus. Exod. 30. iubetur varia, & multa aromata cōparari, vt thymiama fiat: & post iā cōparata aromata, inquit: *Cumq́, intenuissimum pulueremveniersa contuderis, pones ex*

Exod. 12.

Exod. 30.

ex eo eorã tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sabbatũ sanctorũ erit vobis thymiama. Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctũ est Domino. Homo quicũq; fecerit simile, vt odore illius perfruatur, perībit de populis suis. Quātũ peccatũ est, quòd homo cõmutat aromata, in puluerem q; tenuissimum reducat, ad hoc, vt ipse illorum odore perfruatur, vt ex eo perditionem incurrat? Sanè notabantur ibi illi, qui debita Deo studia in temporalibus commodis habendis cõsumunt, qui quidem eò ipso deputantur ad ruinam. Vnde ait Petrus Dam. lib. 8. epist. 9. *Quisquis ergo, sine literarũ sæcularium disciplinis, siue rebus quibuslibet terrenis hoc studiũ exhibet, quòd ad placẽdũ Deo, examinationi dum taxat intimæ principaliter debetur, merito perit: quia thymiama, quòd soli Deo debuit, rebus temporalibus, & caducis impendit.* Cur nõ pereat à populo Dei? Cur latrocinij reus non habeatur, & latrocinij deputetur ad pœnam, qui contritionem, & solicitudinem animi, quam Deo debet, habẽdis bonis impendit caducis? Homo debet Deo seruire ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus suis, vt sic gloriam nanciscatur diuinã; ille autem non ita Deo seruit, sed cupiditatibus suis, vt fruatur mundi creatura. Meritò ergò Dei iram cõmouet, & latrocinij arguitur, debitasque illius pœnas luit. Et quidem miserrimum est, omniq; supplicio dignum, laborũ, curarũ, vigiliarũ precia illa exhibere pro bonis caducis, quæ Deo exhibita æternos thesauros acquirerent. Oseas cap. 2. aiebat ad magistros, & Principes populi sui. *Et hac nescierũt, quia ego dedi eis frumentum, & vinum, & oleum, & argẽtum multiplicaui eis, & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentũ meũ, &c.* Meritò spoliari, & percuti meruerunt, qui aurum, & argentũ Dei, non Deo acceptum retulere, sed illud in idolis confingendis insumpserũt. Et quis fecit tale latrocinium? Quis tãtum piaculum commisit? Rem explicat Petrus Blesensis epist. 14. inquiens. *Fabricant Baal de auro, & argento Domini, quibus sapientiã, & eloquentiam dedit Deus ad dandam scientiã salutis plebi eius, ipsi verò talentum Domini terræ infodiũt, atq; Baal construũt, dum pro tẽporaliũ rerũ quæstu, quasi sub iactu aleæ vitã, & animã ponunt. Isti constituunt arcã Domini in Azoto, quòd interpretatur ignis cõcupiscentiæ, quia per ambitiosam cõcupiscentiã gloriã nostræ professionis euacuãt. Perditæ vitæ homines se laboribus torquẽt, cruciãt curis, expẽsis euiscerant figuram aranea gerũt, quæ de suis visceribus telam texit, vt capiat muscam vilissimã. Quid est inanis gloria, quã venantur, nisi muscæ vilissimæ, murmurosæ, sordidæ, pungitiuæ?* Quid pulchrius? Satis inde perditæ vitæ homines ostenduntur, dum tot pretiosa studia impendunt procadeis, tot labores, & curas pro idolis cõfingendis subeunt, tot retia texunt pro vilissimis muscis. Et meritò furum pœnas luunt, latronũ excruciationes patiuntur. His sunt similes illi, de quibus ait Petrus Dam. lib. 2. epist. 1. *Væ his, qui oblinescentes affectũ cognitionis, & patriæ sequũtur castra regũ peregrina, & barbara regna terrarũ. Et ad hoc eos impellit pereuntũ ambitio dignitatum quòd extorquere nõ potuit cœlestium promissio præmiorũ. Vt enim no sint domestica facultate coteri, fiunt apud extraneos peregrini: vtq; super alios, vel seram arripiant ferulã, durã ipsis præpositis exhibent clientelam.* Ecce tibi in quanta peruenũt latronum suplicia, qui veræ gloriæ ostium Christum relinquũt, & ascensiones suas venantur aliundè. Quippè vt pereũtes dignitates ambiant, vt fauores aucupentur Principum, & à cognatorum conuentu segregantur, & exilia patiuntur, apud ignotos, & extraneos peregrini, durissimam exhibentes præpositis seruitutem.

Pet. Dam.

Pet. Dam.

Oseæ 2.

Pet. Bless.

§. III.

Ambitio crudelissima est.

VT verè, sic sapiẽter ait Dominus; *Qui ascendit aliunde, ille fur est, & latro.* Qui enim ascẽsiones meditatur in corde suo, qui in altis habitat, & in mirabilibus super se nõ solum est fur, sed & latro est, imò omniũ latronum crudelissimus. Supra furẽ addit latro crudelitatem, qua vt ãhena acquirat, minimè parcit proprij Domini vitæ: sic ambitiosus homo, vel omnium hominum interitu cõparabit, quòd ipse solꝰ fulgeat. Aiebat Ezech. 21. *Gladius, gladius exacutus est, & limatus. Vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat limatus est.* Non ociose, & acumen, & splendorem notat in gladio esse. Sed cur necessum fuit tremẽdi gladij splendorẽ notare? Si perterrefacere populos cupiebat, maximè perterrefaceret acutissimum iã iam imminentem prædicare gladium: cur & splẽdẽtem addidit? Facit plurimum ad crudelitatis exaggerationẽ, quòd gladius simul cũ splẽdoris ambitu exacuatur, vbi enim ambitio splẽdoris est, non potest non esse crudelissimus gladius. Pro quo aiebat D. Petr. Dam. lib. 1. epist. 20. ad ambitiosum quẽdã fatus: *Cur autẽ duo hæc iste gladius habebat, hoc est, vt limatꝰ sit, & acutꝰ, secutꝰ exponit: Vt cædat inquit, victimas, exacutꝰ est: vt splãdeat limatus*

Ezech. 12.

Pet. Dam.

tus est. Nonne in te videtur ista congruere, qui videlicet, vt solus valeas dignitate splēdescere, totū regnū laboras in prælīū, velut occisionis victimas congregare? Hoc sit clarissimum ambitiosi hominis signū, nimirùm gladius ad fulgendum limatus, & adoccidendū acutus, vt qui pro splendore singulari obtinēdo, nullius parcit internetioni, nullius parcit vitæ. Quem non perimat ambitiosus, vt ipse solus effulgeat? De ambitionis patre locutus Dominus Ioan. 8. ait. *Ille homicida erat ab initio.* Et quomodo ab initio fuit diabolus homicida? Si prima eius vox audiatur, nullū homicidium sonat, nihil, quòd ad sanguinis effusionē spectet, dicit. Solū enim dicitur de eius primo peccato Isaiæ cap. 14. *Dicebas in corde tuo. In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in mōte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* In omnibus his, nec vmbra homicidij inuenitur: solū inuenio ibi cogitatas ascensiones in corde ipsius, in quo ergò fundata est ibi homicidij suspitio? Eo ipso quod ascēsiones meditabatur in corde suo, quòd Altissimi ambiebat fulgère similitudine, & homicidia meditabatur, & omnē Christi filij Dei tragediā fundabat, vt vel pereūte filio Dei solus in throno fulgeret ipse. Eleganter Rup. lib. 8. in Ioan. inquit: *Et revera mox, vt contra filiū Dei, qui solus similitudo patris est, superbo tumescēs odio dixit in corde suo: similis ero Altissimo, quoniā odiū illud permanus Iudæorū homicidio consummandū erat, iā tunc incōspectu patris, & ipsius, qui hæc loquitur, filij, homicida erat.* Ex quo thronum ambiuit, & fastuosum ascēsum meditatus est, iā inter hos affectus ascendendi sæuissima conflabantur homicidia. Nullum enim ambitio pectus tenuit, à quo statim cædiū cogitationes ortæ nō extiterint. Non grauabo legentes tragædiarū segetè penè infinita ab ambitiosis nata, vt soli ipsi effulgeant. Vnus pro omnibus Abimelechus præclarè ambitiosi personam egit: qui vbi primùm de regno habēdo cùm Sichimitis locutus est Iudic. 9. *Venit in domū patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros.* Simul equidem in pectus Abimelechi intrauit ambitio, & tanti cogitatio fratricidij. Pro quo eleganter cecinit ibi Arias Montanus.

Ast hominem aspicimus fraterna cæde cruentū
Natalem temerare vrbem generisq; paterni
Multiplici iugulo ferrum lassare, nec vsquam
Sacrilegas lassare manus, rabiemq; furentem.
Scilicet hæc demens dominādi sæua cupido est.

Nulli non nota ambitionis sæuities, eius venenū qui biberit, gloriæ inebriatus amore, nullius parcet vitæ, vt vel de omnium vulnere proprium splendorem confirmet. Vndè Idiota sapiētissimus lib. 1. de Amore diuino cap. 25. sic hāc luē definit; *Ambitio est, cum quis quærit sui exaltationem, & proximi deiectionē, vt sic altior factus a pluribus videri possit, & in admiratione haberi.* Non adeò malū esset, quòd ambitiosus sui exaltationē quæreret; sed parū hoc est illi, nisi in aliorū deiectionē prosiliat, vt de cōmuni omniū ruina suas sibi ascēsiones efficiat. Meritò huic pessimo affectui furētiū hominū strages D. Ber. attribuit: ait enim epist. 126. *Quæ nā putas est tanti causa furoris? Non alia sanè, nisi quòd displicet mortalibus angelica illa partitio, qua gloria Deo, pax hominibus nūtiatur, & quia gloriam vsurpant, turbant pacem.* Nunquā non exsurgunt bella, frequentantur homicidia, præcedit gloriæ rapina,

Isai. 14. *Rupert.* *Iudic. 9.* *D. Bern.*

Ioan. 10. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

§. IIII.

Christum Dominū in corde habenti omnia claustra aperiuntur.

CVr diuinum, verumque pastorē non vereatur ostiarius? Crede mihi, si Iesum præmittas, si Iesum in corde tuo feras, nulla inuenies impedimenta, quæ non aperiātur, tibi. Felix Simeon vbi Iesum in manibus habuit, sic statim cecinit Luc. 2. *Nunc dimitis seruum tuum Domine, secundum verbū tuum in pace.* Meritò vinculis, & clausuræ omni vale dicit, ex quo Iesum in manibus suis videt. Pulchrè Orig. hom. 15. in Luc. *Quādiù Christū non tenebat, quandiù illū brachijs nō arctabat, clausus erat, & de vinculis exire nō poterat Hoc autē non solū de Simeone, sed de omni humano genere sciendū est. Siquis egreditur è mundo, si quis è carcere vinctorū domo dimittitur, vt ad regnandū vadat: sumat Iesum in manibus suis, & circūdet eum brachijs suis, totum habeat in sinu, & tunc exultans ire poterit, quo desiderat.* Nullum impedimentum, nullum claustrū est, quòd non cedat, & aperiatur Iesum portanti. Si tecū Iesum habeas, quocūque iueris, omnia repagula, claustra omnia inuenies aperta, & patētia. Apud Isaiā cap. 43. aiebat Dominus: *Propter vos emisi in Babylonē, & detraxi vectes vniuersos.* Et propter

Luc. 2. *Orig.* *Isai. 43.*

ter quos, sic fecit Dominus omnes vectes detrahi omnia claustra aperiri? In rem præsentem Hieron. id explicat: *Propter vos, qui mecum Euāgelium prædicatis, quibus supra dixi. Nolite timere, quoniam ego tecum sum.* Vbi enim sint, qui tecum Iesum habeant, nullos inuenient vectes, nulla repagula inuenient, sed patētia vniuersa claustra. Quò iuxta plurimorum Patrum explicationem respiciebat Isaias cap. 45. aiens in lectione Septuag. *Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cuius apprehēdi dexterā, vt subijciā ante eum gentes, & fortitudinē regū disrumpā, aperiam ante eū ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & montes cōplanabo, portas æneas conterā, & vectes ferreos confringā, & dabo tibi thesauros absconditos, inuisibiles aperiā tibi.* Multus est Tertul. lib. aduersus Iudæos; in ostendēdo, quā patuerint omnes, & ciuitatum, & nationum, & regnorū portæ vero Domino Christo, vt ex hoc euidentissimū testimoniū detur assistentiæ Iesu, quòd nimirùm ante illum statim patefiant claustra vniuersa. Origines lib. 4. Periar. capit. 2 de claustris, & signaculis sapientiæ, & scripturarū interpretatur, quæ vni Iesu patent; Hilar. in Psal. 148. ad vectes ferreos, & portas æreas inferorum confugit, quas facit patere Christi sanguis. Et sanè nullum claustrum est, siue in cœlis, siue in infernis, siue in terris, quòd Iesum secum habenti non aperiatur. Exod. 19. venit Dominus in montem Sina, quem densissima nube clausit, ne posset ab aliquo homine calcari. Nihilominus Moyses intrauit caliginem illam, in qua legem à Deo accepit. Verùm Exodi cap. 40. erecto iam tabernaculo, *operuit nubes tabernaculū testimonij, & gloria Domini implenit illud, nec poterat Moyses ingre tectū federis.* Id quod pōderās August. q. 172. ait. *Notanda est quoque res multū mirabilis, quòd nube descendēte, & implente tabernaculū, quæ tamē gloria Domini dicitur, nō poterat Moyses intrare tabernaculum: qui in mōte Sina, quādo legē primitus accepit, intrauit in nubem, vbi erat Deus.* Et quidē vtrobique erant eadem impedimenta; vtrobique eadem nubis claustra visebantur, & in monte, & in tabernaculo. Cur ergò Moyses nō potuit intrare tabernaculum nube clausum, qui montem similiter clausum intrabat? Differentię causa summenda est ex cap. Exod. 32. vbi dicitur descendisse de monte cum Moyse Iesus Naue, qui non descendisset, nisi etiam cum ipso Moyse ascendisset; dum ergò Moyses secùm Iesum habet, nullum claustrum inuenit, quòd non pateat, omnia aperta sibi inuenit, & manifesta; quæ clausa fuissent, nisi secum Iesum portaret. Pro quo D. Cyril. Alex. lib. 10 de adoratione, ait: *Ascendente in montem beato Moyse, simul ascēdit Iesus, neq; aliter adiri ad Patrē potest, nisi per filium. In Christo igitur ipsis quoq; sanctis viris patet aditus: in Christo nobis ardua omnia plana sunt, & aspera pervia; facilia itē, ac prona, quæ sunt inaccessa.* Hoc propriū inuenies in Iesu, quòd omnia illi pateat claustra; quòd omnia sint ei aperta, & accessa. Quò spectauit tota eius victoria, vt dicat Apocal. 5. *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librū, & soluere septē signacula eius.* Dicitur Iesus vincere, quòd si quæras spolia tātæ victoriæ; illud pro victoriæ pretio ponitur, nimirùm, *aperire librum, & soluere septem signacula eius*: nec vltra signaculum vllum, siue claustrum maneat, quòd non pateat Iesum habenti.

Hieron. — Isai. 45. — Exod. 40. — August. — D. Cyril. — Apoc. 5.

§. V.

Boni pralati tenētur prænoscere, & præuenire singularū ouium valatus, & voces.

ECce tibi boni Prælati notionem, imò obligationem, nimirùm, quòd non ipse primo audiat ouiū valatus, & gemitus, vocantiū pastorem; sed ipse primò audiatur, & primò vocet ad se singulas oues, singularumq; desperiat necessitates, gemitusque, & voces illarū diligētia præueniat sua. Giliber t⁹ enim ait de bono, & verò Pastore: *& oues vocē ei⁹ audiūt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.* Non ipse expectat audire valatus, nō ipse expectat quæri, & vocari ab ouibus, sed diligentia sua, earum præuenit gemitus, & voces. Fœliciſsima illa Christi ouis, nimirùm eius spōsa Cant. 5. de suis pastoribus aiebat: *Inuenerūt me custodes, qui circumeūt ciuitatē, &c.* Nō ipsa inuenit, sed inuēta est: boni equidē pastores, custodes optimi, qui nō domi spectabāt, & quæri, & vocari, & inueniri ab ouib⁹; sed vigilātiores ipsi currebāt, vt inuenirēt, & vocarēt ouiū etiā minimū. Ait Gilliber. Abb. ser. 6. in Cant. *Inuenerunt custodes; non sunt inuenti, sed inuenerunt. Diligentia ipsorum in hoc commendatur. Pigri enim custodes, & male fideles nullam in hoc adhibent diligentiam: non eunt, non quærūt siquidem inueniāt cauteriatā conscientiam habentem. Non conueniunt subditos, & fortè molestum ducunt, si compellantur ab ipsis. Non nisi interrogati proferūt verba solatij, nec tunc quidem.* Proh pigrissimos pastores, qui interrogari, qui quæri, qui conueniri

Cant. 5. — Gill. Abb.

ab ouibus prius expectant. Malè prouisum est gregi, quàdo eius pastores, & defensores, nō præuenire curant voce, & exhortatione, & diligentia quiuis necessitates, sed expectant ipsi ouium pullibus excitari, & præueniri. Præclarissimus ille Israelis Princeps, & pastor Ionathas Machabæus, vbi curam populi suscepit, sic scribit Spartanis 1. Macha. 12. *Nos cum bullyhorū indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatē, & amicitiam, &c.* Bonus pastor habebat pro se, suoq; populo sanctos libros, & nihilominus spartanorū copias in auxiliū solicitat, quibus populo prouidere posset. Sed cur ò Ionatha, vltra libros sanctos, alios requiris socios? Siquidem in libris sanctis solatium est plenū populo tuo, adeò vt nihil vltra requiratur, fateris enim te nullo alio indigere, cur non contentus es prouidisse libros, cur adhuc sociorum solicitas adiumēta? Planè libri sancti omne solatium habebant: sed necessum erat, vt qui solatium ex libris expectat, ipse prius accedat, ipse librū adeat, & paginam legat. Præclarè ergò, qui pastoralem curam populi habebat, non cōtentus est parare ouibus suis librorum solatia, expectans domi mutus velut liber, vt prius ipsæ oues accedant, & quærant. Pigritia hęc est pastoris, cuius diligentia in eo cō sistit, quòd prouideat auxilia, quibus ipse præcurrat, & præueniat, & vocibus oues iacētes excitet, & liciat dispersas. Accipitè modo Gillibertū Abb. vbi supra pulcherrimè differentem: *Littera, quòd habet in pagina tā tum promit, nihil superadijciens, vel industriæ, vel diligētiæ. Alia est planè custodis ratio præuenire debet, nō tantum exponere: excitare magis, quā expectare quæsituros.* Malè prouidet pastor ouibus, cuius vox nō peruenit prima ad oues, cuius diligentia non sentitur prius quærens, & inueniens infirmum pecus, sed instar libri propriæ commoditatis curis catenati expectat quæri, & non nisi interrogatus profert solatij verba. Abeat ergò pastor ad oues, vocet eas ad se, quærat, excitet; & vel in angulis iacentes inueniat: sic de se verus hominis pastor Ezech. 34. *Ecce ego ipse requirā oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum.* Nō libri domi manentis, & expectantis legentes; sed pastoris præuenientis diligētiā promittit Dominus, & se verū pastorem ostendit: vt se pastorem ostendat, dicit, quòd non expectabit quæri ab ouibus, sed quòd ipse quęret. Quo spectans D. Paschas lib. 6. in Matth. pastoralem Iesu promissionem notās, adimpletā ait: *Propterea ergò circuit Dominus omnes ciuitates, docens, & sanans, vt omnes inueniat. Alioqui in oues, nisi prius requireret, & miserū vidisset, hactenus in suis totus grex iaceret languoribus.* Non se pastorē putaret Dominus, si ipse expectaret ab ouibus quæri, & nō potius ipse omnibus acciteret, vt omnes inueniat, & in vitā excitet. Adeò vt vel eo solū non putetur Dei ouis, quæ nō cernitur à diuinissimo pastore in particulari quæri. Centurio ille Matth. 8. pro infirmo seruo sic alio transeuntē Dominū precabatur: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus.* Puer, meus iacet, inquit, cur non magis ait, puer tuus, siquidem cum verò, & solo Domino loquebatur? Cur centurio tuū reputas puerū, & non potius illum puerum Domini fateris? Vidit puerum iacentem, & minimè à Iesu requiri, sed necessariū esse, quòd prius pro puero rogaretur, hinc nō audet putare puerum illum, subtanti pastoris dominio esse. Acutè & eleganter Chrysol. ser. 15. ex ore Centurionis, ait: *Hunc tuum dicerem Domine, quem iacentē tua benignitas non requirit?* Facilius putare possumus aliquem non esse sub domino tanti pastoris, quàm quod diuinus pastor suam nō requirat, & excitet iacentem ouem. In tantum est pastor quis, in quantum ipse non expectat quæri, sed magis prius quærit, & requirit, & vel iacentes inuenit. Hanc curam pastoritiam reliquit Sanctus Ignatius, parens meus suarū ouium pastoribus; quibus iubet, ne expectent quæri, & interrogari, sed potius ipsi singulis saltē mensibus oues alloquātur singulas, rationē conscientię sibi reddi postularent, morbos, & infirmitates varijs perscrutationibus inquirant. Sed quid si ipsi inquirant? An ideò morbos aperient oues, & nō magis cęlabūt à pastoribus suis? Pastor inquirat primò, vocet ad se alloquatur, percōtetur de singulis, & ad Deum pertinebit illi omnes ouium infirmitates reddere patentissimas. Ezechielica. 8. dicebat Dominus: *Fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietē, apparuit ostiū vnū. Et dixit ad me, ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciū hic. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, &c.* Sanè parietibus erāt clausæ vniuersæ hæ abominationes Israelitarū; iubetur tamen eorum pastor, & Propheta Ezechiel parietem fodere, quid est parietem fodere? Diligentiā adhibere, de singulis inquirere, & perscrutari, quid tunc? *Cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnum, &c.* Vix diligentiā adhibuit, vix ipse perscrutari cæpit, & ecce ostium apparuit patētissimum, quo omnes, & occultissimas ouium nouit infirmitates.

1. Mac. 12

Gillib.

Ezech. 34.

D. Pasch.

Matth. 8.

Chrysol.

Ezech. 8.

D. Greg. mitates. D. Greg. 2. Pastoral. c. 10. *Per Ezechielē quippè præpositorū ordo signatur, per parietē duritia subditorū. Et quid est parietē fodere, nisi acutis inquisitionibus duritiā cordis aperire? Quē cū fodisset, apparuit ostiū. quia cū cordis duritia, vel studiosis percunctationibus, vel maturis correptionibus scinditur, quasi quædā ianua ostenditur, ex quā omnia cogitationum interiora videātur. Vndè & benè sequitur: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.* Nulla infirmitas ouiū, nulla abominatio etiā intimis præcordijs occulta nō manifesta patet pastori, qui, quòd in se est, facit, conueniens oues, alloquens singulas, perscrutans, inquirens.

Ioann. 10. Et cum propias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illū sequūtur, quia sciūt vocē eius. Alienum autem non sequūtur: sed fugiūt ab eo, quia nō nouerunt vocē alienorū. Hoc prouerbium dixit eis Iesus, &c.

§. VI.

Infirmæ virtutis homines in hoc viuent, si percipiēdæ pastoris voci incumbant.

QVisquis ouis est, nulla adhuc insignitus virtute virili, sed gregali infirmitate eneruatꝰ, caueat, aliud sublimius affectet, quàm vocem pastoris percipere. Oues enim infirmæ ideò benè sequūtur, ideò benè gradiuntur, quia vocem pastoris noscunt, quia ad vocem excipiendam promptissimæ existunt. Vbi lex dabatur in Monte Sina inter densissimam caliginem, inter flāmarū lampades coruscantes, vnus Moyses, & Aarō tenebant montis cacumen; at de gregali multitudine dicitur Exod. 20. *Cunctus autē populus videbat voces.* Admittitur Moyses ad cacumina mōtis terēda, ad scrutādā, & pene trandā caliginem, ad scribēdā legē: verùm gregalis multitudo, vt infirma minimè admittitur; imò in eo vita cuiusuis popularis, & infirmi hominis consistit, quòd monti non appropiet, sed solū voci audiendę, & Nazian. percipiendę incúbat. Ait D. Nazian. orat. 29. *Primum igitur ex ipso Moyse audio, quo tempore oracula ei Deus edebat, quāuis admō tē multi acuti essent, inter quos Aaron etiā erat, cū duobus filijs, ijsque sacerdotibus, tamen cæteros omnes eminus adorare iussos esse, Moysem autē solū ad cū proprius accessisse, populū verò ne simul quidē ascēdisse. Atque alios fulgura, tonitrua, tubarū clangor, & mons fumo circūfusus, & horrendæ comminationes, atq; huiusmodi terrores deorsum sistebant, adeò vt ipsi præclarè secū agi arbitrarētur, quòd vel sola Dei vocē audirēt.* Expende in quo præclarissimum beneficiū populares homines acciperent: nimirùm: *quòd solā Dei vocem audirent.* Nunquam enim non cautum fuit, & maximè timendum homini infirmę virtutis aliud sublimius spectare, quàm vt vocē audiant, & percipiant pastoris diuini. Notissimus est Manue ille pater Samsonis, cui Angelus Domini apparuit, & ad colloquiū admisit, nascturū reuelat filiū, & inter sacrificij flammas abiuit. Quid tūc Manue? Habes Iudic. 13. *Statimq; intellexit Manuè Angelū Domini esse, & dixit ad vxorem suam. Morte moriemur, qui vidimus Dominū.* Cur indè timeat Manue mori, quòd Dominum viderit? Nonne, & Abraham vidit Dominū, & Iacob, & post legem latam Iosue, & tamē non mortui sunt, nec vllum damnum percepere? Cur ergò timeat Manue mori, quia Dominum vidit? Non equidem timet, quia ipse vidit, sed quia cū fœmina viderit: etenim dixit ad vxorē suā, morte moriemur, quia vidimus Dominū, non quia ego vidi, sed quia & ego, & mulier vidimus. Homo enim qui adhuc infirmitate fœminea detentus est, nū quam sine periculo, & metu potest spectare sublimia, sed solum vocem audire. Ex quo Nazianzen. vbi supra deterrebat infirmæ virtutis homines à sublimitatum ambitu. *Ne alioquim nobis idē, quòd Manue accidat, ac Dei visione perstrictis oculis dicamus, Perijmus mulier, Deū vidimus.* Caue tibi, qui infirmus es, qui ouis es, qui nondum virili, & perfecta virtute viges, ne velis in potentias Domini introire, mirum enim erit, quòd in ter Dei magnalia, cū tua fœmina nō pereas. Vbi & montis caligo, & turbo adeūda sunt, non ouis adeat, sed pastor; non populus, sed Moyses; non fœmina, sed qui perfecta, & virili virtute insigniuntur. Hinc Iob 40. dicitur: *Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi.* Expende quē admittat Dominus secū colloquētē de turbine, non aliū, quàm illum, qui exclusa fœminea infirmitate, virilem accinxerit virtutem. Ad quæ verba Orig. in cat. Græc. ait: *Nec enim quisquā, qua par est dignitate, cùm Deo loquatur, nisi lumbis succinctis, atque compressis. Non igitur Deo quisquam prius respondeat, quàm vir*

Exod. 20.

Nazian.

Iudic. 13.

Nazian.

Iob. 40.

Orig.

al ſolutus extiterit, hoc eſt, ad ſpirituale ætatẽ peruenerit. Omne exeat fœmineũ, qui de ſublimi dignitatum cum Deo colloqui habet: nec prius eò accedere feſtinet, quàm perfectus vir exiſtat. Qui adhuc fœmina infirmitate laborat, qui ouis eſt, id ſolum ſibi procuret, nimirùm vocem paſtoris audire, nõ exaltare quaſi tubam vocem ſuam. Ad ſublimia, & excelſa dignitatum cacumina vocabat Dominus perfectiſsimam ſponſam ſuã Cant. 4. inquiens: *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorũ.* Perfectiſsima erat ſpõſa, & quæ obedientiæ virtute præ omnibus florebat, & nihilominus ter ab ſpõſo vocari expectat, de ſuis ſeruis gloriabatur Centurio Matth. 8. *Dico huic veni, & venit;* ſemel vocat, ſemel dicit, veni, & venit. Dominus autem ſuæ ſponſæ non ſemel tatum, ſed bis, & ter dicit: Veni de Libano, veni de Libano, veni. Cur nõ ad primam euolat vocationẽ? Cur ter vocari expectat? An ſeruis Centurionis inferior? Abſit: ſed vocabatur ad cacumina montium, vt coronam acciperet, vt inter leonum rugitus, & pardorũ fremitus Principatum gereret. Et quæ muliebrem infirmitatẽ ſuam perfectè norat, ægrè, & difficulter ad horroris, & periculi plena cacumina accedit. Gillibert. Abb. ſer. 29. in Cant. fatur: *Quid mirum ſi moretur venire, cũ & moleſtum ſit de Libano diſcedere, & metuẽ dum ſit ad montes illos accedere? Et forſitã ſponſæ moram feſtinationem noſtram ſuggillat, & arguit, qui nimis prõpti, & parum prouidi, vires noſtras minus penſantes, feſtinamus ingredi in labores prælationis, in ſollicitudinũ moleſtias, & materiam lapſus: nec expectantes, vel ſemel vocari vltro nobis ipſi honorem ſuminus, vocationem, vel præuenientes, vel arte procurantes.*

Cant. 4.

Gill. Abb.

§. VII.

Ad oues Chriſti pertinet illa, quæ ad ſolam eius vocem cognitam exſurgit.

ACcipè ouiũ Chriſti manifeſtiſsimã notam. *ſequuntur illum, quia ſciunt vocem eius,* non enim qualibet voce trahuntur, ſed ex Chriſti Domini voce prius cognita ad eius ſequelã exſurgũt. Hinc Cant. 5. ipſe Dominus ad oium ſponſæ pulſans aiebat: *Aperi mihi ſoror mea, proxima mea.* Cur tot nominibus ſponſam cõpellat Dominus? Cur non ſufficit dicere. Aperi mihi? Cur neceſſum fuit addi dulciſsima illa cognomina, nimirũ ſororem meam, proximã meam? Sanè cautiſsima ſponſa, vera ouis Chriſti, non ad quãlibet vocem exſurgeret; niſi prius ſciret, & noſceret dilecti ſui vocẽ, minimè aperiret. Vndè Gillib. Abb. ſer. 43. in Cant. ait: *Diſciplinam hic attẽde cuſtodiæ, vbi ianua paſſum no patet. Quis illuc intrabit ad arbitrium, vbi Ieſus, ſine interpellatione non intrat, nec niſi cũ fuerit audita, & nota vox eius: O me fœlicem, ſi de mea dici anima queat!* Fœlix illa anima eſt, & ad oues Chriſti pertinet, quæ niſi ad cognitã Chriſti vocem nolit exſurgere, nolit vel Chriſti oſculari veſtigia. Quis ignoret ſanctæ peccatricis dolore in quærendo Chriſti diuinũ cadauer, quòd putabat à ſepulchro ſurreptũ? Adeſt tamen illi dolenti Ieſus Ioa. 20. & ait: *Mulier quid ploras? Quẽ quæris?* Illa tamen, & ſimul alio diuertens, & ſimul interrogans de ſublato theſauro, non multum curabat loquentem, quem putabat hortulanũ eſſe. Quid tũc? *Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni,* & Idẽ Ieſus loquebatur anteà, qui loquitur modo: ſed modo admittitur, modo adoratur; anteà quaſi hortulanus rẽlinquitur. Cur ò fœlix mulier ad prima eius verba, nõ aperuiſti oculos tuos, non procubuiſti ad tatr magiſtri pedes, vt vel eius lamberes veſtigia? Erat profecto Magdalena ex ouibus Chriſti, quę nec Chriſtum admittit, niſi cùm fuerit prius audita, & cognita vox ipſius. Ad hæc D. Chryſoſt. hom. 85. in Ioan. inquit. *Cùm dixit: Maria. Tunc cognouit: ita non viſus, ſed vocis fuit cognitio.* Non prius ad eius pedes cucurrit, quàm illius ſibi notam vocem perciperet. Quæ enim ouis Chriſti eſt, eiuſq; agitur ſpiritu ſalutis voces habet ſibi notiſsimas, nec niſi ex cognita ſalutis voce in opus exſurgit. Quem diuini Spiritus in nobis habitantẽ affectum attigit Sapien. cap. 1. aiẽs. *Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarũ, & hoc quod continet omnia ſcientiã habet vocis.* Quid magnũ de ſpiritu Dei dicitur per hoc, quòd ſcientiam habeat vocis: cùm certum ſit non ſolùm vocis, ſed & rerum omnium ſcientiã habere? An magnũ eſt, quòd qui omnia ſcit, ſciat etiam voces? Crediderim non ibi dici, quòd ſolum in ſe habet diuinus ſpiritus, ſed quod facit eſſe in nobis. Pertinet enim maximè ad diuini ſpiritus commendationem, quòd vbi ſe infuderit animę, illi comunicet ſcientiam ſalutaris vocis, nequid efficiat, niſi ex præcognita ſalutis voce. Id notabat Richar. Vict. ſer. de Spiritu Santo fatus: *Et quomodo idem ſpiritus ſcientiam vocis habuit? In eo quod habere fecit.* Nihil prius in nobis facit Dei ſpiritus, quàm ſcientiam vocis, ne niſi

Cant. 5.

Ioan. 20.

Chryſoſt.

Sapien. 1.

Rich. Vict.

nisi à cognitis Dei vocibus in opus virtutum excitemur.

§. VIII.

Vox salutaris, & gratiosa facit sentiri loquetem non extraneum, sed proximum.

MEritò in notitia vocis constituit Dominus fundamentum, quo oues sequãtur sibi proximum, & proprium pastorem, & relinquant extraneum, & alienum. Vox enim salutaris, & gratiosa non potest, nõ facere loquẽtem haberi proximum. Dauid semel in manibus suis habuit Saulem, quẽ posset occidere, sed maluit parcere, & cùm tantã misericordiã peregisset. 1. Reg. 24. sic cæpit clamare ad Saulem. *Ecce hodie viderũt oculi tui, quòd tradiderit te Dominus in manu mea, in spelunca: & cogitaui, vt occiderẽte, sed pepercit tibi oculus meus, &c.* Quidtũc? Quid ex hac Dauidis voce beneficentię plena cognouit Saul? Ait textus: *Cùm autẽ complesset Dauid sermones huiusce modi ad Saulem, dixit Saul: Nunquid vox hæc tua est fili mi Dauid?* Nunquam antea Saul vocauit Dauidem filium, imò neque Dauidem, sed habuit eum hostem, & inimicum; cur modo non hostẽ, sed proximum, sed cognatum, sed filium habet? Quæ virtus potuit facere à Saule in hoste sentiri cognatum, & filiũ? Ipse ostendit, dum ait: *vox hæc tua est fili mi*, vox gratiam, & salutem spirans non potuit nõ facere sentiri proximũ etiã à lapideo animo. Pulchrè D. Chrysost. hom. vlt. de Dauid, & Saul ait: *Quã subitò facta est mutatio? Qui nunquã susti nuerat illũ, vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationẽ, appellans eũ filiũ. Verba quippè Dauidis ingressa in animum ipsius ferati totã hanc perfecerũt immutationẽ, adeò mox ad ipsam vocẽ incaluit.* Vbi Dauidis vox tãta suauitate manauit, nec durissimus Saul potuit authorem talis vocis non habere in notis, & cognatis. Dixerat Dominus Magdalenæ Ioan. 20. *Mulier quid ploras?* & illa putauit se audire hortulanum; post pauca addidit Dominus cõpellare eam aiens: *Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni.* Iam nouit suũ esse magistrum, & Dominum, quẽ antea putarat extraneum hortulanum. Sed cur non prima, sed hæc secunda Christi vox notum fecit illum Magdalenæ? Dum vox Christi Domini dixit *Maria*, eam suauitatem ostendit, quæ nopotuit nõ facere esse in notis authorem vocis adeò suauis. Id quod nota ns Orig. hom. de Magd. fatur: *O mutatio dextera excelsa! Conuersus est dolor magnus in gaudium magnum: mutatæ sunt lachrymæ doloris in lachrymas amoris. Vbi Maria audiuit, Maria: præsensit in nomine quamdam singularem vocationis dulcedinem, & per eam cognouit ipsum à quo vocabatur esse magistrum suum.* In vocis dulcedine sensit, non esse alienum, nõ esse extraneum, qui vocabat; & quia propriũ magistrum cognouit, ideò festina cucurrit ad pedes eius. Origen.

Ioan. 10. Dixit ergo eis iterũ Iesus Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouiũ. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones: sed nõ audierunt eos oues. Ego sum ostiũ. Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

§. IX.

Prælati, & tẽporalia in hoc sæculo, & æterna in futuro prouideant ouibus suis.

PVlchrè commendatur Christi Domini pastoritia cura in eo, quòd eius oues in omni ingressu, siue egressu pascua inueniãt, sua, quoquo se vertãt, experiũtur pastoris sui curã, siue ad æterna egredientes, siue ad hæc ingrediẽtes tẽporalia, & caduca. Ideò prouidetia Prælatorũ in subditos commendans Dominus in sponsa sua ait Cant. 4. *Duo hubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli.* Nec minus, quã duo hubera poterãt prouidentiã commendare prælatorũ, quæ duobus etiam necessitatibus prouideant. Ex quo dicebat Gillib. Abb. ser. 31. in Cant. *Huberibus geminis erga subditos abundare debet, qui Doctoris & patris in Ecclesia locum occupat; his muniri manumis à dextris, & à sinistris, vt qui ei commissi sunt, potentur à latte, & satientur ab huberibus cõsolationis eius. Harum alteram reputa sinistram, alterã dexteram: sinistram in temporalibus subsidijs, dexteram in spirituali cõsolatione. Neutro hoc carere debent, qui subditis* Cant. 4. Gilliber.

ditiis præsunt, ne mutilũ, & velut detruncatum videatur pectus gestare, vna deformiter mammilla contẽtũ. Detruncatum, & deforme pectus habet Prælatus, cui non duo sunt hubera, quibus & temporalia ministret, & spiritualibus imbuat subditos. Hinc maximus ille Prælatus Petrus Dam. dum se priuatum nouit Episcopatus fructibus, quibus pauperibus posset subuenire, à Pontifice maximo Nicolao 2. enixe contendit, priuari etiã ipsa prælatura; *ne mihi, ait, quispiam de cætero inane beneficij nomen obijciat.* Equidẽ inane putabat vir sanctissimus beneficij, & prælaturæ nomen, in quo oues temporalia solatia minimè possent inuenire. Nec in ruina Hierolymitana inuentus est aliquis, adeò prælaturæ ambitiosus, qui velit Prælatum agere, vbi non possit subditis etiam temporaliter subuenire. Imò hæc erat omnium vox Isaiæ. 3. *In domo mea non est panis, neque vestimẽtũ, nolite constituere me Principẽ populi.* Vbi Hieronymus inquit: *Videant, qui aliis præesse ambiũt, oportere eos domi habere non sibi solis necessaria, sed quibus alijs in tẽpore subuenire possint. A Præsidentibus enim, & Prælatis velut à penu refertissima petere debẽt subditi omnia humanæ vitæ subsidia, quo induti, atque pasti integra, & valetudine Domino viuãt.* Hinc orta fuit illa Apostolorũ solicitudo pro cibãdis pauperibus, qui in primo Christianitatis duello egebãt; hinc collectæ à Paulo factæ, vt qui in Iudæa afflictabantur, aliquale alimoniæ solatiũ à gentilibus conuersis haberent. Fuit equidẽ Prælatis Christianis adnata solicitudo, quòd eorum oues, & temporalia subsidia, & spiritualia meterẽt. Quò spectabat fœdus illud Apostolorum, de quo Tertul. lib. aduersus Hermog. ait: *Dextras Paulo dederũt Petrus, & Iacobus, & Ioãnes & de officij distributione pepigerunt, vt Paulus in nationes, illi in circumcisione, tãtũ vt memini sent egenorũ.* Ad spirituale cibũ præstãdum terminos sibi cõstituebant, ne quis curaret de alterius dioecesi, verùm pro tẽporalibus procurandis, & ministrandis nullus statuitur terminus, vt ostendatur non minorem curam hanc in Ecclesiæ Prælatis esse debere. Vndè Cassiod. 4. variar. 31. laudibus extollit Episcopum, qui aquæductũ refecit, vt populari egestati prouideret. Ait enim. *Quid aptius, quàm vt sitienti plebi prouideat aquas sanctissimus ille sacerdos? Et humana prouidẽtia satiet, quos etiam miraculis pascere debuisset?* Planè decentissimum est, quòd terrenam etiam pinguedinem prouideat ouibus suis ille, qui cælestirore tenetur illas implere. Ex quo laudat magnum Basilium Nazianzenus orat. 20. inquiens: *Iam verò ipsius erga Ecclesiam cura, ac præsidij quum quam multa quoque alia iudicia sunt, libertas ad præsides, cùm alios, tùm potẽtissimos quosque ciuitatis cõtrouersiarum direptiones nequaquam suspecta egẽtiũ patrocinia, plura quidem spiritualia, sed tamẽ corporea non pauca, nãidquoq; sæpè numero ad animam tendit, per benevolentiam subigens, ac velut in seruitutem trahens.* Hęc ille.

Necol. 2.

Isai. 3.

Tertul.

Cassiodor.

Nazian.

§. X.

Christi Domini sectatoribus solet Deus etiam temporalia bona largiri.

QVæ bona non habeat, qui Christũ Dominum sequitur? Siue in mundũ ingrediatur, ibi temporalia bona habebit, huc egrediatur è mundo tunc æterna alimonia nõ carebit. Et extra mundum prouidet Deus æterna Christi sequacibus, & in mundo etiã illos temporali ditat mercede. Maximus ille Abraham vbi pro rege Sodomorum bellũ confecit, hostes eius fugauit, ab eorum spolijs abstinuit dicens Gen. 14. *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quòd à filio subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, ego ditaui Abraham: exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerũ mecum Aner, Eschol, & Mambre, isti accipiẽt partes suas.* Hoc pro maxima gloria sua habuit. Abraham, quòd prorsus ipse abstineret ab spolijs regũ debellatorũ sumendis, sed tamen voluit, vt Aner, Eschol, & Mambre commilitones sui, qui eũ secuti ad pugnam fuerant, partes spoliorũ haberent. Et cur non etiam voluit, qui eum secuti fuerant, sui etiã similes existerent, nihil spoliorum accipientes? Si gloria erat, quòd ab spolijs ipse abstineret, cur non fuit sectatores suos simili gloria fulgere? Diuinus iam in Abrahamo spiritus effulgebat, qui & si à terrenis omnibus prorsus abstineat, tamẽ Christi sui sectatoribus benedictiones etiã parat terrenas. Ad hęc D. Cyril. Alexan. lib. 4. de Adoratione in spiritu propè finẽ inquiens: *Fœderati tamen partes accipiunt, propterea quòd in his quoq; rẽbus, quæ ad præsentem vitam pertinent, sanctorum virorum æmulatores, atque imitatores benedicit Deus: abundãt enim illis bona pro sua cõditionis modo, iusta ratione viaq; parta.* Non sinit Deus, non ditari etiam in hoc sæculo sectatores suos, & nescio an siti ditiores aliquę familiæ illis, quæ nomen suum dederunt sequendo

Gen. 14.

Cyril. Ale.

quendo Christo. Apud Lucam cap. 23. de Ioseph corpus Iesu à cruce deponente dicitur: *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus, hic non consenserat cōsilio, & actibus eorum ab Arimathæa ciuitate Iudæa, qui expectabat, & ipse regnū Dei. Hic accessit ad Pilatū, & petijt corpus Iesu.* Multus est Lucas in explicada iustitia, & bonitate, cæteris quæ intimis virtutibus huius viri: at Matth. cap. 27. id de eodem notabat, quòd esset diues; ait enim: *Venit quidā homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.* Nihil de iustitia, nihil de bonitate viri dicit Matth. sed eius meminit ingentes diuitias. Cur maluit Matthæus meminisse Iosephi diuitias? Sapienter voluit ostēdere, à Christi obsequio venire etiam diuitias in sectatores suos. Id quod notant D. Amb. lib. 10. in Lucam ait: *Nunc Ioseph iustum Lucas dixit, Matthæus diuitem. Et mērito diues hoc loco dicitur, vbi corpus suscipit Christi.* Bonis omnibus affluit, qui Christo Domino suam exhibet seruitutē. Vndè Psal. 38. *Diuites eguerunt, & esurierunt, exquirentes autem Dominū non minuētur omni bono.* Sæpè fit, quòd mundiales diuites extrema affligātur penuria: at qui Deum exquirūt nullo carēt bono, affluētes æcularibus, & æternis diuitijs. Pro quo Cyril. in catena Græca ait: *Qui benè agere, & Dei mandata seruare decreuerint, eos sequetur diues cœlestiū bonorū distributio, & terrestrium bonorū participatio.* Siue in hoc sæculo, siue in futuro pascua inuenient à Deo, sibi paratā. Quò spectans Eccles. cap. 2. ait: *Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapiētiam, & scientiam, & lætitiam.* Quæ bona sic Chaldæus partitur: *viro cuius opera sunt recta corā Domino dedit sapientiā, & scientiā in hoc sæculo, & lætitiam cum iustis in sæculo venturo.* Sic curat Dominus, quòd sectatores sui pascua inueniant, & in præsenti sæculo, & in futuro. Meritò Deuth. 32. dicitur: *Pars antē Domini populus eius? Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis.* Vbi ex Hebræo habetur in rē præsentē: *Sufficit ei in terra deserta, &c.* Licet enim per desertū, & vastissimam solitudinem populus graderetur, vnus illi Deus sufficit, & temporalia illi præbens subsidia, & præparans æterna.

Luc. 23.

Matth. 27.

D. Amb.

Psal. 38.

Cyril.

Eccles. 2.

Deut. 32.

§. XI.

Dignitates, & bona tēporalia, quæ homines in Christo acquirunt, salutem halant & Dei amicitiam.

PRoh quam dulce signum eorum, qui in Christo pastorale munus accipiūt quippè ait: *Per me si quis introierit saluabitur, &c.* Non enim cōsueuit Dominus præstare bona hominibus, quæ non halent eorum salutem, & faciant amicitiam acquiri diuinam. Vbi qui extremum delegerat sibi locum, à Patrefamilias in nobiliorem alium vocatur, non vocatur simpliciter, sed cum nota diuinæ amicitiæ. Dicit namque Pater familias Luc. 14. *Amice ascēde superius*: quasi nesciat Deus prestare ascēsum homini, qui simul nō inferat Dei amicitiā. Vndè D. Ber. de consider. lib. 2. monens Eugenium suum summo Ecclesiæ apice à Deo nobilitatū ait illi: *Loquere ergò tibi: Abiectus erā in domo Dei mei. Quale est hoc de paupere, & abiecto leuari, supergentes, & regnā? Quis ego, aut quæ domus patris mei, vt sedeam excelsis sublimior? Sanè qui dixit mihi: amice, ascende superius: amicū fore fidit.* Neutiquam ascensum præpararet Deus beneficus homini, qui in ipso ascēsu, & cumulo bonorū acceptorū non posset ad Dei euolare amicitiam. Quòd expertus sanctissimus Iob aiebat cap. 29. *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mēses pristinos: secundū dies, quibus Deus custodiebat me?* Mirantur multi pij viri, quòd sanctissimus Iob requirat anti quas fœlicitates, & pristinas exposcat diuitias. Cur ò Iob diuitias sęculares, caduca bona tot tantisque hominibus damnosas sic requiris? Nouit bonus vir, quas diuitias, quæ bona requirat, illa bona, & fœlicitatem antī quā requirit, quę vt à Deo in illum profectæ fuere, sic Dei in illo amicitiam mouebāt, vt nequaquā illum à recta via deflectere sinerent. Quò spectans Olympiod. in cat. Græca fatur: *Non speciosam tantum modo sobolem, & magnas, ac locupletes copias, diuinam custodiam, atque opem dixit, sed multo magis, quia in tanto splēdore, diuino septus præsidio, ius sum mopere tuebatur. Idcirco igitur in illum pristinū statum se restitui cupit, quia tāquam Dei amās in eius fide, & tutela optat esse.* Expertus fuerat vir sanctus pristinas diuitias à Deo in se profectas fuisse tantis virtutibus cōnexas, vt ex illis, nihil nisi sanctū, & iustum ad Dei amicitiam pertinens prosiluerit. Quare nō quas-

Luc. 14.

D. Ber.

Iob. 29.

Olympiod.

quascumq; diuitias exoptat, non solam fœlicit atem postulat, sed illam suam pristinam, quæ vt à manu Dei venit, sic nihil produxit
Prouer. 10. quòd non halaret diuinam amicitiam. Huc refero illud Prouerb. 10. *Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur ei afflictio*: quasi ne queat bonis ex Deo acceptis amaritudo, aut afflictio commiscere peccati. Vndè dona à
Psal. Deo orta nomen benedictionum sibi acquisiuere, vt in Psal. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Proculenim est maledictio a Dei donis. Sapienter Eliu Iob. 32. cauet ne fœlicitas temporalis iustorum putetur ad diuinam reprobatioue pertinere. Ait enim: *Ne forte dicatis, Inuenimus sapientiam, Deus proiecit eum.* Solet enim Hæreticis fœlicitatem Ecclesiæ diuinę tribuere
D. Greg. reprobationi; quibus eũ Eliu respondet D. Greg. lib. 23. Mor. c. 4. *Per hoc, quòd sanctã Ecclesiã in honore hominũ florere temporaliter cernitis, proiectam eam a Domino non credatis. Scit enim redemptor eius, & in hoc itinere solatia venienti tribuere, & peruenięti ad æternã patriã superna præmia reseruare. In casum igitur dicitis, quia Deus eam proiecerit, cũ venerari illam à cunctis fere hominibus videtis, quia sic ei terrenæ gloriæ adiumẽtum tribuitur, vt per hoc multiplicius etiam ad cœlestia subuehatur.* Sic etiã ex temporalibus bonis fœlicitas æterna iustorum claret.

Ioan. 10. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant & abundantius habeant.

§. XII.

Auaritia omnem humanitatem exuit.

VAnum est humanitatem quærere ineo, qui illicite etiam dat operam lucris augendis temporalibus: is nil aliud nouit, quã omnes perdere, vt vel paruum ipse lucrũ faciat. De Ægyptiorũ plagis ait Exod. 10. *Exod. 10.* *Tribus diebus nemo vidit fratrem.* Et quomodo Egyptus videret fratrẽ, qui totus in tẽporalibus lucris habendis versãbatur? Qui sic sese dedit lucris habẽdis omnẽ statim exuit
Rupert. humanitatẽ. Ruper. in cat. Lyppom. ait: *Signanter Ægyptijs dictum est, quia tribus diebus nemò vidit fratrem suum. Cupiditate namquè detentus, & præoccupatus animus nõ videt fratrem suum, non agnoscit proximum suum, eo tã tum intentus, vt furetur.* Nihil humanum sciuit videre auarus, totum quòd est humanitatis perdet, vt potiatur auro. Quem non feriat Christi Domini proditio a Iuda peracta? Summa equidem malitia fuit tantum magistrum tradere. Sed vt obstupescas magis, non solam proditionem, sed & tempus proditionis meditare. Paschale fuit tempus, in quo bonus Iesus epulum discipulis parauit, Iudam propria manu cibauit, Iudæ pedes lauit, linteo absterfit, pectori diuinissimo applicauit. Quid vltra? Iudæ osculũ Iesus porrigit, amicum vocat, & inter hæc humanitatis incendia Iudas alget, & magistrũ tradit. Qualiter fieri potuit, quòd homo inter tot humanitatis fomenta, minimè molliretur, sed appareret efferatior? Erat in Iuda auaritia, & auri amor, quæ nullã nouit humanitatẽ, sed crudelissimas belluas superat
Chrysost. feritate. Ait D. Chrysost. hom. 84. in Matth. *Omnipotentia, humilitatis, lentitasque Domini tot, tantaque habens argumenta Iudas omnẽ ferã belluam crudelitate superauit. Auaritia enim tũc illi furore immisit. Auaritia omnes, qui ei seruiunt, crudeles efficit, atque atroces.* Sola auaritia sic potuisset hominẽ omni humanitatis sensu priuare, vt nihil non ferale, & crudele cogitaret. Duo iam proferã auaritiæ simulacra, nimirum Achab, & Iezabel; quis latro istis crudelior, & inhumanior? Vt regalia augerent prędia, nec iusti hominis Naboth verentur canos, nec innocẽtię parcunt. De Achabo igitur, cùm percussus occũbit, ait textus. 3. Reg. 22. *Rex Israel stabat* *3. Reg. 22.* *incurru suo contra Syros, & mortuus est vespere, fluebat autẽ sanguis plagæ in sinum currus.* Suffecisset miseram eius mortem notare, cur necessum fuit addere, illud, quòd sic moriens sanguine manaret? Causam attigit D.
Ambr. Amb. lib. de Nabothe cap. 11. aiens: *Itaquè vulneris sui cruore perfusum cadauer specie funeris vitæ suæ prodidit crudelitatem.* Equidẽ regia cadauera funereis solẽt tapetibus operiri, in quibus eorum facinora illustriora depicta cernantur. Sic auarissimi regis cadauer specie funeris perfunditur sanguine, vt indè crudelitatis stemmata pandantur. Sed & de
4. Cor. 9. Iezabel dicitur. 4. Reg. 9. *Præcipitauerũt eã, aspersusque est sanguine paries, &c.* Quantula hæc circunstantia inter tot strages, vt notetur, quòd eius sanguine aspersus fuerit paries? Hoc summum erat malum, quòd fœmina pulcherrima, & regina præcipitaretur, quòd canes cadauer eius vorarent, super hæc, quantulum erat, quòd paries maneret eius persusus sanguine? Cur ergò quando sola relictà caluarià manduntur carnes eius à canibus, notatus sanguis relictus in pariete

palatij

palatij? Non ociosè, sed ex iustitiæ diuinæ decreto relinquitur ibi sanguis in testimonium feralissimæ auaritiæ crudelitatis; quã alij caueant. Prædonum homicidarum carnes solent iudicum sententia portis appendi ciuitatum, in testimonium feralissimę hominis vitæ, quam horreant vniuersi; sic Dei sentẽtia relinquitur Iezabelis sanguis in pariete, quo auaritiæ crudelissmi actus appareant, & tãtam feritatẽ exhorreant ipsi auari. Id docebat Drogo Hostiensis lib. de Sacram. Pass. aiens: *Hic & paries adhuc sanguineus relictus est, vt terreat viros sanguinũ, & dolosos, qui propter auaritiã suam lapidant humilem Naboth.* Nullus prædo, nullus homicida cruentior, quàm auaritia est? Vndè monebat D. Amb. lib. de Nabuthe ca. 11. *Noli esse Achab, vt possessionẽ concupiscas. Nõ tibi cohabitet. Iezabel illa feralis auaritia, quæ tibi cruenta persuadeat.* Nihil nõ cruẽ tũ nouit auaritia meditari. Mirabilis fuit illa Nabuchodonosori obiecta statua Dan. 2. caput eius aurũ prę se ferebat; pectus argẽtũ: vẽter æs: crura ferrum. Deus bone; vndè tàm diræ, & crudeles materiæ intrãt hominis imaginem; Ferrum, & æs tota conficiunt instrumenta bellorum, instrumẽta crudelitatum nil in illis noxa cruentum, nõ lethale. Quomodo ab aureo capite, ab argenteo pectore tor æreæ machinæ fulmina parturiẽtes, tot ferreæ mortes venerũt? Pulcrhè addubitat Richar. Vict. De interior. hom. erud. par. 1. cap. 24. *Qui prius vos tàm blandos, tam benignos exhibuistis, vndè ià bella, & lites, in vobis; Iam zelum amarũ habetis, & contentiones in vobis. Occiditis, & zelatis: litigatis, & belligeratis: vnde hæc tã sæua crudelitas, & ferri duricies in vobis;* Planè aurũ in capite, & argẽtum in pectore nihil aliud sibi coniunctius habent, quàm æreas machinas, quàm ferreas duricies, quibus crudeliter perdant ipsam naturam humanam. Vide etiam lib. 11. cap. 7. §. 10.

Drog.

Ambr.

Ric. Vitor.

§. XIII.

Ad oues Christi pertinẽt, qui nõ in parua sistunt gratia, sed in gratia contendunt abundantiam.

BOnus Iesus pastor hoc procurat ouibus suis, *vt vitam habeant, & abundantius habeant*: nõ enim noscuntur oues Christi, nisi ex abundantia gratiæ, ex abundãtia eius vitæ qua viuat anima. Fatuę illę virgines Matth. 25. audiunt à Deo illud tremendum verbum, *nescio vos*. Et cur inter Dei oues nõ agnoscũtur virgines, & virgines, quæ ardentes lampades habuere; Nõ enim earum lampades dicũntur prorsus extinctæ, nec pœnitus oleo vacuatæ, sed ipsæ dicũt ad socias suas: *Date nobis de oleo vestro, quia lãpades nostræ extingũtur*: quippè adhuc viuido lũmine coruscabant, adhuc oleum nõ penitus defecerãt, quamquam ob paucitatem eius, proximum erat, vt dificeret. Cur ergò non magis agnoscũtur, quàm si nec oleum vllum, nec flamma vllam viuidam habuissent? Quòd parum est, quasi nihil est; nec vlla censetur vita, quæ non abundat, vt viuat. Accipite Saluianum lib. 2. ad Eccles. Catholic. pulchè circa hoc differentem: *Emicui se in eis quiddã luminis puto, cùm & ipsæ extinguẽ das fortè lãpadas formidauerint: habebãt profecto aliquid, quod verebãtur extingui. Ex quo intelligimus id quod parum est, quasi nihil esse, quia nequaquã omnino prodest illico extinguendum lumen accẽdi: nec iuuat aliquid illuscere, quod in ipso ortu habeat occãsum, & hoc tantũ modo habere initium viuendi, vt possit finem habere moriẽdi.* Huc accedat in numerũ fideles qui id solũ gratiæ oleũ ibi procurant, quo vel ad horam viuant, & luceant semel in anno in die sancto Paschæ. Quanta est eorũ fiducia salutis; Ex quo noscent se ad oues pertinere Christi, & non magis ad hædos Satanę; Quid proficiet adeò inutilis tanea vita; Tanta olei parcitas, quæ nec per horã durat, quẽ iuuabit? Sanè quod parũ est, quasi nihil est, nec censetur vita, quæ in ipso perit exordio. Semel etiam Satan in gratia vixit, sed quia nõ abundauit, vt viueret, tota eius vita pro nihilo fuit habita. De illo Isaias cap. 14. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris,* Manè ortus fuit Lucifer, & lucem, & vitam in se ostendit, sed quantam? Plane ostendit lucem & vita vnius auroræ, vnius stellæ, vndè merito cũ stellis oriente Sole dispariuit in nihilũ redactus, quod enim parum est, parum à nihilo videtur distare. Adhæc eleganter aiebat D. Bern. ser. 3. de verbis Isaiæ fatus: *Quid festinas mane oriri Lucifer; Quid gloriaris super sidera, quibus aliquando clarius rutilauisse videris? Brebis omnino erit gloriatio tua. Sequitur Sol iustitiæ, cuius feruare pariter, & splendore in nihilum redactus omnino dispareas.* Quid pulchrius? Paruæ stellarum luces possent ad Auroræ visque peruenire; & quia paruæ minimè ad Solis cõfortium perueniunt, sed oriente sole in nihilum abeunt. Sic Lucifer, sic quisquis vnico annuatim mane cõtentus est gratiæ coruscare, Stellarum sortem subit, Solis consortium non habet: imò fallar, nisi Oriente Sole iustitię ad nihi-

Saluian.

Isai. 14.

Bernard.

lum, à quo parum distabat, redigatur. Nõ iubat aliquot illucescere, quòd in ipso ortũ habeat occasum. *Iustorũ enim semitæ*, vt ait Prouerb. 4. *quasi lux splendẽs procedit, & crescit vsque in perfectum diem.* Illi equidẽ ad solem iustitiæ pertinent, de illiusq; consortio gaudent, qui procedentes in luce, sic nouerunt crescere, & abundare, vt integros dies impleant, & perfectos faciant. Quò respiciens Dauid Psal. 140. ait: *Eleuatio manuũ mearũ sacrificium vespertinum.* Cur nõ magis sacrificium matutinum spectat? Ex quo matutinam lucem videt etiam in Satana, maluit ad vesperũ recurrere, in quo perfectos dies iustorũ demonstrauit. Vndè ait Chrysost. ibi: *Cùm vespertinũ autẽ per actum fuerit, finitum est sacrificiũ, & non est vltrà amplius imperfectus diei cultus, sed est cõpletus.* Fœlix, qui sic in vita spirituali abũdat, vt non vacuos mẽses, sed plenos, & perfectos dies peragit luce exundanti. Nunquam mihi crede inuenitur paucitas, nisi cum extremo periculo: sic ait mulier Sareptana ad Eliam 3. Reg. 17. *Non habeo panẽ, nisi quantũ pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciã illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Aptius videretur dicere, vt comedamus, & viuamus, cibo enim vita extenditur, sed quia de paruo cibo agebat, maluit dicere, vt comedamus, & moriamur, est enim vicina morti tanta cibi paruitas. Hinc Dauid vitæ securitatẽ procurans ait Psal. 121. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis:* quasi nullũ firmamẽtũ, nulla securitas, nisi de abundantia virtutis possit venire.

Prouer. 4.

Psal. 140.

Chrysost.

3. Reg. 17.

Psal. 121.

§. XIIII.

In solo Christo abundare possunt nobis gratiæ, & donationes diuinæ.

SOlus equidem Iesus est, qui dat hominibus, quòd vitã habeãt, & abundatius habeãt, etenim in solo Iesu nobis abũdant, & superabundãt donationes diuinę. Proquo dicebat Dauid Psal. 71. *Orietur in diebus eius iustitia, & abũdãtia pacis, donec auferatur Luna.* A nemine sic pax abundauit hominibus, vt abũdet à Christo: ex quo Iesus apparuit sic pacis dona abũdant, & licet millies bellũ Deo inferamus, semper fit nobis prõptũ ad gratiam pacis redire. Non semper fuit sic: imò vbi Adamus aduersus Deũ reuelauit, bellumq; cœlestibus intulit, quũ amuit pacẽ, non vltrà potuit inuenire, sed pro illa, flammantẽ gladium, cuius vel aspectum fugere. Non sic vbi Christus venit, sed ita pax abundat, vt rebellium omnium conatus lõgè superet. Ait Gillib. Abb. ser. 16. in Cant. *Verè abundans pax, quæ nõ est data ad mensuram. Quomodo non abundans pax, quæ remisit offensam: & priorem cumulauit gratiam? Erat homini primo in paradiso pax, vt non posset inuitus abduci, sed nõ erat virtus perquã vellet reduci. Erat gratia, vt posset non exire, sed nõ erat, vt posset, cũ vellet redire. Modo pax vberior in gratia Christi, quæ post iteratos excessus vltrò offertur, & pœnitentes nõ repudiat, sed reuocat. Benè pax abũdãs, quæ nulla potest exhauriri iniuria, paratior aduenia quã ad vindictã.* Ipse solus Iesus nobis dedit hãc abundantissimam gratiam, qua non solum vitã habeamus, sed & abundantius habeamus, vt nulla iniuria tũ numerositate exhauriri possint donationes gratiarũ. Quò respexit Paul. ad Ephes. 2. aiẽs: *Vt ostẽderet in sæculis superuenientibus abũdantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.* Et quas abundantes diuitias ostẽdit? Sapiẽter D. Anselm. ait, *Ostendit donationem beneficiorũ suorũ abũdanter diuitẽ, & copiosam.* Inuenies apud alios miseriarum abundantiam, delictorum abundantiam, verùm abundantia donationũ, & gratiarũ solũ in Christo Iesu inuenitur. Dicebat ipse Paul. ad Rom. 5. *Lex autẽ subintrauit, vt abundaret delictum. Vbi autẽ abundauit delictum superabundauit gratia:* vt nullũ delictorum, & miseriarum apud alios inueniretur tanta abũdantia, quam Christi gratia nõ superaret. De miserijs captiuorũ apud Ægyptum ait Psal. 80. *Manus eius in cophino seruierũt.* Et post conuiuium illud à Christo exhibitum multitudini Luc. 9. dicitur: *Manducauerunt omnes, & saturati sunt, Et sublatũ est, quòd superfuit illis, fragmẽtorũ cophini duodecim.* Cur superabundantia panis in cophinis colligi a Iesu iubetur, nisi vt ostẽdatur, quàm superet donatio Christi, & abundãtia beneficiorũ eius. Omnem seruitutẽ, & miseriã vitiorum? D. Amb. lib. 6. in Luc. *Qua ratione autem cophinos duodecim Christus implevit, nisi vt illud solueret: Quia manus eius in cophino seruierunt? Hoc est, populus, qui ante lutũ in cophinis colligebat, hic iam per crucẽ Christi vitæ cœlestis operatur alimoniã.* Non equidem fuit tanta seruitus, quãta fuit abundantia Christi donationis, quãdo vel beneficiorum reliquiæ numerosissimam miseriarum superant copiam.

Psal. 71.

Gill. Abb.

Ad Eph. 2.

Anselm.

Ad Ro. 5.

Psal. 80.

Luc. 9.

Ambr.

CAPVT VII.

De Pharisæo, & Publicano.

VT Faustum superbientium hominum Dominus compri meret exemplum proponit petitum ab euentu Pharisęi, & Publicani. Ille de virtutibus gloriatus dignam delictis damnationem incurrit: hic pro delictis confusus virtutum sibi præmium acquisiuit. Proh fælicem hominem, qui non in iactatione virtutum, sed confessione delictorum humili ponit rem salutis.

Luc. 18. Dixit Iesus ad quosdã qui in se confidebant tanquã iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam. Duo homines ascendebant in tẽplum, vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus.

§. I.

Homo non est, quẽ vel templi locus ad Deum non cõuertit.

DVo homines dicuntur ire in templum, vt ibi orarent, qui enim homo est, non potest in tẽplo aliud facere, quãdo vel sola visio templi potens est homines ad Deũ cõuertere. Vndè Ezechieli cap. 43. dicit Dominus: *Fili hominis ostẽde domui Israel templũ vt confundantur ab iniquitatibus suis: & metiãtur fabricã; & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt.* Quis nesciat iniquitates, & flagitia Israelitarũ cõtra Deũ? Et inter tot iniquitates; inter tot flagitia, quia adhuc homines sunt, & filij hominis habentur eorum filij, indè putantur posse ad Deum conuerti, si vel solum templum videant. Adeò efficax templum est, vt humani mores componantur in illo. Nouisti Absalonis in patrem ausus? Nouisti hominis impietatem, & flagitia? Impius is in Deum, & patrem multò cinctus milite Hierosolimam accedit Dauidẽ parentem regno spoliaturus. Quid tunc Dauid? Quale remedium adhibet tanto vulneri? Habes. 2. Reg. 15. *Egressus est ergò rex, & vniuersa domus eius pedibus suis, & reliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusq; rex, & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo.* Itaque accedenti rebelli reliquit Dauid liberam, & vacuam regiam domum, quàm absque vlla difficultate ingrediatur impius filius. Quale hoc remedium aduersus furentem hominẽ? Cur nõ magis illi aditus intercluditur? Cur non magis facta manu repellitur ab ingressu regiæ domus? Sapienter nobilis rex permisit impio filio ingressum domus regiæ, in qua sperauit non posse, nõ componi mores rebellis perditissimi. Et quem noncõponat, vel visio domus, in qua tàm paterna expertus fuerat ab ipsis incunabulis beneficia? Pulchrè D. Chrysost. hom. in Psal. 7. *Regiã tenendã dedit rebelli filio, vt cum videret domũ, in qua creuerat, & educatus fuerat, & patris signa, ad pœnitentiã veniret. Si enim non fuisset immanis bestia, nec cor habuisset lapideũ, omnia illa sufficiebãt ad illum reducẽdũ; mensa cuius cũ patre erat particeps, domus, sedilia, vbi eũ verba reconciliauerant, cum fratris cædẽ fecisset.* Pontentissima hæc erant arma ad expugnandum cor non omnino ferale, & lapideum, nimirùm, quòd videret solũ illud, cuius singuli lateresillum ad paternos amplexus currentem sæpissimè viderãt: cum patre epulantem sustentarant, & à fraterna iniuria in parentis gratiam iterum tenuerant admissum. Totam hanc potentiam habent Dei templa ad educandos mores perditissimorum hominum, nisi ab omni humanitate fuerint exuti, & in belluarum affectus transiuerint. Dantur enim nobis templorum ingressus, in quibus regeneramur per baptismum, nutrimur per Eucharistiã, reconciliamur per pœnitẽtiam. Si ergò belluæ non sumus, domus regenerationis nostræ, mensa cuius cœlesti alimonia viuimus, sedilia illa vbi toties recõciliamur, cum patre non possunt nos non cohibere, & Deo sistere. Hinc non miror Originem, qui Iudæorum perditionem penè irremediabilẽ putat ex templi perditione. Ait enim hom. 15. in Matth. *Templum Dei existimabatur domus orationis. Qua destructa, necesse est, vt Iudæi, quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis Dei, nec possint secundum legem Deo seruire.* Templo tribuit legum custodiam, & meritò, quandoquidem templorum virtutes validissimæ sunt, vt faciant hominem continere in virtutum disciplinis. Et sanè non se hominem putet, quia vel in templo,

Ezech. 43.

2. Reg. 15.

Chrysost.

Matth. 15.

in quo Deus singulariter adest, non cohibetur à vitijs. Apud Ezech. 28. dicebat Dominus rebelli Angelo: *Posui te in monte sancto Dei in medio lapidũ ignitorũ ambulasti. Perfectus in vijs tuis à die cõditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti. & eieci te de monte Dei, & perdidi te, &c.* Non solũ eiecit illũ, sed & funditus perdidit, cur sic funditus perdidit? Sanè qui inter lapides amoris diuini emittentes flammas, in templo Dei, in ipsius Dei oculis, & conspectu peccant, penè irremediabilem perditionem lucrantur. Accipitè D. Chrysol. ser. 26. santem: *Desperatus incurrit, qui in ipsis dominãtis oculis offendit: & excusatione caret, qui facinus ipso iudice teste committit. Sic diabolus, cùm esset Angelus, & in cœlo, & coram Deo semper clarissimus versaretur, & fulgens, dum Dei tentat aures, dum in Dei superbit aspectu, lapsus ad terram, ad tartara dejectus in diabolũ mutatur ex Angelo.* Quid fiet homini, quando tãtum malum accidit Angelo peccanti in loco sancto, in Dei oculis? Sanè homo, qui non veretur ignitos templi lapides, nec locum sanctũ sed in ipsis Dei oculis audet peccare, penè irremediabilẽ perditionẽ incurrit, & ex homine fit bellua, fit diabolus, fit atheus. Nũquam putaui manere aliquid Dei, in homine, qui nõ veretur templũ, nec altaria. Apud Matth. 23. obiiciebat Dominus Iudæis Zachariæ mortem, *quem occidistis*, ait, *inter templum, & altare.* Expende, quis occidatur inter templũ, & altare, nimirùm *Zacharias*, quòd nomen interpretatur *memoria Domini.* Ex quo ait Orig. hom 26. in Matth. *Inter templum, & altare ab impijs memoria interficitur Dei, quãdo & templũ Dei à lasciuis corrũpitur.* Et quæ spes salutis potest manere in illis, in quibus interfecta est memoria Dei? Heù miser, qui in templo Dei, coram sacris altaribus lasciuit, hic prorsus in se interficit memoriã Dei ne vnquam possit illius meminisse. De huius detestabili impudẽtia ait D. Ber. in Declamation. *Impudentia, & frontositas, cùm obduruerit, vt nõ paueat, non horreat, nõ contremiscat: & iam demum desperatio est. Quid enim? Horum sibi conscius homo, tanquã qui iustitiã fecerit, diuino sese vultui sistere nõ veretur, tãquã domesticus intrat, & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit, sed incõspectu Dei, vt inueniatur iniquitas eius ad odiũ. Odibilis planè Deo frõtosa temeritas, & impudẽtia execrãda.* Quid vehementius, in eos, qui templũ intrant, genuflectunt, pectus tundunt, & inter hæc in ipso Dei conspectu lasciuire non pauent?

Luc. 18. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominũ: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho: decimas do omnium quæ possideo.

§. II.

Non qui fœlix stat, sed qui arumnis pressus iacet, potest secure sua virtutum facinora publicare.

DIcitur Pharisæi gloriationẽ Dominus, nimirùm qualitet se suaq; super omnes extulerit, sapienter notat, quòd ea iactaret stãs. Quippè ait: *Pharisæus stãs hæc apud se orabat:* nullo miseriarũ onere depressus iacebat; nullo tẽtationũ impetu agitatus decũbebat. Nõ staret fœlicitate pollẽs, sed iacere persecutione aliqua agitatus, & posset secure, & iustè omnia sua facinora decãtare. D. Basil. in cat. D. Thom. ait: *Similiter etiã exaltari laudabiliter cõtingit, quãdo scilicet, nõhumilia cogitas, sed mẽs tua est per magnanimitatẽ in virtute erecta. Talis autẽ animi celsitudo est eminẽtia intristitijs terrenorũ cõceptus, conuersatio in cœlis, & videtur huiusmodi mẽtis sublimitas eãdẽ habere differẽtiã ad elationẽ, quam habet corpulẽtia corporis benè dispositi ad inflationẽ carnis cũ exhydropisi tumet.* Itaq; dupliciter accidit in anima exaltatio, vt in corpore dupliciter accidit amplitudo. Vt enim corpus magnũ fit, vel ex vera, & solida carnis corpulẽtia, vel ex inani inflatione, & tumore, qualis inflatur, & tumet hydropicus. Sic in anima accidit inanis, & euanida exaltatio, & etiã est solida, & vera, & laudabilis exaltatio, & hęc pręcipuè accidit intristitijs; quãdo quis persecutione aliqua vehemẽter deprimitur, tũc laudabiliter ad decantanda propria facinora exsurgit. Recolite cap. 29. in quo nihil aliud Iob agit, quàm sua facinora prædicare, & intermulta alia insignia, hęc etiã cãtat: *Iustitia indutus sum: & vestiui me sicut vestimẽto, & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater erã pauperũ, & causam, quã nesciebã diligentissimè inuestigabam. Conterebam malas iniqui, &c.* Equidẽ nõ tanta, nec tã illustria de se Pharisæus prędicabat, cur ergò Iobo, & securũ est, & laudabile, tã insignia de se facinora decãtare; quòd

D. Basil. Iob 29.

etiam

etiã in minoribus Pharisæo fuit detrimento sum? Stat Pharisæus, Iob iacebat; ille fœlix nulla necessitate cogebatur, talia iactare: Iob ærũnosus mille iniuri,s,& calumnijs,o stilibus petitus prose loqui cogebatur. Isidor. Isidor. in Cat. Græc. ait: *Ne mirere, si Pharisæus, propterea quod de se magnifice loquitur, apud Deũ offendit; Iobus autẽ, qnamuis plura & maiora prædicavit, tamen laudẽ tulerit: ille enim nemine incitãte, siue impellẽte in gloriosam illã ingressus est orationẽ; cumq; nihil in orbe terrarũ æquè, vt se dignũ existimaret, merito est lapsus, superbiæ enim morbo laborabat. Qui verò ad causæ suæ probationẽ errata tegit sua, & quòd præclarissimus, ac fama quauis superior fecit Iobus, nẽpè is ab omni culpa, & reprehensione vacuus, & nudus est, interim culpa in improbi, iniustiq; cõuitij authore residẽte. Friget enim ea laus, quã sibi quisq; nulla necessitate coactus adsciscit: verũ siquispiã, cũ ea, quæ minime oportebat, audierit, inuitus ad huiusmodi sermones delebatur, nẽpe ad illos, qui vsurpandi sermonis necessariã causam attulerũt, crimẽ recurrit. Ita diuinũ suffragiũ illa quidẽ Pharisæum, qui nullius impulsu iustitiã suam vẽditauit, ac reliquos omnes cõdemnauit, explosit omnino: hunc verò hic necessitate adductũ summæ laudationis laurea, atq; corona donauit.* Quid sapiẽtius? Nõ quod suas decãtat laudes Pharisæus exploditur, sed quod illos decãtabat stas, hoc est, nulla necessitate impulsus, aut delectus: qui verò persecutione opprimitur: cõuici,s,& calũnis vndiq; vigetur, & tutẽ,& laudabiliter potest errores abscõdere suos,& declamare facinora. Mulier illa cœlestis, quæ Apocal. 12. sole perhibetur, amicta, habebat in capite *coronam duodecim stellarũ*: per stellas autẽ explicabatur virtutes, quæ in homine adcoronã faciũt. Sed cur virtutes per stellas? Ber. in rẽ præsentem ait Ber. ser. 27. in Cãt. *Porrò stellas dixisse virtutes nõ me pœnitet considerantẽ congruentiã similitudinis. Quomodo stellæ in nocte lucẽt, in die latẽt: sic vera virt⁹, quæ sæpè in prosperis nõ apparet, eminet in aduersis. Illud sanè cautelæ est, hoc necessitatis.* Quæ stellæ sese in die abdũt, & penitus abscõdũt, vbi nocturnis tenebris cõstringũtur emissis vndiq; radijs suã claritatẽ,& gloriã manifestè euulgant. Sic quisquis sapiẽs es, dũ in die prosperitatis versaris, lateat prorsus virtutes tuæ: quarũ radios tunc securè,& laudabiliter proferes, cùm tenebrosis aduersariorũ calumnijs fueris petitus. Quò spectans Dominus ait Ezech. cap. 3. *Vt adamãtem, & vt silicem dedi faciem tuã*: in quibus pulchrum discrimẽ notat D. Gregor. hom. 10. aiens: *Dedi faciem tuam, vt adamantem si ab auditoribus honoraris. Dedifaciem tuam, vt silicem si ab audito.ibus conculcaris, atq; despiceris.* Et quidem silex rudis, & impolitus, & obscurus videtur lapis, habet tamen in se occultos, & abconditos ignium quosdam, qui tunc prosiliũt, & irradiãt, cùm percutitur silex, & ferreis calcibus cõculcatur. Nemiremur religiosos viros inter calumniantiũ morsus exsurgere in proprias laudes decantãdas, & facinorum suorũ ostẽtatione sæculũ irradiare. Silices sunt, quãtũ est esse rudes, & impoliti lapides sub omniũ pedibus versantur; at si ferreis calcibus conculcentur, splendores suos coguntur explicare. Id videre licet in D. Paulo; qui inter decantatas laudes suas, 2. ad Chorinth. 12. ait: *Factus sum insipiẽs, vos me coegistis.* Vbi D. Ansel. explicat: *Factus sum insipiens, secundũ quod in exterioribus verbis sonat, quia videor merita mea prædicasse: sed hoc no iactãter, sed necessitate cõpulsus feci pro vestra vtilitate: quia vos me coegistis ita loqui, qui de me nõ rectè sentiebatis, & falsos apostolos mini præferebatis.* Sic despecta, & conculcata virtus cogitur in suas euidentissimas ire laudes. 2. Cor. 12.

§. III.

Qui sapit, nõ in se solo videt virtutes, sed & in alijs.

VIde incredibilem huius Pharisæi stultitiam, qua in nullo homine alio, sed in se solo videt virtutẽ esse. Plane sapiẽs esset si qua in se inuenisset virtutẽ, etiã in alijs videret, & prædicaret. Id monebat Paul. 2 ad Corinth. 12: *Siquis cõfidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterũ apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.* In hoc verè Christi suas virtutes esse deprehẽdet, si illas in se cogitãs, iterũ cogitat easdẽ esse apud alios. Nemo bonus se solũ prædituũ virtutibus existimet, imò tũc suas virtutes veras esse putet, seq; verè bonũ, & iustũ, & sapiẽtẽ habeat, cũ similes alias suis virtutes in alijs tãgit. Ezech. cap. 3. *Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocẽ comotionis magnæ. Benedicta gloria Domini de loco suo. Et vocẽ alarum animaliũ percutiẽtium alterã, ad alteram.* Magnum equidẽ erat quod animalia alas haberent, & posset homo, & leo, & bos singularis existimare sibi singularissimum esse munus alarũ. Sed vide meritum sanctorum animalium; nescit homo, nescit leo suas alas expandere, quin illi, non tangãt etiam in bobe alias similes alas. Eò equidem affectu componuntur animalia; quæ iugum diuinæ gloriæ subeunt, quo, quidquid in se, & sublime, & pen- 2. Cor. 12. Ezech. 3.

natum experiuntur, idem prorsus pertingũt in alij, s. Præsumptio est, non vera virtus, quę nullas in alijs virtutes cognoscit: qui enim vera virtute floret, statim fertur ad hoc, vt
3. Reg. 19 similem in alijs recognoscat. Huc reuoco illud 3. Reg. 19. vbi maximus vates Elias ait ad Dominum: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituũ, quia dereliquerũt pactum tuũ filij Israel: altaria tua destruxerũt, & Prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus sumego solus.* Nõ ipse solus relictus erat fidelis Deo, sed, & alij plures, nimirùm septem millia virorum manebant, quorum genua, non fuerant incuruata ante Baal. Cur ergò tantus Propheta in se solo videt fidem, cui similem in tot alijs non videt? Equidem in hoc casu non vera virtute, sed inani elatione ferebatur, à vera enim virtute sic illuminaretur, vt non solum: in se fidẽ videret, sed & eadẽ cognoscceret in alijs. Ab hac sententia stat Rabanus in Glossa fatus: *Tanto Propheta quid difficilè fuit cognoscere in hoc mũdo famulos remãsisse Deo? Sed qui humilis etiã occultã Dei nouerat, elatus, & aperta nesciebat. Vndè certũ est, quòd humiliatis radioſe illuminat, qui aliorũ bona subtiliter pẽsat, quia ea, quæ ipse fecerit, facta foris, & ab alijs conspicit* Expende in natam proprietatem veræ virtutis studio si hominis, nimirùm, *ea, quæ ipse fecerit, facta foris, & ab alijs conspicit.* Nihil vni sibi attribuit boni, sed quidquid habet virtutis, id etiam commune pluribus cognoscit.

Rabanus.

Luc. 18. Et publicanus àlongè stãs, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suũ dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

§. IIII.

Inter prima virtutũ renascentiũ auspicia verecũdia est, & modestus pudor, quo se homo sistit Deo.

QVid magnum, & illustre non spectabitur in publicano, quem Deo accedentem tantus occupat pudor, tanta tenet verecundia, vt nec ad cęlum oculos leuare velit? Quantum distat verecundia hæc à Pharisęi frontositate, & impudẽtia, tantùm etiamdũ tacet, ingentes suas virtutes explicat. De diuina sponsa locutus Dominus Cant. 4. ait: *Sicut fragmen mali punici, ita gena tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet.* Tota mali punici purpura in spõsæ genis est, quæ Deo placet, quę diuinos in primis alicit oculos, quæ enim in facie est pulchritudo prima semper est in rapiẽdo spectãtiũ obtutus. Nec immeritò verecũdi erubori primatus tribuitur ad aliciẽdos diuinos oculos, quãdo verecũdia est quasi facies, & species cæterarũ virtutũ. Ad hæc pulcherrimè fatur Gillib. Abb. ser. 25. in Cant. *Ipsa mala punica gratã modesti vultus verecũdiam corticis rubei colore designãt. O primũ planè in Christi spõsa decoramentum verecũdia! Verecundia quasi aurora quadã omnium actorum colorat principia, & virgineo virtutis reliquas venustat pudore.* Vidi iti aliquãdo campos sub nigra noctis horrẽtes calligine; omnia in illis tunc temporis confusa, abscondita, indecora: sed ecce tibi, dum aurora purpureum, aureumque os suũ promit, nullus campus manet, qui sub varia colorum pulchritudine nõ fulgeat. Sic verecundia in homine aurora est, quæ omnium actorum colorat principia, & facit apparere cæterarũ pulchritudines virtutum. Hæc sit primùm decoramẽtum in homine, qui Deo cupit vniri. Apud Zachar. cap. 1. dicitur: *Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equũ rufum, & ipse stabat inter myrteta, &c.* Quis erat vir ascendens super equum rufum nisi Dei filius, humanam sibi copulans naturã, qua de triumphet orbem? Sic multi sacri cẽsent expositores; sed illud notandum maximè est, quòd equus hic dicatur rufus, etiam dum assumitur. Sanè cum in cruce debellat orbem, non mirarer, quòd rubra appareant vestimenta eius; at ante crucem, in illo primò instanti, quo natura humana copulatur diuino verbo, vndè ibi rubor? Non errabit, qui dixerit purissimam illam naturã rubore perfundi, dum cum sit similis carni peccati sese aptat personæ diuinæ; ne in tanto coniugio primùm verecundiæ decoramentum in sponsa deficiat. Id quòd notat Cellensis Abb. de Panibus. 23. inquiens. *Aptauit equũ equiti, vt nobilissimo corpori nobilior associaretur anima, & super vtrumq; sederet diuinitas. Forte equus iste idcirco rufus est, quia dignitatem sessoris, non sine verecũdia cõtuetur, & ita propter suã reuerẽtiã rubore perfunditur.* Nõ accedit Christi Domini humana natura ad Deum, sine verecundia, vt vilis homuntio hinc sumat suarum virtutum auspiciũ, si pudeat illum Deum conuenire, si verecundetur filium Dei. Nec miror, quòd Pharisæi tot virtutum actibus vnã hanc opponat Dominus publicam verecundiam, & cur non

Cant. 4.

Gill. Abb.

Zachar.

Cell. Abb.

vincat

vincat Pharisæi elemosinas, & iustitias verecundi hominis modestus pudor in cõspectu diuini vultus? Hunc pudorẽ reliquit Dominus suis pro omni sanguinolento sacrificio, imò pro ipsa circumcisione legis veteris. Ait enim D. Zeno ser. de duplici circun
D. Zen. cisione: *Non sanguinem sterili solemnitate dimittimus: sed pudoris sanguinem retinemus.* Habeant Pharisæi mille victimas, litent pingues vitulos Deo, sanguinem item filiorum circumcisorum litent; tu Christiane accedens ad Deum sanguinem retine pudoris, & verecundiæ, & exteriores illas vicisti iustitias.

§. V.

Virtutis opus, quò præstantius, eo magis debet occultari.

PAuca virtutis signa dantur in publicano, iolu dicitur, quòd dimissis ad terrã oculis pectus percutit, & ait. Propitius esto mihi peccatori. Parua hæc sunt, sed vutus, quæ illa emitebat, nõ erat parua; imò eo maior erat, & præstantior, quo magis intimis
Cant. 4. visceribus occultabatur. In sua spõsa id Dominus laudat Cant. 4. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo, quòd intrinsecus latet.* Tota genarum pulchritudo nõ integro cõparatur malo punico, sed solum fragmini mali. Cur non magis integrum malũ apparet in genis spõsæ? Cur in specie decoris maluit ponere fragmen solum mali? Magna, & insignis virtus nõ se totam oculis exhibet, sed præstãtiorẽ se exhibet ex eo, quò latet.
Gilliber. Vndè Gillib. Abb. ser. 25. in Cant. ait. *Bona genæ, quæ sicut nihil habent simulatum, ita multum habent occultatum; quæ sicut nihil fingũt, sic nec totum effundunt: quæ minus prætendunt in specie, quàm tenent in virtute.* Magnorum virorum est, non habere pro foribus in gentes virtutes suas, non ostentare, & effundere thesauros gloriæ suæ. Scintilla est, fragmen est, quòd extrinsecus cernitur; flãmãtes virtutum pyrę, diuites fructus facinorũ intrinsecus absconsũ tenẽtur. Aiebat Dauid Psal.
Psal. 138. 138. *Substantia mea in inferioribus terræ:* quidquid magnum, & eximium non in euidenti positum habet, sed instar thesauri, absconditũ in inferioribus terræ. Et non in alio loco habes etiam aliquod magnum repositũ? Ait Psal. 38. loquõs ad Dominũ: *Substan*
Psal. 38. *tia mea apud te est.* Non est vbi inuenias iusti substant a, nisi vel apud Deum, vel in ter-
Gill. Abb. ra absconditam. Ex quo ait Gillib. Abb. vbi suprà; *Ergò & in inferioribus terræ eius substãtia est, & apud Dominum. Distãtibus est in locis absconditis in superioribus cœli, & in inferioribus terræ: in æternitate, & in infirmitate.* Nihil magnum, & verè substantiale non est absconditum in his, qui spiritu Dei agũtur. Vbi te cœlestis gratia cęperit afflare, aliquas forsan scintillulas patietur extrinsecus exilire, aliqua fragmina permittet apparere; at quod substãtiale, & magnum fuerit, semper latere faciet intrinsecus, siue sub infirmitatis tauillis, siue sub æternitatis inaccesibili absconditum lumine. Is enim est diuinus spi Psal. 30. ritus, quia omnia magnà in abscõdito detineat. Hinc Psal. 30. *Quã magna est multitudo dulcedinis tuæ Domine, quã abscondisti timẽtibus te.* Quia magna multitudo dulcedinis, ideò abscondita, nihil enim magnũ in prospectu. Vide etiam infra cap. 10. §. 3.

§. VI.

Exteriores corporis afflictiones fideles indices sunt perfectæ in anima salutis.

PEctus percutit bonus hic publicanus, vt in pectoris percusione, & cõtritione, intimã cordis sui exprimat pœnitudinem; quis enim credat cor esse verè cõtritũ, in eo, cui omnia externa sunt integra, & vel à quo vis paruo vulnere libera? Quæ exterius cernitur corporis cõtritio, & percussio, illa ve
Cant. 4. rè fidelis index est intimæ iam perfectæ salutis. Ad spõsam dicit Dominus Cãi. 4. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Expende, quid præseferat sponsa in facie, nimirũ fragmina; Deus bone genarũ confractio potuit aliquid bonũ protẽdere in spõsa tua? Vndè potuerunt placere genæ in fragmina diuisæ? Non equidẽ turpis est in diuina spõsa cõfractio illa, sed fidelis index internæ pulchri
Gill. Abb. tudinis, & exuberantis iustitiæ. Do Gillibertũ Abb. ser. 25. in Cant. fantẽ: *Bona equidem hæc factio, perquam interior cæpit virtus eminere, & quæ in carnis cortice cõtinebatur, erumpere gratia. Per hæc fragmenta salutis se nobis vbertas effudit* Huc accedant sæculares peccatores, qui sibi blandiuntur de intima animi contritione, cùm nihil patiantur in splendore vultus, in ornatu corporis, in abundantia conuiuij, in risu, in hilaritate esse non integrum. Non per corporis commoditates super plenas, & integras, sed per fragmina, per carnis vulnera, intimæ se ostendit species salutis. Felix, qui pectus suum

nouit percutere, externisque punctionibus internos virtutū excitare ignes, is quot carnis exhibet vulnera, tot gratiæ inhabitātis proponit indices. Apud Lucam cap. 7. *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi: attulit alabastrū vnguenti, & stans retrò secus pedes eius: lachrymis capit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, &c.* Publicā peccatricem sic permittit Dominus sibi approximare? An nesciebat, qualis fuisset mulier illa? Cur ergò non magis arguit publica illius peccata? Pulchrè D. Laurēt. Nouarien. hom. 1. de Pœnitentia fatur: *Vbi vidit compunctam, iam non repulit quasi publicanā, aut spreuit importunam: sed recepit dolentem, & amplectitur pœnitentem.* Expende illud, *vbi vidit cōpunctam*: quæ extrinsecus apparebat compunctio, nimirùm genarum fractio, capillorum discriminatio, ornatus incuria, oculorum lachrymæ, humicubatio, illam intrinsecus proclamabat renouatam. Fallar, si habetur dolor, si æstimatur pœnitudo, quę per externa fragmina nunquam apparet: Iesus enim non antea dictus est accepisse pœnitentem, quam viderit compunctam. Inter puncturas, inter vulnera carnis intimo virtus animi splendet, claret. Ad Rom. 12. aiebat D. Paul. *Obsecro vos per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuā.* Expende duo illa communiter interse contraria, nimirùm, *hostiam viuam*: quid vita cum hostia, quàm potius mors expectat? Hostia fit vulnere, fit percutientis ictibus, quomodo ergò potest vita, cùm hostia coniungi? Equidem est vita intimarū virtutū, quæ inter carnis fragmina censetur, & quasi nutritur vulnere. Non longè abest D. Anselm. in præsenti, inquiens: *Hostia occiditur, vt offeretur. Sed hostia viuens est, corpus pro Domino afflictum. Quòd & hostia dicitur, & viuēs, quia viuit in virtutibus.* Nullo enim externo signo euidentius apparet virtutum vita, quā carnis afflictione, & pressura. Vndè de aromatibus Deo offerendis locutus Dominus Exod. 30. ait: *Cumquè in tenuissimum pulueuerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi.* Meritò aromata omnia iubentur contundi, vt ab intimo tabernaculi Deus appareat: vix enim potest aliquid apparere diuinum intrinsecus, nisi inter contusas & confractas carnis delicias.

Luc. 7. *D. Laur.* *Ad Ro. 12* *Anselm.* *Exod. 30.*

Luc. 18. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltatur.

§. VII.

Vbi charitas deest, cæteræ virtutes facile incorruptionem abeunt.

VErum in publicano apparet illud Psal. 50. *Sacrificiū Deo, spiritus cōtribulatus; cor contritū, & humiliatū Deus non despicies.* Dum cor hominis flammis charitatis incensum ardet, & perfectam de peccatis contritionē operatur, vniuersæ virtutes instar elaborati Thymiamatis ad Deum ascendunt in odore suauitatis. Tolle charitatis ignē, & veram cōtritionem de peccatis, & facili negotio omnia turpantur, corrūpūtur. Quòd magis odoriferum sacrificium Deo, quā publicani cor, amoris incēsum flammis? Quid turpius, quàm tot illa ieiunia, & elemosinæ Pharisæi? Nemo miretur, quòd cum suis ieiunijs reprobetur Pharisæus, & quòd paucis verbis iustificetur publicanus: hūc enim cōtusi, & percussi pectoris excitatæ flāmę in odorem suauitatis faciebant exhalari: in illo autē ob defectū verę charitatis etiā ipsæ iustitiæ corrumpebantur, in fætidamque euanescebant inanitatem. Apud Ezech. cap. 17. dicitur: *Aquila grandis magnarū alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullā cedri. Summitatem frondium eius à vulsit, & transportauit eam in terram Chanaam.* Drogo Hostiensis legit, *in terram Sennaar.* & expendenda maximè est misera huius cedri conditio in hanc trāsmutatione. Natiuus cedri locus erat Libanus à cādore nomen accipiēs; à Libano ergò trāslata est tota summitas cedri in terram Sennaar, hoc est in terram fœtoris; sonat enim Sennaar fætorem. Qui fieri potuit, quòd incorruptibile cedri culmen à rapaci illa aquilla in terram trāsportaretur fœtoris? Textus causam insinuat illis verbis antecedētibus, *tulit medullā cedri*: vbi enim primum medullam cedri, medullam virtutum, nempè charitatem eripit diabolus, facili negotio cæteras virtutes facit transmutari

Psal. 50. *Ezech. 17.*

tāri in fœtidam inanitatem. Accipite Drogonem lib. de Sacramento Pass. Christi fantē: *Tulit medullā cedri: cuius medulla est charitas, quām singulariter nititur expugnare diabolus. Summitatē frondium eius auellit, & sermonē sapientiæ, qui excellētissimus est, euellit ab amore Det. Et asportauit in terram Sēnaar: hoc est fœtoris eorum, quòd significat inanē gloriam.* Vbi charitas à corde eripitur, nil mirū quòd cæteræ virtutes in fœtidam inanitatem transmutentur. Quò de illis dicatur lamētū illud Hierem. Threnor. 4. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Purpurascunt equidē vniuersæ virtutes morales à radijs charitatis illustratæ, & vt nubes orientis solis claritate purpureum aureū vè, quid ostendunt, imò vt Irides trahentes aduerso sole colores agri partes, quas tangunt, odore, & suauitate replēt. Verùm vbi sol abest, nubes sordent, & ablata charitate virtutes reliquæ facile etiam sordes admittunt, & in vanitatis transmutantur fœtorem. Id quod notans D. Paschas. lib. 4. in Lament. ait: *Quoniā croceus color, sapè in scripturis sacris claritatē designat sanctæ dilectionis: & ideò cum charitas amittitur: reliquæ virtutes stercora amplexātur, quia de bono Dei, & proximi odore dilectionis mox transeūt in fœtorē prauitatis.* Nulla est virtus, quæ non rutilet inter charitatis radios, quæ purpureos nō trahat croceosq; colores, quæ suauitates non spargat: ast charitate ablata, periculum est, quòd & cæteræ virtutes transmutentur in euanidum fumū fœtoris. Hinc monebat Prælatum Dominus Apoc. 2. *Habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaquè vndè excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, &c.* Quæ prima opera? Addit D. Paschas. vbi supra: *Videlicet opera casta dilectionis, sine qua nulla inuenitur viri bo ni odoris. Propterea etiā ipsæ virtutes operum, quæ sine dilectione fiunt, rectè plāguntur, quòd amplexa sint stercora, dum sine ipsa amitūt fragrātiā boni odoris: & veniūt in fœtorē prauæ intentionis.* A charitate habent virtutes, & præstantissimum odorem, & colorem: sine qua multum erit, quòd non veniant in vanitatis corruptionem, & fœtorem.

Drogon.

D. Pasch.

Apoc. 2.

§. VIII.

Humilis delictorum confessio celerrimam consequitur misericordiam.

SE peccatorem pronūtiat publicanus, & statim dicitur, *descendit iustificatus*: non tardat gratiæ donum, vbi est humilis cōfessio peccatorum. Ad Israelem peccantem ait Dominus Isaiæ. 43. *Narra si quid habes, vt iustificeris*: in rem præsentem explicatius dixere Septuag. *Dic tu iniquitates tuas primus, vt iustificeris.* Non longas moras expectat; non temporum spatia dilatat, non forenses terminos requirit, vt beneficam sententiam ferat, solū ait: *Dic tu primus*, & si dicas, dicto, vt aiūt, citius, misericordiam tenes: Bene D. Chrisost. in Psal. 135. fatur: *Quid potest cum hac conferri clemētia? Dic, inquit, & nihil quæro amplius, cōfitere, & mihi sufficit; Dic, & totum fero acceptum.* Proh confessionis efficaciam. Vide homo, vndè facile potes multis sceleribus remedium afferre, remedium, inquam, & facile, & celerrimum. Dic primus peccata tua, & habes in te totam Dei beneficentiam. De Israelitis pecatoribus dicitur Iudic. 10. *Dixerūtq; filij Israel ad Dominum: Peccauimus, redde tu nobis, quidquid placet, tātū nunc libera nos.* Sed nil aliud agitis ò boni? Inumeris sceleribus polluti, hoc solum dicitis: *Peccauimus?* Pulchrè ad hęc Theodoretus quæst. 17. *Vbi suas iniquitates confessi sunt, alienosq; deos abstulerunt è medio, seruiētes Domino, beneficentiā eius persenserunt.* Ipsi dixerūt iniquitates, & ecce tibi super illos effunditur Dei beneficentia: nescit humilis cōfessio moram facere, in obtinenda sanitate. Crede mihi homo peccator, dic tu primus peccata tua, confitere iniquitates tuas, & Deum tibi adstantē habes, qui te præsentissimis repleat bonis, & omnia fuget a te mala. Matth. 2. sic Bethleemitico solo applaudit: *Et tu Bethleē terra Iuda nequaquā minima es in Principibus Iuda, ex te enim orietur dux, &c.* Quid gloriosius dici potuit oppido, quàm quòd ad illum inhabitandum sic Deus fortissimus properaret, vt non expectaret viriles temporalis ætatis annos, sed puer, sed infans, sed pulsio tenellus, & recens natus iam oppidum occeparet; Et quòd oppidum tāta fuit repletum gloria? Vnum solum, nimirùm Bethleem Iudæ, in Bethleem domus panis, in Iuda confessio explicatur, vbi enim viuifico Christi corporis pani confessio adiungitur, non potest in nobis tardare diuina regeneratio D. Ber. ser. 1. in vigil. Nat. ait. *Solicitus esto quomodo Bethlehē Iudæ inueniaris & iam non in te Dominus susceptus dedignatur. Bethleem quippe domum panis, Iuda sonat cōfessionem. Tu ergò si quanta potes deuotione susscipias panē illum, qui de cœlo descēdit, Bethleē factus es dignus plane susceptione dominica si tamen confessio non defuerit.* Adsit cum pane cœlesti cōfessio humilis peccatorum, & habes in te diuinam regenerationem, habes illum maximè

Isai. 43.

Chrysost.

Iudic. 10.

Theodor.

Matth. 2.

D. Bern.

maximè ducem orbis dominatorem, & Inferni domitorem, qui pro te stet, qui te coro-
2. Par. 20. net. Huc etiã referam illud. 2. Paralip. 20. *Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Hierusalem, & tu Rex Iosaphat. Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere.* Et cur non timeant homines scelerati à facie Domini, & Domini seuerissimam sententiam ferentis in peccatores? Ingressura Æster ad Assuerum post sententiam aduersus Iudæos latam sic tota pauida orat cap. 14. *Da mihi fiduciam Domine rex Deorum, & vniuersa potestatis, tribue sermonẽ cõpositũ in ore meo in conspectu leonis, &c.* Et cur fœmina comprehensa legum rigore nõ paueret inconspectu eius regis, qui leoninum ostentabat horrorem? At nullus rex iracúdior apparuit, quàm apparebit Dominus in iudicio aduersus peccatores, quando, & leoninam iracundiam ostendit, æternosque minitabitur rogos. Cur ergò non timeant homines inconspectu tanti leonis? Sanè non vniuersi liberantur à timore, sed notanter dixit in primis; *Attendite omnis Iuda*; cùm enim Iuda confessionem notet, illi soli dicuntur intrepide posse astare inconspectu leonis, confessio enim peccatorum, & potes est ignes extinguere, & cicurare leonẽ. Aie-
D. Cyril. bat enim D Cyrill. Hieros. catech. 2. *Poterit enim confessio, etiam ignem extinguere; poterit, & leones cicurare.* Qui primus sua dicit delicta, suas iniquitates confitetur, is non timet à facie leonis, Deum etiam leonina iracundia plenum cicurabit; & prorsus reddet lenem, & mansuetum. Et cur timeat peccator à facie Dei irati, quando confessio vniuersa peccata abscõdit, ne pateant oculis Dei vindicatoris? Mirandum sanè fuit, quod apud
Ezech. 1. Ezech. 1. quatuor animalia ad starẽt Domino debellatori Orbis, & erant animalia illa pennata, de quorum pẽnis, ait: *Et pennæ eorũ extensæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebatur, & duæ tegebant corpora eorum.* Itaque duæ pennæ non tam ad volandum, quàm ad tegenda eorum dabatur corpora, nequid in illis non splendidum appareret inconspectu triumphatoris. Et quæ alæ sic tegebant ani-
Pet. Dam. malũ corpora? Ait Petrus Dam. ser. de sancto Michaele. *Prima hominis ala reuertẽtis ad Deũ, amaritudo cordis est. Sed quia corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutẽ, sequitur secũda penna, confessio videlicet oris. Istæ siquidem virtutes sunt, quæ multiplicẽ cumulum scelerũ nostrorũ ante Dei oculos abscondunt. De his dicitur, duæ tegebant eorũ corpora.* Hæc ille; quibus patet, quàm securus animalis etiam homo adstat Domino, si in cordis amaritudine, & oris accedat confessione, his enim pennis sic omnes scelerum maculæ tegentur, ne pateant diuinis irascentis Dei oculis.

§. IX.

Confessio, quæ non à corde humiliato, & compũcto oritur, nihil prodest.

IVstificatur publicanus, & non Pharisæus in oris confessione, & cur paucissima publicani verba gratiora Deo fuere, quã multæ illæ Pharisæi orationes? Inuenio equidẽ in Pharisæo laudis confessionem: in publicano confessionem peccatorum, sed quæ procedit ab humiliato, & compuncto corde. Est equidem, & confessio, quæ nos Deo inhærere facit, & confessio, quæ nihil proficit: hæc solo profertur ore, illa à corde humiliato, & verè compuncto prodit. Id quod volens ostendere Dominus duos Iudæ nomine insignitos in suo recepit cætu Apostolorum; alter fuit Thadæus, qui permansit cum Domino, alter Schariothes, qui proditor, & impænitens corruit. Pro quo aiebat D. Paschas. *D. Pascas.* lib. 12. in Matth. *Non vacat mysterio duos fuisse inter Apostolos hoc nomine vocitatos, vt vnus dicatur Iudas Iacobi, alter verò Schariothes, quia Iudas confessio interpretatur. Et ideò duos istos fuisse inter discipulos, vt vnus eorũ teneret formã verè confitentiũ, quorũ pars fideliter permanet cùm Domino, alter verò eorum partẽ exprimit, qui cõfitentur se nosse Deum, factis autẽ negãt.* Est qui verè cõfitetur peccata sua, qui ab intima compunctione cordis confessionẽ promit, is cum Domino permanet, eiusq; præceptis firmiter adhæret. Verùm qui non ex humiliato corde confitetur, sed solo oris sono: cùm verborum sonitu perit in illo Dei memoria. Hunc spectabat D. Paul. 1. ad Co- 1. Cor. 15.
rinth. 15. dum se charitate ablata depingẽs, ait: *Factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Sonant equidem æra, dum pulsantur, sed vbi pulsatio cessat, cessat, & sonitus: sic plures in confessione referunt æris sonitum, qui dum metu pulsantur aliquo, multa loquuntur, multa confitentur, imò profitentur, sed cum verborum sonitu finiuntur omnia. Sapienter ait D. Greg. 7. Moral. 9. *Quidam à metallo æris in nullo discrepantes cũ flagella supernæ percussionis accipiũt, pia cõfessionis sonitum emittũt. Sed quia humilitatis voces ex corde non proferũt: ad statum salutis reducti nesciunt, quòd promiserũt. Isti in nullo aris imitationẽ fugiunt, qui in percussione positi, ea, quæ non sentiunt, loquuntur.* Vbi non à corde humilia-
D. Greg.

miliato procedunt voces confessionis, nihil differunt ab æris pulsati vocibus, quæ solũ habent fugacissimũ sonitum, & prætereunte vocis sonitu, præterit etiam boni cuiuscumq; propositi memoria. Quid mirũ, quòd despiciat Dominus hominem, in cuius ore, solus æris tinnitus sonat; illũ verò suscipiat, qui integro corde nouit clamare ad Dominum? Ecce tibi Saul, quàm multa cõfitetur
1. Reg. 15. errata coram Samuele. 1. Reg. 15. *Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populũ, & obediens voci eorũ* Non equidem tanta loquutus est Dauid, sed obiurgatus ait. 2. Reg. 12. *Peccaui Domino*: & his paucis cõfessionis verbis obtinuit gratiã, quam Saul minimè obtinere potuit. Vndè tantum hoc discrimen manauit, nisi quia Saulis voces nõ ab humiliato exibant
Pet. Dam. corde? Aiebat Petrus Dam. lib. 6. epist. 26. *Ille scelo inobediẽtiæ spiritu superbiæ paruipẽdẽs, nequaquam pleno corde pœnituit; hic antẽ pauca quidẽ protulit, sed eius viscera diuini timoris gladio trãsfixa veri luctus amaritudo repleuit.* Et quidẽ verè dixit ibi Ber. citatus à
Bern. Tilmano in allegorijs: *Omnino nõ poterat, nõ placari Deus, si qua in ore sonuit, in corde radicasset humilitas.* Non sonantia ora, sed cor contritũ, & humiliatũ Deus non despiciet. Vndè monebat Ioan. Matth. 3. *Facite ergò*
Matth. 3. *fructũ dignũ pœnitentiæ.* Ex quibus D. Greg. lib. 6. in 1. Reg. cap. 15. inquit: *In fructu ergo non in foliis, aut ramis pœnitentia cognoscenda est. Vnde & Dominus arborem foliis decoram, fructu sterilem maledixit: quia confessionis ornatum non recipit, sine fructu afflictionis.* Hæc ibi.

CAPVT VIII.

De Messe, & Agnis.

SEPTVAGINTA duos discipulos missurus Dominus in animarum capturam duplici similitudine eos instruit à messe, & agnis petita. In messe, vt videãt animorum negotium, & tempestiuum, & dies, strenuis tamen operarijs indigens; quando nulla messis frugum non perditur, sine operarum labore, & curis. In agnis operarum euangelicorum exprimit munus, quorum in multa, patientia, in laboribus, & periculis multis stabit omne tanti officij punctum.

Luc. 10. Designauit Dominus alios Septuaginta duos: & misit illos binos ante faciẽ suam in omnem ciuitatẽ, & locum, quo erat ipse venturus.

§. I.

Illi præcipuè aptantur, vt Christum gentibus annũtient, qui concordia, & fraterna charitate eminent.

BInos mittit Dominus ante se discipulos, vt ipsi sese mutuo adiuuent, mutuo foueant, & fraterna charitate emineant, minimè enim aliter possent gentibus annũtiare Christum. Apud Num. cap. 13. dum volunt exploratores deferre secum terræ promissæ *Num. 13.* fructũ, ait: *Absciderunt palmitem cũ vba sua, quẽ portauerunt in vecte duo viri.* Id quòd meditatus D. Pasch. lib. 6. in Mat. & simul expẽdens discipulorũ bigas à Christo Domino ante se missas, inquit: *Qui bini, ac bini, quàm bene iunguntur, vt botrũ, quo gentes inebrientur, duo, ac duo suis deferant humeris.* Hoc sit singulare stemma, illorum, qui diuinissimũ botrum Iesum gentibus portare velint, nimirùm, quòd bini, ac bini, quàm benè iungãtur, quòd fraterna cõiunctione emineãt. Audio inter filios Iacob nouissimũ Ioseph singulari prædio iuxta Sichem ditatum fuis- *Gene. 49.* se, ait enim Gen. 49. *Do tibi partẽ vnã extra fratres tuos, quàm tuli de manu Amorrhæi,* quàm partem fuisse ex prædio Sichem testatur Ioannis Euang. cap. 4. & quòd ibi sepulta fuerint à Iacob vxorum suarum Idola, ait Gen. 35. Cur ergò magnus Iacob voluit, quòd Idolorum sepulchra non venirent in potestatem aliorum filiorum, sed singulariter appropriarentur Ioseph? Equidem legurio illa Iacob prophetia erat de Christo recepturo gẽtes destructis eorũ Idolis; at Christus recipiens gentes in solo Ioseph potuit adũbrari, vt qui solus etiã inter iniurias seruauit fratrũ amorem, fraternaque charitate maximè floruit. Tãtum id nõ dixit Augustinus quæst. 167. in Gen. vbi ait: *Procul dubio aliquo d hio lat et prophetic ũ sacramentum, quia & Ioseph quadam præcipua significatione Christum præfiguranit, & ei datur ista terra, vbi disperdiderat obruendo Deos alienos Iacob,* *Augustin.*

cob, vt Christus intelligatur possessurus gentes Dijs patrũ suorũ renuntiantes, & credẽtes in eũ. Expẽde cur detur ista terra Ioseph, nimirũ *vt Christus intelligatur possessurus gẽtes, &c.* Non in Iuda, non in Rubeno, non in Asser, qui omnes cũ cæteris à fraterna concordia discesserũt; sed in vno Ioseh fraternam charitatem seruante potuit Christus singularitet intelligi possessurus gentes, renuntiantes Idolis, & sibi seruientes. Ille potest securus Christum communicare infidelibus, qui in charitate fraterna eminet: vniuersos homines velut fratres æstimans sub eodem parente Deo. Ex quo patet legis nouę, & veteris differentia: cauet enim lex Deuteron. 7. de infideli homine loquẽs: *Nec filiam illi accipe filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis, &c.* Hæc ibi lex, dum veretur fidelem virum iũgi fœminæ infideli. Verùm Paul. 1. ad Corinth. 7. sic monet: *Si qui frater vxorem habet, infidelem, & hæc cõsentit habitare cũ illo, non dimittat illam, &c.* Moyses suspecta habet cõiugia cũ infidelibus, Paulus illa probat: timet Moyses quòd fidelis homo ingrediatur ad vxorem infidelem, & Paulos id nõ timet. Cur quod cauet Moyses, & timet, Paulus non cauet, nec timet? Paulus ipse causam insinuat asserens: *Siquis frater vxorem habet. &c.* Vbi enim quis frater est, vbi Christiana charitate in fratres eminet, & Christi spirtu vniuersos velut fratres æstimat sub eodẽ parente Deo, is securus potest ingredi ad infideles, vt illos Christo lucretur. Acutè D. Cyril. Alex. lib. 7. de Ador. qui est de charitate in fratres. vbi ait: *Quæ nam igitur est in his rebus dispẽsationis ratio? Quã vè ob causã olim coniunctionem cũ ijs, qui aliter sentirent, Lex pertimescebat; nunc nõ item? Quia nẽpè firmos eos, qui in Christo vocati sunt, & in Dei amore stabiles efficit eis, qui in illis habitat spiritus, in quo clamamus, Abba Pater: illi autẽ nondum hoc munere locupletati erant.* Ex quo Christi spirtus nos fratres effecit, nos sub eodẽ parẽte Deo vniuit, non est cur adeò expaueat fidelis ingressum ad infideles, quos ad Christum poterit facili negotio conuertere. Iuuat equidem fraterna charitas plurimum, vt Christus pateat gẽtibus, & communicetur illis. Videns Dominus templũ illud Hierosolimitanum, quòd à se gẽtes arcebat, ait Luc. 21. Luc. 21. *Veniẽt dies, in quibus nõ relinquetur lapis super lapidẽ, qui nõ destruatur.* Quę prophetia non solum putatur à D. Aug. impleta in templi Hierosolimitani destructione, sed longè præstantius impleta censetur in ædificatione Ecclesiæ plantatæ per omnem terram, & capientis plenitudinem gentium Verùm illud difficile est, quòd in ędificatione Ecclesiæ gentium dicatur, quòd non relinquetur lapis super lapidem. Si lapis non relinquitur super lapidem quomodo potest ędificari domus, quæ vniuersas capiat nationes? Nonne per superaditos lapides exsurgere debet fabrica domus, & amplissimę domus? Planè domus, quę ad capiendas gentes ædificatur, non crescit ex lapidum pluralitate superposita, sed ex vnitate; cùm lapides adeò inter se vniuntur, vt nõ alij, & alij appareant superpositi, sed quasi vnus, & indiuisus lapis appareat, tũc domus exsurgit amplissima ad capiendas nationes. Adhæc Augustinus in Psal. 95 inquit: *Lapides enim ad fabricam nouã, quæ ædificatur post captiuitatẽ, sic colligũtur, & sic illos charitas in vnitate constringit, vt nõ sit lapis super lapidẽ, sed vnus lapis sint omnes lapides. Ad ipsam structurã nos cõpingit Apostolus dicens: sufferentes in vicem in dilectione, studẽtes seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Ædificatur ergò domus Domini: creuit multũ domus hæc, & multas gentes impleuit, &c.* Exquo inter lapides domus Dei quasi indiuisa vnitas apparuit, adeò creuit domus, vt vniuersas nationes capiat. *Augustinus.*

§. II.

Vt Differentia doctorũ placita multũ cõducũt ad veritatẽ Fidei propagandam.

BInos mittit Dominus discipulos suos nollens vnius magistri placitis publicationem doctrinæ suæ cõmittere, quæ vt diuersis hominũ genijs erat tradenda, sic per diuersa doctorum placita facilius biberetur Hũc spectat Dominus Cant. 4. sic ad sponsam, nimirùm fidelium Ecclesiam locutus: *Vulnerasti cor meũ sorore mea sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui. Quã pulchræ sunt mammæ tuæ, &c.* In oculis, in crinibus laudat vnitatem, in mammis autem nihil dicit de vnitate, de conuenientia earũ, sed & plures, & pulchras eas asserit. Et cur, quàm commendat in oculis, & crinibus vnitatem, eandem non requirit in mammis? In oculis, & crinibus sponsę denotatur speculatio veritatis fidei secundũ se, quæ ab vno solo petenda est, nempè Deo, & eius vicario, Ecclesiæ capite, in quo vno nititur, & quiescit; verùm in mammis intelliguntur motiua, & rationes, & argumenta, & modus explicandi, quæ faciunt veritatem Fidei persuasibilem, & credibilem paruulis, Cantic. 4.

hæc

hæc autem totam suam pulchritudinem, & completa efficaciâ habêt in varietate, & pluralitate. Meritò adhæc ait Gillib. Abb. qui cãticorũ explicationẽ à D. Ber. magistro suo
D. Ber. inceptã continuauit. Is ergò tanti magistri discipulus ait ser. 31. in Cant. *Cur post oculũ, & crinẽ statim ad mãmas sermonẽ deflectit? Aut cur in illis vnitas commendatur, in his commẽdatur pluralitas? Mibi in superiori mentis quidã, & cogitationũ excessus ad Deũ videtur innuere: sobrietas autem, & temperãtia ad paruulos in isto: ibi vnum necessariũ est, hic solicitudo, & sermo doctrinæ partiẽdus in plura.* Itaq; vbi fidei veritas secundũ se inspicitur, vno solo fundamẽto nitẽdum est, nimirũ Deo, eiusq; Vicario Romano Pontifice; verum vbi accedimus ad veritatis fidei credibilitatem faciendã paruulis, & pluralitate, & varietate imò diuersitate doctrinæ nobis opus est. Sæpè enim, quod vniuersimile est, nullius momẽti videtur esse alijs; vndè necessaria est diuersitas sententiarũ, vt nullus sit, qui nõ habeat, vndè capiatur. Id quòd
Nazian. pertuadebat Nazian. orat. 1. aiens: *Quemadmodũ si quis variã quãdã, & multiplicem beluã, ex multis belluis, magnis iuxta, parui sq; feris ac mitibus cõpactã cicurare aggrediatur; huic in natura adeò præposterа gubernãda maximus labor subeundus sit: quippe cũ nec vocibus eisdẽ, nec alimẽtis, nec manuũ blãditijs, ac sibilis bellua omnes delectẽtur; sed alia alijs, pro sua quaq; natura, & consuetudine, vel gaudeãt, vel offendantur, vt qui eiusmodi beluæ curã susceperit, eũ varia omnino, & multiplici scientia ornatũ esse oporteat: & eã quæ cuiq; aptasit, rationẽ adhibere. Eodẽ modo cũ cõmune hoc Ecclesiæ corpus instar cõpositæ cuiusdã, & inæqualis bellnæ, ex pluribus, variisq; moribus, & rationibus cõstitutũ sit; summopere necessum est Antistitẽ simul, & simplicẽ esse, quãtũ ad rectitudinẽ; & rursum, quã maximè variũ, ac multiplicem quantum ad id attinet, vt uniuscuiusq; animũ sibi adiũgat, apteq; & apposite omnes alloquatur.* In re adeò euidenti, & ab Ecclesia obseruata, dũ plures Doctores inter se disidentes, & admittit, & celebrat, non immorabor, ne videar commẽtaria texere aduersus celebrem Orbis Academiam, quæ his diebus iurauit se à sola sententia D. Agustini, & D. Thomæ in Theologicis cõclusionibus staturã, vt sic periculosæ nouitati in suis scholis occludatur aditus. Et quidem sapientius occluderent aditũ periculosę nouitati, si nõ in vno, aut altero doctore sic tenacius adhæreret, quando Ecclesia Catholica ab Spiritu Sãcto gubernata, vt periculosis nouitatib⁹ occluderet aditũ, nõ vno doctore contenta est, sed ex Græcis Basilios, Nazian. Chrisost. Athanasios; ex Latinis Ambrosios, Hieron, Agust. Gregorios, sibi magistros accepit. Et post hos adhuc lõgè posteriores addidit D. Thom. & D. Bonauent. licet inter se disidentes; nec iurauit sedem ceps nullũ aliũ receptura, scies donũ scientiæ, & intellectus non dũ esse exhauritũ, & posse adhuc resurgere talia peruersorũ hominũ ingenia; pro quibus cõuincendis efficaciores sint sententiæ, vel D. Thomæ, vel D. Bonauent. contrariæ. Inuenio in Cõcilio Ephesino generaliter studiũ fuisse sanctissimis Cõcilij patribus, quòd Academico claustro, de occludẽdo aditu periculosis doctrinæ Catholicę nouitatibus. Sed quã aliud remediũ adhibuere illæ firmissimæ Ecclesię columnæ? Habet id Vincẽtius Lyrinẽsis adductus à Patre Ribera in Prologo ad Aggęum Prophetã: ait ille: *Exemplum adhibemus sancti Concilij, quod ante triennium ferme in Asia celebratum, vbi cum de faciendis fidei regulis disceptaretur, nequa illic forsitã prophana nouitas in modũ perfidiæ Arimẽsis obreperet: vniuersis sacerdotibus, qui ducẽti fere numero cõuenerãt, hoc Catholicissimũ, fœlicissimũ, atq; optimũ factũ visum est, vt in mediũ sanctorũ Patrũ sentẽtiæ proferentur, quorũ alios martyres, alios cõfessores, omnes vero Catholicos sacerdotes fuisse, & permãsisse cõstaret, vt scilicet rite, atq; solẽniter ex eorũ consensu, atq; decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & profanæ nouitatis blasphemia obdenaretur.* Perpẽdite modo, quid faciãt Ephesini Patres adhæ pellẽdas nouitates periculosas, & quid faciãt Academicci doctores. Illi omnium Catholicorũ doctorũ placita requirunt, putãtes ex diuersarũ viarũ doctorũ Catholicorũ cõsensu pro vera fide telũ firmius nasci: hi præter quã duobus, nulli alij volunt credere Patri, nec Basilio, nec Hieron. nec Cypr. nec doctissimis, Catholicissimisq; magistris ab vniuerso orbe decãtatis, quorũ Theologia vsi sunt summi Põtifices in Cõcilijs, pro stabilieudis fidei veritatibus, in hæreticorum duello, pro perimenda perfidia, & falsitate. Illi ab spelũcis, à furcis tyrannorũ, exquirũt sacerdotes Catholicos quorũ vari, s placitis vna Fidei veritas stabiliatur aduersus periculosas nouitates, hi etiã clarissimos doctores, Catholicorum Scholarum fundatores, in pulpitis, in Cathedris, in Cõcilijs magno honore habitos repellũt, & suis terminis iubent exulare. Sanè verendum magis esset, ne dum nimia vnitas in doctrinis tradendis affectatur, fidei plura abijciãtur propugnacula, & aliquid cõtra ei⁹ securitatẽ stabiliatur. Non enim parum nociuum securitati regni esset decretum Imperatoris, quo cupiens

vnionẽ exercitus sui repelleret ab exercitu omnes nationes, quæ non eodẽ modo pugnarent, eisdemq; vterentur armis, & sic vna hominum nutione contentus incredibilem hostium multitudinem expectaret. Quam nimia hæc, & quam periculosa vnionis cupiditas? Prudentius agit Imperator, qui dũ milites regnũ propugnent, & hostes arceãt, non cauet diuersos nationum modos pugnandi: imò ex omnibus in auxilium vocat, vt à diuersis munitus tutius agat. Prudẽtius agũt Romani Pontifices, qui noscentes doctorum clarissimorum per hoc nouum iuramentum repulsorum gladios, & limatos ad fulgendum, & acutos ad perimendum, licet dissimiles sint, & differentes, vel à Thomæ, vel à Bonauenturæ gladijs, tamen ex illis validissimum aduersus hæreses cornu erexerunt pro Germania, pro Anglia: illisque crediderunt magnæ, & apud Gentiles sapponios, & apud schismaticos Æthyopas Ecclesiæ fundamina. Et quod mirere magis in horũ doctorũ præstantia; cùm per integrũ ferè seculum in arena iam sint aduersus Ecclesiæ hostes, tot librorum arma in illos iacientes, quot nõ capit ingens armarium, inter mille hostium strages, nullum ipsi receperunt in fide vulnus lethale. Quis Imperator, tã validos pugnatores ab exercitu abijciet ob armorũ diuersitatem? Fuerunt Parisijs, qui religiosissimos, sapientissimosque magistros Ordinis prædicatorum à Doctorum Academicorum albo, & honore eijciendos asserebant ob armorũ diuersitatem. Quã sententiã, & rationem validissimè cõtriuit D. Thom. Opusc. 19. cap. 3. & tãdẽ fatur. *Et omnes qui bus pugnare licet, possunt comunicare in eodẽ exercitu, qui est societas ordinata ad pugnandum. Non enim videmus, quòd milites religiosi repellãt milites seculares à suo exercitu: nec è conuerso:: Est etiam predicta sententia frinola: quia rationes quibus innititur nullius momẽti sunt, & ostẽdũt ignorantiã eorũ, qui eas inducunt, vel verã, vel fictã* Hæc Angelicus Doctor: ex quibus discesnõ ablegare à Scholis armorum diuersitatem, sed potius omnes diuersitates Catholicas amplecti, vt de illis, modo alijs vtaris, vt tulerit occasio. Et quidẽ non absimile consilium dãs Nazian. orat. 26. sic finit: *Etenim si, vt vnus Dominus, vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus, & pater omniũ, & per omnia, & in omnibus, ita vnaquoq; esset per disputationem, & contẽplationẽ ad salutẽ via, vt qui ab ea exciderẽt, iidem à toto quoq; aberrarent, nihil sanè, periculosius esset, quàm vel huiusmodi consiliũ dare, vel huic parere. At si in rebus humanis multa, & diuersa sunt viarũ genera, & instituta, alia amatoria, alia minora, alia illustriora, alia obscuriora, sic in diuinis non vna salutis ratio est, sed plures, nec vna quædam virtutis via.* Pergit vir sanctus adhuc eos pungens, qui etiam in disputationibus de Deo nimiã vnitatẽ amabant: mihi sufficiant hæc dicta, quibus patet, quàm triuolum, & inane sit, ex eò quòd vnus est Deus, & vna fides, & vnũ baptisma, & vnus pastor, & vnus orbis moderator, omnem diuersitatem disputationũ Catholicarũ abigere. Fallar nisi sanctius, & religiosius veritas nulli tribueretur Doctori in particulari; imò votum esset Deo acceptius, quod cõmunẽ omnibus Doctoribus Catholicis, & nulli in omnibus propria profiteretur veritatẽ, Psal. 75. *Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius afferetis munera.* Expẽde, qui iubeatur vouere, nẽpe, qui in circuitu Dei afferũt munera? Id quod explicãs D. Aug. ait. Quid est, omnes, qui in circuitu sunt, offerẽt munera? *Hoc interim, quod Deus admonet, dicũ vobis, quid ex his verbis ipse mihi inspirare dignatus sit; si melius aliquod postea visum fuerit, & hoc vestrũ est, quia cõmunis est omnibus veritas. Nõ est mea, nec tua: nõ est illius, nec illius, omnibus cõmunis est. Et fortasis ideò media est, vt in circuitu eius sint omnes, qui diligunt veritatẽ.* Et post pauca sic monet vniuersos. *Nemo dicat, mea est, ne in parte sua, velit facere, quod in medio est omnibus. Quid est ergò, omnes, qui in circuitu eius offerẽt munera? Omnes qui intelligũt cõmunẽ omnibus esse veritatẽ, & nõ illa faciunt quasi suã superbiendo de illa, ipsi offerent munera, quia humilitatẽ habẽt. Qui autẽ quasi suũ faciũt, quòd omnibus cõmune est, tanquã in medio positũ ad partẽ se ducere conantur, non offerent hi munera; quia omnes, qui in circuitu eius sunt offerẽt munera terribili.* Sapiẽter, & religiose maximus Ecclesiæ Doctor Aug. ostẽdit, qualia vota, & munera pro veritate Deo placeãt; nõ sanè, quæ partialitatẽ redolẽt, nec quæ in medio positũ ad partẽ seducere conãtur. Diuo Augustino subcripsit Regius Senatus, minimè prõbãs vota veritatẽ è medio in partẽ tollẽtia; ne dũ vnicus in omnib⁹ veritatis datur propugnator, carpatur diuina prouidentia, qui pro veritate diuersissimos semper propugnatores excitat, & excitabit: *adificata enim est cũ propugnaculis,* non cum propugnaculo: imò ipsa sapientia carpatur, quæ non cõtenta vna columna, septem excidit, quibus valeat sustentari.

Luc. 10. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergò Dominum

num messis, vt mittat operarios in messem suam.

§. III.

Vbi res Christi agitur, nõ potest non sentiri persecutio.

QVàm pulchrè cõparat Dominus messi lucra Christiana! Vt messem enim sic & Christianum lucrum componit tritura. De primò Ecclesiæ augmẽto habes Act. 6. *Et verbũ Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorũ in Ierusalẽ valde: multa etiã turba sacerdotũ obediebat fidei. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, &c.* Quantus hic fructus prædicationis? Quantum hoc augmentum Christianitatis? in Christi horrea sacerdotes turmatim colligebantur, inter omnes Stephanus, & gratia, & signis præstabat. Vidistis fructuum diuitias, vide modo quo ex nubilo grandinantur. Ait Act. 7. *Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, &c.* Deus bonè sic permittis dilapidari tuam hæreditatem? Cur sic conteritur tantus vir Stephanus? Occasionem insinuant verba prætata, nimirùm, *verbum Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum.* Vbi Apostolica prædicatio tantam messem Christo agebat, non poterat, non etiam tritura manipulis parari Christianis. Id quod notans D. Aug. ser. 42. de Sanctis ait: *Missi messores cũ falce Euangelij, portauerũt manipulos ad areã Dominica, vbi Stephanus triturareturr.* Et simul Euangelica falx iacta est in segetes, & diuites frugũ manipuli cęperunt apparere, & ecce vobis inter lapideos triturę dentes conteritur Stephanus. Nulla equidem messis Christiana, nullus fructuũ à labore Christiano natorum cumulus esse potest, quin simul existat durissima tritura, & contritio; adeò vt Paulus hinc verùm suæ prædicationis frutum, & progressum ostendat nimirũ, ex triturę signis in se manifestis. Ait enim ad Gal. cap. 6. *De cætero nemo mihi molestus sit Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.* Non defuere qui Pauli labores, imò & fructus in Euangelio suspectos haberent; quorum mordẽtia ora strenue occludit vir sanctus hoc vno argumẽto, quo in se tribulorum vestigia ostendit. Et quis non credet veram Christi messem, quæ simul sub tribulis gemit? Ibi Chrysost. aiebat: *Paulus sua vulnera iactat: neque secus quam solent milites vexilliferi, hic exultat sua vulnera circumferens. Sed quam ob causam hoc dicit? Quouis sermone, quauis voce, inquit clarius per hæc me purgo. Hæc namque vocem tubâ sublimiorem emittunt aduersus eos, qui mihi contradicant, prædicantque me simulare dogma, & ad placandum homines aliquid dicere. Etenim si quis videret militẽ ex acie cruẽtatũ prodijsse, innumerisq; vulneribus sauciũ: nũ posset illum ignauiæ proditionisque damnare, argumenta fortitudinis in ipso corpore gestã tẽ? De me quoq; igitur similiter iudicare.* Nullum euidentius testimonium afferri potest pro ostendenda, & vera, & diuite messe, ad Christum pertinente, quàm quod sumitur à tremendi rastri, tribulorumque mordacitate: nunquam enim Christianam messem tribula non comitatur. Quò respiciens Isaias cap. 21. ait ad illos, qui relicta falsitate ad Deum erant venturi. *Tritura mea, filij areæ mea, quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel annuntiani vobis.* Et merito filios areæ vocat Dominus fideles suos, vt ostẽdat nullam Christianæ virtutis puritatem inueniri, quàm tritura non vel comitetur, vel antecedat. Quæ verba sic pulchra paraphrasi expendit D. Hieron. ibi: *O populę, qui condẽdus es in horrea mea, quem idcirco trini in varijs angustijs, vt & paleas ab eo excuterem, & purissimum triticum in meis horreis conderetur.* Totum igitur negotium Christianum, negotium areæ est, in qua quo cumulatior exsurgit messis, prioraque rubent grana, eò plura tribula in trituram fuere data.

Act. 6.

Act. 7.

Aguſt.

Ad Gal. 6.

Chryſoſt.

Iſai. 21.

Hieron.

§. IIII.

In Præsulibus Ecclesiæ non tãtum contemplationis, quàm negotium pro subditorum salute eminere debet.

OPerarios requiret Dominus ad messem suam, hoc est, non qui domi sedeat, sed qui ad laborem exeant: nõ qui totos se quieti tradant, sed qui operi instent, nec vnquam ab operando remoueant manus. Magnus ille Isaac, dum sponsam expectat, confert se in agrum; ait enim Gen. 24. de illo: *Egressus fuerat ad meditandum in agro*: nõn vt agrum coleret, arbores plantaret, sentes eradicaret, sed vt in agro meditaretur: Ad Hieremiam autem dicitur cap. 1. *Ecce costitui te hodie super gẽtes, & super regna, vt euellas, & destruas, & dispẽdas, & dissipes, & ædifices, & plantes;*

Gen. 24.

Hieron. 1.

plantes. Et Hieremiæ,& Isaac ager est ; sed Hieremiæ, vt euellat,& plãtet, Isaac, vt meditetur tantum. Et cur Hieremiæ non iubetur meditatio, sed plantatio? Causam ostendit textus aiens; *constituite super gentes, & super regna*, vbi enim quis populis præficitur, hoc præcipuum habeat, vt nunquam ab operibus cesset pro subditis iuuandis. Ex quo monebat D. Ber. Eugenium Põtificem lib. 2 de consid. fatus: *In hunc agrum Isaac exierat, cùm primũ Rebecca occurrit ei ; & vt scriptura habet, exierat ad meditandum. Ille ad meditandũ, tu ad extirpandum egrediaris necesse est. Tibi iam præcessisse meditatio debet, tẽpus faciendi præmanibus.* Itaque prælaturæ tempus, non tàm tempus est meditandi, quã tempus faciendi, tempus operandi: nec traditur Ecclesiæ ager, ad meditandum, sed ad plantandum ad extirpandum, ad ædificandum. Hoc primum,& præcipuum sit in Prælatis Ecclesiæ, quod operam, & diligentiam impendant subditis custodiendis, promouendis. Id quòd eleganter ponderat Petrus Dam. lib. 2. epist. 2. in duobus mulieris peccatricis facinoribus,& quod pedes Iesu vnguento vnxerit,& quod deindè caput eiusdem vnguento pertuderit. Hæc fuit prima mulieri cura circa Iesu pedes, nõ circa Iesu caput, vt ostẽdatur prima etiã in Ecclesiæ prælatis cura, nimirũ circa pedes Domini, hoc est, circa subditos fouẽdos, laudãdos, inungẽdos. Quippè ait Dam. *Beata illa peccatrix prius pedes Domini vnguẽto perunxit, post modum alabastrum vnguenti preciosi super caput recumbentis effudit. Caput Christi Deus, pedes Christi serui Dei. Sicut enim illa, dũ humanitati Christi obsequium dependit, ad diuinitatis attingere meruit intellectum, sic doctor Ecclesia dum Christi membra custodit, cõ templandæ diuinitatis gratiam percipit.* Nil priùs sit in Prælato, quàm subditorum negotium: huic prius impendat operam ex quo veniet ad altiora diuinæ contemplationis. *Ad Ro. 12.* Hinc Paul. ad Rom. 12. ponens primã Prælatorum virtutem, ait: *Qui præest in solicitudine.* Chrysost. legit : *Qui præest in diligentia.* Ne cubi Prælatus appareat, quin sibi credito gregi operam nauet. Vidè lib. 15. cap. 1. §. 20. & alibi.

D. Ber.

Pet. Dam.

Chrysost.

§. V.

Nullum donũ diuinum permanere solet, cui nõ subseruiat, hominum cooperatio, & industria.

QVando Deus tibi messem constituit, quid necessum habet mittere ad illam homines operarios? An messis Deum habẽs & Dominum, & effectorem, potest egere alio ? Fateor Deum, cuique rei promouendæ sufficere, verum sic omnia sua dona ipse ordinauit, vt minimè soleat diuinum donũ permanere, cui non seruiat cooperatio humana. Post longum Moysi cum Deo sermonẽ in monte habitum dicitur Exod. 32. *Et reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraquè parte, & factas opere Domini : scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.* Nihil nõ diuinũ erat in tabulis, quidquid in illis spectabatur, & opus Dei erat, & scriptura : & quid accidit tàm diuinis tabulis? Aiẽ textus ibi: *Iratusquè valdè Moyses proiecit tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Sic quas Deus scinderat, & perfecerat tabulas, penitus confringuntur, dissipantur. Quid tunc? Nouæ ne excogitantur tabulæ ? Ait post hæc ad Moysem Dominus Exod. 34. *Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, &c.* imò propè finem capitis rursus, ait: *Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Israel pepigi fœdus :: & scripsit in tabulis verba fœderis decem, &c.* Hic requiritur Moysi manus, quæ tabulas præcidat, & in eis verba legis scribat, suprà nullius hominis manus expectatur, sed & factura, & scriptura tabularum opus dicuntur Dei. Et cur tabulæ tàm citò confringẽdæ dicuntur opus solius Dei posteriores autem, & perseueraturæ tabulæ nõ solius Dei opus, sed & hominis opus prædicantur? Crediderim ibi significari Dei dona, quæ tunc perseuerant, & durant, cùm homines cooperatores habent. Quàm quæstionem, & excitat, & definit D. Augustin. quæst. 166. in Exod. fatus: *Magna oritur quæstio quomodo illæ tabulæ, quas erat Moyses Deo vtiquè præsciente fracturus, non hominis opus esse dicantur, sed Dei : neque ab homine scriptæ, sed scriptæ digito Dei. Posteriores verò tabulæ tandiù mansuræ, ac in tabernaculo, ac tẽplo Dei futuræ, iubente quidem Deo, tàm ab homine scisæ sint, quàm ab homine scriptæ? Fortè in illis prioribus gratia Dei significabatur, non hominis opus.* Et quidẽ sic dispõsita sunt Dei dona, Dei gratiosæ largitiones, vt nisi per hominum cooperationem non habeãt durationem. Ne putes Christiane nulla tibi esse opus diligentia humana, nullo hominis opere, cùm Deum tibi propitium, & beneficum, & protectorem experiris : est enim Deus largissimus in effundẽdis donis: sed eius dona, vt permaneant, expectare solent industriam, & operationem hominis.

Exod. 32.

Exod. 34.

August.

Celebris

Celebris est Actor. 9. Pauli vocatio, cui Iesus ipse è cœlis apparuit, multa dedit verba; eidem tamen roganti, quid faceret, respondit Domin⁹ *Surge, & ingredere ciuitatẽ, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* In ciuitatẽ mittitur, & hominibus imbuendus traditur, ne sine hominũ cultura, videãtur diuina dona constare. Pro quo ait Ber. ser. 1 ibi: *O sapiẽtia suauiter verè, uniuersa disponẽs Eum, cui tu loqueris, erudiẽdũ devolũtate tuâ mittis ad hominẽ.* Spectet hominũ disciplinam, quisquis secura, & tutâ, in se velit habere Dei dona; quæ & si maxima sint, euanescere solẽt in illo, in quo contẽnitur cultura hominum. Quod cauens ipse Paul. ad Gal. 2. ait: *Iterùm ascendi Hierosolymã, cũ Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cũ illis Euãgeliũ, quod prædico in gentibus; seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuũ currerem, aut cucurrissem.* Et quis dedignans hominum disciplinas, nõ vereatur currere in vacuum, quando Paulus hoc cauẽs, collatu. us Euangelium suum, cum sapientioribus discipulis, abiit in Hierosolymitana ciuitatem? Sane de stultis, & euanescentibus ait Eccles. 10. *Labor stultorũ affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere.* Vbi Chaldæus Costi explicatius: *Labor, quo in stultitia sua, excruciatur stolidus, tantopere illum conficit, & fatigat, vt non sit edoctus planè, ad eam ciuitatem receptum habere, in qua sapientes habitant, à quibus doctrinam scisciteur.* In pernicioiam proculdubiò deueniet stultitiam, qui se in diuinis donis excellentem reputãs, aliorum hominum despicit doctrinas. Id quod notans D. Greg. lib. 1. Dialog. cap. 1. inquit: *Inde fiet, vt dum se quisque, sancto spiritu impletum præsumit, discipulus hominis esse renuat, & magister erroris fiat.* Expende quàm vicina sint hæc duo: nimirum, quòd quis despiciat hominũ audire doctrinas, & quòd magister erroris fiat. Solet, mihi crede, Dominus, sic sua dona nobis impertiri, vt in illis habendis, dependeamus ab hominũ magisterio, atque industria. Sic 1. Reg. 3. *Et vocauit Dominus Samuelem. Qui respõdens ait. Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, &c.* Cur vocatus à Domino finitur pergere ad Heli? Pulchrè ait D. Greg. lib. 2. Reg. cap. 3. *Vocauit ergò Deus puerum, sed voce magistrosimili, vt profecto modum suæ locutionis indicaret.* Quasi non soleat Deus hominibus loqui, nisi ea, quæ referant humanum magistrum, ad illumque currere faciant.

Actor. 9. *Ber.* *Ad Gal. 2.* *Eccles. 10.* *D. Greg.* *1. Reg. 3.* *D. Greg.*

Luc. 10. Ite, ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.

§. VI.

Hominum cultura ab illo benè tractatur, qui mille prius bella mille conflictus sustinuerit, propter virtutem.

DE operarijs in messem mittendis agebat Dominus, & itatim, ait: *ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Et quid habet cõmune agnorũ ad lupos immissio, cũ missione operariorum in messem Christi? Multum per omnem modum, nàm nullus dignus operarius ad Christianã messem colendam inuenitur, nisi qui prius mille luporum incursus, mille hostium rabidissimorũ prælia vicerit. Sic apud Isaiam cap. 2. *Et iudicabit gentes, & arguet populos multos, & cõflabunt gladios suos in vomeres, & lãceas suas in falces.* Expende quid iubeãtur illi, qui ad populos excolendos diriguntur, nimirum, *cõflabũt gladias in vomeres*, non ex alia materia vomeres faciunt, nisi ex gladijs: & ferrũ, & chalybs suppeditabãt ex quibus possent vomeres cõflari, cur ergò nõ ex ferro, nõ ex chalybe, sed ex gladi, s iubentur vomeres effici, & ex lanceis falces? Agebatur ibi de excolendis hominibus, de segete humanarũ animarũ, quas ille solus perfectè excolit, qui culturæ instrumenta à conflictibus, & prælijs aduersus infensissimos hostes trahit. Quò respiciẽs D. Nilus in Ascet. fatur: *Tunc cæteri sunt excolendi, cùm omnes à nobis victæ sunt cupiditates, & nulli nos hostes amplius oppugnant, nec arma ad nos tuendos, sunt amplius necessaria. Quemadmodum enim ad eos, qui egregie pro virtute decertarũt, illa pertinet adhortatio; conflate gladios vestros in vomeres, & lanceas vestras in falces, vt ad multorum vtilitatem, animi vires, à bellica exercitatione, ad alios excolendos conuertant.* Ex conflictibus pro virtute susceptis, veniendum est ad messem animarum; quas tunc dignè excolis, cùm gladios, cùm lanceas, quibus hostiles fregisti acies, conflas in vomeres, & falces. Hæc tibi prima sit cura, nimirùm confligendi cum lupis, pugnandi cũ aduersarijs virtutum, transfodiendi vitia, vt sic, ex gladijs, & hastis, pugnæ vomeres efficias quibus animarum agros excolas, proscindas. Huc spectabat Salomon, dum ciui-

Isai. 2. *D. Nilus.*

lem sapientiam ad subditos regendos exqui
Eccles. 51. rens ait Eccles. cap. 51. *Colluctata est anima mea in illa*: non enim, nisi à bellica exercitatione, qua de suis cupiditatibus de hostibus egerat triumphum, ausus est ad populorum culturam venire. Et quis falcẽ accipiat pro animarum messe, quis aratrum populis excolendis adhibeat, qui nec vllum certamen iniuit, nec vel semel gladium strinxit, lancea contorsit aduersus inimicos? Pulchrè Nazian. in Apol. 1. perfectum prælatum in
Nazian. Paulo depingit inquiens: Quid Paulus ipse de Paulo dicat audiamus: *Mitto labores, vigilias, vexationes infame, & siti, in frigore, & nuditate. Mitto persecutiones, concilia carceres, vincula, accusatores tribunalia, mortes in dies, atque in horas incursantes, sportam, lapidationes, virgarum ictus, naufragia, periculæ fluminum, pericula latronum, pericula in falsis fratribus, victum manuum labore quæsitũ, euangelium sumptus expers, quemadmodum etiam spectaculum esset Angelis, & hominibus, medius inter homines, ac Deum cõstitutus, pro illis videlicet dimicans, huic autem peculiarẽ populum concilians.* Expende illud, *pro illis dimicans, huic populum concilians*: non enim nisi ex mille pugnis, & luctis venit Paulus ad populorum culturam: nequis audeat aliter ad Dominicam messem prosilire.

§. VII.

Recentes Prælati suã infantiã habeant, qua sub aliorum præceptis viuant.

ECclesiæ suæ Principes, & prælatos constituens Dominus, eos sicut agnos esse iubet, ne in primo prælaturæ die plenariam suam potestatem exhibeant, sed infantiã alicui qualem, & teneritudinẽ muneris obseruent, quam prudenter vereantur, & timeant. Sic Dauid perculsi Abneris vindictam dissimulat. 2. Reg. aiens: *Ego autem delicatus, &*
2. Reg. 3. *vnctus rex*: siue vt ex Hebræo habet Caiet. *Ego hodie tener, & vnctus rex*: & quidem prudentissime cauit arietare subditos, cùm agnus adhuc esset, hoc est, cùm tener, & recens in regno esset cõstitutus. Et quidem nunquã non pertinet ad præstantissimũ Principem, quòd sciat infantiam obseruare muneris. Ex quo lucem capit euidentissimam obscurissimus locus in laudem Saulis dictus 1. Reg.
1. Reg. 13. 13. nimirũ: *Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel.* Quomodo duobus annis regnauit tantum Saul, qui tot prælia confecit, qui tot annos posuit, vel in vno persequendo Dauide? Non ibi intelligas durationem regni, sed qualitatem regnandi, nimirùm, quòd præstantissimus Princeps a Deo electus, in hoc suam ostendit præstantiam, quòd per duos integros annos infantiam sui muneris obseruaret, sic regnãs, quasi filius vnius anni, nihil à se, sed omnia tractans, & agens ex sententia Samuelis, qui ei erat instar Patris. Aiebat Caiet. *Dicitur, quòd duob⁹ annis* Caiet. *regnauit, subaudi, tanquã filius vnius anni.* Et sanè satis ostendebat præstantiam suam Princeps, qui tãtam obseruauit in munere infantiam viuens, vt filius tenellus sub alieno placito. Huc accedit cantatissimi Principis lo sue facinus; is cũ Principatum accipit post Moysem, vbi prima dare incipit præcepta populo hic exordium cap. 1. *Mementote sermonis, quẽ præcepit vobis Moyses famulus Domini dicens, &c.* Quid ò bone necesse est ad præcepta defuncti Principis recurrere? Si qui dẽ tu Imperatores, & iudex populi à Deo electus, dic quod tu præcipis, quòd tu iubes, cur mauis aliorũ præcepta mõstrare? Sapiẽter in tẽ nostrã, ait Matsius: *Potuisset etiã hæc merito sua ipsorum promissa, in ipsos ingerere, & eorum commemoratione sola, debiti ipsos officij acriter, & diuiter commone facere. Sed ille maunlt amicum monitorem, quàm se verũ Imperatorem agere: contra fauẽ atq; nũc magistratũ pars maxima assolet. Nunquam enim isti imperio suo abutũtur insolentius, maioreque cum fastu, quàm cũ primam imperare incipiũt. Nihil ille superbe mandat sed Moysis mandatũ illis renocat in memoriam, &c.* Expẽde sapiẽtis gubernatoris, & stulti discrimen patens: qui sapiẽs est, spiritu; Dei agitur, noui muneris obseruare infantiam, nihil quod fastũ, quòd proprium cerebrũ oleat, mandans, sed de præcedentiũ sententia agens. At stultus in ipso exordio, in ipsa muneris infantia nihil non molitur de plenitudine potestatis. Nõ latuit hæc stultitia Petrũ Damianũ qui
Pet. Dam. lib. 6. epist. 7. ait: *Vnum autem in istis nouellis Abbatibus video, quod vehementer admiror. Qui enim per decem annos, vel eo amplius sub alterius regimine constitutus nunquam ad hãc potuit peruenire scientiã, vt perfectæ monachus videretur: nunc ipso die, quo in prælatione cõstituitur, ita præsidẽtis induit speciẽ, ita dominantis exprimit maiestatem, vt non nuper electũ, sed natum dicas Abbatem. Fit repente seuerus in vultu, imperiosus in voce, ad corripiendum acer, ad iudicandum promptus. Ipse si offenderit, iã omnino satisfactionis ignarus, &c.* Multa prosequitur vir sanctissimus, & prudẽtissimus notans stultitiam eorum, qui nullam

in

in prælationis munere infantiam norunt, & agni cum sint, intempestiua arietum exhibent cornua.

§. VIII.

Dei nutum sequenti nihil non facile est, & peruium.

QVàm durum, & asperum est paruis agniculis, quòd inter lupos mittantur? Sed tanta hæc durities rectè emollitur illis Iesu verbis. *Ecce ego mitto vos*, vbi enim Dei nutū sequātur agni, durissima quęq; fiēt illis facilia, & suauia. Quò respiciēs Psal. 28. ait: *Vox Domini præparātis ceruos, & reuelauit condensa*: ex quo enim vox Domini ceruorū dirigit gressus, nulla condensa nō patent, & prorsus reuelātur. Pro quo Gillib. Abb. ser. 14. in Cāt. ait: *Vox Domini est vtiq;, quæ ceruos huiusmodi præparat, quæ reuelat cōdensa. Nàm si qua cōdensa sunt, & crebris scandalorū, quasi spinarū aculeis obsita: illis cōdensa nō sunt, quorū Dominus perficit pedes quasi ceruorum, qui in nullo iniuriarū obice tardari possunt.* Et quæ spinarum condensa tardabunt gressus eius, qui à Deo dirigitur? Fęlices vos omnes, qui in vijs vestris Deum habetis ductorem directorē; nescit enim Deus viā creaturæ suæ dirigere, quin simul, & difficultates tollat, & faciat praua in directa, & aspera in vias planas. Hinc Dei spiritus aiebat Cāt. 3. *Adiuro vos filiæ Hierusalē per capreas, ceruosque camporum ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam, &c.* Expende illud *ceruos, camporum*: quippè cerui non camporū, sed præruptorum montium dici debuissent. Prærupta montium, in accessa rupium habēt in se ceruos commorantes; campus autem, aut nunquam habet ceruum, aut tolum in transitu. Cur ergò vocauit ceruos camporū, & non potius montiū? Agebat de ceruis, quorum gressus vox Domini dirigebat, quibus etiā prærupta montium, & rupiū præcipitia in peruios, & suauissimos cāpos vertebantur. Ad hæc Gillib. Abb ser. 14 in Cant. *Ceruos camporū dicit, quòd illis quelibet aspera, & ardua qualibet plana sunt, & peruia, & in offensis exposita cursibus quasi planioris æquora cāpi.* Nihil difficile, & durū manet, quòd non molle, & facile reddatur ijs, quorū gressus Dominus dirigit. Prærupta montiū pro paradisijs sunt, lupi ipū rabidissimi pro ouibus sunt coram agnellis à Christo directis in viam. Quò respiciens Isaias cap. 11. ait: *Habitabit lupus cum agno, & pardus, cum hædo accubabit, vitulus, & leo, & vrsus, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* Maximum equidem est, quòd lupus quasi mansueta ouis cum agno sit, & vndè agnus sic sibi factam ouē inuenit ex lupo? Ait textus: *Puer paruulus minabit eos*, vbi paruulus ille datus nobis, & magnus hominu pastor Iesus agnellos suos direxit in viā, omnia illis facilia redduntur, & lupi fiunt oues mansuetissimæ. Chrysost. hom. in Pentechost. ait: *Quis vnquam pastor oues mittit in medio luporum? Sed magis si viderit lupos, cōgregat oues. At verò Christus è contrario fecit. Oues ad lupos direxit, & vulneratæ à bestijs non sunt, sed magis lupi ad ouium mansuetudinem sunt conuersi.* Hoc vnum cura homo, vt agnus Christi sis, ab illoque dirigaris in viam, & nihil amplius timeas: tutissimus ibis, flamma non nocebit tibi, neq; malum contristabit te. Dū Dominus gregem populi sui deduceret, vocatus fuit Balaam maleficus, qui maledicere populo Dei, sed prudenter ipse respondit, Num. 23. *Quomodo maledicam, cui nōn ledixit Deus?* Quæ verba tractans Nissenus de vita Moysi, ait: *Ad maledicendum vocatus Balaam clamat. Quomodo maledicam, cui nō maledixit Dominus? Id est, quomodo maledicā, qui nullam materiam maledicendi præbuit? Cuius inuulnerabilis vita est, quia Dei scuto protegitur.* Et quidem sub protectione Dei gradienti nequit officere vlla maledictio. Vide supra cap. 6. §. 4.

Psal. 28.

Gill. Abb

Cant. 3.

Gillib.

Isai. 11.

Chrysost.

Num. 23.

§. IX.

Mansueto innocens secura etiam inter hostiles incursus.

AGnorum agmen Dominus constituit, & eos imperterritos in medium luporū prosilire iubet; ad lupos mittis Domine agnellos tuos? Si agni iuerint, quam primū luporum pręda fient. Absit, imò nunquam homo securior inter lupos etiā rabidissimos, quàm vbi in se prætenderit agninam māsuetudinē. Similiter aiebat Dominus Matth. 10. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū.* Cur nō magis ad lupos canes mittis, quā oues? Nulla, mihi crede, inuēta est aduersus furentes homines, vis, quàm ouiū mansuetudo. Aiebat Chrysost. hom. 34. in Matth. *Inexpugnabilem virtutem suam ostendens, quamuis aduersus lupos essent iturī: omnem tamen mansuetudinem eos habere iubet. Erubescant igitur, qui quasi lupi aduersarios suos persequūtur, cùm videant innumeros lupos ab ouibus*

Matth. 10.

Chrysost.

vinci paucissimis. Et certè quousq; sum⁹ oues, facilè hostes vincimus. Hanc vnam induat mã suetudinẽ homo, & per medios furentes lupos, furentes hostes, euadet securus. In tantũ securus est homo, inter hostiles furias, hostiles calumnias, in quantũ nõ deficit ab ouiũ mansuetudine. Quis Saule ferocior, & rabidior aduersus Dauidem? Is multo, & armato milite, Dauidem persequitur, & dum in-
1. Reg. 26. ter persequendum, nocte dormit. 1. Reg. 26 per medium exercitus eius, audet intrare Dauid, & peruenit vsque ad regis lectulum: *Tulit igitur Dauid hastam, & scyphum, qui erat ad caput Saul, & abierũt: & nõ erat quisquã, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebãt, quia sopor Domini irruerat super eos.* Sanè nouũ hoc, & penè inauditũ, quòd in tanti ducis exercitu, nullius vigilet, quando omniũ exercituum notissimæ sunt vigiliæ. Sed vndè Dauid audet, hostiũ vigilias nõ timere? Vndè audet parui ducere hostes, & inter illos esse adeò securè? Ibat bonus Dauid, totus factus agnus, totus mansuetus, totus etiam in hostes benignus, nemin. ẽ percussurus, indè merito, inter hostes agit
Caiet. securus. Pulchrè hoc meditatus Caiet. ait: *Vide assistentiam diuinam benignitati Dauidis.* Vbi Dauid sic benignè, sic mansuetè agit cum hoste, vt nullum, cùm posset, ei malum inferat, eam Dei sibi assistentiam acquirit, qua nullum hostem ipse timeat, sed per medios inimicorũ cuneos, trãseat securus. Cũ Hierusalẽ à Nehemia reædificabatur, sic erãt inter hostes, ædificatores, vt cogerentur armati, & strictis gladijs ædificare, ait enim, 2.
Esd. 4. Esdr. 4. *Vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Ædificantiũ enim vnusquisque, gladio erat accinctus.* Hoc dicitur ibi: sed & Psal. 95. cũ pro hoc opere caneretur, est eius titulus: *Quando domus ædificabatur post captiuitatem:* quo titulo præfixo, incipit Psal. *Cãtate Domino canticũ nouum, &c.* Cõpone modo Nehemiã, & Psalmistam: vterq; de eadẽ domus Dei agit ædificatione, vterq; ad ædificatores hostibus cinctos loquitur, sed ille iubet, quòd gladios stringant, hic, quòd canticum nouum cantent. Cur non magis, & hic petit gladios? cur solo nouo cãtico contentus est, vt ædificium stare posset securum, medijs hostilibus furijs? Cur non magis sentit hostes, & aduersus illos se munit? Sanè cãticum nouum, præceptum nouũ de mansuetudine, & charitate in hostes, est, quam qui habet, hostes non timet, sed securissima construit ædificia. Acutè ad hæc D.
Augustin. Aug. *Si canticum nouum cãtat omnis terra, sic ædificatur, cùm cantat. Ipsum cantare, ædificare est; sed si non vetus cantet. Vetus cantat cupiditas carnis, nouum cãtat charitas Dei. Audi, quid canticum nouum est: dicit Dominus, mandatũ nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis.* Fœlix, qui sic erga proximos affectus est, vt nulli noceat, nec iniurianti, sed benignus erga omnes sit; qui talis est, non eget ferro, vt securus euadat, sed vel cantando, æterna, & inexpugnabilia sibi palatia ædificabit.

§. X.

Non tam flumina Rhetorum, quàm vel placidus, viuidusq; boni operarij balatus, proficit in area Christiana.

MIrari ad Christianã messem non mitti alios quàm agnos: cùm enim peti iubet Dominus operarios, ad messem suam, statim subdit; *Ite, ecce ego mitto vos, sicut agnos.* Agnos ad messem metẽdã ire iubes, cur non potiùs Orpheos paras, qui dulci modulamine totas syluas, & integras areas trahãt? Dicebat illa apud Virgil. sua efficacissima carmina exaltans. *Atq; satas alio possum trãsmittere messes.* Numquid poterit hæc exilis agnelli balatus? Equidem ad messem Christianam non sic sapientium carmina, non sic Orpheorum modulamina, nõ sic Rhetorũ flumina valẽt, vt vel valatus boni operarij. Rem pulchra cõparatione conficit Nazian. orat. de Plaga grandinis fatus: *Imber enim rapidus, nequaquam placido est vilior. Ille enim cùm impetuose fertur, rura trahit, agricolãq; lucro plectit capitali. Hic verò leniter effusus, & ad inferiora delapsus, terrã facunditate replet, arantemq; à labore liberat, atq; spicã ad fructum ducit maturum. Ita & in sermonibus abũdãtior, nequaquã sapiẽtiori est vilior. Ille enim aliquãtulũ fortassis delectans euanescit, paritèrq; cũ aere percusso dissoluitur, nihil vltra hoc cõferens. Sed auditũ auidum, facundia, tanquã incantamẽto, demulcet: qui verò in mẽtẽ penetrat, repletur spiritu, & generatione videtur lõgior, multumq; fructum, in paucis producit syllabis.* Multa linguę volubilitas, dicẽdi celeritas, rura trahit, rapit syluas, sed sterilem, & absque fructu reddit aream Christi. Placid⁹ autẽ sermo virtuosi operarij omnia fœcũdat, omnia fructibus ditat. Pro quo aiebat Paul. 1. ad Corint. 2. *Sermo meus, & prædicatio mea, nõ in persuasibilib⁹ humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis:* 1. Cor. 2. hoc est, in eo, quòd ostendebat se habere spiritum Sanctum, religiosè viuendo. vt innuit

D. Ansel.

D. Anselm quasi potetior sit, vel syllaba à religioso operario producta, ad metendas Christianas messes, quam vniuersa sapientũ carmina, & Rhetorum flumina. Hæc enim vt impetuosa, sic minus fœcunda: satiauit quõdam Dominus ingentem hominum multitudinem quinque solis panibus, & duobus piscibus: & posit prandium iubet colligi superabundantes reliquias. Quid tunc? Ait Ioan. 6. *Collegerunt ergò, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerũt.* Ex panib⁹ solis dicuntur fragmenta superfluxisse, cur nõ & ex piscibus? Sapienter Clemens Alex. Strom. lib. 7. ait: *Quæ autem per vndas gemiles gignitur, & fertur, Græcã Philosophiam pisces significabant, ad profusam vitæ conuersationem dati ijs, qui humi iacebant, qui non ita quidem dabant augmentum, vt fragmenta panũ.* Nunquã, mihi crede, linguæ torrentes fœcunditatem afferunt aruis Christianis; ille magis fermo proficuus est, qui instar buccellarum panis frangitur, vt cœlestẽ alimoniam possit communicare.

Ioan. 6.

Cle. Alex.

§. XI.

Quisquis Deũ habet suorũ pro uentuum authorem, nil requirat amplius.

EXpende vnicum fortunatissimi itineris auspicium à Deo suis agnellis datum: quippè ait: *Ite, ecce ego mitto vos*; solent Astrologi astra spectare, vt fortunas incepti itineris, siue operis perquirant, & præsagiant. At agni Christiani certius habẽt præsagiũ, dum spectent vnum Deum sui itineris authorem, & causam. Hoc vno considerato, quòd sub Deo mittente abeant, nulla amplius solicitudine, de fœlici euentu teneantur. Cùm parente Abraham pergebat Isaac ferens sacrificij instrumẽta, & ignem, & ligna, & cum nesciuisset, qualis erat victima sacrificanda, à patre sciscitatur; cui pater respondit statim Gen. 22. *Deus prouidebit sibi victimã holocausti fili mi.* Quid tunc Isaac? Nec verbum amplius fecit, nec amplius interrogauit. Et cur nõ amplius interrogauit? D. Chrysost. hom. 3. in 2. Ad Corinth. ait: *Simul atq; audiuit Deum, nihil postea locutus est, nec amplius erat curiosus.* Nil iam timuit mali, vbi nouit Deum authorem sacrificij, sed tota posita solicitudine, omnia fælicia, & prospera iperauit. Hinc clamabat Paul. ad Colos. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite; non quæ super terram.* Cur non quærẽda, quę sunt super terram? Nonne & super terram sunt omnia cœlestia, & superna? Cur ergõ vetamur quærere, quæ sunt super terram, quando simul inuitamur ad quærẽda superna? Sed notanter, quæ superna sint quærenda, & spectanda innuens, ait: *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est*: sunt & sursum astra, & signa cœlestia, sed qui vera auspicia quærit fęlicitatis suæ, credat Paulo, & non astra, non signa cœlestia consulat, sed his dimissis, vnum Christi signum requirat, sub quo nihil non firmũ, & stabile habebit. Ad hæc ait D. Paulinus epist. 4. *Omnia, vt Ecclesiastes ait, sub sole vanitas. Proinde super solẽ veritas. Ita & qui in veritate consistunt, & si intra mundum viuant habitatione corporea, tamen supra mundum sunt cõuersatione cœlesti: & astrorum choros, vel cœlorum polos euolantes spiritu scandunt, & superuadunt, celsioresq; elementis agunt: nõ subditi rebus, & vsibus elementorum, sed affixa in Christo vita superiores mundo fiunt.* Itaq; qui veram sibi præsagire cupit fœlicitatem, non ad astra, non ad cęli signa spectet, non enim veritas sub sole, sed omnia elementa mundi transuolet, & super omnia positum Christũ prospectet, cur soli inhęreat, ex quo superior manebit rebus mundi tristitioribus. Quid timeat, qui vnum Christum ductorem nãciscitur? Sanè Paulus Act. 9. decidẽs in via vnũ Iesum in cœlis spectauit; non astra, nõ solem, non signa vlla, sed solum Iesum spectat; & quid indè? ipse ait. 2. ad Corinth. 12. *Scio huiusmodi hominem, quoniam raptus est in paradisum.* Rapi homines ab astris mitantibus fabulantur Astrologi, sed hoc verũ est, quòd qui vnicũ authorem vię suę spectat Iesum rapietur in paradisum. Pro quo eleganter, & Theologice D. Ber. ait ser. 2. in conuers. Paul. inquiẽs: *Alij rapiuntur, sicut Apostolus est ad tertium cœlum. Qui in profundissima Dei misericordia, quasi quodammodo sepulta iam sui arbitrij potestate in diuitias gloriæ in spiritu ardoris rapiuntur. Beatus qui vbique te ducem habet Domine Iesu.* Equidem, qui tantum ducem habet, quem in vijs suis spectet, nempè Iesum, nunquam non rapietur, in prospera, & fælicia. Huc reuoca dicta supra lib. 2. cap. 8. §. 7.

Gen. 22.

Chrysost.

Ad Col. 3.

D. Paulin.

2. Cor. 12.

D. Ber.

Luc. 10. Nolite portare saccu lum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis.

§. XII.

Paupertas Christiana in ministris Euangelicis potentissima ad trahendas animas.

EXpende quàm nudet Dominus operarios messis suæ; sine sacculo, sine pera, sine calceamentis iubet esse eos, quos ad animarum messem mittit; scit enim potentissimam esse ad trahendas animas paupertatẽ in Euangelicis ministris. Quis non miretur primas illas animarum capturas à Petro factas? Primum Petrus concionatur ad Populum. Act. 2. & ait textus: *Qui ergò receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia:* & rursus cap. 4. ait: *Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quinq; millia.* Res equidem erat magni miraculi, quòd ad Apostolorum vocẽ tot hominum millia raperentur; & vndè tanta efficacia vocis ad trahẽdum manabat? Quò inescati tot homines ad Euãgelica retia trahebantur? Sanè ibi cap. 4 de primis illis operarijs hoc dicitur singulare: *nec quisquam eorũ, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat.* Vigebat in illis perfecta rerũ omnium abdicatio, perfecta diuitiarum renuntiatio, perfecta paupertas, quæ instar rastri omnia ad se trahebat corda humana, dulci paupertatis succo inescata. Elegãter ait D. Chrysost. hom. in dictum Apostoli: oportet, & hæreses esse: ex 1. ad Corinth. 2. *Quàm primum Apostoli verbum pietatis seminare cæperũt, an numerati sunt eis statim tria millia, & iterum quinq; millia. Et quis tãtæ concordiæ author? Quòdnam animarum illud philtrum? Opũ cõtemptus. Nullus enim eorũ suum aliquid esse dicebat.* Et quidẽ opum abnegatio philtrũ est, hoc est, amatorius illex, quo animæ à Christi ministris trahũtur. Vis adhuc nosse quàm efficax philtrum sit Christiana paupertate ad trahenda hominum corda Accipè eundem Chrysostomum hom. 7. in 1. ad Corinth. fantem. *Tunc igitur nemo quicquã proprium sibi vendicabat, sed omnia erant communia. Et pro singulorum necessitate sua cuiq; pars conferebatur, & vitam viuebant Angelorum. Quòd si in præsentia fieret, vniuersum sanè orbe, & sine signis conuerteremus.* Potentissima equidẽ est paupertas Christiana, vt hominũ corda capiat, & trahat: licet enim hominibus multo fuerit horrori paupertas, adeò, vt vel pauperum vicinitas fugiatur: at dum verus Christi pauper apparet; dũ opũ, diuitiarumque verus contemptor in publico exsurgit, post illũ totus mundus abijt, ab eiusq; ore pendent vniuersi mundiales. Quis ignoret Eliæi potestatem circa Principes, circa populares? Quis Elię incredibilẽ magnitudinem animi nesciat, qua etiam tyrãnos ad sua trahebat placita? Quis Pauli, quis innumerabilium aliorum hominum similem virtutem in trahẽdis cordibus humanis? Videre etat ab illorum ore pẽdere reges, & tyrannos: ad illos cateruatim confluere populos, ab illorumque sententia stare. Quòd si quæras radicẽ tantæ, & potestatis, & authoritatis apud homines: pulchrè ait D. Nilus in Ascet. *Hæc illi gesserunt, cum neglecto corpore, corporisq; necessitatibus, solo se animo viuere indicarẽt. Ideò erant omnibus superiores, quia nulla re indigebãt.* Quò à tẽporalib⁹ nudiores, eò spectabiliores, eò potentiores ad capiendas animas. Meritò enim dicebat ille rex Gen. 13. ad Abraham: *Da mihi animas, cætera tolle tibi:* tunc aptiorem se credens ad capiendas animas, cùm cæteris renunciasset bonis mũdi. Ex quo ait Paul. 2. ad Corinth. 6. *Sicut egentes, multos autẽ locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Expende illud *omnia possidentes*; quibus verbis nihil excipit ab Apostolorum potestate, sed illam cõparat cuiuis ali potestati omnium dominandi. Notissimum est illud vulgò iactatum, nimirũ: *Pecuniæ omnia obediũt*: adeò magnus est pecunię dominatus, vt ei vniuersa sensibilia, & insensibilia, imò & rationalia subdantur. Huic ergò latissimo, & potentissimo pecuniæ dominatui alium, & præstantiorem, & gloriosiorem opposuit Paulus hominis Christiani dominatũ. Et qualis dominatus super omnia pecuniæ æquabitur? Solus paupertatis Christianæ dominatus; quia enim Apostoli paupertatem sequebantur, omnia sibi subdita, & subiecta spectabãt. Ad hæc D. Ansel. ibi: *Quia nihil propriũ carnaliter habemus, etiã omnia possidemus, ideſt, non solum pecunias, sed etiam ipsos pecuniarũ dominos, qui se nobis tradunt, & res suas ad pedes nostros ponunt.* Quis non obedit Christi pauperi? Huic & animę, & omnia bona substrantur. Huc referam illud Isaiæ. 26. *Incuruauit habitãtes in excelso*, vel iuxta Septuag. *deduxit habitantes in excelso, ciuitatẽ sublimẽ humiliauit: humiliauit eam vsque ad terrã, detrahet*

Chrysost. Chrysost. D. Nilus. Gen. 13. 2. Cor. 6. D. Ansel. Isai. 26.

trahet eum visque ad puluerem. Euertit tabe rã pes, pedes pauperis, gressus egenorum. Sic tub limia quæque mundi adducentur ad pedes Christi pauperum. Potentissima siquidem est ad capiendum pauperes Christiana.

§. XIII.

Ministerium veritatis prorsus corrumpitur cupiditate bonorum temporalium.

A Veritatis Euangelicæ ministris nihil prius adimere curat Iesus, quam bonorum temporalium cupiditatem, dum & peram, & sæculos ab illis aufert. Nescit æquidem veritas, cum sæculis cõmorari: ait enim Psal. 62. *Mendaces filij hominum in stateris.* In statera intelligendum est totum temporalium bonorum negotium; cui vt appropriant filij hominum, nulla manet in eis veritas. Quid singularius innuit Theodotion legens: *Mendaces filij hominum, vt momentũ statera.* Papæ momentum staræ pro summa iustitiæ, & fidelitatis forma solet constitui; quomodo fallitatis, & mẽdaci, modo accusatur, vt homines in mentiendo, & fallendo dicantur similes illi? Si secundum se consideretur momentũ stateræ fidelissimus est, verùm qua parte appendentes bilances habet ad merces recipiendas, nil firmum, nec securum habet; sed iam huc, iã illuc inclinatur, prout iactæ merces tulerint. Huic prorsus similes sunt quicumq; homines lucris temporalibus inhiant, temporalia bona captant; nihil ij constans referent, sed prout lucra postulauerint, iam hoc, iam illud dicent. Id quod in præsenti notat Theodor. inquiens: *Mẽdaces filij hominum, momento staterę similes, quæ modo deorsum vergit, modo autem sursum fertur, & nihil firmum, ac permanens habet.* Habent hoc de staterę similitudine homines bonorum temporaliũ auidi, quòd totum referẽt, quòd exhibita bona tulerint, licẽt cõtrarijs agãtur, & necessũ sit iam hoc, iam illud dicere. Apud Num. 22. Rex Moabita misit nũtios ad Balaam arriolũ, à quo peterent, quòd mala multa præiagiret, & iaceret in exercitum Israelitam. Dicit autem de nuntijs his: *Perexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretium in manibus suis.* Verbum illud *pretium* non inuenitur in lectione Septuagint. sed solum aiũt: *Et abijt senatus Moab, & senatus Madiam, & diuinationes in manibus eorum.* Quę verba multam quæstionem fecerunt D. Augustino lib. 4. quæst. 77. quid enim fieri potest, quod dicantur diuinationes ferri in manibus nuntiorum? Ibãt nuntij precaturi Balaanũ, vt diuinaret mala Israeli, quomodo ergò dicuntur ipsi ferre in manibus diuinationes? Ferebant ipsi munera, ferebant in manibus aurum, argẽtum vẽ, quibus diuinum munerarent; quæ meritò dicuntur ipsissimæ diuinationes, in ore enim auaritiosi hominis, ad temporalia bona inhiantis, nihil aliud sonat, quã quod aurum postulat. Quàm aurum, munera vẽ inclinat, ibi & diuinatio, & consilium, & verba inclinantur hominis. Huc respiciũt D. Ber. verba data lib. 4. de Consid. *Magna abyssi ad manus eorum respiciunt. Omne negotium illa agunt.* Itaque in homine lucra sectante, non lingua, sed manus verba dant, imò verba flectunt, quocumque aurum grauitat. Vt dicat Exod. 23. *Nec accipias munera, quæ excæcãt etiam prudentes, & subuertunt verba iustorũ.* Quid est subuertunt verba? Omnem veritatem corrũpunt: ait enim ibi Lyppom. *Quia prius pro veritate, & iustitia loquentes, repẽte mutatas, contrarias, & sentientes, & loquentes efficiunt.* Fieri vix potest, vt veritas cũ lucri cupiditate simul consistat. Huc refero dicta lib. 6. cap. 2. §. 8. in fine, & alibi.

Psal. 62.

Theodor.

Num. 22.

Bernar.

Exod. 23.

Luc. 10. In quamcũquè domũ intraueritis: primum dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem ad vos reuertetur.

§. XIIII.

In quo temporalis lucri cupiditas est, pax esse nõ potest.

EXpende quàm nudet Dominus omni lucri temporalis cupiditate eos, quos iubet annunciare pacẽ. Sine sãculo, sine pera, sine calceamentis, sine vlla solicitudine temporali facit suos ministros Dominus: Quid tunc? *Inquãcumque domum intraueritis: primum dicite, Pax huic domui.* Sic ad pacem in domibus stabiliendam iubet ministros eius esse omni temporali affectu vacuos? Quid si peram haberent, si sacculum, si lucri temporalis amorem retinent, non possint pacem etiam domibus importare? Minimè; quin potius

potius vbi lucrū tēporale respicitur, nihil prius est, quàm domus perturbatio. Aiebat D. Paul. ad Tit. cap. 1. de cauendis ministris. *D. Paul.* *Qui vniuersas domos subuertunt docentes, quæ nō oportet, turpis lucri gratia.* Vbi lucri affectus intercedit, tēporalia q; bona spectātur, nequit pax manere, nec vnitas. Proponite vobis ob oculos Abrahamum Lothumque viuentes simul, strictissimaq; charitate cōiūctos, quàm coniunctionē minimè diù potuerūt custodire. Et cur diù non custodirūt cōiunctionē viri prissimi? Ait Genes. 13. *Gen. 13.* *Non poterat eos capere terra, vt habitarēt simul: erat quippe substantia eorū multa, & nequibāt habitare cōmuniter. Vndē facta est rixa, inter pastores gregū Abraham, & Loth.* Erat viris sanctissimis licet rationalis, & ordinata, tamen erat solicitudo temporali augmēto: nec potuit hæc solicitudo licet ordinata, licet in sanctis viris, non diuidere domum, nō pati, & iurgia, & dissensiones, & discordias multas. His adde duas integras tribus Rubē, & Gad, & dimidiā Manassē, quæ vbi possessionibus acquirendis impendunt curā, à Iacobæa domo seiunguntur, vt dicat Iosue. 22. *Iosue 22.* *Reuersique sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasses à filijs Israel, &c.* Nequit enim temporalis lucri cupiditas pacem, & cōcordiā nō rumpere, etiā in sanctis viris. Id quod ponderās. D. Nilus *D. Nilus.* in Ascet. ait: *Ad virtutem tendētibus magno est impedimento rerū affectio terrēnarum, animoq; ac sæpe etiā corpori perniciē affert. Quid duas, & dimidia tribus extra promissionē manere fecit, nisi possessionum multitudo? Quid Loth ab Abraham separauit, nisi multitudido ouiū, quæ cū assiduas inter pastores eorū dissensiones pareret, postremo diremit etiam ipsorum coniunctionem?* Fallar, siqua radix turbationis, dissensionis, & discordiarum efficacior inueniatur, quàm affectus lucri proprij: hic dum valet affectus tēporalis coniunctissimorum euertit domos, pacem disturbat, in- *Apoc. 12.* quietat omnia. Accipe totā cœlestis domus pacem perturbatam; ait enim Apocal. 12. *Et factum est prælium magnū in cœlo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, &c.* Sed vndē tantæ domus pax turbari potuit? Dum tēporalis cupiditas in Angeli corde radicauit, vt bona sibi appropriet, non amplius in pace cōsistere potuit. Indè D. Ber. tract. de gra- *D. Ber.* dib. humil. ad Angelum rebellem loquitur: *Dum tu solus sedere affectas, fratrū cōcordiā, totius cœlestis patriæ pacem ipsius, quātūq; in te est, quietem Trinitatis infestas.* Nunquam alia sciuit parere proprij lucri temporalis amor: sed in quocumque est, & discordias, & proditiones inuenitur germinare. De hoc plura habes lib. 15. cap. 2. §. 7. & lib. 14. cap. 23. §. 13. & cap. 18. §. 10.

§. XV.

Hoc Christiani ouilis insigne præclarissimū, quòd nec inter bella, & dissensiones pacem amittat.

SI non fuerit in domo filius pacis, nō ideò prorsus eliminata pax manebit, sed ad Christi Domini reuertetur ministros, vt ipsi pacē habeant etiā inter dissidia. Ecce tibi insigne Christiani ouilis, quòd nunquā pacē amittēt, etiā agentes cum illis, qui minimè sunt animi pacifici. Sic de suo populo *Nazian.* aiebat Nazian. orat. 12. *Sic namque se res habebat, vt cum aly alio quodā ornamento, vel maiori, vel minori præditi sint, nostri ouilis hoc maximè propriū esset, quòd minimè infringi posset, atq; ab omni seditione abhorreret, ita vt persæpe Arcā Noe vocati simus.* Expende quā pulchrè ouile Christianū Arca Noe dicebatur, vt quod inexpugnabili pace insigniebatur, adeò vt nihil ad pacē pertinēs a se cōsentiret separari. Quippe Arca Noe præterquā quod in se ferocissima animalia cōstricta haberet vinculo pacis, mansuetissimū animal, nimirùm colūba dimittit, quæ videret pacem inter cœlum, & terram firmatam. *Gen. 8.* Quid tūc? Ait Gen. 8. *Quæ cū non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eū in arcam.* Adhuc vindictæ rigor vigebatur in terra: nondum pacis arbor tēdebat brachia, in quibus posset colūba immorari, ideò ad suam arcam reuertitur; non poterat enim arca carere mansuetissimo animanti, nulla pace in terra firmata. Habet hoc etiā propriū stēma ouile Christianum, quòd Noe assimiletur arcæ in retinēda pace medijs etiā dissidiorum tempestatibus. Vapulabat hinc indè arca contrarijs fluctibus, omnia terrena plena erāt mortibus; inter hæc arca emittit colūbam, quæ non habens vbi requiescat, reuertitur ad propriū nidum. Sic Christianus inter dissidia constitutus emittat colūbam suam, loquatur verba pacifica, verba plena māsuetudinis, habeat semper pacem, quamuis aduersariæ vniuersæ potestates furiant. Huc spectat Dauid Psal. 119. *Psal. 119.* *Cùm his, qui oderunt pacem, erā pacificus, cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.* Pacem habebat, & vnitatem seruabat, etiā cum his, qui oderunt

oderant pacem. Quis hoc probet? Non ne satius esset seditiosos omnes ablegare, discidētes prorsus reijcere? Absit, imò nihil magis Christianum, & Catholicū, quàm interdissidia pacis, & vnitatis vixillū leuare: Do
Augusti. D. Aug. ad hæc fantem: *Qui sunt, qui oderunt pacem? Qui conscindunt vnitatē. Si enim pacē non odissent, in vnitate māsissent. Sed videlicet propterea se separauerunt, vt iusti essent, vt nō haberēt mixtos iniustos.* Quibus habes ex vna parte homines pacificos etiā inter dissidia; ex alia parte habes osores pacis, qui sese scindunt ab alijs, sed ideò se scindunt, & separant, vt iusti sint, vt iniustos caueant. Vter horum magis Christianum agit, qui pacificus est etiā cum ijs, qui oderunt pacem, an
Augusti. qui osor est pacis, & vnitatis, vt iustitiam valeat seruare? Rem definit ibi Augustinus aiens: *Catholica dicit, Non est dimittenda vnitas, nō est pracidenda Ecclesia Dei. Indicauit Dominus de malis, & bonis postea. Si nunc mali à bonis separari non possunt, ferendi sunt ad tēpus. Hæc vox Catholica est. Illorum autem vox, qualis est, non intelligentium, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant? Ne tangas immūdum: & qui tetigerit immūdum inquinabitur. Separemus nos, ne cōmisceamur malis. Et nos illis, Amate pacem, diligite vnitatem. Nescitis à quam multis bonis separemini, dū quasi malis calumniamini. Furiunt, sæuiunt, quādo ista dicimus, nā quærunt, & mortificare nos. Apparuerunt sæpe impetus eorum, apparuerunt insidiæ. Cùm ergo inter insidias eorū viuimus, & quib⁹ dicimus, amate pacē, aduersantur nobis, nonne vox ista nostra est, cū his, qui oderūt pacem eram pacificus?* Pulchrè sanctissimus doctor Catholicas voces designauit, quæ nunquam non sonant pacem, vt semper suspectę sint voces scissionem, & separationem meditantes licet prætextu maioris acquirēdæ sanctitatis. Ergò ex Augustino habent Christiani vndè Catholicas voces distinguant ab alijs: quæ clamat, separemus nos, excludamus à nostro cætu immundos, ne contaminemur, hæc vox apud Augustinū nō est vox Catholicorum; sed est vox non intelligētium, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, cū neſciētes bonos, & probatos excludāt, quos vt malos calumniantur. At vox illorum, qui inter calumnias, inter hostilia tela, inter inimicorum rabies, sciunt sonare pacem, & vnitatem, omnimodam scissionem, & separationem abiurare, hæc vox est Catholica, & proprium stēma ouilis Christiani. In hoc enim Christi spiritus patet, quòd vel inter
Actor. 7. ipsa hostium iacula ostendat se in pace inexpugnabilē. Vide Stephanum Actor. 7. Euangelicam pacem Iudæis annuntiātem, & illā durissimis verbis increpantem, dum ait: *Dura cervice, & incircumcisis cordibus, & auribus vos semper Spiritui Sancto restitistis, &c.* Hęc dum loquitur, ad mortem rapitur, & inter lapidum iactus flexis genibus orat dicens: *Ne statuas illis hoc peccatum.* Quis hæc non miretur? Vndè tam repentina mutatio? Cùm euangelizat, irascitur in aduersarios; diris prosequitur eos, qui resistebant Spiritui Sancto, & vbi lapidari cæpit, mansuetudinis oleo totus manat. Dum loquitur ardenti zelo inflammatur, dum feritur in oleum molleſcit, & totus, vt cera liquatur. Vndè hoc? Sane is erat spiritus Christianus, spiritus mansuetudinis, & pacis, qui vbi plus repellitur ab hostibus, plus se prodit; & manifestat in suis manens. Aiebat D. Aug. in Psal. 132 fatus: *D. Aug.*
Quando debuit plus irasci Stephanus, quando lapidabatur, aut quando audiebatur? Ecce mitis factus est cum lapidaretur, & sæuiebat, cū audiretur. Quare sæuiebat, cum audiretur? Quia mutare volebat eos, à quib⁹ audiebatur. Venientibus in se lapidibus, non victa est charitas, quia vnguentum à capite veniebat in barbam, & audierat ab ipso capite: diligite inimicos vestros, &c. Sanè cū loquebatur Stephanus, volebat Euangelicæ pacis grana terrenis Iudæorū cordibus in seminare, pro quo ferrū illi opus erat, & asperitas, & iustarum irarum flammæ; vbi autem, neq; his admittebantur semina pacis, sed rejiciebantur, & repellebantur, statim in ipso pacis operario spiritus Christianus debuit manifestari, dū inuictā in illo, & inexpugnabilis apparuit pax, & charitas. Vt enim lux in occasione reflexionis plus claret, sic pax Christiana vbi ab alijs rejcitur, repellitur, necessum est, vt in suis plus pateat. Quò respiciebat Psalm. *Psal. 132.*
132. *Sicut vnguentum in capite, quod descēdit in barbam, barbā Aaron.* Alibi dicebat Paulus, quia *Charitas Christi diffusa est in cordibus nostris*, & Psal. 44. de ipsa gratiæ vnctione dicebat, quod *diffusa est in labijs.* Hic autē nō corda meminit, non labia, sed barbam, quasi in nullo magis appareat Christiana charitas, quā in barba. Et cur in barba? Au- *Augusti.*
gust. ibi: *Barba significat fortes, strenuos, impigros alacres. Ergo illud primum vnguentū descendit in illos, qui primos impetus sæculi sustinuerunt. Nā & illi, qui primū in vnū habitare cæperunt, persecutionē passi sunt. Sed quia descenderat vnguentum in barbam, passi sunt non victi.* Apparuit charitatis vnctio descendens in barbam, hoc est, descendēs inter strenuos luctatores, qui quo plures sæculi impetus sustinebant, inter ipsa iacula, Christianam pacem, & vnitatem inuictam, & insuperabilem præseferebant.

Luc. 10. In eadem domo manete: edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.

§. XVI.

Non facile dimittendus locus, in quo primi virtutum processus inceperunt.

AVdis Christi discipulos minimè permitti trāsire à domo in domū, sed vt in prima manere iubeantur? Et cur in prima semper maneāt? D. Amb. ibi fatur: *Iā iā illa moralia, ne de domo ad domū quis vaga facilitate demigret: vt seruemus etiā hospitali in amore constantiam, ne coalitā amicitiæ necessitudinē facile resoluamus.* Hunc habeamus semper affectum erga illa, quæ in bonorū progressu nos prima exceperunt, vt ægrè, & difficulter ab illis euellamur. Quis hæc dimittit, sine dā no? Pulchrè aiebat D. Ber. epist. 273. *Vereor ego ne arbor bona faciens fructū bonū, explantata faciat nullū. Vidimus iaterdum vitē in prima plantatione fœcundum, in secunda sterilē. Vidimus lignum bene plantatū virescere, transplātatum arescere.* Solet equidem situs mutario damnosa esse, & plantis, & animabus; quare sapientius, & diuinius seruatur amor cum illis, in quibus prima adoleuerūt virtutū conamina. Tabernaculum Dei erat apud Israelem, altareq; in illo visebatur consumendis holocaustis; & vt pestem à populo Dominus amoueat, petit sibi erigi altare in area Areunæ Iebusæi, ait enim. 2. Reg. 24. *Cōstitue altare Domino in area Areuna Iebusæi.* Cur relicto tabernaculo, & altari ibi erecto, magis sibi Deus placuit in Iebusęi area? In hac primū Abrahami filium offerētis acceperat Dominus holocaustum, ex quo sic ad illum locum mansit affectus, vt non possit ab illo separari, sed ibi elegerit, & omnia accepta habere holocausta, & inhabitare. Ait Caiet. *In area Areuna vbi Isaac immolādus positus est, vbi Iacob vidit scalā, cū Angelis ascendentibus, & descendētibus, vbi postea ædificatū est tēplum.* Ex quo Deus descendit accepturus Abrahami victimā, in illā terræ partem, non indè diuelli potuit, sed ibi cernitur esse, & ibi habitationē sibi parat. Quē ebibit ex Deo affectum Petrus, dum videns primò in Thabor Eliā, & Moysem, cū Iesu clamat Matth. 17. *Bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula, &c.* Quibus vebis aliqualem Petri ignorantiam, sed & summam eius sapiētiā notat D. Ber. ad Fratres de mōte Dei fatus: *Petrus in eo quidē abreptus sibi, & nescies, quid diceret, quia visa Dei maiestate cōmune bonum intra priuatū sinum visus est cōeluisse, in eo autē præsentissimus sibi, & sciētissimus, quia diceret, quia suauitate eius gustata optimū sibi iudicauit in hoc semper esse.* Nō potuit sapientissimus, & acutissimus pater nō laudare in Petro affectū, quo amaret cōsigi locō, ex quo primū tot gloriæ sorbuerat pocula. Vt hinc discerent viri religiosi suspectā habere migrationem de domo ad domum, hoc est, de Ordine ad Ordinem, sed cum sciētissimo Petro malint semper in illo esse loco, in quo prima gloriæ vēturæ pocula degustarunt. Metuant ij ne fortè transplātati penitus arescant, qui in prima plātatione fructu diuite nobilitabātur: Sed ai; ste in prima plantatione magis arescere, & penè emortuum esse, qua propter amas transplantari. Absit hoc à viro religioso; video enim ficum penè emortuā in vinea, non indè euelli permitti, nec trāsplātari; sed ibi magis excoli, & adhibito stercore in fructū tempora reseruari. Nō facile deserenda prima sunt virtutum cunabula, est ibi diuinę gratię rosspectandus, quo solent reuuiscere etiam arida. Propone tibi ob oculos adolescētē, siue puerum illum, de quo. 3. Reg. cap. 17. Is defunctus erat in gremio matris, quæ Eliā pro filio de pręcabatur, quid tū? Ait textus: *Fulitq; cū Elias de sinu eius, & portauit in cœnaculū vbi ipse manebat:* & poit pauca: *reuersa est anima pueri intra ipsum, & reuixit.* Mortuus erat puer, sed nō ablegatus à sinu matris, quo in sinu anteà fouebatur, & etiam mortuus fouetur, indeq; in Eliæ cœnaculū, & in vitā rapitur. Proh. Deus immortalis, quam hoc verū est! Quoties religiosus etiam mortuus spiritu, dū adhuc nō deserit primū suæ Ordinis sinū, sed ibi manet, in vitam excitatur! Ad hæc elegāter aiebat Gillib. Abb. ser. 16. in Cant. fatus: *Mortuus est, qui vel tædij, vel desperationis mole obruitur, in quo nil est vinida deuotionis, feruidi spiritus: Nō expedit ei extra materni sinus ambitū reperiri, ne fortè nō tollat illū verus Elias in cubiculū suū, &c.* Ego matrem æstimo illum Ordinē, in quo primū virtutis lac sugitur, primò coalescimus in virtutibus, huius sinum, dū teneat, quis etiam si mortuus ibi iaceat, sæpè illum tollet Elias, tollet Iesus, & excitabit in vitā. Ab hac prima matre, vtpotè à vera matre, à gladij acie eripieris, alia quęuis, quæ superuenerit, licet se matrem dicat, verè non est, & sic gladi; s te diuidendum permittet.

Ambr.

D. Bern.

2. Reg. 24.

Caietan.

Matth. 17.

Bern.

3. Reg. 17.

Gill. Abb.

Luc. 10.

Luc. 10. Et in quamcumq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos: manducate, quæ apponuntur vobis, & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: appropinquauit in vos regnum Dei, &c.

§. VXII.

Christiano beneficentia in coniunctiores prius exercenda est.

NOn præteribo mandatum à Iesu discipulis datum de beneficentiæ operibus circa infirmos exercendis; & qui infirmi iubentur nominatim curari? Infirmi illi, qui fuerint in ciuitate excipiente Christi famulos, quippè de ciuitate excipiente discipulos suos locutus Dominus, ait illis: *Curate infirmos, qui in illa sunt.* Etenim Christianissimũ est in beneficentiæ operibus exhibendis, & amicioris, & coniunctioris habere rationẽ. Pro quo accipite D. Greg. Nazian. epist. ad Asterium, in qua illi Nicobulũ commẽdat his verbis: *Quid iustius Deo? Et tamen cũ omnium sit conditor, ac Dominus peculiarẽ sibi facit ac nominat populũ Israelem: nec veretur nobius gratia iniustus nominetur. Quid itaquè mirũ, si & nos, quibus omniũ eorũ, qui sub nostra sunt manu, ac gubernatione, cura cõmissa est, plus, aliquanto cõpletimur filiũ Nicobulum, qnẽ & senectutis, ac morbi curã gerere agnouimus, & cui quasi sulcro, ac baculo infirmitatis nostræ incumbimus. Hunc tibi cõmẽdamus, & per te Principi vehemẽter absurdũ, ac molestũ putantes, si cũ aliy per nos liberentur, idq; in grauissimis causis, & iy quoque, qui nũc cum primis nos grauissimè accusant, hunc ne à calumnia, & violẽtia quidẽ liberare poterimus: & quẽ in alienis causis honorẽ tulimus, eodem in nostris ipsorum potiri nõ liquerit: sed idẽ ferendũ nobis sit, quod oculis accidit, vt cũ alia videant, se ipsos non videant: aut quod fontibꝰ in profundo positis vsu venit, qui cũ proxima, ac cõtigua non irrigent proculdissita irrigant.* Quid pulchrius dici potuit? Absurdũ sanè, & permolestũ est, quòd beneficentiæ fons dissita irriget, & propinqua desinat arere. Quòd dũ extraneis, imò & aduersarijs bene facere debeas, nullã, vel non potiorẽ rationem habeas eorũ, qui obsequio tibi præcipuè deuincti sunt, tibiq; amicum præstant famulatum, vel aliqua sunt tibi coniuncti ratione peculiari. Quod absurdum obijciebat Iesu propinqui eius Luc. 4. dum fantur: *Quãta audiuimus facta Capharnaum: fac & hic in patria tua:* quasi indignum meritò putarent, quòd beneficiẽtiæ fons relictis propinquis, ad remotos transmearet. Quod absurdũ, vt euaderet Dominus: ait. *Amẽ dico vobis, quia nemo Prophetа acceptus est in patria sua.* Non equidem apud extraneos beneficus erat Iesus, quia non habebat rationem propinquorum, & coniunctorũ, sed quia à propinquis non recipiebatur. Si enim propinqui Iesum reciperẽt, paratior erat priusilios beneficijs suis ditare, quàm alios. Pulchrè namq; Glossa fatur ex his: *No ergò viluerat Domini patria, qui amabat ciues, sed incredulitas eorũ, hoc no merebatur* Abfit, quod apud tãtũ Dominum, si meruisset patria, si meruissent ciues, nõ potiorẽ curã inuenirent. is enim est Christianæ beneficẽtiæ fons, qui prius propinquos rigat, & de abũdantia pergit etiam ad remotissimos. Quo circa D. Bern. epist. 273. alloquitur Eugenium Pontifi. Max. vt monesteri s propitium reddat, ex quibus ad Põtificatũ iuit. *Solicitudo, quæ omnibus debetur, nullomodo iys, quibus specialius debetur, substrahẽda est sed propẽsius adhibẽda est. Charitas benigna est, ditare se, non minorare nouit. Colligat sane, & alios, sed nobiscũ.* Itaq; nũquam beneficẽtia ad aliospergat, cum prius repleat eos, qui coniunctiores sunt, arctioriq; obsequij, titulo beneficia reposcunt.

Luc. 4.

Glossa.

D. Bern.

D. greg.

CAPVT IX.

De Arbore bona, & adificatore super petram.

QVid diuina fides nostris in animis causet, ostẽsurus Dominus duo nobis proponit exempla, alterum petitum ab arboribꝰ, alterum ab eo, qui ædificat super petrã. Quippè arbor, quæ bona est, hoc ex sua natura habet, quòd bonos fructus producere valeat; mala autem arbor solũ producit malos. Sic fidelis homo, quantum est ex ipsa natura, & inclinatione præhabitę fidei, adeò bonis operibus efficiendis aptatur, vt communiter in illo bona, & præstantia virtutum facinora videantur, quæ aut nunquam, aut raro, vbi deficit fides, apparent: Fides equidem facit, quod opera virtutis

sint, quibus & ipsa fides roboratur, confirmatur, quasi domus in petra fundata; vbi enim virtutum opera fideli homini deficiũt, quasi puluis à facie venti, sic perit, sic facile euanet.

Matth. 7. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autẽ arbor malos fructus facit.

§. I.

Spectãda est naturæ aptitudo, in eo, cui munus aliquod mandatur.

QVàm ineptè spinas eligeret, qui diuitẽ sibi vindemiam procuraret; tam ineptè ad munus quodlibet inter homines obeũdum sumitur ille, cui nulla est ad id aptitudo naturalis. Natura enim semper spectãda est, & vniuscuiusq; geniũ, iuxta quod decer
Iob 29. nẽda sunt munera humana. Iob cap. 29. *Iustitia indutus sum: & vestiui me sicut vestimento, & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo, &c.* Miraris in Iudice, tàm insignẽ humanitatẽ, qua fieret, & oculus cęcorũ, & pes claudorũ? Vndè à iudice, tã insignia humanitatis facinora manarũt? Ipse ait: *vestiui me sicut vestimẽto, & diademate, iudicio meo.* Quorũ verborum energiam, vt pœnitus calleas, reuoca in memoriam illa alia verba, quibus Dominus prædicit Petro mor
Ioann. 21. tem prorsus naturæ violentiam, & cõtrariã: dicit enim Ionn. 21. *Alius cinget te, & ducet, quo tu non vis.* Itaq, vestiri abalio, est aliquid nrturæ pati contrarium; naturæ autem amicum, & proprium est, quòd se quisq; vestit. Hinc Iob sapientissimus iudicij beneficentissimi munus ipse sibi vestiuit, hoc est, non extrinsecus, sed ex se ipso, & ex propria naturę aptitudine se iudicem designatũ habuit, quo modo debẽt designari vniuersi, qui vtiliter, & beneficenter velint iudicare. Pul-
Chrysost. chrè D. Chrysost. hæc verba Iobi explicans ait in Cat. Græc. *Sed nimirũ, quis eum iudicẽ cõstituit? A se ipso, hoc est, ab ipsa virtute creatus est iudex, quẽadmodum Moyses, tales videlicet decebat esse Principes.* Vtinã ad munera obeũda soli illi assumerẽtur, quos bona naturæ indoles inspecta designaret, fallar, nisi ij optima sui muneris opera præstarẽt. Quis naturę propriè repugnans opus regulariter perfectè cõficiat? Quis nõ perfectissime exequatur iussus munus illud, cui⁹ opera ex sua propria natura amat? Cantatissimus in prælio senti adstat Moyses indepellẽda Ægypti seruitutẽ, Israelitisq; ab Ægypto liberandis, qui sic liberatoris munus adimpleuit sibi à Deo creditum, vt in eo vinceret etiã viros alios maximos. Quid mirum, quod Moyses tantus euaderet in liberatoris munere? Id illi à na- *Exod. 2.*
tura ipsa suggerebatur: quippè Exod. 2. de illo dicitur: *Postquã creuerat Moyses egressus ad fratres suos vidit afflictionẽ eorũ, & virum Ægyptiũ percutientẽ quẽdã de Hebræis fratribus suis. Cũq; circũspexisset hunc atq; illuc, & nullũ adesse vidisset, percussum Ægyptiũ abscõdit sabulo.* A se ipso rapitur in idtacinus, quo Israelitã ab AEgyptio liberaret; hinc bona plãta eligitur, vt liberationẽ ab AEgypto producat fru&ũ naturæ cõsentaneũ. Quòd enim ex propria cuiusq; natura venit, id cer
Nazian. tò sperari cõsueuit in homine quocũq; vt in dè dicat Nazian. epist. ad Eudoxiũ: *Quæ ad naturæ ductu fiũt, plerũq; benè succedũt: quæ verò præter naturã præsumũtur, frustra tẽtantur.* Frustra speratur fructus, quẽ nõ fert arboris natura; frustra in homine opera sperãtur, quib⁹ natura aduersatur, ex quo fit, quod à Deo cõmuniter homines in ea euehantur
Chrysost. munera cuiusq; cõsentanea naturę. Id quod notãs D. Chrysost. hom. 7. de laudibus Pauli immẽsa huius sancti mirat⁹ facinora, inquit: *Vndè igitur Paulus talis enaserit, ac tantus? Et ex proprio videlicet, & ex Dei, & id circo ex Dei, quia de proprio.* Indè regularitercognosces te à Deo vocatũ ad munus, si munus fuerit propriæ cõsentaneũ naturæ; habet enim id Deus propriissimũ, quòd cõmunitergaudeat ex proprijs rerum naturis suaperficere. Nunquã, mihi crede, feret ab homine repulsam, qui eius inclinationi apta petierit. De
Exod. 32. auro, sibi ab Israelitis dato locutus Aaron Exod. 32. ait. *Proieci illud in ignẽ, egressusq; est hic vitulus.* Nõ ipse fecit uitulũ, sed ignis ipse ab aliquo nequã spiritu gubernatus vitulũ efformauit. Sed cur magis vitulus effor matur ab igne, quã alia creatura? Spiritus, qui gubernabat tũc ignẽ nouerat inclinationẽ hominũ ad vitulos, hinc cupiẽs ad effectũ perducere idolũ suũ, illorũ inclinationi seruiẽs illis obiecit vitulũ. Solet enim, siue spiritus malus, siue sanctus Spiritus inclinationes volũtatũ aduertere, ut opera ingerãt sua.
D. Mach. Pulchrè D. Machar. hom. 11. inquit: *Vasa, quæ cõiecerãt in ignẽ, in idola versa sunt, & ita quodãmodo imitatus est ignis eorũ intẽtionẽ. Qua ergò ratione ignis exvasis aureis formauit, & produxit Idolũ: ita Dominus fideliũ, & probarũ animarũ intẽtiones imitatur: & pro volũtate earũ format imaginẽ, quæ tẽpore resurrectionis exterius apparebit, glorificabaq;*

corpora

corpora ipsarũ intus, & extra. Sic ille cõmunirer triumphat spiritus in homine, qui hominis obijciat magis consentanea naturæ.

§. II.

Miraculũ est diuinæ potestatis proprium, quod à peruersa hominis indole nascatur opus salutis.

QVis à spinis speret vuas? Quis à mala radice, à mala hominis indole, peruersoq; ingenio speret dulces virtutis fructus? Id solum speret, qui nouit creatoris potestatem, & infinitudinẽ. In nullo enim alio magis ostenditur creatoris potestas, quã in mutandis rerum naturis. Notissimum est signũ factum in nuptijs, quando aqua mutata fuit in vinum Ioan. 2. post quod hic ait: *Hoc fecit initiũ signorũ Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam.* Vbi aquæ mutata est natura, dein, teq; in saporem vni, non potuit amplius ibi latere creatoris infinitudo, sed ex templo reuelauit gloriã suam. Chrysol. ser. 157. inquit: *Vbi aqua mutauit naturam, mox patefecit authorem, & elementorum creator mutatione reuelatus est creaturæ.* Quibus id maximè expendẽdum venit, quod elemẽtorum creator dicatur reuelari mutatione creaturę. Id forsan Paradoxũ videbatur Philosophis, in quorum Principijs, tum solũ reuelatur creator, cũ denuo ex nihilo producitur creatura aliqua. In alterationibus, & mutationibus etia substantialibus nõ opus creatoris aspicitur, sed quæuis alia ordinaria potestas eos potest motus causare. Nõne hoc Philosophi prædicant? Nonne hoc vniuersa Philosophia clamat? Cur ergò à Chrysologo dicitur creator elementorum reuelatus in mutationibus creaturarum? Equidem vir sanctus spectabat mutatione; illas, quib⁹ homines à mala, & peruersa indole, in salutis fructus reformabantur, quæ mutationes proculdubio sunt solius dexteræ excelsi, in illisq; euidenter patet creatoris potestas maxima. Apud Exod. 17. prouisurus Dominus aqua sitiẽti populo suo ait ad Moysem: *Ego stabo ibi coram te suprà petram Horeb: percutiesq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus.* Se se videndum offert Deus in petra, ex qua aqua producenda erat; sed scire cupis cur in danda illa aqua voluit Deus manifestus videri super petrã? Aqua difficultate facile se expedit Lyppomanus putans productionẽ aquę illius fuisse op⁹ creationis, quòd solius Dei creantis notiam euidentissimam protendebat. Sed & paulò ante cap. 15. prouidit etiam Dominus sitienti populo aquis amaris ingenerans dulcedinẽ, ait enim textus; *Dominus ostendit ei lignũ, quod cũ misisset in aquas, in dulcedinẽ versæ sunt.* Compone modo miraculũ cum miraculo: hic aquæ à maræ in dulcedinẽ conuertuntur, ibi è durissimo, aridissimoq; saxo prosiliunt aquæ: vtrũm maius miraculũ? An non maius miraculum, quòd è saxo educantur aquæ, quã quod amaræ in dulces conuertantur? Sapiẽter id negat Eucherius epist. de Eremo fatus: *Nõ maiori miraculo è saxis aquas, quã ex aquis alias aquas reddit.* Et quidẽ nõ minoris potestatis est, & virtutis mutari in meli⁹ substantias, quã de nihilo creari; quòd verissimũ est in mutationibus mentiu humanarũ. Pro quo dicebat Dauid Psal. 50. *Cor mũdũ crea in me Deus,* quasi ad cordis munditiem restaurandã nulla alia virtus sufficeret, nisi quæ sufficeret ad producendũ de nihilo cor humanũ. Hinc mutationẽ in melius mentium humanarũ inrer cætera miraculosa diuinæ potestatis opera annumerat D. Macbar. hom. 44. fatus: *Qui enim naturã quinq; panũ in naturã copiosam mutauit; & Asinæ naturæ facultate loquẽdi destitutæ vocẽ dedit, meretricemq; conuertit ad tẽperantiã, & ignis vstiuã naturã ad irrigandos in camino existentes aptã redidit, qui leonum agrestium bestiarum naturam Danielis gratia mansuefecit; is quoq; potest animã in suam ipsius bonitatẽ, mãsuetudinẽ, & pacem conuertere.* Quàm miraculosum est, & soli diuinę potestati aptadũ, quod à flamis ros veniat, à feris leonibus mansuetudo; tàm miraculosum erit, quòd mens humana paruæ indolis, ad opera saluti apta cõuertatur. Vnus id potest efficere omnipotẽs creator. Aiebat Ioanes Baptista Matth. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Quibus verbis statim occurrunt verba in præsenti à Iesu data dicente: *Nunquid colligũt de spinis vbas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autẽ arbor malos fructus facit.* Si mala arbor malos fructus facit, ũ spinæ vuas non possunt dare, quomodo verũ erit, quòd saxa producãt filios Abrahæ, aut in eos cõuertãtur? Nũquid cõtraria dixit Iesus Ioanni? Absit: sed Iesus Dominus loquebatur de effectibus, qui accidunt regulariter; Ioãnes de illis, qui rarò accidũt, nec fiũt, nisi ab infinita creatoris potestate, inter quos sunt mutationes deprauatorum mentium in melius, quæ nõ minorem requirunt virtutis causam, quàm lapides si assumerentur ad creandas animas. Vndè dicebat Tertul. lib. de Anima cap. 10.

Ioan. 2. *Chrysol.* *Exod. 17.* *Euchor.* *D. Mach.* *Matth. 13.* *Tertul.*

Nunquã diſcordabunt ſententiæ ſanctæ. Non dabit enim arbor mala bonos fructus, ſi no inſeratur. Et lapides filij Abrahæ fient, ſi in fidem Abrahæ formentur. Et genimina viperarũ fructũ pœnitentiæ faciẽt, ſi venena malignitatis ex pucrint. Hæc erit vis diuinæ grãtiæ potẽtior vtique natura. Neceſſum enim eſt, quòd ſuprà omnẽ naturã ſit virtus, & potẽtia, quæ obſiſtentes, & repugnantes mentes humanas in frugem meliorẽ trahat. Huc refero dicta libr. 14. cap. 22. §. 2. & illa, quibus Caſiodor. exaltat potentiã Chriſti lib. de Anima cap. 19. inquiens: *Noſti etiam bona facere per iniquos: conuertens in adiutorium, quod paratum eſt ad nocendum: potentius eſſe diuidicãs, læſiones ad vtilitatẽ conuertere, quàm cauſas malorũ adicitus amputare. Nàm quomodo beneficiorum tuorum cognoſcerẽtur ſigna, ſi & aduerſæ partis nõ monſtrarentur indicia.* Hæc ille.

Caſiodor.

Matth. 7. Nõ poteſt arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit, &c.

§. III.

Quis fructus metere cupit, vnã æſtimet virtutem, quæ ex fide eſt.

NVllus bonus fructus vnquã decerptus fuit, niſi quẽ dedit virtus fidelis animi; ab infideli enim, non fructus, ſed corruptio, & perditio naſcitur. Pſal. 52. *Dixit inſipiẽs in corde ſuo, nõ eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: nõ eſt, qui faciat bonum.* Expẽde quid præceſſit, antequam corrumperentur, nimirũ præceſſit, quòd inſipienres dixerint. Non eſt Deus, vbi enim circa res fidei naufragauerunt, ſtatim in illis nullus fructus bonus apparuit, ſed corruptiſſimi mores, perditiſſimorũ iniquitates. Aut D. Aug. ibi: *Capit corruptio à mala fide, inde itur in turpes mores, inde in acerrimas iniquitates.* Nullus alius vnquam fructus ab infidelitate demeſſus eſt, quã morum perditio, quàm acerrima iniquitas. Virtutem vnam à Fide venientem amet, neceſſum eſt, quiſquis, & vtiles, & vitales optat percipere fructus. Ideò Paulus ad Rom. 11. ſic monebat infideles venientes ad Chriſtũ: *Tu autẽ cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.* Anteà ſteriles prorſus, nullum bonũ promebant fructum, ſed iam fructibus ditantur plurimis ex quo inſerti ſunt radici boni arboris, nimirum fideli Abrahamo patri credentium. Ita D. Anſel. fatur: *Huius enim arboris radix Abrahã, Iſaac, & Iacob, vndè floruit populus Dei.* Nihil enim floridum, nihil ſucculentum, niſi à virtute, quàm promit Fidei radix. Ab hac vna prouenit, quòd non areſcas in ignem, ſed frugifer fias in vitam. Matth. 8. ait Dominus: *Dico autẽ vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidẽte venient, & recũbent cum Abraham, &c.* Cur recumbẽt, cum Abraham? Cur Chriſtiani regni fructus, vt percipiant, neceſſum eſt, quod recumbant cum Abraham? Neceſſum equidẽ eſt, quòd cum Abraham recumbant, hoc eſt, vt inſerantur opimitati Fidei, ne prorſus ſteriles maneant, ſed veros metant fructus virtutis. Vndè D. Anſel. vbi ſuprà, ait: *Multi, inquit, venient ab Oriente, & occidente. Tam latã terram occupauerat oleaſter, amara ſylua, & ſterilis. Sed qui veniũt, iam præciſi ſunt de ſylua. Vndè inſerendi ſunt, ne areſcant? Et recũbent, inquit, cum Abrahã, &c.* In tota infidelitate nil apparuit non ſylueſcens, & ſterileſcens; dũ ſub infidelitate viuis, nil habes fructiferum, ſed totus ares in ignẽ. Vis nõ arere? Vis non penitus ſterileſcere? Abrahami ſocius fias in Fide, inſerere tantæ oliuæ, cui inſertus etiam ſi oleaſter ſis, nimirùm arbor ſylueſtris, & infrugifera, ditiſſimos indè partu ries vitæ fructus. Non in infidelitate, non in voluptate, non in creatura huiuſmundi, fructus inuenies, niſi in virtute, quę venit de Fide. Quis iam hanc virtutem non amplectatur præcæteris bonis mundi? Pulchrè D. Chryſoſt. in Pſal. 50, admonebat: *Si ergò videris virum, aut mulierem ſpecioſam, ne ad mireris: nàm & robores arbores cum denſæ ſint foliis, & altitudine excelſæ, attamen non habent fructũ hominibus aptum, ſed porcis affcrunt cibũ: vinea autẽ per terrã repens maturũ vuarũ affert fructum: quid ergò vis vineã habere, an arborem? Puto te vineam eligere magis, quæ lætitia eſt ad hominum vſus, quàm arborẽ animalium eſcam.* Cætera mundi bona, quæ cum infidelitate poſſunt coniungi, arbores ſunt, ſed arbores infrugiferæ, vel ſaltẽ arbores, à quibus porcorum cibus colligitur; ſic diuitiæ, ſic voluptas, ſic gloria temporalis; verſũ

Pſal. 52.

Auguſt.

Ad Ro. 11.

Anſelm.

Matth. 8.

D. Anſel.

Chryſoſt.

Fides

Matth. 7. Omnis ergò, qui audit verba mea hæc & facit ea: assimilabitur viro sapiẽti, qui ædificauit domũ suã supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit. Fundata enim erat super petram.

Fides vinea est Pacifico, plãtata in cornufilij olei habens virtutes ad producendos lætissimos, & ditissimos vitæ fructus. Hanc vnam Fidei virtutem quęrat, qui veros amat fructus colligere, in cęteris inuenit, vel nullos, vel fœtidos porcorum cibos. A sola diuina Fide virtutes veniunt, quæ sint veræ arbores vitæ, & rationalis, homineque dignæ vitæ. Propterea Isaias cap. 2. *Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autem Dominus solus in illa die. Quia dies Domini exercituũ super omnẽ superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan.* Expende quo appellentur cognomine mundialia vniuersa bona, nimirùm vocantur quercus Basan, Basan significat ignominiæ arbores, quæ nullum fructum pariunt in horrea recondendum diuina, sed à belluis, & porcis consumptibilem. Pro quo dicebat D. Basilius, ibi: *Profert autem ea arbor fructum, sed qui cedit in alimoniam porcorum; ob hoc nominauit arborem ignominiæ, ac dedecoris, Basan enim interpretatur ignominiam.* Heù quot sunt in mundiali plaga ignominiæ arbores! Quotquot non ex Fide, sed ex appetitus præscripto, ex peccati lege operatur, quercus sunt in summam suam ignominiam fruentificantes belluis, & porcis dantes cibum. An non quercus est, & ignominiæ arbor Princeps ille, qui profusissimus est inmuneranda, ornanda vè cantatrice, siue saltatrice muliercula? An non quercus itẽ est, qui vt placeat hominibus, nulli parcit, vel diuitiarum sumptui, vel periculo salutis? An non ignominæ arbor ille est, qui vt pascat ventos, sanguinem etiam profundit? Sanè hi omnes, & alij quã plurimi non Fidei voces, sed appetitus sequentes quercus sunt, & arbores ignominiæ, & summi dedecoris, vt qui solis porcis aptum proferant fructum. His non absimilis fuit ignominia Samsonis, de quo Iud. 16. *Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* In cuius ignominiæ imagine sic exprimit peccatorem D. Paulinus epist. 4. aiens: *Obsessus tenebris erroris sui saxum cordis sui pertinacia iniquitatis indurãtum, quasi molam versat, farinam hostibus suis de corrupta animæ suæ fruge conficiens.* Quid ignominiosius? Si prorsus sterilis, & infrugifer solis porcis, & hostibus præbet alimentum.

§. IIII.

Alienum est à vili virtute non statim Dei inspirationes operibus exhibere.

PRęclarè dicitur viro sapiẽti assimilatus, qui audita Dei verba statim facit, & operibus exhibet, dilatio enim non virilem animũ, sed fœmineam infirmitatẽ ostendit. Isaias cap. 26. *A facie tua Dñe, concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus, &c.* Mirandum est, quòd vates se inter parturientes annumeret, nunquid partus nõ est proprius fœminarum? Quare sibi partum appropriat Isaias? Cur non magis de fœminis loquitur, quod pepererit? Expende eius verba, & rationem inuenies; ait enim; *Concepimus, & peperimus*, mulieres cõcipiunt quidem, & post nouem fastidia mensium tãdem pariunt; neque fœmineæ infirmitatis est, quòd vbi concipiunt, statim fœtum in lucem edant. Hoc ad virile robur, masculamque virtutem pertinet, quod non differant operibus exhibere, quòd à Deo conceperunt, sed cõceptum Dei sermonem operum statim partus ostendat. Ait Orig. hom. 10. in Exod. *Qui ergò cõcipiũt, & statim pariunt, isti nec mulieres existimandæ sunt, sed viri, & perfecti viri.* Præstãtissimorum virorum id proprium est, quòd Dei sermonem non teneant animo conceptum, sine effectu; sed cum primum faciunt, quòd Deo inspirante conceperunt. Fœmineam infirmitatem, & animum penè muliebrem rectè depingens ait Isaias. 37. *Venerũt filij vsque ad partum, & virtus non est pariẽdi.* Septuag. dicunt: *Venit dolor partus parturiẽti, virtutẽ autem non habet ad pariendum.* Sed cui non est virtus ad pariendum, cùm habet conceptum, viro ne, an fœminę? Explicatus Orig. legit: *Dolores partus venerũt ei, & virtus*

tus pariendi non est in ea. Meritò fœmina,& non vir dicitur,cui est conceptus,& non est virtus ad parturiendum,quando perfecti viri, vel ex hoc virilem suam virtutem ostendunt quod Dei inspirationes statim reducãt ad operum effectum. Pro quo dicebat Orig. in Exod.hom.10. *Perfecti ergò sunt viri, & fortes, qui statim, vt concipiunt, pariunt, id est, qui conceptũ fidei verbum, in opera producunt. Anima autẽ, quæ cõcepit, & in ventre retinet, & non parit, ista mulier appellatur, sicut & Propheta dicit. Dolores partus aduenerunt ei, & non erat virtus pariendi in ea.* Abſit omnis mora in virtutibus exercendis ab eo,qui fœmineã cauet infirmitatẽ;ferant vterũ molles fœminæ;viri enim nõ tumenti vtero,sed frequenti operum partu nobilitantur. Matth. 24.futurum iudicium memorãs oras Dominus,vt illius iræ fugã suis persuadeat,dicit: *Væ prægnantibus,* quasi illa infirmitas debeat timere extremã calamitatem, quæ longum portans vterum,nũquam partu nobilitatur. Ex quo D.Ber.epist.105.Romanum subdiaconum commonefacit; *Quid tardas ipsum, quem iam dudum conceperas spiritum parturire salutis? Væ prægnantibus in illa die. Si superuenerit, & præuenerit hunc salutiferum partũ: heù perfodiet domum sanctum germen extinguet.* Præconcepca vota,inspirationes diuinæ, quas nunquam ad effectum perduxisti, non auxili,,sed damni solent esse in illa die, vt quæ magis solicitent diuinam iram.

Orig.

Bernar.

§. V.

Durities,& asperitas vitæ hominem suauiter confirmat.

PArum timeat lapsus,necessum est,qui supra petram ædificat,qui de petrę firmitate roboratur. Nunquam enim petra, hoc est,durities,& asperitas vitæ non præcauet lapsus. Fœlix ille,qui non mollem,& delicatam amplectitur vitam, sed Christianæ disciplinæ lapideam,& asperam,hanc sanè habebit pro muro inexpugnabili, pro firmissimo,& suauissimo sustẽtaculo, ne labatur. De viro iusto aiebat Isaias.33. *Iste in excelsis habitauit, munimẽta saxorum sublimitas eius.* Expẽde vndè constantissima iusti viri sublimitas nascatur,nimirùm ex saxorum munimentis. Nunquam enim non sublimis appareret qui duritiem, & asperitatem vitæ amat, fugens mel de petra oleumque de saxo durissimo,quærens animi dulcedinem,& virtutem in asperitatibus Christianæ obseruantiæ. Ad hæc dicebat Gilliber.Abb.ser. 26. in Cant. *Bona sunt munimenta saxorum, si tamẽ talia sint, de quorum possit duritia, & mel, & oleum elici. Et quidẽ ipsa obseruantiarũ durities, & petra disciplinæ frequenter largos effundet riuos olei, & mentis faucibus dulcedinẽ deuotionis ministrat ordinis quidã lapideus rigor.* Nõ ea est lapidea Christianæ disciplinę durities,quæ nesciat fundere etiã riuos olei, & melleã dulcedinẽ instillare. Quin potius lapideus vitæ rigor sic suam quadam dulcedine olet mentes tenere humanas, vt minimè ad sæculares mollicies dilabamur. Quò refero illud Deuth. 32. *Constituit cũ super excelsam terram, vt comederet fructus agrorũ, vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.* Alij apud Glossam interlinealẽ legunt, *oleumq; de firma petra.* Quòd minimè fuisse completum in populo Israelitico notat D. Greg.hom.26.in Euangelia, quando enim Iudæi de petra mel sumpserunt in deserto,siue in terra promissionis? Christiani tamen de petra mel sugũt,quoties de lapideo rigore disciplinæ Christianò,de austeritate vitę suauiter,& fortiter cõfirmantur. Proh quoties, quæ horretur lapidea disciplinæ durities dulcissimos stillat latices,qui & robur, & firmitudinẽ inferũt corporibus humanis! Ad hæc suauissimus Ber. epist.106. *Vtinãsi quam mihi guttam quandoquidẽ de pluuia voluntaria, quam segregauit hæreditati suæ pauperi Deus, mox eã tibi possem refundere. Experto crede, aliquid amplius inuenies in syluis, quã in libris. An non putas posse te fugere mel de petra, oleũq; de saxo durissimo? An nõ montes stillant dulcedinem, & colles fluunt lac, & mel, & valles abundabunt frumẽto?* Fallitur, qui putat sub durissima Christi disciplina totũ esse felleu,& amarissimum: totum arduũ, & plenũ præcipitijs;manat etiã melle Christiana durities,& sæpè de petra melle suauiã tur,& saturantur,qui asperitatem Christianam amplectuntur. In Prouerb.cap.6.dicit: *Vade ad formicam, ò piger,* in formica laborẽ & sudorem,durissimamque obseruantiã indicens: & penè immediatè Septuag.in Aldinis,& Vaticanis codicibus posuere. *Vadò ad apem, & disce quomodo operaria est.* Vix nos formicis inspiciendis addixit,& statim apũ etiam proposuit officia. Et cur formicę operibus apum operationem immiscuit? In formica horridus labor,lapidea disciplina visitur,in ape dulcedo,& mellificium ostenditur,vt credatur structus labor semper dulcedinem parturire. Id quod ponderans D. Ephrem in Ascetico fatus: *Et post formicam apis. Acerbitatem enim laborir dulcedo quietis excipit, & asperitatem vitæ, gaudium. Nisi viles, atque*

Isai.33.

Gilliber.

Deuth. 32

Bern.

Prouer. 6.

Ephrem.

atque abiecti formicarum instar extiterimus; vt apes non erimus industrij; Nunquam labor dulcedinem non parit, nemò in Christiana disciplina est assiduus,& constans,qui non sugat mel de petra; vt formica in laborando,& sustinendo fuerit,simul, & apis erit, quæ dulcedine fluat.

§. VI.

Permanentium bonorum spes, quasi possessio est illorum.

MEritò dicitur ædificare domũ suam supra petram vir sapiens, qui omnes suas spes collocat in Christo, petra enim, teste Paulo,Christus est. Et iure de præsenti dicitur,quòd domũ suã ędificat,ex quo enim cæpit spectare firma,& permanẽtia bona Christi,iam quasi possessionem illorũ habet, & habitat in illis. Ad hæc dicebat Oseas cap. 2. *Et habitare te faciam in spe:* vbi enim sperare incipias æterna,iam te reputa habitare in illis. Sed quomodo habitationem nobis facit in spe? Qui enim habitare sperat,nondũ habitationem habet,cùm spes nequeat esse de præsentibus,cur ergo dicemur habitationem habere,quàm adhuc speramus? Hoc habent æterna,& permanentia bona,quæ etiã sperata in præsentem habitationem,& possessionem transeant. Hinc Theophylactus pulcha paraphrasi ait: *In patriã te collocabo, ac bonas tibi spes suggeram.* Ecce tibi componit spẽ cum habitatione patrię,quasi ex eo, quòd incipiat spẽ habere habitãdæ patriæ, iam cernat se in patria collocatum. Aiebat Paul.ad Ephes.2. *Conresuscitauit,& consedere fecit in cœlestibus in Chrsto Iesu,vt ostenderet in sæculis superueniẽtibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos.* Nondum erat mortuus Paulus,adhuc in mundi arena luctabatur,& iã se putat considere in cœlestibus,& cur se in cœlis sedentẽ iã prædicat? Per spẽ,quã habet in Iesu,quæ enim in illo æterna,& firma bona spectãtur,ea sunt,quæ iã in possessionẽ transisse videãtur. Id quod notans Ansel.ait: *Faciet ergò nos sedere,cum Christo,quia faciet iudicare cum illo. Imò cũ eo iã nos resuscitauit,& cum eo sedere fecit in cœlestibus,quia quamuis corpus nostrum nondum ibi sit tamen spes nostra iam ibi est.* Et quidem quidquid de æternis Christi bonis pes nostræ spei calcauerit,non solum erit,sed iã nostrum est, & quasi illud habemus in potestate. Accinit D.Greg.lib.6.Mor.cap.10. fatus. *Fortasse Paulum exterius tũc catena re ligabat,mente tamen in sublimibus positus fuerat,quia iã per spei suæ certitudinẽ in cœlestibus sedebat.* Æternorum spes hoc habet singulare,& præstantissimũ, quod faciet nos illa possidere,vt dicat Paulus ad Ephes. 2. *Ergò iã non estis hospites,& aduenæ; sed estis ciues sanctorũ,& domestici Dei, super ædificati supra fundamentũ Apostolorum,& Prophetarũ ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Expende ex quo iã non hospites,non inquilini simus,sed domestici,& possessores habemur;nimirùm ex quo super ædificamur lapidi angulari Christo,idest,ex quo dimissis transitorijs omnibus, omnes spes nostras in Christo Dño collocamus. Quòd innuens Chryso.ibi ait: *Domestici,inquit,Dei. Quòd illi habebant ab initio post tantos labores: hoc vobis rectè successit per Dei gratiam. Ecce spes vocationis.* Hæc est æternorum espes, qua præhabemus,quæ æterna sperantur.

Oseæ 2.

Theophyl.

Ad Eph.2.

Ansel.

D.Greg.

Ad Eph.2.

Chrysost.

§. VII.

Id solum securissimè habebis, quòd Christo Dño dederis.

SEruatur ædificium supra firmam petram fundatum;sic cum Christus Dominus petra sit,quidquid illi impenderis,hoc tibi seruatum securissimè habes. De mundialibus hominibus locutus,ait Psal.75. *Dormierũt somnum suum omnes viri diuitiarũ,& nihil inuenerunt id manibus suis.* Immensos penè habebant diuitiarum thesauros,quos vel vnus somnus à manibus exsufflauit; sed qui fieri potuit,quòd man⁹ tot diuitijs breui in somno possint vacuari? Nõ erant ibi Christi manus,quæ solæ securum seruant,quidquid illis traditur. August.ibi: *Nihil inuenerunt in manibus suis,quia nihil posuerũt in manu Christi.* Quidquid Christo Domino non exhibetur,totũ deperditur,& breuissimo tempore auolat. Vna est Christi manus,in qua, & secura,& tuta sunt omnia humana. Quò respiciẽs Paul.ad Coll.3.ait: *Quæ sursum sunt, quærite,vbi Christus est.* Non contentus persuadere nobis, quòd superna quæreremus, illud insuper addidit,nimirùm,*vbi Christus est.* Et cur addidit illud? Pulchrè D.Chrysol. ser.23.indigitat rationẽ: *Vt tali custode dormias tu securus: quia vbi ille est,ibi locus nullus est furi.* Nulla bona nõ sunt, & furibus, & latronib⁹,& perditioni obnoxia nisi quæ seruantur sub custode Christo. Vbi ille non est.etiam si paradisus sit, latrones admittit, qui bona vniuersa hominibus eripiãt,adeò

Psal.75.

August.

Al Col.3.

Chrysol.

vt

vt vel ad breue somnum nihil inueniãt omnes viri diuitiarum in manibus suis. At vbi Christus est, nullus ibi locus est furi, omnia sunt tibi integra, & secura. Ignorat virtutẽ Christi, qui timet aliquid in illo patere furibus; vndè Magdalena Ioan. 20. nondũ satis docta de Christi virtute, cùm vacuatum cerneret sepulchrũ, plorabat sibi ereptũ Christũ: cui Dominꝰ, inquit. *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Sciebat Dominus quem Magdalena requirat, cur ergò ab ea interrogat, quem quærat? Vt ostenderet illam prorsus insciam esse Christi virtutis, dum illũ quasi furto sibi reptum deplorat, qui nulli potest patere perditioni, nulli furto. Ad hæc D. Amb. ait: *Bene addit. Quem: non quo iste dubitet, quem requirat: sed quia illa, quem quærebat ignoret. Non enim Christum quærit: quem putat raptum* Non equidem is est Christus Dominus, qui vbi ipse est, locum dari furibus permittat, sed omnia integra seruat, & secura suis hominibus. Quæcumque sine Christo habes, & furibꝰ, & perditioni subiecta sunt; quæ autẽ habes in Christo ei exhibita, nec perditionẽ metuũt, nec ruinam. De quo vide lib. 4. cap. 6. §. 7. & cap. 1. §. 17.

Ambr.

Matth. 7. Et omnis, qui audit verba hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina magna.

§. IX.

Tẽporalia bona occasiones sunt perditionis.

CVr malè non pereat, qui fluxis his, instabilibusque mundi nititur bonis? Sola æterna, & stabilia sunt bona, quæ saluant homines, ab his dum deflexeris, caducis, & volubilibus mundi arenis hæseris, te ruina, & perditio expectat. Psal. 134. *Absorti sunt iuncti petræ iudices eorum.* Iuncti petræ absorbentur, cur nõ magis seruantur à petra? Cur cum iuncti essent firmissimæ petræ, tàm facile rapiuntur in interitum? Non erant suprà ipsam petram, sed in vicino, nimirùm in loco arenoso, & mobili fundati, quandoquidem locus saxis fluminum vicinus arenosus est; nec iubet petræ vicinitas, quominus arena cũ suis, nõ maneat absorta. Pro quo eleganter Arnobius ibi ait: *Si super petrã essent non poterant absorberi. Nunc autem fundamẽtum petræ solidæ relinquentes, iuxta ipsam petrã fabricant in arena, vbi nidos suos constituẽtes, cùm suis paruulis absorbentur.* Vbi a soliditate petræ defectis, vbi à firmissimis, & permanẽtibus Christi bonis separas metem, vt illã in arenã figas, quid aliud expectas, quã absorberi. Sanè caduca vitæ arena, mobilia huius vitæ bona, plus seruiunt perditioni, quàm saluti, imò vbi inimicus noster bona hæc habet, quæ obijciat homini, de fortissimis etiam, cõstantissimisque viris sperat reportare victoria. Habacuc cap. 1. de hominum hoste loquutus, ait: *Ipse super omnẽ munitionem ridebit, & comportabit aggerẽ, & capiet eam.* Nihili æstimat munitiones, firmissimos, & altissimos muros ridet, vbi circa comportare aggerem potest. Sed qualis, & quantus hic agger est, quo adducto de munitissimis etiam triumphet hominũ hostis? Propone tibi ob oculos tritum illum militarẽ aditum, quoad superandos altissimos muros, capiendasque ciuitates strenui duces facere solent. A cuncto exercitu comportatur arena, comportatur terra, adeò vt iuxta muros fiat ingens agger, quasi sublimis cacumine mons, cui superpontus hostis facili negotio omnia debellat, expugnat vniuersa, donec reportat victoria. Sic animarum hostis, dum videt firmissimas hominum munitiones, dũ videt homines altissimis circũcingi muris cœlestium virtutũ, hoc in primis procurat, nimirùm mobilium bonorum arenas comportare, cumulare, mentibusque humanis obijcere, quòd si hoc efficiat, quòd mobilium rerũ desideriũ, & cupiditatẽ inserat, statim omnem munitionem ridet, & gloriatur se habere miseram animã captiuã. Quò respiciens Theophylactus ibi ait: *Omne munimentum occupat adducto aggere. Etenim aggerem terrestrium curarum iaciens, & excitans obsidet humanam mentem, & capit.* Quã humanã mentem non capiat hostis, non absorbeat, dum liceat illi admouere mobilium bonorum aggerem? Caue tibi homo ab arenosis mũdi bonis; caue tibi à terrenis his lucris, desuperadstat hostis, qui te perimat, qui te raptet. Ad hæc si spectas, maximum erit, si tibi aliquid præstare possint ingentia Dei magnalia. Ægyptij homines, si qui alij, summam Dei potentiam supra se viderunt, imò & decies fulgurantem Dei hastã in se ipsos

Arnob.

Habacuc.

Theophyl.

contor-

contortam sustinuerunt; nec tamen eò adducuntur, vt Israelitas dimitterent. Cur Ægypte non magis Deum Israelis reuereris? Cur tanti Dei magnalia non magis suspicis; Cur potestas illa, quæ potuit solem obtenebrare, fluminum fluctus sanguineos reddere, tuum in Israelitas animum nõ mollescit? Spectabat Ægyptus in Israelitis temporalia lucra, quando quidem eorum labore lateres habebant, quibus domus cõderentur; quòd lucrum spectantes nihil curant Dei magnalia, Moysis miracula videre. De quo sapienter Chrysost. hom. 76. in Matth. aet: *Ægyptij Moysi facienti signa, vt lutum solummodo, & lateres haberent, non auscultarunt.* Proh temporalis lucri amor! Miseri homines, vt lutũ, & lateres sibi acquirerent, nihil æstimãt Dei magnalia; imò sese decem subijciunt plagis, ne vel minimum, & vilissimum lucrum abijciant à manibus. De hoc lucro, quod sibi ex Israelitarum labore Ægyptij acquisi vere loquitur Moyses Exod. 1. aiens: *E Adificauerũt vrbes tabernaculorum Pharaon, Phithon, & Ramasses:* quòd si harum vrbium significationem spectes, Phithom interpretatur, *os abyssi*, vel *subito*: neque id sine mysterio, sed vt pateat, quæ sint vniuersa lucra temporalia; quales sint terrestrium bonorum vniuersæ substantiæ, à quibus solus subitaneus interitus, & abyssos potest expectari. Vndè sapienter ait Petr. Dam. lib. 8. epist. 12. *Phithom interpretatur os abyssi, vel subitò. Quisquis enim iuxta Pauli sententiam, suprà fundamentum, quòd est Christus Iesus, ligna, fœnum stipulam ædificat; quale cuiusque opus sit, ignis probabit: & quò magis in altum hæc carnalis vitæ structura subrigitur, tanto proclinio velut in abyssi voraginem mersa, subito dissipatur. Bene ergò dicitur, & os abyssi, & subito: quia de carnalis vitæ culmine non segniter, sed citò corruitur; & illud est os abyssi, quod ascensus videbatur esse fastigij.* Ecce qualia sunt omnia temporalium bonorum culmina; quæ celsiora putantur, non tàm celsitudinem, quàm immẽsas habent voragines; qui temporalibus bonis subnixi substolli magis apparent, nihil distant ab ore abyssi, à subito, & ex temporaneo casu. Fœlix ille est, qui terrena omnia bona prorsus despicit, vt amplectatur paupertatem Christi: de quo ait Cassiod. lib. de Anima cap. 19. *Verè omnipotens, qui & ipsas miserias fecisti potentes. Nullus regũm gentibus tuis par est. Nullæ purpuræ piscatorum tuorum retibus adæquantur: quando illæ in mundanas tempestates impellunt: hæ ad litus æternæ securitatis adducant.* Sic ibi.

Chrysost.

Exod. 1.

Pet. Dam.

Cassiodor.

CAPVT X.

De filijs sponsi, & panno rudi.

QVEM non tangat inuidiæ rabies? Sanctissimi etiam Ioannis tetigit discipulos, qui vt Christi Scholam morderent, suáq; præferrent, sua iactantes ieiunia, cibis plenos Iesu accusabant discipulos. Hos Dominus defendit duplici similitudine, nimirùm, quòd in nuptiali domo minimè spectandæ sunt vacuæ mensæ, sed plenæ; & quando ipse à Ioãne sponsus dictus est, veniẽs, vt sponsam sibi acquirat, non mirandũ, quod intereà eius familiares conuiuijs instent. Insuper, nunquam firmiter pannus nouus veteri panno assuitur, & ideò facile ipse Dominus permittebat suis vetustam seruitutem abigere, vt quos ad noua, & splendida erat statim deducturus.

Matth. 9. Tũc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant?

§. I.

Præstãtissimorũ virorũ virtutes reproborum gregibus sociantur, vbi illos inuidia tangit.

VIde illos sanctissimos, religiosissimosq; Ioannis discipulos, quali se gregi coniũgant, nimirùm Pharisæorum gregi; audieãt equidem Pharisæos à Ioanne vocari gemimina viperarum, gregemq; venturę irę prorsus obnoxium, & nihilominus se Pharisæis non dubitant associare. Ex quo tãti viri, tantæ scholæ discipuli, in reproborũ hominum societatem abire non causantur? Ex quo inuidere cæperunt Iesu discipulis; inuidia enim non sinit mancipia sua nõ abire in reproborum societatem. Vndè apienter ad hunc locum ait Chrysol. ser. 31. *Cùm discipulis Ioannis, quæ societas Pharisæis? Nisi quia inuxerat inuidia:* quasi non potuerint Ioannis

Chrysost.

nis discipuli reprobis, & deploratis Pharisæis non copulari, ex quo inuenitur inuidia pulsari Pro quo dicebat D. Ansel. lib. de Similitudinibus cap. 25. *Magis puto eius saluationē sperādam, qui parum boni facit, & benefactis aliorū fauet, quàm illius, qui multa, & inuidet.* Meritò Ansel. non tàm separat à reproborū grege eximios virtutum patratores, si inuidia tangantur, quàm illos, qui & si pauca efficiant, nulli tamen inuident fratri. Cui subscribēs Chrysost. hom. 7. ad Roma. ait: *Ob hoc certè, vt signa quis edat, vt virgo permaneat, vt sobrius sit, vt humi etiā decubet, atq; eiusmodi virtutibus, vel ad ipsos Angelos accedat, omnium tamē sceleratissimus fuerit: hoc vitio inuidiæ, si laborauerit, & adultero, & scortatore, & prædone, & sacrilego iniquior.* Quod si miraris, quòd inuidus habeatur adulteris, & prædonibus peior, etiam dū magnis virtutum facinoribus fulgeat, id statim euidentissimū cēsebis, dum è prędonibus & adulteris non paucos tibi salutis cādida prę fulgētes sacræ literæ ostendant; verùm ex inuidis vix vllū ibi lego, qui ad reproborum gregē non descenderit. Dauid adulter, & latro in cruce obtinuit veniam: Saul, Esau, Cain inuidi dantur reprobis. Id quod notās D. Chrysost. hom. 44. ad Popul. fatur: *Siue miserearis, siue vigiles, omniū es scelestissimus, cùm inuideas fratri, & hoc illinc est manifestum. Quidam olim apud Corinthios fornicatus est, sed accusatus fuit, & breui correctus. Abeli Cam inuidit, sed sanatus nō est: quin & Deo statim ipsius vlceri curā afferente magis intumescebat, & fluctuabatur, & ad cædem properebat. Ita hoc vitiū illo peius est, nec medicinæ, quācumq; adhibuerimus, facile cedit.* Omni alio morbo insanabilius est inuidię venenū; hoc, qui biberit, summā, & penè deploratā pernitiē in se retinet. Ait enim Apoc. 12. *Væ terræ, & mari, quia descēdit diabolus ad vos habēs irā magnā.* Sapienter terra vniuersam deplorat; illique vltimū, & extremū annuntiat væ; vbi diabolus iram suam magnā super eius effuderit habitatores. Sed quæ est hæc ira magna diaboli, per quam sic insanabiliter inficitur terra? Rup. lib. 7. in Apocal. ait: *In quo ira eius, quàm nunc habet sic descendens, discernere possumus, quòd verè magna sit coparatione eius iræ, quàm prius habuit? In eo videlicet, quòd prius vos faciebat errare per ignorantiā, nunc autē facit vos blasphemare per inuidiam. Hæc est ira magna, inuidia maligna vobis inspirata.* Nullum maius malum diabolus hostiliter infundit visceribus humanis, quàm dū illis inuidiam inspirat; quot inuidia inficit, tot numerat inter deploratos. Nullius, mihi crede, fide virtutibus, si incipis inuidia laborare; hęc enim celsissimos etiā spiritus, maximisque gratijs ornatos dedit ruinæ insanabili, cùm alioquin ab aliorū vitiorū fæcibus plurimi cernatur in cœlestia euolare. Ait Dominus Matth. 8. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriēte, & Occidente veniēt, & recūbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorū: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Sed cur eum Idololatræ, & scortatores, & impij vocantur ad regnū; filij regni prorsus excluduntur? Si scelera filios perdunt, nonne idololatræ illi erāt sceleratiores? Maximis erant Pharisæi inquinati sceleribus, fateor; sed gentes proculdubio maiora scelera habebant: insuper inter Iudæorum scelera; multa etiā visebātur virtutum opera; ibi vera religio: & cultus religiosus; ibi innumera Dei Dona; ibi antiquorum exempla, & auxilia: ibi pia ieiunia, orationes, sacrificia sancta, & oblationes: de his omnibus nihil apud gētes, sed scelus, & scelus, tyrannis, & rabidissima persecutio bonorum Cur ergò ex adeo sceleratis gentibus, tot examina renatorum cœlestia pertingunt, & filij regni eijciuntur foras? Sanè nihil grauius in his inuenio, quàm inuidiam; hac, quia caruerunt sanabiles factæ sunt nequissimæ mundi nationes, & religiosi filij regni propter illam deploratum, & insanabilē incurrerunt morbum. Quò respiciens D. Chrysost. hom. 41. in Matth. ait: *His profecto de causis fornicatores, & publicani ad cœlos cōscēdere potuerūt, obsceno autē inuidiæ vitio laborantes à regno cœlorum exciderūt: filij autē, inquit, regni eijcientur foras: Præterea omni prauitate illi ex animis expulsa, ea, quæ nunquā sperarunt, facile nacti sunt. Pharisæi autē, vel ea, quæ retinebant, bona penitus amiserunt: neque id iniuria. Nàm inuidia pestiferū malū hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immanissimum conuertit.* Quis nō paueat hūc inuidiæ morbum, qui non parcit sanctissimorum hominū scholis; imò, & inter virtutibus conspicuos grassatur, & filios regni infalibiliter perimit, ad reproborūque spirituum trahit sortem, quando ex alijs nefarissimis vitijs plures liberantur, & ad æternas euolant mansiones.

D. Ansel.

Chrysost.

Chrysost.

Apoc. 12.

Rupert.

Matth. 8.

Chrysost.

§. II.

Laudū propriarū honorisq; blādimenta etiam præstantes viros solent inficere.

NOn mirarer Pharisæos in ieiuniorum suorum venire declamationes, atquod Ioannis

Ioanis discipuli, tàm Angelici præceptoris assectlæ, sua etiam ieiunia decãtẽt, hoc mihi maxime venit admirandum. Proh conditionem humanam. Vix homo est adeò præstãs, quem non inficiant blandimenta propriæ laudis. Pro quo merito sapiẽter D. Chrysost. hom. 2. ad Titum. *Pecunias quidẽ facile quisque contemnet, dum id instituerit. Porrò honoris esse negligentem, laudemque non affectare multorũ, maximo labore indiget. Magnæ Philosophiæ, & animæ cuiusdam Angelicæ, & quæ ipsum verticem cardinis cœlestis attigerit, certum argumentum est. Nullum enim magis pernitiosum vitium est, nulla magis violenta perturbatio, & quæ ita fermè omnibus in locis obtineat, alibi amplius, atque alibi minus, vbiq; tamen.* Nullus locus est, quem pes ambitionis non terat; nulla sanctitatis sublimitas, quæ laudum honorisque affectibus non pateat. Totum nouimus Apostolicum collegium disputans. *Quis eorum videretur esse maior?* Imò post perpetes ad cœlestia volatus, post hominem penè exutum, & indutũ Angelum aiebat Paulus, 2. ad Corinth. 12. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c.* Ecce quid cauetur in Paulo, dum ad cælestia rapitur, dum diuinis inseritur; cauetur sanè in Paulo inflatio honoris, & gloriæ vanæ tactus. Et poterat iam tantus vir, tàm solidis bonis assuetus ad huc honoris temporalis cupiditate pulsari? Poterat ne hostis humani generis de tanto viro victoriam sperare per honoris cupiditatem? Equidem ait D. Amb. alio datus ser. 3. in Psal. 118. *Paulum Satanas instare volebat. Quem Paulum? Illum vtique Apostolum non ab hominibus factum, sed per Iesum Christum. Et penè deceperat.* Quis paulũ penè deceptum amore gloriæ crederet, nisi id Ambrosius affirmaret? Est vtique omnium violentissima hæc gloriæ vanæ perturbatio; & in omnibus fere obtinet, nullum non aggreditur, etiam sanctissimum, etiam ad diuina raptũ. Pro quo dicebat Richar. Victor. lib. 1. de eruditione part. 1. cap. 40. *Sæpe quidam adhuc in ipsa diuinarum reuelationũ specula constituti, apud semetipsos tacitamente superbiunt, tam magna de se æstimantes: iam quo modo alijs innotescere valeant sagaci sollicitudine perquirunt; iam inanis fauoris auram capiant; & illã, quã apud Deum habere consueuerant gloriã veram, in vanam commutãt. De qualibus ait Psal. Mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fœnum. Cũ enim scriptum sit: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, qua istos fani; quid aliud erit vitulus fœnum comedens, nisi humani fauoris appetitus carnalẽ, & temporalem gloriam ambiẽs?* Non solum in Dei schola, sed sub ipsa Dei disciplina, inter ipsos ad cœli culmina volatus, temporalis gloriæ cupiditas solet præstantissimos viros inficere; vt mirũ sit, quòd quis ab hac labe purus existat. De quo vide lib. 2. cap. 7. §. 4. ex Amb. & lib. 3. cap. 4. §. 17. & alibi pluries in hoc tertio tomo, vt ex indice patebit verbo. *Ambitio.*

Chrysost. — 3. Cor. 12. — Psal. 118. — Ric. Vict.

§. III.

Plus incumbẽdum intrinsecis, & occultis virtutibus habendis, vt quæ securiores ambitionis flabris sunt, quàm quæ exterius fulgent.

ET discipuli Ioannis, & Pharisæi sese efferunt suprà discipulos Iesu; quod in se ieiunia videant; vtinam non tantum crederent ieiuni; si non tantum externis his, & visibilibus virtutum operibus fiderẽt: sed illis non omissis plus incumberent internis, & occultis virtutibus habendis, quæ magis elationem reprimerẽt. Hæc fuit semper in Christiana schola præcipua cura, nimirum de habendis intimis animæ virtutibus; vt quæ magis populares plausus fugiant. Ob has laudat Nazianzen. orat. 7. fratrem suum Cæsarium inquiens: *Talibus itaque Cæsarius Philosophatur, tametsi ageret in aula. Talibus què vinebat cogitationibus, quibus etiam discessit soli Deo cognitus, quod maioris esset pietatis, quàm ipse palam præseferret, cui & hominem exhibebat occultum.* Sanè vt vanissime errat, qui externis mortificationis facinoribus detrahit; sic etiam minus sapit, qui non plus negotij tribuit internis & occultis acquirendis virtutibus, hæ namque, & Deo gratiores, & popularis gloriæ puriores, & liberiores existunt. Psalm. 44. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus*; quasi nulla virtus sic Christi regis filios adornet, vt ea, quæ intrinsecus occulta manet. Pro quo D. Pascal. ibi fatur: *Dicit, ab intus, Vbi non vana gloria requiritur, non ostentatio operum demonstratur: non concrepantia labiorum iactantium meditatur, non vllã inflatio mentis habetur, sed totus interior homo tacita intentione, quæ Deo placitã sunt, reuoluit, solummodo ea, quæ ad diuina nouit pertinere mysteria delectatur, & agit.* Securiores, & firmiores sunt virtutes, quæ intrinsecus latent; quàm illæ, quæ & oculis, & plausibus popularibus placent, & patent: Christi sponsa, dum penetralis

Nazianz. — Psal. 44. — D. Pascas.

vmbra latebat, nullũ morbum incurrit, nisi morbum amoris, quãdo ait: *stipate me malis, quia amore langueo*, sed postquam popularibus oculis sededit, quid non patiatur? Ipsa ait Cant. 5. *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Quæ verba afferens, & expendẽs D. Pascas. lib. 2. in Threnos ait: *Quæ profecto si sponsi frueretur intus amplexibus, foris vulnerata non esset.* Si magis studeret virtutibus internis habendis in vulnererabilior appareret; quæ enim exterius fulgent, exposita sunt, & hostibus, & vanitatis vẽtis. Vndè dicebat Paul. ad Rom. 8. *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus.* Expẽde vbi, & qualiter gemant illi, qui primitias spiritus habebant, aiunt equidẽ, *& ipsi intra nos gemimus*, nõ externis gemitibus popularium implebant aures, sed intra se tacita, & occulta Deo suspiria representabant. Quòd ponderans D. Ber. ser. 56. in Cãtic. fatur: *Fuit & in tempore patrum vox ista gementium, sed rara, & penes quemque suus gemitus. Ende & dicebat quis: Secretum meũ mihi, secretum meum mihi.* Et quo secretiores, & occultiores, eo solent virtutes Deo esse notiores, & gratiores. Ideò dicebat Psal. 37. *Domine ante te omne desiderium meum; & gemitus meus à te non est absconditus.* Qua ratione putat nõ esse suũ gemitum Deo absconditũ? An quia crebris gemitibus omniũ aures verberabat? Absit: imò quia intra se gemẽs, cæteris occultũ gemitum Deo exhibebat. Ait D. Ber. ser. 59. in Cant. *Profecto mõstrabat absconditũ esse, qui soli Deo noverat absconditus*, Quàm placeãt Deo occultæ virtutes patet etiam lib. 15. cap. 7. §. 5. & sæpissimè alias, vt ex indicibus constabit.

Cant. 5.

D. Pascas.

Ad Ro. 8.

D. Bern.

Psal. 37.

D. Bern.

§. IIII.

Religiosi instituti, quæ apparẽt imperfectiones minimè mordẽda, vt quæ possint esse virtutis facinora præstantioris.

VTinam hos Ioannis discipulos vniuersi conuenirent viri religiosi; & in illorum errore cauerent affectum illum, quo singuli in alijs requirunt suum proprium bonũ, & in quibus id non vident, se suprà illos maximè extollunt, i nò illos carpũt, & corrodũt. Forsam discalciati, hispidoque sacco induti vellent sic esse vniuersos religiosos, & despiciunt quos laneis, lineisque vident vestitos. Qui piscibus vescuntur, carnium notãt mãducatores, & qui saluti animarum insudat; domi quiescentes clamant ociosos, quando enim Martha nõ capit Mariam otiosam? Sic singuli dum quod ipsi sunt, quòd ipsi habẽt, in alijs non inueniunt, illos crebro murmure confodiunt. Et quãto id errore? Sanè discipuli Ioannis ieiunabant, non ieiunabant discipuli Iesu, & tamen non ieiunãtes habẽtur in eo filij sponsi, quàm gloriam minimè attigere illi ieiunatores. Potest fieri quod dũ tua ieiunia, tuum saccum alterius cibis, & laneis anteponis: dũ tuos sudores alterius otio antefers dicatur tibi à Deo, hic alius melioré partẽ elegit, nõ possunt ieiunare filij sponsi. Et aliquado confusus videas in præstatiori filiorũ sede, quos tua ignorãtia putabat tibi lõgè inferiores. Hinc D. Naziaz. orat. 26. vniuersos aliorũ corteptores monebat. *Hic humilem te præbe: hic nullo cũ tuo detrimento fratrem tibi antepone, vbi condẽnare, & contẽnere, nihil aliud est, quam à Christo exturbare occultumq; triticum, & quidem triticũ fortassẽ te præstãtius, vna cum zizaneis excindere. Quid enim si lippiẽtibus oculis, aut alio quopiã morbo laborantibus, obscurũ solem aspicias? Quid si omnia verti, ac sursum deorsum vẽ ferri putes, ipse nausea correptus, ignorantiamq; tuam alijs tribuas?* Vnum solũ potest quisq; in præsenti, siue vllo periculo præstare, nimirùm quod sibi anteponat fratrem; aliquẽ de Christi schola, de Christi area condemnare, mordere periculosissimum est; quãdo potest fieri, vt pro paleis triticum, & triticũ te præstantius offendas, & pro vmbris Solem impetas, & stabilem montẽ pro ribulo fluẽte contemnas. Fallacissima equidem vtitur regula, quisquis ex suis passionibus vniuersos alios iudicat; sæpissimè enim, quæ in te fomenta vitiorum, in alijs sunt adiumenta clarissimarum virtutum, & quæ tibi æternos parant triumphos, in alijs lachrymanda afferunt exitia. Prudentissime Psaltes 73. *Quãta malignatus est inimicus in Sancto! Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ. Posuerunt signa sua, signa, & non cognouerunt.* Vbi inimicitiæ affectus est, nec sanctitati parcitur: in ipsis iustitiæ exemplis, in ipsis Solis radijs, & nęui, & nebulæ publicantur. Sed expende illud: *Posuerũt signa sua, signa, & non cognouerunt*; indè tota causa fallaciæ est, qui ex signis suis omnes alios iudicãt. Posuerũt sibi salutaria signa, quæ dũ in alijs nõ inueniũt, illos prędicãt saluti cõtrarios. Insuper signa rerum sibi nociuarũ ponunt,

Naziã.

Psalt. 73.

nũt, quæ quia in alijs vidét, illos reputant vitiorũ assẽclas. Sed nõ cognouerũt; miserè in signis suis fallũtur; minimè attingũt veritatẽ, sed & suam ostendũt, siue malitiam, siue ignorãtiam. Ad hæc acutè Gilliber. Abb.

Gill. Abb. ser. 14. in Cant. *Posuerunt, inquit, signa sua signa, & non cognouerunt. Ponunt, quæ non inueniũt. Ponunt, quæ praue posteà exponunt. Signa, inquit, sua. Seipsos enim in signũ ponunt, cum ex suæ prauitatis regula alios metiuntur. Signa, inquit, quasi dicat: tantùm signa, & non veritatẽ. Signa, nõ certitudinis; sed suspicionis. Et non cognouerũt.* Ecce tibi pericula fallaciarum, etiam in virtutum Scholis, dum aliquo modo sibi inuicem cõtrarianturhi ponunt signa sua, nimirùm ieiunia, saccos, piscium continuam escam, & alia huiusmodi, quæ nisi in alijs patentissimè videant, prauè posteà exponunt. Alij è cõtrà, sudores suos in expugnatione animarũ, vigilias in studijs quotidianas in Christo Iesu parturitiones ponunt, quę nisi in alijs cernant, minus probè sentiũt de illis. Quid plura? Sunt qui signa, sibi nociua ponãt, nimirùm fœminarum colloquia, sceleratorum cõsuetudinẽ, esum carnium, lini, aut lanæ vsum; quę signa dum in alijs vident, risui deputant, tales posse in virtutum perfectione stare. Omnes hi vidẽt signa, non veritatem; signa non certitudinis sed suspicionis, & non cognoscunt; imò mi fere falli solent; & dum despiciunt imperfectos, in charissimos spõsi filios impingere solent. Quę enim in alijs signa sunt imperfectionis, imò superbiæ; in alijs sunt signa celsissimarũ virtutũ. Ecce tibi duas virtutum scholas; altera in Esther fulget, altera in Iu-

Esther 14. dith: sed Esther ait cap. 14. *Tuscis, Domine, necessitatẽ meã, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est supercaput meũ, in diebus ostentationis meæ, & detester illud, quasi pannũ menstruatæ, & non portẽ in diebus silentij mei.* Præclarè muliebrẽ mundum, ornatnmq; reputat abominabile signũ superbiæ; illumque sancta fœmina abominatur detestatur. Iam adest Iudith sanctissima etiã, de qua

Iudith 10. dicitur cap. 10. *Abstulit Iudith à se ciliciũ::: Vnxit se mirto optimo, & discriminauit crinẽ capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis inclũditatis suæ, induitq; sandalia pedibus suis.* Sãdalia, vestimenti ornatus, mitra in capite erant Estheri signa superbiæ, & inanis gloriæ; cur ergò Iudith hæc resumit signa? An ex his minus sancta Iudith, quàm Esther apparet? Non ne mollis vestis, lauacra, sandalia, mitra signa sunt superbiæ, & indè detestãda ab omnibus, qui perfectionẽ amant? Sunt equidẽ hęc signa detestanda Estheri; at in Iudith non superbiã, sed incredibilẽ animi fortitudinem, heroicamq; virtutem ostẽdunt, quæ sub illis militat Deo, vt eius hostem facilius prosternere valeat. Sic multa externa, ab aliquibus virtutũ studiosis, ob perfectionis triũphos arripiuntur; quæ non minori perfectione ab alijs dissimulãtur, imò omittuntur, prętextu maioris obsequij diuini. Alij pœnitẽtię opera, & signa in se ipsis ostendũt, vt glorificetur pater diuinus; alij nil magis curãt, quã huiusmodi signa in se occultare, necubi pateant, nec videantur etiã ab hominibus charissimis: & vnusquisq; in suo sensu abundat, donec dies Domini reuelet, qui sint Dei serui, & qui sponsi filij.

§. V.

Iniquissimum est, in te solas virtutes videre, in proximo solos defectus. Religiosi enim animi, magis vident in proximo virtutes, quas ipsi non habent.

MEritò se Pharisæis iniquis adiungunt discipuli Ioannis, vbi in medio ieiunia sua ponunt, & Apostolorum mensas. Aiunt enim: *Quare nos & Pharisæi ieiunamus; discipuli autẽ tui non ieiunant?* Iniquissimũ prorsus est, & iniquorum Phariseorum, propriũ in se solas virtutes, in proximo solos defectus notare. Ieiunabant illi, sed non reliquerant omnia propter Deum: non ieiunabant tunc Apostoli, sed omnia relinquentes, Deum sequebantur, & dum ad comparationem ventũ est; illi solum notãtes in se, quod bonum faciunt; in Apostolis solum notãt, quod minus faciũt: Quid iniquius? Psal. 61. *Vani filij hominũ, mẽdaces filij hominũ instateris.* Theodoretus legit: *mẽdaces filij hominum, vt momentũ stateræ.* Et mirandum, quòd momentum stateræ dicatur mendax, quando ipsum habetur pro regula iustitiæ, & veritatis. Nõne momentum stateræ fidele vocãtur? nõne ipsum est, quod solum in ponderibus spectatur, vt iustum, & verũ põdus capiatur? Cur ergò, cùm momentum stateræ index sit iustitiæ, & veritatis, illi mẽdaces homines, & iniqui comparãtur? Inter ponderum æqualitates faciendas, cum modum seruat momẽtũ stateræ, qui si ad homines trãsferatur, nihil illo iniquius potest excogitari. Cùm enim v.g. aurifex suũ velit ponderare aurũ, accepta statera, in altera bilãciũ solũ suũ aurũ ponit; in altera autẽ solũ mẽsurarũ ferrũ, quid tunc momentum stateræ? Medium stat, nihil, nisi aurum cernens ex vna parte, nihil

Psal. 61.

nisi ferrum cernens ex altera: quòd quidē in comparatione ponderum æquum est, at in comparatio morum, & iniquissimū, & plenū fallaciæ. Quid iniquius ex te sola splēdida, & aurea in medium proferre: ex proximo autem sola obscura, turpia, & indecora? Sanè, qui iustus est, qui Pharisaicæ disciplinæ prorsus alienus inuenitur, nō quērit videre in proximo defectus, ob quos ipse extolla tur; sed virtutes, quibus ipse superetur, vincatur. Paulus 1. ad Corinth. 15. *Ego enim sum minimus Apostolorum; qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Et cæteri Apostoli relicto Iesu in horto fugerant, & Petrus Iesum negauerat: & nihilominus vbi Paulus interse, & Apostolos comparationem facit, hoc solum respicit in illis; quod minimè fuerint Ecclesiā persequuti, in quo ipse maxime ab illis vincitur. Petrus autē. 2. epist. 3. ait: *Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datā sibi sapientiam scripsit nobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, quæ difficilia sunt intellectu.* Persecutor Ecclesiæ fuerat Paulus, at Petrus vbi Paulū meminit, non persecutionem, sed sapientiam, sed studia, sed vigilias in enodandis difficilibus quæstionibus in illo miratur, quo Paulus vincit cæteros. Ad hæc D. Greg. lib. 24. Moral. c. 6. ait: *Ecce Paulus in Apostolis miratur innocentiā, ecce Petrus in Paulo miratur sapientiā. Quid est hoc? Nisi quod sancti viri virtutū cōsideratione vicissim sibi alios præferūt.* Sancti viri in proximis semper ad illorū magnalia confugiunt, quæ minimè in se videntes humilientur. De iusto viro aiebat Iob cap. 33. *Respiciet homines, & dicet peccaui.* Nōsic impij, nō sic Pharisæus, imò vbi hominesrespiciebat, & suas virtutes exaltabat, & hominum numerabat peccata aiēs: Luc. 18. *Non sum sicut cæteri hominū; raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho, &c.* Sic arrogans Pharisæus vidēs homines, in illis numerabat peccata; de se autem dicebat, ieiuno bis in Sabbatho: at iustus homo in Schola Iesu versatus respiciet homines, & dicet peccaui, quia in alijs id solum quod hominem deceat, considerat; in se autem bestiales mille affectus experitur.

Matth. 9. Et ait alijs Iesus: Nū quid possunt filij sponsi luge re, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt.

§. VI.

In Dei parentis disciplina nihil lætitiam æternam afferens potest deficere.

FIlios sponsi vocat Dominus discipulos suos, vt probet illis nihil ad veram, solidamque lætitiā posse deficere: qui enim sub tanti patris amplexu viuit, nequit profectō aliquid desiderare, nequit sub aliquo viuere suspirio. Quò respiciēs Hieremias vbi filio rū multitudinē mærore, & fame enectā depingit, ait Thren. 2. *Matribus suis dixerunt, vbi est triticū, & vinum, cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrū suarum?* Thren. Expēde in cuius sinu deficiunt, non equidē in sinu patris Dei, sed in sinu matrum: nisi enim à Dei patris abijssent sinu, nullum defectum valerent experiri. Ait D. Pascas. lib. 2. in Thre. *Si cum patre essent, aut ad patrem demū redirent, animas fame non exhalarent.* Nihil illis poset deficere si sub tanti patris viuerēt disciplina. Fœlix ille homo est, qui hunc diuinissimum parentē toto affectus conatu amplectitur, exindè omnia sibi abūdare cernet, nihil ad ęterna gaudia necessarium deficere. De charitate ad patrem locutus Paulus. 2. ad Corinth. cap. 13. ait: *Non quærit, quæ sua sunt.* Et qualiter potest ad virtutem pertinere, quòd non quærat, quæ sua sunt? Id magis incuriæ, aut stultitię videtur esse, quā virtutis? Sapienter enim alibi Paulus aiebat: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Inter aliorum salutem quærendam, simul & suam procurabat charitas Pauli, in quo eius maxima elucebat sapientia, cur ergò dicitur charitas non quærere, quæ sua sunt? Sanè qui in Patris Dei viuit charitate, ab eiusque minimè recedit sinu, non eget quærere, quæ sua sunt, cū eo ipso, quod sub tāti patris viuit charitate, omnia sibi ad salutē necessaria parata, & prompta habeat, adeò vt nihil ex illis possit desiderare. Acutè, & elegāter D. Ber. ser. 18. in Cant. fatur: *Non quærit, quæ sua sunt profectō, quia nō desunt. Quis nā quærat, quod habet? Charitas, quæ sua sunt, id est, propriæ saluti necessaria, nūquā nō habet. Nec modo habet, sed etiā abūdat.* Abūdātissimè suppetūt amatori filioque cūq; ad salutem, ęternaq; gaudia sunt necessaria; nō est cur anxius de illo sit, an ieiunet? an vigilet? an oret? sciēs enim quod filio sit spōsi; quod

2. Cor. 13.

D. Ber.

quòd sub tanti patris charitate, & disciplina viuit; procerto habet, nihil ei deficere ex his, quæ ad salutem sunt necessaria, sed omnia superabundare ipsi. Vndè regenerationē filiorū parans Dominus, ait Matth. 28. *Euntes ergò docete omnes gētes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sācti.* Cur maluit dicere in nomine patris, & non potius in nomine Dei omnipotētis? Ideò crediderim ibi non Dei, sed Patris meminisse, vt ostenderetur subtanti patris renatis filijs ex tunc omnia necessaria ad salutē parari, nihilq; ab illis posse desiderari: Quò spectās Chrysol. ser. 68. ait: *Beati estis, qui cæpistis, antè ad patris promptuaria, quàm matris ad gremiū peruenire, ante pastum gregis, quam succū lactis invadere: toto ante victoriarū sonare iubilo, quā vagitu respondere cunarum.* Qui sub tanto regenerantur parente, nihil puerili indigent: non matris gremium, nec lucum lactis non cunas requirunt infantium; ab ipso conceptu promptuaria paterna habent, ex quibus omnium necessariorū percipiunt abundantiam. Proponite vobis ob oculos Moysem, is apud Deum mansit in Sinà quadraginta diebus; nec secum tulit è domo, aliquid, per quod in dies posset sustentari: & nihilominus de illo dicitur Exod. 34. *Videtes autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysis faciem, timuerunt propè accedere.* Hæc verba sic apud Chaldæū sonant: *Viditq; Aarō, & omnes filij Israel Moysem, & ecce multiplicatus erat splēdor gloriæ vultus eius.* Non macie confectus, sed in quādam diuinissimæ gloriæ speciem transmutatus Moysi vultus apparebat. Et cur quando pro quadraginta diebus nihil secum tulit humani alimenti, tàm gloriosus apparuit, tanto lumine micabat facie? Pulchrè Chrysol. ser. 166. explicat causam ait: *Ita Moyses humano defecatus est, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in nostro corporis obscuro, toto fulgeret lumine deitatis: neque intueri eum mortalium visus posset, qui substantia Dei diù pastus tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumēta: vnde didicit corā Deo, & cum Deo commorantibus vitæ subsidia, non deesse.* Expende illud: *cùm Deo commorātibus vitæ subsidia, &c.* quippè vbi Moyses Deo summo parenti ad hæresebat, eius amplexu morabatur, nihil poterat desiderare; non poterat, non habere tantam subsidiorum vitæ abundantiam, qua splendidior esset, & in gloriosiorem speciem transformatus appareret.

Matth. 28.

Chrysol.

Exod. 34.

Chrysol.

§. VII.

Indulgentia, quæ cū patris est coniuncta seueritate, illa salutaris est.

INdulgentiam circa ieiunia Apostolis exhibitam, indè minimè suspectam probat Dominus, quia veniebat à præsentia sponsi in filios, vbi merito, dum sponsum meminit, cauit sponsam nominare. Indulgentia enim spōtæ, id est, matris, ea filios perdit; quæ autē venit indulgentia iuncta cū patris seueritate, ea est salutaris. Thren. 2. *Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, & vinum, cū deficerēt vulnerati in plateis cū exhalarent animas suas, &c.* Non patrem meminerunt, sed matrem, cum exhalabant animas: & matrum pares dum pectunt, exhalant animas: quasi totius ruinæ causa vna fuisset nimia dulcedo, & indulgentia matris. Quòd ægrè ferens D. Pascat. lib. 2. in Thren. ait: *Miserę matres, quæ filios suos ad tantam inopiam longè à patre abduxerunt.* Periculosa est filijs materna indulgētia, quæ frequenter illos à patre abductos in perditionem trahit. Illa indulgētia salutaris est filijs, quæ non matris teneritudinem, sed seueri patris austeritatem sapit. Nunquā pater sic indulget filijs, vt iustam nō admisceat seueritatem, ne indulgētia relaxationem inferat, sed potius in virtute vigorē addat. Sic florētissimus ille Paterfamilias Iob cap. 29. de sua in filios indulgētia aiebat: *Si quādo ridebam ad eos, non credebant mihi.* Miraris Patrem, & patrem grauissimum cum filijs ridētem, imò vt Tygurina legit, iocantem. Nō ne risus, & iocus paternus largam filijs relaxationis præberet licentiam? Absit: imò ait, quod filij paterno risui nō credebant. Sic verus pater componebat risus teneritudinem, condescensum, & indulgentiam; vt hæc nullas habenas filijs laxaret, sed semper sub timoris fræno cohiberet. Quod ibi notans D. Greg. in Moral. ait: *Talis est dispensatio regiminis, vt is, qui præest, & arridens timeri debeat.* Talis est paterna indulgentia, non quæ relaxet, sed quæ contineat: vt indè iam nequeat esse suspecta indulgentia, quæ à Patre venit. Hinc 2. Reg. 13. Dominus ait de Dauidis filio: *Ego erò illi in patrē, & ipse erit mihi in filium: quòd si inique aliquid egerit, arguam illum in virga virorum, &c.* Simul, & patrem se dicit, & flagellum exerit, vt enim sceptrum in manu regem designat; sic pater dulcissimus ostenditur ex flagello filios in salutem ducente. Sed quid cum patre fla-

Thren. 2.

D. Pascas.

Iob 29.

D. Greg.

2. Reg. 13.

gellum? Pater dulcedinem in filios; flagellū iudicis amaritudinem ostendit; cur ergò cū paterna dulcedine Dei, iungitur seruori iudicis flagelium? Pulchrè D. Bern. de gradibus humil. gradu 1. superbiæ, inquit: *At sit tamen ab eius perfectione, vt quia dulcis est, iustus nō sit; quasi simul iustus, & dulcis esse non possit: cū melior sit iusta dulcedo, quām remissa: imò vir tus non sit dulcedo, sine iustitia.* Nequit profectò in patre illo, qui Deus est, aut qui spiritum Dei habet; esse indulgentiæ dulcedo, quin simul sit aculeus districtionis, & seueritatis. Nunquam veri patris dulcedo remissa est, sed stricta, & quæ filios cohibeat, & faciat in virtutem euolare.

D. Bern.

§. VIII.

Fœlicitas hominis, qui in religiosa schola versatur, est, quòd saltim in vltimis cōstitutus ad virtutū facinora confugiet. Non sic sæculares.

FAtetur ingenue Dominus discipulos suos tunc non ieiunare; non adhuc validissima virtutum opera exsequi; & quia tyrones adhuc, & quia infirmi, & quia tēpus nouitiæ alicuius indulgentiæ terebant. Sed nō ideò condemnandi; quia postmodū etiā maxima virtutum, & mortificationis opera ab illis erant operanda. Habent hoc singulare, qui in religiosis scholis versantur; qui licet aliquādo ob humanam infirmitatem minus stricte viuant; aliquo se tēpore relaxēt; tamē posteà saltim in vltimis constituti, vbi ipsum Iesum viderint in iudicem transmutatum, ad virtutum facinora euigilabunt. De Hierosolymitanis ciuibus in Dei schola vers atis, ait Thren. 2. *Matribus suis dixerūt, vbi est triticum, & vinum, cum deficerēt quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cùm exhalarēt animas suas in sinu matrum?* Cú in extremis constituti sunt hi, expende, quid petant à matribus, pro quo clament: nimirùm pro tritico, & vino: ille prodigus apud Lucam cap. 15. post dissipatam substantiam, penè enectus, iā exhalans animā, *cupiebat saturari de siliquis:* Hic, & illi in extremis sunt; hic pro siliquis suspirat; illi non cupiunt, nisi vinum, & panem. Cur ille siliquas, & ij panem, & vinum postulant? Ille homo sæcularis erat, & gentilis, sæculares autem homines, vt vitam instar brutorum animalium instituunt, sic & in vltimis nihil requirunt, nisi alimenta brutorum; tota sua intentione, & cura terrenis istis adhærescunt bonis. At Israeliæ ij, vt potè in Dei nutriti schola, licet propter infirmitatem humanam, laxiorē aliquadiù agūt vitā, tamen vbi in extremis sunt, ad filiorum Dei dapes contendunt, pro solisque habendis cœlestibus soliciti apparēt. De ijs aiebat sapienter D. Pascas. lib. 2. in Thren. *Nō aiunt, vbi est hordeū, aut siliquæ, sed vbi est triticum, & vinū? Norunt igitur, & si degeneres suo vitio, quales eos primū pater genuerit: prodigus autē ille filius cōcupierat saturari de siliquis, quas porci manducabāt.* Sæculares viri eadem in morte etiam tractant, quæ in vita; & vt in vita terrenis inhiant; sic & in morte, tota pro terrenis disponendis apparet solicitudo. Religiosi viri quamuis in vita degeneres, in vltimis saltem patrem sapiunt, & ad bona paterna habenda summà se præparant anxietate. De temporali homine dicitur Iob. 34. *Pāuit sterilem, & quæ non parit.* Non solum sterilis dicitur carnalis hominis vita, sed insuper additur, & quæ non parit. Nonne idē est non parere, & sterilem esse? Cur necessum fuit, postquam affirmauit sterilem esse, & illud addere, nimirùm quod nō pariebat? Vt distingueret carnalium hominum sterilitatem, ab sterilitate eorum, qui sub religiosa disciplina versantur. Est enim sterilitas, quæ nunquam parit: & est sterilitas, quæ licet sero, tamen in vltima senectute habuit partum; cuiusmodi fuit sterilitas sanctarum fœminarum in veteri testamento. Quippè Sara, Rebbeca steriles fuerunt, & nihilominùs in vltimā senectute constitutæ filios conceperunt, & pepererunt. Sic temporalium hominum vita, quæ sterilis est, semper sterilis manet, nunquam parit, nec in extremis constituta sterilitatem abigit, sed quibus cupiditatibus vixit, eisdem moritur. Vita autem illorū, qui sub disciplina religiosa in tabernaculis pastorum sunt, Deumq; sibi desponsarunt, & si sterilis sit aliquādo, saltem in extremis constituta nouit fructus pœnitentiæ parere. In hāc me cogitationem impulit D. Greg. lib. 17. Moral. cap. 3. aiens: *Rectè cum dicitur: Pauit sterilē, protinus adiungitur: & quæ non parit. Quasdam namquè ex sacra historia fœminas nouimus steriles extitisse, & tamē in tēpore extremo peperisse. Caro antē non solū sterilis, sed quæ non parit, dicitur: quia bonas cogitationes gignere, neque in vltimis valet.* Quis homo temporalis nō idem ēst in morte, qui fuit in vita? Licet in vltimis constitutus nescit æternā cogitare, qui totus in hæsit carnalibus, dum vitam ageret. Fœlices illi, qui sub sponsi Iesu disciplina vitam instituunt, ij ad instar Patriarcharum vxorum, quamuis steriles

Thren. 2.

Luc. 15.

Iob 34.

D. Pascas.

D. Greg.

riles sint obiuuentutis ardorem, tamen tempore extremo præstantissima parient virtutum opera, & charitatis.

Mutth. 9. Nemo autē immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouū in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt, &c.

§. IX.

Infirmus animus non statim in supremis, & fortissimis virtutum operibus exercendum.

QVis vetusta, & trita vestimenta nouis assiat? Quis vtres vetustate consumptos feruentibus impleat mustis? Nunquá non habenda ratio infirmæ naturæ, in principio, vt saltem postea ab illa conualescente possint speratri fortia. Similiter dicebat Paul. 1. ad Corinth. 3. *Et ego fratres nó potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondū enim poteratis, sed nec nunc quidē potestis.* Præclarus magister animarum sic tēperauit, & Fidei dogmata, & virtutum consilia, vt non statim fortissima, & præstantissima infirmis proponeret. Sed cur non maxima, & præstantissima statim? Sapienter Tertul. lib. de Monogamia fatur: *Tyrocinium erat noua, & tūc maximè orientis Ecclesiæ, quam lacte scilicet educabat, nondum solido cibo validiori; doctrinæ.* Et quidem suū cuique tyrocinium concedendum est in virtutum consecutione, ne dū infirmo imparia viribus proponuntur, succumbat oneri, & odiosam virtutem habeat. Id quod notabat etiam Nazianzen. orat. 1. aiens: *Quidam lactis alimonia opus habent, hoc est, simplicioribus, & elementalibus doctrinis, nimirùm, qui puerili animi habitudine sunt, recensq; compacti, nec virilē sermonis cibum ferunt: quem siquis illis præter vires admouerit, pristinas eorū vires labefactabit.* Non sic fortia cibaria infirmarum stomachum labefactant, vt animus infirmus subitò raptus ad fortia virtutum facinora labefactatur. Dicebat Cāt. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Et mirabar ego, quod possit dici nimius amor, qui erga Deū est; an summa illa bonitas potest ab aliquo nimiè amari? Ab aliquo forti, & præstanti animo non potest Deus nimiè amari, potest quidem ab infantili, & infirmi animo. Vbi enim adolescētulus es, vbi infantili teneris infirmitate, nisi te in tua infantili infirmitate contineas, nisi à fortioribus, & præstātioribus virtutum facinoribus aliquantisper abstineas, nimiū & periculosè amas. Ex quo D. Ber. serm. 29. in Cant. feruentiores virtutum nouitios carpit: *Vos, qui nuper venistis tangit spiritualis sermo, vestram illam minus discretam vehementiam, imo intemperātiam prorsus nimium obstinatā redarguens. Non vultis esse communi contenti vita. Non sufficit vobis regulare ieiunium, solemnes vigiliæ. Bonum receperatis spiritum sed non bene vtimini eo. Vereor ne alium pro isto recipiatis, qui sub specie boni supplantet vos: & qui spiritu capistis, carne consummemini.* Fortia spiritus opera in infirmo, & infantili corde non tàm incremento, quàm ruinæ occasionē affērunt. Quoties adhuc adolescentulus, adhuc infirmus exsistens ad altiora virorū perfecto rum facinora eleuaris, periculum tibi maximum imminet, nequam primū accepisti virtutem funditus amittas. Monebat Paul. 1. ad Timoth. 2. *Volo ergò viros orare omne loco: leuantes puras manus, sine irâ, & disceptatione. Similiter mulieres in habitu ornato: cùm verecundia, & sobrietate ornantes se, nō intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatē per opera bona. Mulier in silentio discat cū omni subiectione. Docere autem mulieri nō permitto.* Cùm iubet Apostolus mulieri, vt oret; simul iubet, ne doceat, nec miror, quòd infirmum adeò vas ab alto docēdi munere iubeatur abstineri; sed illud notandū est, quòd tūc maximè iubeatur mulier non docere, cùm orare iubetur. Cur cum orare iubetur, docere maximè tunc nō permittitur? Oratio est initiū viæ spiritualis, cùm primum Dei spiritū concipimus, & nunquam periculosius agit infirmus animus, quàm vbi in primo vitutū limine fortiora virtutum cupit pertingere. Ad hæc D. Paulinus epist. 4. *Mulier etiam docere in Ecclesia prohibetur, ne exaltato spiritu decreta sapientiæ audeat intueri, & scientia inflata dissiliat. Non frustra autem hoc eo potissimum tempore fieri non debere Apostolus docet, cùm oret mulier, dicit. Tunc enim venit in spiritus conceptionem: & ideò tunc magis excitat ē natoris inuidiam, cùm in vinum perfectū spirās, exit terminos infirmitatis suæ.* Vbi quæ excedunt infirmitatem fœmineam opera arri-

Cant. 1.

D. Ber.

1. Thre. 2.

D. Pauli.

piuntur, statim hostis adsunt spicula, & grauius fit, euidentiusq; periculum. Quare mo-
Pet. Dam. nebat nouitios D. Petrus Dam. opusc. 13. de Perfect. Monach. cap. 22. inquies: *Studeat hoc etiam nouitius, qui ardua tētans angustum iter ingreditur: vt cum grauari vltra vires cœperit, mox ad latitudine reuertatur. Acus quippe si duris violenter impingitur, nisi ex directione retrahitur, necesse est, vt coacta frangatur: si autem sutor eam more cordonum, & impellit, & retrahit, facile, quidquid obstiterit pertrahit. Sic & nos in nostræ conuersationis initio, dū modo nitimur, modo renittimur, modo per duras per aspera violenter insistimus, modo nos remittendo laxamus, paulatim via panditur, vt omne quod obstiterat, ingenue transeatur.* Seruandi semper sunt infirmitatis termini, vltra quos minimè progrediatur, quisquis velit in virtute stare, imò patientiam in se habeat. & antequam altiora reddat, minoribus, infirmioribusque sese assuefacit. Quò reuoco dicta suprà lib. 1. cap. 10. §. 4. & lib. 6. cap. 1. §. 7. & lib. 9. cap. 2. §. 7. & alibi.

§. X.

Ad perfectionem Christianam pertinet sic aliqua de nouo præstare, vt nihil vetus in illis appareat.

NOn tātùm periculosum est vetusta solum nouis illustrare, sed & indecēs perperfectioni Christianæ semper illis incumbere. Nonnè indecens est præstantissimo aurifici, quod solum vetera assumat ad opus, vt illa illustret, & polliat, nullūque ipse vas nouum vnquam perficiat? Equidem nunquā non dedecori datur artificibus, quod solum resartiendis, reficiendisque vetustis nauent operam, nihilque ipsi perficiant nouū. Quare non miror Christum diuinæ gratiæ opificem aliquando Christianarum virtutū officina exclusisse vetera omnia, aiens: *nemo immittit commissuram panni rudis in vestimētum vetus:* sic enim muneris sui consulebat honori, vt qui nō solum vetera resarciret, sed etiā faceret noua. Hinc pulchrè, & sapienter D. Leo colligit virgineum Mariæ vas omni ex
D. Leo. parte perfectum, & integrū extitisse, vt quod nouiter, & integre fieri maximè decebat gratiæ operatorem, ne potius resartor, quā gratiæ videretur opifex. Quippè ait D. Leo ser. 2. in Natiu. *Oportuit enim, vt primā genitricis integritatem nascens incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris, & sanctificationis hospitium diuini spiritus virtus infusa seruaret, quæ statuerat deiecta erigere, cōfracta solidare.* Expende tanti viri argumentū, & ingeniosum, & doctū: supponit enim, quod virtus diuina statuerat in mūdum venire, vt *deiecta erigeret, confracta solidaret.* Quid tūc? Nimirùm indè eduxit oportuisse, *vt primam genitricis integritatē nascens incorruptio seruaret, &c.* Qualis hæc illatio? Imò quia statuerat cōfracta solidare, magis optaret nihil integrum inuenire: proprium enim est illorum, qui confractis solidandis, reficiendis incumbunt, tunc gaudere cum plura inueniunt cōfracta. Cur ergo cum venerit Deus, vt confracta solidaret, non magis oportuit, vt maternū etiam resarciret hospitium, quā educeret integrum? Sanè si solum confracta solidasset, dedecus vilis resartoris incurreret, primarium se gratiæ nō ostenderet opificem. Quare vt se talem gratiæ opificem ostenderet, qualis erat: vbi statuit confracta solidare, necessum etiam fuit virgineum Mariæ vas sic perficere, vt in illo nil veteris ruinæ intraret, sed omnia noua fulgerent, & integra. Huc respiciat qui quis perfectionem Christianam velit pertingere: vile enim est homini, & periculosum, si solum confractis resartiendis incumbat, nihilq prorsus nouū perficiat. Sunt equidem multi, quorum tota cura est deiecta erigere, confracta solidare, resarcire: & vix adducuntur, vt nouum aliquod virtutis opus efficiant; hi Christiani nominis perfectionem minimè implent, quandoquidem perfectus Christianus non solum confractis vetustate reficiendis instat, sed & prætereà noua, & integra iustitiæ facinora perficere curat. Aiebat iponsa Cant. 7. *In portis nostris omnia poma: noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.* Septuag. legūt: *Noua ad veteres fraterne mi seruaui tibi.* Tres Patres autē ponunt: *Nouas super veteres, nepos mi, seruaui tibi.* Pulchrè in hoc se sponso cōmendat, quòd nouas super veteres seruauit: dū enim veteris testamēti legibus, & spiritu vixit, tota tremēs, & pauida hoc vnū faciebat, vt cōfracta resarciret, peccata ablueret lachymis. Verùm vbi ad Christum accessit, non ibi stetit, sed super veteres resartiones, noua alia virtutis, iustitiæq; opera integra, & perfecta seruauit. Quò respiciens Theodoretus ibi aiebat: *Nouas super veteres seruaui. Veteris enim testamēti præcepta, & noui testamēti mādata, quæ à Spiritus Sācti gratia accepi, seruaui tibi, & depositū integrū custodiui.* Nō solū, quæ veteris testamēti erant præcepta seruaui, spiritu timoris affectus confracta legis resartiens, sed & nouas iustitias adieci, dum in

Cant. 7.

Theod.

tegra

tegra virtutum opera, vt perfectus gratię effecti operarius. Non enim de resartione cõfractorũ, sed de nouitate, & integritate iustitiæ perficitur Christianus. Hinc Paul. 2. ad Corinth. 3. ait: *Si qua in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Et quid est illud: *In Christo noua creatura?* D. Amb. lib. 2. epist. 8. ait. *Si quis in Christo noua creatura, id est, qui perfectus in Christo noua creatura est.* Quoniam in Crhisto perfectionẽ non attingimus, nisi per operũ nouitatẽ. Ex quo Hieremias cap. 4. *Nouate vobis nouale; & nolite serere super spinas.* Non ait *facite vobis nouale*, quòd fiebat, dũ primo terra proscindebatur, vt spinæ auferrentur, sed maluit dicere, *nouate nouale*, quasi duas nouationes insinuet faciendas, alterá, qua primò fit noua se spinis, & sentibus proscissis, & abiectis, alteram postmodũ in qua nihil iam senticosæ, spinosæque vetustatis appareat, sed omnia sint noua, & mũda prorsus: id quod expressius posuit Tertul. lib. 1. cõtra Mar. cap. 20. legẽs:: *Renouate vobis nouamen nouum*: vel adhuc lib. cõtra Iudæos c. 3. ait: *Innouate vobis nouitatem.* Quasi non quęlibet nouitas sufficiat ad perfectionem Christianam; sed necessum est illam ostendi nouitatem, quæ senticosæ vetustatis, etiam purgatæ, nec vllum habeat odorem, sed vnde quaq; nouiter splendens ascẽdat ad prorsus integra, & perfecta iustitiæ opera. Cat. 4. de perfectis Christianis dicitur: *Dentes tui, sicut grex tonsarum, quæ ascenderũt de lauacro.* Non solum tõsione renouatæ apparent; sed vlterius lotione splendidæ ascendunt ad sublimiora. Id quod notas Gillibert. Abb. ser. 23. in Cant. ait *Attendis, quòd non tibi sufficit exonerari, non sufficit lotum, & nouũ fieri, nisi statim ascendas, & spiritu incedas, qui renouaris in spiritu. Tu igitur si ascẽdere disponis ascẽde semper de lauacro, semper nouus, & mũdus.* In tonsione detõdetur vetustas, sed manet ibi vetustatis memoria, ideò ad noua opera ascendat Christianus, in quibus nihil appareat non splẽdidum, & integre nouũ.

2. Cor. 3.

Hierem. 4.

Tertul.

Cant. 4.

Gill. Abb.

§. XI.

Vbi aliquid vetusti hominis manet in vita renouatione, nõ potest nõ ruina timeri.

MEritò in vestimẽto veteri, & in vetustis vtribus scissura, & perditio proponitur à Domino; quantum enim veteris hominis in te seruas, tantum habes, quo te proximũ exhibeas perditioni. De Christi Domini grege dicitur Cant. 4. *Dentes tui, sicut grex tonsarũ, quæ ascenderunt de lauacro.* Expende tonsurę beneficium ante ascensum de lauacro. Primò tondentur oues, deindè iã detonsę de lauacris ascendunt. Cur nõ potius ante de lauacro ascendunt, & post tondentur? Accidit tonsionis tempus, vernis mensibus, quando pili noui incipiunt crescere; vbi autẽ pili noui incipiunt, adeò onerantur oues veteribus pilis, vt nisi tondeantur prius, & vetusta abiciant vellera minimè à lauacro ascendere possent, sed ibi iacerent mortuę. Pulchrè ad hęc Gilliber. Abb. ser. 23. in Cant. *Veterem depenentes hominẽ, & onere superuacuo leuati, ac loti alacrius ad superiora conscendunt. Siquidem ipsi pili veteres onerii iã esse incipiunt, cũ primo noua vellera germinãt.* Nũquam vetusti hominis mores conueniunt cum Christiana innouatione; nunquam magis veteris hominis farcinã sentis, quàm vbi incipis nouum induere hominem; quare qui sapis, nihil tibi prius agendum puta, quam veterem exuere hominem cum actibus suis omnibus, aliter nullos vnquam ascensus in corde tuo meditari poteris. Imò quantum veteris hominis seruaueris, tantum subibis oneris, quo de primaris; tantum periculi habebis, quo exponaris perditioni. Vndè monebat Paul. ad Ephe. 4. *Deponite vos secundum pristinam conuersationẽ veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ.* Non anteà renouatio consulitur, quèm mandetur veteris hominis depositio: qui enim prorsus veteris hominis actus non deponit, frustra se in vitæ renouatione sperat profecturum. Quod notans ibi Chrysost. aiebat: *Itaquè si veterem actum quisquã habuerit, nihil proficiet.* Vanè profectum, & non potius ruinam sibi promittit, qui aliquid in se habet hominis pristini, & anxiè procurat conseruare illud. Gabaonitarum astus notissimus est omnibus Iosue 9. ij vt viuere possint. *Saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios sibi sos, atque cõsutos, calceamentaq; perantiqua, quæ ad indiciũ vetustatis pittacijs cõsuta erãt, induti veteribus vestimẽtis: panes quoque, quos portabant obviaticũ duri erant, & in frusta comminuti, perrexeruntquè ad Iosue, &c.* Quid tũc? Iosue illos amicè excipit, fœdus init securitatẽ illis iurat qua possint viuere, sed non multũ post, fallacia cognita ait illis: *Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra lignum cædens.* Potuerunt Gabaonitæ viuendi securitatẽ acquirere, sed non potuerunt maledictionem fugere. Et cur non potuerũt maledictionem fugere? An qua astutia periculum

Cant. 4.

Gill. Abb.

Chrysost.

Iosue 9.

culum mortis deuitarũt, eadem nõ possent omne etiã maledictionis vitare periculum? Minimè; tota enim illorũ astutia in eo stetit, quod vetustatẽ præferrent; vetustas autem non potest omnimodæ ruinæ aditũ præcludere, quin potius, qui sub vetustate viuit, diris fit proximus, & maledictis. Accipite D. Petr. Damian. opusc. 13. de Perfectio. Monach. cap. 4. dicentem: *Pet. Dam.* *Omnia videntur inueterata, quæ gestant: quia in præteritæ vitæ vitys perseuerant, non obtemperantes sententiæ dicenti: vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Ad nouitatẽ quippè superficie tenus veniẽtes, re ipsa in vetustate persistunt: quia emẽdationẽ, & nouam conuersationẽ in suis moribus nõ ostendunt. Tales itaq; maledictione plectuntur, nec ad sortiendam cum Israelitis hæreditatem aliquatenus admittuntur.* Miserè fallitur, qui totis viribus suis, veteris hominis actus à se non curat abijcere; qui dum in homine sunt; mirum erit, si illum non impellant in perditionem, æternisque maledictis obijciant.

Matth. 9. Sed vinum nouum in vtres nouos; & ambo conseruantur.

§. XII.

In vitæ nouitate ambulãdum est illi, qui vult homines ad vitam trahere.

QVos discipulos selegit Dominus, vt humana corda trahat, in vitamque mundũ impellat: eosdẽ nouis vtribus, nouoque vino merito comparat, quia tunc maximè quis ad vitam hominibus infundẽdã paratur, cùm exuta vestutate, in nouitate vitæ incipit ambulare. Filium hospitæ suæ mortuũ suscitare nititur Elisæus. 4. Reg. 4. *Et ascendit, & incubuit super puerum; posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum: & calefacta est caro pueri. Reuersusq; est, & deambulauit in domo semel huc, & illuc.* *4. Reg. 4.* Vide Elisæum, vt puerum in vitam trahat, vt se super eũ incuruat, & se pueri membris adaptat, quo caro pueri incipit calefieri. Quid tũc? Cùm iã caro pueri calescit, erigit sese nobilis suscitator, & deambulat in domo huc, atque illuc: anteà totus defuncto incubabat, modò deserit defunctum & in domo deambulat. Cur & modò nõ magis instat pueri suscitationi? Cur nõ magis super puerum incuruatur? Cur discedit, & deambulat? Nonne timere posset, quòd vitalis calor exortus in puero per Prophetæ incubationẽ, per eiusdẽ discessionem periret? Absit; imò nunquã maius augmẽtum vitalis caloris speratur in puero, quã vbi Propheta ab illo videtur discedere, vt in domo deambulet; discessio enim illa, & deambulatio eò tẽdebat, vt nouos spiritus ipse Propheta ebibetet, sciens tunc posse citius puerum trahi in vitã, quando in vitæ nouitate ambulare incipiat minister. Pro quo dicebat ibi Caietan. *Caietan.* *Diuersus orandi modus describitur; primũ enim orauit prostratus super corpus pueri mortui, deinde orauit deambulando: vt ipsa diuersitas modi corporalis situs, insinuaret diuersitatẽ mentis Elisæi. Quemadmodũ enim diuersitas situs renouatio est corporis, ita profectus mentis eius, per hoc aperitur; & tanquam renouata mens Prophetæ significatur.* Et quẽ mortuum nõ euocaret in vitam Prophetа, cuius mens, tàm splendide apparebat renouata? Vtinam animarum ministri sic scirent, aliquantisper se in domum recipere, vt nouo spiritu ebibito intrinsecus possent renouari; fallar, nisi tunc ab ipsis inferis homines in vitam reuocarent. Aiebat Isaias c. 52. *Quã pulchri super montes pedes annuntiatis, & prædicantis pacem?* *Isai. 52.* Sed quales hi pedes prædicatorum? Ait Psal. 17. *Qui fecit pedes meos tanquam ceruorum.* Cur euangelizantiũ pedes, pedes vocantur ceruorum; nisi quia cerui, renouatione frequenti, sciunt abijcere impedimenta vetustatis? Pro quo elegãter dicebat Gilliber. Abb ser. 14. in Cant. fatus: *Cerui quadã arte naturali à senio se tueri perhibentur, & vergentẽ in defectũ vitã rediuiua nouitate, ab interitu reuocare. Cerui verò sunt, qui deponẽtes veterẽ hominem, nouũ induũt eum, qui creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis: qui senescentẽ deuotionem, & quodam languẽtem tædio, in nouũ denuo feruorẽ reducũt, & perseuerantiæ fœstidia nesciunt reparatione frequenti.* *Gill. Abb.* Horum ceruorum pedes fœlicissimè currunt in animarum salutem: & quamuis cerui dicantur, fortiores sunt leonibus, ad deprædãdos inferos. De his Isaias. 40. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & nõ laborabunt, &c.* *Isai. 40.* Quanta hæc fortitudo, quæ nullo cursu, neque discursu laborat, etiam si totum orbem percurrat? In quibus hæc tanta fortitudo inuenitur? Insinuat Propheta dicens, *mutabunt fortitudinem*, nempè inuentur in his, qui sciunt, mutata fortitudine, nouam ebibere. Sic Gillib. Abb. ser. 14. in Cãt. *Gill. Abb.* *Mutabũt fortitudinẽ, instauratis frequẽter incrementis,*

crementis. Mutatio hæc profecto videtur innouatio ingis, sine defectu, sine fatigatione. Bona quidem fortitudo, quæ currens licet cum labore, tamen ad defectum declinare nō nouit. Melior planè, quæ nec laboris sentit molestias: sed oppositarū difficultatū transilit scādala. Proh fortissimi verbi cursores, qui frequenti innouatione pigrum seruum abiurant, & orbem sciūt decurrere superatis difficultatibus, vt animas hominum trahant in spem vitæ.

CAPVT XI.

De Fulgere.

BIS inuenitur Dominus ad fulguris recurrisse similitudinē; primò vt ruinam Satanæ, eiusque à cœlestibus animabus ea sum insinuet; secundò vt supremi iudicis aduentum hominibus metuendum annuntiet. De his in præsenti cap. aliqua dicam.

Luc. 10. Reuersi sunt Septuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine etiam Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.

§. I.

Nequit à Iesu abesse, qui boni euentus gaudia Deo refert accepta.

MIssi à Iesu discipuli in Iudææ ciuitates, quàm primum ad Iesum redeūt, quia vbi gaudentes clamāt, Dæmonia etiā subijciuntur nobis in nomine tuo; manifestè tantæ fœlicitatis gaudia diuino nomini referūt accepta, quo nō possunt à Iesu ab esse. Quis enim à Iesu abfuit, dum illi fœlicitatis gaudia accepta retulit? Notissimi sunt, & cantatissimi tres Hebræi pueri; qui à Tyranno Babylonio in ardentem fornacem detrusi fuerunt, Dan. 3. & dū ipsi se inter flammas illæsos vidēt, & ab ipso igne honoratos, gestiētes gaudio in diuinas laudes exsurgunt, Dei nomini tantam fœlicitatē referentes. Quid tūc? Accessit rex ad ostium fornacis, & stupens, ait: *Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei.* Miraris filium Dei adesse tribus pueris minime sub igne gementibus, sed sub rosci da aura gaudentibus? Equidem Deus adesse solet in tribulationibus, cur modo adest, & in gaudijs? Sanè fœlices pueri suæ indemnitatis gaudia Deo accepta ferebant, eius gloriam cantantes, quo sibi Deum meruerūt approximiari. Fatur D. Prosper. 1. part. de Promiss. cap. 33. aiēs: *Tres verò viri illæsi, hymnū regi verò dum canerent in medio camini secum filium Dei habere meruerunt.* Non potuerunt à filio Dei abesse, qui lætis vocibus fœlicitatis suæ cœlesti regi referebant gaudia: sed vbi laudes exhibent Deo diuini fili, præsentia meruerunt honorari. Ideò monebat Psalm. 99. *Introite in conspectu eius in exultatione.* Aquila ponit, *in laudibus. Scitote quod Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & nō ipsi nos.* Stupet D. Chrysol. ser. 7. quod iubeamur intrare in cōspectu Dei, & quis se tāti regis cōspectui committere audeat? Quis speret tantæ posse obtinere præsentiā maiestatis? Qualiter poterimus de tanto condescēsu gloriari? Ipse insinuat Psaltes dū subijcit, *scitote, quod Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos*; tūc equidem Dei cōspectū intramus, tunc Deum nobiscum certò habemus, cū quidquid sumus, quidquid agimus, nō ipsi nobis adscribimus; sed totū donamus authori. Apoc. 21. dicitur: *Ecce tabernaculū Dei cū hominibus, & habitabit cū eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cū eis erit eorum Deus.* Quæ maior fœlicitas hominēs, quā quòd habeat cohabitatorē, & collateralē ipsum Deū? Habebis sanè homo Deū tibi proximum, tibi vicinum, tecum cohabitantem, quando ex tuis facinoribus, non tu, sed ab omnibus glorificetur Deus. Vndè Chrysost. hom. ad cap. 62. Isaiæ fatur: *Ergò iste habitator noster requiescit in nobis, glorificatur in medio nostrum, cùm viderint homines bona nostra opera, & glorificauerint patrē nostrum, qui in cœlis est.* Tunc maximè Deū tibi inhabitantem habebis, tunc eius & cōspectu, & præsentia frueris, cùm facinorum tuorum laudes nōn tibi, sed eius nomine attribuerit. Quòd persuadere conatus Dominus aiebat Psal. 40. *Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostēdam illi salutare Dei.* Expende in quo ponatur via ad salutare Dei, nimirūm in sacrificio laudis, & gratiarū actionis, vbi enim quis accepta refert Deo bona sua, in via est, qua sine dubio habebit salutare Dei, nempè Iesum. Sapienter ait Augustinus ibi: *In sacrificio laudis via est, qua ostendam illi salutare Dei. Quòd est salutare*

D. Prosp.

Psal. 99.

Apoc. 21.

Chrysost.

Psal. 40.

August.

rei Dei Christus Iesus. Nequit non ire ad Iesum, non habere secum Iesum, qui omnia bona sua Deo refert accepta.

§. II.

Diuina laus, & gloria in operibus nostris quæsita, proualidissimis telis est, ad prosternendos hostes.

SIbi subijci Dæmones mirantur discipuli, magistrique nomini tribuūt tanti trophæi gloriam; & cur non subijciant Dæmones adeò fideles, & grati homines, dum non sibi, sed Dei nomini laudem referūt facinorū suorū? Ait Psal. 149. *Exultationes Dei in faucibus eorū, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis. Ad alligādos reges eorum in compedibus.* Quid gladijs & cātibus? Gladij ancipites ad bellum fabricantur, cāticorum exultatio ad choræas faciēdas, cur ergo simul gladios ponit vates in manibus, & exultationum cantica inore? Nullus equidem gladius terribilior adperiendū hostes, ad deuastāda tenebrarum regna, quam gladius ille, cuius ictum comitatur cantus referēs Deo facinoris gloriā, diuinoque nomini tribuens gratiarū actiones. Meritò enim in præsenti aiebat Chrysost. *Ostēdit hic bellū cū choræa gerendum, & quod canentes, & laudantes sic vincet. Exultationes enim dicit hymnos, & gratiarum actiones.* Vbi Dei canis laude, vbi pro acceptis bonis gratias referens eius sancto nomini, nunqua non scies prosterne re, & perimere hostes; Principes tenebrarū sub pedibus pones. Apud Iosue capit. 10. port hostes prostratos dicitur: *Reuersusq; est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani, & integro numero: nullusq; contra filios Israel mutire ausus est.* Aliter legit Orig. hom. 12. in Iosue, nimirum, *& non mutuit quisque de filijs Israel in lingua sua,* hoc est nemo sibi tribuit victoriam, sed illa Deo adscripsit. Quo supposito poderandū est, quod Israeliticus exercitus tot reges deuincens, tot regna subigens, tot hostes sternens sanus, incolumis, & prorsus integer ipse reuertatur adducem suū. Vnde inter tot hostium strages, ipsi Israelitæ pene in vulnerabiles extiterunt? Equidem, quia nullus mutuit in lingua sua, quia vniuersi victorias suas Deo referebant & dum gratiarum actio erat inore ipsorum, gladij ancipites vi debātur in manibus, quibus reges percuterent, regna subijcerent, ipsique redirent incolumes. Ad hæc D. Chrysost. in Psal. 149. *Chrysost.* inquit. *Vidisti vires ingentes. Non solum enim expulerunt hostes, sed ijs etiā captis reuersi sunt Dei potentiam ostendentes.* Hæ sunt ingentes hominis vires, hæc sunt præstantissima róbora, quæ hostes perdāt, quæ triūphos multiplicent; si in facinoribus tuis non tuā, sed Dei ostentes, & efferas potētiam. Hoc semper cura inter ipsa facinora, inter ipsos fœlicissimos successus, Dei meminisse, eiusque nomini accepta omnia bona referre, vt fidelem, & gratum seruum decet, & eris inuincibilis, & tenebrarū potestates, vt paleas expues. Quis nesciat Tobię sanctissimi iuuenis historiam? Huius in itinere fuit Angelus Raphael comes: sed & cap. 6. dicitur: *Profectus est autem Tobias, & canis secutus est eū.* Miraberis quod canis mētio fiat euntis cum Tobia; cùm quo ibat Angelus Dei, quid magnum, quòd canis iret? Aut cur Angelus Dei permittit secum canē ire? Ibat Angelus non solum seruaturus in via iuuenem Tobiā, sed etiam expulsurus Dæmonem, qui Sarę sponsos interficiebat, vbi autem bellum aduersus Principes tenebrarum parabat, sapienter canem expeditionis solium admittit, vt potè in quo gratitudinis exprimebatur symbolum à natura. nec vnqua fecurior redderetur de victoria, quàm vbi per canis symbolum is affectus excitaretur in commilitone suo, quo Deo gratus illi accepta referret omnia bona sua. Pulchrè D. Amb. lib. 6. Exam. ait: *Canis viator, & comes Angeli est, quem Raphael non ociose sibi, & Tobiæ adiungendum putauit, quando perrexit, vt Asmodaū fugaret. Memoris enim affectus gratia pellitur Dæmonium. Muta itaque specie bestia sanctus Raphael Tobiæ inuenis ad relationem gratiæ erudiebat affectū.* Quoties canis viantiū oculis obijciebatur, toties Raphael per eius symbolum in Tobiæ animo gratitudinem erga Deum excitabat, qua Deo se fidelem, & gratum exhiberet, omnes suas fœlicitates Deo acceptas referens. Cur hæc? Sapienter ait: *Memoris enim affectus gratia pellitur Dæmonium*, nullus equidem gladius potentior ad prosternendum Dæmonium potuisset paratj, quàm animus adeo Deo gratus, vt illi referret laudem, & gloriam omnium, quæ fecerit.

§. III.

§. III.

Christianus animus in facinoribus suis non hominum, sed Dei oculos amet.

QVàm sanctè discipuli sibi dęmones vidē tęs postratos, vnius Iesu oculos requirunt, dum illi soli clamant, *Domine etiā dæmonia subijciuntur nobis.* Sic Christianus animus nō populariū hominum, sed vnius Dei spectat calculum, vt propria commendet facinora. De Ozia rege legitur. 2. Paralip. 26: *Sedecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitq; quod erat rectum in oculis Domini, &c.* Expende vndè cōmendetur rectitudo facinorū Ozię, nimirū quod solum facta sunt in oculis Domini. Id quod ponderans Chrysost. hom. 2. de verbis Isaię fatur: *Vō vides aurigas, qui prætercurrētes totam illam stadij partem, quà vniuersa ciuitas è sublimi spectat sedens in equestri certamine, ibi contendūt cōcertatorum currus subuertere, vbi Cæsarem viderint sedentem, & vnum oculū digniorem, cui fidant, ducunt: quam tot hominum vultus? Et tu cum videas ipsum Angelorum regem tuo cursui agonothetam, hoc est, certaminis iudicē, & præmiatorem, eo prætermisso conseruorū fugis adoculos? At non talis Ozias, sed in cōspectu Domini faciebat, quod rectum est.* Præclarus concertator Ozias nihil curabat alios facinorum suorum iudices, & prēmiatores, sed vnū æstimabat Deum: & quisquis in schola Christi in via salutis versatur, hoc vnum curat, vt Deum solum habeat operum suorum spectatorem, præmiatorem. Et quidē vanissimi hominis est, imò stultissimi, in facinoribus suis non plus fidere vnico Dei oculo, quàm innumeris popularū vultibus. Ille, mihi crede, fœlix in via currit salutis, quia omnia opera sua vni regi cōmittit, qui autem illis populariū acclamationes fouet, is parum abest à mortis præcipitio. In carcere erant aliquando duo Pharaonis ministri. Gen. 40. alter dum somniat, vitem vuis fœcūdam cernit, vuas sumit, exprimit in vasę, & vni regi poculum propinat. Alter etiam dum somniat, supra caput suum vidit tria plena panibus canistra, qui panes ab auibus in alimēta sumuntur. Vterque somnium Iosepho refert; quid Ioseph vtrisq; ? Primò vitam, secundo mortem annūciat. Et vndè tam diuersos euētus Ioseph potuit colligere? Cur poculum ab altero exhibitum, in vitæ fuit testimoniū; & alteri mortem denuntiauit panum canistrum? In poculo, & in canistro exprimebantur vniuscuiusque opera, & ministeria; vndè merito ad testimonium vitæ ponuntur opera, quæ vni regi exhibebantur, vt poculum cernebatur vni Pharaoni exhibitum. Opera autem, quæ rege prætermisso, popularis plautus sustentabat multitudinem, vt panis canistrum aues implebat; ea, inquam, opera, quid aliud protendere possent, quàm mortē, quam ruinam? Pulchrè D. Ber. in Declamationibus, ait, *Alter propinabat regi, & audiuit: Restitueris in gradum pristinum. Alter pascebat aues, & responsum mortis accepit.* Quid non recuperet ille, qui vniuersos labores suos, vniuersa facinora sua vni regi sum mo sacrat; digniorē æstimat vnum Dei oculū, cui fidat, quàm omnium hominum vultus? Proh fœlicem hominem, qui prætermissis omnibus aliis, vnum inspectorem, & probatorem suorum operū Deum facit: is nihil non faustum audit, & vitam halans. Verum qui aues pascit, qui relicto summo rege garritus spectat popularū; ad alimentumque inconstantissimi vulgi viuit, iste nunquā non responsum mortis accipit. Hunc designabat Prouerb. cap. 10. aiēs: *Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos, & idē sequitur aues volantes.* Vbi quinitur mendaci, is ille est secundū D. August. lib. 3. contrà Crescon. cap. 6. & Hugon: in præsenti, qui humanæ laudis appetitu rapitur. Is ergò, & vētos pascit. & persequitur aues volantes, hoc est, nihil certius quam responsum mortis habet. Quis enim aliud quam mortē auspicabitur illi homini, cui venti sunt pascua? Vel illi cani, qui rapide fertur in prædam aulum volatium? Securior sanè cursus est ille, qui solius Dei oculos cupit venari. De hoc dicebat Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis.* Compone modo vani hominis, & sancti gressus, seu spacia viarum ille persequitur aues volantes per agros, per præcipitia, nullum alium finem præscribens viæ suę; nisi quem aues præscribūt suis volatibus. Hic lætitiæ suæ, gloriæ suæ pabulum in cubilibus suis habet: de vtrisque præclare Philosophatur Cassiodorus in hunc Psal. aiens: *Ibi enim sancti lætātur, vbi solus ille cognoscit, qui donare dignatus est: Contra in hoc sæculo stultus à se foras egrediens exultat in hominū fabulis; & mereri se putat: quod enim sermo falsus exaltat. Est ergò sanctis disciplina gloriādi, & modus gaudij, vt ad illū referantur bona, qui tribuit vniuersa. Nam si mensura defit lætitiæ, non est gaudium, sed ruina.* Cur non sit ruina illi, cuius cursus spatium idem est, quod est auium volatibus? Securius, & fœlicius se gerit, qui nullum aliud spatium quærit, nisi illud in quo vnum regem summū inspectorem, & præmiatorem habeat.

2. Par. 26.

Chrysost.

Prouer. 1.

Psal. 149.

Cassiodor.

Luc. 10. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.

§. III.

Solus diabolico furore obduratus animus potest se in oculis Iesu in præcipitium dare: quando à Iesu oculis nemo non confirmatur.

SAnatus erat sulphureo iam igne possessus, qui vidente Iesu cadit, & in præcipitium datur, qui enim non diabolus esset, nõ diabolico existeret furore obduratus, non caderet vidente Iesu, sed in bono maneret firmatus. Quis ignoret Petri ruinã lachrymabilẽ? Sanè firmissima hæc Ecclesiæ colũna seruorum Cayphæ impulsibus petita sese in præcipitia dabat. Quid tunc? Luc. 22. ait: *Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus, &c.* Ibi stiterũt casus, vbi Iesus oculus claruit: respexit Iesus Petrum, & quia diabolus non erat, non debuit amplius cadere, sed ad bonũ confirmari. Pulchrè D. Leo ser. 9. de Pass. fatur: *Trepidationem discipuli foris positi diuino vidit intuitu, & pauentis animum, mox vt respexit, erexit, & in fletus pœnitudines excitauit. Fœlices sanctæ lachrymæ tuæ Apostole, quæ ad diluẽdam culpam virtutẽ sacri habuere baptismatis. Adfuit enim dextera Domini Iesu Christi, quæ labẽtem te, priusquã deiecereris, excipereret, & firmitatem standi in ipso cadendi periculo recepisti. Vidit in te Dominus, &c.* Non potest equidem procedere casus, vbi Iesu oculus paret; imò pulsum Petrũ ad præcipitia, vt vidit Iesus, firmitatẽ stãdi in ipso cadendi periculo communicauit: pauẽtis animum mox, vt respexit, erexit. Quis nõ diabolus in Iesu cõspectu caderet? Ait Psal. 100. *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum.* Ecce tibi quid diuini oculi efficiant, ni mirùm sedilia parant, imò mille fulcra partuiunt, quibus innixi fideles, nullus inueniatur, qui cadat. Huc spectat D. Chrysosto. ibi dicẽs: *Reuera oculi Dei ad fideles terræ sunt, in eos videlicet intẽti, ne à veritate excidãt.* Hoc à Dei oculis habet, ne cadas; quoties te vidẽt Iesu oculi toties te cõfirmant, ne casum videas, sed firmiter curras ad salutem. Zachęus pusillus in arbore ascendit, vt videret Iesum prætereuntem Luc. 19. *Et cum venisset ad locum suscipiens Iesus vidit illum, & dixit ad eũ: Zachæe festinans descende.* Id quod ponderãs D. Hieron. epist. de duobus filijs ait rationẽ reddens, cur oculos in tam pusillum hominem coniecisset Iesus, *Latentem in arbore, quasi in peccatorum tenebris obumbratum, solicite, vt ouem perditam requirit aspectu.* Quibus id maximè expendendum est, quòd dicatur Zachæus requiri oculis Iesu, vt ouis perdita fuit requisita. Sed ouem perditam requisiuit Dominus, & laboribus fractam inuenit, & periculosè gradientem, suscipit humeris, ne vltra sit ad lapsum procliuis. Zachæo autem nihil horum facit, sed solũ oculis illũ requirit, vbi sunt humeri suppositi, ne lapsum incurrat, vt ouis perditę in illo seruetur similitudo? Sanè vbi Iesu oculis dicitur homo requisitus, ibi intelligũtur omnia præstita firmamenta, quòd enim humeri præstat infirmo, ne cadat: hoc etiam præstant oculi Iesu, quemcumq; enim vidẽt, nisi diabolus sit, à perditionis liberatur præcipitio. Hinc lucem accipiunt verba Domini, quibus familiarissimi discipuli miserabilem casum annuntiat. Ait enim Ioann. 6. *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem.* Ni si enim Iudas diabolus esset, hoc est, diaboli ea duritie possessus non potuisset non à Iesu oculis detineri, ne in tantam perditionem laberetur.

Luc. 22. D. Leo. Chrysost. Luc. 19. Ioann. 6.

§. IIII.

Splẽdor, & dignitas, quæ à Diabolo sunt, citissimum afferunt casum.

ECce tibi totum Saranæ splendorem in imum vergentem, in hoc vere fulgur apparet; fulgor enim, & splẽdor fulguris velocissimo raptu in ima deprimitur, & citissimè euanescit. Sic vniuersi splendores, vniuersæ gloriæ quæ in Diabolo nituntur, fulgura sunt, quæ citissimi vocant casus. Apprimè describit Naum cap. 2. potentissima dæmonum mancipia, inquiens: *Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrẽtia:: Ruẽt in itineribus suis.* Do, quod mũdiales glorias à diabolo procuratas lampadibus comparet Propheta: cur fulguribus discurrentibus? Vt sic melius possit dici, & intelligi vicinissimæ eorum, siue interitus, siue casus: nullam enim gloriam Diabolus negotiatur, quæ non sibi proximũ casum habeat. Theophylactus ibi: *Aspectus eorũ quasi fulgura discurrẽtia, quòd coruscationes non sunt stabiles; sed discurrentis naturæ, hoc est, facile extinguntur: sic lumen Satanæ*

Naum 2. Theophyl.

tans in quod efformatur, citra cũctationem extinguitur. Nullus à Diabolo splendor, nulla dignitas, nulla gloria, quæ præsentissimam extinctionẽ, & casum non videat. Quid miser homo de diaboli, aut peccati ope tulgere in dignitatibus procuras? Esto, quod diabolus, & peccata tibi & vniuersas mũdi glorias adscribant; quòt gloriasab his recipis, tot casus citissimos spera, nõ enim tales gloriæ citius apparent, quàm casum annuntiẽt. Mat th. 4. de diabolo dicitur: *Iterum assumpsit Iesum diabolus in montem excelsum valde, & ostẽdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Expende illud, *si cadens*, vix gloriæ mundiales à diabolo proponebantur, & iam fiebat mentio casus, vt qui proximus sit dignitatibus, & glorijs diabolico ambitu procuratis. Id quod ponderãs D. Maxim. homil. 4. de ieiunio quadragesimali fatur: *Vere procedit, & cadit, qui non largiente Deo, sed ad nutum diaboli acquirit sæculi dignitates.* Nunquam à diabolo profecta bona interitum, & citissimam ruinam non pariũt. De illius sublimitatibus, & affectatis glorijs locutus Isaias cap. 14. ait: *Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? Qui dicebas in corde tuo in cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Expende, quæ vocentur altitudines Satanæ, gloriosissimæ eius affectatæ, sedes, quippè vocantur *montes testamenti*, quasi in his sedibus nihil prius occurat, quàm testamentum condendum ob festinatissimã mortem, & interitum. Ascendisti homo in sublimitatem temporalem multis scelerum tuorum suffragijs sublatus? Quàm primum indè cades; in monte iam existis testamenti, nil citius tibi veniet, quàm interitus. Ex quo D. Ber. ser. 3. de verbis Isaiæ loquitur: *Quid festinas manè oriri, vt Lucifer? Qui gloriaris super sidera, quibus aliquando clarius rutilare videris? Breuis omnino erit gloriatio tua.* Vt testamentum vicinam inferr mortem, sic mundialium culminum gloriatio iam prope esse casum indigitat. Nõ est enim impiorum diù in altis stare: quòd solum virtutis præmium est: vndè Psal. 23. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, &c.* Forsitam ad ascẽsum non requiritur virtus, quando & sunt Satanæ sublimitates, & potestates tenebrarum tenebrosis operib⁹ acquisitæ; verùm, & meditari ascensiones, & in illis stare, hoc vnius virtutis præmium est. Adeò vt hinc colligat Nazianz. fratris sui Cæsari, insignem virtutem, & pietatem, quod nactus apud Imperatorem primas honoris, etiam Imperatoribus cadentibus, ipse non viderit casum. Quippè ait orat. 10. *Quid dicere necesse est, quanto cum honore, & gloria, aut cum quot, & quantis testimonijs in aulam rursus receptus sit, priorémq; honorem secũdus exceperit? Ac tempus quidem Imperatores sub indè commutauit: Cæsario autem gloria, & authoritatis apud eos Principatus haud quaquam conuulsus, ac dissolutus est: quin potius de eo inter Imperatores certamen erat, quisnam Cæsarium magis sibi adiungeret, & cuiusnam magis ille amicus, & familiaris diceretur. Talis Cæsarij virtus, talia pietatis præmia. Audiant iuuenes, audiant viri, atque per eandem virtutem, ad eundem splendorem contendant.* Qui in culminibus stare, diù perfistere velit hanc à Cæsario arreptam viam arripiant: ille in Imperatoris amicitiam eue&tus, nec ab ipsius Imperatoris morte indè fuit deturbatus; sed simul & imperium, & Cæsarij amicitiam successores tenebãt. Id quod solius pietatis præmium merito dicitur.

Matt. 4.

D. Maxi.

Isai. 14.

D. Ber.

Psal. 23.

§. V.

Vbi Iesu oculi sunt, non potest stare malus.

SAtanam videbat Iesus cadentem, nunquam enim potest stare diabolus, vbi aspicit Iesus. Pie Domine conuerte ad me oculos tuos, & cadet Satanas, imò penitus in me disperibit. Aiebat Isaias cap. 4. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris?* Imò quomodo non caderet Lucifer, quando necessum erat Solem oriri? Vt ad lucidissimum Solis oculum occluditur Lucifer, sic vbi Iesu oculi rutilãt, malus ille cadit, peneq; redigitur in nihilum. De quo eleganter D. Ber. ser. 3. de verbis Isaiæ: *Quid festinas manè oriri, vt Lucifer? Qui gloriaris super sydera, quibus aliquando clarius rutilare videris? Breuis omnino erit gloriatio tua: sequitur Sol iustitiæ, cuius feruore pariter, & splendore in nihilũ redactus omnino disperças.* Minime potest malus ferre splendentem Iesu oculũ: necessum est, quod dispereat, & abeat diabolus in nihilum, dũmodo verus iustitiæ Sol conuertat splendidissimos oculos suos. Quò respiciciẽs Paul. ad Rom. cap. 13. ait: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Qui dies, nisi Iesus? Quæ nox nisi Princeps tenebrarũ? Sanè vbi clarissima exhibeat Iesus lumina sua, nõ potest nõcadere, & euerti potestas tenebrarũ. Ad hæc D. Ber. ser. 72. in Cãt. *Nox præcessit, dies appropinquauit. Aspiranit dies, expiranit nox. Nox diabolus*

Isai. 4.

D. Ber.

Ad Ro. 13

Ber.

bolus est, nox Angelus Satana, & sese transfigu ret in Angelum lucis. Nunquid non Dominus dies est? Dies planè illustrãs, & spirãs, qui spiri tu oris sui fugat vmbras, & destruit larvas illustratione aduentus sui. Citius ad Iesu splendorem Principes tenebrarum dispereunt, quã nocturnæ vmbræ ad solis aspectum diffugiunt. Fœlix, qui hunc diuinissimũ solem, vel paulisper valeat in se sistere; nullus illi manebit inimicus, qui non abeat in nihilum.

D. Ant. Sanè de se aiebat D. Antonius apud D. Athan. *Vidi aliquando Diabolum, excelsum corpore, qui se virtutem, & prouidentiam ausus est dicere, & ait ad me. Quid vis, vt â me tibi donetur Antoni? At ego sputum vi maxima in os eius ingeminans totum me in eum Christi nomine armatum ingessi.* Bonus athleta vbi præseferebat Christum, non metuit hostem, quem sciebat à Iesu splendore perdendum, vt à solis luce perduntur vmbræ.

§. VI.

In deiectos à culmine vniuersi commouentur, & insurgunt.

DVm à cœlo cadit præstantissimus Angelus merito Satan vocatur, id est, aduersarius; semper enim deiectum à culmine omnes æstimant aduersarium, & in illum vt in communem aduersarium insurgunt. Pulchrè Dominus in præsentibus verbis Luc. 10. inquit: *videbã Satanã sicut fulgur de cœlo cadentem.* Satanæ casum à cœlo cõparat fulguri, & cur fulguri comparatur? Fulgur cũ cadit, vniuersa nubium arma in se refert cõtorta, sibique esse contraria, & inimica, adeò vt ideò cogatur ab sphera sua descẽdere, & in terra sepeliri. Sic tanti Principis casus omnia in se commota cœlestia indicat: nunquã enim non vniuersi commouentur in deiectos à culmine. Non longè ab his Ruper. libr. 1. de Vict. cap. 22. inquit: *Quomodo cadit fulgur? Vtique è motis, atq; collisis nubibus, tanto cum fragore: & tonitru, vt concuti machina cœli, & terra tremere videatur. Itaque dũ dicit, sicut fulgur, mirandum innuit motum virtutum cœlestium, magnumq; prælium Angelorũ Michaele Principe cõtra illum.* Cecidit miser ab altissimo dignitatis culmine, & vniuersi cœlites, qui stant, in illum insurgunt; nullus est cœlestis spiritus, qui duce Michaele sua in cadentem non contorqueat spicula. Non magis aduersantia sibi omnia cœlestia experitur cadẽs fulgur; vt delectus à culmine Princeps omnes experitur inimicos. Fallar nisi hanc cadentis fulguris similitudinem et iam spectarit Psal. 9. cùm de cadentibus mundialibus potentatibus, ait: *Periit memoria eorum cum sonitu* Quid est per ne cũ sonitu? Vt fulgura cadentia non solum nubiũ, à quibus expelluntur, fragor, & strepitus, sed & cœlestium omnium commotio prosequitur; ac veluti fugientem hostem a tergo longis clamoribus victricia æthera insecutur; sic vniuersi in cadẽtes potentatus insultant, & aduersus illos clamoribus intonant. Hinc arguit Irinæus fallaciam Diaboli, qui persuadens casum, promittit glorias: ait enim Matth. 4. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Proh dæmonis fallácia! Quomodo crederis miser, si dicis te daturum cadenti gloriam? Quomodo fieri potest, vt cadenti aliquis inueniatur propitius, quando aduersus cadentes à gloria insurgũt omnes, & in illos intonant mortem? Acutè D. Irinæus libr. 5. ait: *Ipse fatetur, quod adorare eum, cadere est â gloria Dei. Et quid aut suaue, aut bonum participare potest, qui cecidit? Aut quid aliud expectare potest, qui talis est, nisi mortem? Ei enim qui cecidit, proxima mors est.* Egregie equidẽ mentitur, qui deiectis à culmine fauorẽ promittit, si creaturarum spectes mores, ab illis non fauor, sed persecutio, sed mors proficiscitur in vniuersos, qui cadũt à culmine. Hinc vbi monebat Ecclesiasti. cap. 6. *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus:* legit D. Ephrem in Parænes. 26. paulo aliter aiẽs: *Nõ te extollas in cogitatione animæ tuæ: ne abripiatur velut taurus anima tua.* Taurus equidem, dum rapido effertur furore, vniuersos solet in fugam vertere, plateasque solus inhabitare vacuatas hominibus. At vbi percussus poplite cadit; vniuersi in illum insurgunt mirisque, & plausibus, & populariũ clamoribus, & vulneribus in macellum abripitur. Sic sæculi potẽtatus vbi ceciderint, heu quã aduersum se commouent turbas; quantoque omnium plausu imperditionem impelluntur. De hoc plura lib. 14. cap. 4. §. 9. & lib. 4. cap. 5. §. 26.

Luc. 10. Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.

§. VII.

§. VII.

Illud in primis agnoſci debet beneficium, quo quis à Deo in ſalutem erigitur, quando innumeri alij permittuntur perire.

NOtanter poſita eſt à Domino vox illa *Ecce*, nimirùm, vt faceret diſcipulos attentos ad rem maximi momenti; quòd vbi tot Angelorum exercitus perditioni dãtur, ipſi in ſpem ſalutis erigantur, & perſeuerent. Quis hoc ſummum beneficium non recognoſcat? Quis pro adeò ingenti dono Deum laudare ceſſet? Sanè huius beneficij ignoran
Oſea 11. tiam obijciebat populo ſuo Dominus Oſeę 11. *Et ego quaſi nutritius Ephraim, portabã eos in brachijs meis: & neſcierunt, quod curarẽ eos.* Hæc vltima verba ſic legunt Septuag. *Et nõ cognouerunt, quòd ſanem eos incorruptione hominũ.* Magnum equidẽ erat piaculum, quod non cognouiſſent ſe à Deo ſanatos, ſed longè maius quod nõ cognouiſſent ſe à Deo ſanatos, eũ innumeros alios in perditione ſci-
Theophyl. rent à Deo relictos. Pulchrè Theophylactus ibi: *Non cognouerunt, quòd cæteras gentes perdẽs & vaſtans Dominus, ipſos ſanaret, adeoq; eis parceret, & commodaret. Etenim Ægyptios, & Palæſtinã inhabitantes exterminauit.* Multum Ægyptij, & Palæſtini peccarant: fateor; ſed & Iſraelitæ maximis ſeſe inuoluerãt peccatis: nec habebãt iſti vndè nõ poſſent à Deo in peccatis, & in perditione derelinqui, ſicut ingentia illorum imperia derelicta ſunt. At Deus tot nationes perdens, vaſtanſque, inter perdendos tot tantoſq; hominum exercitus ſolum Iſraelem ſaluat, & non offendetur, ſi tantum beneficium videat obliuioni traditum? Merito Moyſes vt ſe incolumem vidit in cõmuni Ægyptiorum naufragio tanti be-
Exod. 15. neficij memor totus exurgit in diuinas laudes: tiens Exod. 15. *Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael carmen hoc Domino, & dixerũt. Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorẽ deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutẽ.* Expende quam lætabundus laudet Moyſes Deum, & quid præcipuè miretur in Deo laudando: non ſolum enim laudat Deũ ſibi propitium, & ſalutarẽ abſolutè; ſed etiã cum reſpectu ad præſentem circuſtantiam, quòd vbi validiſſimi Ægyptiorum exercitus, potentiſſimi Principes perditioni dabãtur, ipſe ex Deo potiretur ſalutẽ, Magnũ fuerat ab Ægypto dimitti: magnum etiam tantam ab Ægyptijs accipere grãtiam, vt etiam aureis ditarentur vaſis; ſed nunquam in his Moyſes canticum cecinit Domino; vbi autẽ ſubmerſis Ægyptijs vidit ſe ſanũ, ſtatim exſurgit in Dei laudes. Cur modo potius, quã anteà, niſi quia nullum beneficiũ debemus ſic celebrare, & regnoſcere, vt illud, quo cæteris perditis nos ſaluamur? Cecinit D. Alcimus lib. 5. ibi.

Et vacat hos inter plebs heu Hebræa tumultus
Intereà pugnante ſalo, vincitq; quietus
Iſrael ſolo peragens certamina vſu,
Ergò Deo dignas iſto certamine laudes;
Atque repenſurus memori tot munera mente
Inclytus egregium ſolemni carmine ductor
Deſcribit, toto quod pſallitur orbe trophæum.

Meritò nobilis dux curat laudes ęternare beneficij illius, quo ſe videt liberum inter tot popularium perditorum, & dũcum: Id quod amplius extollit Orig. hom. 6. in Exod. fa- Orig.
tus: *Equum, & aſcenſorem proiecit in mare adiutor, & protector factus eſt mihi in ſalutẽ. Sũt etiam equi, qui aſcenſorem habent Diabolum, & Angelos eius. Iudas equus erat, &c.* Conſiderat doctor innumeram multitudinẽ equorum; id eſt, hominum beſtialiter viuentium; ſimul, & ingẽtes Angelorum copias: qui omnes miſere pereunt. & inter tantam hominũ, Angelorum, perditionem, quod vnus ſaluetur populus, ſiue vnus homo. Qualis ergò erit, tàm fœlix homo ad liberatorem ſuum? Quàm pauidus ſuam fœcilitatem acceptam Deo referre debet, illiq; intimis viſceribus adhærere? Pulchrè D. Greg. Nazian. oratio: 10. de fratre ſuo Cæſario aiebat: *Cùm autem* D. Greg.
Nicæa terræmotus poſt hominum memoriã maximus, exortus, omnes penè inuaſiſſet, atque vna cum vrbis pulchritudine deleuiſſet ſolus ipſe ex illuſtribus viris, aut certè cum admodum paucis è periculo ſaluus, & incolumis euadit, idq; è modo quodam incredibili, hoc eſt, ipſa ruina protectus; ac paruas quaſdam periculi notas referens: hactenus videlicet, vt timorẽ maioris ſalutis magiſtrum caperet, totumque ſe ſuperna parti adiungeret, translata militia à rebus motui obnoxijs: ac commutata ſibi ipſi aula. Meritò pijſsimus, & prudentiſsimus vir, vbi inter tot hominum, Principumque ſtrages ſe vnum vidit incolumem, nil citius faciendum putauit, quàm mundialibus omnibus dimiſsis timorem maioris ſalutis magiſtrũ accipere, & ſeſe totum liberatori Deo adſcribere, eiuſque æternandis laudibus medullitus adhære. Nec aliud debet facere quiſquis inter tot deploratos homines, & Angelos ſe adhuc ſpe ſalutis animatũ cernit. Hoc equidem Dauidi maximè præoculis erat, quando quidem Pſal. 140. ait: *Cadunt in retia* Pſal. 140.

retiaculo eius peccatores, singulariter sum ego, donec trāseā. Quis hoc nō unguis horis Deo cantet videns se e cot illustribus creaturis perditioni datis adhuc seruatū? Sanè vel ex seruato grege inter grassantes armentorū mortes, maximè commendatur gloria Christi à Seuero Rhetore in suis Bucolicis dicente.

Quid nam, quaeso, quid est, quòd vario modo
Fatum triste necis transilit alteros,
Affligitq; alios? En tibi Tityrus
Saluo lætus agit grege.
Ipsum contueor. Dic age Tityre
Quis te subripuit cladibus ijs Deus,
Vt pestes pecudum, quæ populata sit
Vicinos, tibi nulla sit.
Signum quod perhibent esse crucis Dei;
Magnis, qui colitur solus in vrbibus
Christus, perpetui gloria numinis.

Quippè vni Christo Domino semper acceptum referre debemus, quòd non omnes in interitum ruamus; & quod cadentibus alijs multis nos stemus firmiter.

§. VIII.

Voluptas, vt expugnetur, aduersus omnia vitia inuentis armis te accinge.

SErpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici conculcandam proponit Dominus discipulis suis; sed cur statim omnem obiicit virtutē inimici? Dixerat in primis cō culcandos esse serpētes, quorum nomine voluptatē intelligit, vt maluit D. Atha. Nyssen. & Theophyl. apud catenā D. Thom. sed vt vna vincatur voluptas, necessum est, quòd homo sese omnibus accingat armis, quę sunt aduersus vniuersa vitia. Vbi aduersus Amalech Israelitæ insurgunt, & Iesus armatis militibus in arenam descendit, & simul Moyses oraturus in mōtem ascendit; & licet Iesus acriter pugnaret, tamen nihil proficiebat, si Moysis oratio defecisset, ait enim textus Exod. 17. *Cūq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel, sin autē paululum remisisset, superabat Amalech.* Et cur aduersus Amalech nō solum durissimus militantium labor, sed insuper, & oratio requirebatur? Nonne multæ aliæ nationes expugnatæ fuerant ab Israelitarum armis? Cur inter omnes Amalech, nō nisi armis, & oratione simul potest deuinci? Erat Amalech, idem quod voluptatis turpitudo; ad hoc autem quod vincatur voluptas, nulla deficere debent ex armis, quibus vniuersa superātur vitia. Ait D. Greg in 1. Reg. cap. 15. *Voluptuosæ nāmque violētia passionis oritur, cum eadē, quæ recensentur, Amalech bella describuntur. Nam pugnante Israele, cū eleuabat manus Moyses, vincebatur Amalech: & vincebat ille, cū iste manus deponeret. Quid est autē quod cōtra alios solis armis pugnavat Moyses, contra Amalech verò non solis armis, sed etiā virtute orationis: Profectò magnū certamē fornicationis ostenditur, quod tata virtute, tanta difficultate superatur. Arma igitur exercitus, & oratio intentissima necessaria est. Arma quidē necessaria sunt, quia qui contra fornicationē pugnare volunt, vincere nequeūt, si non cæteris virtutibus muniantur.* Hæc vltima verba attendenda sunt, quibus manifestè cernitur, quām debeat habere arma aduersus omnia alia vitia, quisquis de voluptate sperat habere triumphum. Sane aduersus voluptuosos serpentis morsus armat Dominus castissimā sponsam suā Cant. 4. dicens: *Collū tuū sicut turris Dauid, quæ ædificata est cū propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiū.* Ecce quot muniminū species dantur virgini vni, & turris, & propugnacula; & clypei, denique, & omnis armatur à fortium. Suos monebat Petrus 1. epist. 2. *Et ipsi tāquā lapides viui superædificamini domus spiritualis, &c.* & Paulus ad Ephes. 2. dicebat: *in quo & vos coædificamini inhabitaculum Dei in Spiritu Sancto.* Itaquè duæ hæ fidei columnæ satis putant, si persuadeāt suis, vt fiant domus spirituales, vt fiant Dei habitacula; nihil de turribus, nihil de propugnaculis, nihil locuti de armis. Cur ergò in vna sponsa virguncula sperat Dominus, & turres, & propugnacula, & omnia fortium arma; quando nec Petrus, nec Paulus vllam ad suos mētionē armorum faciunt? In sponsæ custodia præcipuè agitur res castitatis, & puritatis: præcipuè habetur ratio præuētionis aduersus humi repentes voluptates; quisquis autem pro castitate pugnat tutanda nullū requirat virtutum armamentum, necesse est, sed omnia habeat. Non lōgè abest Gillib. Abb. ser. 26. in Cant. fatus: *Vide priuilegiū sponsæ, Apostolus Petrus hortatur nos coædificari in domos spirituales; hæc verò non tantum in domum, sed etiam in turrim ædificatur. Paulus in habitaculū Dei coædificari nos optat sed sponsa hoc non contenta, etiā propugnacula adiungit, vt sublimis, & securior sit habitatio.* Vbi sponsæ puritas seruari debetur, vbi cōtra humi repentes voluptates pugnandū est; parū securus eris, si aliqua fortium requiras arma; si non omnia tibi sint in prōptu iacula, quibus aduersus vniuersa alia vitia queris pugnare. Hinc Paul. Ephes. 6. *State dilectissimi succincti lūbos mētis vestræ in veritate, & calceati pedes in*

Exod. 17.

D. Greg.

Can. 4.

Pet. 1. ca. 2

Gill. Abb.

Ephes. 6.

præpa-

præparatione Euangelij pacis. Vbi lumborũ curam mandat, ſtatim conſulit induēdam omnẽ Euangelicarũ virtutum panopliã, vt nec pedes ſuis armamentis careant. Et cur tanta virtutum armatura mandatur ijs, quorũ cura circa lumbos conſtringendos verſatur; niſi quia ibi res agitur caſtitatis, cui ſi vel in pede armatura deſit, indè vincetur à voluptate? Ait enim D. Paſcaſ. lib. 3. in Math. *Lumbos ſuccincti baltheo caſtitatis, & pedes calceati munimine pacis. Quia & diſcinctus miles ab impudicitiæ incentore cito vincitur, & non calceatus facile à ſerpente mordetur.* Fœlix cui omnia fortium armamẽta in promptu ſunt; is ſolus ſecurus aduerſus ſerpentinos voluptatum morſus ſtabit; ſi vel pedem inermem habeat, miſere cadet. Nullis, mihi credat, parcat armis, qui pro caſtitate ſeruanda belligeratur, ſed omnia ſeaduerſus vitia induat, eò diligentius, quò periculoſius eſt certamen. Apud Luc. cap. 11. *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet.* Vnus ſufficit armatus, nimirũ vnum armorum genus ſufficit ad poſſeſsiones tutandas, ad cuſtodienda atria. Delectulo autem Salomonis Cant. 3. dicitur: *Ecce lectulum Salomonis Septuaginta ambiunt ex fortiſsimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bellandoctiſsimi, &c.* Totum ingens regiæ domus atrium vnus cuſtodit armatus: verùm vbi ad paruũ lectum, hoc eſt, lectulum ventũ eſt, nõ vnus, non duo, non triginta ſolum, ſed ſeptuaginta armati ambiũt, ne vel minimæ lectuli pars poſsit apparere, ſed omnes opertæ ſint armatis. Cur vbi atrium vno creditur armato, lectulus minimè permittitur eſſe, niſi vndique armatis opertus? Pulchrè ait Gillib. Abb. ſer. 16. in Cant. *Vberior hic commoratur cuſtodia quia vberior eſt gratia lectuli quã atrij: & ſpõſæ ſolicitudo maior, quàm poſſeſsionis.* Quippè vbi ſponſæ caſtitas cuſtoditur ab hoſte ſuo, nẽpè voluptate; maior ſit ſolicitudo de adhibendis omnigenis armis, nequid inerme videatur.

D. Paſcaſ.

Luc. 11.

Cant. 3.

Gill. Abb.

§. IX.

A Ieſu venit, quòd lutei homines omni virtuti creatæ ſuperiores euadant.

IEſus eſt, qui nobis dedit poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutẽ inimici; ex quo enim homines Ieſum intuentur, Satanæ rident virtutem, & altitudinem, vt qui illi ſuperiores efficiantur. Aiebat Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, congregabuntur, & aquilæ.* Græci legunt, *vbi fuerit cadauer:* Et quidẽ non ſic aquilæ currunt ad cadauer, vt currunt vultures, & currunt corui: hi cadaueribus veſcũtur; frequẽtior aquilarum præda non cadauer, ſed viuida ſunt animantia. Cur ergò vulturibus, coruiſque dimiſsis dicuntur ibi aquilæ ad cadauer congregari? Non loquebatur Dominus de quouis cadauere, ſed de diuiniſsimo cadauere Chriſti corporis, ex quo viſo non poterãt etiã milui, & corui nõ fieri aquilæ, eo regali ſpiritu illuſtres, vt calcatis mundialibus virtutibus ſuper omnia ſuperiores euaderẽt. Ad hæc Orig. hom. 30. in Matth. *Non dixit vbicũquè fuerit cadauer, congregabũtur corui, aut vultures: ſed volens oſtẽdere magnificos, & regales eſſe mones, qui in paſſione Domini crediderint: proprie dixit, vbi fuerit cadauer, congregabuntur, & aquilæ.* Equidẽ diuiniſsimus agnus occiſſus neſcit nõ paſcere aquilas, nimirũ homines, qui regali ſpiritu ſublimes Principum aeris huius dominentur, & ſuper omnem virtutẽ inimici ſuperiores euadãt. Quò ſpectans Dominus ait Cant. 4. ad fortes animas: *Sicut turris Dauid collum tuũ, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ.* Cur Dauidis turri comparatur anima, niſi quia ex filio Dauid Ieſu habet, quòd inſtar turris exſurgat in altũ, regaleſq; ebibat ſpiritus, quibus alia excutiat iuga, & ſuper omnem Satanæ altitudinẽ efferatur? Ita D. Amb. ſerm. 4. in Pſal. 118. fatur *Erecta enim ad Deum cerui, & inge Chriſti habilis, quæ nullà in terras illecebrarum in flexione curuetur, ſicut Chriſti regalis eſt turris, cui iugum ſuũ Nabuchodonoſor non poſsit imponere. Condidit enim turrim illã Dauid, ille manu fortis, & ſupra murorũ ædificauit excelſa, vt habeat etiam iaculapotentiũ, quæ aduerſus omnem extollentem ſe altitudinẽ lacertis quibuſdam Fidei dirigũtur.* A Ieſu cõditore habẽt fortes hominum animæ, quòd erecta ceruice ambulanies tyrannorum iuga contemnat, quòd inſtar regalium turrium ſuper excelſa quæque appareant, & rideant altitudines Satanæ? Quæ inimicorum virtutes nõ cõculcãtur ab illis, qui ſpiritu Chriſti agũtur? Sanè omnes peſſundant, nulluſque eſt adeò feralis tyrannus, quo nõ euadant ſuperiores. Ex quo meritò Pſal. 17. *Quis Deus præter Dominũ? aut quis Deus præter Deũ noſtrum? Deus, qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam vitam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam cernorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.* Bonus Deus, & ſalutaris meus Ieſus, me ad excelſa impulit, vt excelſa ſemper tenerem, & ſemper contenderem ad altiora.

Orig.

Cant. 4.

Amb.

Pſal. 17.

Et quomodo contēderem ad altiora? Instar ceruorum, hoc est, possundatis, & contritis venenatis, feralibusque inimicis. Ait enim ibi Theodor. *Sicut ceruis natura insitū est venenatas feras conculcare: sic me superiorem, & illustriorē hostibus reddidit.* Quod natura dat ceruis, hoc dat hominibus gratia Christi, nimirum quod serpentes, & scorpiones, & omnem inimici conculcent virtutem, & instar turrium super omnem Satanæ altitudinem emineant. Et cur super altitudinem Satanæ non emineant, qui etiā à Iesu habent, quod super cælorum effulgeāt virtutes? Psal. 100. clamat Dominus: *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecū.* Verū Isaiæ 6. ostenditur Dominus super solium excelsum, & eleuatum, & *Seraphim stabant super illud*, & quidem dū Seraphin stant, homines admittuntur ad cōsessum. Id quod vehemēter miratur D. Chrysost. ibi aiens: *O ingens miraculum! Lutei sedent, & corporis expertes adstant.* Purissimi spiritus adstant Deo, cui homines lutei assident, vt clarius pateat Iesu potestas terræ fidelibus data, qua lutei homines cœlestibus etiam virtutibus sublimiores apparent.

Theodor.

Psal. 100.

Chrysost.

§. X.

Fastuosæ altitudines cōterentur, nec vllū damnum seruis Christi, sed potius gloriam afferent.

NVllus mundialis fastus, nulla Satanæ altitudo, & virtus nō cōteretur, nō pessabundabitur; quod minimè seruis Dei nocebit, imò illis in gloriā cedet magnā. Sic etiam de fastuosis hominibus loquitur Iob cap. 24. *Eleuati sunt ad modicum, & nō subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferētur, & sicut summitates spicarum conterentur.* Expende illud, *& sicut summitates spicarum:* pulchra enim similitudine omnes altitudines mundiales exprimit. Est equidem mūdꝰ, velut ditissima tritici seges, in qua fœcundæ perst repūt spicæ; quòd si in segete summitates solum attēdas, videbis super omnia sese extollentes aristas. Quid tunc? Dies trituræ ad est, proculdubio aristis malus; nulla enim arista, etiam quæ sublimior supra spicam apparebat, non conculcatur, non conteritur, & in minutissimas fauillas abijt, quò statim apparent pretiosa tritici grana. Sic prorsus in mundi agro, vniuersæ fastuosæ altitudines sunt spicarum summitates; sunt aristis similes quique sese ambitiose eferunt; qui & si paulisper eminere è sublimi videantur, tandem dabuntur conculcationi; & inter eos conculcandos mundiora videbuntur iustorum humilium grana. Hic sic finit D. Gregor. lib. 17. Moral. cap. 6. aiens: *Trituræ tēpus adueniet, quod, & aristarū rigiditatem frangat, & solida grana non cōterat. Tunc quippe superbia iniquorum comminuitur, tunc electorū vita, quāta integritate fulgeat declaratur: quia cum iniusti deficiunt, ex hac ipsa aristarum confractione agitur, vt grana appareant.* Nunquā elatorum cōculcatio iustis damnosa est, sed vtilis; vt conculcatio aristarum granis. Quis iam non amplectatur iustitias? Quis nō magis amet granorum latebras, quam summitates spicarum? Conculcabuntur sanè conterentur spicarum summitates, nimirùm aristæ vniuersæ, & interea grana in aureos sese extollent aggeres. Non aliter mundiales fastus, Satanæ altitudines dabuntur iustis hominibus conculcandæ, nec indè iustorū dānum sed prorsus exsurget gloria maiot. Psal. 57. de iustis loquitur: *Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Inter conculcationes aristarum, vel inter effusiones sanguinum solent vicini, vel puluere, vel sanguine fædari: iustus autem dum conculcationi, & contritioni impiorum adest, nullam indè maculam, nullum detrimentum capit, sed impiorum sanguis, & perditio erit iustis pro lauacris, ex quibus fulgentiores appareant. Ita D. Ber. in Psal. *Qui habitat*, ser. 7. fatur: *Planè non inquinabit in sanguine, sed lauabit? vt vnde ille cruētus magis, indè ille nitidior videatur: vnde ille plus sordet, indè iste pulchrius illucescat.* Sub cōculcatorum impiorū puluere nō sordebit iustus, sed magis illustrabitur, & confirmabitur in gloria sua. Iubebantur a Iosue fortissimi duces Israelitarum super prostratorū regum colla ambulare. De quibus dicitur Iosue cap. 10. *Qui cū perrexissent, & subiectorū colla pedibus calcarent, rursus ait ad illos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini.* Sub pedibus equidem suis potentissimos tyranos vident Iosue milites, nec indè timorem, aut damnum percipiunt, sed magis fortiores, & illustriores efficiuntur. Ex quo sic loquitur Orig. hom. 12. in Iosue: *Oremus ergò, vt & nostri pedes tales sint, tàm speciosi, tàm validi, qui possint calcare ceruices inimicorū: qui possint ita calcare caput serpentis, vt calcaneū nostrū mordere non possit. Qui enim pugnat sub Iesu debet etiā illud promereri, quod de prioribus bellatoribus scribitur. Et reuersus est, inquit, omnis populus ad Iesum incolumis.* Hi sunt fortissimi Iesu bellatores, qui inter confringēdos, cōculcandosque inimicos, nullum ipsi vulnus recipiant, sed speciosiores, & validiores effulgeant.

Iob 24.

D. Greg.

D. Ber.

Iosue 10.

Orig.

Luc. 10.

Luc. 10. Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.

§. XI.

Nemo bonus gaudia sua alienis calamitatibus nutrit.

MEritò Dominus prohibet, quòd discipuli sui gaudeant in eo quod videant spiritus sibi subijci; sibique conculcandos substerni; qui enim bonus est, nõ debet aliorum ruinis gaudia sua nutrire. Quam aquam tres magnanimi duces suæ vitæ periculis emerant, offerunt Dauidi: & quid bonus rex? *2. Reg. 23.* Ait 2. Reg. 23. *At ille noluit bibere, sed libauit eam Domino.* Cur noluit bibere rex aquã adeò concupitam? Sanctissimè cauit Dauid affectui suo satisfacere alienis periculis. Ait Nazianzen. orat. 16. *Nequaquam bibens, sed solum aquam delibans, minimè sibi indulgẽs, vt affectum proprium alieno sanguine exsatiaret.* Nunquam bonus vir pascitur aliorum calamitatibus, nec æstimat gaudia, quæ de proximorũ nascuntur sanguine. Sapienter enim *Casiodor.* dicit Casiodor. 12. var. 13. *Vltra omnes crudelitates est, diuitem velle fieri de exiguitate mendici:* & meritò ad omnium crudelissimũ animum reuocat, quòd quis gloriæ suæ exaltationem fundet aliorum calamitatibus. Quã crudelitatem ostendit illa saltatrix, quæ inter natalitũ gaudia, sic Herodẽ precatur Matth. 14. *Da mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* *Matth. 14.* De quo D. Chrysost. fatur; *Quasi de dapibus loqueretur, sic sacrum illud caput indisco afferri postulat, nec causam petitionis vllam affert, quippè nulla excogitari poterat sed absq; ratione aliorum calamitatibus honorari contendit.* Expende illud crudelissimi animi propriũ, nimirùm, *aliorum calamitatibus honorari contendit.* Nihil magis indecorum homini; nihil magis ab homine alienum, quàm quod honorem suũ, exaltationẽ suam, gaudia sua in aliorum calamitatibus ponat. Saltem hoc à Christiano spiritu maximè distat, vt ostẽdit diuinus spiritus, dũ super Iesum Matth. 4. venit in specie columbæ. Columbæ namque assumptæ ibi ab Spiritu Sancto rationem reddens *August.* D. Aug. tract. 6. in Ioan. ait: *Sunt passeres breuissimi, qui vel muscan occidũt, nihil horum columba. Non enim de morte pascitur. Qui laniatũt Ecclesiam, de morte pascũtur.* Hoc est perfectissimi Christiani signũ, quòd de aliorum non pascatur morte, quòd non gaudia acquirat ex alienis ruinis. Quam gloriam in Iesu nitebantur obscurare nequam illi spiritus Luc. 4. clamantes: *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus torquere nos.* *Luc. 4.* Quos merito increpuit Dominus, vt male adulantes, dum Christi gloriam de suis ipsorum ruinis nitebantur cõstituere. Ex quo notissima, & cantatissima sunt Tertulliani verba à me alias data. Ait enim lib. 4. aduersus Marcion. *Increpuit illum Iesus, planè vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, & malè adulantem: quasi hæc esset summa gloria Christi si ad perditionem Dæmonũ venisset, & non potius ad hominum salutem, qui nec discipulos de subactione spirituum, sed de cãdida salutis gloriari volebat.* *Tertul.* Hucsemper contẽdebat Iesu spiritus, & in se, & in suis, vt minimè fundarentur Christiana gaudia in aliorum ruinis. Ad hæc addam dicta lib. 8. cap. 2. §. 8. circa medium, & §. 9 per totum.

§. XII.

Nunquam non cauendum in Prælaturis periculum.

DE subiectis sibi spiritibus gaudẽtes discipulos monet Dominus ne in eo gloriari velint; & cur non magis dissimulat, & permittit illos in suo permanere gaudio? Cur maluit in illis de spirituum subiectione gaudia cum primum sopiri? Periculosa quidem res est hominibus prælatura, & ideò noluit diuinus magister, quòd discipuli sui viderent subiectos spiritus, sine magna cautela, ne sicut Dauid ad cõspectũ subiectorum numerum euanescerent. In Exod. cap. 18. dicitur: *Sedit Moyses, vt indicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod agis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur, de mane vsque ad vesperã?* *Exod. 18.* Et postpauca: *Non bonam, inquit, rem facis, &c.* Cùm sedet Moyses iudicaturus circunstantem populum, tunc alienigena introducitur, qui Moysem reprehendat, eiusque carpat nimiã solicitudinem, circa omnium particularium subiectorum causas audiendas. Sed cur alienigena non expectat dissolutionem iudicij, & tunc secretò Moysem admonet? Cur statim, vt vidit sedentem, illum increpuit? Diuino agebatur res cõsilio, sciens enim Deus

præ-

prælationis periculum, vbi suum famulum Moysem in sede exaltatũ nouit, statim permisit ab alienigena admoneri, & reprehẽdi, vt faustus cohiberetur; & periculum magis caueretur, Ad hæc D. August. quæst. 68. in Exod. ait: *Videndum est etiam, ne forte ibi voluerit Deus ab alienigena admoneri Moysem, vbi & ipsum posset tetare superbia: sedebat enim in diciaria sublimitate solus vniuerso populo adstante.* Nunquã Deus solicitus non est de suis admonendis prælatis, vt qui sciat, quàm periculosum sit in homine alijs præesse, & quàm cautus semper debeat esse subiectorũ conspectus, vt quò fere omnes homines euanescant. Indè meritò tantum Principem nimirùm Moysem subiecit correctioni alienigenæ, vt sic in regio culmine securius, & firmius maneret. Non aliter locutus Dominus ad discipulos suos Ioan. 7. ait: *None ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Eorum glorioſissimam electionem pro oculis ponit; & simul miserrimum casum vnius meminit, & valde miratur Ruper. quod tũc temporis, quando discipulorum exaltationem à se peractam ostendebat, simul illorum animos transfigebat, illis verbis, *vnus ex vobis diabolus est.* Cur Domine quando prouũtiantur discipuli electi in Principes, tàm duro affliguntur verbo, vt illorum vnus diabolus prõũtietur? Res est plena periculi exaltatio, nullusque homo sic in exaltatione relinqui debet, quin experiatur aliquod acerbitatis põdus, ne penitus euanescat. Ad hæc eleganter Ruper. lib. 7. in Ioan. fatus. *Vt igitur filij hominum in tegmine alarum Domini sperent, & de semetipsis humiliter sentientes, nõ exaltent animam suam, opportune in casu aliorum solicito timore deprimuntur.* Vel præcipitij timore interrumpit Dominus exaltationis gaudia in suis electis; vt quantum hæc dilatet animos, tantum ille contrahat, ne nimis de sublimitate inflentur.

Augusſt. Ioan. 7. Ruper.

§. XIII.

Electorum nomina nunquam, sine re triumphi.

MIraris quod electorum negotium totũ dicatur esse in nominibus scriptis in cœlo, an id dicitur, quia in solis nominibus tota illorum consistit gloria? Cur ergò sola meminit nomina? Nomen electorum non inane est, & vacuum, vt mũdialium solet esse nomen; quin potius nullum est electorum nomen, quod in se rẽ triumphi nõ inuoluat. Id quod in Moysis vocabulo notandum venit, cũ enim Pharaonis filia, ex flumine susciperet puerũ, vocauit eum Moysem Exod. 2. dicens, *quia de aqua tuli eum.* Itaque Moysis nomen aquæ denotabat periculum; quid tunc? Mansit illud nomen postmodũ inane quoddam, & vacuũ vocabulum? Absit: imò quia de populo Dei erat Moyses, non potuit in nomine non ostendere rem maximi triũphi, qui peractus fuit, vbi submerso in mari Pharaone, populum Israeliticum in sicco locauit. Id quod ponderans D. Aug. ser. 79. de tempore fatur: *A fluctibus deniq; mystica lingua Moyses nomen accepit, & Pharaonis necẽ, quã præparauerat in nomine, in flumine maris inuenit.* Expende illud, *præparauerat in nomine*, quippè electorum nomina nunquã nõ præparat in se præclaros triumphos de hostibus reportandos: semper in nominibus suis solent electi habere inuolutas glorioſissimas victorias. De præstantissimo Angelorũ duce dicitur Dan. 10. *Et ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutorium meũ.* Ex quo autem Michaelis nomen aduertit in cœlesti duce Rupert. illico putat non posse non illi attribui glorioſissimas, & frequentissimas victorias. Ait enim lib. 1. de Vict. cap. 18. *Iste & tunc in cœlo victor effulsit, & nunc in Ecclesia qua ad cœlum tendit, eundem antiquum hostem vincit; & vincendo illum pronauit, quia nõ est alius sicut Deus* Meritò nõ potuit tãti ducis nomẽ esse, sine re glorioſissimę victorię; quãdo cœlestiũ Principũ nomina nõ vacuum exprimunt sonũ, sed verã ostendunt rẽ gloriæ. Quòd in nominibus laudauit Casiodorus. 6. var. 7. aiens: *Grata sunt omnino nomina, quæ designãt protinus actiones; quãdo tota ambiguitas audienti tollitur, vbi in vocabulo concluditur, quid geratur.* Nõ solũ in electorum nominibus sonus nominis auditur, sed triumphi, & victoriæ de hostibus visuntur reportatæ. Vndè Actor. 7. *Et lapidabant Stephanũ invocãtem, & dicẽtem, &c.* Inter durissima certamina nomen meminit triumphãtis, vt præomnium oculis rem nominis, nimirùm triumphi coronam ostentaret. Pro quo D. Petr. Dam. ser. 1. ait: *Volat sanctorum imber, & fortissimis inuidorũ manibus loca vulnerum duplicantur: patiẽter patitur coronatus noster, de corona nominis ad coronã regiminis tranferendus.* Nõ potuit esse vacuum tanti martyris nomen, sed vt triumphũ, coronamque sonabat, sic rem triumphi, & veram gloriæ coronam debebat ostendere in triũphatore. Quò spectabat illud Isaiæ cap. 62. *Vocabitur tibi nomẽ, quod os Domini nominauit*, iuxtà Hebraicam lectionem dicitur: *os Domini perforauit.* Sed qualiter nomẽ perforari

Exod. 2. D. Aug. Dan. 10. Rupert. Casiodor. Actor. 7. Pet. Dam. Isai. 32.

rari poteſt; cùm ſit ſimplex ſonus? In electis non ſimplices ſoni, ſed vere res ponuntur à Deo loco nominum.

§. XIIII.

Regales hominũ animi nullo ſic moueri debent, ex ſenſibilibus bonis, quàm æterna nominis claritate.

MVltæ materiæ gaudiorum etiam ſenſibilium nos in cœlo expectant; & de omnibus vnam proponit Dominus, nempè nominum clariſsimam inſcriptionem aiens: *in hoc gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Et cùm alijs omiſsis gaudiorum cœleſtium materijs, vnam hanc obiecit, niſi quia clari nominis æterna, & glorioſa inſcriptio maximè debeat regales hominũ animos ſollicitare? Itaque præ omnibus ſenſibilibus bonis quærit regij, & generoſi hominum animi. Non grauabor exemplum dare in reprobo homine, quem tamen adhuc tenebat aliqua generoſitas regalis. Is erat Saul, qui cõſulens defunctum Samuelem de belli euentu, hoc triſtiſsimum reſponſum accipit. 1. Reg. 28. 1. Reg. 28. *Cras autem tu, & filij tui mecum eritis: ſed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthiim.* Quid faceret regius animus hoc triſtiſsimo nuntio de morte ſua, & filiorum ſuorum audito? An bello ceſſauit rogans pacem etiam acceptis conditionibus turpiſsimis? An fugit ipſe, dum præliabantur exercitus? An ſaltem niſos monuit, vt fugerent, & conſulerent vitæ ſuæ? Hæc omnia poſſet facere, ſed quia ingloria, & indecora erant, abiecit illa; & vnà cum filijs omnibus in exercitũ venit, ſeſe hoſtibus fortiter oppoſuit, plus æſtimans nominis claritatẽ, quã vitam, quã filios. Verè in hoc laudabiliſsimus ab Abbulenſe habetur in 1. Reg. 31. quæſt. 7. & elegãter illum extollit Ioſephus libr. 6. de Antiq. 1. Reg. 31. cap. 15. inquiens: *De obitu ſuo præmonitus à Propheta, noluit tamen eum vitare, & ob vitæ cupiditatem exercitum hoſti prodere, atque hoc modo regiam maieſtatem deho neſtare: ſed cum liberis, totaq; familia periculo ſe obijciẽs, pulchrum exiſtimauit in prælio, pro ſubditis, & ſuo imperio pugnãdo cadere, & filios in eiuſdem laudem ſocietatis aſſumere, potius quã ſuperſtites relinquere, incertum quales nam futuros. Sic enim exiſtimauit loco poſteritatis perpetuam laudem, & immortalem memoriã ſibi futuram.* Neſcit regius animus alia reſpicere, vbi res eſt de nominis æterna claritate; imperium, fateor, ſolet celſos animos pulſare; & domus amplitudo, & diuitiarum theſauri, & filij, & vita ipſa: ſed ſuper hæc omnia apud illos valere debet nominis æterna claritas. Quò reſpiciẽs aiebat Eccleſiaſtes cap. 7. *Melius eſt nomen bonum, quam vnguẽta pretioſa.* Eccleſ. 7. In vnguentis vniuerſa alia bona, imò vniuerſæ dignitates, quibus homines ſolent gloriari, ſignificãtur: vt pateat, quàm debeat homini cordi eſſe cura de bono nomine obtinendo, vt quæ prima ſit; & omniũ maxima, & nihili faciens vniuerſa alia ſenſibilia gaudia. Quod exprimẽs Caldæus legit: *Melius eſt nomen bonum, quod comparabũt iuſti in hoc ſæculo, quàm vnguẽtum vnctionis, quod fuerit iniunctum ſuper capita regum, & ſacerdotũ.* Cald. Non regnum, non Pontificatus ſic debet afficere celſos hominis animos, vt bonum nomen virtutum facinoribus comparatũ. Hoc regaliſsimum eſt; imò & diuiniſsimum, nullò ſic moueri, quàm æterna nominis claritate: hinc illa frequens ad Deum ſupplicatio, *propter nomen tuum, & propter gloriã nominis tui, & ne blaſphemetur nomẽ tuum,* quaſi hęc ſola ratio præ omnibus apud Deum valeat, ſic frequẽtẽ à Prophetis, & ſanctis viris vſurpatur. Hinc Dauid Pſal. 116. *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternũ.* Pſal. 116. Vnã cupit Deo apud omnes gentes nominis claritatem, & laudem; nihil illi cupit amplius. Aliter Angelorum chori Apocal. 5. clamãt: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuitias, & diuinitatem, & ſapientiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Apoc. 5. Expende modo quot, & quanta bona cupiant Angeli Deo ſuo, & Dauid ſolum illi petit dari laudem. Cur Angelis tot bona Deo cupientibus. Dauid illi ſolam requirit laudẽ? Sanè æterna apud omnes nominis exiſtimatio, ſupremum eſt omniũ externorum bonorum; & quod in ſe omnia alia claudit. Quod notans Caſiodorus Pſal. 116. in concluſione Pſalmi ait *Quid enim amplius potuit dici, quã vt creator debeat toto orbe laudari? Fœcunda breuitas, conſtricta copia, arctũ latiſsimum, & ſine fine coangueſtum.* Caſiodorus. Quaſi nõ amplius poſsit dici de diuiniſsimo ſpiritu, de regaliſsimo animo, niſi quod debeat toto Orbe laudari, quod æternam apud omnes habeat nominis claritatem: in hoc ſolo immenſam bonorum copiam coangueſtãs, & arctãs. Huc etiam reuoco dicta ſuprà lib. 15. cap. 2. §. 2.

§. XV.

§. XV.

Illud glorioſiſſimũ virtutis præmium eſt apud exteros, & longè diſſitos prædicari.

MAgnum equidẽ eſt, & glorioſum Chriſti diſcipulorum præmium, quod viuẽtes adhuc, in cœleſtibus nomina ſua æterno habeant inſculta marmori. Quod quis apud familiares ſuos, apud inferiores ſuos, apud vicinos ſuos benè de ſe audiat, no menque ſuũ ſciat prædicari, nihil magnũ: at magnum eſt, quòd apud exteros, & longè diſſitos nomen
Caſiod. tuum cernatur prædicari. Sic monebat Caſiod. 7. var. 2. *Habes, qui & bene loqui de te debeant, & derogare præſumant. Quia nulla poteſtas eſt, quæ qualitatem famæ ſuæ de ore hominũ poſsit auferre. Contrà, fructus eſt, opinione prædicabili per confines ire prouincias. & ibi inuenire veriſsimam laudem, vbi non imperas poteſtate.* Meritò aſsignatur illi virtutis fructus, quòd vbi nihil tuum habes, fulgeas nominis claritate, & qui à te prorſus alieni ſunt & longè diſsiti in tuas exſurgant laudes. Hæc gloriam Chriſti ſponte attribuunt vniuerſæ
Pſal. 44. nationes, de qua dicit Pſal. 44. *Vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites terræ.* Sic virtus reddit ſuos aſſeclas celebres, & claros apud omnes, vt nemo ſit diues, nec potens in tota terra, qui illorum faciem non cupiat videre, qui eorum vultum non deprecetur. Ad quæ
Chryſoſt. ait D. Chryſoſt. ibi: *Quid eſt deprecabuntur? Honore, & gloria afficient, qui magni ſunt, & excelſi. Hoc enim nunc fit in Eccleſia, eos, qui virtute vitam agunt, omnes honorant, & colũt, licet ſint, & opibus, & authoritate inſignes, omnibus enim copijs, & facultatibus eſt maior virtus. Videte autem Eccleſiam, quæ honoratur ab omnibus.* Vna virtutis fama ſuperat, & diuitias, & poteſtates omnes, & per omnium ora volat: quas gentes, quas nationes non afficit bonus virtutum odor? Apud propinquos colitur homo iuſtus, apud exteros veneratione eſt, terras & cœlos peruadit omnes. Pauperculi fuerunt primi illi Eccleſiæ fundatores, ſed vbi clarere virtutibus cæperunt, ſuo vniuerſa repleuerunt odore. Vt dicat Pſalm.
Pſal. 18. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorũ.* Vbi Caſiod. *Sonus virtutum fama eſt, quæ pergentes ſingulas prædicabili opinione currebat. Fines autẽ terræ ſunt reges; qui quaſi termini agrorum ſua regna cuſtodiunt: vt non ſolum ad humiles, verum etiã ad Principes gentium Euangelij verba peruenirent declararẽtur.* Propriſsimus virtutũ fructus eſt opinione prædicabile ire per cõfines prouincias, exteras vniuerſas nationes peruadere, ſuique deſiderio ita etiam longè diſsitos afficere, vt in ſingulorum cordibus deſcribi eius facies videatur. De Salamone ait. 3. Reg. 3. Reg. 10.
10. *Vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, quàm dederat Deus in corde eius. Et ſinguli deferebant ei munera, &c.* Quid homini regi glorioſo, quàm ſic in ſui deſiderium diſsitas prouincias rapere, quàm inuenire veriſsimam laudem, etiam apud alienos, in quibus ipſe nihil ſuũ habebat, in quibus non imperabat? Hanc Salomoni gloriam non dedit poteſtas, ſed virtus: ait enim D. Irineus lib. 4. cap. 54. *Cum ſine offenſa ſeruiret Deo, & miniſtraret diſpoſitionibus eius, tunc glorificabatur, & omnes eum admirabantur, & omnes reges terræ querebant faciem eius.* Nemo hominum hanc laudem apud exteros comparabit, niſi virtutum ſuffragio: virtus eſt, quæ ſola poteſt facere, quod nomen tuum prædicabili commendatione etiam apud extrañeos recipiatur. D. Iren.

§. XVI.

Principes gaudeant in eo quod de ſe audiunt nõ à cõiũctis, ſed ab abſentibus, & remotis.

ECcleſiæ ſuæ Principes docebat Dominus non præſentium acclamationibus moueri, ſed ad nomina bona apud cœleſtes ciues habita gaudere. Vaniſsimum enim eſt gaudium, quod Princeps recipit ex adſtantium ſibi acclamationibus: illud verum, & ſolidum quod ab abſenti, & remoto venit. Verus creaturarum rex Ieſus Matth. 16. ex ſuis
Matth. 16. diſcipulis quærit: *Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis?* Illis autem hoc & illud reſpondentibus ait: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* In quibus expendendum eſt, quæ fuerit prima ſolicitudo optimi Principis, quippè vbi ſeſe oſtendit ſolicitũ de opinione ſua, non prius quærit, qualis apud ſibi cõiunctos habeatur, ſed hoc illi in primis cordi videtur eſſe, qualem illum abſentem habeant. Pulchrè Petr.
Pet. Dam. Dam. lib. 7. epiſt. 12. ait. *Scilicet, vt rex Angelorum formã daret Rectoribus hominum, quatenus non quid in os eorum aſſentatorie dicatur attendat: ſed quod eorum teſtimonium apud abſentes habeatur, inquirant.* Vtinam hanc ebiberent prudentiam vniuerſi Principes, nihiliſque æſtimarent quæcumque magna de illis in præſentia dicũtur; ſed magis eſſent ſoliciti apud abſentes benè audire. Quantum

eſt

est quod in præsentia laudetur Princeps? Sanè id commune est, & bonis, & tyrannis: nullus Princeps, & si peruersissimus in præsentia non habetur laude dignus. Aiebat Dominus Luc. 12. *Reges gentium dominantur eorũ; & qui potestatem habent, benefici vocãtur.* Expende quam conuenctum sit, potestatem habere, & beneficũ vocari, vt illud nequeat esse sine hoc. Et quidem multi potestatem habent, & peruersissimi sunt, & reipublicæ pestes, & subditorum ruinatrij; autem potentes ad malum poterunt etiam benefici vocari? Maximè, non enim fieri moraliter potest; vt qui potestatem in mundo habet, eo ipso in præsentia nõ habeatur, & prædicetur beneficus. Vndè dicebat D. Bern. ser. 4. in Ascens. *Hinc est, quod benefici vocantur, qui potestatẽ habẽt; hinc quod laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Potentibus siquidẽ omnes adulãtur.* Nullus est qui in præsentia velit potẽtibus negare laudum suffragia; quæ re præstantissimorum Principum gaudia minimè ponenda in vocibus sibi ad tantum: sed in absentium, & extraneorum rumore prædicabili. Id quod monet Cassiod. 10. var. 19. mens: *Sed & vobis gloriosi Principes, cũ sitis absolutè mirabiles, aliquid tamen additur, cum vos omnia regna venerantur. Nam cõmune est cunctis, in suis imperijs prædicari sed illud est omnibus modis singulare, in extranea gente laudes proprias inuenire. Quia ibi sunt vera iudicia, vbi neminem cõprimit vlla timiditas.* Expẽde quæ iudicia faciant ad singularem Principis gloriã, ad singularia eiusdẽ gaudia, non quidem iudicia exorta ab effectu, sed à respectu aliquo, sed illa iudicia, quæ ibi fiunt, vbi nullus est locus, vel affectui, vel timiditati.

Luc. 22.

Bern.

Cassiod.

CAPVT XII.

De Fulgore, & cadauere.

POST Satanam fulguri assimilatum, se etiam ipsum assimilat Dominus fulguri, vt ostendat, quam patens, & metuẽdus venturus sit iudicare Orbem terrarum. Insuper non solum fulguri, sed & cadaueri se comparat, sicut enim cadauera solent ad se aquilas congregare, sic Dominus ad se omnes electos suos in Iosaphath valle congregabit.

Matth. 24. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsq; in Occidentem, ita erit, & aduentus filij hominis. Vbicũq; fuerit corpus, ibi congregabuntur, & aquilæ.

§. I.

Nil vnquam lucidũ fuit, quod Domino Iesu non prætulerit imaginem.

COruscãti fulguri rectè Iesus Dominus comparatur; nulla enim vnquam apparuit lux, in qua Iesu non apparuerit imago. Eius nomine dicitur Iob 28. *Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* Ecce tibi hinc primo orientia cœli astra laudes Iesu excitant; illinc vniuersi Angelorum chori pleni iubilo eidem festum agunt, laudibusq; eius intonant. Sed cur potius cũ astra apparere incipiunt, & ab astris, & ab Angelis in Iesu laudes cantatur hymnus? Quia nullum ait, umincipiebat oriri, in quo præcipua quadam ratione non appareret repræsentatus Iesus materiã canendi Angelicis choris præbens largissimam. Quod notans D. Anast. Sinaita in Exameron 5. inquiens: *Quando facta sunt astra, laudarunt me voce magna omnes Angeli mei. Et quam ob rẽ? Quoniam facta sunt astra? Nũ certe propterea, sed cum vidissent Solem, è terra recurrentem, in mysterio didicerunt, quæ extremis temporibus futura erat, Christi incarnationẽ, & è terra assumptionem. Et idcò cum vidissent eum ex sancta Virgine tanquam ex abysso exortum statim exclamarunt dicentes: gloria in excelsis Deo.* Itaque in singulis astris orientibus videbãt Angeli Christi venturi mysteria, quæ festiuis lætisque prosequebantur acclamationibus. Neque vlla lux vnquam fuit, quę Iesu in mundum venientis non præfiguraret imaginem. Vndè Isaias cap. 62. *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur.* Ecce in lampade, & quidem ab hominibus contempta Iesus exprimitur, & in splendore etiam, dum ait: *egrediatur, vt splendor*; ibi Septuag. *egrediatur sicut lumen*; ibi Procopius: *egrediatur sicut fulmen*: Nullum fulmen, nullus ignis, nullus splendor apparuit, qui saluatoris mysteria

Matth. 24.

Iob 28.

D. Aug.

Isai. 26.

steria non signaret. Quò respiciens Psal. 18.

Psal. 18. *In sole posuit taber aculum suum*: hoc est per Hypallagem, vt mauul. Genebrard. *Solem posuit in tabernaculo suo.* Vt enim pro foribus tabernaculorum, & domorum signa ponuntur, & stemmata, quæ habitantium ostentet magnalia; sic Iesus pro tabernaculi sui foribus posuit Solem, qui cum sit omnium luminum fons, Iesu facinora, & triumphos omniũ optimè designabit. Hoc sibi acquirant lucidissimum signum, ac stẽma, quicumq; in Christo cupiunt haberi nobiles, nullò enim magis vera nobilitas radiat, quàm dũ in operibus nostris veri Solis Christi præferimus

Iob 1. splendores. Dicitur enim de Iob cap. 1. *Et erat vir ille magnus inter Orientales.* Quæ verba tractans

Didym. Didymus in Cant. Græc. ait: *Genere clarus inter Orientales prædicatur, quoniã lucis Deiq; filij a lucidis actionibus nuncupantur. Hi ad Orientem Solem pertinẽt: neque enim iustus ab hominibus, sed à splendore Solis iustitiæ splendescentem assequitur nobilitatem.* Iactent in stemmatibus suis facinorũ nobiliũ signa mundiales homines; ostẽtẽt aquilas, leones, tygridse, aliaq; fumosiores triũphorum imagines. Tu verò quisquis cupis splendescentem assequi nobilitatem, & veram, illam à solis iustitiæ splendoribus quære; tunc enim super nobilissimos quosque elebaueris: cùm te Christianarum virtutum cinxerint splendores.

§. II.

Obfirmati, obduratiq; in peccatis suis miserius in aduentu iudicis perdentur.

IVdicis supremi aduentus fulguri meritò comparatur, vt enim fulgureo igne nõ tã perduntur mollia, sed magis dura, & resistẽtia, sic in iudicis aduentu, maiori afficietur plaga, qui durior, & obfirmatior in peccatis fuerit. Rem facio manifestam ex 1. Regul. 5. vbi capta arca Domini posita fuit in altari iuxta Idolum, quòd Dagõ vocabatur. Quid

1. Reg. 5. tunc? Ait textus: *Ecce Dagon iacebat pron⁹ in terra ante arcã Domini: & tulerunt Dagõ, & restituerũt eũ in locum suum. Rursumque manè die altera inuenerunt Dagõ iacentẽ superfaciẽ suam in terra corã arca Domini: caput autẽ Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant, &c.* Ecce bis percutitur Dagon ab arca Domini; primo solùm ab altari deijcitur, in terraq; pronus iacet, sed nullum in se accipit vulnus: secundò, & deijcitur, & iacet, & totus cõteritur abscisso capite, manibus abeisis. Cur antea etiam coram arca integer manet Dagon, licet deiectus: & post modum non solum deijcitur, sed conteritur? Sanè cũ primum accesisit arca inuenit Dagonẽ iuxtà se leuiter positum, quem sic facile deiecit, nec contriuit: at vbi secundo Dagon erectus fuit, & iterũ iuxta arcam constitutus, non solum simpliciter ibi positus fuit, sed magis obfirmatus, vt posit impetu sui arcæ resistere, vndè quò magis obfirmabatur aduersus Dei arcam, maiorẽ passus est ruinam, & contritionem ab illa. Rem insinuat D. Prosper de Prę

D. Prosp. dict. par. 2. cap. 24. inquiens: *Sub arcæ potentia sequenti die Idolum suum elisum, prostratumq; viderũt. Sed hoc casui dantes eum vncis fortioribus, validioribusq; defigunt. Quem postera die confractum comminutumq; corã arca fuerunt intuiti.* Expende modo quando Idolum confractum, comminutumq; inuenitur, nimirùm quando fortioribus vncis, validioribusq; coram Dei arca defigitur; dum enim simpliciter ibi ponebatur, sine vulnere deijcitur; at vbi obfirmatur validioribus vncis, tunc ab arca Dei, & reijcitur, & in frustra cõminuitur. Est equidem Dei ira instar fulminis ea magis conterens, quæ duriora, & magis sibi resistentia inuenit. Accinit Psal. 75.

Psal. 57. inquiẽs: *Tu terribilis es, quis resistet tibi? ex tũc ira tua.* Expende illud *ex tũc*; nimirùm non semper ira Dei terribilis, & incomportabilis appareret, sed exquo visitur inter obduratos & resistentes sibi peccatores, ex tunc magis exardescit; extunc conterit cuncta. Ad hæc

Rupert. Rup. lib. 1. de vict. cap. 16. ait. *Nõ ex quo quis què peccat sed ex quo tibi resistit peccator, ira vim suam exercet, quæ non potest portari.* Non tam peccata attenduntur, quàm obduratio, & obfirmatio in peccatis: dum obdurationõ inuenitur, non sentitur Dei ira; at vbi obduratio est, tunc ira Dei vim suam exerit, & cõfringit omnia, cõminuit omnia. Oseas cap.

Oseæ. 5. 5. *Facti sunt Principes Iuda quasi assumẽtes terminũ, super eos effundam, quasi aquam iram meã. Calumniam patiens Ephraim fractus iudicio, quia capit abire potest sordes.* Quibus maximè notanda est differentia inter Iudà, & Ephraim; vterq; iudici Deo sistitur, quia vterquè peccauit; sed Iudà iudiciũ Dei quasi ressersionem aquę experiuntur; Ephraim autẽ, sic durum excepit iudicium, vt illo prorsus maneret confractus, & cõminutus, ait enim: *Ephraim fractus iudicio.* Cur Dei iudicium, quòd Principes Iuda peccatores tã leuiter percusit, vt illos magis ablueret, Ephraim sic percutit, vt eũ prorsus cõfringat, & comminuat? Ipse Oseas insinuat illis verbis de Ephraim datis, nimirùm, *quia cæpit abire post sordes;*

sordes; cùm energia enim dixit illud *cæpit*, hoc est, sic cæpit, quod nũquam desistet, sed magis obfirmabitur, & obdurabitur in illis. Et quidem Dei ira tunc exacuit vires, cum obduratos inuenit, illos instar fulminis penitus comminuens. Ibi Ruper. *Fractus est, & cecidit iudicio, aliter de illo iudicatum est, vt non soluatur captiuitas eius. Quia cæpit abire post sordes, non dixit, quoniam abijt, sed quoniam cæpit abire post sordes; nimirùm subintelligi volens, quia sicut cæperat, ita & in sordibus etiam perseueraret, neque daret cogitationes suas, vt rediret, &c.* Itaque non tam quia peccauit, quàm quia in ipsis peccatis adeò obduruit, vt nollet se ab ipsis reuocari, ideò prorsus à Dei iudicio confractus, & comminutus manfit. Vt enim fulmen durissima cõfringit magis, sic Dei ira magis exardet in obduratos animos. Quippe, ait Psalm. 75. de Deo: *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias: arcum, scutum, & gladium, & bellũ.* In medio pacis loco, vbi pacificus Dominus intrat, tamen ibi aliquid dicitur confregisse. Et quid ibi confringit? Ibi confringit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum; quidquid durum, & sibi resistens inuenit, prorsus confringit. Ait Aug. *Vbi confregit? In illa pace perfecta. Et quidquid pro magno habent, vndè se protegãt temporaliter; & bellum, quod aduersus Deum defendendo peccata sua gerebãt, omnia hæc ibi confregit.* Nescit hoc diuinissimũ fulmen resistentiam pati, quidquid sibi resistens inuenit, vbique confringit. Iob cap. 9. *Quis restitit ei, & pacem habuit? Qui transtulit montes, & nescierunt hi, quos subuertit in furore suo.* Septuag. apud D. Ephrem Paræn. 39. *Quis durus factus ante eum permansit? Qui in vetustatem perducit montes, & ignorant, qui euertit eos in ira.* Nullum non perdit durum diuini fulminis impetus.

Ruper. Psal. 75. Augusti. Iob. 9. Ephrem.

§. III.

Qui occultũ Deum, & sub vmbris coluit, manifestissimum illum videbit.

TAndem aliquando Dominus aduenies in mundum parebit, sicut fulgur, quod paret ab Oriente in Occidentem: & cur i m conspicuus, & euidens sicut fulgur parebit? Isaias 16. locutus de primo Domini in mũdum aduentu, ait: *Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur, &c.* Merito ergò mundus, qui exceperat nubem atrã, post modũ coruscantia fulgura excipit; meritò quia sub vmbris Deum habuit, & coluit; manifestum, & euidentem aliquando intuetur. Referens Moyses Deuth. 5. qualis descenderat Dominus ad montem Sinai daturus legem, ait: *Hac verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis.* Itaque daturus legẽ descendit Dominus in montem in medio densissimæ nubis, & caliginis, ne populus videret aliud, quam tenebrosum, quid & plenum horroris, sicque vereretur Dominum. Vbi autem Dei filius in mundum venit, & ad ripas Iordanis voce Patris declaratus; imò clarificatus fuit, statim vt ait Matth. c. 4. *Ductus est in desertum à spiritu:* Et cur immediatè post ostensionem, & publicationẽ ad ripas Iordanis sic prædicatus, & manifestatus abijt in montem? Nonne idem ille est, qui vt veniret ad montem Sina nubium, & caliginum latibulum præse tulit, cur modo manifestatus in deserti montem recedit? Vt montes, qui illum sub nubibus viderant, & coluerant, aliquando etiam eumdem manifestum haberent. Id notabat Tertul. libr. 4. in Mar. asserens: *Insolitudinem pergit. Solemnis, & eiusmodi regio creatoris. Oportebat sermonem illic quoque videri in corpore, vbi egerat aliquando, & in nube.* Ad Deũ enim pertinet illis sese manifestum ostendere, à quibus fuit sub vmbraculis, & latibulis susceptus. Similiter Bethlehem natus Dei filius, vbi iam iam mundiales furiæ in illum excitabantur, ipse iram declinans Herodis regis fugit in Ægyptum, sic enim Angelus monebat Iosephum Matth. 2. *Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum:* Cur in Ægyptum? Nonne mille latibula suppetebant illi inter suos, cur magis Ægyptum elegit? Ægyptus prima sub immaculati agniculi vmbria puellum diuinum venerata est, & sic decuit, quod illa regio videret veritatẽ corporis in manifesto, quæ illud primò susceperat sub agni immolati vmbris. Non longè abest D. Leo ser. 3. in Epiph. inquiens: *At ille, qui sanguinem suum pro mundi redemptione fundendum in aliam differret ætatem, Ægypto se parentum ministerio subiectus intulerat, ne sine illa regione pararetur singularis hostiæ Sacramentum, in qua primum occisione agni, salutiferum crucis signum, & Pascha Domini fuerat præformatum.* Meritò Ægypto dantur videnda manifesta mysteria, quæ sub vmbris agni ibi fuerant præformata, vt quæ salutarem hostiam pro mundi salute offerendam in agni occisi vmbris coluerat; eamdẽ manifestam, & patentissimam posset amplexari. Sic quisquis sub vmbris latentem exci-

Deuth. 5. Matth. 4. Tertul. Matth. 2. D. Leo.

pit Deum, fallar, nisi eumdem manifestũ accipiat. Miraris ipsissimum Dei filium in virginis utu euidenter requieuisse? Ne mireris magis, accipe, quid dicat Angelus ad Mariã Luc. 2. *Virtus altissimi obumbrabit tibi, ideò & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* De quo Orig. hom. 2. ex duobus in Cant. inquit: *Ego puto ideò, & natiuitatem Iesu ab vmbra capisse, sed non in vmbra, sed in veritate finitam. Ac igitur, vt possit capere vmbram eius, & cũ vmbra fueris dignus effectus, veniat ad te corpus eius.* Proculdubio euidentem videbit veritatem, qui latentem sub vmbris sciuerit venerari Christum; nescit enim Deus non se reuelare illis, quibus acceptus fuit etiam su vmbris. Hinc Apocal. 2. ait: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & nomen nouum, &c.* Expende quid detur post manna absconditum, nimirum datur, & calculus candidus, & nomen nouum, de quibus ait Richar. Victor. lib. 1. in Apocal. par. 2. cap. 7. *In calculo igitur candido nomen nouum scriptum nobis valde remutam, nobis manifestabit.* Ex quo enim manna absconditum accipimus, iam clara diuinitatis notitia nos expectat illustrandos. Vnde non mediocre argumentum habent, quòd videbunt Iesum in gloria, qui illum modò sub Sacramentorum vmbraculis digne venerantur. Ita Algerus de Sacramento lib. 1. cap. 3. fatus: *Non esset misericordiæ Dei & iustitiæ condignum si eis honoris vicissitudinem non reprehenderet in manifesta visione suæ maiestatis, à quibus dignè susceptus, & adoratus est in occultis, & peregrinis Sacramentorum suorum figuris.* Hæc ille; quod ego crediderim sapientissimè excogitatum; petit enim æquitatis ratio, ne Deus præsentiæ copiam neget illis, à quibus vel eius vmbra in æstimatione dignà fuit habita.

Luc. 2. Apoc. 2. Ric. Vict. Alger.

§. IIII.

Iudicij diem, quàm auidè petunt iusti: non ita impij.

QVis nescit Aquilarum vulturum auiditatẽ, qua in cadauera feruntur? Huic comparat Dominus congregationem iustorum in iudiciũ, vt Aquilæ ad corpus, sic auidè iustorum hominum aquilæ ad apparẽtem iudicem euolabunt. Et quidem non tãta est aquilarum auiditas pro cadauere, quãta est iustorum hominum auiditas pro iusto Iesu iudice. Vbi illæ imperij Christiani aquilæ, nimirum, Apostoli viderunt Iesum abeũtẽ, in cœlos, & se in medio luporum adhuc manentes, quis neget magna tunc tristitia affectos fuisse? Ad illos Angeli dicunt Actor. 1. *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis sic veniet.* De abeunte magistro tristatis vẽturum obiicitis iudicem? Cur non magis ò Angeli aduentũ iudicis occultatis, ne tristitia penitus discipuli absorbeantur? Meritò manentibus in hac valle miserarum, manentibus inter lupos ouibus venturũ iudicem obiiciunt, nullo enim magis possunt leuari sancti, quam dum venturum Dominum ad verum iudicium faciendum recordantur. Eò spectauit D. Chrysost. hom. 3. in Acta, fatus: *Cum vero sic locuti fuissent: Hic Iesus, qui assumptus est à vobis: ne consternarent eorum animos subiecerũt: sic veniet. Respirarunt aliquantulum, cùm audissent eum denuo redituru̇m.* Et quis iustus inter errores mundiales, inter hominum tyrranides, inter mendaciorum triumphos, & depressionem veritatis constitutus nõ respirat aliquantulum audiens venturum iustum, & fidelissimum iudicem? Quis non auidè quærat aduentum integerrimi, & fidelissimi iudicis? Iob inter amicorum calumnias, ait cap. 23. *Quis mihi tribuat, vt cognoscam, & inueniam iltum, & veniam vsque ad solium eius? ponam coram eo iudicium.* Sic innocentia, & iustitia facit, quòd homines appetant diuinum iudicem, & à mundi iudicijs plenis errorum ad Dei ttibunal festinent. Hinc ortum est illud crebrum in Psal. suspirium, videlicet Psal. 7. *Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me:* Psal. 25. *iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ambulaui:* Psal. 34. *iudica me secundum iustitiam meam:* Psal. 42. *iudica me Domine, & discerne causam meam:* Psal. 118. *iudica iudicium meum, & libera me.* Cur tam auidi Dauid ad tribunal Dei stat? Cur toties ad diuinum confugit iudicem? Cur tàm anxijs, & frequentibus vocibus illum pulsat? Pulchrè D. Amb. ser. 20. in Psal. 118. ait: *Festinant innocentes ad iudicium, & propriæ innocentiæ arbitris desiderãt citius comprobari:* Cùm tot hominum peruersa iudicia experiantur innoxij, non miror, quod auidè currant, & festinent ad Dei tribunalia; & vel hoc mundiales reuelent tyrannides, quòd sciant venturum integerrimum vindicem veritas. Hinc Paul. 1. ad Thessal. cap. 4. audenter fatur: *Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo.* Expende illud, *rapiemur*, multum esset, quòd venienti iudi-

Luc. 2. Act. 1. Chrisost. Iob. 23. Psal. 7. D. Amb. 1. Thes. 4.

ci

ci obuiam procedere possent, quando montes defluunt ab eius conspectu, & columnæ cœlestes contremiscunt; at Paulus non contentus quocumque occursu asserit, quod iusti rapidissimè ferentur ad iudicem, etiam dū viuant. Qui fieri potest, quòd viui iusti, tàm rapide ferantur ad venientem iudicem? Id operatur gratia Dei per bona opera in sanctorum cordibus diffusa, qua iusti animati, tantum abest, quòd fugiant iudicium, vt rapido celeríque volatu ad venientem iudicē confugiant. *Ephrem.* Ad hæc D. Ephrem de secundo Domini aduentu, ait: *Existimo quod in hora illa contremiscet omnis spiritus. Sed gratia Dei saluatoris corroborabit, & lætificabit corda iustorum, rapienturque in nubibus obuiam ei: Venite igitur, fratres mei, præparemus nos, expectantes Dominum nostrum. Ecce enim iam fulget. En oritur, ecce iam venit. Filij lucis, festinate ad lucem. Exite in occursum Domini nostri cum gaudio.* Hoc non difficile erit inuenire in viris iustis, qui gaudentes occurrent venienti de cœlo iudici. At impij homines, & qui se peccatorum retibus agnoscunt constrictos, fallar, nisi intolerabile malum habeant, vel iudicij meminisse. Id quod monebat *Saluianus*, lib. 2. ad Ecclesias Cathol. in quiens: *Saluian.* *Cogitantes quoque futurum iudicē, & tremendi iudicij graues exitus, ardentem in medio populorum circumstantium vallem perenium lachrymarum, quam non solum introire, ac tolerari inæstimabile malum est, ac summū; etiā videri, ac timeri, pars mali summi est.* Nō negarim horribilitatem diuini iudicij tantā esse, vt vel eius timor impij, summi mali pars sit, adeò vt in damnatis à Deo, hac postimus inuenire fœlicitatem, quòd metu iudicij careant. Isaiæ cap. 40. iuxta lectionē Diui Amo. ait Dominus vltoribus spiritibus: *Ambr.* *Tempus est incipiendi iudicium à domo Dei.* Et cur in primis diuinum iudicium, non in tabernaculo peccatorū desæuit? Cur prophanissimos, atheosque homines non in primis perdit? Cur perditionis primas domui suæ Dominus tradit? Vt aliqualē illi misericordiam faciat, dum citius abruptam, ab expectatione iudicij liberet. Ait D. Amb. ser. 20. *Ambr.* in Psal. 118 *Quis miseratur enim, citò castigat, vt non diutius afficiatur futuri expectatione iudicij* Tantum malum est peccatori, sub expectatione extremi iudicij esse. De quo plura dedimus lib. 13. cap. 1. §. 13.

§. V.

Præsuræ, & labores maximè iustos extollunt.

POst mala vniuersa, quæ iudicium præcedent, post summas hominum pressuras, post horribiles expectationes malorum, adhuc dicit Dominus, quòd congregabuntur aquilæ. Quæ tunc aquilæ. Bone Deus? Inter tot horribilia, arescentes homines prætimore magis videbuntur lepores, quàm aquilæ. Qualiter fieri potest, vt ex tot tremēdis malis lepores non nascantur, aut timidi cerui, sed præpetes, & altiuolæ aquilæ? Sanè hæ sunt pressuræ, & labores mundiales, qui electos, iustosque viros magis erigunt, & in superiorem sortē facint euolare. Fallar, si reptantia per humanas delicias hominum iustorum corda ex pressuris, & laboribus mundialibus, altissimos aquilarum non edicant volatus, & in quandam cœlestem, imò diuinam sortem tráleant. Propone tibi ob oculos electum illum ducem Israelitarum: is inter pericula natus, antè habuit sententiam mortis, quàm vitam, ab ipsis parentibus Nili fluctibus traditus, exul à suis coactus peregrinari: tādem vocatus à Deo in ducē populi mille sustinuit contradictiones, quid tūc? Ait illi Dominus Exod. 7. *Ecce constitui te* *Exod. 7.* *Deum Pharaonis.* Si rerum euentus tunc aduerteretut, potiùs videretur Moyses constitutus incus malorum, & tyrannorum, quàm Deus Pharaonis; quomodo Deus inter tot mala, inter tot suorum pressuras? Quomodò Deus, in quem tot exur gūt pericula? Equidem indè Deus è malis, è pressuris; quando pericula, & pressuræ viros iustos ad cœlestē; imò diuinam sortē faciunt euolare. An hęc *D. Mach.* D. Mach. hom. 9. *Deindè Moyses probatus à Deo, & per multam patientiam fidelis inuentus: quàm multas primū tētationes pertulit, & postea factus est redemptor, dux, & rex Israel: imò Deus Pharaonis à Deo cognominatus est.* Hūc exitū inuenit Moyses in laboribus suis, vt qui in illos, vt homo venit, sic in illis profecerit, vt ad altiorē quadam sortem eleuatus, Deus euaderet. Quem non extollat labores, & pressuræ mundiales? Hūc accedat ille Ioseph exantlandi laboris exemplar maximū: is venditus à fratribus descendit in Ægyptum, Gen. 39. *Emitque eum Phutiphar eu* *Gen. 39.* *nuchus Pharaonis, Princeps exercitus sui*: ab hoc in carcerem detrusus est, & qualis de carcere euasit? Illum de carcere eductum audiuit Pharao, domui suæ, & regno vniuerso præposuit, & vt notat textus Gen. 41. *Dedit* *Gen. 41.*

illi vxorem Aseneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos. Quibus illud maxime venit notadum, quòd Putiphar, qui solum Princeps militiæ nominabatur, cùm emit Ioſephum, cùm illum carceri mandat; vbi poſt eductum à carcere Ioſephum, eius ſocer efficitur, non iam Princeps militiæ, ſed Sacerdos Heliopoleos, nempè Solis nominatur. Cur modo ſacerdos, qui anteà militiæ Princeps? Crediderim in Ioſepho educto à carcere tatam iam diuinitatē apparuiſſe, vt eius propinqui, & obſequētes magis ex ſacerdotio, quam ex aliarum funtionū nominibus deberent cenſeri. Quàm excogitationē debeo D. Auguſtino, qui lib. 1. quæſt. 136. dū *Auguſt.* aſſerit eundem fuiſſe Putipharem, & emptorem, & ſocerum Ioſephi, hic ait: *Sed iam hic reſpondetur, duos illum honores habuiſſe, & ſacerdotium Solis, & militiæ Principatum. Congruenter autem alibi ille honor eius cōmemoratus eſt, qui talibus actibus congruebat: hic verò poſteà quam in Ioſeph apparuit non parua diuinitas, ipſe honor debuit nominari ſoceri eius, qui pertineret ad diuinitatē nō paruā.* Talis euaſit Ioſeph ex laboribus, ex carceribus, ex preſſuris, tà ſublimis, tàm ſuperior omnib⁹, tàm diuinus, vt eius propinqui, & aſſiſtentes non tam Principes, quam ſacerdotes viderentur diuinitati inſeruientes. De preſſuraru bonis ſæpè in hoc, & in alis tomis diximus.

§. V.

Iuſti viri, vel ſolo viſu aduerſariorum poteſtates poſternunt, & detriumphat.

MVltus eſt D. Paſcaſ. in quęrenda ratione cur in præſenti iuſti, & electi viri dicantur à Domino aquilæ; ego crediderim aquilas vocari iuſtos, vt qui ſoli aquilarum ſunt æmuli in victorijs reportandis ſolo viſu, non abſque gratia diuina. Quis neſciat primos aquilarum congreſſus in ſolo viſu conſiſtere; quando lucidiſsimis Solis radi; ſeſe opponunt, & de victoria viſu reportata regiam ſuam oſtentant naturam? Sic iuſti viri in eo diuinam in ſe natiuitatem oſtendūt, quòd vel ſolo viſu nouerint proſternere aduerſarios ſuos. Cur in hoc nō patriſſent? Sanè de iuſtorum parente Deo, ait Pſal. 103. *Pſal. 103.* *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere*: vbi *Chryſoſt.* D. Chryſoſt. in Pſal. 9. ait: *Sufficit enim vnus obtutus ad perdendos impios*, Non multi exercitus ſunt Deo neceſſarij, non tela multa, vt contrarias poteſtates confundat, vnus eius obtutus ſufficit, ſi vel oculos vertat, nihil vbiq; permanebit reſiſtens. Similiter, & iuſti viri, in hoc verè Dei filij, vt qui ſolo viſu ſciant de hoſtibus trophæa erigere. In memoriam reuoca Pharaonis exercitus, & ſplēdentes armis, & ſæuientes ira in Iſraelitas; ij fugiētes mare ſiccis pedibus intrant, vis littus tenent, & dum oculos conuertunt ad inſequētes hoſtes; ecce tibi tota Pharaonis potentia apparet cōtrita. Ait enim text. Exod. *Exod. 14.* 14. *Et viderūt Ægyptios mortuos in littore maris.* Expende illud *viderunt*, non enim manus conſeruerunt, non iacula contorſerunt, vt eos neci, & perditioni darent; ſed dum oculos conuertunt è littore, dum ſolum ipſos ſpiciunt, hinc indè commouētur fluctus, diſſoluuntur aquarum muri, & pereunt Ægyptij clamoribus magnis. Rem pulchrē cecinit D. Alcimus lib. 5. prope finem:

Conſeſtim mergenda Phalanx Ægyptia, & ipſo
Ponderetelorum premitur, fundoq; tenaci
Succinctum trahunt morientia corpora ferrū,
Pars exarmatis cum primum libera membris
Implicuit nantes morientum amplexibus artus,
Auxilio decepta perit, pariterq; tenentes
Alterno ſub faſcem vnt, nexiq; necantur.
Atque alij laxata diù dum brachia iactant,
Incurrunt enſes, iaculiſq; è natantibus harent,
Et vacat hos inter plebes Ebraa tumultus,
Interea pugnante ſalo, vincitq; quietus
Iſrael ſolo peragens certamina viſu.

Non vibratris iaculis, non igneis fulminatis machinis, ſed quietus Iſrael ſolo peragit certamina viſu; dum ſolū aſpicit, nullus Ægyptiorum exercituum fulgur non extinguitur aquis marinis. Proh fœlix iuſtorū pugnandi genus! Crede mihi ſi oculos exacuas, ſi attente, & ſerio aduerſariorum tuorum phalanges inſpicias, eorumque micantia ſpicula claris oculis intuearis, illuſtres de illis reportabis triumphos, & quaſi ſolo viſu, & certamina perages, & obtinebis ſalutem. Nō ſuſtinent tenebrarum poteſtates intimius à iuſtis videri, non ſuſtinēt penitus in ſpici, quæ ſi claris oculis inſpiciantur, non tam terrori ſunt, quàm ſaluti. Clamabat Dauid Pſal. 50. *Pſal. 50.* *Aplius lauame ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Alij legunt, *& peccatum meum corā me.* D. Iſid. & D. Auguſt. in Pſal. 122. legit: *D. Iſidor.* *& facinus meum ante me.* Paraphraſtes autē ait, *& peccatum meum in conſpectu meo eſt.* Et Apollinaris dicit: *& meum peccatum eſt ante oculos.* Expendendum igitur eſt, quā ob cauſam ſalutem, & liberationē ſuam petat Dauid, nimirùm, quia peccatum ſuum ob oculos habet. Nō dixit, quia peccatum caſtigo, quia

quia peccatum macto, sed quia peccata ante oculos habeo, tanta enim est oculorum vis, quòd si aduersariæ potestates intimius cernantur, vel solus visus iustos viros ad salutē

D. Cæsar. trahet. Sapienter aiebat D. Cæsarius hom. 4. de Paschate: *Quando bene respicit peccatū suū, sanat morsum serpentis, per serpentis aspectū.* Expēde illud, *bene respicit*, hoc est, intimius, & perfectius visu penetrat facinora praua, adeò, vt nihil eorum lateat, sed omnia, tàm ad principium eorum, quàm ad finē, tam ad præsens, quàm ad futurum pertinētia penitiùs inspiciantur, tunc sanè quidquid venenosum, & serpentinum est ab hoc visu frangitur, & cogitur ire in vanum. Vt serpentum ignitorum damna effugerent Israelitæ, datur illis inspiciendus serpens in ligno suspē-

Num. 21. sus; ait enim Num. 21 *Fecit ergò Moyses serpentem æneum, & posuit cum prosigno, quē cū percussi aspicerent, sanabātur.* Si solo visu venenosi morsus curandi erat, cur serpens suspenditur in ligno videndus? Nonne, & videri posset serpens ipse volans per aera, & inuadens populum, ad quid necessaria fuit tota illa suspensi serpētis imago? Sanè dum volans veniebat serpens flammas spirans, licet anterior pars forsan conspicue cerni poterat; attamen totus, & integer distinctè, & clare minimè cōspiceretur, vt qui cauda lubricus hinc illam gyrat, & post tergum, vel in orbem colligit, vel submouet. Quare iure suspenditur, vt vel sic nihil illius non possit perfectè inspici, & perfectā inspectione vinci. Explico rem exemplo serpentis ex virgæ

Exod. 4. Moysi facti, missi enim Moyses virgā in terram Exod. 4. *Et versa est in colubrū, ita vt fugeret Moyses. Dixitq; Dominus: Extēde manū tuam, & apprehende caudam eius. Extēdit, & tenuit, versaq; est in virgā.* Fugiebat equidem victus à facie serpentis ignes spirantis, & flāmas, sed iubetur attēdere ad caudam, ad vltimam serpentis partem, & dum ad hāc partem attendit, prorsus euanuit quidquid erat serpentis. Quippè ait Pet. Dam. lib. 8. epist.

Pet. Dam. 13. *Moyses igitur caudam apprehendit, & nihil ei in virga serpentis apparuit, &c.* Nihil enim hostile, nihil venenatum manet ei, qui omnia serpentis molimina perfectè intuetur: dū hostilia omnia, & à principio, & fine oculis penetres, facile victor eris. Meritò enim Iob cap. 41. totam tenebrùsi Principatus potentiam in eo ponit, quòd perfectè cōspici possit à nemine. Quippè ait:

Iob. 41. *Quis revelabit faciem indumenti eius?* Non requiritur, quis eū perimat, sed quis indumentorum splēdidas superficies penetret, & omnia intima, & vltima perfectè rimetur, hoc qui fecerit, totā contrariam potentiam perdet.

§. VII.

Nulla est sensibilis gloria, quæ non absorbeatur incomparatione diuinitatis.

DIxerat Dominus se ad iudicium venturum in gloria: & maiestate magna: & in præsenti locutus de præsentia sua in iudicio ait; *vbi fuerit corpus*, vel vt in Græco, *vbi fuerit cadauer, ibi congregabuntur, & aquilæ.* Se ad iudicium venientem cadaueri comparat. Quid cadauer cum gloria? Cur vbi gloriosus, imò omni gloria sensibili maior, & lucidior apparet, dicitur cadauer esse? Meritò dicitur cadauer; ne putaretur illa exterius fulgens in filio hominis gloria omnium summa esse; quæ licet maxima sit tamen incomparatione intimæ diuinitatis gloria, quasi è mortuum quid est, & quasi cadauer, & cinis gloriæ. Sic incomparatione diuinitatis dispereunt glorioßissima quæq;. Hinc perpendenda est illa D. Pauli gloriatio; ait enim ad Ad Gal. 1. Galatas 1. *Paulus Apostolus, nō ab hominib⁹, neque per hominem; sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, &c.* Vtique Iesus glorioßus iá existens ad dexteram Patris vocauit Paulū ad Apostolatū, sed ille gloria, & honore coronatus homo non erat? Quomodo tunc negat glorioßum hominē Paulus, dicens se minimè vocatum per hominē? An quia ibi solus erat Deus? Absit; sed ita super extollebatur diuinitatis gloria in Iesu, vt eius comparatione tota gloria, & honor filij hominis videbatur absorberi, & nihil esse Pulchrè Ru- Rupert. per. lib. 13. de vict. cap. 2. ait: *Quid enim si nō per hominem, sed per Iesum Christum, nonne cō sequitur, quod Iesum Christū, quo tempore vocauit Paulū, vel fecit Apostolū, dicat cæpisse iā non esse hominē, sed esse Deum? Non tamē aiūt patres orthodoxi hæc dicēdo hominis demit naturam, sed confitetur super abundantem humanæ naturæ diuinā gloriam.* In comparatione diuinitatis, vel tota ingēs gloriam in Iesu exterius fulgens, non lumen, sed cinis est. Propone tibi ob oculos vniuersas beatorū glorias, vniuersos cœlitum splendores; quantula hæc addiuinitatis gloriam? Quā emortuę res, & prorsus nihil. Id docebat Eliu Iob 37. sic de Deo loquens: *Quis narrabit ei, quæ lo-* Iob 37. *quor? Etiā si locutus fuerit homo, deuorabitur.* Expēde illud, deuorabitur, vt enim quæ deuorantur, prorsus disparent, ita quisquis etsi magnus, & excelsus Deum in concionem trahat, statim ad tanti luminis præsentiam, glorioſa quæque hominis dātur tenebris. Id

D.Greg. notans D.Greg.lib.27.Moral. cap. 25. ait: *Homo cum de Deo tacet, per rationē in qua est cōditus, esse aliquid videtur. At si loqui de Deo cœperit, illico quā sit nihil ostēditur: quia magnitudinis illius immensitate deuoratur, & quasi in profundum raptus absconditur.* Quem nō deuoret immensitas illius gloriæ? Sane videbis aliquando flumen pleno amne amænos rigare campos; cuius plenitudinem miraris, pontoque prædicas nō absimilem: vt vbi irrigata terra mari sistitur, sic tota fluminis amplitudo ibi absorbetur, vt quasi parua guttula videatur accessisse. Non aliter vniuersi gloriæ splendores, qui in ipsa sunt beatitudine, si cum diuinitatis radijs comparentur, quasi nihili ducuntur, nec est, qui de illis, vel pauca velit effari. Ideò Psal.83. aiebat: *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* A sanctis omnibus vna sola diuinitas laudatur in cœlis, an quia ibi nihil aliud laudabile est? Nonne singulorum Beatorū glorię laudabiles, & mirabiles sūt? Cur ergò sociorum immemores vnum Deū laudibus prosequuntur beati? Equidem quibus diuinitas præoculis est, nil aliud curat, hæc cæteras omnes glorias absorbet, & facit in sui cōparatione apparere, quasi sint nihil.

D.Bern. Ait D.Ber.ser.5.de Festo omnium Sanctorum: *Non vicissim alter alterū laudat, quia in laudem conditoris intenti, & extenti, in quo posita tota est beatitudo, mutuis nunquam vacare laudibus possunt, dicēte Propheta, Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorū laudabunt te.* Nō vacat aliam gloriam inspicere, aliam gloriā reputare, æstimare, ijs, qui præoculis habent gloriam Deitatis. Petrus in Thabor vidit Christi Domini speciē clarissimis radijs effulgentem, & totus stupens, ait; *Bonū est nos hic esse*, omnes humanas glorias præ illa despiciens, ex quo sic argumentatur

D.Pasch. D.Pasch.lib.8.in Matth. *Tamen pium est cogitare, si visa Domini vultus claritate, vult de inceps in mōte manere, & nec ad momētū descendere, respuit gloriam mundi, & totum quod in mūdo blāditur, sola ei claritas, quæ de Christi facie splendet, placet, quid putare possumus, quomodo placeret ei, si talem tunc posset intueri per corpus mortale, qualem nunc cernit exutus iam mortalitate:* Fallar, quam æstimasset externam gloriam videns diuinitatem.

§. VIII.

Vbi resurrectio apparuit, mors omnem horrorem perdidit.

ADhuc miraris, quod de suo aduētu glorioso locutus Dominus se cadaueri cōparet, aiens ex Græco, *vbi fuerit cadauer, congregabuntur, & aquilæ.* Cur inter resurgētiū glorias cadaueris non magis cauetur memoria? Cur mortis horror introducitur, quando fulgentiores è sepulchris prosiliebat homines? Sanè qui glorioſam cernunt resurrectionē nil horroris inueniūnt in morte, imò de illa locuntur quasi de re, quę potius risui, & lætitiæ possit seruire, quam horrori. Nemò ignorat primos homines in sexti diei exortu conditos fuisse; circa meridiem peccasse, immediatè post electos è Paradiso vergente iam in occasum sole. Cùm ergò miseri exules spoliationem bonorum terrestriū passi viderunt primo occumbere Solem, tenebrosam aduentare noctem, quæ tunc illis fuit mens? Quantus horror illis accidit ex Sole extincto, quem nūquam fuerant experti resurgentem? Quàm metuebant tenebras, quas nunquam viderant de medio fugatas? Verùm vbi inter hos timores nouus irradiat dies, Sol aureus fugatis tenebris incipit iterùm apparere; procul omnis timor abest à cordibus hominum, & quas anteà horrebāt tenebras, incipiunt habere pro quiete, & delectamento somni. Rem pulchrè cecinit Dracontius in Examer. fatus.

Vt cernunt migrare diem, discedere Solem
Nec lucem remeare putat terrena propago
Subductiſq; nigris collucet Luna tenebris.
Aſt vbi purpureū surgentem ex æquore cernūt
Luciferum, vibrare iubar, flammaſq; ciere,
Et reducem super astra diem de Sole rubentem
Mox renouata fouent hesterna in gaudia mētes
Temporis, & requiem noscentes luce diurna
Cœperunt sperare diem, ridere tenebras.

Cur tenebras non risus, & gaudiorū habeāt materiem, qui illas euanescere vident inter clarissimos reduces dies, aureosque de nouo surgentes Soles? Erat equidem tenebrosæ mortis, vel nomen horrendū, cum visa mortis obscuritate, nondum experimur reducē vitam: aſt vbi gloriosa corpora è sepulchris incipiunt attolli, inter resurgentes soles, inter æternos reduces dies, totus tenebrosæ mortis euacuatur horror: imò eius nomē assumitur pro fomento gaudiorum. Et merito nequit manere vllus horror mortis vbi cernuntur reduces corporū gloriæ. Matth. 17. ductis secum tribus discipulis in montem ascendit Iesus, & cum corā ipsis transfigurare tur. *Resplenduit facies eius sicut Sol: vestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cū eo loquentes.* Ecce tibi mortalis illa forma Iesu, vt fit altera, & immortalis gloriæ splendore iam rutilat, quo simul Moyses è sepulchro eductus, & Elias ab abscondito adductus effulgēt, & rodi-

Matth.17.

rediuiuorum iustorum glorias: tantis splendoribus, teste Anselmo figurant. Sed notandum, quid in tanta rediuiuorum gloria loquantur Moyses, & Elias cum Iesu. Ait Luc. cap. 9. *Dicebant excessum eius, quod completurus erat in Ierusalem.* Mortem loquuntur, & tristissima passionis probra in medium adducunt, nec solum nō verentur inter tot resurgentium luminum indices mortem meminisse, sed quo plures soles apparēt, eò anxius mortis proponunt pressuram, ne inueniant discipuli, quid timeant in morte, cùm illam audiant inter tot Soles discuti. Quò D. Leo respiciens in præsenti dicebat: *Aperit ergò Dominus coram electis testibus gloriā suam, & communem illam cum cæteris corporis formam tanto splendore clarificat, vt facies eius Solis fulgori similis, & vestitus candori nibium esset æqualis In qua transfiguratione illud quidē principaliter agebatur, vt de cordibus discipulorum crucis scandalum tolleretur.* Et quale scandalum manere posset in morte, coram illis, qui tot lumina, tot Soles ab eius tenebris exoriturōs videbant? Coram resurgentium gloriis, totus mortis horror nō potest non penitus euanescere. Ad hæc Paul. 1. ad Corinth. 15. *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tūc fiet sermo, qui scriptus est: Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?* Hoc primum asserit, nēpèquòd absorta morte resurgēt homines incorrupti, immortales, nouis illustrati luminibus: & immediatè quasi morte ridēs, ait, *vbi est mors stimulus tuus?* Cur Paule sic maturas morti irridere? Ex quo illam, sine horrore, sine stimulo ducis? Nouerat in Christo rediuiuorum glorias, & ex tūc nihil horroris, & metus putat in morte non euanuisse. Ait Chrysost. ibi: *Vides animum generosum? Iam igitur velut de victoria triumphans, & in statu futura, quasi præterita quodā modo cernens, mortem ridet, atque insultat prostratæ, deiectumq; in caput triumphali voce inuehitur, strenue in hæc verba exclamans: Vbi tuus mors aculeus? Nimirùm trāsiit, periit, euanuit penitus* Mortē similiter ridebis, quisquis, vel mēte iustorum rediuiuorū glorias videris. Huc verte oculos, vt inter purpureos splendores rediuiua corpora nigris videas surgentia de tumulis, & nihil in morte inuenies quod horreas, nihil inuenies, quod timeas. Vndè D. Chrysol. ser. 118. inquit: *Resonet ergò in ore nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad vestræ mentis transmittatur auditū: vt mors, quæ nostros semper obsidet sensus, cùm terrore suo cū lamentis suis a nostris sensibus effugetur. Quia sic agricola fructus vberes, & exaltatas epulas cantat, vt imminētem vomeris laborem nō sentiat, & sudorē. Sic nauta portus modulatur, & lucra, ne vndarū ruinas, nec maris discrimina pertimescat. Sic miles ne vulnera metuat, vt gladios no permitescat, prædas personat, & triūphos. Vnde resurrectionē mēte, ore, oculis aspectet, cantet, cogitet Christianus, vt totam mortis possit despicere, & calcare formidinē.* Nō apparet in morte horror, nō apparet formido, ex quo sciuntur fore è sepulchris corpora in splendentē, & immarcescibilē resurrectura vitā. Vide lib. 8. c. 3. §. 19, & lib. 5. cap. 1. §. 14. & alibi sæpius.

Luc. 9.

D. Leo.

1. Cor. 15.

Chrysost.

Chriso l.

§. IX.

In Christi morte maximæ illius gloriæ effulgent.

RVrsus notandum est, quòd vbi in maiestate, & gloria sua venit Iesus; se cadauer nominet, ad quod congregentur aquilę. Cur non magis se Solem exorientem dicat, in cuius radijs ingenuitatem aquilæ trutinent suam? Cur dissimulata maiestate, & gloria se tunc cadauer dicit? An vt sub cadaueris cinere immensæ gloriarum abscondantur diuitiæ? Absit, sed vt maiores effulgeant: in morte enim Christi Iesu quidquid gloriæ maximum est, totum ibi exprimitur. Aiebat Paul. 1. ad Corint. 2. *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixū.* Sed & in eadem epistola cap. 15. ait: *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, &c.* Et epist. ad Rom. c. 8. ait: *Christus Iesus, qui mortuus est; imò qui & resurrexit, qui est ad dexterā Dei, &c.* Quibus positis quæstionē facit D. Aug. cur Paulus dicat se solū scire Iesum crucifixū, cùm etiam sciat Iesum resurgentē, imò ad dexteram Patris sedentem? Prædicas ò Paule Iesum à mortis tenebris glorioſum prodeuntem, prædicas eiusdem in cœlum ascendentis ingentes glorias, simul & cum Patre maiestatis plenum consessum, cur ergò dicis te solum scire crucifixum? Sanè in sola Christi morte proposita, & simul ingentes eiusdem, diuinissimæ, & multiplices proponuntur gloriæ, & qui Iesum crucifixum dicit, in eo simul dicit sublimia omnia. Ait Aug. lib. de Fide, & operibus cap. 10. quæstionem soluēs: *Sciant in Christo crucifixo multa discere homines:* vnum dicit crucifixū Paulus, sed in vno crucifixo innumeræ eius ediscuntur gloriæ. Quid gloriæ, quid sublimitatis,

1. Cor. 2.

Auguſt.

tis, quid diuinitatis poteſt deſiderari in honora Chriſti Domini morte? Gorgoniam Nazianzeni ſororem audio à curru cadentē, & turbatis equis ingenti corporis,& lachrymabili contritione raptatam. Quid tunc? Deo penè emortua ſiſtitur, & inſpirata ſalute confirmatur. Rem ponderans Nazianzenus,ait orat. 11. *O laudabilem, & admirandam calamitatem! O paſſionē in columitate ſublimiorem!* Meritò ſapientiſsimus doctor in ſororē æſtimat calamitatem,quæ Dei potentiam oſtentauit,illamq; ipſa ſalute, & incolumitate prædicat ſublimiorem,vt indè nos Chriſti Domini mortem,& calamitatē certius habeamus omni gloria ſublimiorem,vt quę in ſe omnes glorias,& ſublimitates præhabuit. Nulla ſublimitas,nulla gloria eſt, quæ in Chriſti morte,& calamitate non nitatur,ab illaque non effulgeat clarius. Quò reſpiciens Iſaias cap.9.ait:*& factus eſt Principatus ſuper humerum eius.* Equidem Principatus oſtentatio ſolet fieri in excelſo, & aureo ſolio,in regijs theſauris,at Chriſti Principatus gloria,& ſublimitas non in alio magis oſtenditur,quàm in humero crucis mortiferæ pondus ſuſtinente. Quippè ait Tertul.lib.aduerſus Iudæos:*Chriſtus Ieſus nouā gloriam,poteſtatem,& ſublimitatē ſuam in humero extulit,crucem ſcilicet.* Hæc vna quidquid gloriæ,quicquid ſublimitatis excogitari poteſt,in Ieſu oſtēdit,adeò vt quot ſunt in eius corpore vulnera, tot ſint cantorum chori,fauſtis hymnis glorioſas celebrantes victorias.De glorioſiſsimo Salomone dicit. 3.Reg.4.*Loquutus eſt quoq; Salomō tria millia parabolas,& fuerunt carmina eius quinq; millia:Et diſputauit ſuper lignis à cedro, &c.* Miraris tot carmina facta ab Spiritu Sancto notari? Quàm vt tollat ipſe admirationem, ſtatim ſubiuxit illud,*& diſputauit ſuper lignis*,quaſi innuens illorum carminum fontes, non petendos ab Heliconiadis iugis, ſed à vulneribus factis per lignū in corpore Chriſti.Hæc manant carminibus,quæ ibi glorias oſtentent,& facinora publicent.Pulchrè Petrus Dam. lib.7.epiſt.5. *Fuerunt carmina illius quinq; millia:vbi præſto ſubiūgitur. Quia diſputauit etiam ſuper lignis, quæ ſcilicet redemptori noſtro,non ambigo,cuncta conuere. Cuius carmina quinque millia ſunt,quia quinque ſunt vulnera dominici corporis,quibus per vniuerſum orbē triumphalis eius victoria prædicatur. Sub eodem numero carmina ſupputantur,ſub quo tenentur.& vulnera,per quæ victoria ſingularis laudis æternæ gloriam promeretur.* Quot vulnera Chriſti,tot fontes carminum,quæ immenſas inibi effulgētes glorias pandant. Sanè vulnera hæc omni ſunt ſublimiores incolumitate. Nulla incolumitas,nulla vita tot glorias habuit, tot peperit ſalutes,tot reportauit victorias,quot glorias, & ſalutes,& victorias videmus morte Saluatoris. Aiebat Iſaias Ezechię cap. 37. *Protegam ciuitatem iſtam,vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Mortus ia erat Dauid, & tamen Dauid mortuus conducit ad ciuitatis liberationem; id quod miratus D.Chryſoſt.in Pſal.68.ait: *O rem admirandam,ò ineffabilis clementia Dei. Homo mortuus viuo patrocinatur,O iuſtorum,& poſt cōſumationem inexpugnabilis pugna virorum.* In iuſtis etiam mortuis mirabilia facinora cernuntur,& victoriæ;vt indè latius pateat crucifixi gloria,qui mortuus præſtat viuis,& in mortiferis vulneribus,mille facit ſcaturire, & ſalutum,& triumphorum fontes.

Nazianz.

Tertul.

3.Reg.4.

Pet. Dam.

Iſai.37.

Chryſoſt.

§. X.

Et ſi ingentia bona pro Deo,& fratribus tuis impederis, parū impendiſti, dum te ipſum non impendis.

IN ſuper ponderandum eſt, quòd Dominus cum gloria veniens daturus iuſtis cœleſtia regna ſe cadaueri cōparat aquilas trahenti. Et quidem aliquando iacuit in ſepulchro factus cadauer,& ſanguinem,& vitam pro hominibus impendens,tūc magnificus, & viuidiſsimus rex apparebit,immenſa gloriæ pondera,cœleſtia regna ſuis aſſectis impertiens.Et cur inter elargienda regna,illis dimiſsis,cadaueris iacentis meminit? Non multum ſanè eſſet,quòd Deus cœleſtes omnes glorias,cœleſtia omnia regna largiretur: illud magnū,quòd ſe pro nobis dedit,quare illis dimiſsis,hoc vnum ęſtimat,hoc proponit in medium.Parua enim ſunt omnia,quæ dari poſſunt, & ſi dentur omnia mundialia regna,niſi quis ſe ipſum dedat. Hinc Iob ca. 29.ait:*Oculus fui cæco,pes claudo,&c.* ingētes habuit ſanctus vir poſſeſsiones,quas pauperibus larga manu exhibebat;cur non magis meminit exhibita à ſe dona? Cur obalatis facultates appoſitas pauperibus plenas mēſas non adducit in medium, contentus dicere, quòd oculus fuerit cæcis? Nihili æſtimabat, quidquid diuitiarum habebat,ad donandū; rerum ampliſsimarum largitiones ęſtimabat pauperiem, dum ſeſe ipſum donum non exhibebat.Pulchrè D.Chryſo.hom.3.in Iob: *Erant ei camelorū tria millia,quingentæ aſinæ; & ego exiſtimo parua admodum quædam hæc poſſe-*

Iob.29.

Chryſoſ.

possedisse. Si enim cuiq; pauperi impendebatur, vt ipse ait: oculus fui cæco, pes claudo, parua profecto substãtia ad propositũ, quod habuit, fuerat: pluris erat hospitalis mẽsa, quã prouentũ abundantia Pauper erat Iob bona non sufficiẽs voluntati: & possessione quidẽ dines. Pauper verò dandi proposito erat. Pro paupertate habebat vir sanctus ingẽtes diuitiarũ cumulos ad donandũ: thesauros regios cũ vacuabat, tenue, & pusillum existimabat vacuasse penu: & maius, & glorioſius in se omni munere nutriens propositum largiẽdi, sese pauperibus impendebat. Ad hæc Chrysol. ser. 122. mo-

Chrysol.

nebat: *Debet homo, debet debilibus sua mẽbra partiri: quæ cũ Iob nõ daret, sed redderet, sic dicebat: Ego fui oculus cæcorũ, pes autẽ claudorũ: ego erat pater inualidorũ. Homo, si nõ habes nũmum da pauperi manum, quia maiorem misericordiã facit, qui ad mensam suam manu pauperem debilẽ ducit. Ipsum se pauperi dedit, qui se aptauit in obsequiũ pauperis, aptauit in pauperis seruitutẽ.* Nõ sic misericordia exhibetur in largitione diuitiarum, vt in eo quod quis se pauperi dedat, exhibetur. Parum in misericordia, & charitate excellit, qui sic exhibet sua, vt se neget: in eo summa charitatis, & beneficentiæ excellentia cõsistit, quòd & cum omnibus tuis te ipsum Deo pro fratribus dedas. Hoc spectabat Pauli charitas, dum 2. ad

2. *Cor.* 12.

Corinth. 12. ait: *Nec enim debẽt filij parẽtibus thesaurizare, sed filijs parentes. Ego autem libẽtissime impẽdam, & super impẽdar ipse pro animabus vestris.* Parum putauit Paulus nihil à Chorintijs accipere; imò omnia sua illis impendere, nisi & etiam ipse pro illis totus impenderetur, in quo consistit summæ charitatis præstantia. Vbi ait Chrysost. *Nam parẽtes quidẽ filijs thesaurizare lex naturæ præcipit. Ego autẽ nõ solũ hoc facio; sed & me ipsum addo. Et ista excellentia est.* Meritò excellentia charitatis nõ ponitur in effundendis bonis, sed in eo quod quis sese hostiam exhibeat

Chrysost.

D. Bern.

Deo. Hinc D. Ber. lib. 4. de Consider. extollit antiquos Ecclesiæ Præsules, inquiẽs: *Fuerunt ante te, qui se totos ouibus pascẽdis exponerẽt, pastores opere, & nomine gloriẽtes; nil sibi reputãtes indignũ, nisi quod saluti ouiũ obuiare putarẽt: non quærẽtes, quæ sua sunt sed impẽdentes. Impendere curã, impẽdere substantiã, impẽdere se ipsos. Vndè vnus illorũ, ego, ait, super impẽdar pro animabus vestris.* Huc spectat charitatis perfectio; huc tẽdit tota virtutis excellẽtia, quod quis non solum sua, sed & seipsum Deo, & proximis impẽdat. Id quod docebat

D. Paul.

D. Paulinus, qui cũ laudaretur, quòd omnia sua dedisset pauperibus, ait epist. 2. *Facile nobis bona, vel onera oppositã, pallium remittẽtibus exciderunt: & qua nobiscũ nõ intuleramus in hunc mundũ: nec poteramus auferre nobiscũ, quasi mutuata reddidimus: nec vt autẽ à carne distraximus, sed vt vestẽ à corpore deposuim⁹. Nunc opus est, vt quæ verè nostra sunt, dependamus Deo: hoc est, cor, & animã, & corpora nostra exhibẽtes in hostiã viuam. Quæ enim nobis gratia, si in alieno tãtũ fideles fuerimus, nisi de proprio seruiamus?* Sanè parũ est, si in his, quę nobis intima non sunt, liberales, munificiq; solũ appareamus: tunc omni laude omni celebratione digni, cùm pro Deo, & proximis nobis ipsis non parcimus. Duo inuenio in magno illo Iacob facinora ob oculos proponenda, in quorũ altero solum glorioſum sibi nomen comparauit. Is Gen. 32. metuens occursum fratris omnibus suis bonis, cum vxoribus & filijs dimissis, *solus mansit.* Quis nõ miretur virum, qui sic se excutit bonis omnibus? Sed tũc, ecce tibi vir luctabatur cũ eo, *Qui cũ videret, quòd eum superare nõ posset, tetigit membrũ fœmoris eius, & statim emarcuit.* Quid tũc? *Ait ergo, Quòd nomen est tibi? Respõdit; Iacob. Nequaquã, inquit, Iacob appellabitur nomẽ tuũ, sed Israel.* Expẽde quando sibi glorioſum Israelis nomẽ acquirat, an quãdo dimissis omnibus bonis mãsit solus? Absit; sed quãdo se ipsum luctæ dedit, & ipsam carnẽ fœmoris sui impẽdit, tunc sibi glorioſum nomen cõparauit. Tunc iusti homines magnum, & illustre faciunt sibi nomen, tunc immensa apud Deũ gloria clarent, non cum multa dederunt; sed cũ multum sui pro Deo impẽderunt. Ex quo D. Fulgent. epist. ad Galla cap. 17. ait: *Plures diuitias pro Christo pauperibus dicitur expẽdisse Zachæus: Petr⁹ vilissima piscatoriæ artis instrumẽta reliquit: & tamen à Christo nõ Zachæus dines pauperi Petro, sed pauper Petrus diuiti Zachæo præponitur, vt diuitibus Christi nulla de datis diuitijs iactãtia nasceretur.* Nõ se iactet Christianus, quod multa dederit, nõ glorietur, quòd plures facultates distribuerit, quãdo non in eo nostra est ista gloriatio, sed in eo quod quis sese pro Christo magis tradiderit. Minor Zachęo extitit Petrus in datis facultatibus, at quia maior extitit in expendendo se ipso, maiori apud Deum gloria fulget. Huc reuoco pulchrum illud exemplum alatum à

Gen. 32.

Fulgen.

D. Paul.

D. Paulino epist. 2. vbi inquit. *Natator amnẽ interpositum superaturus exuitur, nec tamen hoc tanto apparatu quòd se dispoliauerit, transnatabit: nisi totius corporis nisu, & omnium scita mobilitate membrorum, & propulsu pedum, & remigio brachiorum, & lateris, in lapsu torrentis impetum scindat, & laborem natationis exhauriat.* Equidem natator libenter dat littori omnes vestes suas, mannens ipse prorsus nudus, non tamen eò solo peractares

res est,& sinulus trunsigitur,sed insuper omnium membrorum conatum,& laborum impendere debet,ille,qui amat natatoris corona acquirere. Id quod gloriosis affectis suis suggerit Dominus,dum ad triumphum vocans proponit mare tranandum. Ait enim Apoc.4. *Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile chrystallo.* Curante sedē chrystallinum exhibetur mare? Vt ostendatur ille gloriosam sedem in cœlis habiturus,qui natatorem imitans,non solum vestes, hoc est, bona sua dat littori,sed & omnia membra laboribus sacrificat.

Apoc.4.

§. XI.

Principum cœlestium natalis à cruce Domini.

SApienter Dominus electos suos congregandos asserit,nō vbi fuerit Sol, nec vbi fuerit Rex,aut spōsus,aut Pater,sed vbi fuerit cadaue.; quippè cœlestes Principes,nō ab alio,sed a Christi Domini morte, & cruce, suæ nobilitatis natalia trahunt. Huc refero pulchèrrima verba,quibus D.Petrus Dam. præcellentias Principis Apostolorū,& Andrææ fratris eius expendit; sciens enim illos à cruce in cœlos euolasse,ait ser. 1. de S. And.

Pet. Dam. *Cùm diuina dispensatio Petrum,& Andraā cōsumare per crucis supplicium voluit,inter cæteros Apostolos quodammodo egregios,atq; conspicuos fecit: Crux enim,quæ regem præmisit ad sceptrum,eadem vtrumq; militem subsequenter euexit ad præmium. O beata germanitas, quàm sicut mundo vna consanguinitas edidit, sic eadem triumphalis mors victores ad astra transmisit: & quos in hac vita vnius generis protulit natura consortes, in illam beatitudinem sempiternam crux parturiuit æquales. Eiusdē nobilitatis in terra,eandem prosapiæ celsitudinem sortiuntur in cœlo. Qui enim hic sunt filij Ioannis,illic sunt filij crucis.* Vnà cum mortalitate abiurant electi natalitia mundialia,& parturiente cruce fiunt Principes in æternitate: non admittit æternitas, non admittit curia cœlestis,nec beatorum status admittit hominem,quem crux Christi non parturit; & qui inter Caluarij arbusta non ostendit suæ gentilitia nobilitatis. Titulus Psal. 44. ait. *In finem pro his, qui commutabuntur filijs Core:* quasi qui instar aquilæ in æternam iuuentam commutabuntur,iuxta explicationem D.Basilij,ij sint filij Core. Qui sunt filij Core? Aug. ait: *Filij sponsi,filij passionis illius, filij crucis illius,portantes in fronte,quod inimici in loco Caluariæ fixerunt, appellantur filij Core.* Cùm enim putet,Core significare Caluariam; præclare filij Core,filij crucis dicū tur,nec ab alio quam à Christi cruce debent gentilitia sua ducere,qui mutata mortalitate immortalitatem induunt. Sola crux Christi potest præstare hominibus, gloriosam illam differentiam,quam beati acquirunt,& qua mutati dicuntur filij crucis. Et quæ hæc mutatio in caluariæ filijs? Paulus 1. ad Corinth. 15. ait: *Seminatur corpus in ignobilitate,surgit in gloria,seminatur in infirmitate surgit in virtute. Seminatur corpus animale, surgit spirituale* Quòd non sint ignobiles,quod non sint infirmi,quòd non instar animalium bruteſcant; sed nobiles,& fortes,& verè homines sint, clarissima ratione fulgentes habent in cœlis iusti ex Christi cruce. Apud Lucam cap.16. habes Zachæum cupientem videre Iesum,quem vt videat, *ascendit in arborem sycomorum.* Ecce tibi Zachæus in arbore requiritur à Iesu; requisiuit aliquando Iesus fructus in ficu,quos quia non inuenit, ficum maledictis ferit. Præstantior ficu apparet Sycomorus,quæ non pomorum fructus, sed homines exhibet Iesu ne illius indignationem incurrat. Sed vnde sylueſtris ficus exhibuit talem hominem Iesu? Ex quo Iesus arborem elegit,& venit in arbore moriturus, iam ligna nouerunt veros homines parturire: Accipite D.Amb. ibi: *Zachæus in Sycomoro nouum videlicet noui temporis pomum,vt in hoc quoque compleretur illud: Arbor fici produxit grossos suos. Ad hoc enim Christus aduenit,vt ex lignis non poma,sed homines nascerentur.* Habent ex Christi sanguine Caluarij arbusta,quòd & veros, & glorioſos homines reparturiant.

1.Cor.15.

D.Amb.

Cùm me huc deducunt Christi Domini verba,ipsa etiam me faciunt paulisper sublistere: super meas vires est, quidquid Dominus fuit locutus vno impetu transcurrere. Dixi prophetias illustriores; dixi sermones præcipuos; dixi clariores similitudines. Ad celebriores Parabolas,& disputationes, & alia Iesu verba expeditum me vocat quartus tomus,quem dum meditor, ipse Iesus aspiret,nequid meum subsiliat.

Psal.44.

FINIS.

LAVS DEO, VIRGINIQVE MATRI, ET PARENTI IGNATIO.

INDEX

INDEX SACRAE SCRIPTVRÆ A PATRIBVS ILLVSTRATÆ.

Vetus testamentum.

Ex Genesi.



A P. 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram, fol.* 365. *col.* 1.

Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super, &c. fol. 414 *col.* 1.

Diuisitque lucem à tenebris, fol. 439. *col.* 2.

Dixit Deus congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum, fol. 440. *col.* 1.

Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diẽ, ac noctẽ, et sint in signa, fol. 16. *col.* 2.

Germinet terra herbam virentem, & facientẽ semen, & lignum, &c. fol. 17. *col.* 1.

Fiat lux, et facta est lux, fol. 274. *col.* 2.

Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram, fol. 231. *col.* 1. *fol.* 370. *col.* 2. *fol.* 483. *col.* 2.

Et creauit Deus hominem ad imaginem, et similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, fol. 322. *col.* 2.

Crescite & multiplicamini fol. 135.

Cap. 2. *Vt operarentur, et custodirent illum, fol.* 207. *col.* 2.

De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Dominus, ne comederemus, et ne tangeremus, fol. 302. *col.* 2.

Ædificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, et adduxit eam, fol. 314.

R. quieuit Deus die septimo ab omni opere, quod patrarat: fol. 367. *col.* 2.

Nomen vni Phison, ipse est, qui circuit omnem terrã Euilath, vbi nascitur aurũ, f. 498. *co.* 2

Cap. 3. *Consuerunt folia ficus: fol.* 8. *col.* 1.

Cùm audissent vocem Domini Dei ambulantis, &c. fol. 20. *col.* 1.

Vocem tuam audiui in paradiso, et timui eo quod nudus, &c. fol. 161. *col.* 1.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec in terram, de qua sumptus est, reuertaris, fol. 169. *col.* 2.

Et aperti sunt oculi amborum, cùmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia, &c. fol. 464. *col.* 1.

Quis indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo tibi præceperam, ne comederes comedisti? fol. 416. *col.* 1.

Ecce Adã quasi vnus ex nobis, fol. 483. *co.* 2

Cap. 4. *Abel obtulit de primogenitis suis, et de adipibus, fol.* 86. *col.* 2.

Cõsurrexit Cain aduersus fratrem suũ Abel, et interfecit eum, fol. 299. *col.* 2.

Eamus foras, fol. 15. *col.* 1.

Vagus, et profugus eris super terram, fol. 10. *col.* 2. *fol.* 44. *col.* 1. *fol.* 84. *col.* 2.

Nonne si rectè offeras, non rectè dividas, peccasti? fol. 133.

Si autem egeris male, statim peccatum pro foribus aderit, fol. 8. *col.* 2.

Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ, et Selæ: audite vocem meam vxores, &c. fol. 46. *col.* 2.

Sed & Seth natus est filius, quẽ vocauit Enos: iste cœpit inuocare, &c. fol. 81. *fol.* 1. *fol.* 185 *col.* 1. *fol.* 500. *col.* 2.

Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, fol. 410. *col.* 2.

Cap.6. *Videntes filij Dei filias hominum*, pag. 5. col.1.

Fac tibi arcam de lignis leuigatis, fol.429. col.2.

Cap.8. *Dimisit columbam ex arca, at illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo*, pag. 102. colum.2.

Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, fol.109 col.2. & 254.col.2.

Non reuertebatur, fol.400.col. 1.

Quæ cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in arcam: fol. 564. col.2.

Cap.9. *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum*, pa.294. col.2.

Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum vestiarum, de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris eius, requiram animam hominis, fol. 390.colum.2.

Cap.11. *Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem: dixitque alter ad proximum suum venite faciamus lateres, & c.* fol. 6.colum.1.

Cap.12. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac*, fol.25.col.2.

Cap.13. *Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro, si ad sinistram ieris: ego dexterã tenebo si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam*: fol.464.col.2.

Da mihi animas, cætera tolle tibi, fol. 562. col.2.

Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippè substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter, & c. fol.564 col.1.

Cap.14. *Extendam manum meam ad Dominum altissimum, qui fecit cœlum, & terram, si à filo vsque od corrigiam calceamenti sumam ex omnibus tuis, vt non dicas, quod ego ditaui Abraham*, fol.164.col. 2.

Quòd cum audisset Abraham captum videlicet Loth fratrem suum expeditos vernaculos suos trecentos, fol.406.col.1.

Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, & c. fol.538 col.2.

Cap.15. *Domine Deus, quid dabis mihi*, fol. 88. col.2.

Subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis, fol.110.col.2.

Cap.16. *Profectò hic vidi posteriora videntis me*, 158.col.2. & fol.160.col.1.

Saray vxorem tuam, non vocabis Saray: sed Sarram, fol.463.col.2.

Cap.18. *Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus est, & c. descendam, & videbo vtrum clamorem, & c.* fol.264.colum.2. fol. 138.

Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum; quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram: & dixit Domine, & c. fol. 476. colum.2.

Loquar ad Dominum cum sim puluis, & cinis fol.480.col.1.

Quia semel cœpi loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis, fol. 509.col. 1.

Cap.19. *Eduxerunt q3 eum, & posuerunt extra ciuitatem*, fol.110.col.1.

Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc.fol.161. col.2.

Eos percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum: ita vt ostium inuenire non possint, fol.473.col.2.

Cap.20. *Ecce mille argenteos dedi fralri tuo: hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & c.* fol.9.colum.1. fol. 119. colum.2.

Cap.22. *Nec extendas manum super puerũ*, fol. 99.col.1.

Quia fecisti hanc rem, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum: sicut stellas cœli, fo.475 col.2.

Deus prouidebit sibi victimam holocausti filij mi, fol.561.col.1.

Cùm alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare, fol.99. column.2. & fol. 275. colum.1.

Extenditq3 manum, & arripuit gladium, vt immolat filium suum, fol.172. colum.2. & 242.col.2.

Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul dixitq3 ad pueros suos expectate hic cũ asino: Ego autem, & puer illuc vsque properantes, & c. fol.263.col.1.

Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac: & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum, fol. 304. columna 2.

Cap. 24. *Serui tui venimus, vt emamus frumenta: omnes sumus filij vnius viri, & c.* fol. 133.

Egressus fuerat ad meditandum in agro: fol. 555.col.2.

Cap.25. *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit: & maior seruiet minori*, fol. 251.col.2.

Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, fol.420.col.1.

Cap.27.

Cap. 27. Esau frater tuus minatur, vt occidat te, nunc igitur fili mi auditionum meã, &c. fol. 147.

Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius, quam tu venires, benedixitque ei; & erit benedictus, pag. 31. col. 1.

Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundãtiam frumenti, & vini, & seruiant tibi populi, &c. pag. 38. col. 1. pag. 59. col. 2.

Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domo, induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus: & colli nuda protexit, pag. 59. col. 1.

Ecce odor filij mij, sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus, fol. 391. col. 2.

Viues gladio, fratri tuo seruies, fol. 392. colum. 1.

Det tibi Deus de rore cœli: & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & seruiant tibi populi: & adorẽt te tribus, fo. 442. col. 2.

Hæc ergo causa somniorum, atque sermonũ inuidiæ, & odij fomitem ministrauit, fol. 249 col. 1.

Cũ venatu aliquid cæperit fac mihi inde pulmentum: sicut velle me nosti, pagin. 275. colum. 2.

Cap. 28. Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui. & Deus Isaac noli timere, fol. 180. col. 2.

Quã terribilis est locus iste, nõ est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli, pag. 330. colum. 1.

Cap. 29. Quartò concepit, & peperit filium, & ait modo confitebor Domino, pag. 83. col. 1.

Et ecce Rachel veniebat cum ouibus Patris sui, nam gregem ipsa pascebat; quam cum vidisset Iacob, et sciret consobrinam suã, &c. pag. 170. col. 1.

Cap. 31. Cur ignorante me, fugere voluisti; nec indicare mihi, &c. pag. 21. col. 2.

Quòd appellatum est nomen eius Galaad, pag. 80. col. 1.

Voluntas Dei fuit, quod tãcitò occurrerit mihi, fol. 180. col. 1.

Dominus prouidebit sibi victimã, ego et puer illius, vt qui properantes postquã adorauerimus reuertemur ad uos, fol. 198. col. 2.

Si affligeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas; nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit, fol. 247. col. 1.

Video faciem Patris mei, quod nõ sit ergamee sicut heri, & nudius tertius: Deus autem Patris mei fuit mecum, pag. 298. col. 1.

Tumensq; Iacob cum iurgio ait, quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, et scrutatus es omnem supellectilem meam. pag. 301 col. 2.

Cap. 32. Adorauit septies in terra: pag. 41. colum. 2.

Placabo eum muneribus, fol. 147.

Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, fol. 451. col. 2.

Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, fol. 403. col. 2.

Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomentuum, sed Israel, fol. 611.

Cap. 33. Et erecto ibi altare inuocauit super illum fortissimum Deum Israel, fol. 428. colum. 1.

Cap. 36. In vniuerso orbe fames prænaluit in cuncta autem terra Ægypti panis erat: pag. 289. col. 2.

Cap. 37. Venite occidamus eum; dicemusque, fera pessima deuorauit eum, &c. pag. 340. colum. 2.

Extrahẽtes eum de cisterna; vendiderunt eũ Ismaelitis, fol. 468. col. 2.

Cap. 38. Mittam tibi hædum de gregibus, folio 138.

Cap. 39. Qui iratus est valde: tradiditque Ioseph in carcerem: vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus, pag. 48. col. 1.

Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in cõspectu Principis carceris, pag. 85. col. 2.

Cũmq; vidisset mulier vestẽ in manibus suis, & se esse contemptam vocauit ad se homines domus suæ, et ait ad eos. En introduxit virum Hebræum: vt illuderet nobis, fol. 421. col. 1.

Dedit ei gratiam in conspectu Principis carceris: Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, fol. 469. col. 1.

Cap. 40. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas & post flores vbas matures cere, &c. fol. 229. col. 1. & fol. 236. col. 1.

Cap. 41. Dixit Rursus Pharao ad Ioseph: ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti, &c. fol. 209. col. 1.

Placuit Pharaoni consiliũ: & cunctis Ministris eiusq; loquutus; est ad eos, &c. fol. 469. col. 1.

Septem spicæ pullulabãt in culmo vno plenæ atque formosæ: Aliæque totidem spicæ tenues & percusæ vredine, oriebantur deuorantes omnium priorum pulchritudinem, fol 414. colum. 2.

Cap. 42. audiui quod triticum venũdetur in Ægypto descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere: pag. 293. col. 1.

Iussit ministris, vt implerent saccos eorũ tri-

ñco,& reponerent pecunias singulorũ in saccis suis datis supra cibarijs in via,qui fecerũt ita pag.342.col.2.

Cap.44.Iamquè vrbem exierant,& præcesserãt paululum,&c.quare reddidistis malũ pro bono,et p.344.col.2.

Cap.45.Præmisitquè me Deus,vt reseruemini super terrã,et escam ad viuendum habere possitis.pag.69.col.2.

Cap.47.Det tibi Deus de rore cœli,& depinguedine terræ,pag.36.col.2

Non sepelias me in Ægypto,sed dormiam,cũ Patribus meis,& 219.col.2.

Emit igitur Ioseph omnẽ terram Ægypti vẽdentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis,&c.pag.20.col.2.

En vt cernitis,& vos:& terram vestrã Pharao possidetur:accipite semina,& serite agros,vt fruges habere possitis,&c.fol.213.colum.2.

Cap.48.Angelus,qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis,pag.90.col.2.

Cap.49.Dissoluta sunt vincula brachiorum,et manuum illius per manus potentis Iacob,indè pastor egressus est pag.36.col.1.& 2.et fol.270.col.1.

Issachar asinus fortis accubans inter terminos,vidit requiem quod esset bona,et terram quod optima,& supposuit humerum ad portandum.fol.207.col.1.

Simeon,& Leui vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non veniat anima mea,&c.pag.338.col.2.

Fiat Dan coluber in via: cerastes in semita mordens vngulas equi,vt cadat ascẽsor eius retrò,fol.358.col.2.

Do tibi partẽ vnam extra fratres tuos quãtuli de manu Amorrhæi,fol.551.col.2.

Filius accrescens Ioseph filius accrescens decorus aspectu,fol.373.col.2.

Prior in donis:maior in imperio,fol.420.colum.1.

Sedet in forti arcus eius:dissoluta sunt vincula brachiorum,et manuum illius per manus potentis Iacob: indè Pastor egressus est lapis Israel, Deus patris tui erit adiutor fol.510.col.2.

Cap.50.Nolite timere num Dei possumus resistere voluntati,pag.101.col.2.

Ne forte memor sit iniuriæ,quàm passus est, et reddat nobis omne malum,&c.fol.145.

Præcepit seruis suis Medicis,vt aromatibus condirent Patrem,fol.305.col.1.

Ex Exodo.

Cap.1.Præposuit eis magistros operum, vt affligerent eos verberibus:ædificauerunt̃q; vrbes tabernaculorum Pharaoni,fol.447.col.2.

Tribus diebus nemo vidit fratrem,fol.540.col.1.

Surrexit intereà Rex nouus super Ægyptũ, qui ignorabat Ioseph,fol.83.col.1.

Ædificauerunt vrbes tabernaculoram Pharaoni Phithon,et Ramasses,fol.575.colum.1.

Quia de aqua tuli eum,fol.598.

Cap.2.Suscepit mulier,& nutriuit puerũ,adultumq; tradidit Filiæ Pharaonis, quem illa adoptauit in filium,&c.in diebus illis postquam creuerat Moyses egressus est ad fratres suos,&c.fol.287.col.2.

Postquã creuerat Moyses egressus est ad fratres suos,& fol.568.col.2.

Cap.3.Apparuitquè ei Dominus in flamma ignis de medio rubi,& videbat quod rubus arderet,& non combureretur,fol.566.col.1.& fol.320.columna 1.& fol.438.colum.1.

Mensis hic vobis initium mensium,fol.230.col.1.

Cap.4.Dixitquè Dominus rursus, mitte manũ tuam in sinum tuum:quàm cum misisset in sinum,protulit leprosam instar niuis,fol.355.col.2.

Extende manum tuam,& apprehende caudã eius,extendit,& tennit,& versa est in virgam:fol.427.col.1.

Cùm esset in itinere in diuersorio,occurrit ei Dominus,& volebat occidere eum.Tulit illico Sephora accutissimam petram,& circuncidit præputium filij sui,fol.125.colum.1.

Impedicioris linguæ essem:fol.127.col.1.

Cap.5.Daboq; illam vobis possidendam ego Dominus,fol.191.col.1.

Paleæ non dabuntur vobis,& reddetis consuetum numerum laterum:fol.194.colum.2.

Cap.7.Vocauitquè Pharao sapientes,& maleficos,& fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas,&c.fol.460.col.2.

Cap.8.Dixerunt malefici ad Pharaonem digitus Dei est hic:fol.570.col.1.

Abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro,fol.194.col.1.

Cap.9.Videns autem Pharao,quod data esset requies in grauauit cor suum:& non audiuit eos,sicut præceperat Dominus,fol.449.colum.1.

Cap.11.Eritquè clamor magnus in vniuersa terra Ægypti qualis,nec antea fuit,nec posteà futurus est,&c.fol.375.col.1.

Cap.12.Fasciculum hyssopi tingite in sanguine qui est in limine& aspergite,ex eo super limi-

nare

nare, &c. fol. 530. col. 2.
Nox iſta eſt obſeruabilis Domino quando duxit eos de terra Ægypti, fol. 359. col. 1.
Tollat vnuſquiſq; agnum per familias, & domos ſuas, fol. 29. col. 1. & fol. 239. col. 1.
Caput cum pedibus, & inteſtinis vorabitis, nec remanebit quidquam ex eo: fol. 232. colum. 2.

Cap. 13. Et ecce cæperant audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire mõtem, clangorq; buccinæ, vehemẽtius perstrepebat, fol. 419. col. 1.

Cap. 14. Tollẽſque ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael abijt poſt eos, & cũ eo pariter colũna nubis priora dimittẽs poſt tergum ſtetit: fol. 167. col. 2.
Quidquid autem maius fuerit referãt ad te: & ipſi minora tantummodo iudicẽtur, leuiuſque ſit tibi, partito onere: ſi hoc, &c. fol. 332. col. 1. & 2.

Cap. 15. Cùm leuaſſet Moyſes manus, vincebat Iſrael, fol. 359.
Oſtendit ei lignum, quòd cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt, fol. 569. columna 2.
Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael carmen hoc Domino: glorioſe enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo mea, laus mea Dominus, fol. 587.

Cap. 16. Manè quoquè ros iacuit per circuitum caſtrorum: cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram, fol 65. col. 1.
Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit: gomor per ſingula capita, fol. 123. col. 1.
Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum, quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem, &c. fol. 443. col. 1.

Cap. 17. Dixitq; Moyſes ad Ieſum, elige tibi viros potentes, & egreſſus pugna cum Amalec, fol. 375. col. 2.
Sũpſerũt igitur lapidem poſuerunt ſubter eũ: Aaron autem, & Hur tenebant manus eius ex vtraque parte, &c. fol. 403. columna 2.

Cap. 18. Et notandum, quod non hos deſperſos in plateis: ſed in capite platearum dicit, quia & cum terrena agunt ſummi videri appetunt, vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearum ſint capite exhonere ſanctitatis, fol. 457. col. 1.
Ellige viros, & egreſſus pugna contra Amalech, fol. 120. col. 2.
Percuties petrã, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus, fol. 569. col. 1.
Cùmque leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat, &c. fol. 594. fol. 453.

Cap. 18. Sũme autẽ vas vnũ, mitte ibi mannã quantum poſt capere Gomor, & repone coram Domino ad ſeruandum illud, fol. 209. col. 1.
Sedit Moyſes, vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à manè vſque ad veſperam. Quod cum vidiſſet cognatus eius: ait: Quid eſt hoc quod agis in plebe? fol. 597.

Cap. 19. Moyſes autem, & Aaron, & Hur aſcẽderunt ſuper verticem collis: cumquè leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, fol. 453. col. 2.
Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius & prolixius tendebatur, fol. 443. col. 2.
Steterunt ad radices montis; totus autẽ mõs Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & ſonitus buccinæ paulatim creſcebat, folio 389. columna 2.
Et cæperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montẽ, clamorquè buccinæ vehementius perſtrepebat, & timuit populus, qui erat in caſtris, fo. 520 col. 2.
Ecce cæperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montẽ, clamorq; buccinæ vehementius perſtrepebat, fo. 149.

Cap. 20. Cunctus autem populus videbat voces, &c. fol. 535. col. 1. fol. 438. col. 2.
Cunctus autẽ populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ montemquè fumãtem, & perterriti, ac pauore concuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi, loquere, &c. fol. 366. col. 2. & fol. 366. col. 1.
Cumquè aſcendiſſet Moyſes operuit nubes. fol. 438. colum. 2.
Cunctus autem populus videbat voces, & lãpades, & ſonitu buccinæ: montemq; fumantem, &c. fol. 52. col. 2.

Cap. 21. Filium quoque, & filiam ſi cornu percuſſerit ſimili ſententiæ ſubiacebit, fol. 503. col. 1.

Cap. 24. Non apparebis incõſpectu meo vacuus, fol. 414. col. 1.
Nec accipies munera, quæ excæcant etiã prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum, fol. 563. col. 2.

Cap. 24. Erat autem ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens ſuper verticem montis inconſpectu filiorum Iſrael, fol. 369. col. 2.
Surrexerũt Moyſes, & Ioſue Miniſter eius, aſcendenſquè Moyſes in montem Dei, ſenioribus, ait: expectate hic donec reuertamur ad nos: fol. 319. col. 1.

Cap.25.*Loquere filijs Israel, vt tollas mihi primitias, ab omni homine, qui offert, vltroneus accipietis eas, &c fol.407.col.2.*

Cap.28.*Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino, fol.437.col.1.*

Sumesq; lapides duos onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel fol.513.col.2.

Cap.30.*Cumque in tenuissimum pulueres vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij in quo loco apparebo tibi, &c. fol.548.col.1.*

Sume tibi aromata stacten, & onycha galbanum boni odoris, & thus lucidissimum æqualis ponderis eruntomnia faciesque thymiama compositum, & c.fol.523.col.2.

Cap.32.*Siquis est Domini iungatur mihi: congregatique sunt ei omnes filij, Leui, fol.360.col.2.*

Et reuersus est Moyses de monte portãs duas tabulas testimonij in manu sua scriptas ex vtraque parte, & factas opere Domini, fol.556.col.2.

Arripiesq; vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad pulueres, quẽ sparsit in aquam: & dedit ex eo potum populo Israel, fol.3.col.2.

Et reuersus est Moyses de monte portãs duas tabulas testimonij in manu sua scriptas ex vtraque parte, fol.118.col.2.

Videns ergò Moyses populum, quod esset nudatus (spoliauerat eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat, fol.161.col.2.

Consecrastis manus vestras hodie Domino vnusquisque in filio, & in fratre suo vt detur vobis benedictio, fol.162.col.1.

Proieci illud in ignem: egressus est hic vitulus, fol.568.col.2.

Cap.33.*Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris, fol.366.col.2.*

Ponã te in foramine Petræ, & protegam dextera mea donec transeam: tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, fol.417.col.2.

Ego ostendam tibi omne bonum, fo.435.co.1

Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto: fol.247.c.2.

Cap.34.*Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, fol.556.col.2.*

Cùmq; descenderet Moyses de monte Sinai tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua, &c. folio.118.col.2.

Et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini, fol.175.col.1.

Videntes autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysis faciem, fol.581.

Cap.40.*Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud, nec poterat Moyses ingredi tectũ fœderis, fol.533. col.1.*

Ex Leuitico.

CAp.7.*Omnis mundus manducabit carnẽ, & anima quæcùmque contigerit de carne sacrificij salutaris, & immunditia super illã est, pereat anima illa, &c.fol.247.col 2.*

Vbi immolabitur holocaustũ, mactabitur hostia pro delicto, fol.360.col.1.

Cap.13.*Sim autem lucis candor fuerit in cutè, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, reducet eum Sacerdos septem diebus, & considerabit, &c.fol.143.*

Cap.16.*Nullus hominũ sit in tabernaculo, quãdo Pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se, & pro domo sua, fol.232.col.1.*

Cap.19.*Non eris criminator, nec susurro inpopulo, fol.75.col.1.*

Ex Numeris.

CAp.2.*Ad orientẽ Iudas figet têtoria per turmas exercitus sui, eritque Princeps filiorũ eius Nahason filius Aminadab, & omni de stirpe eius summa pugnantium septuaginta quatuor millia, excentorum, &c.fol.460.col.2.*

Cap.7.*Primò die obtulit oblationẽ suam Nahason filius Aminadab de Tribu Iuda, &c. Secundò die obtulit Nathanael filius Suar de tribu Isacar, &c. Tertio die Princeps filiorum Zabulõ obtulit acetabulum argenteũ, &c.fol.28.col.2.*

Dixitque Dominus ad Moysem: singuli duces per singulos dies offerunt munera in dedicatione altaris, fol.490.col.1.

Cap.11.*Adhuc carnes erant in ore ipsorum, nec defecerat huiusmodi cibus: & ecce furor Domini cõcitatus in populum percussit eum plaga magna, fol.27.col.2.*

Quis dabit nobis ad vescẽdum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriquè, & cepæ, & allia: fol.66.col.1.

Cumq; requieuisset in eis spiritus prophetauerunt, fol.355.col.1.

In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones porriq;, & cepæ, & allia: Anima nostra arida est, nihil aliud respiciũt oculi nostri, nisi Man. fol.396.col.2. & fol.453.col.2.

Cap.12.*Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi: Iratusq; contrà eos abijt, nubes quoque recessit, fol.525.col.1.*

Cap.13. Absciderunt palmitem, cum vua sua, quem portauerunt in vecte viri duo, fol. 551 col.2.

Cap.15. Nequaquam adhunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est, terra, quâm lustrauimus derorat habitat oues suos, populum, quem aspeximus proceræ staturæ est: ibi vidimus monstra quædã filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur, fol. 352. col. 2.

Factum est cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligẽtem ligna die Sabbati, &c. fol. 351. col. 2.

Cap.16. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium obtulit Thymiama, &c. fol. 367. col. 2.

Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos, &c. fol. 315. col. 2.

Cap.17. Inuenit germinasse virgam Aarõ in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperunt flores, qui folijs dilatatis in amygdalas cõuersi sunt, fol. 267. col. 1.

Cap.20. Per tritam gradiemur viam, et si biberimus aquas tuas nos, & pecora nostra dabimus quod iustum est, fol 68. col. 1.

Audite rebelles, & increduli, num de petra hac, vobis aquam peterimus oijcere, cùmque eleuasset manum, &c fol. 121. col. 2

Cap.21. Et tædere cæpit populũ itineris, ac laboris, &c. deest panis, non sunt aquæ, &c. quã obrem misit Dominus, &c. Fecit ergò Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo quem cum percussi aspicerent, sanabantur, fol. 200. col. 1.

Iratusq; Dominus cõtra eos abijt, nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra sicut nix, fol. 289. col. 2.

Misit Dominus ad populum serpentes ignitos, fol. 324. col. 2.

Fecit ergò Moyses serpentem æneũ, & posuit eum pro signo, quem cũ percussi aspicerent sanabantur, fol. 417. col. 1 fol. 206. col.

Cap.22. Et iratus est Deus, stetitq; Angelus in via contra Balaam, fol. 298. col. 1.

Nauseat anima nostra supercibo isto leuissimo, fol. 387. col. 1.

Aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via gladio euaginato, folio 503. col. 1.

Perrexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Maddiam habentes diuinationis pretiũ in manibus suis, fol. 563. col. 1.

Cap.23. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel, tẽporibus suis dicit Iacob, & Israeli, quid operatus sit Dominus, fol. 434. col. 2.

Quomodo maledicã, quẽ nõ maledixit Deus? fol. 559. col. 2.

Quomodo maledica, cui non maledixit Deus? fol. 559. col. 2.

Cap.24. Balaam filius Beor dixit, homo cuius obturatus est oculus, qui visionem omnipotentis intuitus est, fol. 328. col. 2.

Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonũ Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, fol. 389. col. 1.

Cap.25. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem: fol. 566. col. 1.

Cap.27. Perrexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Madiam habentes diuinationis pretium in manibus, fol. 328. col. 1.

Deut.

Cap.7. Nec filiã illius accipe viro tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis, fol. 552. col. 1.

Nec filiam illius accipe filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis irasceturquè furor Domini, & delebit te cito: fol. 191. col. 2.

Cap.10. Qui amat peregrinum, & dat ei victũ, fol. 301. col. 1.

Deus magnus, et potens, et terribilis, qui personam non accipit, nec munerat facit, iudiciũ pupillo, et viduæ, amat peregrinum, et dat ei victum, fol. 332. col. 2.

Cap.17. Cùm fuerit Rex constitutus non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, fol. 47. col. 1.

Postquam autẽ sederit in regni sui solio Deuteronomium legis huius describet sibi in volumina, fol. 125. col. 1.

Cap.20. Quis est homo, qui plantauit vineã, & nec dum fecit eam esse communẽ de qua vesci omnibus liceat, &c. fol. 498. col. 1.

Cap.22. Si puellam virginem desponderit vir, et inuenerit eam aliquis in ciuitate, et concubuerit eũ ea educes vtrũquè ad portam ciuitatis, &c fol. 416. col. 1.

Non seres vineam tuam altero semine, ne et se mẽtis quã se visti, et quæ nascuntur ex eò in ea pariter sanctificentur, fol. 333. col. 2.

Cap.24. Non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum; vt dormiẽs in vestimento suo, &c. fol. 72. col. 2.

Cap.25. Non ligabis os bobis terentis in area fruges tuas, fol. 436. col. 1.

Cap.32. Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, & suggeret mel de petra, oleumquè de saxo, &c. fol. 572 col. 2.

Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, fol. 539. col. 1.
Constituet eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, vt suggeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, fol. 79. col. 1. fol. 572. col. 2.
Mortere in monte, fol. 121. col. 2.
Cap. 33. Cornua Rhinocerontis, cornua illius in ipsis ventilabit gentes vsque ad extremum terræ, fol. 120. col. 1.
Qui dixit Patri suo, & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, fol. 301. col. 2.
Cap. 34. Mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini, fol. 291. col. 1.

Ex libro Iosue.

Cap. 1. Moyses seruus meus mortuus est: fo. 30. col. 1.
Mementote sermonis, quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, fol. 496. col. 1.
Cap. 2. Iurate mihi per Dominum, & quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis, &c. fol. 382. co. 1. fo. 308. co. 2.
Patrem tuum, ac matrem, fratresque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam.
Qui ostium domus tuæ egressus fuerit sanguis ipsius erit in caput eius, fol. 273. col. 1.
Fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat, fol. 308. col. 2.
Descenderunt exploratores de mõte, & trãsmisso Iordane venerunt ad Iosue filium Nũ: narrauerunt què ei omnia, quæ acciderant sibi, &c. fol 352. col. 1.
Si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccinneus, & ligaueris illum in fenestra per quam dimisisti nos, &c, fol. 363. col. 1.
Et illa respondit: sicuti locuti estis ita fiat, &c. ibidem.
Cap. 5. Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios Israel fol. 89. col. 2.
Cap. 6. Raab verò meretricem, & domum Patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem, eo quod abscondérit nuntios quos miserat, vt explorarent Iericho, fol. 308. col. 1.
Cap. 8. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero vltra vobiscum, fol. 358.
Cap. 10. Cùm adducti essent ad eum vocauit omnes viros Israel, & ait ad Principes exercitus, qui secum erant: ite & ponite pedes super colla regum istorum, fol. 113. col. 2.
Sol contra Gabaon ne moueatis, &c. stetit itaquè sol in medio cœli, & nõ festinauit occumbere spatio vnius diei, fol. 116. col. 2. fol. 375. col. 2.
Et reuersus est omnis populus ad Iosue in Maceda, in castra, sani, & non mutinit filiorum Israel, neque vnus lingua sua, fol. 123. col. 2. fol. 141. col. 2.
Percussit Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fol. 245. col. 1.
Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, rursus ait ad illos; Nolite timere, nec paueatis, &c. fol. 596.
Cap. 11. Omnes Reges eorum cæpit, percussit, & occidit, fol. 304. col. 1.
Cap. 14. Hoc est quod possederunt filij Israel in terra Chanaam, quam dederunt eis Eliazar sacerdos, & Iosue filius Num, fol. 267. co. 2.
Cap. 20. Mortuus est Iesus filius Num: fol. 108 col. 2.

Ex lib. Iudicum.

Cap. 2. Omnisquè illa generatio congregata est ad Patres suos, & surrexerunt alij, qui non nouerant Dominum, fol. 102. col. 2.
Dimisit ergò Iosue populum, & abierunt filij Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam, fol. 109. col. 2.
Cap. 3. Post hunc fuit Sangar qui percussit de Philistim sexcentos viros vomere, fol. 107. col. 2. fol 117. col. 2.
Qui suscitauit Saluatorem vocabulo Ado: qui vtraque manu pro dextra vtebatur. fol. 138.
Qui fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudine palmæ manus, & cinctus est eo super sagum in dextro femore, fol. 138.
Clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos Othoniel, videlicet filium Genem fratrem Caleb minorem, fuitque in eo spiritus Domini, & iudicauit Israel, fol. 258. col. 1.
Cap. 6. Si saluum fatis per manum meam Israel ponam hoc vellus, &c. fol. 216.
Si ros in solo vellere fuerit, &c. folio 219. col. 2.
Cap. 9. Ecce mulier fragmẽtum molæ de superiacens illisit, &c. fol. 474. col. 1.
Nunquid possum deserere pinguedinem meã fol. 117. col. 1.
Venit in domum Patris sui in Ephrâ, & occidit fratres suos, &c. fol. 532. col. 1.
Cap. 10. Dixerunt filij Israel ad Dominum peccauimus, redde tu nobis, quidquid placet, fo. 549. col. 2.
Cap. 11. Iabin Rex Asor misit ad Iobad regem Madon

Maalon, & ad regem Semerom, atque ad regem, &c. fol. 517. col. 1.

Cap. 13. Statimque intellexit Manue Angelũ Domini esse, & dixit ad uxorem suam morte moriemur, fol. 535. col. 2.

Creuitque puer, & benedixit ei Dominus cœpitque spiritus Domini esse cum eo, fol. 413 col. 2.

Cap. 14. Apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei, irruit antẽ spiritus Domini: fol. 33 colum. 1. & folio. 55. columna 2.

Cap. 16. Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazaon vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt, fol. 571. folio. 493. col. 2. fol. 497. col. 1.

Egrediar sicut antea feci, & me excutiam, fol. 526. col. 2.

Ex 1. Regum.

Cap. 1. Domine Deus exercituum, si respiciens videris afflictionem meam, & recordatus fueris mei: dederisque seruæ tuæ sexũ virilem, dabo eum Domino, fol. 508. col. 1.

Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat, fol. 134.

Cap. 2. Samuel autem ministrabat, ante faciem Domini, puer accinctus Ephodlineo, fol. 59. col. 1.

Porrò filij Eli, filij Belial nescientes Dominũ, neque officium sacerdotum ad populum, sed quicùmque immolasset, &c. folio 324. col. 2.

Cap. 3. Vade, & dormi, & si deinceps vocauerit &c. fol. 251. col. 1.

Et vocauit Dominus Samuelem. Qui respondens ait. Ecce ego, & cucurrit ad Eli, folio 557.

Cap. 4. Quid actum est fili mi? fol. 76. col. 1.

Arca Dei capta est, duo quoque filij Eli mortui sunt, fol. 324. col. 1,

Cap. 5. Ecce Dagon iacebat pronus in terrã ante Arcam Domini: & tulerũt Dagon, & restituerũt eum in locum suum. Rursusque die altera inuenerunt Dagon iacentem. &c. fol. 602.

Cap. 6. Percussit autem Dominus de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent Arcã Domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia populi, fol. 112. col. 2.

Cap. 7. Egressique viri Israel de Masphath persecuti sunt Philistæos, & percusserunt eũ vsquè ad locum, qui erat subter Bethar, fol. 139.

Cap. 8. Constituite nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes, fol. 191. col. 1,

Non te abiecerũt, sed me, ne regnẽ super eos; iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Ægypto, fol. 220. col. 2.

Cap. 9. Quæ respondentes dixerunt illis. Hic est ante te: festina nunc, hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium, &c. fol. 137.

Cuius erunt optima quaque Israel, fol. 420 col. 1.

Cap. 10 Ecce cuneus Prophetarũ obuius ei, & insilnit super eum spiritus Domini, & Prophetauit in medio eorum: fol. 54. col. 1.

Quando ergò euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque inuenerit manus tua, fol. 58. col. 2.

Et hoc tibi signũ, quia vnxit te Deus in Principem, cùm abieris hodie à me inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel, fol. 269. colum. 2.

Ecce absconditus est Domi: fol. 179. col. 1.

Indicauit Samuel, quod inuentæ essent asinæ de sermone autem regni non indicauit ei: fo. 248. col. 2.

Et hoc tibi signũ: quia vnxit te Deus in Principem, cum abieris hodie à me inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel, fol. 169. colum. 2.

Obuiam habebis gregem Prophetarum descẽdentem de excelso, &c. fol. 354. col. 2. fol. 344. col. 2.

Cap. 11. In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruã omnium vestrum oculos dextros, fol. 12. colum. 2.

Cap. 12. Loquimini de me coram Domino, et coram Christo eius, vtrum bobem cuiusquã tulerim, aut asinum, &c. fol. 296. col. 1.

Cap. 13. Præcepitquè Saul populo, & recẽsuit eos quasi agnos, fol. 467. col. 2.

Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpisset, fol. 558.

Cap. 14. Et non manducauit vniuersus populus eius, fol. 201. col. 2.

Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha: fol. 243. col. 1.

Viuit Dominus, si ceciderit Capillus, de capite eius in terram, quia cum Domino operatus est hodie: liberauit ergò populus Ionathã: fol. 259. col. 2.

Cap. 15. Reuersus ergò Samuel, sequutus est Saul, & adorauit Saul Dominum, folio. 111. colum. 2.

Quoniam quasi peccatum ariolãdi est repugnare, & quasi scelus Idololatria, fol. 218. col. 1.

Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, fol. 455.

Cap. 16. Spiritus Domini malꝰ arripiebat Saul, fol. 54. col. 2.

Dauid tollebat cytharam, & percutiebat manu

nu sua,& refocilabatur Saul,& leuius habebat,recedebat enim ab eo spiritus malus,fol. 97.col.1.

Vsquequò tu luges Saul,cum ego proiecerim eum,ne regnet super Israel,&c.fol. 95.colum.2.

Vnges quemcùmq; monstrauero tibi,fol.249 col.1.

Cap.17.De qua progenie es adolescens?filius serui tui,&c.fol.372.col.2.

Audita sunt autem verba,quæ loquutus est Dauid,et annuntiata in conspectu Saul,fol. 249.col.2.

Pascebat seruus tuus Patris sui gregem,& veniebat leo,vel vrsus,& tollebat arietẽ de medio gregis,& persequebar eos,& percutiebam;eruebamq; de ore eorum,fol.56.col.2. fol.372.col.2 fol 2.fol.269.col.2.

Ego autem venio ad te in nomine Domini agminum Israel quibus exprobasti hodie,et dabis te Dominus in manu mea,et percutiã te, fol.198.col.2.

Cap.18.Præcinebant mulieres dicentes percussit Saul mille:& Dauid decem millia,& iratus est Saul,fol 128.col.2.

Cap.21.Rex præcepit mihi sermonem,& dixit nemo sciat rem,&c fol.60.col.1.

Cap.22.Nobe autem sacerdotum ciuitatem percussit in ore gladij,viros,& mulieres,paruulos,&c.fol.259.col.2.

Cap.24.Cogitaui,vt occiderẽ te:sed pepercit tibi oculus meus,&c.fol.94.col.2.

Percussit cor suum eò quod abscidisset oram clamydis Saul,dixitq; ad viros suos propitius sit mihi Dominus ne faciam rem hanc,&c. fol.118.col.1.

Ecce hodie viderunt oculi tui,quod tradiderit te Dominus in manu mea,fol.597.col.1.

Nunquid hæc vox tua Dauid:ibidem,& fol. 148.

Cap.26.Odoretur sacrificium,fol.414.colum. 2.

Tulit Dauid hastam,et Scyphum,qui erat ad caput Saul:& abierunt,non erat quisquam, qui videret,et intelligeret,fol.560.col.1.

Cap.28.Cras autem tu,et filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus,&c.fo. 599.

Ex 2.lib.Reg.

CAp.1.Montes Gelboe,necros,nec pluuia veniant super vos,nec sint agri primitiarũ; quia ibi abiectus est clypleus fortiũ,fol.112. col.2.

Cap.2.Et nunc retribuet vobis misericordiam, et veritatem,fol.152.

Cap.3.Ego autem delicatus,& vnctus rex,fol. 458.col.1.

Ca.6.Extendi ozà manum ad arcàm Dei,& tenuit eam,quoniam calcitrauerunt bobes,et declinauerunt eam.Iratus est Dominus,&c. fol.103.col.1.fol.513.col.2.fol.523.colum.2.

Casus Saul in montibus Gelboe,fol.230.

Cap.7.Ego ero illi in Patrem,et ipse erit mihi in filium:quod si iniquè aliquid egerit,arguam illum:fol.581.col.1.

Cùm completi fuerint dies tui,et dormieris cũ patribus tuis:suscitabo semen tuũ post te: ipse ædificabit domum nomini meo,& stabiliam,&c.fol.373.col.1.

Inuenit seruus tuus cor suum,vt oraret te,fo. 403.col.2.

Cap.8.Et percussit Moab,et mensus est funiculo coæquando eos terræ.Mensus est autem duos funiculos vnum ad occidendum,& vnum ad viuificandum,fol.34.col.2.& fol.193.colum.1.

Cap.9.Nunquid super est aliquis de domo Saul? fol.145.

Restituam tibi omnes agaos Saul patris tui, & tu commedes in mensa mea:fol.145.

Cap.11.vidit mulierem se lauantem,&c.fol. 184.col.2.

Cap.12.Tu enim feciſti abscondita,ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel & in conspectu solis,fol.8.col.2.

Igitur pugnabat Ioab contra Rabbatho filiorum Ammon,& expugnabat vrbem Regiã, misitque Ioab nuntios ad Dauid dicens,&c. fol.64.col.1.

Præcepit nuntio,cùm compleueris omnia verba præly loqui ad Regem,si ascenderit ira Regis,et dixerit tibi,&c.fol.74.col.2.

Peccaui Domino:dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, fol.455.col.1.

Cap.13.Factum est autẽ post tẽpus biẽnij,quod tonderẽtur oues Absalon in Banhalaser,quæ est iuxta Ephraim,& vocauit Absalon omnes filios Regis,fol.502.col.1.

Cap.14.Quare veni de Gessur,melius mihi erat ibi esse,obsecro ergò,vt videam faciẽ Regis: quod si memor est iniquitatis meæ,interficiat me:fol.43.col.1.

Et quando tondebat Capillum(semel autem in anno tondebatur:quia grauabat eum casaries)ponderabant capillos capitis sui ducentis siclis,fol.57.col.2.

Cap.Semei autẽ per ingum montis ex latere contra illum gradiebatur maledicens,& mittẽs lapides aduersus eum,fol.115.col.1.

Cap.18.Cùm ingressus fuisset,mulus subter cõdensam quercũ,et magnã,adhæsit caput eius quercui;et illo suspẽso inter cœlum,et terram mulus pertransiuit,fo.16.col.2.et 57.co.2.

Porro

Porro Absalon erexerat sibi cum adhuc viueret titulum, qui est in valle regis, vocauitque titulum nomine suo, & appellatur manus Absalon, fol. 66. col. 2. fol. 361. col. 1 fol. 323. col. 1.

Nequaquã mitterem manũ in filiũ Regis, audientibus enim nobis, præcepit tibi, & Abisai, &c. dicens: Custodite mihi puerum, fol. 145.

Cap. 19. Obsecro, vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea: est autem seruus tuus Chamaan: ipse vadat tecum, fol. 513.

Confudisti hodie vultus seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, fol. 150.

Cap. 23. Sed vsque ad tres primos nõ peruenerat? fol. 420. col. 1.

At ille noluit bibere, sed libauit eam Domino, fol. 597.

Cap. 24. Constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi: fol. 566. col. 1.

Ex 3. libro Regum.

Cap. 1. Verumtamen Domine mi Rex in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis, quis sedere debent in solio tuo post te: fol. 72. col. 2.

Cap. 3. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, steteruntque coram eo, fol. 47. colum. 2.

Date illi infantem viuũ, nolite interficere eum fol. 512. col. 2.

Cap. 10. Vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, &c. fol. 600.

Cap. 11. Ieroboam quoq; filius Nabat Ephrateus de sarda, seruus Salomonis, cuius mater erat, &c. fol. 518. col. 1.

Disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo, fol. 526. col. 2.

Cap. 13. Non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinam in hydria, faciam illud filio meo, vt comedamus, & moriamur, fol. 242. col. 1. fol. 542. col. 1.

Cap. 17. Tulitque eum Elias de sinu eius, & portauit in cœnaculum. fol. 566. col. 1.

Viuit Dominus Deus Israel, in cuius cõspectu sto: si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. fol. 92. col. 2. fol. 141.

Coruis præcepi, vt pascant te ibi, fol. 98. colum. 2.

Et ait ad matrem Elias, da mihi filium tuum: tulitque eum de sinu eius, &c. fol. 261. colum. 1.

Cap. 18. Et accedente ad se populo curauit altare fol. 230.

Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus Patris tui fol. 450. col. 2.

Clamabant ergò voce magna. fol. 507. col. 2.

Abdias autem timebat Dominum Deum valde, &c. fol. 308. col. 1.

Cap. 19. Timuit ergo Elias, & surgens abijt, quocumque eum ferebat voluntas cumque venisset: &c. fol. 10. col. 1. fol. 282. col 2.

Ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, &c. fol. 237. col. 1.

Quid hic agis Elias? fol. 175. col. 2.

Operuit vultum suum pallio: & egressus stetit in ostio spelunca, fol. 395. col. 1.

Tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, &c. fol. 363.

Altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, fol. 546. col. 1.

Cap. 21. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro: comedent eum volucres, fol. 29. col. 2.

In loco, in quo tinxerunt canes sanguinem Nabothe in eo tingent canes sanguinem tuum: & meretrices lababunt se in sanguine tuo, fol. 46. col. 2.

Scripsit itaque literas ad maiores natu, & optimates, qui erãt in ciuitate eius, &c. fol. 246. col. 2.

Prædicate ieiunium, fol. 321. col. 2.

Da mihi vineam tuam: & erit mihi in hortum olerum, fol. 396. col. 1.

Cap. 22. Viuit Dominus, quia quæcumque dixerit mihi Dominus hæc loquar, fol. 76. col. 2.

Cap. 23. Ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, fol. 73. col. 1.

Ex 4. libro Regum.

Cap. 4. Si videris me quãdo tollar à te erit tibi quod petisti, fol. 435. col. 1. fol. 494. col. 2. fol. 518. col. 2.

Pater mi, Pater mi currus Israel, & auriga: fol. 363. col. 2.

Cap. 3. Arripiens filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo: obtulit holocaustum super murum, & facta est indignatio magna in Israel, fol. 114. col 2.

Adducite mihi psaltem. Cum caneret Psaltes, &c. fol 67. col. 2.

Cap. 4. Ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, &c. fol. 112. col. 1. fol. 586. col. 1.

Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius, ingressusque clausit hostium super se, & puerum: fol. 335: col 2.

Cap. 5. Dominus meus misit me ad te dicens: modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filijs Prophetarum, da eis talentum argenti, fol. 497 col. 2.

Cap.6. Neu percutias, non enim cepisti eos gladio, fol.6.col.2.
Eu, eu Domine mi: & hoc ipsum mutuo acceperam: fol.89.col.2.
Cap.9. Et non inuenerunt, nisi caluariam, & pedes, & summas manus, fol.323.col.2.
Cap.12. Fecitque Ioas rectum coram Domino, cunctis diebus; quibus docuit eum Ioiada sacerdos, fol.434.
Cap.18. Confregit serpentem aneum, quem fecerant Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum: &c. fol.430. col.2.
Cap.19. Cùm adoraret in templo Nesrath, Deũ suum. Adramalech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fol.142.col.1.
Cap.20. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt Patres tui vsque in diem hãc in Babylonem, &c. fol.166.col.2. fol.154.
Conuertit faciem suam ad parietem: & orauit Dominum dicens, obsecro Domine memento quæso, quomodo ambulauerim, &c. fol.451. col.1.
Cap.25. Venit Nabuzardam Princeps exercitus: seruus Regis Babylonis in Ierusalem: & succendit domum Domini, & domum regis, et domos Ierusalem, &c. fol.330.col.2.
Et persecutus est exercitus Chaldæorum regẽ, comprehenditque eum, fol.142.col.1.

Ex 1. Paralypom.

CAp.21. Melius mihi est, vt incidam, &c.
Leuans Dauid oculos suos vidit Angelum Domini stantem inter cœlum, & terram, euaginatum gladium in manu eius, fol.299.

Ex 2. Paralyp.

CAp.9. Fecit quoq; Rex solium eburneum grãde, & vestiuit illud auro mũdissimo, &c. fol.109.col.2.
Cap.24. Postquã autem obijt Ioiada, ingressi sunt Principes Iuda: & adorauerũt regem, qui delinitus obsequij, &c. fol.313.
Cap.26. Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ, & diuulgatum est nomen eius vsque ad Ægyptum propter crebras victorias, fol.118. col.1.
Sedecim annorũ erat Ozias cum regnare cepisset:: Fecitq; quod erat rectum in oculis Domini fol.589.
Cap.33. Ceperuntque Manasem, & vinctum cathenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem, &c. fol.50.col.1.

Ex lib. 1. Æsdræ.

Cap.7. Ipse Æsdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, fol.346.

Ex 2. Æsdræ.

CAp.3. Ipsum autem Salomonem duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ, & certè in gentibus multis non erat rex similis, fol.47 col.2.
Et surrexit Eliasib Sacerdos magnus, & fratres eius Sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis, fol.318.
Cap.4. Vna manu sua faciebant opus, & altera tenebant gladium. Ædificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus. fol.560.

Ex lib.3. Æsdræ.

CAp.4. Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum, fol.74.col 2.

Tobias.

CAp.1. Hic solus fugiebat consortia omniũ, & pergebat in Ierusalem ad templum Domini, et ibi adorabat Dominum Deum Israel omnia primitiua sua fideliter offerens: fol.62. col.2.
Cap.2. Contigit, vt quadam die fatigatus à sepultura veniens domum, iactasset se iuxta parietẽ: & obdormisset: atq; ex nido hirundinum, &c. fol.411.
Cap.5. Ego sum Azarias Ananiæ magni filius, fol.61.col 2.
Cap.6. Cordis eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus, fol. 507.
Cap.8. Et factum est circa pullorum cantum accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cũ eo pariter, vt foderent sepulchrũ, &c. fol.106. col.1.
Sara exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus Deo iunginmur; tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio: filij quippè sanctorum sumus, & non possumus coniungi, sicut gentes, quæ ignorant Deum, fol. 191. colum.1.
Cap.12. Cùm orabas tu: & nurus tua, ego orationes perferebam coram Deo: fol.162. col.1.

Iudith.

CAp.5. Et factũ est, cũ cessasset loqui Achior verba hæc irati sunt omnes magnates Holofernis, fol.74.col.1.
Cap.9. Ingressa est oratorium suum, induit se cilicio, posuit cinerem super caput suũ, & prosternens se Domino clamabat, &c. fol.178.colum.2.

Cap. 10. Cui etiam Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio non ex libidine: sed ex virtute pendebat, fol. 475.
Lauit corpus suum, vnxit se myrto optimo, & diseriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, &c. folio. 487.
Abstulit à se Iudith cilicium: vnxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, &c. fol. 579.
Cap. 14. Cùm duces eorum concurrerent ad tabernaculum Holofernis, & inuenerunt truncum in suo sanguine voluptatum: decidit super eos timor: fol. 4. col. 1.

Ester.

Cap. 2. Quifuit nutritius filiæ fratris sui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Ester, & vtrumquè parẽtem amisserat pulchra nimis, &c. fol. 38. col. 1.
Cap. 3. Pro nihilo duxit in vnicum Mardochæum extendere manus suas, magisquè voluit omnem Iudæorum, &c. fol. 259. colum. 1.
Cap. 14. Tribue sermonem compositum in ore meo: in conspectu leonis, & trãsfer cor illius, &c. fol. 203. col. 1.
Tuscis Domine necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ, &c. fol. 487. folio 579.
Quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud, &c. folio 579.

Iob.

Cap. 1. Erat vir simplex, & rectus, ac timẽs Deum, fol. 426.
Filijs tuis: & filiabus bibentibus, &c. folio 428.
Ventus vehemens irruit à regione deserti, cõcussit quatuor angulos domus, &c. fol. 14. col. 1. fol. 27. col. 2. fol. 495.
In omnibus his nõ peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra Deum loquutus est. fol. 24. col. 2.
Nunquid considerasti seruũ meum Iob, quòd non sit ei similis in terra: folio. 87. columna 1.
Egressus igitur Satã à facie Domini, fo. 446 fol. 508.
Ignis Dei cecidit de cœlo, & tactas oues, puerosque consumpsit, fol. 337.
Irruerunt Sabæi, tuleruntquè omnia, &c. f. 425.
Et erat vir ille magnus iter Orientales: folio 602.
Cap. 2. Oculus fui cæco, & pes claudo, Patet eram Pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigaba, &c. fol. 39. col. 1.
Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio, fol. 220. col. 1. & fol. 441.
Pellem pro pelle dabit homo pro anima sua, fol. 244. col. 2.
Et sederunt cum eo in terra septemdiebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur, folio 438.
Cap. 3. Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & loquutꝰ est: pereat dies in qua natus sum, fol. 5. col. 2.
Timor, quem timebam, euenit mihi, & quod verebar accidit, fol. 270. col. 1.
Parvus, & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo, fol. 292.
Cap. 4. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, fo. 271 col. 1.
Cap. 5. Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius, fol. 7. col. 2.
In sex tribulationibus liberauit te, & in septima non tanget te malum: fol. 271. columa 2.
Congregatio hypocritæ sterilis, fol. 340.
Cap. 6. Venerunt quoque vsque ad mane, & pudore cooperti sunt, fol. 8. col. 2. folio. 22. col. 2.
Cap. 7. Ecce nunc in puluere dormio, & si manè me quæsieris non subsistam, fol. 11. col. 2. fol. 13. col. 1.
Quare posuisti me contrarium tibi: & factus sum mihi metipsi grauis, folio 32. colum. 2.
Capit. 11. Oculi impiorum deficient, & effugiũ peribit ab eis: & spes eorum abominatio animæ, folio 12. columna 2. fol. 243. columna 2.
Requiescet, & non erit, qui te exterreat, & deprædabuntur faciem tuam, &c. folio 472.
Cap. 13. Contra folium, quod vento rapitur ostẽdis potentiam tuam: fol. 7. col. 1.
Cap. 15. Sapientes confitentur, & nõ abscondũt Patres suos: Quibus solis data est terra: fol. 501.
Cap. 17. Putredini dixi, pater meus es; mater mea, & soror mea, vermibus, fol. 294. col. 2. fol. 145.
Cap. 19. Iuxta Sep. Cognoscite igitur, quia Dominus est, qui conturbauit, munitionem autem suam in me exaltauit, fol. 454.
Cap. 20. Quia donec supereſt halitus in me spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem: nec lingua mea meditabitur mendacium, folio. 202. columna 2.

Non remansit quidquam de cibo eius: & propterea nihil permanebit de bonis illius: folio 236.col.1.

Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eũ, Apertũ erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei Hæc est pars hominis impij à Deo: & hæc hæreditas verborum eius, fol.289.fol.500.

Cap.21. Quis arguet contra eum viam eius? & quæ fecit, quis redderet illi? ipse ad sepulchra ducetur: & in cogerie mortuorum vigilabit, fol.492.

Cap.28. Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum: semitam ignorauit auis, neque intuitus est eam oculus vulturis, fol. 60. colum.2.

Cap.29. Si quando ridebam ad eos, non credebant, &c. fol.581.

Petra fundebat mihi riuos olei, fol. 79. colum.1.

Iustitia imbutus sum, & vestiui me sicut vestimento, &c. fol.568.

In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies meos, fol.384. fol.525.

Quis mihi det, vt sim iuxta menses pristinos: secundum dies, &c. fol.539.

Pater eram Pauperum, &c. fol.544.

Cap.30. Ad dexterã orientis calamitatis meæ, illico surrexerunt, &c. fol.429.col.2.

Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum illis in prouerbium, fol.446.

Cap.31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, fol.48.col.

Cap.33 Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum, fol. 52.col.2.

Respiciet homines, & dicet: Peccaui, folio. 580.

Cap.34. Nouit opera eorum, & ideò inducet noctem, & conuertentur, fol.435.

Qui dicit regi, Apostata, folio 481. folio 483.

Pauit sterilem, & quæ non parit, fol.582.

Cap.39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum, fol.101.col.2.

Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum: fol. 458.

Cap.40. Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabote, fol.535.

Cap.41 Cùm apprehenderit eum gladius non poterit ei resistere, neque hasta, neque thorax: fol.130.col.2.

Cap.42. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia, fol. 167.col.2.

Ex Psalmis.

Psal.1. Beatus vir, qui non abijt consilio impiorum, in via peccatorum non stetit, fol. 265.col.1.

In Cathedra pestilentiæ non sedit, fol. 310. folio 315.

Psal.2. Postula me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea, &c. fol.223. col.1.

Psal.3. Ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat, et tanquam fructus pendebat ab arbore: fol.24.col.1.

Psal.4. Vsquequo diligitis vanitatem, fol. 301.

In pace in id ipsum, fol.505.

Psal.5. Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem: fol.42.col.2.

Et gloriabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, fol.177.col.1.

Sepulchrum patens est guttur eorum, folio 286.

Psal.6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meam rigabo, fol.40.col.1.

Psal.7. Nisi conuersi fueritis, gladium suũ vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit in eo vasa mortis, fol.246.col.1.

Deus iudex iustus, fortis, & longanimis, fol. 246.col.1.

Psal.10. Pluet super peccatores laqueos ignis, et sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum, fol.19.col.1.

Quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer, quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, fol.71.col.2.

Psal.12. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus.

Psal.17. Qui doces manus meas ad prælium, et posuisti arcum æreum brachia mea, fol. 39. col.2.

Psal.18. A summo cœlo egressio eius, et occursus eius vsque ad summum eius, folio 62. colum.2.

Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel, et fauũ. Etenim seruus tuus custodit ea: folio 172. colum.1.

In sole posuit tabernaculum suum, folio.602.

Psal.23. Attolite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ: Quis est iste Rex gloriæ? &c. fol 266. col.1. fol.318.

Qui non accepit in vano animam suam: folio 170.col.2.

Psal.28.Vox Domini præparantis ceruas, & reuelabit condensa,fol. 347.
Vox Domini confringentis cedros,& cõfringet Dominus cedros Lybani, & comminuet eas tanquam vitulum Lybani,fol.7. col. 1. fol.393.
Afferte Domino filij Dei,afferte Domino filios Arietum:fol.87.col.1.
Hæc est generatio quærentium faciem Dei Iacob,fol.490.
Psal.29.Quia ira in indignatione eius,& vita in voluntate eius,fol.34.col.2.
In Petra exaltauit me,& nunc ecce exaltauit caput meum super inimicos meos,fol.80 col.1.
Quæ utilitas in sanguine meo,dum descendo in corruptionem:fol.108.col.2.
Psal.31.Beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata:fol.240.colum.1.
Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea,fol.485.
Psal.33.Venite Filij audite me: timorem Domini docebo vos,fol.20.col.1.
Accedite ad eum, & illuminamini, folio 43.
Psal.35.Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ; & torrente voluptatis tuæ potabis eos,fo.19. col.1.& fol.215.col.2.
Ne veniat mihi pes superbiæ, fol. 114. col. 2.
Psal.36.Vidi impium super exaltatum, & eleuatum:sicut cedros Lybani:transiui,& ecce non erat:fol.36.
Psal.37.Gemitus meus à te non est absconditus,fol.179.col.2.
Dum commouentur pedes mei,super me magna locuti sunt:fol.195.col.1.
Psal.39.Desine ab ira,& de relinque furorẽ: noli æmulari,vt maligneris,&c.fol.93.colum.2.
Multiplicati sunt super numerum, folio 421.
Beatus vir,cuius nomen Domini spes eius,& nõ respexit in vanitates:nec insanias falsas, fol.279.
Psal.40.Beatus vir,qui intelligit super egenũ, & pauperem:in die mala liberabit eum Dominus,fol.37.col.col.1.
Verbum iniquum cogitauerunt aduersum me,nunquid qui dormit non adijciet, vt resurgat,&c.fol.115.col.2.
Psal.41.Effudi in me animam meam: quoniã transibo in locum tabernaculi admiribilis: fol.82.col.1.
Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die:ac nocte,dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus,fol.96.col.2.
Psal.42.Iudica me Domine,& discerne causam meam:fol.240.col.2.
Psal.43.Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, subsanationem,& derisum his, qui sunt in circuitu nostro,&c.fol.25.col.1.
Psal.44.Omnis gloria eius filiæ regis abintus: folio 122.col.1.folio 334. fol 577. folio 221.
Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terrom,fol, 80.col.2 sagittæ tuæ acutæ:fol.488.
Accingere gladio tuo, &c. fol. 297. colum.1.
Specie tua:& pulchritudine tua intẽde,prospere procede,& regna fol.119.col.1.
Psal.45.Vacate, & videte quoniam ego sum Deus:fol.82 col.1.
Sonuerunt,& turbatæ sunt aquæ eius, &c. fol.507.
Psal.48.Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos fol.29.col.1.
Homo cum in honore esset,non intellexit,cõparatus est iumentis,&c.fol.481.
Psal.49.Peccatori autem dixit Deus quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuum,fol.127.col.1.
Arguam te,& statuam contra faciem tuam fol.183.col.1.
Immola Deo sacrificium laudis,& redde altissimo vota tua,fol.374.col.2.
Psal.50.Tibi soli peccaui,fol.2.col.1.
Psal.51.Propterea Deus destruet te infinẽ, & euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo:videbunt iusti,& timebunt, & super eũ ridebunt:&c.fol.13 col.2.
Psal.52.Dixit insipiẽs in corde suo nõ est Deus Corrupti sunt,& abominabiles facti sunt, &c.fol.570.
Psal.53 Deus in nomine tuo saluum me fac, fol.375.
Psal.55.In me sunt Deus vota tua, quæ reddant laudatores tuos,fol.504.
Psal.57.Furor illis secundum similitudinem serpentis,sicut aspidis surdæ:&c.fol.132.colum.1.& fol.177 col.2.
Psal.59.Dedit timentibus se significationem, vt fugiant à facie arcus,fol.342.
Psal.61.Semel locutus est Deus,duo hæc audiui:quia potestas est Dei,& tibi Domine misericordia,fol.26.col.1.
Mendaces filij hominũ instateris,fol. 563. fol.579.
Psal.67.Erunt pennæ Columbæ,& posteriora dorsi eius in pallore auri fol.91.col.2.
Iter facite ei,qui ascendit super occasum, &c.fol.298.

Posteriora dorsi eius in pallore auri, fo.446
Si dormiatis inter medios cleros, &c. folio 514.
Psal.68. Laudabo nomen Dei cum cantico; & magnificabo eum in laude; & placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, fol.71.fol.1.
Sustinui, qui simul cõtristaretur, & nõ fuit, fol.444.
Psal.71. Iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, iudicare populum tuũ in iustitia, et pauperes tuos, fol. 332.
Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, fol.542.
Psal.72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagebuntur: ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate: fol.121. colum.1.
Pars mea Dominus, fol.464.
Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, &c. fol.464.
Psal. 73. Posuerunt signa sua, signa, et non cognouerunt, fol.578.
Psal.74. Calix in manu Domini vini meri plenus misto, fol.19.col.1.
Tu confregisti capita Draconis: dedisti eum in escam populis Æthiopum, fol.217.colum. 2.
Psal.75. Vouete: & reddite Domino Deo vestro Omnes, qui in circuitu eius offertis munera, fol.554,
De cœlo auditum feci ti indicium: terra tremuit, & quieuit, fol.9.col.2.
Nihil inuenerunt in manibus suis, fol. 573.
Vouete, et reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera, fol. 114 col.1.
Tu terribilis es, quis resistet tibi? Ex tũc ira tua, fol.502.
Psal.67. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, et delectatus sum: fol.93.col.2.
Deduxit sicut oues populum suum in manu Moysi, & Aaron, fol.127.col.1.
Vox tonitrui tui in rota: fol.479.
Psal.77. Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis, fol.187.colum.1.
Occidit in grandine vineas eorum, fol. 424.
Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit, fol.254.
Psal.79. Et singularis ferus de pastus est eam: fol.340.
Psal.80. Dilata os tuum, & implebo illud, fo. 207.col.2.
Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis, fol.381.
Manus eius in cophino seruierunt, fol. 542.
Psal.86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei memor ero Raab, & Babylonis scientiũ me, &c. fol.33.col.2.fol.329.
Fundamenta eius in montibus sanctis, fol. 120 col.1.
Diligit Dominus portas Siõ, super omnia tabernacula Iacob, fol.318.fol.319.
Psal.87. In me pertransierunt ira tua: & terrores tui conturbauerunt me: folio 11. col. 2.
Psal.89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur, fol.458.
Psal.90. Quoniam ipse liberabit me à laqueo venantium, fo.21.col.1.fo.41.co.1.fo.286. col.1.col 2.
Cadent à latere tuo mille: & decem millia à dcxtris tuis. ad te autem non appropinquabit, fol.33.col.1.fol.393.
Et retributionem peccatorum videbis, fol. 182.col.1.
Psal.95. Quando domus ædificabitur post captiuitatem, fol.67.col.2.
Psal.98. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, fol. 50. colum. 1.
Psal.99. Seruite Domino in latitia, intrate in conspectu eius in exultatione, fol.174.col.1 fol. 368.fol.587.
Psal 103. Qui facit Angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem vtentem, fol. 117. colum.1.
Psal.104. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransit animam eius: donec veniret verbum eius, folio. 49. colum. 2.
Iudicabit Dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur, fol.434.
Psal.105. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem; non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, fol.220. col.1.
Psal.106. Qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo: fol.188 col.2.fol.335.col.1.
Psal.107. In Idumæam extendam calceamentum meum, fol.62.col.1.
Psal.108. Et oratio eius fiat in peccatis, folio 337.
Transferantur filij eius, & mendicent, folio 522.
Psal.109. Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech, fol.301.
Ex vtero ante Luciferum genui te, folio 475.
Psal.111. Dispersit dedit pauperibus, fol.123. col.1.
Gloria & diuitiæ in domo eius, fol.501.
Psal.115. Quid retribuam Domino pro omnibus

bus, quæ retribuit mihi, fol. 83. col. 1. fo. 209. col. 2.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax, fol. 171. colum. 1. & 437 colum. 1.
Psal. 117 Circũdederunt me sicut apes, fo. 194 col. 2. fol. 479.
Psal. 118. Anima mea in manibus meis semper, fol. 37. col. 1.
Erraui sicut ouis; quæ perierat, fol. 48. col. 2.
Pax multa diligentibus nomẽ tuum, fol. 103 cõl. 1.
Psal. 119. Cum bis, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis, fol. 569.
Psal. 127. Sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: fol. 321.
Psal. 128. Sæpè expugnauerunt me â iuuentute mea etenim non potuerunt mihi, fol. 421. fol. 477.
Psal. 130. Non est exaltatum cor meum; neq; elati sunt oculi mei: si nõ humiliter sentiẽba: sed exaltaui: &c. fol. 252.
Psal. 131. Memento Domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius, fol. 94. col. 1.
Psal. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: fol. 101. col. 2. fol. 565.
Psal. 136. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra: fol. 17. col. 1.
Psal. 138. Non est occultatum os meũ â te: quod feci sti in occulto: et substantia mea in inferioribus terræ, imperfectum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur: fol. 179. col. 1.
Dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio mea in delicijs meis, fo. 287 col. 2.
Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus nimis confortatus est Principatus eorum, fol. 383.
Nimis honorati sunt amici tui Deus: dinumerabo eos: & sicut arena multiplicabuntur, folio 467.
Psal. 140. Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum: fol. 21. col. 2. fol. 574.
Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, fol. 542.
Psal. 143. Domine inclina cœlos tuos, & descẽde, fol. 163. col. 1.
Psal. 149. Exaltationes Dei in faucibus eorũ; & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, &c. folio 588.

Ex prouerbijs.

Cap. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pẽnatorum.
Cap. 3. Beatus homo, qui inuenit sapientiam, et qui affluit prudentia: melior est acquisitio eius negotiatione auri, & argenti, primi, & purissimi fructus eius, fol. 62. col. 1.
Longitudo dierum in dextera eius, et in sinistra illius diuitiæ, &c. fol. 443.
Inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, et hominibus, fol. 469.
Cap. 5. Nedes alienis nomen tuũ, & annos tuos crudeli: fol. 136.
Cap. 6. Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum: et in omni tempore iurgia seminat, fol. 272. col. 1.
Cap. 7. Victimas pro salute de voui statim sequitur tanquam bos ductus ad victimam, folio 337.
Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies, &c. fol. 435.
Cap. 8. Legem ponebat aquis ne transirent fines suos, fol. 125. col. 1.
Qui inuenit me: inueniet vitam, & hauriet salutem â Domino, fol. 180. col. 1.
Qui manè vigilauerint ad me inueniẽt me, fol. 190. col. 1.
Cap. 9. Sapientia ædificauit sibi domũ excidit columnas septem, immolauit victimas suas miscuit vinum, & proposuit mensam, fol. 224. col. 1. fol. 516.
Cap. 10. Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio, fol. 540.
Qui nititur mẽdacijs, hic pascit ventos, & idem sequitur aues volantes, fol. 589.
Cap. 12. Sicut autem in ligno vermis, sic virum disperdit mulier malefica. fol. 139.
Cap. 15. Semita vitæ super eruditum, fol. 60. col. 1.
Lingua placabilis: lignum vitæ, fol. 95. colum 1.
Cap. 16. In hilaritate vultus Regis vita, & clementia eius, quasi imber serotinus, fol. 18. colum. 1.
Diuinatio in labijs regis, fol. 125. col. 1. & fol. 198. col. 1.
Cap. 18. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam spiritum verò ad irascendum facilem, quis poterit sustinere, fol. 94. colum. 2.
Cap. 20. Ne dicas: Reddam malum: expecta Dominum, fol. 353.
Cap. 21. Sicut diuisiones aquarum: ita & cor Regis in manu Domini, folio 125. colum. 1.
Cap. 22. Noli esse amicus homini iracundo: neque ambules cum viro furioso, fol. 132. colum. 1.

Cap. 23. Quando sederis, vt comedas cum Principe diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum, &c fol. 37. col. 2.
Cap. 24. Per agrum hominis pigri transiui, et per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ: fol 424.
Cap. 25. Fons turbatus pede, et vena corrupta, fol 86. col. 1.
Gratia, et amicitia liberant, quas tibi serua: &c. fol. 150.
Cap. 26. Quando summiserit vocem suã ne crediderit ei: fol. 76. col. 2.
Cap. 27. Quomodo probatur in constatorio argẽtum: & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis, fol. 70. col 2.
Cap. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem: non benefacit iste, fol. 86. col. 1.
Prouer. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ corruet in malum: fol. 271.
Iustus autem quasi leo confidens absque terrore: fol. 506.
Cap. 29. Erudi filium tuum, & refrigerabit te: fol. 80. col. 2.
Cap. 30. Sanguisugæ duæ filiæ dicentes. Affer. fol. 182.
Cap. 31. Nobilis in portis vir eius. fol. 529.
Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem. fol. 75.
Quæsiuit lanam, & linum, & operata est cũ silio manuum suarum, fol. 122.

Ex Ecclesiaste.

CAp. 1. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est: Quid est quod factum est, ipsum quod faciendum est, fol. 106. col. 2.
Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laberat sub sole, fol. 530.
Generatio præterit, generatio aduenit: terra autem in perpetuum stat, fol. 365. col. 2.
Cap. 2. Nonne melius est comedere, et bibere, et ostendere animæ suæ bona de laboribus suis, fol. 287. col. 2.
Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, &c. fol. 539.
Cap. 3. Omnia tempus habent, et suis spatijs trãseunt vniuersa sub cœlo, tempus nascendi, &c. fol. 363. col. 1.
Tempus nascendi, & tempus moriendi, folio 395. col. 2.
Cap. 4. Sapientia filijs suis vitam inspirat, &c. fol. 320.
Cap. 5. Et insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruienti, fol. 118. col. 1.
Et quidẽ omnibus diebus suis in tenebris comedit, et luctu, & iracundia multa, et langore, & insania, fol. 391. col. 1.
Cap. 6. Est et malum, quod vidi sub sole: vir cui dedit Deus diuitias, substantiam, & gloriã: et nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderant, nec tribuit eipotestatem Deus, vt comedat, & c. fol. 311.
Cap. 7. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio, &c. fol. 319.
Bonum est te sustẽtare iustum: sed & ab illo ne subtrahas manum tuam, & c. fol. 335.
Et inueni amariorem morte mulierem: fol. 136.
Noli esse iustus multum. fol. 143.
Cap. 8. Est et alia vanitas, quæ fit super terram: sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera fecerint impiorum, fol. 398. col. 2.
Cap. 9. Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa, fol. 529.
Cap. 10. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante se fuerit: et quid post se futurũ sit, fol. 354. col. 1.
Mitte panem tuum super transeũtes aquas: fol. 355. col. 2.
Vidi seruos in equis, et Principes de ambulãtes, & c. fol. 468.
Florebit Amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparis, quoniam ibit homo, & c. fol. 472.
Labor stultorum affligit eos, qui nesciũt in vrbem pergere: fol. 557.
Muscæ morientes perdunt suauitatẽ vnguenti, fol. 108.
In cogitatione tua Regi non detrahas: & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti, fol. 75.
Cap. 11. Manè semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua fol. 123. col. 1.
Mitte panem tuum super transeũtes aquas, &c. fol. 278. fol. 309.
Cap. 12. Verba sapientum sicut stimuli, et sicut claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium, & c. fol. 276.

Ex Canticis.

CAp. 1. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiã, post gregesso daliũ tuorum: fol. 5. col. 1. fol. 35. et 215.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur, fol. 19. col. 1.
Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem: sicut tabernacula zedar: sicut pelles Salomonis, fol. 118. col. 2.
Lectulus noster floridus, fol. 192. col. 2.
Cap. 2. Ecce iste venit saliẽs in mõtibus, trãsiliẽs colles: similis est dilectus meus capreæ: hinnuloque cernorum: ipse stat post parietẽ nostrum, fol.

fol.174.col.2.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea cõmorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi, fol. 446.
Cùm esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum, fol. 368. col. 2.
Indica mihi, quẽ diligit anima mea: vbi pascis: vbi cubes in meridie: fol. 381. col. 1.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, fol. 387. col. 1.
Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum, egredere, et abi post vestigia gregum tuorũ, &c. fol. 201.
Cap. 2. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, et fructus illius dulcis gutturi meo, fol. 23. col. 2. fol. 413.
Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies, fol. 43. col. 2. et fol. 44. col. 2.
En ipse stat post parietem nostrũ respiciẽs per fenestras, &c. fol. 168. col. 1.
Ego flos campi, & lilium conuallium, fo. 192 col. 2.
Sicut malus inter ligna syluarũ: sic dilectus, &c. fol. 433.
Similis esto dilecte mi Capreæ: hinnuloq; cernorum super montes, &c. fol. 443.
Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua, fo. 506.
Surge amica mea, speciosa mea, et veni colũba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, fol. 362. col. 1. fol. 415.
Tempus putationis aduenit, fol. 143.
Caput meum plenũ est rore, & cincinni mei guttis noctium, fol. 385. col. 1.
Ecce iste venit saliens in montibus: transiliẽs colles: similis dilectus meus capreæ: hinnuloq; cernorum, &c. fol. 389. col. 1.
Iam hyems transijt: imber abijt, flores apparuerunt in terra nostra: tẽpus putationis aduenit, fol. 398. col. 2.
Surge amica mea, speciosa mea: & veni, fol. 400. col. 1.
Cap. 3. In lectulo meo per noctes quæsiui, &c. fol. 288. fol. 413. fol. 434. fol. 507. fol. 144.
Per vicos, et plateas quæram, quẽ diligis anima mea, quæsiui illum, et non inueni: fo. 459
En lectulum Salomonis Septuaginta ambiũt ex fortissimis Israel, fol. 467. fol. 506 fol. 595.
Adiuro vos filiæ Hierusalẽ per capreas, ceruosque camporum, &c. fol. 559.
Tenui eum: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ: et in cubiculũ Genitricis meæ, fol. 382. col. 2.
Cap. 4. Mel, et lac sub lingua eius, fo. 126. col. 1. fol. 311.
Duo vbera tua: sicut duo hinnuli capreæ gemelli, &c. fol. 314. fol. 433. fol. 537.
Vita coccinea labia tua, fol. 342.
Sicut fragmen mali punici, ita gena, fo. 547. fol. 546.
Dentes tui, sicut Greges tonsarum, quæ ascẽderunt de lauacro, fol. 504. fol. 585.
Fauus distillans labia tua, fol. 510.
Veni de Lybano Sponsa mea, veni coronaberis de capite Amana, &c fol. 536.
Dentes tui sicut Greges tonsarum, quæ ascẽderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, et sterilis non est inter eas: fol. 362.
Vadam ad mõtem myrrhæ: fol. 387. fo 418.
Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum: fol. 299. col. 2.
Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa in vno oculorum tuorũ: & in vno crine colli tui.
Quam pulchræ mammæ tuæ, fol. 552.
Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, fol. 594. fo. 595
Cap. 5. Labia eius distillantia myrrham primã fol. 62. col 1.
Comæ capitis tui purpura regis, fol. 486.
Messui myrrham meã, cũ aromatibus meis: comedi fauum cum melle, fol. 528.
Inuenerunt me custodes, qui circumeũt, &c. fol. 533.
Percusserunt me, & vulnerauerunt me: fol. 578.
Exui me tunica mea, quomodo induar illa; laui pedes meos: quomodo inquinabo illos, folio 398. col. 1.
Caput eius aurum optimum, fol. 400. col. 2.
Cant. 5. Aperi mihi soror mea; sponsa mea; Amica mea; columba mea; immaculata mea, fol. 133. fol. 134.
Cap. 6. Comæ eius sicut elatæ palmarum nigræ, quasi corvus, gena illius sicut areolæ, &c. fo. 176. col. 2.
Cant. 6 Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, fol. 153.
Cap. 7. Ascendam in palmam, et apprehendam fructus eius, fol. 34. col. 1.
Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam inigens poculis, fol. 89. col. 2.
Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis, fol. 267. col. 2.
Egrediamur in agrum; commoremur in villis, fol. 529.
Noua, et vetera, dilecte mi seruaui tibi, fol. 584.
Cap. 8. Lampades eius, lampes ignis, atq; flammarum, fol. 410.
Oculi tui sicut piscinæ in Esebõ, quæ sunt in porta filiæ multitudinis, fol. 483.
Pone me vt signaculum supra cor tuũ signaculum super brachium tuum, fol. 424.

Ego murus, vbera mea turres, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens, fol. 506 fol 516.

Ego murus, vbera mea turres, ex quo facta sum coram eo quasi pacē reperiens, fol. 506. fol. 516.

Ego murus, et vbera mea turres, folio. 359. col. 1.

Ex Sapientia.

CAp. 2. *Circumueniamus iustū, mittamus lignum in panem eius, fol. 298.*

Coronemus nos rosis, antequā marcescāt, nullum sit pratum, &c fol. 433.

Cap. 3. *Fulgebunt iusti, et tanquam scintillæ in arundineto discurrent, fol. 499.*

Cap. 4. *O quam pulchra est casta generatio, cū claritate, fol. 473.*

Quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ â vento tollitur, et tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquā fumus qui à vento diffusus est, &c. fo. 361. columna 2.

Nos nati continuo desiuimus, fol. 363. columna 1.

Quoniam disrumpet illos inflatos, sine voce: fol 386. col 2.

Cap. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Dicentes intra se pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes, fol. 18. colum. 1. et fol. 271. col. 2.*

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, fol. 22. col. 1.

Cap. 7. *Super salutem, & omnem pulchritudinem dilexi sapientiam: fol. 364. col. 2.*

Cap. 9. *De primit mentem multa cogitantē, fo. 332.*

Cap. 10. *Iustum venditum nō dereliquit, descēditque cum illo in foueam: & in vinculis nō deriliquit eum, fol. 50. col. 1.*

Cap. 16. *Angelorū esca nutriuisti populū tuū, & paratum panem de cœlo præstitisti illis, sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suauitatem: fol. 65. colum. 1.*

Cap. 17. *Cùm sit timida nequitia, dat testimonium cōdemnationis: semper enim præsumit sæua perturbata conscientia, fol. 10. col. 2.*

Neque enim, quæ retinebat illos spelunca, sine timore custodiebat, fol. 15. col. 2.

Apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus, et timore percusi illius, quæ nō videbatur faciei, estimabant deteriora esse, quæ videbantur, fol. 11. col. 2.

Cap. 18 *Omnipotens sermo tuus Domine exiliēs de cœlo à regalibus sedibus durus debellator, &c. fol. 297.*

Ex Ecclesiastico.

CAp. 1. *Vnus est altissimus creator omniū, omnipotens, & Rex potens, & metuēdus nimis: sedens super thronum illius, fol. 27. col. 1.*

Cap. 2. *Longe abesto ab homine potestatem habente occīdendi, & non suspicaueris timorem mortis, & si accesseris ad illum, noli aliquid commitere, &c. fol. 417.*

Cap. 22. *Ante ignem camini vapor, & fumus inanis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, &c. fol. 283.*

Cap. 24. *Gyrum cœli circuiui sola: et profundum abyssi penetraui: et in fluctibus maris ambulaui: et in omni terra steti, fol. 62. c. 2.*

Cap. 25. *Dominus Iudex est: et non est apud illum gloria personæ, fol. 85. col. 2.*

Cap. 29. *Propter mandatum assume pauperē: et propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum, fol. 40. col. 1.*

Perde pecuniam propter fratrem, et amicum tuum, et non abscondas, &c. fol. 309.

Cap 31. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, fol. 37. col. 1.*

Lignum offensionis est aurum sacrificiū tuū væ illis, qui sectantur illud, fol. 90. col. 2.

Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speranit in pecuniæ thesauris, fol. 92 col. 1.

Cap. 32. *Duccm te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex illis fo. 483.*

Cap. 41. *Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque, fol. 27. colum. 1.*

Cap. 44. *Cùm leonibus lusit, quasi cum agnis, et in vrsis similiter fecit: sicut in agnis ouiū in adolescentia sua, fol. 56. col. 2.*

Cap. 51. *Colluctata est anima mea in illa, fol. 558.*

Ex Esaia.

CAp. 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate semini nequam filijs sceleratis, super quo percutiam vos vltra? fol. 182.*

Agnouit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui, fol. 466.

Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt, et erubescitis super hortis quos elegeratis fol. 4. col. 2.

Dies Domini super omnem superbum, et excelsum super omnem arrogantem, et humiliabitur, &c. fol. 14. col. 1.

Audite cœli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus est, fol. 24. col. 1. fol. 128. col. 1.

Et restituā iudices tuos, vt fuerunt prius, et cōsiliarios tuos sicut antiquitas, et vocaberis

ciuitas

ciuitas iusti, fol. 261.
Ex coquam ad purum scoriam tuam, &c. fo. 268.
Cap. 2. Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces, fol. 95. col. 1. fol. 299. fol. 557.
Ingredere in petram, abscondere in fossa humo, fol. 415.
Super omnes quercus Basam, fol. 571.
Cap. 3. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea exultãtes in gloria mea, fol. 21. col. 2.
In domo mea non est panis, neque vestimentũ, nolite constituere me Principem populi, fol. 38. col. 2 fol. 89. fol. 344 fol. 532.
Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patrĩs sui, vestimẽtũ tibi est, Princeps esto noster, fol. 58. col. 1.
Auferam â Hierusalem, & Iuda validũ, et fortẽ. Dabo pueros Principes eorũ, fo. 259.
Ruit Hierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, et adinuentiones eorum cõtra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio, vultus eorum, &c. fo. 423
Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, et ambulauerunt extento collo, et nutibus oculorum ibant, et plaudebant, & ambulabant, &c. f. 397. col. 1.
Cap. 5. Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius, siti exaruit propterea dilatauit infernus animam suam, &c. fol. 98. col. 1.
Cap. 6. Vidi Dominum sedẽtem super solio excelsum, et Seraphin stabant super illud, &c. fol. 13. col. 2. fol. 307. fol. 356 fol. 419.
Et dixi: væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum, fol. 72. col. 2.
Factum est anno, quo mortuus est Ozias vidi Dominum, fol. 357. col. 2.
Cap. 7. Pete tibi signũ â Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, & dixit Achaz, non petam, fol. 203. col. 2.
Cap. 10. Visitabo super fructum magnifici Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius, fol. 78. col. 1.
Et erit lumen Israel in igne, sanctus eius in flammã, et succendetur, et devorabitur spina eius, & vepres in die vna, fol. 524.
Cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c. fol. 320.
Habitabit lupus cum agno: & pardus cũ hædo accubabit, &c. fol. 559.
Cap. 13. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum: sicut subuertit Dominus Sodoma, fol. 136.
Vnusquisque ad proximum suum stupebit: facies combustæ vultus eorum: fol. 2. col. 2.
Vnusquisque ad proximum suum stupebit, fol. 4. col. 2.
Et replebuntur domus eorum Draconibus ibidem.
Dominus exercituũ præcepit militiæ bellive nientibus de terra procul. Asumitate cœli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram, fol. 20. col. 2.
Ego suscitabo super eos Medos, qui argentũ non quærant, nec aurum vellint: sed sagitis paruulos interficient, fol. 110. col. 2.
Nec ponet tentoria Arabs: nec requiescẽt pastores ibi, fol. 196. col. 2.
Habitabunt ibi struthriones: et pilosi saltabũt ibi, et respondebunt ibi vlulæ, &c. fol. 431.
Cap. 14. Ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo, fol. 51. col. 1. fol. 532.
Dicebas in corde tuo: in cœlum conscendam: verumtamẽ in infernum detraheris, vsq; ad profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur, fol. 255.
De radice colubri egredietur regulus, & semen eius obseruans volucrem, fol. 325.
Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, &c. fol. 591.
Cap. 16. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti, fol. 99. col. 1.
Cap. 18. Ite Angeli veloces ad gentem expectãtem, et conculcatam, fol. 316. fol. 115.
Cap. 16. Ecce Dominus ascendit super nubem leuem, fol. 474.
Cap. 22. Et vocauit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletum, et ad planctum, et ad caluicium, ad cingulum sacci, &c. fol. 362. col. 2.
Cap. 23. Qui obturat aures suas ne audiant sanguinem, et claudit oculos suos ne videãt malum, iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius, fol. 102. col. 1.
Cap. 25. Ecce testem populi dedi eum ducẽ, ac præceptorem gentibus, fol. 79. col. 2.
Cap. 26. In terra sanctorum iniqua fecit: nõ videbit gloriam Dei, fol. 43. col. 1.
In tribulatione murmuris doctrina eius, fo. 49 col. 2.
In curuauit habitãtes in excelso: ciuitatẽ sublimem humiliauit: humiliauit eam vsq; ad terram: detrahet eam vsque ad puluerẽ, fol. 115. col. 1.
Sicut quæ cõcipit: cùm appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus â facie tua Domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, &c. f. 448. f. 571.
A facie tua Domine concepimus, & quasi porturiuimus, et peperimus spiritum: salutes non faciemus in terra, fol. 362. col. 2.
Domine nomen tuum, et memoriale tuum in desiderio animæ, fol. 377. col. 1.
Propter timorem Domini in vtero accepim⁹ & peperimus spiritum salutis, f. 395. col. 2.

Cap. 28.

Cap.28. Flagellum inundans cum trãsierit; erit eis in conculcationem, &c. quoniam manè diluculo pertransibit in die, & in nocte, fol. 12 col. 2. 449.
Et erit flos decidẽs gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatẽ autumni, &c. fol. 177. col. 2.
Flagelum inundans cum transierit: eritis ei in conculcationem. Quandocumquè pertransierit, tollet vos, quoniam mane diluculo pertransibit, &c. fol. 449.
Cap.29. Secretum meum mihi: &c. fol. 179.
Cap.30. Va filij desertores dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, fol. 190 col. 2.
Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo, fo. 307.
Cap.32. Et factum est cum adoraret in templo Nesroc. Deum suum Adramalech, &c filij eius percusserunt eum gladio, fol. 2. col. 1.
Et apparebit in Sion sicut fluuius fluens sub vmbra petræ gloriosus in terra sitienti, fol. 78. col. 2.
Cap.33. Qui obturat aures suas ne audiant sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: iste habitabit in excelsis, fol. 84. col. 1. fol. 572.
Qui ambulat in iustitia, & loquitur veritatem: qui proijcit auaritiã ex calumnia, &c. fol. 229.
Regem in decore suo videbunt oculi eius: cernent terram de longe, fol. 304.
Cap.37. Venerunt filij vsque ad partum: & virtus non est pariendi, fol. 571.
Cap.38. Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui audiui orationem tuam: & vidi lachrymas tuas: ecce ego adijciam, &c. folio 452. fol. 484.
Conuertit se ad parietem, & fleuit, fo. 519.
Cap.39. Bonum verbum Domini, quod locutus est, Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis, fol. 462.
Cap.40. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, fo. 586.
Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus voster. Loquimini ad cor Hierusalem: & aduocate eam, &c. fol. 462. fol. 144.
Quoniam completa est malitia eius, fol. 63. col. 2.
Super montem excelsum ascende tu, qui euãgelizas Sion, exalta in fortitudine vocẽ tuã; qui euangelizas Hierusalem, exulta, noli timere, die ciuitati Iudæ: ecce Deus vester, fo. 64. col. 2.
Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, fol. 65. col. 2.
Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons humiliabitur, & erunt praua in directa, & reuelabitur gloria Dei, &c. fol. 317.
Cap.43. Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem iniquitatibus tuis, fol. 362. col. 2.
Cap.44. Deleui, vt nubẽ iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, fol. 32. col. 2.
Ego sum Deus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecũ, irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens, &c. fol. 36. col. 2.
Cap.45. Nescierunt, qui libant lignum sculturæ suæ, et rogant Deum non saluantem, fol. 218. col. 1.
Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cuius apprehendi dexteram: vt subijciant ante eum gentes, et fortitudinem regum disrumpam aperiam ante eum ianuas, &c. fol. 532.
Cap.46. Confractus est Bel, contritus est Nabo: fol. 523.
Cap.47. Reuelabitur ignominia tua: et videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo, fol. 339.
De fecisti in multitudine consiliorum tuorũ stent, et saluent te augures cœli, &c. folio 341.
Cap.48. Propter nomen meum longe faciam furorem meum: et laude mea infrænabo te, fo. 71. col. 1.
Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, fol. 258.
Cap.49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, &c. fol. 448.
Cap.50. Qui ambulat in tenebris, et non est lumẽ ei: speret in nomine Domini, et nitatur super Deum suum, fol. 155.
Cap.51. Audite me qui scitis iustum, populus meus, lex mea in corde eorum, nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorũ ne metuatis, fol. 287.
Cap.52. Quam pulchri super mõtes pedes annũtiantis, et prædicantis pacem, fol. 586.
Cap.54. Ad punctum in modico dereliqui te: et in miserationibus magnis cõgregabo te, &c. fol. 34. col. 2. fol. 441.
Lauda sterilis, quæ nõ paris, decanta laudẽ, et hinni, quæ non pariebas, &c. fol. 475.
Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæ uum, &c, fol. 485.
Cap.55. Venite, emite absque argento, et absque vlla commutatione vinum, et lac, fol. 111. col. 2.
Cap.56. Et non dicat Eunuchus: ecce ego lignum

num aridum, fol. 475.

Cap. 57. Iustus perit: nemò est, qui recogitet in corde suo, et viri misericordiæ colliguntur: quia non est qui intelligat, fol. 42. col. 1.

Cap. 60. Tunc videbis, & affluues, fol. 485.

Me enim Insulæ expectant, & maris nauis in principio, vt adducam filios tuos de longe, &c. fol. 490.

Suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis, fol. 519.

Cap. 63. Quare ergò rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua, &c. fol. 315.

Cap. 64. Non est, qui inuocet nomen meum: qui consurgat, et teneat te, fol. 451.

Cap. 65. Expandi manus meas tota die ad populum non credentem, &c. fol. 359.

Cap. 66. Et erunt ad satietatem visionis omni carni, fol. 116. col. 2.

Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuiũ pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis, &c. folio. 226. colum. 2.

Qui immolat bobem, quasi qui interficie virum: fol. 337.

Ex Hieremia.

CAp. 2. Transite ad insulas Cethin, et videte, et in Cedar mittite: et considerate diligenter, et videte si factum est huiusce modi, fol. 32. colum. 1.

Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, et charitatem desponsationis tuæ: quando secuta es me in deserto, fol. 56, col. 1.

Ecce constitui te hodie super reges, et super regna, vt euellas, et destruas, et disperdas, &c. fol. 496. fol. 555.

Cap. 4. Nouate vobis nouale: et nolite serere super spinas, fol. 585.

Ergo ne decepisti populum istum Hierusalem dicens: pax erit vobis, et ecce gladius, &c. fol. 196.

Heù, Heù Domine Deus ergo ne decepisti populum istum Hierusalem dicens, Pax erit vobis, et ecce gladius, fol. 299.

Cap. 5. Posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit, et commouebuntur, et non poterunt, et intumescent fluctus eius, et non transibũt illum, fol. 9. colum. 1.

Cap. 9. Deducant oculi nostri lachrymas, et palpebræ nostræ defluant aquis, fol. 40. col. 1.

Cap. 11. Inuenta est coniuratio in viris Iudæ: et inhabitatoribus Hierusalẽ. Reuersi sunt ad iniquitates patrum, &c. fol. 220 col. 2.

Cap. 31. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, fol. 526.

Cap. 32. Qui posuisti signa, et portenta in terra Ægypti vsque in diem hanc, fol. 6. col. 2.

Cap. 39. Oculos quoque Sedeciæ eruit: et vnxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonẽ, fol. 331.

Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha in oculis eius, &c. fol. 491.

Cap. 52. Venit Nabuzarardam Princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Hierusalem. Et incendit domum Domini: & domum regis, et omnes, &c. fol. 324.

Ex Threnis.

CAp. 1. Viderunt eam hostes, et derisserunt Sabbatha eius fol. 337.

Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est, &c. fol. 522.

Cap. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei: conturbata sunt viscera mea; effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei: fol. 101. col. 1.

Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, et vinum? Cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum, folio 525. folio 580. et 581. et 582.

Tetendit arcum suum, quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis, et occidit omne, quod pulchrum erat visu, fol. 246.

Factus est Dominus quasi inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mania eius, dissipauit omnes munitiones eius, et repleuit in filia Iuda, fol. 492. fol. 493.

Cap. 3. Audisti opprobrium eorũ Domine, omnes cogitationes eorum aduersus me, labia insurgentium mihi, et meditationes eorum aduersum me tota die. Sessionem eorum, et resurrectionem eorum, &c. fol. 446.

Cap. 4. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, non sunt cogniti in plateis, fol. 456.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij, in capite omnium platearum? f. 457.

Ezechiel.

CAp. 1. Aspectus earum, & operæ quasi sit rota in medio rotæ, fol. 106. colum. 2. fol. 478.

Et manus hominis sub pennis eorum, &c. fo. 374.

Cùm eleuabantur Animalia de terra, eleuabantur pariter, et rotæ, fol. 375.

Cũ essem in medio captiuorum iuxta fluuiũ Chobar aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei fol. 163.

fol.163.col.1.
Et vidi,& ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone:& nubes magna,& ignis inuoluēs & splendor in circuitu eius,& de medio eius quasi species electri,fol.171.col.1.
Cùm ambulabant animalia,ambulabant pariter rotæ iuxta ea fol.199.colum.2.folio 489.
Duæ pennæ singulorum iungebantur:& duæ tegebant corpora eorum,fol 550.
Cap.3.Vt adamantem,& vt silicem dedi faciē tuam,fol.545.
Et assumpsit me spiritus,& audiui post me vocem commotionis magnæ. Benedicta gloria Domini de loco suo.Et vocem alarū animalium percutientium alteram ad alteram, fol.545.
Cap.7.Quoniam terra plena est iudicio sanguinum,& ciuitas plena iniquitate,fol.201.colum.2.
Cap.8.Et introduxit me per ostiū portæ domus Domini,quod respicit ad Aquilonem;& ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem, fol.488.
Fode parietem.Et cum fodissem parietem apparuit ostium vnum,& dixit ad me: ingredere,& c fol.534.
Cap.9.Signa Tau super frontes virorum gementium,& dolentium super cunctis abominationibus,fol.6.col 1.
Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris quæ respicit ad Aquilonem:& vnusquisque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis: & atramentarium scriptoris ad renes eius,f. 246.
Cap.14.Hæc dicit Dominus Deus,homo,homo de domo Israel,fol.131.col.2.
Cap.16.Hæc dicit Dominus Hierusalem,radix tua & generatio tua de terra Chanaam, 128.col.1.
Soror tua maior Samaria ipsa:& filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam,& c.ibidē, col.2.
Cap.17.Aquila grandis magnarum alarū longo membrorum ductu,plena plumis,et varietate venit ad Libanum,et tulit medullam cedri summitatem frondium eius auulsit,& c. fol.548.
Cap.20.Ergo,et ego dedi eis præcepta nō bona, & iudicia in quibus non viuant,fol.108.colum.1.
Vnusquisq; offensionem oculorum suorū abijciat,fol.135.fol.137.
Ca.21.Gladius,gladius exacutus est,& limatus,vt cædat vi limas exacutus est,vt splendeat limatus est,fol.531.
Cap.24.Sanguis eius in medio eius super limpidissimam petram effudit illum:non effudit illum super terram,vt possit operiri puluere, fol.289.
Cap 27.Plaga autem Australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis,fo. 194.colum.1.
Cap.28.Perdidisti in decore tuo sapientiam,fo. 81.col.2.
Posuit te in monte sancto Dei:in medio lapidum ignitorum ambulasti,perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te,& c.fol.544.
Cap.34.Et suscitabo eis germen nominatum,et non erunt vltra imminuti fame in terra,fol. 228.col.1.
Ecce ego ipse requiram oues meas,et visitabo eas:sicut visitat pastor gregem suū in die quā do fuerit in medio ouium suarum dissipatarum,fol 534.
Cap.43.Ostende domui Israel templum,vt confundantur ab iniquitatibus suis:& metiātur fabricam,& erubescant,& c.fol.543.

Ex Daniel.

CAp.2.Responderuntquè Chaldæi Regi Syriace.Rex in sempiternum viue,folio 471.
Miscebuntur semine humano:et non adhærebunt,fol.507.
Verè Deus vester,Deus Deorum est,& Dominus Regum:& reuelans,& c.fol.561.
Abscissus est lapis de monte sine manibus,et percussit statuam in pedibus eius ferreis,et fictilibus,et comminuit eos,fol.121.col.2.
Lapis autem,qui percusserat statuam factus est mons,fol.397.
Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti,& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas aternitates, fol.128 colum.2.
Deus magnus ostēdit regi,quæ ventura sunt postea,fol.345.
Præcepit autem rex,vt conuocarentur arioli,& Magi,& Chaldæi,vt indicarent regi somnia sua,fol.460
Regnum tuum tibi manebit,& c.fol. 115. colum.1.
Cap 3 Et confestim viri illi vincti,cum bracijs suis,et tiaris,et calceamētis,& vestibus missi sunt in medio fornacis ignis ardentis,& c. fol.350.
Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem,et erupit,et incendit quos reperit,& c.fol.427.
Nonne tres viros misimas in medium ignis compeditos,& c.fol.524.
Ecce ego video quatuor viros solutos,& ambulantes

Eulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis est; & species quarti similis filio Dei, folio 587.

Cap. 4. *Succidite arborem, et pracidite ramos excutite folia eius: & aispergite, fol. 24. & 397.*

Verumtamen germen radicum eius in terra finite, fol. 495.

Visiones somniorum meorum, quas vidi, et solutionem earum narra, fol. 53. col. 1.

Allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo quod fuerat in Hierusalem, vt biberent in eis Rex, & optimates eius, vxores, et concubinæ illius, &c. fol 217. col. 2.

Cùmq; sermo adhuc esset in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor regnũ transiuit à te. et ab hominibus eijcient te &c. fol. 313. fol. 481.

Fœnum vt bos comedit. igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui, fol. 466.

Cap. 7. *Quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habet Aquilæ: et ecce bestia alia, &c. fo. 341.*

Cap. 8. *Magnificatus est vsque ad fortitudinem cœlis, et deiecit de fortitudine, & de stellis: et conculcauit eas, fol. 114. col. 2.*

Cap. 12. *Et docti in populo docebunt plurimos, et ruent in gladio: et in flamma, fol. 222. colum. 2.*

Cap. 13. *Videbant Susannam quotidie ingredientem, et ambulantem, et exarserunt in concupiscentia eius, et euerterunt sensum, &c. fol. 48. col. 1.*

Ex Baruch.

Cap. 6. *Videbitis in Babylone Deos aureos, & argenteos in humeris portari: ostentantes metum gentibus: videte ergò ne vos similes efficiamini factis alienis, et metuatis: et metus vos capiat in ipsis: Visa autem turba de retro, & ab ante adorantes dicite, &c. folio. 201. col. 1.*

Ex Osea.

Cap. 1. *Et erit in loco vbi dicitur eis, nõ populus meus vos: dicitur eis, filij Dei viuentis, et congregabũtur filij Iuda, et filij Israel pariter apponent sibimet caput vnũ, fol. 276. col. 1.*

Vocanomẽ eius Iezrael: quoniam adhuc modicum: & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu, fol. 354. col. 1. fol. 337. fol. 339. fol. 354.

Quoniam adhuc modicum, et visitabo sanguinem Iezrael super Domum Iehu, fol. 354.

Ab vtero supplantauit fratrẽ, fol. 383. co. 2

Et erit in loco vbi dicetur eis: nõ populus meus vos: dicitur eis, Filij Dei viuentis Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, et ponent sibimet caput vnum, et ascẽdẽt de terra, quia magnus dies Iezrael, fol. 276.

Cap. 2. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, et aquas meas, lanam meam, et linum meum, oleum meum, et potum meũ, fo. 190. col. 2.*

Dabo eis vallem Achor ad aperiendã spem, fol. 200. col. 1.

Et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos, et quæret eos, et nõ inueniet. et dicet, &c. fol. 399. col. 2.

Ibidem. Et erit in die illa ait Dominus: vocabit me vir meus, et non vocauit me vltrà Baalim, &c. 399. col. 2.

Desponsabo te mihi in sempiternum. fo. 398. col. 2.

Et hæc nescijt: quia ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicaui ei, et aurum quæ fecerunt Baal, &c. fol. 531.

Cap. 3. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo, peccata populi mei commedẽt, et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorũ, et erit sicut populus sic sacerdos, fol 497.*

Cap. 4. *Pascet eos Dominus sicut agnum in latitudinem, fol. 273. col. 1.*

Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt; dilexerunt afferre ignominiam protectores eius, fol. 326.

Neque iurauerit is, viuit Dominus, fol. 140.

Cap. 5. *Facti sunt Principes Iuda: quasi assumẽtes terminum, super ipsos effundam, quasi aquam iram meam. Calumniam patiens Ephraim, fractus iudicio, &c. fol. 602.*

Cap. 6. *Quasi diluculum præparatus est egressus eius, et venietnobis, quasi imber temporane⁹, et serotinus terræ, fol. 18. col. 1.*

Ipse cæpit, et sanabit nos: percutiet, et curabit nos, fol. 297.

Cap. 7. *Expandam super eos rete meum: quasi volucres cœli detraham eos: cedam eos quasi auditionem cœtus eorum, fol. 9. col. 2.*

Factus est Ephraim, sicut columba seducta, &c. fol. 522.

Et fur ingressus est spoliani, latrunculus foris. fol. 29. col. 2.

In malitia sua lætificauerunt regem, & in mendacijs suis Principes, folio. 73 columna 2.

Cap. 8. *Ipsi regnauerunt, et non ex me, Principes extiterunt: et non cognoui argentũ suũ, et aurum suum fuerunt sibi idola, fol. 191. col. 1.*

Cap. 10. *Ephraim vitula docta diligere triturã fol. 117. col. 2.*

Seminate vobis ad iustitiam, vendimiate ad fructum vitæ: illuminate vobis lumen cognitionis, fol. 198. col. 1.
Seminate vobis in iustitia, metite in ore misericordiæ innouate vobis nouale, folio 388. col. 2.
Cap. 11. Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos, fol. 320. fol. 593.
Cap. 12. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum; tota die mendacium, et vastitatem multiplicat: et fœdus cum Assyrijs inijt: & oleum in Ægyptum ferebat, fol. 170. col. 2.
Cap. 13. Ego ero eis quasi Leæna: sicut pardus in via Assyriorum ocurram eis quasi vrsa raptis catulis: &c. fol. 7. col. 2.
Adducet vrentem ventum Dominus de deserto: fol. 495.
Adducet Dominus ventum vrentem de deserto ascendẽtem, et siccabit venas eius, fo. 394 col. 1.
Cap. 14. Tollite vobiscum verba, et conuertimini ad Dominum, &c. fol. 508.

Ex Ioel.

Cap. 2. Antefaciem eius ignis vorans: & post eum exvrens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, et post eum solitudo deserti, neque est, qui offugiat eum, fo. 15 col. 2.

Ex Amos.

Cap. 2. Et mittam ignem in Moab, et deuorabit ædes Carioth. et morietur in sonitu Moab, fol. 10. col. 1.
Stridebo super vos sicut plaustrum onustũ fæno: fol. 396.
Nunquid cadet Auis in laqueũ terræ absq; aucupe? fol. 411.
Cap. 6. Væ qui opulenti estis in Sion: et confiditis in nomine Samariæ: optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israel, fol. 41. col. 2.
Væ qui dormitis in lectis eburneis: et lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, &c. fol. 244.
Qui separati estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis, fol. 351.
Cap. 7. Ecce vir stabat super murum adamantinum, fol. 100. col. 2.

Ex Iona.

Cap. 3. Operiãtur saccis homines, et iumenta, et clament ad Dominum in fortitudine, fol. 157. col 2.
Et clamauit, et dixit: adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertetur, & crediderunt viri Niniuita, et prædicauerunt ieiuniũ, &c. fol. 262.

Ex Michæa.

Cap. 1. Verbum Domini, quod factum est ad Michæam Morasthitem, fol. 239.

Habacuc.

Cap. 1. Ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet, folio 574.
Cap. 2. Et ipse de regibus triumphabit: tyranni ridiculi eius, fol. 254.
Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit, fol. 40.
Cap. 3. Custodiui, et expauit venter meus, à voce orationis labiorum meorum, fol. 369. colum. 1.
Splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius; antefaciem eius ibit mors, fol. 298.
Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, &c. fol. 105.
Custodiui, et expauit venter meus à voce orationis, &c. fol. 197.

Ex Zacharia.

Cap. 1. Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, fol. 546.
Cap. 2. Post glorias misit me ad gentes, fol. 28. col. 1.
Cap. 3. Ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt: fol. 72. co. 1. fol. 119. col. 2.
Cap. 5. Ecce volumen volans, fol. 143.
Cap. 6. Ecce quatuor quadrigæ egrediẽtes de medio duorum montium, et montes ærei: in quadriga prima equi rufi, &c. in quadriga quarta equi varij, et fortes, fol. 114. col. 1.
Cap. 7. Et factum est, sicut locutus est, et non audierunt: sic clamabant, & non exaudiã, &c. fol. 456.
Cap. 9. Et Dominus Deus super eos videbitur, et exibit vt fulgur iaculum eius, et Dominus Deus in tuba canet: et vadet in turbine austri: Dominus exercituum proteget eos, fo. 21. col. 1.
Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalẽ: ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator ipse pauper, et ascendens super asinum, folio 172. col. 2.
Quid bonum eius, et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum? fol. 232.
Cap. 11. Vlula abies, quia cecidit cedrus, folio. 358.
Cap. 11. Et plangẽt terræ familiæ: & familiæ seorsum:

seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum, fol. 128. col. 2.
Effunda n super domum Dauid: & super habitatores Hierusalem spiritũ gratiæ, & precum, fol. 451.
Cap. 13. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum, fol. 178.
Framea suscitare supra pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, &c. fo. 298.

Ex Malachia.

CAp. 1 Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur: & offertur nomini meo oblatio munda, &c. fol 211. col. 1.
Cap. 2. Maledicam benedictionibus vestris, fo. 337.
Cap. 4. Sit cibus in domo mea, et probare me super hoc dicit Dominus, si non aperire vobis cataractas cœli, et effundere vobis benedictionem vsque ad abundantiam fol. 36. col. 2.
Et calcabitis impios cum fuerit cinis sub plãta pedum vestrorum, in die quã ego facio, dicit Dominus exercituum: fol. 116. col. 1.
Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, &c. fol. 462.

1. Machabæorum.

CAp. 2. Omnes, qui fugiebant à malis, addicti sunt ad eos, et facti sunt illis ad firmamentum, fol. 281.
Omnis qui habet zelum legis, statuens testamentum exeat post me, et fugiat ipse, et filij eius in montes, fol. 281.
A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus, et vermis est: hodie extollitur, et cras non inuenitur, quia conuersus est in terram suam, et cogitatio eius periit, folio 186.
Cap. 12. Nos cum nullo horum indigeremus, habentes solatio sancto libros, qui sunt in manibus nostris. Malumus mittere ad vos renouare fraternitatem, et amicitiam, fol. 534.

Ex 2. Machab.

CAp. 6. Cũ Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circuire, fol. 321.
Cap. 7. Dominus Deus aspicit veritatem, et cõsolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici, &c. fol. 343.
Peroate ante, vt aspicias ad cœlũ, et terram, et ad omnia, quæ in eis sunt, et intelligas: quia ex nihilo fecit illa Deus, et hominum genus: ita fiet, vt nõ timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, &c. fol. 238.
Post hunc tertius eliditur, et linguam postulatus cito protulit, et manus constanter extendit, et cũ fiducia, ait: è cœlo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio: quoniã ab ipso me ea suscepturũ spero. f. 291
Cap. 8. Iratus itaque Rex, iussit sartagines, & ollas æneas succendi. Quibus statim succensis, iussit et ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam: fol. 243.

Ex nouo Testamento.

Matthæus.

CAp. 1. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, et nolet eam traducere, voluit occulte dimittere eam: f l. 416.
Cap. 2 Herodes occidit multos pueros, qui erãt in Bethleem. fol. 470.
Vidimus stellam eius in oriente, et venimus, &c. fol. 78. col. 1. fol. 126. fol. 341.
Surge accipe puerum, et matrem eius, & fuge: fol. 281. fol. 262 fol. 418. fol. 603.
Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, fo. 183 col. 2.
Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es, ex te enim, &c. fol. 549.
Ne redirent ad Herodem, fol. 399. col. 1.
Cap. 3. Qui autem post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calceamẽta portare, fol. 63. col 1. 61. col. 2.
Facite ergò fructus dignos pœnitentiæ, f. 551
Cap. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, &c. fol. 591. fol. 592.
Ductus est in desertum à spiritu, fol. 603.
Tunc reliquit eum Diabolus: et ecce Angeli ministrabãt ei, cũ autẽ audisset Iesus, quod Ioannes traditus esset, fol. 50. col. 1.
Ostendit ei omnia regna mundi: & gloriã eorum, fol. 168. col. 1.
Vidit duos fratres Simonẽ, qui vocabatur Petrus, et Andream fratrem eius mittentes rete in mare, fol. 200. col. 1.
Dominum Deum tuũ adorabis, illi soli seruies: fol. 468.
Cap. 5. Si ergò offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinq; ibi munus tuũ, &c. fol. 208 col. 1. fol. 409.
Estote perfecti sicut Pater vester cœlestis perfectus est, fol. 251.

Beati Pauperes spiritu.

Cap.6.Non eritis sicut hypocritæ,qui amant in Synagogis:et in angulis platearum stantes orare,vt videantur,fol.14.col.2.

Nesciat sinistra tua,quid faciat dextera tua fol.23 col.1.

Ne soliciti sitis animæ vestræ,quid manducetis,neque corpori vestro,quid induamini,fo. 88.col.1.

Nisi vt mittatur foras,et conculcetur ab hominibus,fol.316.

Cùm ergò facis eleemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt in Synagogis fol.124.col 1.

Quærite primum regnum Dei.et hæc omnia adijcientur vobis,fol.185.col.1.fol.322.

Ne videaris hominibus ieiunans,sed patri tuo,qui videt in abscondito,fol.208.col.1.

Quare Magister vester cũ publicanis,& peccatoribus manducat,fol.225.col.1.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,fol.253.

Adueniat regnum tuum,fol.508.

Cap.7.Tunc confitebor illis,quia nunquam noui vos,fol.245.

Ne mittas margaritas ante porcos,fol.334.

Cap.8.Dic tantum verbo,et sanabitur puer meus,fol.28.col.1.

Puer meus iacet in domo,&c.fol.534.

Sæui nimis ita vt nemò posset transire per viã illam,fol.130.

Ego veniam,& curabo eum,fol.513.

Domine salua nos:perimus,fol.306.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus,fol.340.

Dico autẽ vobis,quod multi ab Oriẽte,multi ab Occidẽte venient,&c.fol.433.fol.488 fol.570 fol.576.

Cap.9.Accessit retrò,& tetigit fimbriam vestimenti eius:dicebat enim intra se:si tetigero tantum vestimentũ eius,salua ero,fol.180. col.2.fol.490.

Cùm transiret indè Iesus vidit hominem sedentem in telonio,&c.fol.188.col.2.

Cap.10.Mitto vos sicut oues in medio luporum, fol.35.col.1.fol.459.

Nolite possidere aurum,neque argentum,neque pecuniã in zonis vestris,non peram in via,neque duas tunicas,neque calceamenta,fol.190.col.1.fol.407.

Dabitur enim vobis in illa hora,quid loquamini:Non enim vos estis,qui loquimini:sed spiritus,&c.fol.437.

Cap.11.Venite ad me omnes,qui laboratis,et onerati estis,fol.26.col.1.

Amen dico vobis nõ surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista,fo.209.co.1.

Quid existis in desertum videre,arundinem vento agitatum:fol.522.

Nec patrẽ,quis nouit,nisi filius,& cui voluerit filius reuelare:fol.309.col.2.

Cap.12.Abyt Iesus per sata Sabbato:discipuli autem eius esurientes cæperunt vellere spicas,et manducare,Pharisæi autem videntes dixerunt,&c.fol.331.

Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus,et tribus noctibus,fol.361.col.1.

Cap.13.Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas,fo.75. col.2.et 76.col.2.

Cadit in terram bonam,et dat fructum:fol. 94.col.2.

Simile est regnũ cœlorum fermẽto,quod acceptũ mulier abscondit in farinæ satis tribus donec fermentatum est totum,fol.110.co.1.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro,fol.376.col.2.

Volo vt des mihi in disco caput Ioannis,fol. 209.col.2.& 210.col.1.fol.334.fol.597. fol.353.

Propter iuramentum tamen,& eos qui recumbebant,fol.330.fol.339.

Cap.14.Et allatum est caput eius in disco,et datum est puellæ:fol.406.

Audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu,et ait pueris suis,hic est Ioannes,&c fol.484.

Accedentes discipuli tulerunt corpus,& sepelierũt illud,et venientes nũtiauerunt Iesu.

Quod cũ audisset Iesus secessit,fo.338.fo.50

Cap.15.Etiam Domine,nam et catelli comedũt de micis,quæ cadũt de mensa dominorum suorum,fol.353.

Videns ventum validum timuit,et cæpit mergi,&c fol.527.199.col.1.

Cap.16.Tibi dabo claues regni cœlorum,folio. col.2.

Tibi dabo claues regni cœlorum,fol.266. col.2.

Absit a te Domine,nõ erit tibi hoc,fol.245. fol.427.

Beatus es Simon Barjona,quia caro,& sanguis non reuelauit tibi:sed Pater,&c.folio 420,fol.424.

Quem dicunt homines esse filium hominis,folio 600.

Cap.17.Et resplenduit facies eius sicut Sol,fol. 176.col.2.fol.608.

Duxit illos in montem excelsum,fol.411.

Et audiẽtes discipuli ceciderũt in facies suas super terram,et timuerunt valdè,fol.303.

Ecce apparuerunt illis Moyses,et Elias cum eis loquentes,fol.306.

Ecce nubes lucida obumbrauit eos,&c.fol. 521.

Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum Moysi vnum, Eliæ vnum, fol. 356. col. 2. fo. 566.
Bonum est nos hic esse, fol. 376. col. 2.
Ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo, &c. fol. 385. col. 2.
Cap. 18. *Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi, misertus autem Dominus serui illius dimisit eum: et debitum dimisit ei, folio 197. col. 2.*
Væ mundo à scandalis, fol. 273. col. 2. folio 414.
Aduocans Iesus paruulum, &c. fol. 470.
Quis putas maior est in regno cœlorum? fol. 418.
Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, inter te, et ipsum solum, fol. 357. col. 2.
Cap. 19. *Et sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, fol. 93. col. 1.*
Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere, fol. 170. col. 1.
Sinite paruulos: nolite prohibere, &c. folio 470.
Cap. 20. *Non est meum dare vobis, fol. 104. co. 2. fol. 362.*
Ecce ascendimus Hierosolymam, et filius hominis tradetur, &c. fol. 445.
Cap. 21. *Vadit, et assumit alios septem spiritus secum nequiores, fo. 182. col. 1.*
Turba autē increpabat eos, vt tacerēt, 201. col. 2.
Hic est hæres: venite occidamus eum: et habebimus hæreditatem eius, fol. 391. col. 1.
Cap. 22. *Mitte eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium, fol 42. col. 2.*
In resurrectione, neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo, fol. 61. col. 1.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, fol. 388. col. 2.
Cap. 23. *Iam enim securis ad radicem arborū posita est, fol. 24. col. 1.*
Cap. 24. *Audituri estis prælia, et opiniones præliorum, videte, &c. fol. 426.*
Vbi corpus fuerit congregabuntur, et Aquilæ, fol. 595.
Cap. 25. *Dormitauerunt omnes, et dormierūt, fol. 493.*
Sol obscurabitur, luna non dabit lumē suū, fol. 3. col. 2.
Ne forte non sufficiat nobis, et vobis: ite potius ad vendentes, fol. 13. col. 1.
Veniens Dominus separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hædis, fol. 29. colum. 1.
At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos, fol. 31. col. 2.
Quod fecistis vni ex istis minimis fratribus meis, mihi fecistis, fol. 200. col. 2. & 213. col. 1.
Domine, Domine aperi nobis, fol. 203. col. 2
Accepit Iesus panem, benedixit, ac fregit, folio 216. col. 2.
Esurini, et dedistis mihi manducare, f. 290.
Tunc dicit Rex his, qui ad dextris eius erūt: venite benedicti Patris mei: esurini enim, folio 332.
Cap. 26. *Non bibam de hoc gemine vitis donec bibā illud nobum vobiscum in regno Patris mei, fol. 44. col. 2. 235.*
Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt, fol. 85. col 1.
Sinito illam, fol. 111. col. 1.
Et egressus foras flenit amare, fol. 174. colum. 1.
Dico autem vobis non bibā à modode hoc gemine vitis vsque in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum, fol. 235.
Cap. 27. *Non licet eos mitere in corbonam, fol. 181. col. 2.*
Habetis custodiam: ite custodite, folio. 181. col. 2.
Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, fol. 227. col. 1.
Prætereuntes blasphemabant eum, mouētes capita sua. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, fol. 288.
Abiens laqueo se suspendit, fo. 298. fo. 329. fol. 337.
Venit quidam homo dives ab Arimathia, &c. fol. 439.
Cap. 28. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, &c. fol. 581.*

Marcus.

Cap. 5. *Quod tibi nomen? Respondit legio, fol. 16. col. 1.*
Sæpe compedibus, et catenis vinctus, fo. 130 col. 1.
Cap. 6. *Quidquid petieris dabo tibi licet dimidiū regni mei, fol. 46. col. 1. fol. 339.*
Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis: ibidem, col. 2. fol. 47. col. 1.
Et constristatus est rex propter iusurandū: fol. 110. col. 1.
Quem ego de collaui Ioannem, hic à mortuis surrexit, fol. 484.
Cap. 8. *Video homines velut arbores ambulantes: iterum posuit manus, &c. fol. 23. col. 1.*
Et manducauerunt, et saturati sunt: et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis septem sportas, fol. 211. col. 2.

Cap.9. Faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, et Moysi vnum, et Eliæ vnum: Non enim sciebat, quid diceret, fol. 529.
Cap.10. Nescitis quid petatis, potestis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptismo, quo ego baptizor baptizari, fol. 107. col. 2.
Cap.11. Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet, fol. 167. col. 2.

Lucas.

Cap.1. Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo, fol. 56. col. 1. fol. 65. col. 1. fol. 66. col. 2.
Multi in natiuitate eius gaudebũt, fol. 406. fol. 469.
Cùm primum audita est vox tua in auribus meis, exultauit infans, &c. fol. 515.
Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerũt sermonis, fol. 386. col. 1.
Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. fol. 392. col. 2.
Cogitabat, qualis esset ista salutatio, fo. 212. col. 1.
Cap.2. Pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregẽ suum, &c. fol. 126. col. 1.
Responsum acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini, fol. 455.
Virtus altissimi obumbrabit tibi, &c. fol. 604.
Nunc dimittis seruum tuum, &c. fol. 532.
Conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, fol. 384. col. 1.
Cap.3. Cuius ventilabrum in manu eius, et purgabit aream suam, et congregabit triticũ in horreum suum: fol. 54. col. 1.
Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Iesu baptizato, &c. fol. 482.
Cap.4. Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, &c.
Quid nobis, et tibi Iesus Nazarene? venisti ante tempus perdere nos, fol. 597.
Multa audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria, fol. 567.
Et consumata omni tentatione Diabolus recessit ab illo vsquè ad tempus, fol. 393. col. 2. fol. 25-.
Duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiẽs per medium illorum ibat, fol. 260.
Cap.6. Væ vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram, fol. 244.
Cap.7. Prout vultis, vt faciant vobis homines, facite, et vos illis similiter, fol. 122. col. 2.
Diligit enim gentem nostram, & Synagogã ipse ædificauit nobis, fol. 174. colum. 1. folio 329.
Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuit, &c. f. 548
Quia ailexit multum, fol. 382. col. 1.
Stans retro secus pedes eius, fol. 359. col. 2.
Cap.8. Venisti ante tempus torquere nos, fol. 90 col. 2.
Quòd tibi nomen est? at ille dixit legio, quia intrauerant Damonia multa in eum, folio. 129. col. 2.
Cap.9. Dicebant excessum eius, quem completurus, &c. fol. 609.
In verbo autem tuo laxabo rete, et cum hoc fecissent, conclusserunt, &c. fol. 412.
Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, fol. 162.
Cap.10. Gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in libro vitæ, fol. 250.
Et facto Sabbatho cæpit in Synagoga docere, & multi audientes mirabantur in doctrina eius dicentes, vnde hic hæc omnia, &c. folio 193. col. 2. et fol. 221. col. 2.
Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, folio 211. col 2.
Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit, et ait, Domine nõ est tibi curæ, quòd soror, &c fol. 472.
Maria sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, fol. 384. col. 1.
Martha, Martha solicita es, et turbaris circa plurima. Porrò vnum est necessariũ, Maria optimam partem elegit, fol. 391. col. 2.
Cap.11. Quis vestrum habet amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi. Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit, &c. fol. 455.
Cùm fortis armatus custodit atrium suũ in pace sunt omnia, fol. 467. fol. 595.
Cap.12. Nolite timere pusilus Grex, quoniam complacuit Patri vestro dare vobis regnũ, fol. 35. col. 2. fol. 37. col. 2. 38. col. 2.
Multis passeribus pluris estis vos, fol. 464.
Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardẽtes in manibus vestris, fol. 122. col. 2.
Faciet illos discumbere, et transiẽs ministrabit illis, fol. 234. fol. 496.
Destruam horrea mea, et maiora faciam, et illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, et bona mea: et dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epulare, fol. 187. col. 1. et fol. 224. col. 1.
Amen, Amen dico vobis, quia præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis, fol. 226. col. 1.
Reges gentium dominantur eorum, qui potestatem

tatem habent, benefici vocantur, fol. 601.
Cap. 14. Vende omnia, quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesauros in cœlo, et veni sequere me, fol. 192. col 1.
Cap. 15. Pater peccaui in cœlum, et coram te, fol. 203. col. 1. fol. 511.
Quanti mercenarij in domo Patris mei abūdant panibus, fol. 63. col. 1. fol. 525.
Cito proferte stolam primam, et induite illū, fol. 161. col. 1.
Ibo ad patrem meū dicam illi: Pater peccaui in cœlum, et coram te, et iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis, fol. 197. col. 1. fol. 277.
Erat filius eius senior in agro, et cum veniret, et appropinquaret domui audiuit symphoniam, &c. fol. 215. col. 2.
Epulari autē, et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et revixit, folio 452.
Surgam, et ibo ad patrem meum, folio 368. col. 1.
Cùm autem adhuc longe esset, vidit illum Pater ipsius, fol. 368. col. 2.
Cùm autem esset longe, vidit illū Pater suus et misericordia motus est, et accurit, fo. 371 col. 1.
Fili tu semper mecū es, omnia mea tua sunt, fol. 382 col. 2.
Cap. 16. Mendicare erubesco, fol. 8. col. 2. & folio 12. col. 1.
Eleuans oculos suos vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius, folio 22. colum. 1. folio 328.
Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui, ibidem.
Mitte Lazarum in domum Patris mei, ibidem.
Saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, et nemo illi dabat, fol. 98. col. 2.
Rogo te Pater Abraham, vt mittas Lazarū in domum Patris mei, &c. fol. 104. col. 1. et fol. 189. col. 1.
Homo quidam erat diues, et habebat villicū, et hic diffamatus est apud eum, &c. fol. 361. col. 2.
Memento fili quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, fol. 398. columna 2.
Quanti mercenarij in domo Patris mei abūdant panibus: ego hic fame per eo, fol. 399. col. 2.
Cap. 17. Non est inuentus, qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena, fol. 82. colum. 2.
Cap. 18. Non sum sicut cæteri homines raptores fol. 341. fol. 432.
Iesu fili David miserere mei, fol. 374. col. 1.
Cap. 19. Dixit ad eum Zachee festinans descēde, &c. fol. 590.
Cap. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras, fol. 94. col. 1.
Conuersus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: &c. fol. 270. col. 2.
Venient dies in quibus nō relinquetur lapis supra lapidem, &c. fol. 552.
Cap. 22. Videte ficulneam, et omnes arbores cū producunt ex se fructum, scitis, quia prope est æstas: ita et vos: &c. fol. 23. col. 2.
Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum Principis Sacerdotum, folio 73. colum. 2.
Quando misi vos, sine sacculo, & pera, et calceamentis nunquid aliquid defuit vobis: at illi dixerunt nihil, fol. 190. col. 1.
Ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum, et ibi parate, fol. 268. col. 1.
Ego rogaui pro te ne deficiat fides tua: sed tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, fol. 404.
Et conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus, fol. 590.
Et post pusillum alius videns eum dixit, & tu de illis es? Petrus vero ait: ò homo nō sum: fol. 364. col. 2.
Cap. 23. Hodie mecum eris in Paradyso, fol. 93. col. 1. et fol. 182. col 1.
Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros, folio 112. col. 1.
Obscuratus est Sol, fol. 288.
Memento mei, dum fueris, &c. fol. 489.
Hodie mecum eris in Paradiso, folio 360. col. 2.
Pater in manus tuas commendo spiritū meū fol. 369. col. 2.
Cap. 24. Et factum est, dum recumberet cū eis accepit panem, et benedixit: ac fregit: & porrigebat illis, et aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eum, fol. 226. col. 1.

Ex Ioanne.

Cap. 1. In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, fol. 509.
Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, et ait: ecce agnus Dei, fol. 163. col. 2.
In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit. ibidem:
In propria venit, et sui eum non receperunt, quot quot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, fol. 404. fol. 521.
Sui eum non receperunt fol. 477.
Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem, &c. fol. 504.

Vnigenitus, qui est in sinu Patris, fol. 368. col. 2.
Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, fol. 369. col. 1.
Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris ipse enarrauit, fol. 370. col. 1.
Verbum caro factum est, et habitauit in nobis, fol. 383. col. 1.
Videbitis cœlum apertũ, et Angelos Dei ascendentes, et descendentes supra filium hominis, fol. 400. col. 2.
Cap. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus, &c. fol. 569.
Soluite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud, fol. 361. col. 1.
Cap. 3. Conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum: Quis scit si conuertatur, et ignoscat Deus, vt reuertat à furore iræ suæ, et non peribimus, folio 199. col. 1.
Cap. 4. Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quã ego dabo fiet ei fons, fol 253.
Cap. 5. Si ego testimonium perhibeo de me: testimonium meum non est verum, fol. 124. colum. 1.
Quicumquè bonus Pastor libenter debet pro ouium salute animam suam ponere, fol. 269 col. 1.
Cap. 6. Illi ergò homines cum vidissent, quod Iesus fecerat signum: dicebãt quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum, fol. 274. col. 1.
Accepit panes, et cum gratias egisset, distribuit: &c. fol. 207. col. 2.
Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, fol. 384. col. 2.
Hæc loquutus est Iesus, et sublenatis oculis in cœlum dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuum, fol. 400. col. 1.
Colligite, quæ superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergò, et impleuerunt duodecim cophinos, fol. 447. fol. 461.
Cap. 7. Vnum opus feci, et omnes miramini, fol. 194. col. 2.
Nonne ego duodecim vos elegi, et vnus ex vobis Diabolus est, fol. 598.
Cap. 8. Nunc cognouimus, quia Dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem: fol. 327.
Cap. 9. Si cæci essetis non haberetis peccatum: folio 184. col. 2.
Cap. 11. Iesus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente: sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, fol. 34. col. 1.
Et statim prodyit, qui fuerat mortuus ligatus pedes, et manus, fol. 52. col. 1.
Domine iam fœtet, quatriduanus est, fol. 336
Cap. 12. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriã eius, et locutus est de eo, fol. 71. col. 2.
Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: fol. 217. col. 1. fol. 365.
Ambulate dum lucem habetis: vt non vos tenebræ comprehendant: fol. 504.
Venit vox de cœlo, et clarificaui, et iterum clarificabo: turba ergò, &c. fol. 386. columna 1.
Cap 13. Qui credit in me, opera quæ ego facio, ipse faciet, et maiora, &c. fol. 442.
Cap. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, et omnem, qui fert fructum: purgabit eum: fol. 401.
Ego sum vitis, fol. 459.
Cap. 16. Venit hora, vt dispergamini vnusquisque in propria, et me solum relinquatis, fol. 463.
Cap. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum, fol. 388. col. 2.
Clarifica me tu Pater, fol. 395. col. 1.
Cap. 18. Ego sum: ego sum: si me quæritis sinite hos abire, fol. 53. col. 1.
Quid est veritas, et cum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, fol. 73. col. 2.
Cap. 19. Et continuò exiuit sanguis, et aqua, folio 427.
Roganit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu: occultus quidem, &c. fol. 507.
Posteà sciens Iesus: quia iam omnia cõsumata sunt, vt consumaretur scriptura dixit: sitio, fol. 100. col. 1.
Cap. 20. Mulier quid ploras? fol. 77. col. 1. & 2. fol. 536.
Dicito mihi vbi posuisti eum, fol. 343.
Dicit ei Iesus, Maria, conuersa illa, dicit ei: Rabboni, fol. 536.
Cap. 21. Dominus est, Petrus vt audiuit, quia Dominus est: fol. 102. col. 2.
Pasce oues meas, amen, amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas, &c. fol. 268. col. 1.
Tu scis Domine, quia amo te, fol. 264.
Discipulus ille, quem diligebat Iesus, folio 409.
Alius cinget te, et ducet, quo tu non vis, fo. 476. 568.
Qui recubuit in cœna super pectus eius, fol. 359. col. 2.
Simõ Petrus cũ audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se, et misit se in mare: folio 383. col. 2.

Ex Actis Apostolorum.

Cap. 1. Hic Iesus, qui assumptus est à vobis, sic veniet,

veniet, fol. 604.
Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, &c. fol. 345.
Videntibus illis elevatus est, fol. 494.
Et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius, fol. 324.
Cap. 2. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ; tanquam, &c. fol. 412. fol. 389.*
Et appositæ sunt in die illa animæ circiter triamillia, fol. 562.
Cap. 3. *Argentum, et aurum non est mihi, folio 92. col. 1. et 2.*
Cap. 4. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, et anima vna, nequisquam, eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, folio 464. fol. 562.*
Cap. 5. *Dixit autem Petrus, Ananiæ: cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri: folio. 170. colum. 2.*
Extitit Theodas, dicens se aliquem esse, cui consentit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, &c. fol. 314.
Cap. 6. *Hos custos misit in interiorem carcerem et pedes eorum strinxit ligno, fol. 49. columna 2.*
Et non poterant resistere sapientiæ, et spiritui qui loquebatur, fol. 343.
Viderunt faciem eius, quasi faciem Angeli, fol. 408.
Verbum Dei crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum, &c. fol. 555.
Cap. 7. *Intendens in cælum vidit gloriam Dei, et ait, ecce video cælos apertos, &c. fol. 410. fol. 439.*
Extrahentes eum extra ciuitatem lapidabant, fol. 150.
Lapidabant Stephanum inuocantem, et dicentem Domine Iesu suscipe spiritum meum, &c. fol. 152. col. 1. fol. 555. fol. 598.
Ecce video cælos apertos, et Iesum stantem à dextris virtutis Dei, fol. 313.
Cap. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem: folio 265. col. 2.*
Cap. 9. *Nihil videbat, fol. 184. col. 2.*
Surge, et ingredere ciuitatem, et dicetur tibi, quid te oporteat facere, fol. 557.
Cap. 10. *Vidit cælum apertum, et descendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initus dimitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia: et serpentia terræ: &c. fol. 325.*
Cap. 12. *In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, et ecce Angelus Domini astitit, et lumen refulsit in habitaculo, &c. fol. 61. col. 1.*
Circunda tibi vestimentum tuum, et sequere me: Venerunt ad portam ferream, quæ vltro aperta est eis, fol. 471.
Cap. 21. *Quid facitis flentes, ac conterentes cor meum, fol. 100. col. 2.*

Ex Epistolis Pauli.

Ex Epist. ad Roman.

Cap. 2. *Cuius laus non ex hominibus: sed ex Deo est: fol. 87. col. 2.*
Cap. 5. *Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia, fol. 298. fol. 442.*
Gloriamur in tribulationibus scientes, quod tribulatio patientiam operatur, fol. 178. colum. 2.
Cap. 6. *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, fol. 109. col. 1.*
Si enim complantati facti sumus similitudini mortis, &c. fol. 492.
An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu: in morte ipsius baptizati sumus, ibidem:
Terra sæpe super se bibens venientem imbrem, et generans herbam opportunam illis à quibus colitur, &c. fol. 236.
Hæc illi extrema benedicto cõgruit, qui esuriem nescibat, &c. fol. 392.
Cap. 8. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, fol. 1. col. 2.*
Vanitati enim omnis creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe, &c. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, et parturit vsque adhuc, fol. 6. col. 1. 367.
Si autem filij, et hæredes, hæredes quidem Dei, &c. fol. 451.
Quos præscivit, et prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, fol. 51. col. 1.
Ipse spiritus pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus, fol. 519.
Quicumque spiritu Dei aguntur: hi sunt filij Dei, &c. fol. 103. col. 1.
Qui etiam proprio filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit, fol. 324 col. 2.
Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, &c. fol. 367.
Nos igitur primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus, fol. 394.
Cap. 11. *Veniet ex Sion, qui eripiat, et auertat impietatem à Iacob, fol. 271. col. 1.*
Extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, fol. 281.
Cap. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, &c. fol. 81. col. 2.*

Qui miseretur in hilaritate, fol. 171. col. 2.
Cap. 13. Nox præcessit: dies autem appropinquauit, fol. 591.

Ex Epist. 1. ad Corinthios.

Cap. 2. Non enim iudicaui, me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum, fol. 609.
Cap. 3. Si quis videtur sapiens esse apud vos in hoc sæculo, stultus fiat, fol. 78 col. 1.
Ego fratres non potui loqui vobis tanquam spiritualibus, &c. fol. 583.
Si quis autem super ædificat super fundamentum hoc aurum, &c. fol. 396 col. 2.
Cap. 4. Scientia inflat, fol. 320.
Spectaculum facti sumus, mundo, et Angelis, et hominibus, fol. 445.
Cap. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, &c. fol. 157. col. 1.
Cap. 6. Esca ventri, et venter escis, Deus autem &c. fol. 30.
Qui autem adhæret Domino vnus spiritus, &c. fol. 275.
Cap. 7. Reliquum est, vt qui habent vxores tanquam non habentes, et qui flent, &c. fo. 361 col. 2.
Si quis frater vxorem habet infidelem. et hæc consentit, &c. fol. 272.
Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, et vna quæque suum virum, fol. 312.
Cap. 9. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos, fol. 510.
Factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, his, qui sub lege, &c. fol. 356 col. 1.
Cap. 10. Bibebant de spirituali, consequente eos petra; petra autem erat Christus, fol. 234. fo. 485.
Fugite ab idolorum cultura. fol. 191.
Cap. 11. Ideò debet mulier potestatē habere supra caput propter Angelos, fol. 5. col. 1.
Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine: hoc facite in meam commemorationē, fol. 208. col. 2.
Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, fol. 228. col. 2.
Ideo inter vos multi infirmi, et imbecilles, et dormiunt multi, fol. 230.
Cap. 13. Cùm essem parvulus, loquebar, vt parvulus, sapiebam, vt parvulus, cogitabam, vt parvulus, quando autem, &c. fol. 56. columna 1.
Sicut in die honestè ambulemus, nō in comessationibus, neque in ebrietatibus, non in cubilibus, et impuditiis, fol. 175. col. 2.
Non quærit, quæ sua sunt fol. 381.
Cap. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, fol. 331.
Cap. 15. Factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens, fol. 550.
Ego enim sum minimus Apostolorum, qui nō sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus, &c. fol. 580.
Seminatur corpus in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in infirmitate. surgit in virtute. Seminatur corpus animale, surget spirituale, fol. 612.
In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, fol. 390.

Ex 2. ad Chorinthios.

Cap. 3. Non possent intendere filij Israel in faciē Moysi propter gloriam vultus eius, fol. 334.
Vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est, fol. 484.
Si qua in Christo noua creatura, &c. fo. 585.
Cap. 4. Sed enim, quod in præsenti est momentaneum, et leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis, fol. 40 col. 1.
Cap. 5. Qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, fol. 58.
Sine mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis, fol. 280.
Cap. 6. Nihil habentes, et omnia possidentes, fo. 501. fol. 562.
Cap. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate hilarem enim datorem diligit Deus, fol. 369 col. 2.
Vnusquisque prout destinauit in corde suo nō ex tristitia aut necessitate: Hilarē enim datorem diligit Deus, fol. 171. col. 2.
Necessarium ergò existimaui fratres, vt perueniam ad vos, at præparem repromissam benedictionem hanc paratā esse sic, quasi benedictionem non tanquam auaritiam, fol. 184. col. 1.
Cap. 11. Per fenestram in sporta demissus sum, fol. 282.
Cap. 12. Angelus Sathanæ, qui me collaphizet: fol. 292.
Scio hominem in Christo ante annos quatuor decim (siue incorpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit,) quoniam raptus est in Paradisum fol. 83 col. 2. & 192. col. 1.
Factus sum insipiens; vos me coegistis, folio 545.
Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se: quod sicut ipse Christi est, ita & nos, fol. 545.
Scio huiusce modi hominem, quoniam raptus est,

est, &c. fol. 561.
Ne magnitudo reuelationum extollat me; datus est stimulus carni meæ, &c. fol. 577.
Neque enim debent filij parentibus thesauri zare, sed filijs parentes. Ego autem libentissime impendam, &c. fol. 611.
Cap. 13. Non quærit, quæ sua sunt, fol. 580.

Ex Epistola ad Galatas.

Cap. 1. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, et Deum Patrem, fol. 607.
Cap. 2. Viuo ego: iam nõ ego: viuit in me Christus, fol. 99. col. 2. fol. 418.
Iterum ascendi Hierosolymam, cum Barnaba: assumpto et Tito: Ascendi autem secundum reuelationem, &c. fol. 557.
Cap. 4. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem Abba, fol. 369.
Filioli mei, quos iterũ parturio donec formetur in vobis Christus, fol. 77. fol. 327.
Quanto tẽpore paruulus est, nihil differt â seruo cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, et actoribus est vsque ad præfinitũ, &c. fol. 291.
Cap. 5. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo: fol. 241.
Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerũt cum vitijs, fol. 515.
Cap 6. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis, huiusce modi instruite in spiritu lenitatis cõsiderans te ipsum, ne et tu tenteris, fol. 112. colum. 1.
Mihi mundus crucifixus est: et ego mundo.
Neque ergo circumcisio quicquã valet::: sed noua creatura: fol. 514.
De cætero nemo molestus mihi sit. Ego enim stigmata Domini nostri, &c. fol. 555.

Ad Ephesios.

Cap. 2. Ipsius enim figmentum sumus creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus: fol. 23. col. 1.
Ergò iam non estis hospites, et aduenæ: sed estis ciues, fol. 573.
In quo vos coædificamini in habitaculũ Dei.
Vt ostenderet in sæculis super venientibus abundantes diuitias, fol. 542.
Conresuscitauit: et considere nos fecit in cœlestibus, &c. fol. 573.
Cap. 4. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas: alios verò Euangelistas, &c. fol. 77. col. 2.
Ego vinctus in Domino, fol. 105. col. 1.
Sol non occidat super iracundiam vestram, nolite dare locum Diabolo, folio 129. columna 2.
Omnis amaritudo, & ira, et indignatio tollatur â vobis, &c. fol. 131. col. 1.
Iam non simus paruuli fluctuantes, et circũferamur omni vento doctrinæ; &c. folio 522.
Deponite vos secundum pristinam conuersationem hominem veterem, &c. fol. 585.
Cap. 5. Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis non quasi insipientes, sed vt sapientes, fol. 49. col. 1.
Surge qui dormis, et exurge â mortuis, et illuminabit te Christus, fol. 53. col. 1.
Cap. 6. State dilectissimi succincti lumbos mentis vestræ, et calceati, &c. fol. 594.

Ex Epist. ad Philippenses.

Cap. 1. Scire autem vos volo fratres, quia, quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo; in omni prætorio, &c. fol. 51. col. 2.
Non quæ sua sunt singuli cõsiderãtes, sed quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, &c. fol. 462.
Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora me extendens, fol. 504.
Cap. 2. Idem sapiatis eamdem charitatem habẽtes vnanimes, id ipsum sentientes, nihil percõtentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerãtes, sed & ea quæ aliorum: fol. 63. col. 1.
Qui cum in forma Dei esset, non rapinã: &c. fol. 373.
Cap. 3. Omnia detrimẽtum feci, et arbitrior, vt stercora, vt Christum lucrifaciam, fo. 225. col. 1. fol. 250 fol. 304.
Verumtamen existimo omnia decrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, &c. fol. 209. col. 2.
Cap. 4. Pax Dei, quæ exsuperat omnẽ sensum; custodiat corda vestra, fol. 276. col. 2.

Ex Epistola ad Colossenses.

Cap 1. Qui eripuit nos â potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ: fol. 264. col. 1.
Pacificãs per sanguinem eius, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis, fol. 28.
Cap. 3. Pax Christi exultet in cordib⁹ vestris in qua & vocati estis in vno corpore, fo. 35. co. 1.

Induite vos ergò sicut electi Dei sancti, et dilecti viscera misericordiæ folio 101. columna 1.

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, fol. 103. colum. 1.

Hæc est, quæ complectitur vnitatẽ, hæc est, quæ omnes vnum corpus facit: hæc est, quæ veram habet pacem, ibidem.

Quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dexteram Dei sedens, fol. 295. fol. 527. fol. 529. fol. 461. fol. 573.

Donantes vobis metipsis: siquis aduersus alterum habet querellam, sicut et Dominus donauit, &c. fol. 404.

1 Ad Thessalonicenses.

C*Ap. 4. Quoniam ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, & in tuba Dei descẽdet de cœlo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur, &c. fol. 604.*

Ex 1. ad Thimothæum.

C*Ap. 2. Similiter mulieres in habitu ornato: cum verecundia, et sobrietate ornantes se, &c. fol. 583.*

Cap. 3. Omnes, qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur. fol. 421.

Non vinolentum, non percussorem, fol. 501.

Cap. 5. Quæ autem verè vidua est, & desolata speret in Deum, & instet obsecrationibus, et orationibus nocte, et die, fol. 97. col. 1.

Cap. 6. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo verò: bene agere, diuites fieri in bonis operibus facile tribuere, &c. fol. 186 col. 1.

Radix omnium malorum est cupiditas, quã quidem appetentes erranerunt à fide, et inseruerunt se doloribus multis, fol. 202. col. 1.

Ex 2. ad Thimo.

C*Ap. 2. Ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, et respiscant, fol. 262.*

Ex Epist. ad Hebræos.

C*Ap. 1. Tanto melior Angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit, fol. 253.*

Cap. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, fol. 318.

Cap. 10. Quam initiauit nobis viam nouam, et viuentem per velamen, id est carnem suam, fol. 319.

Vinctis compassi estis, et rapinam bonorum vestrorum, cum gladio suscepistis cognoscentes vos habere melioren, & manentem substantiam, fol. 172. col. 2.

Consideremus inuicem in prouocationẽ charitatis, et bonorum operum non deserẽtes collectionem nostram, fol. 273. col. 1.

Voluntarie enim peccantibus nobis, &c. terribilis quædam expectatio iudicij, et ignis æmulatio, fol. 10. col. 1.

Corpus autem apta stimihi, holocaustomata, et pro peccato non tibi placuerunt, folio 54. col. 2.

Rememoramini autem pristinos dies; in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis posionum, &c. nam et vinctis compassi estis, fol. 55. col. 2.

Rapinam bonorum vestrorum cũ gaudio suscepistis cognoscentes, vos habere meliorem, & manentem substantiam, fol. 103. col. 2.

Cap. 11. Fide plurimam hostiam Abel, quàm Caim obtulit, fol. 172. col. 2.

Fide Moyses natus, occultatus, &c. folio 371.

Cap. 12. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionem, fol. 52. col. 1.

Ex Canonica Iacobi.

C*Ap. 2. Si introierit in conuentum vestrum vir aureum anullum habens in veste candida; intoierit autem, & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, et dixeritis ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic: aut sede sub scabelo pedum meorum, nonne iudicatis apud vos metipsos: et facti estis indices cogitationum iniquarum, folio 221. colum. 1.*

Ex 1. Ioannis.

C*Ap. 1. Lex per Moysem data est: gratia, & virtus per Iesum Christum facta: folio 316.*

Nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mũdum, fol. 382.

Cap. 2. Siquis peccauerit aduocatum habemus, apud Patrem Iesum Christum, fol. 244. fol. 368.

Qui diligit fratrem suum in lumine manet, et scandalum in eo non est: Qui autem odit fratrem suum in tenebris est, &c. fol. 410. folio 389.

Vnctionem habetis à sancto, et nostis, &c. folio 388.

Cap. 3. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est, fol. 102. col. 1.

Cap. 5. Mandata eius grauia non sunt, fol. 406.

Ex D. Petr. 1.

Cap. 1. In quem desiderant Angeli prospicere, fol. 303.

Cap. 2. Sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo: lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, &c. fol. 231. fol. 235.

Et ipsi tanquam lapides viui super ædificamini in habitaculum Dei, fol. 516.

Cap. 5. Neque vt dominãtes in cleris; sed forma gregis facti, fol. 496.

Ex Apocalipsi.

Cap. 1. Noli timere: ego sum, primus, & nouissimus viuus, & fui mortuus: ecce sum viuus in sæcula sæculorum, fol. 88. colum. 1.

Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit: neque luctus, &c. fol. 95. col. 2.

Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum, &c. fol. 359. col. 2.

Cap. 2. Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, fol. 260.

Habeo aduersus te quod charitatẽ tuam primam reliquisti, fol. 406.

Sin autem venio tibi, & mouebo cãdelabrorum tuum, &c. fol. 410.

Memẽto vndè excideris, & age pœnitentiã, & prima opera fac, fol. 549.

Vincenti dabo manna absconditum, folio. 604.

Cap. 3. Esto vigilans: & confirma cætera, quæ moritura erant, nõ enim inueni operatua plena coram Deo meo, si ergò non vigilaueris veniam ad te tanquam fur, fol. 30. col. 1.

Sed habes pacua nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt, folio 249.

Cap. 4. Et in circuitu sedis sedilia viginti qua- &c. fol. 550.

Et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro, & quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas, &c. 374. col. 2.

Cap. 5. Ceciderunt corã Agno habentes singuli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, fol. 414.

Redemisti nos in sanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & natione, &c. folio 487.

Cap. 6. Et cum apperuisset sigillum quartum audiui vocem quarti animalis dicentis veni, & vide: & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, &c. fol. 149. col. 1.

Ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcũ, & data est ei corona: & exiuit vincens, vt vinceret, fol. 320.

Cap. 9. Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram: & data est ei clauis putei abyssi, fol. 88. colùm. 1.

Cap. 10. Accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce: & cùm deuorassem eum amaricatus est venter meus, fol. 172. col. 1.

Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari vẽtrem tuũ: sed in ore tuo erit dulcedo tanquam mel, fol. 387. col. 1.

Cap. 11. Et iratæ sunt gẽtes, & aduenit ira tua, fol. 130. col. 2.

Cap. 12. Corona duodecim Stellarum, fol. 178. col. 2.

Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo, & proiectus est Draco ille magnus, &c. fol. 255.

Angeli præliabantur cum dracone, &c. fol. 564.

Væ terræ, & mari: quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, fol. 576.

Cap. 14. Primitiæ Deo & agno: fol. 62. colum. 1.

Mitte falcem tuam acutam, quia venit hora, vt metatur, fol. 305.

Ecce agnus stabat supra montem Sion, & cũ eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, &c. fol. 527.

Et audiui vocem de cœlo, tãquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem, quam audiui, sicut cytharedorum citharizãtium, in cytharis suis, fol. 537.

Cap. 17. Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas; cum qua fornicati sunt reges terræ, &c. fol. 90. col. 1.

Cap. 18. Et flebunt, & plangent se super illam Reges terræ, qui cum illa fornicati sunt cum viderint fumum incendij eius, fol. 4. colum. 1.

Cap. 19. Audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum dicentium alleluia: quoniam regnauit Dominus, fol. 203. col. 1.

Cap. 21. *Abstergẽt Dominus omnem lacrymã ab oculis eorum, fol. 40. col. 1.*
Ego Ioannes vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de cœlo, fol. 163. col. 1 & fol. 164. col. 2.
Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem, nouam descendentem de cœlo adeò paratam, &c. fol. 447.
Ecce tabernaculum Dei cũm hominibus, & habitabit cum eis, &c. fol. 587.
Cap. 2. *Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam chrystallum procedentem de sede Dei, & agni: ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses singulos, folio 227. colum. 1.*

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM SELECTIORVM.

A

Abiectus.



BIECTOS homines facile contemnunt alij fol. 114. col. 2. Nihil abiectius Principi viro, quam ad inferiorum pedes obuolui, fol. 115 col. 2. *Abnegatio.* Abnegatio perfecta mũdialium bona multiplicat, fol. 518.

Absalon.

A comis peremptus, fol. 57. col. 2.

Absentia.

Nec minimam à Deo habeant, qui animarũ tractant salutem, fol. 344. In absentia etiã præceptoris, quis virtuosus existat,, fol. 434.

Accessus.

Solus Iesus præbet nobis accessum ad patrẽ fol. 367.

Accusator.

Creaturæ apud Deum iudicem accusatores agunt aduersus homines, fol. 365.

Adolescens.

Adolescentium victoriæ apud Deum gloriosæ, fol. 488.

Adulator.

Principibus placet, fol. 74. colum. 1. Dulcia semper, & mollia meditatur, fol. 76.

Adulterium, Adulteri.

Adulteri minime reprehensionem sustinent fol. 46. col. 1. Adultera lethalis viro suo, fol. 139. col. 1.

Ærumnæ, vide labores, afflictiones.

Ærumnæ omnes inter cœlestes glorias momentaneæ videtur, fol. 40. col. 1.

Affectus.

De affectu nostro nascitur difficultas in operibus virtutum, fol. 386. & 387. Affectus odij trucior, fol. 46. Proprios affectus caueat, qui veritatem cupit, fol. 81. colum. 1. A carnalibus affectibus exutus quis, facile se diuinis ingerit, fol. 81. colum. 2. Affectus ad aurum damnationem parit, folio 90. col. 1. Diuina promissa impedit, fol. 91. col. 1. Affectus misericordiæ potens, fol. 100. col 2. Rerum temporalium affectus dolos parit, fol. 170. col. 1.

Afflictio, Afflictus.

Afflicto ne augeas afflictionem, sed illum solare, fol. 52 col. 1. Solus Deus afflictos humaniter tractat, fol. 35. Afflictiones terrenæ euanent inter cœlestia gaudia, fol. 40. Afflictio diuinum auxilium rapit, fol. 50. Afflictos Deus consolatur, fol. 95. col. 1. Afflictiones fœlices, vbi sordes vitant, folio 47. Patienter habitæ efficaces ad impetrandum, fol. 49. col. 1.

Earum tolerantia præstantior alio facinore, fol. 51. col. 1. In earum tolerantia Dei natura quasi visibilis exhibetur, fol. 51. col. 2. & 52. col. 1. Afflictio parit gloriam iusto, fol. 524. Ærumnæ nos faciunt Angelis superiores, fo. 61. col. 1. Exteriores corporis afflictiones indices sunt interioris virtutis, fol. 547. Vide Ærumnas, Labores, &c.

Ambitio.

Potens est, vel totum orbem inficere, folio 255. col. 2. Crudelissima, 340. & fol. 531 Quem extulit, misere deijciet, folio. 316. Vt ipsa fulgeat, vel omnium morte procurabit, fol. 532. Interiores virtutes, vt quæ ab ambitione securiores, tenendæ, folio 577.

Amasia.

Quamlibet iniustitiam Amasia extorquet, fol.47.col.1.Amasiæ laudes inania vocabula,fol,87.col.2.

Amicus, Amicitia.

Prius amicis consulere petit charitas, folio 149.col.2.& fol.408. Nulla est amicitia,quæ sibi alterum præferri patiatur,folio 248.col.2. Nullus inter mundiales amicus,qui pro religiosis stet,fol.258. colum.2.

Amicitiam Dei,vt assequaris, proximorum esto amicus,fol.409.Vbi amicitia nō valet,longa prece vix exaudiris.fol.511.

Amor Dei, Amator.

Vbi verus Dei amor,nihil præter Deum amatur,fol.381 Eam in nobis componit mansionem,vt in illa videatur iuuenescere Deus,fol.384.Sapientissimas de Deo gignit cognitiones,fol. 388. Non timet mortem,ied amplexatur, fol.394. Amor filialis Dei semper pacē profert,fol. 102. col.2.In amatoribus suis Deus,vel verbu lo inamissibilem gratiam solet causare,folio 384.Etiam feruidos Dei amatores in exitu vitæ remoratur diuinorum mandatorum contemptus,fol.395. Ex amore Christi diuitias contemnere laudatissimum est,fol.92.col.1.Vide Affectus, & Charitatem.

Amor Proximi.

Eum amorem proximis præstare debemus, quem Deus nobis,fol.404. Proximorum operibus in dignoscendis multus est Iesus,fol.405.Id tuum reputa, quod amori proximorum impendis, fol. Verus amor proximi præfert amicus inimicis, domesticos extraneis,fol.408. Diuina sibi mysteria manifesta experitur, fol. 410. Vbi ille est,ibi charitas,& lux, fol. 439. Non solum tua,sed te ipsum proximis impendet,fol.610. Vide lib.14. cap. per totum.

Amor carnalis.

Importat ruinam animæ,fol.525.

Angelus.

Angelus,& plusquam Angelus Ioannes est, fol.61.col.1. Angelis superiores nos faciunt ærumnæ,fol.61. Qui mundo renuntiat,Angelorum colloquio dignatur, 168.col.2.Angeli boni bona, mali mala enuntiant,fol.75.col.2.

Anima.

Hominum animæ fame perduntur, fol.92. col.2.Stultorum anima vacua, & inanis, fol.187.col.1.Vbi de animæ damnatione agitur, omnia temporalia disparent, fol.243.Animæ salus à Deo,fol.244.colum.2.Ad illius salutem reseruat Deus, quæ illi dederis,fol.242.Eius saluti obest procrastinatio fol.363.Eius saluti consonum non differendum,fol.363.Eius virtus præ omnibus æstimanda,fol.401. Eius salutem peragi,maius opus est, quam mortuos suscitare,fol.442.Eius ruinam importat indulgētia carnalis,fol.525.Eius salutis indices sunt corporis afflictiones,fol.547.Quæ ad Christi vocem exurgit,de eius ouibus est,fol.536.Eius salus in omni oratione exquirēda,fol.509.Eius salutem quandiù præ oculis habeas,fere in expugnabilis eris,fol.494. Animabus pascendis occurrere,regalissima virtus est,fol.485.

Animarum fructum,qui quærit in peccatoribus nō semper illis instet,fol.412. Nec momento separetur à Domino, fol. 399. In animabus impiorum Dei verba vacua, fol.385.Animarum negotium non tractandum,nisi post multa superata bella, fol.557.

Animus.

Animus Christianus in facinoribus suis solos Dei oculos amet, fol. 589. Infirmus non statim in fortissimis virtutum operibus exercēdus,fol.582.Elatus in casu fuu ditus perditur, humilis vel in casu proficit,fol.523.Celsi,& regales, animi nullo sic tanguntur,vt nominis claritate, folio. 70.col.2.fol.599.Animus curis terrenis liber,statim ad cœlestia ascendit,fol. 82. col.1.Ad labores paratus,omnes contemnit,fol. 52.col.2.& fol.51.col. 1. Etiam robustissimus frangitur ad regalium cinerum conspectum,fol.114.col.1.Et castissimus retadartur fœminarum conspectu, fol.137.col.2.

Diuinus capitur misericordiæ affectu, fol. 110.col.2.Sosus diabolico furore obduratus sese præcipitat in Iesu oculis, folio 590.Animi constantis virtus ad se omnes trahit,fol.522.

Antecessor.

Quod antecessoribus euenisse noueris,idem ex mundo expecta,fol.106.col.1.

Aptitudo.

Aptitudo naturæ spectanda in his, quibus munus aliquod committitur, fol. 568.

Asperitas.

Asperitas vitę hominem in virtutibus suauiter confirmat, fol. 572.

Arma.

Arma omnia assumenda aduersus voluptatem, fol. 594.

Arrogantia.

Arrogantiæ vitium stultissimum, fol. 253. col. 2.

Auaritia, Auarus.

Inter auaritiæ laqueos nil nisi asperum expectandum, fol. 42. col. 2. Auaritia maledictionis, & damnationis causa, folio 90. col. 1. Falsitatis socia inseparabilis, folio 265. col. 2. Promissa diuina impedit, fol. 91. col. 1. crudelissima est. 540. Mentem retrahit ne videat cœlestia, fol. 328. In viro Ecclesiastico turpissima, fol. 497.

Aula, Aulicus.

In Aulis nil citius occurrit, quam disidia, præliа, fol. 517. Aula regum vestiariū est mundialis comediæ, fol. 58. col. 1. In ea mendacium prævalet, fol. 73. colum. 1. Aulici regum affectus induunt, folio 73. col. 1.

Aurum.

Suos amatores excæcat, ne cœlestibus inhiēt fol. 328. In illo mors, & sepulchrum, fol. 181. Illum contemnere ob Iesum gloriosum est, fol. 92. Fere non est damnatio, vbi aurum non est, fol. 90. col. 1. Diuina impedit promissa, fol. 91. col. 1.

Authores.

Diuersa authorum placita valde conducūt ad fidem propagandam, fol. 552.

Auxilium.

Diuinum præsto adest in necessitatibus, fol. 25. col. 1. Solius Dei est opportunū auxilium præbere, fol. 35. Dei auxilium adest laborantibus, fol. 50. col. 1.

B

Beatitudo.

A Beatitudine alieniſsimæ infirmitates, folio 40. col. 2. Eius priuatio morte æterna acerbior, folio 43. In ea nihil nisi delectabile, fol. 44. colum. 2. In illā octo vijs itur, fol. 89. In ea non omnes beati habēt diadema regni, fol. 93. col. 1. Ad illam peruenitur per deuictas difficultates, fol. 305 col. 2.

Bellum.

Cum bonorum temporalium hæreditate nō pax, sed bella, fol. 390. In aulis nil citius quam bella, fo. 517. Duriſsima manent iustis tempore mortis, fo. 393. Non nisi post multa superata descēdas in animarum negotia, fo. 557. Oues Christi, nec inter bella pacem amittunt, fol. 564.

Benedictio.

Ad benedictionem cœlestem impetrandam plurimum valent sacræ vestes, fo. 59. colum. 2.

Beneficus, Beneficentia.

Beneficentia in pauperes regno digna, fol. 38 col. 1. Sine illa firma bonorum possessio non fundatur, fo. 37. col. 1. Ipsa triumphum agit, fo. 39. Quæ diuina, immensa est, fo. 88. col. 1. Beneficus mēsura careat, fo. 122. Illum omnis laudat Ecclesia, fo. 37. col. 1. Illa beneficentia Christiano digna, quæ prius in propinquiores, fo. 567. Ex Maria habet Iesus beneficentiam mādare in hostes, fo. 146.

Beneficium.

Beneficia diuina cumulatiſsima, fo. 34. col. 2. Etiam in ipsis pœnis sunt, ibidem. Deitatem hominibus ostendunt, fo. 35. col. 1. Plura in misericordes, fo. 36. col. 2. Deū cognoscī faciunt, fo. 53. col. 1. Laudari debent, fo. 76. Illa in primis, quibus quis in salutem asseritur, multis alijs pereūtibus, fo. 587. Pro beneficijs non fit retributio ab hominibus huius sæculi, fo. 82. col. 2. Beneficia sine mensura conferenda, fo. 122. col. 2. Inimicis dum conferuntur, triumphat Christianus, fo. 45. col. 2. Multa beneficia nobis paternus Dei amor impertitur, fol. 190. col. 1.

Benignitas.

Quidquid benignitate plenum est, in Iesu est, fol. 370.

Bona.

Sola quæ æterna sunt, vere censentur esse, fo. 361. Vera, & plena in Christo quærenda, fol. 396. Vbi Iesus intercedit plena, & integra, fol. 452.

Quæ à Deo in homine laudantur vera, & permanentia, fol. 87. col. 1. Bona sua propria mansuetudo habet, fol. 93. Bona habet Deus in promptu, vt hominibus largiatur, fol. 180. col. 1. Nemo ex bonis externis cognoscitur, fol. 220. Bonis abundat, qui similis Deo est, fol. 51. Omnium possessionem per eleemosinam acquirimus, fol. 37. col. 1. Quæ Ecclesiastica sunt, non habeantur, vt propria à Prælatis, fol. 463. Quæ ad animam spectant præ alijs æstimanda, fol 401. Quæ futura sint bona, prænuntiat legum obseruantia, fol. 198. col. 1.

Bona æterna

Dum æterna seruantur, temporalium iactura parua est, fol. 440. In solis æternis, & diuinis bonis non est seruitus. in alijs maxima, fol. 468. Æterna spectans, omnia sibi ad cœlum patentia inuenit, fol. 470. Cœlestia bona ad virtutum opera impelluũt, fol. 192. col. 1. Illorum spes, quasi possessio, fol. 573. Illis non spoliabitur, qui primus in se insurgit, fol. 526. Illorum meditatio potens est illa efficere, fol. 352.

Bona temporalia.

Ea solet etiã Deus largiri sectatoribus Christi, fol. 438. Quæ in Christo acquirimus salutem halant, fol. 539. Illorum abnegatio omnia multiplicat, fol. 518. Occasiones sunt perditionis, fol. 574. folio 530. Suos amatores præcipites agunt, fol. 23. col. 2. Cœlestem benedictionem impediunt, fol. 90. Non sufficiunt homini, fol. 99. col. 1. Æternis comparata nihil sunt, fol. 152, & 361. Dolos, & fallacias pariũt, fol. 170. Non ad thesaurum, sed ad sepulchrum pertinent, fol. 180. col. 1. Eorum iniusta acceptio ruinam etiam temporalem parit, fol. 323. Quo leuiora eò magis contrariantur solidis, fol. 397. Eorum iactura parua, si maneant æterna, fol. 440. Illis renuntiatis ostenditur diuina origo, folio 458. Contemnuntur facile visis Christi laboribus, fol. 417. Illis contentis iam nullum habes inimicũ, fol. 407. Qui sola illa in Christo quærit, insanus est, fol. 396. Illorum hæreditas bella, & lites, fol. 390. Illorum scientia obstat cognitioni diuinorum, fol. 363. Eorum solicitudo turpissima in Ecclesiastico, folio 497. Illorum cupiditate corrumpitur ministerium veritatis, folio 563. Sine illis aptiores ministri Euangelici, fol. 498. Eorum finẽ, qui respicit, fælix est, fol. 483. Vide Auaritia, Aurum.

Bonum.

Præstantissimum omnium bonum cum Iesu esse, fol. 528.

Bonus.

Nemo bonus, sine virtutibus, quæ ostendũt, qualis quis sit, fol. 425. Durissima persecutio, quæ à malis simul, & bonis venit, fol. 425.

Bruta.

Bruta animalia in Deo cognoscendo minus nequiora, quam homo, fol. 456.

C

Calamitas.

Calamitatibus alienis nemo bonus sua gaudia nutrit, fol. 597. Vide Labor, Afflictio, &c.

Calumniator.

Calumniatores fugiendi, fol. 147.

Cantus.

Diuinis cantibus non demulceri summa est peruersitas, fol. 67. col. 1. Eorum suauitas sacræ legis obseruantiam mentibus ingerit, fol. 67. col. 2.

Caro.

Carnis indulgentia ruinam parat, fol. 525.

Carcer.

Hoc præstat carcer Christi asseclis, vt voluptatum caueant simulacra, fol. 48. Carcerem aperuit Pauli catena, fol. 50. col. 1.

Casus, cadens.

Casus Principum plurimum valeat ad commonendos homines de infirmitate, folio 113. col. 2. In casu funditus perit elatus animus, humilis proficit, fol. 523. Casum certissimum affert dignitas, quæ à Diabolo, fol. 500. In cadentes de culmine omnes insurgunt, folio 592. & folio 114. colum. 2.

Castitas.

Quantum castitatis, tantum splendoris, fol. 472. Castitatis nihil non expeditum, & pennatũ, fol. 473. Lucidissimis partubus fœcunda, fol. 457. Acuit mentis oculos, vt Deum videant, fol. 101. col. 2. Illam offendit vel fœminarum conspectus, folio 137.

Cathedra D. Petri.

Est perse salutaris omnibus, & vitam halans fol. 310.

Causa.

Raro non iniuste agitatur causa, quam per ministros iudex tractat, fol. 346.

Charitas.

Charitas in Deum semper pacem parit, fol. 102.col.2. Charitatis ordo prius amicis fauet, fol.149. fol.408. Charitatem habere non censemur, quam testatam non facimus, fol.263.col.2. Vbi vera, nihil præter Deum æstimatur, fol.381. Ea, facit in nobis Deo mansionem, vt ibi videatur Deus quasi iuuenescere, fol.384. Diffusa in nobis sapientissimas de Deo gignit cogitationes, fol.388. Præstantior charitas prouidere propinquis, fol. 510. folio. 408. Vbi charitas deest, cæteræ virtutes abeunt in corruptionem, fol.548. Qui illa tenetur, non timet mortem, fol.394. In eius operibus in nobis dignoscendis multus est Iesus, fol.405. Illud habes tuum, quod est opus charitatis in proximos, fol. 406. Charitate fraterna comparas Dei amicitiam, fol.409. Hæc diuina sibi mysteria inuenit manifesta.410. Claritatem habet, & lucem, fol.439. Quàm nobis Deus exhibet charitatē, proximis exhibeamus, fol.404. Fraterna charitate pollentes eliguntur, vt Christum gentibus annuntiēt, fol.551.

Chorus.

Chorus Societatis Iesu qualis sit, fol.283.

Christus.

Christus sic curat suorum infirmitates, vt illas in se exprimat, fol.355. Solus ostendit Deum patrem, cætera iudicem, fol. 365. Vbi moritur, Pater accurrit præsentissimus, fol.371. Quidquid ipse est hoc facit, quod sint adhærentes sibi, fol.40. Eò tendit, vt nos a mundo abducat, fol.417. Nō potest no patere in hominibus iustis, fol. 418. Acceptas habet iustorum lacrymas, quibus honoratur, fol.444 Vbi non rogatur pro saluadis hominibus, quasi mortuus est, fol.451. In humilitate fundauit regnum cœlorum, fol.470. Vbi Christus est, ille accedit, qui sustinet eius crucem, fol.527. Glorioſior est, in toletantia passionum, quàm in mortuorum resurrectione, fol.52.col. 1. Non perfectè habetur, nisi per plurium sanctorum imitationem, fol.76.col.2. fol.483.col 1. Quolibet pœnitentiæ opere mouetur, fol. 202. col.2. Omnia nobis fit, fol.127.col. 2. Nescit partita dona, fol.233.col.1.

Christi verba aduersus vitæ tempestates homines muniunt, fol.342. Eius benignitas in homines, asylum inexpugnabile 359. Eius opes, vel ingentia promissa explent, fo.376. Eius thesaurus supra fidem præstitam, ibidem. In eius donis nunquam infima sunt, quæ super effluunt, fol.377. Eius spiritus propria, simplicissima veritas, aliena simulatio, fol.377. Eius in cōspectu nullum tempus, non breuissimum, fol.381. Eius labores efficaces ad cōtemnenda mundialia, fol.417. Eius Ecclesiam percutit durissima persecutio à malis, & bonis simul, fol.425. Eius ab spiritu venit posse multis gratū esse. fol.487. Eius spiritus nō alijs tradit ministerij sui onus, sed ipse portat, fol.513. Eius sub cruce gloriantes nihil non nouū, & sublime meditētur, fol.514. Eius ad vocem, qui exurgit, de ouibus est, fol.436. Eius sectatoribus tēporalia etiā largitus Deus, fol. 538. Vbi Christi res agitur, ibi persecutio, fol. 555. Eius seruis gloriam afferunt fastuosæ altitudines contritæ, eius in morte maximæ gloriæ fulgent, fol.609. Eius à cruce cœlestium Principum natales, fol.612. Eius crux salutaris, fol. 16. colum.2. Eius passionis signa impios in iudicio torquebunt, fol.17.col.1. Vel eius verbum sufficit ad omnium salutem operandam, fol. 26.col.1. Eius gloria magna, quod ad eū ex omnibus gentibus concurrant, fol.33. col.1. Eius gloria pristinas omnes abolet egestates, fo.40. colum.2. Eius solicitudo pro suis non cessat vsque in regenerationem sanctorum, fol.44.col.1. Eius sequela ab ipso vocante oritur, fol.45. colum. 1. Eius deitas apparet in vinculis sanctorum, fol.51.col. 2. Eius ministri gloriosum reputant, sine stipendio omnibus esse salutares, fol.70.col.1. Eius imperium pace stabilitur, fol.85.col.1. Eius Ecclesiam, qui ignorat inexcusabilis, fol. 121. Eius cōmunium nulli deficit, fol.210. col. 2. Eius assecla dum se vincat. Cætera omnia de victa inuenit, fol.241. Eius in regno solo, verè magni sunt viri, fol.249.

Christo, qui se addixit, nil vltra requirit, 344 Ei obedientis orationem citissime exaudit Deus, fol.455. Eidem quod dederis, solum habebis, fol.573.

Christum habentibus solis ostendit Deus faciem, fol.367. post ipsum passum habemus, vbi à iaculis protegamur, folio. 415. Vnum in se Christū referat Christianus, fol.417. Eūdem habentibus omnia clausa aperiuntur, fol.533. Quæ Christū respiciunt opera omnium prestantissima, fol. 208.col.2. Christum in Eucharistia, qui non honorat, Iudæ similis, fol.218.col.1. Ob Christum, qui patitur, eo ipso innocens ostenditur. fol.240.col.1.

In Christo omnia habentur perfectissime, fol.295 A Christo, qui deuiat, vere nec

est,nec viuit,fo.364.Qui in Christo quærit leuia,& vilia insanus est,fol.396.Indè operis præstantia,quod pro Christo fiat, fo.406.Cùm Christo esse præstantissimũ bonum est,fo.528.In solo Christo possunt nobis abundare gratiæ,& donationes,fol.542.

Christianus.

Verus Christianus vnum Christum in se refert,fo.417.Intimis animi virtutibus plus fidit,fo.334.Beneficentiam, in coniunctiores prius exercet,fol.567.Triumphat benefaciens inimicis,fo.149. col.2. Studet,quod pauci in illum peccent,fo.260.

Clades.

Clades iustorum iucundissimum impijs faciunt spectaculum,fo.445.

Claritas.

Claritas nequit non esse vbi est vnitas, & cõcordia,fol.439.Claritas in castitate est, fo.472.Claritas nominis regales animos maxime afficit,fol.599.

Claustrum.

Claustra omnia patent habenti Christum, fo.532.

Cœlum,Cœlestia.

Cœlestia meditantibus nihil nocent mundiales laquei,fo.427. Cœlestia spectans, omnia ad cœlum patẽtia inuenit,fo.470. Et fere imperturbabilis est,fo.471. Vide Beatitudo.

Cognatio.

Apud cognationes carnales spiritus Dei male audit,fo.300.

Cognitio.

Cognitio perfecta de Deo generatur à charitate,fo.388.Cognitio propriæ naturæ vires tribuit apud Dei tribunal,fo.13.colum.2.

Colloquium.

Colloquijs hominum familiaris Deus post Iesum,fol.389.

Comessationes.

Comessationes pariuntiras, & crudelitates, fol.501.

Commoditas.

Commoditas transiens quasi nihil, fol.361. Propria communi postponenda,fo.462.

Compassio.

Ex cõpassione iusti orta tristitia melior est, qua mundi gaudia,fol.446.

Concordia.

Vbi est illa,ibi & claritas,& lux,fo.539.Deo multum placet,fo.272.Qui illa eminet,aptus ad publicandum Euangelium, fol. 551.

Confessio.

Humilis delictorum celerrimam misericordiam consequitur,fol.549.Quæ non oritur à corde humiliato,nihil prodest, fo. 550.

Coniugium.

Inter coniuges,nec vmbram dissidij Deus causat,fo.301.Cõiugalis amor filiorum causa nutriendus,fo.140.

Conscientia.

In quouis malo intolerabilis est conscientia timida scelerum,fol.12.col.2.

Conspectus.

Conspectus Iesu abiectus, efficacissimus ad persuadendum,fol.387.Fœminarum cõspectus nocens,fol.137.

Consolatio.

Quas Iesu consolatio abstergit lacrymas, puta fæliciſsimas,fol.95.col.1.

Constantia.

Constantis animi virtus omnium corda trahit ad se,fol.522.

Consuetudo.

Laudabilis in pueris induendis religioso amictu,fo.59.Velut altera natura, ibidem.

Contemptus.

Contemptus diuitiarum ex Christi amore glorioſus,fol.92.col.2.Contemptus diuinorum præceptorum etiam seruidos Dei amatores pũgit in vitæ exitu,fo.395.Nec de minimis virtutibus dandus,fo.99.colum.2.

Contumelia.

Contumelijs,qui nescit parcere, impudentissime extollitur,fol.283. Illis superiores sunt religiosi,fol.286.Inter illas patebit,quis fueris,fo.287.

Conuiuium.

Vniuersa conuiuia vilescunt comparata ad Christi conuiuium,fo.210.col.2.

Conuitiator.

Iustorum conuitiator non abscondetur ad suplicium.

Cor.

Indignoscendis hominum cordibus euidens fit diuina virtus,fol.461. Confessio à corde non humiliato vana,fol.550. Habenti in corde Christum omnia patescunt,fo. 532.

Corona.

Ad coronam vocantur solum digni,fo.129 col.1.

Corpus.

Corporis mollis cultus Regibus fatalis,fol. 57.col.1.

Correptio,corripere.

Correptio sit moderata,fol.110.col.2.Quo mollior,

mollior,& blandior, eo solet esse efficacior,fol.261.Qui corripit caueat,ne exasperet magis,fol.111.col.1. Tunc corripienti tribuitur,salus peccatoris, quando leniter,& mansuete corripuit,fol.262.colum. 1.

Creatura.

Creaturæ omnes ostendunt Deum iudicem, fol.365.Illis verecundum est fuisse scandalum ad peccádum,fol.4.col.2.In creaturis tantum sunt signa humanæ perditionis,non causæ,fol.7.col.1.

Crimen.

Maximis criminibus citissime inferendum supplicium,fol.264.

Crudelitas,crudelis.

Crudelitas,& iræ à comessationibus, & cõpotationibus,fol.501. Crudelitas auaritiæ,fol.540.Item iactantiæ,fol.340.Item luxuriæ,fol.45.col.2.& 46.col.2.

Crux.

Crux Christi securos reddit iustos inter iudicij discrimina,fol.16. col.1. Prosperitatis auspicium,ibidem. Ad omnia impetranda valet,fol.49.col.1 Nos Christo fidere,& adhærere facit,fol.306. Eius gloria ex congregatione electorum, fol. 34. colum.1.Qui eam non refugit, ad locum in quo est Christus,ascẽdet,fol.527. Sub cruce,qui gloriantur,nil non nouum, & sublime meditentur,fol.514.Eius de mũdo abnegationem qui ostendit, maximo eget labore,& sumptu,folio 513. A Cruce cœlestium Principum natalitia, folio 612.

Culpa.

Etiam in patentissimis culpis,non sunt maxima scelera præsumenda de proximo,folio 415.

Cultura.

Culturam animarum bene tractat,qui mille prius sustinuerit conflictus pro virtute,folio 557.

Cupiditas.

Cupiditas rerum temporalium prorsus corrumpit ministerium veritatis, folio. 563. Cum illa non potest esse pax,ibidem.

Curia.

In Regum curia mendacium semper præualet,fol.73.col.1.

Custos.

Custos magnorum bonorum est mors,fol. 291.

D

Damnatio,damnatus.

DAmnati cruciantur aliorum fœlicitatis memoria,fol.22.col.1. Solitudine cruciabuntur,ibidem.Maximum illis malum Dei visione priuari,fol.42.col.2. In eo quo peccarunt,torquentur,fol.42.colum.2.Summa miseria,quod inter tot electos damnentur,fol.43.col.2. Magna in fœlicitas in damnatis, quod de sub pedibus pauperum videant,fol.115.col.2.Penè non est damnatio,vbi aurum non est, fol.90.col.1. Certam habet damnationẽ iracundus,fol.128.col.2. In libidine nil non damnationi proximum,fol.137.col.2. Vbi de animæ damnatione agitur, disparent temporalia commoda,fol.243.colum.2.

Damnum.

In cuiusuis peccato cæteri damnum timeant fol.357.

Deliciæ.

Deliciæ carnis important ruinam animæ,folio 525.

Dementia.

Dementia summa est non vincere propter diuinas,quas difficultates superamus propter temporalia,fol.205.

Desolatio.

Desolatio,& solitudo torquebit impios,folio 378.

Deus vide Christus.

Nil nisi salutem hominum adhuc in ipsis signis,& portentis meditatur Deus, folio 6. colum.2.Dei potestas non in morte, sed in salute hominum effulget,fol.7.col.1. Dei iudicium etiam sanctissimi viri metuunt,fol.13.col.1.Deus vt puni,atalienũ habitum sumit,fol.20.col.1.Deus in virgine nil,nisi propitium meditatur,fol.20. col.2.Præmonet peccatores,vt sese ad tutum recipiant, & effugiant iræ diuinæ iaculà,fol.21.column.1. In desperatis diuinum auxilium præsto adest,fol.25.col.1. Dei verba efficacissima,fol.26.col.1.Dei gratia æqualem ex se in omnibus effectũ habet,fo.28.col.2.& fol.29.col.1.Quos Dei iustitia facit inæquales,æquat gratia ibidem.Nulla est securitas vbi Dei gratia deest,fol.29.colum.2.Omnia Deo,vt Domino tetribuenda sunt, si vis fœlicitatem consequi,fol.36.colum 2. Etiam reproborum honori consulit,fol.31.col.1.Non Deo,sed sibi ipsis nocent peccatores,fol.32.col.1.& fol.33.col.etiam 1.

Deus in supplicijs contractior, largior in beneficijs, fol. 34. col. 2. In ipsis pœnis suę beneficentiæ non immemor, ibidem. Proprium Dei est benefacere, fol. 35. col. 1. A solius Dei infinita potentia prouenit, vt afflicti, & despecti homines benè habeant, fol. 35. col. 1. Deus omnibus bonis cumulat misericordes, fol. 36. co. 2. Deus nullum bonum impræmiatum relinquit, fol. 38. col. 1. Deus ita remunerat nostra opera, vt omnium moleſtiarum temporalium vestigia prorsus, deleat, fol. 39. colum. 2. Dei regione damnat; carentes eo atrocius cruciantur, fol. 42. col. 2. Absentia Dei lacrymas ciere debet, fol. 42. col. 2. Deus diligenter quærendus est, fol. 48. col. 2. Nunquam afflictos, & laborantes deserit, fol. 50. col. 1. Hominum peccata sua fuga vitare conatur, ibidem; colum. 2. Vltimus bonorum omnium finis similis Deo esse, fol. 51. col. 1. Deus in Iesu humanissimus, & facillimo negotio accessibilis omnibus illis, qui amico accedũt animo, fol. 52. col. 2. Deus non est acceptor personarum, ibidem. Virtutem in teneris annis receptam maxime commendat, fol. 56. col. 1. Nullum opus impræmiatum relinquit, fol 60. col. 2.

Dei dona semper præstantissima, fol. 66. colum. 1. Cui Dei manus fauet nil non miraculosum operatur, ibidem, col. 2. Deus in præmiado largissimus, fol. 69. col. 1. Deo magis placent laudes, quam victimæ, fol. 71. col. 1. Quasi timet Deus sui nominis laudi, ibidem. Dei præsentia incrementũ virtutis petit, fol. 77. colum. 1. Abscondit Deus à sapientibus, quæ paruulis manifestat, ibidem. col. 2. Id apud Deum quisque est quod operibus exprimit, fol. 86. col. 2. Bona, quæ Deus in homine laudat vera, & permanentia sunt, fol. 87. col. 1. Deus non patitur, quod homines parum fidant immensæ eius liberalitati, fol. 88. col. 1. Deus, & promittit, & donat simul, ibidem. Deus omnia sua bona large profundit, ibidẽ col. 2. Promissa Dei impletiũ impedit, fol. 90. col. 1. Deus semper consolatur afflictos, fol. 95. col. 2. Vbi Deus abest non cẽsetur vita, quæ sine Iudu est, pag. 96. col. 2. In ijs qui ad Deum spectant potẽtissima est misericordia, fol. 100. col. 2.

Deum facile vident oculi casti, fol. 101. col. 2. Charitas in Deum semper pacem profert, fol. 102. col. 2. Dei odiũ excitat, qui semel acceptam virtutis viam relinquit, fol. 108. col. 1. Nullis in Deum contumelijs scit parcere furor iræ, fol. 131. col. 1. Quo quis Deo propinquior, eo magis fraternæ vnionis amator, fol. 182. colum. 2. Deo nihil offerendum, quod non sit omni ex parte perfectum, fol. 133. col. 2. Dei nominis vsurpatio in iuramentis cauta, fol. 140. col. 2. Dei nominis profanatio lethalis est homini, fol. 141. col. 2. In hoc Dei filius ostẽditur, quòd illatas sibi iniurias patiatur manifestari, fol. 149. col. 1. Si Deus in tuis operibus videatur securus sis, fol. 155. col. 1. Deus solus veræ lætitię auctor est, fol. 173. col. 2. Deum allicit, qui in virtutis progressu ædificat, fol. 174 col. 1. Præstãtissimum hominis decus suã laudem à Deo solo quærere, fol. 177. col. 1. Deus æqualiter ad merita largitur præmium; fol. 179. col. 1. Solus Deus largissimus est in beneficijs conferẽdis, fol. 180. col. 1. In Deo esse totum hominem facit spes, fol. 285. col. 1. Deo placita non exequuntur huius sæculi diuites, ibidem. colum. 2. Dei solicitudo, & cura omnem humanam curam superat, fol. 189. colum. 1. Omnia bona nobis per diuinas manus aduenium, fol. 190. col. 1. Qualiter Deus vindictam sumat, fol. 192. col. 2. Deus antequam beneficia largiatur nos laboribus probat, fol. 196. col. 1. Sẽper ab eo, quid melius est obtinemus, fol. 197. colum. 1. Quidquid Deus assumit hominibus salutare est, fol. 208. col. 1.

Deus non deserit, nisi prius deseratur, folio 215. col. 1. Nihil est, quod non sit forte, si Deum respicias, fol. 218. col. 2. Deus post Eucharistiam nobis datam mortis damnationem delere tenetur, ol. 223. colum. 2. Ex quo parauit Deus nobis mẽsam in deserto huius vitæ tenetur, & in patria facere similiter, fol. 225. col. 2. Deo gratissima, quæ pro virtute pateris, fol. 239. col. 1. Quod Deo dederis ad salutem animæ reseruat, fol. 242. col. 1. A solo Deo est animæ salus, fol. 244. col. 2. In Dei regno non tam nominis hæredis, quam virtutis opus æstimatur, fol. 251. col. 2. Summe magnus apud Deum, qui apud se est humilis, fol. 252. col. 1.

Deus supplicijs suis toleratiæ commonitores adhibet, fol. 254. col. 2. Nihil tam alienum à Deo, quàm suorum diuisiones, fol. 272. col. 1. Solius Dei est diuersos populos sub vno capite constituere, fol. 274. col. 2. Vel nostri corporis dispẽdio comparare debemus, quòd fratrum amor purus ad Deum ascendat, fo'. 430. Vbi Dei iudicium timetur, prorsus omnia mundialia de cora perduntur, fol. 433. Deo infensum, & odiosum peccatum infidelita-

xis præ omnibus alijs, fol. 434. Solus Dei spiritus est inter loquendum linguæ lapsum cauere, fol. 437.

Deus quasi surdus, & mortuus; vbi pro hominibus saluandis non rogatur, fol. 451. Deus nescit partita bona tribuere, fol. 452. Qui cognoscit Deum authorem afflictionem, maxime cõfirmatur, fol. 453. Deus citissime audit orationem obedientis Christo, fol. 455. Dei virtus euidens fit in dignoscendis hominum præcordijs. Solus Deus scit proprijs cedere, cum intercedit causa communis, fol 462. In Deo cognoscendo, minus nequiora animalia bruta, quam homo, fol. 456. Illi veri Dei ministri, qui familiares suos docent in vilitatis propriæ cognitionem venire, fol. 479. Veram sibi gloriam Deus æstimat, quam suis, fol. 484.

Deum vt habeas, quæuis hora, etiam postrema potest esse prima, fol, 489. In Deo primatum inuenies, & si postremus accedas, fol. 490. Obsequium præstitum Deo, vt Domino proprio molliscit, fol. 493 Quã diu ad Deum rectam habueris intentionẽ, fere inexpugnabilis eris, fol. 494. Deus ex se non solet funditus aliquem perdere, fol. 495 Magna sublimitas hominis, quod operibus suis alicui Dei nomini correspondeat, fol. 500.

Dei seruus fidelis solus dominatur omnium fol 501. Deum vindicem durissimum sentient persecutores iustorũ, fol. 502. Nullis tenebris potest Deo occultari, qui fide ad Deum orat, fol. 505. Oratio proficua, quæ Dei, & proximorum negotia agit, fol. 509. Scire filios, vel parentes perdere propter Deum, vera pietas est, fol. 512. Deus solet, etiam temporalia bona largiri sectatoribus Christi Domini, fol. 538. Dei nutum facienti nihil non facile, & peruium, fol. 559.

Deum quisquis habeat, suorum prouẽtuum authorem, ne amplius requirat, fol. 561. In Dei parentis disciplina nihil lætitiam æternam afferens potest deficere, fol. 580 Dei oculos, non hominum amet Christianus animus in facinoribus suis, fol. 589. Qui Deum occultum coluit, manifestissimum eum videbit, fol. 603. Deo placet, qui nihil, sine vero lucro spirituali ponit fol. 271.

Dei offensam timere præstãtissimi est cuiusquè, fol. 292.

Dei spiritus male audit apud cognationes carnales. Ex Dei spiritu non est, diuina præcepta aggrauari, sed emolliri, fol. 312. Vbi malum iustis infertur, & Deo ipsi infertur, fol. 338. Dei vindictam non effugiẽt, qui per hypocrisim mala proximis inferũt, fol. 339, Ipse Deus est solus, à quo futuri necessarij ad salutem sciẽtia habetur, vanissime aliunde, fol. 341.

Deus sapientibus inspirat, vt libros scribãt, & typis mãdẽt, fol. 345. Deus sęuerissimus iniuriarũ vltor, fol. 333. Deo proximus est, qui sic proximo infirmãti subuenit, vt cum illo quoque infirmetur, fol. 355. Qui vt Deum spectet, mundialibus moritur, nõ timeat peccati turbationem, fol. 355. & 358. Deus asylum est ad se confugientium, fol. 359. Maximos Deus peccatores, si resipiscant, ad suam cœlestem habitationem admittet, fol. 360. A solo Iesu habemus Deum Patrem, ab alijs iudicem, fol. 365.

Deus non ostendit faciem suam non habenti Christum, fol. 366. Nec Deus quiescit, dum homo seruus stat, & non sedet in Patris sinu, fol. 367. Si quid in Deo paternum non experiretur homo, periret, nec diem bonum videret, fol. 368. Imò nec ipsa Iesu vulnera salutem assequerentur humanam, ibidem. De Iesu venit, quod Deum persentiamus Patrem, folio 366. Nec Deus, nec virtus exaltantur, & glorificantur, vbi opera non sunt, folio. 574. Deus sic veritatem æstimat, vt etiam in ipso dæmone eam remuneret, folio 378. Vbi verus Dei amor, nihil præter Deum æstimatur, fol. 382. Amatorem suum penè inexpugnabilem reddit Deus, fol. 383. Vel Dei verbulum in amatoribus suis penè inamissibilem gratiam causat, folio. 384. Ea in ánimis nostris ex amore mansio componitur Deo, vt in illa videatur iuuenescere Deus, fol. 384. Dei verba in animis impiorum instar vacui soni habẽtur, fol. 385. Difficultas in opere virtutis non ex Deo nascitur, sed ex affectu nostro, fol, 386. & 387. Dei charitas infusa cordibus nostris sapientissimas de Deo generat cognitiones, fol. 388. Post Iesum factus est Deus familiaris hominum collo quijs, fol. 389. Deus prouidit homini requiem, & tranquillitatem imperturbabilem, fol. 391.

Deum qui amat, mortem non timet, sed libenter amplexatur, fol. 394. Deus ipse quasi sub onere gemit, dum vilia, & leuia bona in Christo quęrimus, fol. 396. Dei gladius indè suis gloriæ fructus parat, vndè oriebatur sterilitas vitiorum, fol. 397. Nec momentum seperentur à Deo, qui in animarum salute fructum quærunt, fol. 399. Solus Deus potest iram in misericordiam

diam conuertere, fol.402. Charitatem, quam Deus nobis exhibet, debemus, & nos proximis præstare, fol. 404.
Dei amicitiam, vt assequaris, proximorum te debes præbere amicum, fol.409. Solus Deus potest nos secernere ab sceleratorũ grege, fol.411. Illa oratio ad Deum est efficax, quæ non accedit vacua, fol. 414. Quem Deus Principem elegit solet illi potiora tribuere, fol.416. Pro Deo, & virtute incurrimus in odium mundi, fol. 420.

Detractor.

Detractoris linguam, nec sanctissima effugiunt, fol.71.col.1. Omnia palam manifestat detractor, fol.75.col.2.

Diabolus.

Tẽpore mortis validius præliatur, fol. 393. Eius signa nunquam salutaria, fol.7. col. 1. Nostram damnationem machinatur, fol.12.col.2. Nunquam defatigatur in intentionibus, fol, 50.col.2. Ipse author iniuriæ religiosis inferẽdæ, fol.477. Quæ ab illo dignitas venit, occasum affert, fol. 590.

Diadema.

Non omnibus sanctis in cœlis correspondet diadema regni, fol.63.col.1.

Dies.

Diem bonum non videret homo, siquid in Deo paternum non experiretur, fol. 368.

Difficultas.

In virtutis opere non nascitur ex Deo, sed ex affectu nostro, fol.386.fol. 387. Vincenda propter diuina, fol.205.col. .De victas inueniet, qui sequitur Christum, fol. 241.col.1.

Dignitas.

Non est contentiosè appetenda viris Apostolicis, fol.315. Qui ambiciosè primas occupat conculcationi proximus est, fol. 316. Dignitas, quæ à Diabolo certissimũ casum affert §60. Semper timendum in dignitate periculum, fol.597.

Dilectio, diligere.

Diligentes Deum penè inexpugnabiles sunt, fol. 383.fol.384. Eã debemus proximis, quam Deus nobis exhibet, fol.404. Dilectio proximi, sibi manifesta mysteria inuenit, fol. 548. Vide Charitas, Amor.

Disciplina.

In disciplinis tradendis humanæ infirmitatis habenda ratio, fol.317. In Dei Disciplina nil lætitiæ deficit, fol. 580. Boni pastoris disciplina in dando, non in recipiẽdo, fol.266.col.1.

Discipulus.

Discipulos doctos solus Iesus facit, fol.315.

Dissensio.

Nec inter dissensiones pacem amittit ouile Christianum, fol. 594.

Dissidium.

Deus neque vmbram dissidij inter coniuges adfert, fol.301. Dissidium inter coniuges ab aliqua furtiua leuitate alterius venit, ibidem. Venit dissium à lucris propijs, fol.464.

Diuinitas.

In comparatione diuinitatis nulla sensibilis gloria non absorbetur, fol.607.

Diuitiæ.

Diuitiarum in ordinatus appetitus maledictionis causa, fol.90. Ministerium veritatis corrumpit, fol. 563. Pacem tollit, ibidem: Vide aurum, Bona temporalia.

Diuisio.

Vbi diuisio, ibi luporum præda, ibidem col. 2. Nil tam à Deo alienum, quam suorum diuisiones, fol.272.col.1.

Doctor.

In eo defectus operum nullà eloquentià supletur, fol.126.

Doctrina.

Doctrinam propriam habeat prælatus, non alienam, fol.89.colum.1. Ad securitatem doctrinæ multum iuuat singularitas pastoris, fol. 276.col.2.

Dolor.

Verus dolor pro peccatis gloriam vanã tollit, fol.178. Non habendus dolor in iacturis, quæ cœlum pariunt, folio 105.colum. 2.

Dominus, Dominari.

Subditi dominorum vitia facile addiscunt, fol.225. Cùm alijs à Deo Dominis homo inquietus, fol.367. Odiosa est in Prælatis, vel species Dominatus, fol. 495. Omniũ dominatur fidelis Dei seruus, fol. 501. & fol.92.col.2.

Domus.

Regia domus vestiarium est mundialis comediæ, fol.58.col.1. In illa mendacium regnat, fol.73.

Donum.

Vel minima Iesu dona possunt explere humanas voluntates, fol.376. Nũquam infima sunt, quæ supersunt in Christi donis, fol.377. Dona diuina sic accepteimus, vt similia proximis reddamus, fol.405. In solo

solo Iesu possunt nobis abundare,f.542.Illa permanent, quibus seruit humana cooperatio,fol.556. *Duricies.*

Duricies, & vitæ asperitas hominem suauiter confirmat,fol.572.

E

Ebrietas.

EBrietas,& comesatio pariunt iras,& crudelitates,fol.501.

Ecclesia,Ecclesiasticus.

Extrema Ecclesiæ persecutio omnium seueriſsima,fol.9.col.1.Ecclesiæ disciplinam non ad aliud,quam ad expugnanda vitia sumat, qui non velit in ea perire,fol.120.col.1.Christi Ecclesiam non cognoscere prorsus inexcusabile est,f.171.col.1.Qui Ecclesiæ festos dies sceleribus inficit,timeat necessariã ruinã,fo.351.Solam Chiisti Ecclesiã percutit duriſsima persecutio à bonis simul,& malis orta,fo.475.Prælatorum Ecclesiæ malum, quod sibi habeant,vt propria bona Ecclesiæ,f.463. In viro Ecclesiastico turpiſsima solicitudo acquirẽdi bona temporalia,fo.497.In Prælatis Ecclesiæ nõ tam otium contẽplationis,quam negotiũ pro salute subditorũ emineat,f.555.

Electi,Electio.

Separatio electorum à reprobis, maximum reprobis incutiet dolorẽ,fol.71.col.2. Ex omnibus mundi plagis electi congregabuntur, fol.34.col.2.Seria debet esse electio in virtutis via sequenda,fol.53.col.2.

Eleemosyna.

Eleemosyna omnimodam benedictionẽ, & beneficia omnia à Deo impetrat,fo.36.col.1.& 2.Omnium ore laudatur,fo.37.col.2.Ciuilẽ etiam bonorum possessionem apud Deum adquirit,ibidem.Firma est animarum possessio, ibidem.Ad cęleste regnũ perducit misericordes,f.38.col.1.Præ cæteris virtutibus triumphat,fo.39.col.1.Misericordes viros ab omni verbo aspero illæsos custodit.f.40.col.2. Eleemosynam faciat in magna quãtitate,qui potest,f.183.col.1.Vbi Deus Eucharisticum panem nobis præbuit mortis damnationem delere tenetur,fol.223.col.2.

Eloquentia.

Eius defectus exhibitis operibus suppletur, fol. 126.col.2.Non supplet defectũ operũ,ibid.

Episcopus.

Episcopum diuinum esse oportet,fo.72.col.2. Perse ipsum de ouibus curet,f.89.col.2.Non emendicet sapientiam,sed à se habeat,fo.89. Curet,ne peccata fiant,fol.107.col.1. Proprijs necessitatibus pareat,vt suorum in vigilet saluti,fol.116.col.2.Vide Prælatus.

Error.

Errores Principum patentiſsimi,fol.119.co.2.

Euangelium.

Eius ministri aptiores,qui lucris temporalibus non inhiant,fol.498. Euangelica paupertas potentiſsima ad trahendum,fol.562.

Eucharistia.

Pro gratiarum actione paratur,fol.207.co.1. Hominibus salutaris,f.208.co.1.Ante illam pauperibꝰ para escas.208.Quæstuosa res est, fol.209.col.1.Cętera cõuiuia superat,f.210. col.2.Panis perpetuus, perpetua parans pabula,fol.213.col.2.Martyris,& Eucharistiæ collatio,ibidẽ.Omnia in vitam restituit,fol. 213.Nõ permittit orantẽ tepulsam pati,fol. 216.col.1.Triũphũ agit de Idololatria,fol. 217.col.1.Mortem affert, carnalibus,f.217. Amat humiliatos,f.224.col.2. Post Eucharistiæ epulas, alias in patria, quasi tenetur Deus parare,f.225.col.2.Multã præparationẽ petit,f.229.co.2.Omnia nobis fit,f.227. col.2.Regium splendorẽ ostendit, vt qui illum non videat.Iuda sit peior,fol.228.col.1. Eius abstinentia lethalis,f.228.col.2.Vitam tribuit,f.230.co.1.Homines reddit diuinos, fol.231.col.2.Operit humanam nuditatem, f.232.col.2.Sic accipienda,vt in nobis Deus maneat,ne cogatur transire,f.234.col.1.Sẽper quasi tunc de nouo sumẽda,f.253.col.1. Eius fructus periculose in vita non ostenditur,fol.236.col.1.Vix fieri potest,vt pereat, qui Eucharistiam frequentat,fol.237.col.1.

Euentus.

Euentus boni gaudia,qui Deo refert, non potest à Iesu abesse,fol.587.

Exactor.

Tributorum exactores perdendo regno validiores,quam milites,fol.518.

Exaltare.

Nec Deus,nec virtus exaltantur,vbi opera non sunt,fol.374.

Exercitia spiritualia.

Quanta illorum vtilitas,fol.335.

Exemplum.

Multorum ruentiũ exemplum amplissimam ad perditionem aperit voraginem,f.201.col.1.

Exitus, exire.

In exitu vitæ etiam feruentes Dei amatores cauent.fol.395.In exitu vitæ,& ingressu futuræ vera nobilitas claret.fol.529.

Expectatio.

Expectatio vana deludit impios,fol.12.col.1.

Facinus.

Facinora parentum,qui excedit,par illis est,fol. 373.In facinoribus Dei oculi solũ quærantur,fol.589.

F

Fama.

Bona præ omnibus tẽporalibus æstimanda est,

fo.70.co.2.De illa curet Princeps,f.71.co.1.

Fames.

Est grauissimũ telum ad perdendas animas, fol. 97.col.2.Famẽ vicisse glorioſum vtro, ibid.

Familia.

Familiæ Principum Christianorum vitam legalissimam habeant,fol.124.col.2.Eam in facie ostendant,fol.371.

Familiaritas.

Illius familiaritas cauenda,qui doctus cum sit, vitijs seruit,fol.252.col.1.Post Iesum factus est Deus hominibus familiaris,fol.389.

Fauor.

Quot fauores à Principe in suos proficiscuntur, tot obices sunt,ne ad illum pura veritas perueniat,fol.76.col.1.

Fastus,fastuosus.

Fastuosæ altitudines conterentur,fol.596.

Felicitas,felix.

Pristinæ recordatio miseros cruciat,fo.17.col.1.mũdialis parit ruinã,& excidiũ,f.23.col.2 Inter aliorũ fælicitates infelix,miserrim⁹ est fol.41.col.2.f.43.col.2.& 44.col.1.Fælicitas a vitijs castigatis,f.138.col.2. Ab absterſore lacrymarum Deo,f.95.col.2.A laboribus luxuriã excusantibus,f.47.col.2.Ab eo quod gaudiorum finis inspiciẽdus detur, fol. 483.Ab eo quod in salutis negotio, neminẽ requiras,fol.504.A religiosis,qui in exitu vitæ saltem pœnitent.fol.582.Fælicitatis humanæ fundamentum Trinitas,f.263.col.1.

Festum.

Qui festa sceleribus maculat,sine vindice manet ruinæ expositus,fol.351.

Fides.

Fidei infirmitatẽ arguit tristitia in virtute, fol. 172.col.1.In fide nominis Iesu omnia tibicredit omnipotentia diuina,fol.375.Supra omnem fidem præstitam est Christi thesaurus,fo.376.Vbi per Spiritum Sanctũ firmatur fides, tunc Iesus clarus apparet,fol.438.Qui fide ad Deũ orat,nullis tenebris potest Deo occultari,fol.505.Ad fidem propagandam conducunt diuersa doctorũ placita,fol.552.Virtus fructifera quæ ex fide,fol.570.

Fidelis.

Fidelium laudabilis consuetudo in induẽdis paruulis religioso amiculo,fol.59.co.1.Fidelis Christi imperium nõ ferro,sed pace stabilit. fol.85.col.1 Fidelis nullum in virtute sibi terminum præscribat,fol.153.col.1.

Filius.

Filij præstãtes virtute,maximã parentibus gloriã acumulãt,f.80.col.1. Filialis Dei amor semper pacẽ acquirit,f.102.col.2. Filiorum causa amor cõiugalis nutriẽdus,f.140.co.1. Qui filiorum spiritum habent molliter corriguntur,f.261.co.1.Filij Deo immolati firmissimum sunt familiarum sustentaculũ, fol. 304.Non solũ filijs lucis paratur gloria, sed etiam filijs noctis si sciant pœnitere, fol. 361. Parentũ præstantia elucet in filio, qui eorum virtutes semper auget,f.372. Ille solus filius suis parẽtibus parẽ se præbet, qui eos in aliquo facinore excedit,fol.373.Filijs qualiter patres consulant,fo.427.Scire filios perdere propter Deum,vera pietas est,fol.511.

Finis.

Fines ærumnarum si perderẽtur, gaudiũ pariũt f.426.Cui temporalium bonorum finis datur inspiciendus,felix,fol.483.

Fœmina.

Fœminarum conspectus retardat virtutis studiosos,fol.137.col.1.

Fortitudo.

Sola Dei fortitudo potest iram in mansuetudinem conuertere,fol.402.

Fraus,sine dolus.

Fraus,& dolus semper auaritiã comitatur, fol. 265.col.2.In amore rerum temporaliũ fraus fol.170.col.2.

Fructus.

Fructus gloriæ vndè sterilitas vitiorũ,fol.297. Qui fructũ quærit in salute animarũ,nec momento separetur à Domino,f.399. Fructuosam orationem habet, qui secũ habet Iesum f.403.Qui fructũ spiritualẽ,in peccatoribus quærit,nec semper instet,&c.f.412. Qui fructus metere cupit,vnã æstimet virtutem,quæ ex fide,f.570.

Fuga.

Fugæ dedecus,vbi res postularit,con tẽnere,viri fortis facinus est,fol.280.Fuga conueniẽs, & ardua,& glorioſa viro forti,f.281.

Futurum.

Futurorum metu augentur mala præsentia, fol. 11.col.1.

G

Gaudia.

GAudia mundi peritura,tanquam res, quæ nõ sunt,f.361.Gaudiũ ab ærumnis mundi, fol. 426.Gaudia sunt impijs iustorum clades,fol. 444.Gaudia mundi superãtur à tristitia ex iustorum cõpassione,f.446.Gaudia non debẽt nutriri alienis calamitatibus, f.597. Gaudia Principũ ab absentiũ æstimatione,f.600.Gaudia mundi à tristitia occupãtur,fo.27.col.2. Extingũtur,vel memoriæ præteriti mali à gaudijs præsentibus,f.39.col.2.Gaudium cæleste,vel ad momentũ superat omnia tormenta, f.40.col.1.Gaudiũ à iacturis,f.105.col.1.Veri gaudij solus Deus author est,fol.173.col.2.

Gemitus.

Pietatis gemitus salutaria signa comitantur,fol. 6.col.1.Tunc gemendũ, quando maior fructus speratur,fol.18.col.2.Vide lacrymas.

Gloria.

Gloria.

Diuinæ gloriæ memoria malorum omnium memoriã delet. fo. 39. Gloria vincti propter Deum superat Angeli gloriã, fol. 61. co. 2. Petrimagisterio tribuimus, quod nõ opprimamur à Dei gloria cõsiderata, fol. 78. col. 2. Gloria ex auro contẽpto ob Iesum, fol. 92. col. 1. A fame devicta, fol. 97. Gloria faciet tempus breuissimũ, fol. 381 Gloriæ fructus ab sterilitate vitiorũ, fol. 397. Eam æstimat Deus gloriam, quam dat suis, fol. 484. Diuina gloria in operibus nostris quæ sita pro validissimo telo aduersus hostes, fol. 588. Maxima Christi gloria à morte, fol. 609. Nulla est sensibilis gloria, quæ non absorbeatur incomparatione diuinitatis, fol. 607. Nec Deus nec virtus glorificantur, vbi opera non sunt, fol, 374.

Gloria vana.

Quæ vana est mater omnium vitiorũ est, fol. 313. Sequissima est, fol. 340. fol. 532 è mũdialibus gloriis sepulchrum, fol. 180. col. 2. Verus dolor de peccatis gloriæ vanæ aditum occludit, fol. 178. col. 1.

Gladius.

Salutaris sit, qui gladiũ portat, fol. 296. Vbi gladius ibi Iesus, fol. 207. Non in iustos, sed in peccatores desæuit, fol. 298. Nihil perdit, sed omnia seruat, f. 304. Indè iustis gloriam affert, vndè erat sterilitas vitiorũ fol. 397. *Gratia.*

Vbicumq; adsit eadem bona causat, fol. 78. col. 2. penè inamissibilis causatur in amatoribus Dei, fol. 384. Oues Christi ad maiorẽ semper contendunt gratiã, fol. 541. Gratia in solo Christo nobis abundat, fo. 542. *Gratiarum actio.*

Rari sunt, qui gratias in paupertate Deo agant, f. 98. col. 1. Pro gratiarũ actionis opere cœlestis paratur cibus, fol. 207. colu. 1.

Gratus.

Gratus homo summa virtutum culmina videtur attigisse, fol. 83. col. 1. Gratius Deo est, quod pateris pro virtute obtinenda, quã pro peccato tollendo, fol. 239. col. 1.

Grex.

A grege sceleratorum non alius, quam Deus potest nos secernere, fol. 411.

Gubernator.

Grauissima gubernatorũ negotia circa pauperum necessitates, fol. 332. Qui nimius est in paruis, & minimis, solet præstantissimis inferre damnum, fo. 333. Gubernator nihil nouum subitò publicet, nisi præmissa fama, &c. fol. 392.

Gula.

Quæ damna ab illa nascãtur, fol. 324. Facit hominem carnalem, fol. 175. col. 1. Feralissima est, eius rabies, fol. 210. col. 1.

H

Habitatio.

FErè inexpugnabilis à Deo fit ei⁹ amator, fol. 383. *Abraham.*

Probatus à Deo vltimo patientiæ telo, fol. 25. col. 2. Pater astrorum vocatur, qui humani fuit cotẽptor seminis, fol. 69. col. 1.

Hispania.

Hispaniarum gloria ex Dei ministris Anglis receptis, fol. 307.

Hæreditas.

Cùm hæreditate bonorum mũdialium non pax, sed lites relinquuntur, fol. 390.

Homo.

Homo ipse sibi est suæ dãnationis causa, fol. 7. col. 1. Crudelis hominis rabies, vel ipsa inanimata, lenitatis exẽpla cauet, fol. 15. col. 2. Hominum verba mobilia, & vana, fol. 25. col. 2. Tanta est hominis dignitas, vt Deum solum iudicẽ mereatur, fol. 31. col. 2. In salute hominum procurãda Dei potestas effulget, fol. 7. col. 1. Nemo hominum non [illegible] lupus rapax aduersus afflictos, fol. 35. col. 1. Suma peruersitas hominis, qui humanis non demulcetur cantibus, fol. 67. col. 1. Supra hominis naturã est omnia mundi despicere, fol. 68. col. 1. Semper terreni homines virtuosos, & cœlestes viros linguis impetunt, fol. 71. col. 2. Nulli hominum dicas, quæ irã excitare possint, fol. 74. col. 2. Hominum maledictio non est vbi aurum nõ est, fol. 90. col. 1. Homini miti, & mansueto terra fæcundissima est; ad perdẽdas hominũ animas fames fortissimum telum, fol. 97. co. 2. Homini solus Iesus sufficit, cætera non sufficiũt, f. 99. col. 1. Praui hominũ mores multo moderamine corripiẽdi, f. 110. co. 2. Ad cõmonendos homines de infirmitate humana plurimum valent Principum clades fol. 118. col. 2. In deiectos à culmine homines vehementer insultant alij, fol. 114. co. 2. Iustus homo magis splẽdet post peccatum castigatum, quam in ipsa innocentia, fol. 118. col. 1. Non tam hominũ oculi in operibus bonis, quam propria lingua cauenda est, fol. 123. col. 2. Fidelis homo nõ se intra naturæ carceres contineat, fol. 153. col. 1. Prẽstãtissima hominis pulchritudo suã laudẽ à Deo quẽrere, f. 177. co. 1 Nullus carnifex in hominem crudelior, quã vitia ipsa, fol. 182. col. 2. totũ hominem in Deo esse facit spes, fol. 185. co. 1. Stulti homines nil nisi corporale animæ suæ meditantur, fol. 187. col. 1. Tota hominum

erga nos solicitudo non exæquat Dei solicitudinem, fol. 189. col. 1. Homini salutare est, quidquid Deus sibi assumit, fol. 208. col. 1. Nobilissimum homini, quod dum litteras discit maiorum suorum ebibit magnalia, fol. 211. col. 2. Quo quis apud homines notior eo magis apud illos solet vilescere, fol. 222. col. 1. Multis indiget homo, vt possit digne ad Eucharistiam accedere, fol. 226. col. 2. Hominem exuit, qui digne accedit ad Eucharistiam, fol. 231. col. 2. Temporalis homo quauis occasione oblata rapitur, fol. 272. col. 1. Hominis maxima excellētia est, quod pati possit pro Deo, fol. 278. Nulla insublimitate constitutus nō gloriẽtur homo de improperijs Christi, fol. 290. Fælix homo cui nihil datur spectari, nisi Christus, fol. 295. Homo Christianus non statim publicet laudabilia, quæ habet, etiã si cogatur in suas laudes descēdere, fol. 295. Glorioſum homini est, quod Iesum magistrū habeat, qui solus doctos facit discipulos, fo. 315. Sūma impietas eò homines trahit vt non differant eorū vota, & homicidia, sacrificia, & scelera, quod summum malū est, fol. 337. Misera hominum conditio ex futurorum ignoratione, fol. 354. Ille homo perfectè subuenit infirmanti, qui scit infirmari cū illo, fol. 355. Nulla quies est homini, vbi non cum Patre, sed cum alijs Dominis agit, fol. 367. Homo siquid in Deo paternū nō experiretur; periret, nec diem bonum haberet, fol. 368. Hominum colloquijs familiarissimus factus est Deus post Iesum, fol. 389. Homini suo prouidit Deus requiē imperturbabilem, & trāquilitatem, fol 391. In homine iusto non potest Iesus non patere, fol. 418. Vbi in homine apparet virtus, & odia mundialia insurgunt, fol. 420. Homini iusto omnis tribulatio vtilis, fol. 429. Vbi pro hominibus saluandis Deus non rogatur, quasi surdus, & mortuus est, fol. 451. Vt ab homine infirmo ametur virtus, variari hæc debet, fol. 451. In præcordijs hominum dignoscendis euidēs sit diuina virtus, fol. 461. Homo in cognoscēdo Deo nequior brutis animātibus, fol. 465. Homo absq; meritis non potest multis placuisse, fol. 469. Intra humanæ rationis terminos difficile se continet, qui præ cæteris splēdet, fol. 480. Hominis iusti virtus maxima, quòd in nullo velit à cōmunitate eximi, fol. 48.. Homo iustus multiplici virtutū studeat varietati, fol. 483. Qui hominum saluti ministrant, sese vel in habitu hominibus conformare solent, fol. 486. Hominis suma seruitus, quod peccati mala vidēs à peccatis non desistat, fol. 491. Hominis sublimitas magna, quod operibus suis alicui Dei nomini correspōdeat, fol. 500. Hominis nobilitas, & gloria claret ab exitu huius vitæ, & ingressu futurę, fol. 529. Homines infirmæ virtutis in eo viuent, si percipiēdæ Pastoris voci incūbāt, fo. 535 Homo non est, quem vel templi locus ad Deum non conuertat, fol. 543. Hominū culturam bene tractat, qui mille cōflictus prius sustinuerit propter virtutē, fol. 557. A Iesu venit, quod homines lutei omni virtute creata superiores euadāt, fo. 595.

Honor.

Cuiusq; honori consulendum etiam dānati, fol. 31. col. 1. Honoris deperditi recordatio cruciat, fol. 17. col. 1. Multo honore prosequēdi, qui Principatus sedes tenent fol. 112. col. 2. Honoris proprij blandimēta, & præstantes viros inficiunt, fol. 576.

Hora.

Quæ vis hora etiam postrema potest esse prima, vt Deum habeas, fol. 489.

Hospitator.

Confecta virtus consumit domū hospitatoris sui, fol. 321. Nunquam sine lucro Dei ministris hospicium præbes, fol. 307.

Hostis.

Hostis antiquus maxime obseruat nostræ mortis tempus, fol. 393. Post Christum passum habemus, vbi ab hostibus protegamur, fol. 415. Hostes validissime prosternis, dū in tuis operibus laudem quęris Dei, f. 588.

Humanitas.

Humanitatē omnem exuit auaritia, fo. 540.

Humilis, humilitas.

Humilitas Iesu efficacior ad persuadendum, quàm sapientes mūdi, fol. 387. Humilitas virtutum opera custodit, fol. 176. col. 2. Ad Eucharistiã disponit, fol. 224. col. 2. Summā magnitudinem apud Deum præbet, fol. 252. col. 1. Diuini Patris exprimit fæcunditatem, fol. 520.

Nihil humile meditatur, qui spiritu Christi caret, fol. 203. col. 2. Humilis etiam in casu proficit, fol. 523. Verè humilis aliorū virtutes sibi superiores agnoscit, fol. 62. col. 2. Sine humilitate non stat regnū cœlorum, fol. 470.

Hypocrisis.

Ruinam trahit, fol. 14. col. 1. Ineuitabilem afferunt vindictam eius mala, folio. 339. Hospitatoris domum consumit, fol. 321.

I

Iactantia.

Sæuissima est, & sitiens sanguinem, fol. 340.

Iactura.

Iactura.

Dum patit æternam lætitiam non dolenda, fol.105.col.2.Quæ vis parua,dum cælestia non perduntur,fol.440.

Idolum, Idololatria.

Idolis concupiscentiæ qui seruit,caueat diuinum calicem,fol.217.col.1.Eucharistia triūphat de Idolatria,fol.217.In obedientia sapit idololatriam,fol.218.col.1.

Ieiunium.

Sine misericordia,non habet gloriam, fol. 39.col.1.Facit hominem diuinum, fol. 175.col.1.

Iesuitæ.

In Iesuitarum linguis conspicua eorum iustitia,fol.422.Hi pro fide steterunt ab incunabulis,fol.499.Editis libris hæreses iugularunt,ibidem.Ex Dei gratia habēt libros conscribere,fol.500.

Iesus.Vide,Christus.Saluator.

Iesus in iudicio seueriſsimus Iudex,quia extraneus,& ignotus ab externis veniens, fol.19.col 2.Eius verba permanantem ad omnes efficiam habent,fol.25.colum. 2.Iesus,velut Sol nubes, disipat hominum iniquitates,fol.32.col.2. Suma Iesu gloria,quòd ex omnibus mundi plagis,electos suos congreget,fol.34. col.1. Iesus dissertisimus cōcionator,folio.45. col.1.Iesus nummulariorum mensas impunè euertit,fol.46.col.1.Iesu, & Ioannis perfectisima similitudo,fol. 50. col. 1.Fugit Iesus hominū peccata,fo.50:col. 2.Qui similis Iesu est omnia bona habet, fol.51.col 1.Iesus glorioſior apparet in tolerātia passionum,quam in alijs miraculosis operibus,fol.52.col.1.Deus in Iesu humanisimus,fol.52.col.2.Iesus omnibus tormentis,& tribulationibus paratū se obtulit,fol.55:col.1.Verà est Sapphirus ab aurifera Virginis terra orta, & inter peccatores latitans,fol.60.col.2.Ante Iesu mortem iam contundit Ioannes cæli claustra,& ruinā minari facit,fo.63 col.2.Qui ad Iesu pedes omnia deponit, Angelum sui itineris ducem habet,folio 68.col.2.Solus Rex Regum Iesus potest habere ministros , qui subditis omnino proficui sint,fol.69.col.2.Fœlices lacrymæ,quas Iesus consolatur,fol.95.col. 2. Sine Iesu vita luctus est,fo 96.col.2.Cui Iesus sufficit,cætera bona non sufficiunt, fol.99.col.1.Quot vulnera pro Iesu , tot glorioſæ palmæ,fol.104.col.1.Iesu odio sus est,qui semel acceptam virtutis viam deserit,fol.108.col.1 Ille solus inimicis non parcit,qui ad Iesu verba surdescit,fo lio 114.col.2.Omnia à Iesu vitam halāt, fol.219.col.2.Vbi Iesus resuscitat nulla mortis vilitas timetur,fo.222.col.2. Solus Iesus nouit peccatoribus parcere,fol. 247.col.1.In solo Iesu regno magni sunt viri,fol.249.col.2.Virtuoſi operis præstātia indè maxime est,quod fiat propter Iesum,fol.406.Post Iesum passum, sine labore nostro habemus,vbi hostilibus iaculis protegamur,fol.415.Labores Iesu efficaces ad contemnenda bona mundialia,fol.417.Vnū Iesum in se refert verus Christianus,ibidē.Iesus non potest, non patere in hominibus iustis,fol.418. Iesus tūc clarus,& conspicuus,vbi per Spiritum Sāctum firmatur fides,& animarum puritas,fol.438.In Iesu nihil non magnū cogitandum,fol.442.Iesu morieti acceptæ sunt iustorum lacrymæ,quibus eius mors honoratur,fol.444.Vbi Iesus intercedit, omnia plena,& integra bona,fol.452.Solus Iesus,& ab eo vocati,in eūdem spiritū medijs exterioribus mundi tenebris non perduntur,fol.456.Solus Iesus scit proprijs cedere,cum intercedit causa cōmunis,fol.462.Iesus in humilitate fundauit Regnum cęlorum,fol.470.Iesus illam sibi æstimat gloriam,quam dat suis, folio 484.De vni⁹ Iesu spiritu venit posse multis in obsequio placere,fol.487.Apud Iesum,etiam postremus primogenium acquirit,fol.490.Iesus non alijs tradit, sed ipse portat ministerij sui onera, fol.513. Iesus vbi se humiliauit,diuinisimi Parentis imaginē apertisime expresit,fo.520. Esse cum Iesu est omnium bonorū præstantisimum,fol.529.Iesum si habeas in corde,omnia tibi claustra aperientur,fo. 532.In solo Iesu nobis abundant donationes diuinę,fol.542.Ab Iesu abesse nequit,qui boni euentus gaudia Deo refert accepta,fol.587.Solus animus diabolico furore obduratus potest se præcipitare in oculis Iesu,in quibus omnes confirmātur fol.590.Vbi sunt oculi Iesu,nō potest stare malus,fol.591.A Iesu venit quod lutei homines omni virtute creata superiores sint,fol.595.Nihil vnquam lucidū,quod Domini Iesu non prætulerit imaginē,fo. 601.Ibi erit Iesus,vbi gladius, fol. 297. Etiam nomina dignitatum à suis separat, fo.315.Nescit vni claudere cœlum,quin illud alteri aperiat,fol.320.Deum nobis dat patrē,fol.365.fol.369. Habet quidquid est paternum,fol. 370. Donis suis, vel minimis potest implere humanas voluntates,fol. 376.

Fecit Deum familiarissimum humanis colloquijs, fol. 389. Non permittit à se abesse concionatores suos fructuosos, fo. 399. Quidquid ipse est, facit quod sint illi quibus adhæret, fol. 440.

Multus est indignoscendis operibus charitatis, fol. 405. Fœlicem facit sua præsentia, fol. 302. Sua absentia castigat, ibidē. Facit suauissima vilescere in sui cōparatione, fol. 303. Etiam cum ferit, non perdit, sed seruat, fol. 304. Vbi adest, facit patere cęlestia, fol. 318. Protectionem facit ab hostibus, fol. 359. Et facit nos esse, & viuere. fo. 364. 365. Sub eius nomine omnia nobis creduntur à Deo, fol. 375.

Imago.

Nil lucidum fuit, in quo Iesu non pręexisteret imago, fol. 601.

Imitatio.

Per imitationem Sanctorum Christus Dominus perfecte habetur, fol. 36. col. 2. fo. 483. col. 1.

Imperium.

Imperia mundi infima, fol. 84. col. 1. Eorū auspicia ex incorruptibilitate iudicij, fo. 85. col. 1. Durissima, quæ malis fauent, folio. 204. col. 1.

Impetratio.

Citissimæ impetrationes à laboribus toleratis, fol. 49. col. 1.

Imperfectio.

Instituti religiosi, quę apparent imperfectiones non mordendæ, fol. 578.

Impius.

Magnū impiorum supplicium, quod videāt turpitudinem rerum, ob quas pērierunt, fol. 3. col. 1. fol. 4. col. 1. fol. 431. Nunc illis iucunda, postea asperrima erunt, fol. 4. col. 2. Vana spe deludūtur, fol. 12, col. 1. Torquebuntur in iudicio signis passionis Christi, fol. 17. col. 1. Nil nisi temporale meditantur, fol. 187 col. 1. Sera pœnitentia cruciātur, fol. 17. col. 2. In separatione ab electis torquebuntur, fol. 21. col. 2 Honore indigni, fol. 31. col. 2. Anima, & corpore cremabuntur, fol. 42. col. 2. Priuatione gloriæ cruciantur, fol. 43. col. 1. Miseri degunt inter fælices, fol. 43. col. 2. Eorum summa pæna desolatio, & solitudo, fol. 378. Timent iudicij diem, fol. 604.

Iustorum clades illis lætissimum faciunt spectaculū, fol. 445. In eorum cordibus verba Dei vacua, fol. 385. Illis Deus est omnino inaccessibilis, fol. 53. colum. 1. Vide Peccator.

Incontinentia, incontinens.

Incontinentia crudelis, fol. 46. col. 1. Mentes hominum subuertit, fo. 47. col. 1.

Industria.

Nullum donum diuinum permanere solet, cui non seruiat industria hominis, folio 556.

Indulgentia.

Cùm seueritate iuncta salutaris, fol. 581.

Inferior.

Ad inferiorum pedes obuolui durissimum, fol. 115. col. 2.

Infernus.

Eò durior, quo Dei visionem tollit, fol. 42. col. 2. Eò rapientur impij, dum iusti ad coronas, fol. 43. col. 2. Eius memoria potentissima ad salutem, fol. 293.

Infidelis.

Infidelium quævis opera suspecta, fol. 191. col. 1. Infidelitatis peccatum præ omnibus alijs grauius, fol. 434.

Infirmitas.

In infirmitatibus proximorum se quisq; nouerit, fol. 111. col. 2. Infirmitatem humanam docēt Principum casus, fol. 113. co. 2. Infirmitatem fidei arguit tristitia in virtute, fol. 172. col. 1. Infirmus ad virtutum opera, qui Dæmonis bonis nititur, folio 185. col. 2. Infirmitas roboratur, dū Deū conspiciat, fol. 218. col. 2.

Ignatius.

Societatis Iesu fundator, quam curam reliquerit suæ familiæ prælatis, fol. 534.

Ignorantia.

Ignorantia rerum temporalium solet comitari sapientissimas de Deo cognitiones, fol. 363.

Inimicus.

Non in eis debellandis, sed in trahēdis Principum sit studium, fol. 35. col. 1. Illis non parcit, qui sibi malus est, fol. 144. col. 2. Illis benefacere Christianus triumphus, fol. 145. col. 2. Eorum dilectio salutis cō pendium, fol. 147. col. 2. Inimicos nō reputat, qui mortē meditatur, fol. 150. col. 2. Inimico iracundus non sis, fol. 151. col. 2. Vera charitas præfert amicos inimicis, fol. 408. Nullum habet inimicum, qui mundialia bona contemnit, fol. 408. Vide Hostis, iniuria, &c.

Iniuria.

Iniuriæ religiosis inferendæ author Diabolus, fol. 477, Iniurias acceptas decantare diuinum est, fol. 149. col. 1.

Iniustitia.

Nulla est tam atrox, quam amasia à iudice non extorqueat, fol. 47. col. 1.

Inobedientia.

Inobedientia ſpeciē habet idololatriæ, fol. 218.col.1.

Inſpiratio.

Dei inſpirationes operibus non exhibere neſcit virilis virtus,fol.571.

Intentio.

Quandiu rectam ad Deum habueris intentionem,fere inexpugnabilis es, fol.494.

Innocentia.

Oculatior eſt ad percipienda diuina, quam ſapientia mundi,fol.77.col.2.Non ſic in innocentia ſplendet iuſtus,quā poſt peccatum caſtigatum,fol.118.col.1.

Inuidia.

Magis aliorum fœlicitate torquet,quā propriis malis,fol.22.col.1.Iuſtos in reproborum gregem transfert,fol.575.

Ioannes Bapt.

Ieſum ſuarum laudum cātatorem habet, fo. 45.Adulteris aduerſarius,fol. 46. col.1. Docet Deum à ſapientibus maiori cura quæri,fol.48.col.2.Ieſu ſimilimus, fol. 50.col.1.fol.66.col.1.& 2.In virtutecō ſtantiſsimus,fol.54.Prima eius vitæ lineamenta poſſunt diuinam commendare manum,fol.55.col.2.Eius in deſerto pueritia Deo commendabilis,fol.56.colum.2.Cur pluſquam Propheta,fol. 59. col.2.Salutiferi fontis venaprius rupta à Ioāne,fol.60.col.2.Angelus, & pluſquā Angelus dicitur, fol. 61. col. 1. Primas omnium tulit,fol.61.col.2.Nulli pietate ſecundus,fol.62,Maximè humilis,fol. 63.col.1.Ante Ieſu mortem clauſtra cœli contudit,fol.63.col.2. Eſt, quidquid magnum dici poteſt,fol.64.col.2.Inſtar Solis,fol.66.colu.1. Eiusnatiuitas ſupra naturam,fol.67.col.1.

Ira iracundus.

Feros homines facit,fol.131.col.2. Nullis contumelijs parcit,fol.131.col.1. A comeſſationibus, & compotationibus orta,fol.501.Ira Dei neminē funditus perdit,fol.495.Sola in miſericordiam ſolet conuerti,fol.402.Iracūdus adeò certam habet damnationem,vt iam videatur carnifici traditus,fol.128.col.1.Carceribus & vinculis obnoxius,fol.130. col.1.

Iudex.

Iudex perfectus,nec res viles ſub iniuria ſinit,fo.435.Iudex ſeueriſsimus Ieſus,quia ab externis,fol.19.col.2. Fœlix qui venientem iudicem,vt Dominum, non vt furem ſuſcipit,fol.19.col.2. Iudex damnatorum etiam honori conſulat, fol. 51. col.1.Non ſit acceptor perſonarum, fol. 85.col.2.Qui perſonam accipit, eſt fons pede turbatus,fol.86.col.1.Cauſa à iudice per miniſtros tractata raro iuſte agitur, fol.246.col.1.Deum iudicē ab alijs habemus,à Ieſu patrē,fol.365.Obdurati in peccatis miſerius perdentur in aduētu iudicis,fol.602.A iudice extorquet amaſſia quamlibet in iuſtitiā,fol.47. col.1. Iudex non ſit nimius circa parua, fol.333.

Iudicium.

Dum ſupremi iudicij ſentētia inſtat,nil niſi crudele etiam in amicioribus ſpectandū, fol.2.col.1.& 2.Iudicij diem amant iuſti. fol.604.Quanta erit confuſio in manifeſtatione peccatorum in die iudicij,fol.8. col.2.Tantum erit extremi iudicij malū, vt ſola eius fama terreat peccatores, fol. 9.col.2,Vbi Dei iudicium timetur,mundialia decora abeunt,fol.433.

Iudicij terror quouis alio cruciatu maior, fol.10. col. 1. Diuinum iudicium ſuſpectum ſibi habeant etiam ſanctiſsimi viri, fol.13.col.1. In diuino iudicio vnuſquiſque ſibi prouidebit,ibidem.Propriæ vtilitatis cognitio,in iudicio Dei iuſtos viros armat,fol.13.col.2.In diuino iudicio omnia timoris plena erunt, ibidem. Nuda ibi,ſine fuco peccata apparebuut, fol. 14.col.1.Nil in iudicio remanebit,quod poſsit ſeueriſsimi iudicis miſericordiam excitare,fol.15.colu.1. Signum tantum crucis iuſtis ſecuritatē præſtabit, fol. 16. col.1.Et impijs terrorem,fol.17.col.1.Iudicij timor multos collegit in vitam,fol. 20.col.2.In die iudicij ſoli miſericordes viri cauebunt verbum aſperum, quo inmiſericordes affliguntur,

Iuramentum.

Lethale hominibus,fol.141.colu.2. Debet eſſe cautum,fol.140.col.2. Vnius periurij pœna quam plurimos perdit,fol. 330. col.2.

Iuſtitia.

Iuſtitię diuinę gladius in peccatores ſolum, &c.fol.216.Iuſtitia Dei non ſolet funditus perdere,fol.495.Qui propter iuſtitiā patiuntur, præuenient ſeueriſsimum vltorem,fol.353.Iuſtitiæ puritas turbatur, vbi non ſolum merita attenduntur, folio 86. col.2. Nihil quod ad iuſtitiam conducat prætermittas,fol.99.col.

Iuſtus.

Iuſti in ſeueriſsimo iudicij die ſigno crucis ſecuri erunt,fol.16.colu.1. Tempeſtina

cruciantur pœnitentia, fol. 17. col. 2. Nullibi, tam abiecti erunt, vt in eis congregandis diuina virtus non ostendatur, fol. 33. columna 2. Quæ iustis in hac vita tristia sunt, fœlicissima erunt in cœlesti, fol. 44 colum 2. Iusti quidquid bonum in alijs vident sanctissimum reputant, folio 63. col. 1. Magna est gloria iusti, à reprobis repelli. fol. 66. col. 2 Per iustorū imitationem, Christus Dominus perfecte habetur, fol. 76. col. 2. & fol. 483. col. 1: Nullam rerum temporalium solicitudinē habeat iustus, fol. 88 col. 1. Vel vnus iustus valet, vt omnem terram condiat, & saporet, folio 109. col. 2. Iustus lucidior post peccatum castigatum, quàm in ipsa innocentia, fol. 118. col 1. Iusto grauissimum tormentum est, cum pessimis hominibus comparari, fol. 128 col. 1. Quo quis iustior est, eo magis à peccatoribus arguitur, fol. 593. col. 2. Qualibet occasione oblata impij in virum iustum, & insurgūt, fol. 194. col. 2.

Iusti.

Iusti, quasi prudentes insaniunt, dum aduersus præsentem vitam insurgunt, fol. 279. Iustorum conuiciator, non absconditur, sed ad supplicium patebit, fol. 289. Iusti viri nihil ad perfectionem suam pertinēs non recuperabunt ex morte, fol. 294. In iustos nō deseuit diuinæ iustitiæ gladius, sed in peccatores, fol. 298. Vbi malum iustis infertur, & Deo ipsi infertur, fol. 338. Iustorum conditio apud peccatores peior habetur, quam apud feriissimas creaturas, fol. 350. Terrena persecutio sic iustos eleuat, & superiores facit, vt in sublimi cōstituti debellatores appareant vniuersæ terræ, fol. 352. Iusti nusquam sibi patiuntur solitudinem, & desolationem, quæ est summa pœna peccatorum, fol. 378. & sequentibus. Iustis manet graue certamen in mortis tempore, fol. 393. Iusti etiam sanctissimi, dum in hac terra sunt, indigēt scissione, & purgatione, fol. 398. Non potest Iesus, non patere in hominibus iustis, fol 418.

Odia mundi iesurgunt in iustos pro Deo, & virtute, fol. 421.

In lingua iustorum adeo est conspicua eorum sanctitas, vt nulla aduersarijs maneat excusatio, fol. 422.

Iustis omnis tribulatio vtilis, & conueniēs, fo. 429.

Iesu morienti acceptæ sunt lacrymæ iustorū, quibus eius mors honoratur, fol. 414.

Iustorum clades semper lætissimum spectaculum impijs faciunt, fol. 445.

Tristitia ex iusti calamitosi cōpassione orta melior est, quam vniuersa mundi gaudia, fol. 446.

Iustorum pressuræ, & præstantia, & fructus ex Passione Christi vtiliores, quam labores mundanorum, fol. 447.

Iustorum oratio filios eos ostendit, cætera virtutis opera seruos notant, fol. 450.

Iustorum paucitas impertubabilem ostendit eorum conditionem, fol. 467.

Iusti in persecutione exaltantur, eorum persecutores pereunt, fol. 478.

Iusti hominis virtus maxima, quod in nullo uelit à communitate multitudinis eximi, fol. 481.

Iustus nudeat multiplici virtutum varietati, fol. 483.

Iusti vigilantis mors non dicenda mors, fol. 492.

Iustorum persecutores durissimum sentient Deum vindicem, fol. 502.

Iustorum fœlicitas, quod salutis suæ negotium sic disponant, vt à nullo alio pendeat, fol. 504.

Iustum acerbitates augent, & glorioſiorem reddunt, fol. 524. fol. 605.

Iusti auide petunt diem iudicij, non item impij, fol. 604.

Pressuræ, & labores extollūt iustos, fol 605.

Iusti, vel solo visu, aduersarios prosternunt, fol. 606.

Iuuentus.

Iuuentutem velut induit Deus in cordibus dilectorum, fol. 385.

Iuuenum victoriæ apud Deum glorioſissimæ, ol. 385.

L

Labor Vide, Afflictio, Tribulatio.

NVlli labori parcendum, vt salutis occasionem arripias, fol 49. colum. 1. Labores patiēter habiti vocalissimi sunt ad impetrādum, ibidem. Laborum tolerantia omni alio miraculoso opere longe præstantior est, fol. 51. colum. 1. Ipsissima Dei natura, quasi visibilis in ea exhibetur, ibidem, col. 2.

Labores patienter tolerati Iesum glorioſiorem demonstrant, fol. 52. col. 1. Vilescūt labores animo ad illos parato, fol. 54. col. 2. fol. 55. col. 1.

Labores faciunt homines Angelis superiores. fol. 61. col. 1. Labores pro Christo tolerati palmæ sunt regales, fol. 104. col. 2. Laboribus omnibus subiacent iracundi,

cundi,fol.130.col.1. Laborem diſsimulat verus virtutis cultor , fol.171.col.1. Probatio in laboribus ſemper antecedit diuina,fol.196.col.1.Qui alienis laboribus ſuæ ſalutis ſpem credit totam,miſere fallitur,fol.238.col.1.Labores pati pro Deo maxima hominis excellentia , fol. 278.Patienter tolerati nos Deo fidere faciunt,fol.306.Extollunt iuſtos,fol. 605.

Lacrymæ.

Efficaciſsimæ ad impetrandum,fol.515. Illis mors Chriſti honoratur,fol.444. Tũc fundendæ, quando maior fructus ſperari poſsit,fol.18.col.2. Illas comitantur ſigna ſalutaria,fol.6.col. 2. Debent effundi propter Dei abſentiam,fol.43.col.1.Fælices lacrymæ quas Ieſu conſolatio abſterget,fol.95.col.2.Nulla eſt vita,ſine lacrymis,quando Ieſus abeſt,fol.96.col. 2.

Laqueus.

Nihil nocet meditantibus cœleſta,fol.427.

Lætitia.

Nulla deeſt,vbi Dei patris præſentia præſentitur,fol.368.Parturitur à mundi ærumnis,ſi earum fines ponderentur, fol. 426. Lætitiam faciunt impijs clades iuſtorum, fol.444.Nil lætitiam afferẽs poteſt in Dei diſciplina deficere,fol.580.Veræ lætitiæ Deus author eſt,fol.173.col.2.

Laus,Laudare.

Laus vera à ſolo Deo, fol.177. Humana inconſtans,fol.87.col.2.Virtuti contraria, quæ eius præmia furatur, fol. 154. col.1. Laudis præconia pluſquã mundialia omnia bona æſtimantur à magnanimis,folio 70.Perfecta laus eſt,quæ Deo,per operum exhibitionem præſtatur,fol.374. Deus & virtus laudatur etiam ab impijs, fol. 375. Laudis blandimenta etiam præſtantes viros attingunt,fol.576.Diuina laus quæſita in operibus noſtris,eſt validiſsimum telum aduerſus hoſtes,fol.588.

Lectio.

Multum homines nobilitat,fol.211.col.2. Lectio ſacra nos armat aduerſus à maritudines vniuerſas,fol.342.

Legatio.

Legatio efficaciſsima ad impetrandũ eſt oratio facta cum lacrymis,fol.519.

Lex.

Diuinæ legis difficultas naſcitur ex noſtro affectu,non ex Deo,fol.386.& 387. Legis ſcriptæ,& legis gratiæ diſcrimen à ſuauitate ſumptum,fol.52.col.2. Legis obſeruatio neceſſaria in Principum domibus,fol.124.col.2 Futurorum bonorum prænuntia , fol.198.col.1.

Libido.Vide Luxuria.

Libri.

Scribendorum librorum,non ſapientis ſolũ ſtudium eſt,ſed Dei inſpirantis gratia,fo. 347.

Libertas.

Oratio eſt manifeſta libertatis poſſeſsio,fo. 450.

Liberalitas.

Immenſæ Dei liberalitati non parum fidendum,fol.88.col.1.

Lingua.

In lingua iuſtorum conſpicua eorum ſanctitas,fol.422.Linguæ lapſum cauere inter loquendum ſolius eſt ſpiritus diuini, fol.437.Eius clamor à Deo auditur , fol. 202.col.2.Linguæ terrenorum fieri nequit,vt in iuſtos non impingant,fol . 71. col.1.& fol.193.col.2.Lingua detractoris bibrata ſagitta,fo.72.Magis cauenda eſt propria lingua in bonis operibus exhibendis,quam hominum oculi,fol.123.colum.2.

Lis.

Lites relinquuntur,cum bonorum temporalium hæreditate,fol.390.Illas etiam inter coniunctos proprium lucrum parit,folio. 464.

Litteræ.

Litterarum lectio multum homines nobilitat,fol.211.col.2. Litterarum ſacrarum ſtudium neceſſarium ad populorum ſalutem,fol.319.

Locus.

Locus in quo primi virtutis progreſſus,non relinquendus,fol.566.

Lucrum.

Lucrum in rebus omnibus ſpiritualibus ponendum,fol.277.Sine illo,& ingenti,nũquam Dei miniſterum protegi , fol. 397. multum lucrum eſt in eo:qui vitiorũ fulgores attente penetrauerit,fol.335. Amatoris Dei lucrum è morte ,fol. 394. Vbi proprium lucrum,ibi diuiſio etiam inter coniunctiſsimos,fol.464.Euãgelicos miniſtros non teneat lucri temporalis ſolicitudo,fol.498.Temporalis lucri amatores infideles,fol.498.In quo eſt lucri amor, pax nulla,fol.563.

Ludouicus de la Puente.

Eius ſingularis pietas, & cœleſtis doctrina commen-

comendatur,fol,499.

Lumen.

Maius lumen neceſſarium eſt ad veritatem præſentem fallacijs obnubilatam cognoſcendam,quam ad prædicenda futura, fol. 60.col.1.

Lux.

Lucis anteambulo vnitas,& concordia,fol. 440.Tantum lucis,quãtum caſtitatis,fol. 473.Nulla vnquam lux Ieſum non præmonſtrauit,fol.601.

Luxuria.

Nihil non graue infert ſuis,fol.474.Obſcura,cæca,ſordida,fol.473.Crudeliſsima, f. 45.Quaſi dapes homicidium æſtimat,fol. 46.col.2.Facit iudices iniuſtos,fo.47.co. 1.Nihil non turpe habet,fol. 137. col.2. Fugienda etiam cum oculorum amiſsione,fol.48.col.1.Et cum vitæ diſcrimine, ibidem.Eſt turpiſsima eius flamma, fol. 135.col.1.Omnia ſiniſtra habet, fol.137 col.2.Puræ ſanctitatis fontes inficit, fol. 194.col.2.

M

Magiſtri.

MAgiſtrorum vitia ebibunt facile auditores,fol.325.Magiſtri ſpirituales mille doloribus cõſeruant filium,&c.fol.326 Magiſter Chriſtianus omnigena ſapientia imbuendus,fol.459.

Madaglena.

Magiſtri præſentia roborata proficit in virtutibus,fol.77.col.1.

Maledictio.

Maledictio hominum non eſt,vbi aurum nõ eſt,fol.90.col.1.

Malus,Malum.

Mala præſentia augẽtur futurorũ metu, fol. 11.col.1.Et ex præteritæ fœlicitatis recordatione,fol.17.col.1.Malorum temporalium veſtigia prorſus delentur diuinæ remunerationis gloria,fol.39.col.2. Quæ vis in malis remiſsio æſtimanda, fol.142. col.2.Malum non durat vbi mortis pallor ob oculos verſatur,fol.169.col.1.Malorum numerus ſemper eſt multiplex, fol. 158.col.1.

Mala vẽtura præuidere perfectiſsimi viri eſt, fol.270.col.1.Peſsimus ſui cuſtos eſt, qui nullum malum nouit timere antequam veniat,fol.271.col.1. Mala mundi bene põderata non triſtitiam,ſed gaudium pariũt, fol.426.Illud ſolum magnum malum eſt, quo vita eripitur cæleſtis, fol. 441. Vbi ſunt oculi Ieſu non poteſt ſtare malus,fo. 591.

Manifeſtatio.

Manifeſtatione exteriorum operum virtus creſcit,fol.122.col.1.

Manus.

Manus rapinis dedita infame ſupplicium parat,fol.546.

Manſio,manere.

Manſionem firmiſsimam facit Deus amatorem ſuum,fol.383.Eã mãſio paratur Deo in nobis,vt videatur,quaſi iuueneſcere,folio 384.

Manſuetudo.

Manſuetudo innocens ſecura eſt etiam inter hoſtes,fol.559.Habet propria bona ſua, fol.93.col.2.Naturam humanam in homine conſeruat,fol.131.col. 2. Illam Ieſus ex Maria etiam habet,folio.146.col.2. Seruanda in correptione,fol. 261. col. 2. & 262.

Mardochæus.

Purpuram,& regium ſplendorem beneficentia parauit,fol.38.

Martyr.

Tot palmas obtinet, quot vulnera pro Ieſu tulit,fol.104.col.1.

Martyrium.

Martyrium eſt voluntaria paupertas, folio 103.col.2.

Meditatio.

Meditatio æterni boni,potens eſt, vel illud efficere,fol.362.Meditatio diuini iudicij prorſus omnia mundi decora facit obliuiſci,fol.433.Meditantibus cœleſtia nihil nocent laquei mundi,fol.427.

Memoria.

Præteritæ fælicitatis memoria præſentia mala auget,fol.17.col.1.fol.22.col.2.Paſsionis Chriſti memoria nihil habet amaritudinis,fol.18.colum.2.Præteriti mali memoria omnino extinguitur præſentis mali magnitudine,fol.39.col.2. Infirmitatis humanæ memoria plurimum valet, folio 113.col.2.Memoria mortis vtiliſsima, f. 150.col.2.Memoria mortis hypocritarum opera expellit,fol.169.col.1.

Mendacium.

Ad quæ vis ſcelera,& facinora mendacium parat,fol.201.col.2.Viget in curia. Vide Aula,Curia.

Mens.

Mens humana carnalibus affectibus exuta facile

facile se ingerit diuinis, fol. 81. col. 2.

Mensura.

Nulla seruanda in benefaciendo, folio 122. col. 2.

Merces.

Merces inuitat hominum animos ad opera, fol. 306. Merces misericordiæ securissima, certissima, fol. 308.

Meritum.

Meritorum dignitatem solam respiciat Princeps, fol. 85. col. 2. Homo sine meritis nō potest placuisse multis, fol. 469.

Metus.

Metus mortis mortem ipsam reddit amabilem, fol. 282.

Miles.

Ad perdendum regnum validiores sunt regalium tributorum exactores, quam milites fol. 518.

Ministri.

Ministri Iesu soli omnibus proficui sunt, fol. 69. col. 2. Recepti hospitem augent, fol. 307. Doceant homines propriæ vilitatis notitiam, fol. 479. Temporali solicitudine careant, fol. 498. A paupertate Christiana potentissimi sunt, fol. 562. Principum ministri, vel ipsius frontis inditio ostendant indolem electæ vitæ, fol. 371.

Mitis.

Solus mitis habet propria sua bona, fol. 93. col. 2. Illis omnia frugifera, fol. 94. col. 2.

Misericordia.

Eius merces nunquam deperditur, fol. 308. Ea sit inter prima gubernatorum negotia fol. 332. Sola cauet verbum asperum, fol. 40. col. 2. Trophæos erigit, fol. 39. col. 1. Regali digna corona, fol. 38. col. 1. Bonorum omnium possessionem acquirit, fol. 37. col. 1. Beneficia profluere facit, fol. 36. col. 2. Omnimodam acquirit benedictionem, fol. 36. & 38. Illam debent omnes à Deo discere, fol. 35. col. 2. Ab ipsis inanimatis docemur, fol. 15. col. 2. Eius affectus potentissimus in animis diuinis, fol. 100. col. 2. Misericordiam celerrimā consequitur confessio humilis, fol. 549. Iram in misericordiam solus Deus conuertit, fol. 402.

Miseria.

Summa miseria est inter felices infelicem esse, fol. 42. col. 2.

Miraculum.

Miraculum est diuinæ potestatis, quod opus virtutis oriatur à nostra peruersa indole, fol. 569.

Modestia.

Inter prima virtutum auspicia est modestia, qua Deo sistitur homo, fol. 546. Curanda est in ministris Principum, fol. 371.

Mollicies.

In vestibus fatalis est regibus, fol. 57. col. 1. Regale decus mollicem immundam fugit, fol. 58. col. 2.

Mores.

Praui hominum mores multo moderamine corripiendi, fol. 110. col. 2. Latentiū mores Deus trutinatos habet, fol. 179. col. 1.

Mors.

Mortis metus amare facit ipsam mortē, fol. 282. Corporis mors non timēda, fol. 291. Mors corporis magnorum bonorum custos, ibidem. Ex morte receperunt iusti quidquid ad perfectionem suam pertinēs est, fol. 294. Vbi Christus moritur, Pater præsentissimus accurrit filijs, folio 371. Mortem sibi inferat in præsenti, qui velit sibi vitam in futuro duraturam cōparare, fol. 380. Mortis nostræ tempus maximè obseruat antiquus hostis, fol. 393. In mortis tempore graue certamen manet iustis, ibidem. Mortem non timet, sed libenter amplexatur, qui Deū amat, fol. 394. Mors Iesu honoratur lacrimis iustorum, folio 444. A mortis conspectu non itur, nisi ad magnam gratiam, fol. 484. Mors vigilantis animi non dicenda mors, fol. 492. Porta mortis designat veram hominis nobilitatem, & gloriam, fol. 529. Mors horrorē omnē perdidit, vbi apparuit resurrectio, fol. 608. In morte Christi maximæ illius gloriæ fulgent, fol. 609. Mortis meditatio non finit inimicos reputari vllos, fol. 150 col. 2. Vbi mortis pallor ob oculos est, non durat malum, fol. 169. col. 1. Mors in diuitijs, fol. 181. col. 2. Omnis mortis vilitas obtegitur, vbi Iesus resuscitat, folio 222. col. 2. Ex morte pro Christo accepta claret innocentia, fol. 240. col. 1.

Mortificatio.

Mortificatio voluntaria amplectenda, folio 378. Quo magis volūtaria, eo magis Deo placet, fol. 380. Per illam ad Christum itur, fol. 527.

Moyses.

Moysis laus quod seruus Dei mortuus sit, fol. 30, col. 1. In illo Deus terribilis apparebat,

rebat,fol.52. c. 2.

Mulier.

Mulier adultera viro ſuo mortem infert,fol. 139.col.1.

Mundus.

Mundi bona ſuos amatores præcipitant,fol. 23.col.2.Inter mundi latitudines angu ſtam ſalutis viam pertingere præſtantiſsimum eſt,fol.59.col.2.Nihil de rebus mũ dialibus ſumere ſupra naturam humanã eſt,fol.68.col.1.Sapientia mundi ſtultitia eſt apud Deum,fol.78.col.1. A mundi hominibus beneficia obliuioni tradun tur,fol.83.col.1.Infirma mundi imperia, fol.84.col.1.Bona mundi benedictionẽ cœleſtem impediunt,fol 90.col.2. Mũdi bona non ſufficiunt,cui Ieſus ſufficit,fol. 99.col.1.Idem ex mundo expectandum, quod anteceſſoribus euenit,fol.106.col. 1.Quem mundus perſequitur, ſi patienter ſuſtineat,mundum debellat,fol. 352. Felix,cui mundus occidit,vt vnum Deũ ſpectet,hic expellet omnis peccati turba tionem,& metum,fol.358.

Mundi bona pro nihilo habẽda ſunt, fol. 361.Qui ſe Chriſto addixit, nihil vltra quærit:qui mundo obſequitur,ſemper de uoluitur ad Chriſtum,fol. 393. Totus Chriſtus eo tendit,vt nos à mundo abduceret,fol.417.Mundi odium incurrimus pro Deo,& virtute,fol,420.Si mũdi ærumnæ,earumque fines ponderentur,nõ triſtitiam,ſed gaudium pariunt,fol.426.Laquei mundi nihil nocent meditatibus cœleſtia,fol.427.

Mundialia omnia decora prorſus perdũtur, vbi Dei iudicium timetur,fol.433.Solus Ieſus,& ab eo vocati in eumdem ſpiritũ, medijs mundi tenebris non perduntur, fol.456.

Summa ſapientia eſt in eo,qui ſcit mũdi bonis renuntiare,& diuinam in ſe oſtendere originem,fol.458.Veritatis preco male audit apud mundiales, quiſ ad vana alacriores,fol.476.Ad perfectam mundi abnegationem,qualem oſtendit Crux Chriſti,non niſi magno labore peruenitur,fo. 513.

Munus.

Quod Deo offertur debet eſſe omni ex parte perfectum,fol.133.col.1. In mandando munere accipientis aptitudo ſpectanda eſt,fol.565.

Myſterium.

Diuina myſteria, rudi piſcatori manifeſta, mundiali ſapientiæ abſconduntur, fo.77 col.2.Ita diuina myſteria nobis Petrus præſentat,vt à tantæ maieſtatis gloria nõ opprimatur,fol.78.col.2.myſterijs diuinis facile ſe ingerit mens humana carnalibus affectibus exuta,fol.81.col.2.

N

Natalis.

NAtalis cœleſtium Principum à Chriſti Cruce,fol.613.

Natura.

Naturæ aptitudo ſpectãda in eo, cui munus committitur,fol.568.In naturam peccat qui ſe alteri præfert,fol.314. Supra naturam eſt nihil de rebus mundi tibi ſumere,fol.68.col.1. Diuinam naturam ſapit beneficiorum remunerator,fol.83.col.1.

Negotia.

Negotia gubernatorũ grauiſsima circa pauperes ſubleuandos,fol.332.Salutis propriæ negotium peragere, maius opus eſt, quam mortuos ſuſcitare,fol.442.

Neceſsitas.

Proprijs neceſsitatibus parcant Prælati, vt ſuorum inuigilent ſaluti,fol. 116.col.2.

Nobilitas.

Nobilitas vera claret in exitu huius vitæ,fo. 529.

Nomen.

In fide nominis Ieſu omnia tibi credet omnipotẽtia diuina,fol.375.Electorum nomina nunquam,ſine re triumphi,fo.598. Nominis claritas tenet hominũ animos, fol.598.

Nouitas,nouum.

Nouitas magni operis, ne quos offendat, eius fama præmittenda eſt, fol. Ad perfectionem Chriſtianam pertinet, aliqua de nouo facere,in quibus nihil vetus ſit,fol.586.Sub Chriſti cruce noua meditanda.Vide,Crux.

Numerus.

Malorum numerus ſemper eſt multiplex, fol.256.col.1.

Nuntia.

Nuntia læta in primis dicere,prudentis hominis eſt,fol.75.col.1.

O

Obediens.

Oratio obedientis Chriſto citiſsime abſque alio

alio interpellatore auditur, fol. 455. Obedienti nutui Dei nil non facile, & per uium, fol. 559. Verus obediens, vel ante præceptum, à superioris nutu minime discrepat, fol. 274. col. 2.

Obex.

Fauor Principis in suos obex est, ne ad illũ veritas perueniat, fol. 76. col. 1.

Obsequium.

Obsequium gratum pluribus à solo Iesu, fol. 487. Mollescit obsequium, non alieno exhibitum Domino, fol. 493.

Occasio.

Occasio perditionis in bonis temporalibus fol. 574. Verecundum est aliis occasionẽ peccandi præbere, fol. 4. col. 2. fol. 260. col. 1. Occatio peccandi etiam inculpabilis dolẽda, fo. 5. col. 2. Nulla salutis occasio prætermittenda est, fol. 49. col. 1. Nõ virtutis via, quam occasio offert, sed quam seria electio præstat, tenẽda est, fo. 53. co. 2. Vel minima occasione data peccatores iustum virum insequuntur, fol. 194 col. 2. Quauis occasione ablata rapitur temporalis homo, fol. 273. col. 1.

Oculus.

Mentis oculos acuit castitas, vt diuina videant, fol. 101. col 2. Magis propria lingua cauenda est, quã hominum oculi in bonis operibus exhibendis, fo 123. col. 2. Mortis pallor ante oculos versans mala omnia expellit, fol. 169. col. 1. Ex oculis cognoscitur vita hominis, fol. 184. col. 1. Deus plenus oculis ad dignoscẽda opera charitatis in proximos, fol. 405. Ea est excellentissima virtus, quæ nõ solum in oculis Præceptoris, vindicisque existit, fol. 434. Qui præ oculis habet æterna, felix, imperturbabilis, & regio animo pollẽs, fol. 471. Quand.ù Deum præ oculis habeas, fere inexpugnabilis eris, fol. 494. Dei oculos, non hominum amet Christianus animus in suis facinoribus, fol. 589. In oculis Iesu animus obduratus furore diabolico potest se præcipitare, fol. 590. A Iesu oculis nemò non confirmatur, ibidem. Vbi oculi Iesu, nõ potest stare malus, fol. 591.

Odium, odiosus.

Odium mundi incurrimus pro Deo, & virtute, fo. 420. Odiosum, & infensum Deo peccatũ infidelitatis præ omnibus aliis, fo. 434. Qui primus se ipsum odio habet bonis æternis non spoliabitur, fol. 526. Nullus affectus crudelior odio, fo. 46. col. 1. Odiosa, & amara Principibus occultanda, fol. 76. Odium mouet Dei, qui in accepta virtutis via nõ durat, fo. 108. col. 1.

Opes.

Opes Christi, vel ingentia promissa explere sufficiunt, f. 376. Vide: Diuitiæ Bona, &c.

Opera.

Opera demonstrant verum regem, non purpura, & vestes, fo. 58. col. 1. & 2. Opera efficit miraculosa, qui manũ Dei sibi præsentem habet, fol. 66. col. 2. Regum, & Principum opera potẽtissima omnibus, fo. 72. col. 1. Quod quis operibus exprimit, id ipse apud Deũ est, fol. 86. col. 2. Bona opera diuinam laudem merentur, fol. 87. col. 2. Externis operibus virtus est producẽda fol. 122. col. 1. & fo. 424. col. 1. In bonis operibus exhibendis magis propria lingua, quam hominum oculi, cauenda est, fo. 123. col. 2. Qui opera sermoni addit cœli magnalia occupat, fo. 125. col. 2. Defectus operum nulla eloquentia suppleri potest, fol. 126. col. 2. Opera quæ Deum ostẽdunt, secura sunt fol. 155. col. 1. Quod vis pœnitẽtiæ opus salutis auctorem mouet, fol. 202. col. 2. Opera quæ Christum respiciunt preciosissima, fol. 208. col. 2. Opera nostra charitatem testari debent, fol. 263. col. 2.

Opera misericordiæ certissimam habent apud Deum mercedem, fol. 308. Omnia Iesu opera amantissimi Patris referũt potestatẽ, fol. 370. Vbi opera non sunt, nec Deus, nec virtus exaltãtur, fol. 374. Difficultas in opere virtutis nõ ex Deo nascitur, sed ex affectu nostro, fol. 386. & 387. Magni operis nouitas ne quos offendat, emolliatur præmissa fama, cuius auditu homines assuescant, fo. 392. In dignoscẽdis operibus charitatis in proximos multus est Iesus, fol. 405. Quod est opus charitatis erga proximos, id habes singulariter tuũ, fo. 406. Operis virtuosi præstantia indè maxime sumitur, quod fiat propter Iesum, fol. 406. Opera virtutis ostendunt, qualis quis sit, sine quibus nemo bonus fo. 424. malus opus est animæ suæ salutem peragere, quã iuscitare mortuos, & cœlos creare, fol. 452. Cætera virtutis opera nos seruos notant, oratio designat liberos, fol. 449. & 450. Qui opera sua nõ Deo dirigit, sed suis commodis tẽporalibus, perditionis viam terit, fol. 530. opus virtutis quo præstatius, eo magis debet occultari, fol. 547. Nullũ Dei donũ permanere solet, cui hominis opus & industria nõ subscribat, f. 556. Quod nascatur opus salutis à peruerta hominis indole, miraculum Dei est, fol. 569.

Oratio, Orare.

Orationem facit fructuosam, qui secum habet Iesum, fol. 403.

Orationem efficacem ad Deum illi facit, qui non accedit vacus precator, fol. 414. Cætera virtutis opera nos seruos notãt, oratio ostendit liberos, fol. 450. Oratio obedientis Christo, citissime absque alio interpellatore auditur, fol. 455. Qui fide ad Deũ orat, nullis tenebris potest Deo occultari, fol. 505. Oratio ad Deum timores omnes abigit, fol. 506. Oratio efficax quæ in occulto sit fol. 507. Illa efficax oratio, quę Deo reddere integrum intendit, quidquid ab illo petit, ibidem. Oratio proficua, quæ Dei, & proximorũ negotia agit, fol. 509. Nulla à te exeat oratio, in qua propria etiam non requiratur salus, fol. 509. Vbi amicitia nõ valet, longa prece vix exaudiris; vbi autem amicitia, audiris etiam cogitans de Oratione, fol. 511. Oratio facta cum lacrymis efficacissima legatio ad impetrandum, fol. 519. Oratio ex adiunctis laboribus efficax, fol. 157. col. 1. Oratio rauca quæ? fo. 160. col 2. & fol. 161. & fol. 159. Alia de oratione.

Origo.

Summa in eo sapientia, qui scit mũdanis renuntiare, & diuinam in se ostendere Originem, fol. 458.

Ouis, ouile.

Singularum Ouium balatus, & voces debẽt prænoscere, & prœuenire boni Prælati, fol. 533. De Ouibus Christi est, quæ ad solam eius vocem cognitam exurgit, fol. 536. Ouibus suis temporalia in hoc sæculo, & æterna in futuro prouideant Prælati, fol. 537. De ouibus Christi sunt, qui non sistũt in parua gratia, sed in abundãtiam gratiæ contendunt, fol. 541. Christiani ouilis hoc insigne, quod etiam inter bella pacem non amittat, fol. 564.

P.

Palatium.

Vestiarum est mundialis comediæ, fol. 47. col. 1. In illo, & mendacia, & fœmineæ neniæ, fol. 73. col. 1. Vide Aula.

Palma.

Tot Palmæ, quot vulnera pro Iesu, fol. 104. col. 1.

Panegiris.

Panegirica contio omninum gratior, fol. 4. Panegiris in D. Petrum, & in D. Ioãnem, Vide lib. 14. cap. 1. & 2.

Pastor. Vide Princeps, rex, superior.

Bona pastoris disciplina in dando nõ in recipiẽdo sita est, fol. 266. col. 2. Bonus pastor suæ vitæ non parcit, dum oniculariũ prospicit saluti, fol. 267. col. 2. Perfectissimi pastoris est mala ventura præuidere antequam veniant, fol. 270. col. 1. Perfectissimi pastoris est tales habere subditos qui nullo etiam externo præcepto audito ab eius voluntate non discrepent, sed qualemcumque gaudenter exequantur, fol. 274. col. 2. Solius Dei vniuersum mũdum sub vno pastore cõstituere fol. 275. col. 2. Pastoris singularitas maxime conducit ad securitatem doctrinæ, fol. 276. col. 2.

Passio.

Passionis Christi signa maxime impios in iudicio torquebunt, fol. 17. col. 1. Tempestiua Dominicæ passionis memoratio tota mellea, fol. 18. col. 2. Passionis Christi virtus in congregandis electis, fol. 34. col. 1.

Pater, parens.

Parentibus gloriam accumulant filij præstantes, fol. 80. col. 1. Eorum præstãtia ostenditur in filio, qui eorum virtutes auget, fol. 372. Tunc parem filium habent, cùm ab illo in facinoribus excedũtur, fo. 373. Patres qualiter filijs consulant, fol. 427. Vera pietas est scire patres perdere propter Deum, fol. 512. Indulgentia salutaris coniuncta cum Patris seueritate, fol. 581. Pater diuinos filios generans, natura videtur diuinus, fol. 81. col. 1.

Patrẽ Deum habemus à solo Iesu, fol. 365. Nulla deest lætitia, vbi Deus pater, fol. 580. Siquid in Deo non inueniret homo paternum, periret, fol. 368. De Iesu venit, quòd Deum præsentiamus patrem, fol. 369. Quidquid paternum in Iesu, fo. 376. Licet omnia perdideris, cœlestẽ patrem vbiq; inueuies, fol. 379. Diuinum patrem, qui cognoscit authorem afflictionum suarum, maximè confirmatur, fol. 453. Diuinissimi patris fœcunditatem in se exprimit, quisquis nouit se humiliare, fol. 520.

Patientia.

Malorum, incursus exhaurit, fol. 24. col. 2. In laboribus omnia impetrat, fol. 49. col. 1.

Paucitas.

Paucitas iustorum imperturbabilem facit eorum conditionem, fol. 467.

Pauper.

Pauperes, & afflictos solus Deus solatur, fol. 35. col. 1. Pauperes omnimodam benedictionem implorant à Deo in miserieor des, fol. 36. col. 1. Nullius labia muta sunt in benedictione illius, qui pauperũ satiat famen, fol. 37. col 1. Bona aliqua in pauperes distributa regnum firmant, ibidem col. 2. Beneficẽtia in pauperes regno digna, fol. 38. col. 1. Qui pauperem apud se recipit, omnia bona à Deo ipse recipiet, ibidem, col. 2. Beneficentia in pauperes itriumphat, fol. 39. col. 1. Qui pauperi in uigilat totam verborum vitat asperitatẽ, fol. 42. col. 1. Pauperes spiritu cœlestium bonorum dominantur, fol. 92. col. 2. Rari sunt, qui in paupertate gratias Deo agant, fol 98. col. 1. Pauperior cęlo aptior fol. 200. col. 1.

Paupertas.

Potentissima in ministris Euangelij ad trahendas animas, fol. 562. Voluntaria omnium dominatur, fol. 92. Pennata est, vt Deum, & cœlestia acquirat, fol. 91. Martyrium est, fol. 103. col. 2. Rari sunt, qui in pauperate Deo gratias agant, fol. 98. col. 1.

Pax.

Pacem homini suo Deus prouidit, fol. 391. stabilit imperia, fol. 84. col 1. Profertur à filiali charitate in Deum, fol. 102. col. 2. Pax Christiana in bello, fol. 299. Pax nequit esse cum lucri cupiditate, fol. 363. fol. 390. Christiani ouilis insigne pax, fol. 564.

Peccator.

Totos cœli exercitus in se armatos vereatur fol. 2. col. 1. Et amici, & propinqui in peccatorem desæuiunt, ibidem. Maximũ eius supplicium, quòd videat squallorem, & turpitudinem rerum ob quas peccauit, fol. 3. col. 1. Sibi supplicium solicitat, fol. 7. col. 2.

Iudicij terrore concutitur, fol 40. col. 1. In eius pœnis etiam iustitiment, fol. 13. col. 2. A deliciarum summo transeunt in summum pœnarum, fol. 27. col. 1. Puniuntur eadem re, qua peccarunt, fol. 42 col. 1. fol. 46. col. 2. fol. 87. col. 1.

Puniuntur acerbissime gloriæ priuatione, fo. 43. col. 1. Ita sunt corrigẽdi, ne exacerbentur, fol. 111. col. 1. Sanctos viros redunt, fol. 71. col. 2. fol. 193. col. 2. Eorum societas etiã in cœlesti patria timenda, fol. 182. col. 1.

In iustos insurgunt ad primam offensionis vmbram, fol. 194 col. 2. Eorum nuditas in Eucharistia operitur, fol. 232. col. 2. Eorum supplicium eo grauius, quo magis differtur, fol. 245. col. 2. Eis parcere solus nouit Iesus, fol. 247. col. 1. Eorum numerus multiplex, fol. 256. col. 1. Peccatoris salus tunc potest correptori attribui, quando cum lenitate corripuit, fol. 262. col. 1.

Peccator gladium experitur, fol. 298. Secessum amet à turbis, vt saluti incumbat, fo. 335. Erga iustum nequior est, quam fera, fol. 350.

Si conuertatur, & si maximus sit peccator, in cœlestibus videtur, fol. 360. Dum sciat pœnitere, nulla erit gloria, in quam non recipiatur, fol. 361. Nulla est creatura, quæ peccatorem Deo iudici nõ sistat, fo. 365. Peccatoris summa pœna est desolatio, fol. 378.

Ab eorum grege solus Deus nos separat, fo. 411. Maximum illorum suppliciũ, quod propria scelera in sua fæditate videãt, fol. 431. Qui prius se & sua vitia odio habet, non spoliabitur æternis, fol. 526.

Peccatum.

Peccata etiam aliena dolere homini salutare est, fol. 6. col. 1. Peccatũ necessario manifestatio sequitur, fol. 8. col. 1. Grauissima, peccata vel solo terrore solet Deus castigare, fol. 10. col. 2. Nuda visebuntur inconspectu iudicis, fol. 14. col. 1. Non Deo, sed suis authoribus damnum inferunt, fol. 52. col. 1. fol. 53. col. 1.

Peccata hominum Deus fugit, fol. 50. col. 2. Ne fiant, curet Christianus Princeps. fol. 107. col. 1. Post illa castigata lucidior apparet iustus, quàm in innocentia, fo. 118. col. 1.

Verus illorum dolor gloriæ vanæ aditũ occludit, fol. 178 col. 1. Gratius est Deo, quod pateris pro virtute obtinenda, quã pro peccato tollendo, fol. 239. col. 1. Peccati suppliciũ citissimum, fol. 264. col. 2.

In peccatis etiam patentissimis proximorũ non sunt præsumenda summa mala, fol. 415. Peccatum infidelitatis prę omnibus Deo odiosum, fol. 434. Peccati mala videns, nec a peccato fugiens miserrimus, fol. 491. Peccati damna, fol. 357. In peccatis obdurati miserius perduntur in aduentu iudicis, fol. 602. Vt non durat peccati turbatio, fol. 358.

Perditio.

Perditionis viã terit, qui sua opera, non Deo dirigit, sed commodis temporalibus, fo. 530. Perditionis occasio sunt temporali bona, fol. 574.

Perfectio.

Omnia ad suam perfectionem pertinentia recuperabunt iusti ex morte, fol. 294. Ad perfectionem Christianã pertinet aliqua de nouo præstare, in quibus nil vetus appareat, fol. 584.

Periurium.

Periurij vnius pœna, quam plurimos perdit, fol. 330.

Pericula.

Vota in periculis concepta nõ meminit post acceptam salutem fœmineus reproborum animus, fol. 448. Semper timendum in Prælaturis periculum, fol. 597.

Peruersitas.

Summa peruersitas hominum, qui humanis non demulcentur cantibus, fol. 67. co. 1.

Persecutio, Persecutor.

Extrema persecutio Ecclesiæ omniũ sæuissima, fol. 9. Persecutionem patiens superiorem tenet locum, vt tyrannum debeller, fol. 352. Præueniet iudicem seueriſſimum iniuriarum vltorem, fol. 353. Durissima omnium persecutio à malis simul & bonis oritur, fol. 425. In persecutione exaltantur iusti: eorũ persecutores pereũt fol. 478. Persecutores iustorum durissimum sentient Deum vindicem, fol. 502. Persecutiones augent iustum, fol. 524. Persecutio non potest non sentiri, vbi res Christi agitur, fol. 555.

Petitio.

Petitiones nostræ id obtinent à Deo, quod nobis melius est, fol. 197. col. 1. Petitiones nostræ inter Eucharistiam semper implentur, fol. 216. col. 1.

D. Petrus.

D. Petri magna sapientia, qui diuini verbi nouit originem, fol. 78. col. 2. Petro debemus in reuelatione summæ glorię non opponi, fol. 78. col. 2. & fol. 79. col. 1. Petro debẽt gentes primas honoris Christiani, fol. 79. col. 2. Summa Petri altitudo, fol. 83. col. 2. Eius sapientia, ibidem. Petri imperium firmum, qui in pace fundatum, fol. 84. col. 1. Eius auspicium ab incorruptibilitate iudicij, fol. 85. col. 1. Petri virtutes veræ, fol. 87. col. 1.

Pietas.

Præstantior propinquis prouidere, fol. 510. Pietas est scire filios, vel parentes perdere pro Deo, fol. 512.

Pœna.

Æqualis culpæ, fol. 42. col. 2. Ægre susceptа pro virtute, feralis laniena est, fol. 269. Summa peccatorum pœna solitudo, & desolatio, fol. 378.

Pœnitentia, Pœnitens.

Discrimen inter impiorum, & iustorum pœnitentiam, fol. 118. col. 1. Non differenda in extremum vitæ tempus, fol. 266. col. 1 à Deo auditur, fol. 202. col. 2. Quæ non oritur à corde humili casa, fol. 550. Vide: Lacryma Dolor.

Populus.

Diuersæ nationis populos sub vno capite constituere, diuinæ potestatis opus est, fol. 274.

Possessio.

Bonorum æternorum spes, quasi possessio illorum, fol. 573. Quasi ciuilis possessio bonorum per eleemosynam, fol. 37. col. 1.

Potentia.

Potentiæ diuinæ miraculum est, quod à peruersæ homine indolis nascatur opus salutis, fol. 569.

Præceptum.

Sub præceptis aliorum viuant Prælati recẽtes, in prælaturæ infantia, fol. 556. Quod diuina præcepta nimis aggrauentur, nunquam à Dei spiritu venit, fol. 312. Præceptorum diuinorum difficultas non ex Deo, sed ex affectu nostro, fol. 386. fol. 387. Contemptus eorum etiam feruidos amatores remorari solet in vitæ exitu, fo. 395.

Præconium.

Magis præconia, quam tributa Principi bono placent, fol. 70. col. 2. Præconia, & laudes gratiores Deo quam victimæ, fol. 71. col. 1. Qui semper in alium præconia dicit, fœlix negotiator est, fol. 75. col. 2. Gloriosum est apud exteros, & disitos homines prædicari, fol. 600. Vide: Laus.

Prædicator.

Fructuose quærens salutem animarum, nec minimam à Deo absentiam patiatur, fol. 399. Fructum in peccatoribus requirens ne continuo instet, & super eos incũbat, fol. 412. Prædicator veritatis male audit inter mundiales, fol. 476. Immunis sit à temporalis lucri cupiditate, fol. 498.

Prælatus. Vide superior. Princeps.

Prælatus is sit, qui habeat doctrinam suam, non qui egeat emendicare alienam doctrinam, & vigilias, fol. 89. col. 1.

parum Prælati proficient in animis subditorum polliendis per emendicatum doctrinæ acumen, fol. 90. col. 1. Prælati multo sunt honore prosequēdi, fol. 112. col. 2. Proprijs necessitatibus parcant Prælati, vt suorum in vigilent saluti, fol. 116. col. 2. Prælati errores patentissimi, fol. 119. col. 2. Prælatus subditorum saluti prospiciat, fol. 267. col. 2.

Prælatus taliter segerat, vt videatur omnia disponere exadiuncto sibi spiritu profetiæ erga futura, fol. 344. Ea est excellentissima virtus, quæ non solum in oculis Prælati, vindicisque existit. 434. Prælato tū Ecclesiæ malū, quod sibi habeant, vt propria Ecclesiæ bona, fol. 463. Odiosa in Prælatis species, vel nomen Dominatus, fol. 495. Boni Prælati tenentur prænoscere, & prœuenire singularium ouium balatus, & voces, fol. 533. Homines infirmæ virtutis in eo viuent, si Prælati voci percipiendæ incumbant, fol. 535. Prælati, & temporalia in hoc sæculo, & æterna in futuro prouideant ouibus suis, fo. 537. in Prælatis Ecclesiæ non tam otium contemplationis, quam negotium prosubditorum salute eminere debet, fol. 555. Recentes Prælati in Prælaturæ infantia sub aliorum præceptis viuant, fol. 558. Semper timendum in Prælatura periculum, fol. 597.

Præmium.

Præmium operis in particulari visum vehementer trahit, &c. fol. 306. Præmium virtutis est apud exteros prædicari, fol. 600. Bona omnia digno præmio afficiuntur, fol. 38. col. 1. Pro difficultate operū tribuit Deus præmia, fol. 93. col. 1. præmiū æquale esse debet operibus, fo. 179. co. 1

Præsentia.

Præsentia Dei facit virtutum incrementa, fol. 77. col. 1. Illa est excellentissima virtus, quæ non in sola præsentia præceptoris, vindicisque existit, fol. 434.

Pretium.

Pretium rerum debet esse intrinsici valoris, vt regnum stabiliat, fol. 268. col. 2.

Primitiæ.

Primitiæ omnium rerum Deo offerendæ, fol. 62.

Princeps vide Rex.

Principis beneficia largiora, supplicia vero penè nulla debent esse, fol. 34. co. 2. Principis maxima laus est ipsis inimicis vitam præstare, fol. 35. col. 1. Mundialiū Principum ingenium despectos, & afflictos affligere, ibidem. Principes, qui à Deo designantur pastores sunt non lupi, fol. 35. col. 2. In lasciuo Principe omnia humana & diuina iura perduntur, fol. 47. col. 1. Principi exitialis est mollis cultus corporis, fol. 57. col. 1. Princeps non purpura, sed virtute cognosci debet, fol. 58. col. 2. Sæcularis Principis ministri quātum vtiles sunt, in regimine populorum, tantum sunt infensi in imponēdis tributis, fo. 69. col. 2. & fol. 70. co. 1. Bonus Princeps magis estimat laudes, quam tributa, col. 2. Caueat ne bonam famam amittat, fo. 71. col. 1. Principū vita indè tenetur purior esse, quia nequit esse nō patētissima omnium oculis, fol. 72. co. 1. In mundialium Principum curia mendacium prævalet, fol. 73. col. 1. Magis apud illos fœmineæ naniæ quam virorum oracula valent, ibidem. Principis mores, & verba eius familiares sequuntur, ibidem. Principibus occultanda sunt, quę iram moueant, fol. 74. co. 2. Quot fauores à Principe in suos proficiscūtur tot obices sunt ne ad illum defæcata veritas perueniat, fol. 76. col. 1. Principis laus in retribuendo est sita, fol. 83. col. 2. Eius misericordia ad omnes, fol. 38. col. 2.

In Principe à Deo electo non debet prœualere carnalis affectus, fol. 85. col. 2. Non sit Princeps acceptor personarum, ibidē: Princeps propria doctrina luceat, fol. 89 col. 1. Indignum Principe est alienā scientiam indagare, ibidem, col. 2. Christianorum Principum cura, non tam in eo ponatur, quod vitia castigentur, quam in eo quod non fiant peccata, fol. 107. col. 1. Principes multo sunt honore prosequendi, fol. 112. col. 2.

Clades Principum homines commonent de humana infirmitate, fol. 113. co. 2. Nihil durius Principi viro, quam ad inferiorum pedes obuolui, fol. 115. col. 2. Princeps, vt subditorum saluti prospiciat proprijs necessitatibus parcat, fol. 116. colum. 2. Princeps nullo magis reddit Prouinciam inexpugnabilem, quam terræ inuigilans prouentibus, fol. 117. col. 2.

Principum serui leges omnes impleant, fol. 124. col. 2.

Princeps pessimis fauendo suum imperium durissimum efficit, fol. 204. col. 2.

Princeps, nec suæ vitæ parcat, vbi subditorum saluti prospiciat, fol. 267. col. 1.

Princeps præstantissimus ea sapientia gerat omnia, vt videatur Propheta, fol. 344.

Principum ministri, vel ipsius faciei indicio ostendant indolem electæ vitæ, fol. 371.
Princeps nihil nouum subitò producat, nisi præmissa fama, cuius auditu assue cãt populares, fol. 392. Princeps huius mundi tempore mortis instaurat grauiora certamina aduersus iustos, fol. 393. Quem Deus elegit in Principem aliquorum, solet illi potiora tribuere, fo. 419. Princeps cæteris præeminens difficile se continet intra humanæ rationis terminos, fo. 480. In aulis Principum nihil citius occurrit, quam disidia, quã prælia, fol. 517. Gaudeant Principes in eo quod audiunt non à coniunctis, sed ab absentibus, & remotis, fol. 600. Principum cœlestium natalis à Cruce Domini, fol. 612.

Procrastinatio.

Procrastinatio obest saluti, fol. 363. Nescit procrastinare mortem, qui Deum amat, fol. 394.

Proficere, Profectus.

Quod in Deo paternum est proficit hominibus, fol. 369. Deum qui habet suorum profectuum authorem, nil amplius requirat, fol. 561.

Promissio.

Promissiones diuinas aurum prohibet, fol. 91. col. 1. Ingentia promissa explentur Christi opibus, fol. 376. Promissiones in præsuris factas non meminit reprobus, fol. 448.

Propinquus.

Propinquis in primis prouide, fol. 510. & fol. 567.

Propheta, prophetia.

In rerum futurarum præuisione, & prouisione Princeps populo Propheta videatur, fol. 344. Plusquã Propheta est, quisquis inter mundiales caligines viã salutis pertingit, fol. 59. col. 2. Propheticus futurorum halitus vitam fœlicem facit, fol. 354. col. 2. & 355. col. 1.

Prouentus.

Prouentibus suæ prouinciæ inuigilet Princeps, fol. 117. col. 2.

Prouidentia, prouidere.

Prouidit Deus homini suo requiem, fo. 391 Prouidere propinquis præstantior Dei pietas, fol. 510. Prouident prælati ouibus suis, & temporalia, & æterna, fol. 537.

Proximus.

In proximorum infirmitatibus se quisq; nouerit, fol. 111. col. 2. Iniquissimum est in te solas virtutes videre: in proximo solos defectus, fol. 579. Ille vere proximus est, qui sic proximo succurrit, vt in se illius exprimat infirmitatem, fol. 355. Eam debemus proximis præstare charitatem, quam Deus nobis exhibet, fol. 404. Multus est Iesus in dignoscendis operibus charitatis in proximos, fol. 405. Proximis amicum te præbeas, vt Dei amicitiam assequaris, fol. 409. Charitas erga proximum diuina sibi mysteria manifesta experitur, fol. 410. Etiam in patẽtissimis proximorum culpis non sunt præsumenda maxima scelera, fol. 415. Vel totius nostri corporis dispendio eõparare debemus, quod proximorum amor purus ad Deum ascendat fol. 430. Illa oratio proficua, quæ Dei, & proximorum negotia agit, fol. 509.

Pudor.

Inter prima virtutum auspicia est pudor, fo. 546.

Pueri.

Pueri virtutem sequentes diuinis commendantur elogijs, fol. 55. col. 2. Aliquid diuinitatis ostendunt, fol. 26. col. 2. Imò & totam Dei manum habere, fol. 57. col. 1. Laudabilis fidelium mos in pueris religioso amiculo induendis, fol. 59. col. 1.

Purgatio.

Purgatione, & scisione indigent sancti viri, dum hic sunt, fol. 398.

Q.

Quies.

TVnc solum perfecta quies cum homo cæperit præsentire Deum Patrem, fol. 367. Nec Deus quiescit, dum homo stat seruus, & non sedet in sinu Dei Patris, fo. 367. quietem imperturbabilem, & tranquillitatem prouidit Deus homini suo, fol. 391.

R.

Ratio.

RAtio habenda in disciplinis tradendis, fol. 317.

Regnum.

Regnum erit omnino inexpugnabile, si rex terræ prouentibus inuigilet, fol. 117. co. 2. Ad regnum cœlorum aptior, qui pauperior est, fol. 200. In solo Christi Iesu regno vere magni sunt viri, fol. 249. col. 2. In Deo ex virtute, & non ex clarissimo

rum nominum hæreditate magnates censentur, fol. 251. col. 2. Temporalis, & spiritualis regni stabilitas sita est in hoc quod pretium rerũ intrinseci valoris sit, fol. 268. col. 2. Nullum mundiale regnũ stare potest, cui Iesus occidit, fol. 356. Vę regno, cui Iesus deest, fol. 356. Regnum, vt perdatur, validiores sunt tributorum exactores, quam milites, fol. 518. Nescit Iesus vni claudere regnum cęlorum, quin illud aperiat alteri, fol. 320. In regno cœlorum etiam peccatores conuersi suã sedem habebunt, fol. 360.

Religiosus.

Quam custoditus, fol. 72. col. 2. Nullũ inter mundiales habebunt amicum, qui pro illis stet in aduersis, fol. 258. col. 2. Superior est omni contumelia, fol. 286. Illi iniuriæ inferendæ author Diabolus, fol. 477. Saltem in vltimis constitutus ad Deum confugit, fol. 582.

Remissio.

Quæuis remissio in malis æstimanda est, fo. 142. col. 2.

Remuneratio.

Diuina remuneratio molestiarum omnium vestigia delet, fol. 39. col. 2. Excedit merita, fol. 69. col. 1. Remuneratio pro acceptis non fit ab hominibus huiusmundi fol. 82. col. 2.

Renouatio.

Vbi aliquid vetusti hominis manet in renouatione vitæ, non potest non ruina timeri, fol. 585. Noua meditanda, fol. 584. In nouitate vitæ ambulandũ ministris Euangelij, fol. 586.

Reprobus.

Fœmineus reproborum animus indè noscitur, quod vota in pressuris concepta non meminerit post acceptam salutem, f. 448

Requies.

Requiem imperturbabilem prouidit Deus homini suo, fol. 391.

Resurrectio.

Resurrectionis gloria omnes iustos expectat fol. 361. Euacuat horrorem mortis, fol. 608.

Rex: Vide Princeps.

Optimi Regis forma est, quod in supplicijs contractior, in beneficijs largior debito appareat, fol. 34. col. 2. Optimi Regis est omnibus semper benefacere, fol. 35. col. 1. Rex à Deo regnum, & misericordiam in afflictos accipiat, fol. 35. col. 2. Nihil magis proprium est Regũm, quam egenis prospicere, fol. 38. col. 2. Caueant Reges à luxuriæ turpitudine, quæ sapientiam regnandi prorsus euertit, fol. 47. col. 2. Mollis cultus corporis regibus fatalis est, fol. 57. col. 1. Regis domus vestiarium est mundialis comediæ ex prophanorum hominum corruptela, fol. 58. col. 1. Regem opera demonstrent, non vestes, ibidem, col. 2. Regum ministri proficui omnibus debent esse, fol. 69. Optimo Regi gratiosiora esse debent præconia quam tributa fol. 70. col. 2. Regis vita omnium oculis patentissima, fol. 72. col. 1. In mundialiũ regum curia mendacium est, fol. 73. col. 1. Plus apud illos valent fœmineæ nanię, quam virorũ oracula, ibidem. Regis mores induunt eius familiares, ibidem. Non sunt regibus dicenda, quæ iram mouere possint, fol. 74. col. 2.

Quot fauores à Rege in suos proficiscuntur, tot obices sunt ne ad illum veritas perueniat, fol. 76. col. 1. Regis laus non solũ in dando, sed in retribuendo etiam est sita, fol. 83. col. 1. Diuini semper prævalẽt affectus in Rege à Deo electo, fol. 85. co. 2. Rex non sit acceptor personarum, ibidem. Regnare incipit, qui pro Iesu vulnera perfert, fol. 104. col. 2. Christiani Regis cura in eo sit, quod non fiant peccata, fol. 107. col. 1. Reges semper honorandi sunt, fol. 112. col. 2. Regum casus humanam infirmitatem homines commonent, fol. 113 co. 2. Durissimum est Regi alios se superiores habere, fol. 115. col. 1. Rex Prouinciam inexpugnabilem reddet, si terra inuigilet prouentibus, fol. 117. col. 2. Regis errores patentissimi, fol. 119. co. 2. Regum familia leges omnes obseruet, fol. 124. col. 2. Rex pro meritorum dignitate præmia largiatur, fol. 179. col. 1. Rex ad dandum pronus debet esse, & nõ ad recipiendum, fol. 266. col. 2. Regum ministri, vel à fronte ostendant compositam vitam, fol. 371. Regalium tributorũ exactores validiores ad perdendum, quã milites, fol. 518.

Ruina.

Non potest non timeri ruina, vbi aliquid vetusti hominis manet, fol. 585.

S.

Sacerdos.

SAcerdotis munus in Caypha vicit hominis malitiam in annuntianda veritate,

fol.311.col.1.Vide Miniſtri Euangelij.

Saluator, Vide Chriſtus.

Saluatori odioſus, qui acceptam virtutem deſerit,fol,108.col.1.

Salus,ſalutaris.

Saluti ouium inuigilent Prælati etiam cum diſpendio propriæ commoditatis , fol. 116.col.2.Ad ſalutem via compendioſa eſt inimicos diligere,fol.147.co.2.Salus propria non omnino commendanda alteri,fol.238.col.1.A ſolo Deo eſt,fol. 244.col.2. In ſalutis negotio etiam minima æſtimãda,fol.210.col.2. Salus peccatoris leni correptori tribui poteſt, fol. 266.col.1.Saluti ſubditorum proſpiciat ſuperior,fol.267,col.2.

Salus ex memoria æternæ flammæ,fo. 293. Non differendum ſalutis negotium , fol. 362. Salus non eſſet, niſi à Deo Patre, fol.368.Salutis negotium,qui tractant, minime à Deo ſeparentur,fol. 399. Salutis negotium maius opus, quàm mortuorum ſuſcitatio,fol.442. Regaliſsimũ opus ſaluti inſtare animarum , fol. 485. Qui ſaluti inſtat animarum ſe vel in habitu hominibus conformet,fol.486.Quandiù ſalutem præ oculis habes, fere inexpugnabilis es,fol.494.Fœlix qui in ſalutis negotio non pendet ab alio,fol. 504. Salus in omni oratione requirenda , fol. 509.Bona quæ in Chriſto acquirimus halant ſalutem,fol.539.

Exteriores corporis afflictiones fideles indices ſunt ſalutis,fol.547.Illud in primis Dei beneficium,quo quis in ſalutem erigitur,innumeris alijs pereuntibus , fol. 587.Diuinę doctrinæ ſedes ſalutaris,fol. 310.Salutaris ſapientia eſt,quæ fulcrum habet ſcripturarum,fol.342.

Sancti,ſanctitas.

Sancti etiam Dei iudicium ſuſpectũ habent, fol.13.col.1.In peccatorũ pęnis timeãt, fol.13.col.2.Glorioſæ de tyrannis triumphant,fol.24.col.2.Ex remotiſsimis regionibus à Chriſto congregantur,fo.33. col.2.Mala omnia deſcipiunt,vt luxuriã effugiant,fol.47.col.2.Dum hic ſunt ſciſione indigent,fol.398.

Sanctitatis argumentum,vel minimam aliorum virtutem ſibi ſuperiorem agnoſcere fol.62.col.2. Per imitationem plurium ſanctorumIeſus perfecte hebetur,fol.76. col.2.& fol.483.col.1. Non omnibus ſanctis correſpõdet in cœlo diadema regni,fol.93.col.1.Sanctus vir terræ condimentum,fol.109.col.2. Sanctitatis ſontem perdunt luxurioſi,fol.195.col.2.Sãctitas in veritate,fol.436.In lingua conſpicitur,fol.422.

Sapientia,ſapiens.

Sapientia non cõmunicata,nulla eſt,fo. 26. col.2.Sapientiæ mundiali occulta diuina,fol.77.col.2.Sapientia ſæculi ſtultitia eſt,fol.78.col.1.Aliena ſapientia nixus,propriam oſtendit ignorantiam , fol. 89.col.2.Sapientia tunc ſalutaris eſt cum diuinis ſcripturis roboratur,fol.342.Sapientia in præſulibus prænotionẽ ſapiat, fol.344.Summa in eo eſt,qui ſcit mundo valedicere,fol.458.Sapientia omnigena floreat magiſteri Chriſtianus,fol.459. Diuinæ ſapientiæ vniuerſæ deſeruiant facultates,ibidem.

Sapiens non in ſe ſolo videt virtutes , ſed & in alio,fol.545.Sapiens mundialis ineficax ad perſuadendum,ſi cum Ieſu comparetur,fol.387.Sapientes maiorem curam habeant,in Deo quærendo , fol.48. col.2.Sapiens non prætermittit occaſionem ſalutis,fol.49.col.1.Ieſum inter peccatorum greges cognoſcit,fol.60 col.2. Proprios non ſequitur affectus , fol. 81. col.2.Sapientis vitia magis timenda,fol. 257.col.2.

Sanguis.

Sanguis Chriſti manſuetudinem docet, fol. 151.col.2.

Scelera,ſceleratus.

Abſceleratorũ grege noſ ſeparat ſolus Deus fol.411. Maxima ſcelera nunquam ſunt præſumenda,fol.415.Impiorum ſupplicium,quod videant propria ſcelera in ſua fæditate,fol.431.Vide Peccatum.Peccator.

Scientia.

Scientiam alienam emendicare alienum eſt à Principe,fol.89.col.2.Vide:Sapientia.

Scriptores.

Scriptor librorum Dei graria afflatur , fol. 345.Societatis Ieſu ſcriptores vniuerſas hæreſes iugulant,fol.499.

Scriptura Sacra.

Fulcire debet ſapientiam,fol.342.Illius lectio ſpem noſtram roborat,fol. 343. Sacra Scriptura non niſi fracta,& lacera ad inuſitata dogmata trahitur,fo.199.co.1

Scrupuloſus.

Nimij ſcrupuloſi erga parua ſolent mag-

na deuorare, fol. 351.

Securitas.

Nulla, vbi Dei gratia deest, fol. 29. col. 2. Ad securitatem doctrinæ maxime conducit vnitas pastoris, fol. 276. col. 2.

Sacularis.

Sæculares peccatores, nec in vltimis solent ad se redire, fol. 582.

Sedes.

Qui Principatus sedes occupant, multo sunt honore prosequendi, fol. 112. col. 2.

Seruus, seruitus.

Seruitutis humanæ ablationem omnes meditantur creaturæ, fol. 367. Serui notamur in alijs, in oratione liberi, fol. 450. Seruitus non est in solis diuinis donis, fo. 468. Solus Iesus facit, quod pluribus inseruientes placeamus, fol. 487. Summa seruitus peccati videre malum, nec desistere, fol. 491. Seruus Dei omnium Dominatur, fol. 501.

Seueritas.

Indulgentia Seueritati paternæ iuncta salutaris, fol. 581.

Signa.

Quæ à Deo homini salutaria, fol. 6. col. 2. Et quę à lacrymis, ibidem.

Simulatio.

Omnis simulatio aliena ab spiritu Christi, fol. 377.

Singularitas.

Maxima virtus hominis iusti fugere à singularitate, fol. 482.

Speculum.

Princeps nō sit speculum, fol. 85. col. 2. Speculum propinquiores representat, fol. 86. col. 1.

Societas.

Peccatoris societas etiam in cœlo timenda, fol. 182. Magis timenda, quæ peccatoris & sapientis est, fol. 257. col. 2.

Sol.

Solem iustitiæ sibi accedentem habet, qui in via virtutum non hæret, fol. 504.

Solicitudo.

Solicitudo acquirendi bona temporalia in viro Ecclesiastico turpissima, fol. 496.

Sonus.

Instar soni vani habentur Dei verba ab impijs, fol. 385.

Spes.

Firmissimum Spei fulcrum lectio sacra, fol. 343. Spes bonorum permanētium, quasi possessio est illorum, fol. 573. Spes totū hominem facit, fol. 185. col. 1. Non ponenda in alienis laboribus, fol. 233. col. 1.

Splendor.

Regius splendor à vitæ integritate, fol. 58. col. 2. Nominis splendor maximè æstimatur à celsis animis, fol. 70. col. 2. Mundialis splendor in cineres redactus cōfringit animos, fol. 114. col. 1. Splēdidior iustus post peccatum castigatum, quàm ante ipsum peccatum, fol. 118. Tantū splēdoris, quantum castitatis fol. 473. Splendor, & dignitas, quæ à Diabolo casum affert, fol. 590. Qui in aliquo splendet, difficile se continet, fol. 480.

Spiritus Sanctus.

Spiritu diuino ille agitur, cuius virtus inter aliorum virtutes eminet, fol. 432. Et linguæ lapsum cauet, fol. 437. Iesus ipse per Spiritum Sanctum claruit, fo. 438.

Sterilitas.

Vndè sterilitas vitiorum, indè fructus glorię ex Iesu gladio, fol. 397.

Studium.

Studium literarum sacrarum necessarium est, ad populorum salutem, fol. 319. Qui studia sua non Deo dirigit, perditionis viam terit, fol. 530. Scribendorum librorum studium a Deo, fol. 345.

Subditus.

Subditorum negotium plus ament Prælati, quam otium contemplationis, fol. 555.

Superbus, superbia.

Superbia contra naturam peccat, fol. 314. In casu nescit nō funditus perire, fo. 523. Conteretur, fol. 596. Vide: Iactantia, Gloria vana.

Superior, vide Princeps Rex Prælatus.

Superior diuinum aliquid habere debet, fo. 72. col. 2. Per se ipsos immediate subditis prouideat, fol. 89. col. 2. Sapiētia floreat, ibidem Curet ne fiant peccata, fol. 107. col. 1. Proprijs necessitatibus parcat, vt de suorum salute curet, fol. 116. col. 2. & fol. 267. col. 2.

Superior multo honore prosequendus est, fol. 112. col. 2. Perfecti superioris est mala ventura præuidere, fol. 270. col. 1. Largus in beneficijs, parcus verò sit superior in supplicijs, fo. 34. col. 2. Superior à Deo designatus pastor est non, lupus, fol. 35. col. 2. Non tam officij dignitate, quā virtutis operatione cognoscatur superior, fol. 58. col. 2 Caueat ne bonam famam amittat,

amittat,fol.71.col.1. Debet virtutibus florere,quia eius vita patentissima est omnium oculis,fol.72.col.1. Non sit acceptor personarum,fol.85.col.2.

Supplicium.

Maximum est à Iesu separari,fol.302. Videre propria scelera in sua feditate,fo.431. Supplicium in peccatores citissimum adest,fol.27.col.1. In supplicijs inferendis Deus alienũ habitum sumit,fol.20.co.1. Acerbissimũ supplicium, est ne impij videant gloriam Dei,fol.43.col.1. Quo magis supplicium peccatorum differtur eo grauius puniũtur peccatores,fol.245. col.2. Supplicijs suis tolerantiæ commonitores Deus adhibet,fol.254.col.2. Maximis criminibus,quam citissime inferendum est supplicium,fol.264. col.2.

T.

Telum.

TElum grauissimum ad perdendas animas fames est,fol.97.col.2.

Templum.

Ædificatores templorum Deo acceptissimi, fol.329. Homo non est,quem vel templi locus ad Deum non conuertat,fol. 543.

Tempus.

Breuissimum apparebit in Iesu conspectu, fol.381. Quod vis,etiam postremum potest esse primum,fol.483.

Tenebræ.

Nullæ horribiliores,quam quæ a Deo nos separant,fol.43.col.2. Inter mundi tenebras Deum cognoscere summa sapientia est,fol.60. col.2.

Tentatio.

Tentationes vilescunt animo ad illas præparato,fol.54.col.2.fol.55. col.1.

Terra.

Terra fructifera,& fœcunda datur miti, & mansueto viro,fol.94.col.2. Omnẽ terram, vel vnus iustus condire valet, fol. 109.col.2. Terræ prouentibus inuigilet rex,& totum regnum inexpugnabile faciet,fol.117.col.2. Dum in terra sunt, etiam sanctissimi indigent purgatione, fol.398.

Thesaurus.

Thesaurus Christi est super omnem fidem præstitam,fol.376.

Timor,Timere.

Non timet mortem, qui Deum amat, fol. 394. Timores omnes abigit oratio ad Deum,fol.506. Timor ipsa morte grauior est,fol.11.col.1. Iudicij timor colligit iustos,& asserit in tuto,fol. 20. col.2. Futuri mali timor nos solicitet in malis præsentibus,fol.11.col.1.

Tolerantia.

Laborum tolerantia omnia impetrat, fol. 49.col.1. Onmi alio miraculoso opere præstantior,fol.51. col.1. Ipsissima Dei natura exhibetur,quasi visibilis in ea,fol. 51.col.2. Solet Deus supplicijs suis,tolerantiæ commonitores adhibere,fol.254. col.2.

Tormentum.

Minus affligit longum huius vitæ tormentũ quàm delectat etiam breuissima consolatio diuina,fol.40.col.1. Tormentum est iusto,comparari cum brutescentibus hominibus,fol.118.col.1.

Tribulatio.

Patiẽter tolerata facile omnia imperrat, fo. 49.co.1. Diuinum auxilium ad se trahũt fol.50.col.1. Animo præparato nullæ, fol.54.col.2. Reddunt hominem Angelis superiorẽ,fol.61.col.1. Fœlices, quas Deus consolatur,fol.95.col.2. Omnis vtilis viro iusto,fol.429. Vide, Labor, afflictio,&c.

Tribunal.

Tunc iudicij tribunalia perfecta, cùm nec vilissimæ resculæ sinuntur sub iniuria viuere,fol.435.

Tributum.

Tributorum exactores nequiores, quàm milites,fol.518.

Trinitas.

Diuinissimę Trinitatis, vel adumbrattio fundamentum est humanæ fœlicitatis, fol. 263.col.1.

Tristitia.

Tristitia in virtute infirmam fidem denotat fo.172.col.1. A creaturis oritur,fo.173. col.2.

Triumphus.

Electorum nomina nunquam,sine re triumphi,fol.598. Triumphus Christianorum inimicis benefacere,fol.145.col.2.

Turris.

Munitissima sit de laboribus nostris aduersus hostes,fol.513.

Tyrannus.

De fatigabitur potius torquendo iustos, quã eorum patientia, fol. 25. col. 1.

V.

Vanagloria.

OMnium est vitiorum mater, fol. 313. Vide: Gloria vana, iactantia, superbia.

Varietas, Variare.

Virtutis res variari debet, vt ab infirmis ametur, fol. 452. Iustus studeat virtutum varietati, fol. 483.

Verba

Verbum Christi asperum grauius gehenna fol. 41. col. 1. Verba detractoris sagittæ, fol. 72. col. 2. Verba blanda adulatoris, fol. 76. Verbis addenda opera, fol. 125. col. 2. Verborum lapsum prorsus cauere à solo Deo venit, fol. 437. Verba gratiosa, & suauia, fol. 537.

Verbum Dei.

Verba Dei in animis impiorum instar soni vacui, fol. 385. Vel Dei verbulum penè inamissibilem causat gratiam, fol. 384.

Verecundia.

Inter prima virtutum auspicia, fol. 546.

Veritas.

A Palatijs, & Aulis exulat, fol. 73. co. 2. Eius excellentia, fol. 74. col. 2. Defæcata fugit regem, à quo fauores veniunt, fol. 76. co. 1. caueat proprium cerebrum, qui veritatem cupit pertingere, fol. 81. col. 1. Simplicissima propria Christi, fol. 377. Etiã in Dæmone muneratur à Deo, fol. 378. Vbi veritas, nil non sanctum, & diuinum fol. 436. Veritatis preco male audit apud mundiales, fol. 476. Veritatis ministeriũ corrumpitur cupiditate bonorum temporalium, fol. 563. Differencia doctorũ placita valde conducunt ad veritatem fidei propagandam, fol. 552.

Vestis.

Sacræ vestes plurimum valẽt ad benedictionem cœlestem impetrandam, fol. 59. col. 2.

Vetus.

Quidquid veteris hominis maneat in renouatione vitæ periculosum est, fol. 585.

Via.

Via est Iesus, fol. 364. Via perditionis teritur ab eo, qui studia sua non Deo, sed tẽpori dirigit, fol. 530.

Victoria.

Adolescentum victoriæ apud Deum gloriosæ, fol. 488. Perfecta mundi victoria non sine magno labore, fol. 513.

Vidua.

Deum curatorem suum habet, fol. 322.

Vigilans.

Vigilantis animi mors, non dicenda mors, fol. 492.

Vinum.

Parit iras, & crudelitates, fol. 501.

Vincula.

Faciunt Christianos innoxios à voluptate, fol. 48. col. 1. Eorum tolerantia præstantissimum opus, fol. 51. Christi Deitas in vinculis magis apparet, fol. 51. col. 2. Reddunt homines Angelis superiores, fol. 61. col. 1.

Vir.

Viri fortis facinus, quod sciat etiam fugere, fol. 280. Eius fuga etiã gloriosa, fo. 281. Viri religiosi contumelijs superiores, fol. 286. Viros etiam præstantes inficiunt laudum blandimenta, fol. 576.

Virginitas.

Vbi est, nullum pondus, fol. 474. Lucidissimis fœcunda partubus, fol. 475. Vide: Castitas.

Virgo Beata.

Per beatam Virginem nihil non salutare, fol. 20. col. 2. Ex B. Virgine traxit Iesus etiam, quod benefaciat inimicis, fo. 146. col. 2.

Virtus.

In virtutum progressu non qui destruit, sed qui ædificat Deum allicit, fo. 174. col. 1. Christianæ virtutis fulgor sub cinerea aspergine claret, fol. 175. col 2. Ad fortia virtutum opera imbecilles, qui Mammonæ seruiunt, fol. 185. col. 2. Nisi quis in virtute deficiat, non illi deficiet Dei largitas, fol. 215. col. 1. Ex intimis virtutũ operibus, quis est censendus, fol. 220. co. 2. Virtutes paulatim amplectendæ, fol. 230 col. 2.

Labores pro virtute obtinenda Deo gratissimi, fol. 239. col. 1. Quod virtuti postponis non perdis, sed ad salutem animæ inueniendã apud Deum reponis, fol. 242. col. 1. Ex virtute verus honor apud Deũ, fol. 251. col. 2. Pœna coacte ob virtutem suscepta feralis lanienæ speciem habet, fol. 269. col. 1.

In virtutis via semper progrediendum, fol. 22. col. 2. & fol. 23. col. 1; & 2. fol 76. col. 2. Virtutes omnes pugnant, sola misericordia

sericordia trophæa erigit, fol. 39. col. 1. Sine ea omnes aliæ virtutes, quam sine gloria videntur, ibidem. Virtutis via arripiẽda non quam occasio offert, sed quam seriæ electionis, & affectus põdus parit, fo. 53. col. 2. Virtutum initia præstantia diuinis elogijs commendãtur, fol. 55. col. 2. In virtute à pueritia habita aliquid diuinitatis ostenditur, fol. 56. col. 2. Minimam aliorum virtutem sibi superiorem cognoscere summæ argumentum sanctitatis est, fol. 62. col. 1. Virtutis via ab omnibus terrenis viris maledictis impetitur, fol. 71. col. 2. Iustus omnibus virtutibus adquirendis studeat, fol. 77. col. 1. & fo. 483. col. 1. Præstantes virtute filij maximam parentibus gloriã accumulant, fol. 80 col. 1. Summum virtutis attigit beneficiorum memor, fol. 83. col. 2. Virtus, quæ à Deo laudatur vera, & permanens, fol. 87. col. 2.

Nec virtutum minima despicienda sunt, fo. 99. col. 2. Semel acceptus virtutis sapor conseruandus est, ni velis saluatori odiosus esse, fol. 108. col. 1. Virtus nõ est, quę nullis externis operibus nõ probabitur, fo. 122. col. 1. & fol. 424. col. 1. In virtute amplectẽda aliorũ vestigia sequi oportet, fol. 134. col. 2. Ille triumphat in virtute, qui vltra debitum semper addit, fo. 143. co. 2. In virtute nullus sit terminus, fol. 153. col. 1. Virtutum coronas humanæ laudes furantur, fol. 154. col. 1. Dum te virtutes tuæ lateant omnibus manifestæ esse possunt, fol. 156. col. 1. Verus virtutis cultor, quæ in illa sunt tristia dissimulat, fol. 181. col. 2. Tristitia in virtutis opere infirmitatem fidei arguit, fol. 172. col.

Virtus ficta hospitatorẽ sui exugit, ditat vera, fol. 321. Qui perfecto corde virtutem colunt, tẽporali alimẽto carere non possunt, f. 322. Intimis animi virtutibus plus fidere, qua externis ceremonijs Christianum est, fol. 334. Nec Deus, nec virtus exaltantur, & glorificantur vbi opera nõ sunt, fo. 374. In quo virtus Christiana nõ regnat, habẽtur verba Dei instar soni vani, fol. 385. Difficultas in virtutis opere non ex Deo nascitur, sed ex affectu nostro, fol. 386. & 387. Vera animæ virtus præ omnibus alijs æstimanda, fol. 401. Virtuosi operis præstantia indè maximè sumitur, quod fiat propter Iesum, pro Deo, & virtute incurrimus odiũ mundi, fol. 420. Virtutis opera, sine quibus nemo bonus, ostendunt qualis quis sit. Ille diuino spiritu agitur, cuius virtus nõ solum inter vitia, sed & inter aliorum virtutes excelliere nititur, fol. 432. Ea est excellentissima virtus, quæ non solum in oculis Præceptoris, vindicisque existit, fol. 434.

Cætera virtutis opera nos seruos notãt, oratio ostendit liberos, fol. 450. Virtutis res variari debet, vt ab infirmis ametur, fol. 452. Virtutis præmiũ est ab exteris prædicari, fol. 600. Virtus diuina cuidens sit in dignoscendis hominũ præcordijs, fol. 461. Virtus maxima hominis iusti, quod in nullo velit à communitatis multitudine eximi, fol. 481.

Multiplici virtutum varietati studeat iustus fol. 483. Infirmus non statim in fortissimis exercendus, fol. 583. Regalissima, diuinissimaque virtus est pascendis occurrere animabus, fol. 485. Qui in virtutis via non stat, sed ambulat, accedentem sibi habet iustitiæ Solem, fol. 504. Præstantior virtus propinquis prius prouidet fol. 510.

Religiosi magis vidẽt virtutes aliorum, fol. 579. Virtus animi constantis trahit ad se omnium corda, fol. 522. Homines infirmæ virtutis in hoc viuunt, si Pastoris voci percipiendæ incumbant, fol. 535. Nõ qui fœlix stat, sed qui pressus iacet, potest suas virtutes publicare, fol. 544. Qui sapit, non in se solo videt virtutes, sed in alio, fol. 545.

Inter prima virtutum auspicia, verecundia est, & modestus pudor, quo Deo sistitur homo, fo. 546. Virtutis opus quo præstãtius, eo magis debet occultari, fol. 547. Vbi charitas deest, cæterę virtutes abeãt in corruptionem, fol. 548. Qui pro virtute mille conflictus subtinuerit, benè tractat hominum culturam, fol. 557. Locus, in quo primi virtutis progressus incæperunt, nõ facile dimittẽdus, fo. 566. Qui fructus metere cupit, vnam æstimet virtutem, quæ ex Fidẽ, fol. 570.

Alienũ est à virtute virili, Dei inspirationes operibus exhibere, fo. 571. Virtutes præstantissimorum sociãtur reproborũ gregibus, vbi eos tangit inuidia, fol. 575. Plus incumbendum interioribus virtutibus, vt securioribus ab ambitione, quã exterioribus, fo. 577. Religiosi instituti, quæ apparent imperfectiones non mordendæ, vt quæ possunt esse virtutis præstantioris facinora, fol. 578. Iniquissimũ est in te solas virtutes videre: in proximo solos defectus, fol. 579.

Vis.

Vis meditationis tanta, vt sibi faciat esse, quod

quod meditatur,fol. 362.

Visus.

Vel solo visu aduersarios debellant viri iusti,fol.606.

Vita,viuere.

In vitam præsentem insanire proprium est prudentiæ iustorum,fol.276.Vel in hoc vita humana misera est,quod non præsentiat dãna futura,fol.354. Qui à Christo Iesu deuiat verè,nec est,nec viuit, folio 364. Vera vita non est,nisi in Iesu via, fol.365.Omnia sunt insufficiẽtia,vt homo viuere possit, nisi Paternum quid in Deo experiatur,fol.368. Ministri Principum,vel ipsius frontis indicio ostendãt indolem electæ vitæ,fol.371.

Vt possis viuere in futuro,nihil sit tibi magis voluntarium in præsenti, quam mortificetio,fol.379.In exitu vitæ etiam feruentissimos Dei amatores remoratur cõtemptus diuinorum præceptorum, folio 395.Dum in hac vita sunt,etiam sanctissimi indigent purgatione,& scisione,fol. 398.Dum vita cœlestis nõ perditur,parua,& minima quęuis alia derrimenta,fo. 440.Ab exitu huius vitæ, & ingressu futurę claret vera nobilitas,& gloria hominis,folio 529.Vitæ durities, & asperitas hominem suauiter confirmat,folio 572. Vbi aliquid vetusti hominis manet in renouatione vitæ,non potest,non ruina timeri,fol.585.In nouitate vitæ ambulandum est,qui vult homines trahere ad vitã, 586.Non est vita, sine luctu vbi Deus abest fol.96.col.2. Familiæ Principum legalissimam vitam agunt,fol. 124. col.2. Vitæ ratio per notos virtutum calles,fol. 134.col.2. Vita ex oculis censetur, fol. 183.Res inanimatæ à Iesu vitam halant, fol.219.col.2. A cœlesti cibo vita, fol. 230. col. 2. In hac vita salutis negotium perage,fol.266.col.1.

Vitia.

Sæuissima sunt,fol.182.col.2.Quæ sapientum sunt,magis fugienda,fol.257.col.1. Curandum magis ne fiant,fol.107.co.1. Ad illorum expugnationem Ecclesiasticus fias,non ad lucrum,fol.120.colu.1. Fœlicia omnia in eo, qui aduersatur vitijs,fol.138 col.2.Rari in vitijs non patrissant,fol.220.col.1. Vitia hominum fouet,& alit vana gloria,fol.313. Vitia Dominorum à subditis ebibuntur,folio 325.Vitiorum extrinsecus splendor) despiciendus,fol.335.Vitia penetret intrinsecus,qui velit lucrum reportare, ibidẽ. Vbi regnat vitium, habentur verba Dei instar vani soni,fol.385. Vndè vitiorum sterilitas oriebatur, indè gloriæ fructus suis parat diuinus gladius,fol.347.

Vltio.

Grauissimã vltio est,quæ ad mensuram hominis fit,fol.192.col.2.

Vmbra.

Qui Deum sub vmbris colit,eum manifestum videbit,fol.602.

Vnitas,vnio.

Vbi vnitas,& cõcordia,ibi claritas,fo.439. Vnionis fraternæ amator, qui Deo propinquus est,fol.132.col.2.

Voluntas.

Voluntates humanas,vel minimaIesu bona possunt explere,fol.376.

Voluptas.

Voluptatum simulacra caueant pij homines,fol.47.col.2.Inter voluptatum lenocinia viam salutis tenere excellentissimũ, fol.60.col.1.Sapientes mundi ad voluptates,fol.78.col.1.Voluptas nil non graue,fol.397. Vt voluptas expugnetur,omnibus virtutum armis indiges,fol. 594.

Votum.

Vota in pressuris concepta nõ amplius meminit fęmineus reproborum animus,fol. 448.Impiorum vota non differunt ab homicidijs,fol.337.c.1. Vota Deo odiosa, quæ partialitatem olent, fol. 554. col.2.

Vox.

Voces cõtumelioſæ nihilo faciendæ,vt spurcissimæ,fol.185. Vox salutaris facit sentiri proximum,fol.537. Ouis Christi ad solam vocem exsurgit,fol.536.

Vulnus.

Vulnera à Deo infiguntur,ad fructus, folio 397.Iesu vulnera sunt nobis refugia,fol. 415.Tot citæ,& gloriosæ palmæ, quot vulnera pro Iesu,fol.415.

Vultus.

Vel ipsius vultus indicio ostendatur in nocentia vitæ,fol 371.

AD CONCIONATORVM VSVS.

Per totum annum.

Dominica 1. Aduent.



VC. 21. *Erunt signa in Sole, & Luna, &c.* Habes totum in præsenti. Lib. 13. cap. 1.

Dom. 2. Aduent.

Matth. 11. *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.* Habes item in præsenti. Lib. 14. cap. 1. per totum.

Dominica 3. Aduentus.

Ioannis, 1. *Misserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & Leuitas ad Ioann.* Turbæ ad Iesum concurrebant, Sinagogæ magistri ad Ioannẽ mittunt: semper enim innocentia simplex, & rudis oculatior est ad percipienda diuina, quam sapientes mundi. Libr. 14. cap. 2. §. 9. Item quærentes Deum, non sapienter ad vnum Ioannem mittunt, quia Deus facilius inuenitur, per plurium Sanctorum imitationem. Lib. 14. cap. 2. §. 8.

Tu quis es? Opera dicunt, quid quisque sit. Lib. 14. cap. 2. §. 19. Item quid quisq; sit, clarius scitur in vitæ exitu. Libr. 15. cap. 6. parag. 1.

Quia non sum ego Christus. Humilitas Dei Patris secunditatem exprimit in acquirẽdis filijs, & Ioannes humilis, tot assecias acquirit. Lib. 15. cap. 5. §. 1. Item Ioannis constantia, quæ sola potest homines allicere, ibidem. §. 2.

Domin. 4. Aduent.

Luc. 3. *Procurante Pontio Pilato, &c.* Cũ inter tot Principes inter se dissidentes populum Iudæorum partitum, diuisumq; videas, hoc tibi persuade, quod lucri tempora lis cupiditas pacem, & vnanimitatem seruare non potest. Lib. 15. cap. 8. §. 14.

Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Ecce quanta dicũtur de Ioanne, nimirùm quod sit Zachariæ antistitis filius, quod verbũ Domini habeat in se, sed hæc bona dicuntur de illo, quando in deserto est, quia perfecta mundi abnegatio multiplicat bona. Lib. 15. cap. 4. §. 8. In deserto existenti Ioanni dicitur verbum diuinum, quia in mundialium regum curijs mendacium prævalet. Libr. 14. cap. 2. §. 1. Ideo post numeratos tot Principes, ad Ioannem fit verbum diuinum.

Prædicans Baptismum pœnitentiæ. Quid habet baptismus, cum pœnitẽtia? In baptismo suauitas, in pœnitentia asperitas; sed asperitas vitæ hominem suauiter confirmat. Libr. 15. cap. 9. §. 5.

Dominica infra Octauam Epiphaniæ.

Luc. 2. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secũdum consuetinem diei festi, consumatisque diebus cum rediret, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius.* Expende, quod cum ascendunt Ierosolimam, non explicantur, qui ascendant, sed ait, *ascẽdentibus illis*, vbi autem post festa consumata puer manet Hierosymis docturus Sacerdotes, iam explicantur eius parentes, dicit enim: *non cognouerunt parentes eius.* Quia parentum præstantia, & gloria tunc ostenditur, cum à filio in virtutibus exceduntur. Lib. 14. cap. 17. parag. 16.

Requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, &c. Non miror, quod Iesus non inueniatur inter cognatos, quando Dei spiritus semper male audit apud cognationes carnales. Lib. 14. cap. 15. §. 20.

Inuenerunt illum in templo. Recens natus in templo sistitur Deo Iesus, & modo manet in templo, non enim facile dimittendus locus, in quo primi effulserunt progressus virtutum. Lib. 15. cap. 9. §. 16.

In his, quæ patris mei sunt oportet me esse. De Iesu venit, quod Deum præsentiamus patrem. Lib. 15. cap. 17. §. 3.

De hoc Euangelio habes in 1. tomo. lib. 2. cap. 11. per totum.

Dom. 2. Post Epiphan.

Ioan. 2. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat*

& erat mater Iesu ibi, &c. Nō otiose in nuptiarum celebratione, dicitur esse mater Iesu, sed vt ostendatur, nuptiale bonum filiorum causa nutriendum. Lib. 14. capit. 6. parag. 6.

Vocatus est autem, & Iesus Nō est vita vbi non est Iesus. Lib. 14. cap. 17. parag. 9.

Quid mihi, & tibi mulier? Indulgentia cū patris seueritate iuncta vtilis. Lib. 15. cap. 10. parag. 7.

Implete hydrias aqua, &c. Deus suis affectis etiam solet temporalia largiri. Libr. 15. cap. 6. parag. 10.

De hoc habes in 2. tom. lib. 11. cap. 1. per totum.

Dom. 3. Post Epiphan.

Matth. 8. *Si vis potes me mundare, &c.* Solus Deus habet in promptu bona, quæ largiatur. Lib. 14. cap. 9. parag. 12.

Vide nemini dixeris, &c. Præstantissima hominis pulchritudo, suas laudes non ab alio, quàm à Deo quærere. Lib. 14. capit. 9. parag. 9.

Sed vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus, &c. Salute accepta non permittitur, quiescere, sed ad viam capessendam, & munus offerendum vrgetur, sic cœlestia bona præhabita in opus impellunt. Lib. 14. cap. 9. parag 25.

Vide de hoc Euangelio in 2. tom. lib. 9. cap. 4. per totum, & cap. 3. per totum.

Dom. 4. Post Epiphan.

Matth 8. *Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eū discipuli. Et ecce motus magnus factus est in mari, &c.* Iesum in naui existentem & venti furentes, & insani fluctus persequūtur, quo enim quis sanctior, eo magis ab impijs arguitur. Lib. 14. cap. 9. parag. 27.

Domine salua nos, &c. Oratio cum afflictione iuncta efficax. Lib. 14. capit. 9. parag. 37.

Imperauit ventis, & mari. In fide nominis Iesu nihil non tibi credet omnipotentia diuina. Lib. 14. cap. 17. parag. 19.

Vide de hoc Euangelio in tom. 2. lib. 11. cap. 5. per totum.

Dom. 5. Post Epiphan.

Matth 13. *Seminauit bonum semen in agro suo:* Vbi Iesus intercedit, nullum non completum, & perfectum venit bonum. Lib. 14. cap. 22. parag. 3.

Cum dormirent homines, venit inimicus eius, & e. Hostis antiquus mortis sopore obseruat, vt tunc grauius tentet. Lib. 14. cap. 18. parag. 13.

Cum fructum feciſſet, tunc apparuerūt zizania. Vbi virtutes apparere incipiunt, & odia mundialia in illas insurgunt. Lib. 14. capit. 20. parag. 18.

Inimicus homo hoc fecit, &c. Non ex Deo, sed ex affectu nostro humano, nascitur difficultas in virtutum opere. Lib. 14. capit. 18. parag. 6.

Dom. 6. Post Epiphan.

Matth. 13. *Quod accipiens homo seminauit, &c.* Diuina dona firmantur hominis cooperatione. Lib. 15. cap. 8 parag. 5.

Cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, &c. Iustus homo ex humilitate, & pressura glorioſior. Lib. 15. cap. 5. parag. 4. & parag. 5.

Quod accipiens mulier abscondit, &c. Peccator secessum amet, vt saluti instet. Lib. 14 cap. 16. parag. 27.

In farinæ satis tribus. Diuinissimæ Trinitatis, vel adumbratio homini salutaris. Lib. 14. cap. 13. parag. 4.

Dom. Septuagesimæ.

Matth. 20. *Conducere operarios, &c.* Non nisi operari; conducuntur, quia ex virtutum operibus censetur quisque. Lib. 14. cap. 20. parag. 20.

Misit eos in vineam, &c. Nō secum eos tulit, sed misit, quasi à se separatos, quia illi virtus probatur, quæ non solum in oculis vindicis existit. Lib. 14. cap. 21. parag. 10.

Et egressus circa horam tertiam, &c. Fructū spiritualem requirens non continuo instet peccatori, sed spati, s interpositis. Libr. 14. cap. 20 parag. 10.

Circa vndecimam verò exijt, &c. Miraris, quod circa vndecimā horam adhuc sint aliqui ociosi, sed illud certum est, quod solus Deus potest illos à perditorum grege secernere, & nisi Deus adsit, & hora vndecima, & postrema in vitijs erunt. Lib. 14. cap. 20. parag 9.

Incipiens à nouissimis, &c. Etiam maximi peccatores conuersi incœlestibus præmijs visentur. Lib. 14. cap. 17. parag. 4.

Dom. Sexagesimæ.

Luc. 8 *Volucres cœli comederūt illud, &c.* Merito in aeris volucres abit semen verbi Dei, quando Dei verba instar vacui soni habentur à peccatoribus. Lib. 14. cap. 18. §. 5.

Natum aruit, quia nõ habebat humorem. Lachrymarum,& pœnitẽtię humor efficaciam præbet orationibus,&c. Lib. 15. cap. 4. §. 9. & quære in indice verbo, *Lacryma.*

Exortæ spinæ suffocauerunt illud, &c. Temporalia bona occasiones sunt perditionis. Lib. 15. cap. 10. §. 9. & alibi passim.

Ortum, fecit fructum centuplum, &c. Qui abiectis temporalibus, cœlestia auidè cupit, vt multiplices recipit fructus. Lib. 15. cap. 4. §. 8.

Dom. Quinquagesimæ.

Luc. 18. *Cæcus quidam sedebat secus viam, &c.* Dum cæcus mẽdicat circa viam, totam fœlicitatis causam inuenit nempè Iesum; & quidem fœliciſsimos inter se annumeret, cui mundialia omnia obtenebrescunt. Lib. 14. cap. 17. §. 2.

Iesu fili Dauid miserere mei. Pro se toto misericordiam postulat, cum ipse solum visionem oculorum requirat, & merito, quia ex oculis totus censetur homo. Lib. 14 cap. 9. §. 17.

Multo magis clamabat. Vbi amicitia non prævalet, longis precibus opus habet, &c. Lib. 15. cap. 3. §. 10.

De hoc Euangelio vide in 2. tom. lib. 10. cap. 4. per totum.

Feria. 4. Cinerum.

Matth. 6. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Vide in præsenti. Lib. 14. cap. 9. per totum.

Feria. 5. Post Cineres.

Matth. 8. *Domine puer meus iacet in domo Paraliticus, &c.* Proficua esto oratio, quæ proximorum negotia agit. Lib. 15. cap. 3. §. 7. & quæ proximioribus prouidet: ibidem, §. 6. & lib. 15. cap. 9. §. 17.

Ego veniens curabo eum. Glorioſa infirmitas, quæ talem habuit curatorem, sic iusti viri infirmitatibus gloriosiores reddũtur. Lib. 15. cap. 5. §. 4.

Dic verbo, &c. Vel Iesu verbulum inamissibilem salutem causat. Lib. 14. cap. 18. §. 3.

Et dico huic, vade, et vadit, &c. Fidelis Dei seruus omnium dominatur. Lib. 15. cap. 2. §. 9.

De hoc Euangelio habes in 2. tom. libr. 9. cap. 3. per totum.

Feria. 6. Post Cineres.

Matth. 5. *Audistis, quia dictũ est antiquis, &c.* Vide in præsenti. Lib. 14. cap. 7. per totum, & alibi plura.

Sabbatum post Cineres.

Marci. 5. *Iesus solus in terra, &c.* Solus Iesus, & eius æterna bona verè sunt cętera omnia temporalia non sunt. Lib. 14. cap. 17. parag. 5.

Vidit discipulos suos laborantes in remigando. Ante Christum passum laborabant, qui post passum Iesum a laboribus apparent liberi. Lib. 14. cap. 20. §. 12.

Confidite. Ego sum: nolite timere. Laborantibus, & timore perterritis discipulis iubet Iesus à timore, & labore esse liberos, quia Deus homini suo imperturbabilem requiẽ, & tranquilitatem prouidit. Lib. 14. cap. 18. §. 9.

Cùm egressi sunt de naui, continuo cognouerũt eum. Vt a naui, fluctibusque egressi sunt, & Iesu accedunt, statim illum cognoscunt, quia Iesus non potest non patere inter homines iustos. Lib. 14. cap. 20. §. 16.

Dominica. 1. Quadrages.

Matth. 4. *Ductus est Iesus in desertum â spiritu, vt tentaretur à Diabolo.* Non subito raptus, sed spiritu ductus est, vt ostendatur, quã serio, & quanto electionis pondere arripienda est virtutis via. Lib. 14. cap. 1. §. 9.

Dic vt lapides isti panes fiant, &c. Lapides proponit vilissimos, qui deseruiãt saluti habendæ, vt ostendatur quanta sit humanæ salutis perditio illam in rebus vilissimis, & nullius pretij fundare. Lib. 14. cap. 14. §. 3. Item ex lapidibus fieri panes petit, temporalia enim multo sudore, & labore acquirũtur, at æterna, vel sola meditatione fiũt. Lib. 14. cap. 17. §. 6.

Mitte te deorsum, scriptũ est enim, quia Angelis suis mandauit de te, &c. Diabolica est persuasio, quod salutis tuæ negotium, non facias ipse, sed alijs remittas. Lib. 15. cap. 3. §. 2. Spiritus autem Christi non alijs credit muneris sui onera. Lib. 15 cap. 4. §. 2.

Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me, &c. Offert regna, & petit seruitutem, quia in solis diuinis donis nulla est seruitus. Lib. 15. cap 1. §. 3.

Deum tuum adorabis, &c. Quandiù præ oculis tuis Deum habes, ferè inexpugnabilis existis. Lib. 15. cap. 7. §. 3.

De hoc Euangelio habes in tom 1. cap. per totum.

Fer. 2. Dom. 1.

Matth. 23. *Cùm venerit filius hominis, &c.* De hoc vide in præsenti. Lib. 13. cap. 3. per totum.

Feria 3. à Dom. 1.

Matth. 21. *Intrauit Iesus in templum, & eij ciebat, &c.* Merito facto flagello homines à templo, vt bestias arcet, quia homo non est, quem vel templi locus non conuertit. Lib. 15. cap. 7. §. 1.

Et mensas nummulariorum, & cathedras uendentium columbas euertit. Quid quod & columbas, & nummos perdat? Sanè vbi Salus æterna non perditur, nulla ea ia perditio, non parui momenti est. Lib. 14. cap. 22. §. 1.

Videtes autem Principes Sacerdotũ:::: indignati sunt Iudæorũ conditio apud peccatores peior habetur quam apud feras. Lib. 14. cap. 16. §. 36.

De hoc Euang. vide tom. 2. libr. 11. cap. 7. per totum.

Fer. 4. à Dom. 1.

Matth. 12. *Volumus à te signum videre:* nimirum, vt explicat glossa, signum de cœlo populares a Deo requirebãt vera sanitatum signa; Principes autem Hierosolymitani nõ acquieſcunt, nisi signis in aere factis, quia apud hos illud in primis valet, quod magis proximum est inanibus mendacijs. Lib. 14. cap. 2. §. 5.

Generatio prauа, et adultera. Cur adultera potius generatio vocantur, cum non tam luxuria, quam rabie aduersus Iesum mouentur? Sanè a luxuriæ veneno ea rabies concipitur, quæ aduersus vitale omne exturgat. Lib. 14. cap. 9 §. 29

Nisi signum Ionæ, nimirùm signum Iesu à morte deuorati, & sepulti, qui Iesus patiens efficacior est ad persuadendum, &c. Lib. 14. cap. 18. §. 7.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Expende quando peccatores surgunt, nimirùm in iudicio, semper illos nimis sera cruciabit pœnitentia. Lib. 13. cap. 2. §. 4.

Regina Austri surget in iudicio, & condemnabit. Non iudex, sed fœmina cõdemnabit, vt iam indè caueantur fœminæ apud Iudices, quando sibi iunt, omne ipiæ in malum, administrabunt iudicium. Lib. 14. cap. 1. §. 2.

De hoc Euang. habes in tom. 2. libr. 12. cap. 9. per totum.

Fer. 5. à Dom. 1.

Matth 15. *Miserere mei Domine fili Dauid filia mea male à Dæmonio vexatur.* Satius dixisset, miserere filiæ, sed maluit dicere, miserere mei, omnes enim in aliorum peccatis, habent vndè timeant. Lib. 4. cap. 17. § 1.

Filia mea male à Dæmonio vexatur. Et tũc cum mater inuocat Iesum: audet Dæmonium vexare filiam eius, sanè quia non erat filia ibi vbi Deus à matre inuocabatur: si enim ibi esset tantum malum non sustinuisset. Lib. 14. cap. 21. §. 3. à medio

Quia clamat post nos. Boni Prælati, quàm debent præuenire ouium suarũ voces. Lib. 15. cap. 6. §. 5.

Nam & catelli, &c. Non solum canem se reputat, sed & catellum, eò enim tendit Iesu spiritus, vt efficiamur paruuli. Libr. 15. cap. 1. de Seruo vigilij. §. 5.

Habes de hoc Euangelio in 2. tom. lib. 6. cap. 7. per totum.

Feria 6. à Dom. 1.

Ioan. 5. *Expectantium aquæ motũ.* In aquæ motu salutem constitutam expectabant, nec miror, cum sciam in salutis negotio, etiam minima æstimanda esse. Lib. 14. cap. 12. parag. 3.

Et qui prior descendisset in piscinam:: sanus fiebat. In creatis bonis nil remanet secundo accedenti, in bonis autem diuinis etiam postremus inuenit sibi primogenium integrũ. Lib. 15. cap. 1 §. 25.

Hunc cum vidisset Iesus iacentem. Grauissima gubernatorum negotia ea sola sunt, quæ paupertum necessitatibus consulunt. Lib. 14 cap. 16. §. 23.

Hominem non habeo, &c. Felix ille, cui omnia temporalia occidunt, vt vnum Deũ spectat. lib. 14. cap. 17. §. 2.

Tolle grabatum tuum, &c. Misere fallitur, qui solis laboribus alienis suam salutem expectat. Lib. 14. cap. 11. §. 1.

Habes de hoc Euang. in 2. tom. lib. 9. ca. 2. per totum.

Sabbatum à Dom.

Matth. 17. *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c.* Quam pauci Iesum sequũtur, multitudo autem sequitur vitiũ. Lib. 14. cap. 12. §. 9.

Apparuerunt illis Moyses, & Elias cũ eo loquentes. Lucas notat, quod loquebantur de excessu, hoc est, de morte Hierosolymis imminente: Et quidẽ perfectissimi pastoris est, præuidere mala ventura, antequam veniãt. Lib. 14. cap. 14. §. 5.

Item miror Eliam tantâ in gloria constitutum passionum, & improperiorum memi nisse, ad quæ ipse erat venturus. Sed perfectus Christi amator, nulla in gloria, & dignitate constitutus erubescit Christi improperia. Lib. 14. cap. 5. §. 9.

Bonum est nos hic esse. Nihil mundiale nõ sordet in comparatione Iesu. Lib. 14. cap. 15 parag. 23.

Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Nescit Iesus solus lucere, sed dum trãsfiguratus lucet, etiam suos lucida nube vestit, quia quid quid Iesus est, hoc facit, quod sint illi quib' adhęret. Lib. 14. cap. 19. parag. 6.

Neminem viderunt, nisi solum Iesum. Fœlix ille cui nil datur spectari, nisi Christus. Lib. 14 cap. 15. §. 14.

De hoc Euangelio habes in 1. tom. lib. cap. per totum.

Dom. 2. Quadrag.

Repete Euangelium præcedentis Sabbathi.

Feria 2. â Dom. 2.

Ioan. 8. *Ego vado, & quæretis me; & in peccato vestro moriemini.* Vbi abest Iesus, irreparabilis mors, & perditio venit, quæ enim à Iesu venit non irreparabilis est. Lib. 15. cap. 2. §. 4.

Quò ego vado vos non potestis venire. Infæliciſsimum est, qui cum Iesu nequit esse; quãdo in eius societate summũ est bonum. Lib. 15. cap. 6. §. 8.

Vos de deorsum estis, &c. Summa sapientia est scire renuntiare mũdanis omnibus. Lib. 14. cap. 23. §. 8.

Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis. Obdurati in peccatis miserius à Iesu perdentur. Lib. 15. cap. 12. §. 2.

Cùm exaltaueritis filium hominis, &c. In Christi morte maximæ illius gloriæ effulgent. Lib. 15. cap. 12. §. 9.

Fer. 3. â Dom. 2.

Matth. 23. *Super Cathedrã Moysi sederũt, &c.* De hoc habes in præsenti. Lib. 14. cap. 16. vsque ad parag. 8. inclusiuè.

Fer. 4. â Dom. 2.

Matth. 20. *Ecce ascẽdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur, &c.* Cur ascendere diceris, quando tot malis premeris? Sanè pressuræ extollunt iustos, &c. Lib. 15. cap. 12. §. 5.

Et tertia die resurget, &c. Vbi resurrectio apparet, mors omnem horrorem perdit. Lib. 15. cap. 12. §. 8.

Vnus à sinistris. Quod peteret mulier, nisi sinistrum latus? Vbi enim per mulieres res agitur, nequit non venire, quid sinistrũ, quia carnalis voluptas id solum parit. Lib. 14. capit. 6. §. 3.

Potestis bibere calicem, &c. Ante diuina dona, & labor, & pressura propinatur. Lib. 14. cap. 9. §. 30.

Et audientes decem indignati sunt. Vbi tẽporalis lucri cupiditas intercedit, nõ potest esse pax, sed indignatio, sed discordia. Libr. 15. cap. 8. §. 14.

De hoc Euangelio habes, tom. 2. lib. 12. capit. 8. per totum.

Fer. 5. â Dom. 2.

Luc. 16. *Epulabatur quotidie.* Quid pariat gula habes. Lib. 14. ca. 16. §. 16. & cap. 9. parag. 7. & alibi.

Induebatur purpura, &c. Mollis cultus fatalis est. Lib. 14. cap. 1. §. 12.

Erat quidam mendicus::: cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes, &c. Quãta crudelitas diuitis in pauperem? Sed non miror, erat dies inter dapes; quę quo lautiores, & abundantiores sunt, eò crudeliores homines efficiũt. Lib. 15. cap. 2. §. 10.

Mortuus est autẽ, & dives, & sepultus in inferno. Vbi sepultus in Inferno erat ostendendus, simul ostenditur dives, quia fere damnatio non est, vbi aurum non est. Lib. 14. cap. 3. §. 2.

Vidit Abraham â longe, & Lazarum in sinu eius. Dum in Inferno est dives, apparet in cælo pauper, quia Iesus nescit vni claudere cælum, quin illud alteri aperiat. Lib. 14. cap. 16. §. 12.

Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, &c. Iesu salus festinat ad eos, in quibus labores fuerunt, & ærumnæ. Lib. 14. capit. 15. §. 17.

Fer. 6. a Dom. 2.

Matth. 21. *Qui plantauit vineam.* Nõ viliũ olerum hortos, sed ditissimã vineam offert Deus seruis suis, nec enim impunè patitur Deus à se vilia, & leuidensia requiri. Lib. 14. cap. 19. §. 1. Fortasse iusti homines vocãtur vinea, quia licet iusti, tamẽ, dum in terra sunt purgatione indigent, ibidem, §. 3.

Alium ceciderunt, alium occiderũt, aliũ lapidauerunt. Vbi res Christi agitur, nõ potest non sentiri persecutio. Lib. 15. cap. 8. §. 3.

Iterũ misit alios seruos plures, &c. Cur scies seruos omnes occidẽdos ab agricolis, adhuc instat mittere seruos, & fructus requirãt? An Euãgelicus fructus ex morte augẽdus? Equidẽ ille aptior minister aptatur ad Euangelicos fructus percipiendos, qui cum morte, & tyrannis scierit confligere? Lib 15 ca. 8. §. 6.

Hic est hæres, venite occidamus eum. Temporalis hæreditas odiorum, & crudelitatum seminarium est. Lib. 14. cap. 18 §. 10.

Malus

Malos male perdet Quid aliud iudicarent homines aduersus peccatores, quando solus Iesus nouit eis parcere? Lib. 14. §. 11. capit. 10.

Hic factus est in caput anguli. Qui persecutionem patiuntur in mundo, superiorem locum acquirunt, vt mundum tyrannosque debellent. Lib. 14. cap. 16. §. 38.

Sabbatum à Dom. 2.

Luc. 15. *Da mihi portionem substantiæ.* Bene petit non substantiam, sed portionem; quia quidquid tẽporale est, aut portio quædam paruula, aut nihil est. Lib. 14. cap. 17. §. 5. & cap. 6. §. 12.

Peregre profectus est:: et ibi dissipabit substantiam. Qui à Iesu separatur, abit in nihilũ. Lib. 14. cap. 17. §. 9.

Abhæsit vni ciuium, &c. Nulla requies dari potest, vbi homo non cum Patre, sed cum alijs Dominis agit. Lib. 14. cap. 17. § 11.

Quanti mercenarij in domo Patris, &c. Siquid paternũ in Deo non esset, unditus perderetur homo. Lib. 14. cap. 17. §. 12.

Iam non sum dignus vocari filius, &c. Ille solus filius sese illustribus suis parentibus æqualem refert, qui illos in aliquo facinore excedit. Lib. 14. cap. 17. §. 17.

Dominica 3. Quadragesimæ.

Luc. 11. *Erat Iesus eijciens Dæmonium.* Benignitas Iesu erga homines in expugnabile prorsus asylum est. Lib. 14. cap. 17. §. 3. Nõ dicit, quid faceret Iesus, vbi enim Deus nosci tur adesse, nil aliud requirendum. Lib. 15. cap. 8. §. 11.

Et illud erat mutum. Cur dicitur quod Iesus erat eijciens Dæmonium? Cur non magis, sine vlla dilatione, aut mora facit illud abire? Erat equidem illud mutũ, & sola oris confessio solet citissimam sanitatem acquirere. Lib. 15 cap. 7. §. 8.

Et cũ eiecisset Dæmonium locutus est mutus, &c. Non solum Dæmoniũ abijt, sed & vox redit, vbi enim Iesus intercedit, nulla non integra, & completa bona sunt. Libr. 14. cap. 23. §. 3.

Habes etiam de hac historia in 2. tom. lib. 7. cap. 3. per totum.

Fer. 2. Dom. 3.

Luc. 4. *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Nulla est cognatio, quę nõ indigne ferat suorum præcellentias Lib. 14. cap. 12. §. 1. Item Dei spiritus male audit apud cognationes carnales. Lib. 14. cap 15. parag. 20.

Nisi in Sarepta Sidonia ad mulierem viduã. Præ omnibus Israelitis vna mulier vidua, & extranea eligitur, quia sola virtus æstimatur vt quæ sola fructifera: Lib. 14. cap. 19. §. 7.

Nemo eorum mũdatus est, nisi Naamã. Quia ipse perse omnia salutis negotia peregit, nõ per nuntios. Lib. 15. cap. 3. §. 2.

Ipse autem transiens per medium illorũ ibat, &c. Mansuetudo innocens secura inter hostiles incursus. Lib. 15. cap. 8. §. 9. & §. 8.

Fer. 3. à Dom. 3.

Matt. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* De hoc Euangelio vide in præsenti. lib. 14. cap. 13. per totum.

Fer. 4. à Dom. 3.

Matth. 15. *Quare discipuli tui transgrediũtur traditiones, &c.* Iniquũ est in te solas virtutes videre, in proximo solos defectus. Lib. 15. cap. 10. parag. 5.

Quare et vos transgredimini mãdatum, &c. Quia adeo scrupulos erãt circa paruulas seniorum traditiones, vide vt dicantur præteriisse Dei mandata: iæpe enim solet animus nimie affectans paruula, cæcutire ad magna. Lib. 14. cap. 16. §. 22. & 24.

Munus quodcumq; ex me tibi proderit, &c. Vt munera ex fidelibus acquirerent, docebant crudelitatem in parẽtes, quò nihili faciebant Dei mandata. Et quidẽ nihil sic diuinis aduersatur, vt auaritia. Lib. 14. cap. 3. §. 3. Item auaritia omnem exuit humanitatem. Lib. 15 cap. 6. §. 12.

Bene Prophetauit de vobis Isaias dicens: Populus hic labijs me honorat, &c. Non solũ dicit, quòd Prophetauit Isaias, sed addit, quòd benè Prophetauit, etenim supra prophetiã est, obnubilatam præsentibus mendatijs veritatem cernere. Lib. 14. cap. 1. §. 15.

Caci sunt, &c. Temporalia bona excæcãt. Lib. 14. cap. 16. §. 19.

Fer. 5. à Dom. 3.

Luc. 4. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* In Petri domo vide, qualia ostẽdantur magnalia, nimirùm febres ardentissimæ, ærumnæ, infirmitates. Et quidem horũ tolerantia longe superat alia excelentiora miracula. Lib. 14. cap. 1. §. 7.

Et roganerunt illum pro ea. Qui rogarũt? Dum alij non explicantur rogatores, crediderim quod etiam febres rogarunt, quando ærumnæ vocalissimæ sunt ad impetrãdum. Lib. 14. cap. 1. §. 5.

Surgens ministrabat illis. Non solum Iesus dedit illi salutem, sed & quod illis ministret, de Iesu enim venit, quod possis in obsequio placere plurimis. Lib. 15. cap. 1. §. 22.

De hoc habes in 2. tom. lib. 10. cap. 6. per totum.

Fer. 6. a Dom. 5.

Ioan. 4. *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Sic fatigatus sedebat supra fontem, nec miror, quādo fatigatio sumpta pro iustitia, & Deo potestatis sedem gloriosam parit. Lib. 14 cap. 13. §. 14.

Da mihi bibere. Cur tantam daturus Dominus beneficiorum copiam, ab illa aquam exposcit? Nulla res, securiorem, & certiorem apud Deum mercedē obtinet, quàm exhibitio misericoreiæ, vel in aquę potu. Lib. 14. cap. 15. §. 28.

Dedissem tibi aquam viuam. Christi Domini opes inexhauribiles, supra omnem fidem præstitam est eius thesaurus. Lib. 14. cap. 17 §. 20.

Fiet in eo fons. Christus Dominus nescit partita dona. Lib. 14. cap 10. §. 31.

De hoc Euangelio habes in 2. tom. lib. 6. cap, 3 per totum.

Sabbatum à Dom. 3.

Ioan. cap. 8. *Adducunt Scribæ, et Pharisæi mulierem deprehensam in adulterio, &c.* Peccatorum fœlicitas, quod deprehēdātur, hoc enim nanciscuntur, quod Deo sistantur, quā do impunitas, & dissimulatio solet esse perditionis fomentum. Lib. 14. cap. 8. §. 9. Vide etiam lib. 14. cap. 13. §. 7.

Hæc mulier modo deprehensa est, &c. De lenitate correctionis vide. Libr. 14. cap. 13. § 3.

Digito scribebat in terra. Nō miror, quod digito scriberet in terra, quasi ad postulata surdescens, vbi enim pro saluandis hominibus non rogatur Dominus, surdus est, imò, & quasi mortuus, & in terra sepultus. Lib. 14 cap. 23. §. 2.

Qui sine peccato est. &c. Se quisque in infirmitatibus proximorum nouerit, lib. 14 cap. 4. §. 6.

Dominica 4. Quadrag.

Ioannis cap. 6. *Sequebantur eum multitudo magna; quia videbant signa. quæ faciebat super his, qui infirmabantur* Propter salutē temporalem sequuntur Iudæi Iesum; qui illum propter æternam salutem sequi detrectabāt. Et quidem summa dementia est, non vincere propter diuina, quas difficultates superamus propter temporalia. Lib. 14 capit. 10. §. 1.

Cum sublenasset ergò oculos Iesus. Fœlix ille super qnem suos subleuat Iesus oculos, vbi enim Iesu oculi sunt, non potest stare malus. Lib. 15. cap. 11. §. 5.

Dicit ei Philippus ducentorum denariorū panis non sufficiunt, &c. Andreas frater Simonis:::: Quid inter tantos? Vide vt omnes discipuli angustantur; etenim in solo Iesu abundare possunt largitionem munera. Libr. 15. cap. 6. §. 14.

Accepit ergò Panes Iesus gratias egit, &c. Saturaturus multitudinem in primis gratias agit; quippè gratiarum actionis opus cœlestem cibum parat. Lib. 14. cap. 10. §. 2.

Collegerunt ergò, & impleuerunt, &c. Nulli deficit diuina largitas. Lib. 14 cap, 10. §. 2.

Habes item de hoc Euang. in tom. 2. lib. 11. cap. 2. per totum.

Feria 2. à Dom. 4.

Ioan. 2. *Et cum feciſſet quasi flagellum, &c.* Flagellū siue gladius ab illo solo debet summi, qui sciat esse salutaris homini. Libr. 14. cap. 15. §. 16.

Ioan. 2. *Effudit æs, & mensas subuertit.* A templo Dei temporales eiecit negotiationes, vt solus ibi Deus conspici liceat; magna enim est hominis fœlicitas, si vnum Deum spectet, Lib. 14 cap. 17. §. 2.

Auferte ista hinc. Nummularios, vel bonorū venditores, nec ad momentum sustinet, sed flagellis adhibitis eijcit, cœlumbarum venditores, non percutit, sed sustinet, vt ipsi abeant, quia solis in maximis criminibus nō differendum supplicium, &c. Lib. 14 capit. 13. §. 6.

De hoc Euang habes etiam in tom. 2. lib. 11. cap. 7. per totum.

Fer. 3. à Dom. 4.

Ioan 7. *Die festo mediante ascendit Iesus, &c.* Ait Chrysologus, quod daturus Dominus integrum, & completum æternitatis festum, ascendit in templum die festo mediante; nequit enim sistere in dimidiatis bonis, sed ex illis ad perfecta transit. Lib. 14. cap. 10 §. 31. & cap. 23. §. 3.

Mea doctrina, &c. Quanta cum modestia, & tempetantia suas laudes profert Saluator, dum solum doctrinam suā extollit, qui multa alia diuinissima habebat; vt nos similiter ad nostras laudes descendamus Lib 14. cap. 15. §. 15.

Qui à semetipso loquitur, &c. Periculosum

est

est semper proprium cerebrum. Lib. 14. cap. 2. §. 13.

Hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. Me sitò, in quo asserit iniustitiam non esse, illũ dicit esse veracem, in quo enim veritas non est, vix aliquod scelus non adest. Lib. 14. cap. 9 §. 36.

Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit, &c. Fœlix qui Iesum magistrũ habet, à quo solo docti homines fiunt. Lib. 14. cap. 16. §. 7. Et vel Iesu verbulũ in suis discipulis penè inamisibilem gratiam causat. Lib. 14 cap. 18 §. 3.

Fer. 4. à Dom. 4.

Ioan 9 *Vt manifestentur opera Dei in illo.* Oculorum tenebræ, vt maximè ad vitam solent conducere. Lib. 14 cap. 9. §. 17. Quando & aperti oculi nullum non in salutis via retardant. Lib. 14. cap. 6. §. 2.

Lux sum mundi, &c. Nihil lucidum est, quod Iesu non exprimat imaginem. Lib. 15. cap. 12. §. 1.

Liniuit super oculos eius. Expende quod lutũ à Iesu super oculos ponitur; & quidẽ à Iesu lutei homines habent, quod super omnia sublimia splendeant. Lib. 15. cap. 11. §. 9. Item quam sit salutare homini præ oculis habere lutum in quod desinet, &c. Lib. 15. cap. 1. parag. 18.

Abiit ergò, et lauit, &c. Salutis negotium minime differendum. Lib. 14. cap. 16. §. 7.

Habes de hoc Euang. in tom. 2. libr. 10. cap. 3. per totum.

Feria 5. 1 Dom. 4.

Luc. 7. *Efferebatur filius vnicus matri suæ.* Qui in Christo moriuntur, non instar seruorum sub dominio mortis, sed instar filiorum paruulorum sub mortis tutela sunt, vt omnia sua post modum recipiant. Lib. 14. cap. 15. parag. 10.

Quam cum vidisset, &c. In vidua hac non voces audit, sed lacrymas, & dolorem videt Dominus, apud quem magis audiuntur afflictiones, quam voces. Lib. 14 cap. 9. §. 37.

Tetigit loculum, &c. Cu. loculum tetigit, & non magis defuncti membra? A Iesu, vel conspectu ipsa lignabalant hominibus vitã. Lib. 14. cap. 10. parag. 15.

Adolescens tibi dico surge. Stiebat Iesus defuncti proprium nomen, sed maluit illũ nomine ætatis compellare, vt magis clareat diuinæ gratiæ facinus in eo quod adolescẽs possit à tenebris resurgere in vitam. Lib. 15. capit. 1. parag.

De hoc habes in tom. 2. lib. 8. cap. 2. per totum.

Fer. 6. à Dom. 4.

Ioan. 21. *Ecce quem amas infirmatur.* Efficacissimi illices sunt afflictiones, & infirmitates ad trahendũ citius Iesum, quia vbi illæ sunt, & Iesus adest. Lib. 14. cap. 15. §. 17.

Infirmitas hæc non est ad mortem, &c Labores, & præssurę non deprimunt, sed extollũt, & augent iustos. Lib. 15. cap. 12. §. 5. & cap. 5. §. 4. & elibi.

Vado vt à somno excitem eum, &c. Mors dicitur somnus, quia suscitatio omnem tollit mortis horrorem. Lib. 15. cap. 12. parag. 8.

Vt vidit eam plorantem, &c. Lacrymarum legatio efficacissima est ad impetrandum. Libr. 15. cap. 4. parag. 9.

Lazare veni foras. In alijs suscitatis nõ meminit nomina propria, sed solũ aiebat. Adolescens surge, vel puella surge, cur hic maluit ex nomine proprio Lazarum compellare? Lazarus significat Dei adiutoriũ, & ideò suscitaturus Lazarum vocat, vt ostendat in electis suis, nihil esse vacuum, nec nomen ipsum, sed semper cum re inueniri. Lib. 15. capit. 11 §. 13.

De hoc Euangelio habes in tom. 2. libr. 8. cap. 3. per totum.

Sabbatum à Dom. 4.

Ioan. 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen, &c.* Qui non stat in via virtutis Solẽ iustitiænõ habet sibi appropinquantem. Lib. 15. cap. 3. §. 1.

Sed & ego, & qui misit me pater. Nunquà Iesus non exhibet nobis Deum patrem, cæteri alij illum exhibent solum iudicem. Lib. 14. cap. 17. §. 10.

Neque me scitis, neque patrem. Tota Iudæorum perditio, quod nesciant patrẽ, vbi enim in Deo paternum quid non sentitur, non potest non esse perditio. Lib. 14. cap. 17. parag. 12.

Si me sciretis forsitan. & patrem meum sciretis. Qui Christum habet, omnia paterna, & cœlestia aperta. & pervia experitur. Lib. 15. cap. 6. §. 4.

Dom. 5. Quadragesimæ.

Ioannis 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Certissimam suam innocentiam probat Dominus in eo, quod nõ possit arguido peccato, in quo enim peccatũ est, euidẽtissimum sui argumentum præbet. Lib. 13. cap. 1. §. 7.

Si veritatem dico, &c. Ex veracitate suam divinitatē probat, quia vbi veritas est, nihil non sanctum, & diuinum est. Lib. 14. cap. 21 §. 12.

Ego Dæmonium non habeo. Dictus fuerat Samaritanus, & Dæmonium habens, & cur cum dicit se non habere Dæmonium, non etiam dicit, an Samaritanus sit, nempè verè hominum custos? Sanè quis ipse esset, euidē tissime inter ipsas calumnias patebat, inter quas nequit non patere, quid qui sque sit. Libr. 14. cap. 15. §. 7.

Ego non quæro gloriam meam. Ex quo non quærit gloriam temporalem, se superiorem ostendit contumelijs, qui enim mundialibus non capitur laqueis, non curat verba. Libr. 14. cap. 15. §. 6.

Est qui quærat, et iudicet. Nō impune abibunt iustorum calumniatores, nec abscondi poterunt, sed quærenti iudici ad supplicium patebunt. Lib. 14. cap. 15 §. 8.

Fer. 2. à Dom. 5.

Ioan. 7. *Vt apprehenderēt Iesum.* Vane mittuntur ministri, & milites, vt benignissimum apprehendant Iesum, quando benignitas, & mansuetudo innocens secura est etiam inter hostiles incursus. Lib. 15. cap. 8. §. 9.

Adhuc modicum vobiscum sum, &c. Meritò vocat modicum præsentię suę tēpus; etenim in præsentia Iesu, vel sæcula horaria reddūtur. Lib. 14. cap. 17. §. 24.

Vbi ego sum, vos non potestis venire. Summū supplicium est à Iesu exulare. Lib. 14. capit. 15. parag. 22. Item ad locum vbi est Iesus il le solus accedit, qui non refugit eius sublationem crucis. Lib. 15. cap. 5. §. 7.

Qui credit in me, sicut dicit Scriptura flumina, &c. Ad fructus producendos, illæ quærendæ sunt virtutes, quæ veniunt ex Fide. Lib 15. cap. 19. parag. 3.

Fer 3. à Dom. 5.

Ioann. 7. *Non volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.* Sapiē tissime cauet Dominus Iudæorum conspectum, ne ipsi in homicidia labantur; est enim hominis Christiani dignum studium; vt quā pauci sint, qui in se pecceēt, &c. Lib. 14. cap. 13. parag. 1. Item Christianus triūphus est, peccandi occasiones præcidere. Lib. 14. cap. 8. §. 17.

Manifesta te ipsum. Hæc vox est eorū, qui mundiales Dominos sequuntur; fœlices nos, qui cum Dominum Deum habemus, qui etiam occultos requirat. Lib. 14. cap. 8. parag. 5. Alioquin per errorem. 10. & cap. 9. parag. 11.

Tempus vestrum semper est paratum. Nullū tempus, etiam extremum, non tibi tempestiuum est, vt possis saluti operam dare. Lib. 15. cap. 1. parag. 24.

Me autem odit: quia ego testimoniū perhibeo &c. Lib. 15. cap. 1. §. 11. Habes quam malè audiat apud mūdiales veritatis preco.

Fer. 4. à Dom. 5.

Ioan. 10. *Facta sunt Encenia Hierosalymis, & hyems erat, et ambulabat Iesus, &c.* Encenia vocantur festa renouationis templi, in quo tunc erat Iesus, quem vt habeas, nouis semper virtutibus insistere debes. Lib. 15. capit. 10. parag. 10. Alioquin ruinam time, ibidem, parag. 11.

Circumdederunt ergò eum Iudæi, &c. Malorum numerus semper est multiplex. Lib. 14. cap. 12. parag. 9.

Quousq; animam nostram tollis? In ipso persecutionis conflictu, non Iesus, sed persecutores eius queruntur, quasi ipsi violentiam sustineant. Nunquam enim violentia, & dolor scivit non magis affligere persecutores ipsos. Lib. 14. cap. 15. parag. 18. Quinimò iusti in persecutione superiorem locum tenent, ex quo tyrannos comprimat suos. Lib. 14. cap. 16. parag. 38.

Si tu es Christus dic nōbis palam. Iesus tunc clarus, & conspicuus est, cum cordis apparet mundities. Lib. 14. cap. 21. parag. 16.

Opera, quæ ego facio, &c. Qualis quis fuerit, manifestè ostendunt virtutum opera. Libr. 14. cap. 20. §. 20.

Fer. 5. à Dom. 5.

Luc. 7. *Vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo, &c.* Totam Pharisæi domum penetrat Magdalena, nullum obicem, nullum claustrum inuenit, sed omnia aperta, & sine obice. Vndè hoc? Iesum, bonaque æterna meditabatur, & quærebat, ex quo nihil non patens inuenit, & apertū. Lib. 15. cap. 1. parag. 6. & cap. 6. §. 4.

Stans retro, &c. Non audet peccatrix in Dei oculis apparere, verecūde accedit à tergo, & quidem in peccatore verecundia est primum salutis auspicium nascentis. Lib. 15 cap. 7. parag. 4.

Capillis capitis sui tergebat. Cur Domine sic permittis perdi Magdalenæ capillos in plantarum tuarum obsequium, quando promittis iusto, quod capillus de capite suo non peribit? Imò ne perdantur Mariæ capilli Deo sistuntur,

sistũtur, id enim magis custoditur, quod pro Deo perditur. Lib. 14. cap. 11. parag. 5.

Osculabatur pedes eius. Quæ virgo admissa est vsq; ad pedis osculum? De virginibus dicitur, quod *sequuntur agnum*, hæc & agni vestigia tenet, & insuper addit oscula. Et quidem homo, & lucidior, & glorioſior redditur sæpe post peccata castigata, quàm in ipsa innocentia. Lib. 14. cap. 4. parag. 13.

Cui minus dimittitur, minus diligit, &c. Ex eo non placuit Pharisæus, & magis placuit Magdalena, quia hæc charitate ardebat, ille autem minime charitate mouebatur; & quæ uis virtutũ opera, sine charitate, facile abeũt in corruptionem. Lib. 15. cap. 7. parag 7.

De hoc Euangelio habes in tom. 2. lib. 6. cap. 6. per totum.

Fer. 6. à Dom. 5.

Ioan. 11. *Collegerunt Pontifices, et Pharisæi concilium aduersus Iesum, &c.* Quò sanctior, & purior quis, eo magis à peccatoribus corroditur. Lib. 14. cap. 9. parag. 29.

Tollent locum nostrum, et gentem, &c. Ecce praui homines, vt suis temporalibus lucris prospiciant, non communibus, quæ à solo Dei spiritu, respiciunt. Lib. 14. cap. 23. parag. 11.

Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, &c. Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur, &c. Pro religioso viro, nec vllus vnquam stabit. Lib. 14. cap. 12. parag. 11.

Vos nescitis quicquam, &c. Dum alij diuersis sententijs nutant, hic qui se sapiẽtia super omnes extollebat in apertam Iesu mortem conspirat, ad illamque trahit cæteros, vt pateat, quam cauendus sit homo sapiens, & vitijs seruiens, Lib 14. cap. 12. parag. 10.

Sabbatum à Dom. 5.

Ioan. 11. *Multi propter illum abibant ex Iudæis, et credebant in Iesum.* Vnus Lazarus suscitatus multos ad salutem trahebat, quia vel vnus iustus valet, vt omnem terram cõdiat. Lib 14. cap. 4. parag 3.

In crastinum autem turba multa, &c. Cum sapiẽtes Hierosolymitani in Iesum, & eius assecias impigũt, populares rudes Iesu gloriam, & regnum extollunt palmarum ramis. Quia oculatior est ad percipiẽda diuina simplex, & rudis innocentia, quàm mundiales sapientes. Lib. 14. cap. 2. parag. 9.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ, &c. Post glorioſam exceptionẽ peractã; totum quod legitur de Iesu morte, & sepultura est, & merito, quia è mundialibus glorijs, & delicijs nõ thesaurus, sed sepulchrum fit. Lib. 14. cap. 9 parag. 13.

Dominica in Ramis.

☞ Matth. 21. *Ecce Rex tuus venit tibi mãsuetus, &c.* Regem tuum nominat, cui obsequaris, maximè enim mollescit obsequiũ, quòd non alieno Domino exhibetur. Lib. 15. ca. 2. parag. 7.

Mansuetus, &c. Meritò mansuetus accedit, vt fructum capiat, mãsuetis enim omnia fructifera sunt. Lib. 14. cap. 3. parag. 8.

Sedens super asinam, &c. Vt pungeret homines, qui nolunt cognoscere Deum cognitum à brutis. Id quod durissimum debet hominibus esse. Lib. 14. cap. 5. parag. 1.

Fer. 2. Hebdom. Maioris.

Ioan. 12. *Quem suscitauit Iesus.* In domo Lazari adhuc Iesus est, nec miror, quod Lazarus non separetur a Iesu, quando illi acceptam refert vitam. Nequit enim à Deo abesse, qui illi accepta refert bona sua. Lib. 15. cap. 11. parag. 1.

Extersit capillis suis, &c. Semel omnia sua dederat Iesu, & vnguentum, & capillos modo iterũ dicitur suos applicuisse capillos ad extergendum; nihil enim securius habetur, quam quod Christo exhibetur. Lib. 15. ca. 9. parag. 7.

Domus impleta est ex odore, &c. Domus quæ habebat Iesum impletur odore bono, quia Magdalenæ opera ea sunt, quæ incomparatione celsissimarum virtutum apparere possunt Lib. 14. cap. 21. parag. 7.

De hoc etiam vide in 2. tom. lib. 12. cap. 2. per totum.

Fer. 5. In Cœnam Domini.

Ioan. 13. *Sciẽs Iesus, quia venit hora eius, &c.* Inexpugnabilis viri est, mala ventura præuidere. Lib. 14. c. 14. §. 5. Et malè se custodit, qui nullum nouit prænoscere malum, antequam veniat, ibidem, parag. 6.

Cum dilexisset suos, in finem dilexit, &c. Tũc magis eius charitas censetur, quãdo eius maiora testimonia dantur, quia charitas nõ est quam non testatam facimus. Lib. 14. cap. 13 parag. 5.

Sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus, &c. Potestatem datam meminit, cũ se ad passionem accingit, quia magna excellentia est pati posse pro Deo. Lib. 14. cap. 14 §. 14.

Lauare capit pedes, &c. Humilitatis demis-

sio

sio summā magnitudinem apud Deum præbet. Lib. 14. cap. 12. §. 5.

Si non lauero te, &c. Nec minima contēnenda. Lib. 14. cap. 12. §. 3.

Accepit vestimenta sua. Hic meditatur Rupertus resurrectionem, in qua post lotionē mundi pretioso sanguine resumpsit carnē suam. Et quidem quivis iustus ex morte omnia sua recuperabit in resurrectione. Libr. 14. cap. 15. §. 13.

De hoc vide in 1. tom. lib. 3. cap. 7. per totum.

Fer. 6. in Parasceue.

Christi vulnera sunt nobis refugia. Lib. 14. cap. 20. §. 12. Faciunt nos sæculo abrenuntiare, ibidem §. 14.

Crux Christi nos Deo hærere facit. Lib. 14. cap. 15. §. 25. Ab ea natales cœlestium Principum. Lib. 15. cap. 12. §. 11.

De Passione habes multa in 1. tom. libr. 4. per totum.

Dom. Resurrectionis.

Matth. 27. *Iesum quæritis crucifixum, surrexit, &c.* Resurrectio euacuat omnem horrorem mortis. Lib. 15. cap. 12. §. 8. Mors nō perdidit Iesum, nec Iesu vita fuit à morte deperdita, nūquam enim perditur, quod Deo offertur. Lib. 14. cap. 5. §. 24. Omnia nostra recuperabimus ex morte in resurrectione. Lib. 14. cap. 15. §. 13.

De resurrectione Domini multa habes in 1. tom. lib. 5. per totum.

Dom. in Albis.

Ioan. 20. *Pax vobis.* Vide in indice verbo: Pax. vbi multa.

Ostendit eis manus, & latus. Erāt ibi clausi discipuli propter metum, quibus sic metuentibus rectè vulnera ostenduntur, vt quę sint refugia optima. Lib. 14. cap 20. §. 12.

Gauisi sint discipuli viso Domino. Verùm gaudiū solus Deus potest causare. Lib. 14.

De hoc etiam habes plura in 1. tom. lib. 5. cap. 4. per totum.

Dom. 2. Post Pascha.

Ioann. 10. *Ego sum Pastor bonus.* Habes in præsenti. Lib. 14. cap. 14. per totum.

Dom. 3. Post Pascha.

Ioann. 16. *Modicum, & iam non videbitis me.* Habes in præsente. Lib. 14. cap. 22. per totum.

Dom. 4. Post Pascha.

Ioann. 16. *Vado ad eum qui misit me.* Habes in præsenti, lib. 14. cap. 21. per totum.

Dom. 5. Post Pascha.

Ioann. 16. *Si quid petieritis, &c.* Habes in præsenti. Lib. 14. cap. 23. per totum.

In Litanijs maioribus.

Luc. 11. *Quis vestrum habebit amicū, &c.* Habes in præsenti. Lib. 15. cap. 3. per totū.

Dom. 6. Post. Pascha.

Ioan. 15. *Cum venerit Paraclitus, &c.* Habes in præsenti. Lib. 14. cap. 18. à §. 7.

Spiritus veritatis. Lib. 14. cap. 21. §. 12.

Absque Synagogis, &c. Lib. 14. cap. 21. à principio.

Dom. in Pentecost.

Ioan. 14. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit.* Habes in præsenti, lib. 14. cap. 18. per totum.

Et de Spiritus Sancti effectibus, cap. 21. per totum.

Domin. Santissimæ Trinitatis.

Matth. 28. *In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti.* Santissimæ Trinitatis adumbratio fundamētum est humanæ fælicitatis. Lib. 14. cap. 13. §. 4.

Paternitas in primis nominatur, quia nisi in Deo paternum quid existeret, periret homo. Lib. 14. cap. 17 §. 12. & §. 13. vbi habes de Deo patre à Iesu nobis exhibito, & §. 14.

De hoc etiam mysterio habes in 1. tom. lib. 5. cap. 9. per totum.

Dom. 2. Post Pentec.

Luc. 14. *Fecit cœnam magnā.* Adeò magna vt nulli deficiat. Lib. 14. cap. 10. §. 6. Itē cęnam magnam vocat, quia quæ res habēt, vel respiciunt Christum, magnæ, & pretiosæ sunt, ibidem, cap. 10. §. 4.

Et caperunt omnes simul excusare, &c. Nisi tu prius deficias, in Dei seruitio, nunquā tibi deficit Dei largitas. Lib. 14. cap. 10. §. 10.

Tunc iratus pater, &c. Abstinentia ab Eucharistię epulis lethalem Dei iram incurrit. Lib. 14. cap. 10. §. 26.

Et de Eucharistia habes per totum hoc caput, & 1. tom. lib. 3. cap. 8. etiam per totum.

Dom. 3. Post Pentec.

Luc. 15. *Quia hic peccatores recipit.* Solus Iesus est, qui nouit peccatoribus parcere.

Lib.

Lib.14.cap.11.§.10.

Quis ex vobis homo si perdiderit vnam, &c. Hic ponderandum quam fœdum est pro tẽporalibus ruinis cauendis tanta facere, & pro æternis, nec minima. Lib.14.cap.10. parag.1.

Gaudium erit in cœlo super vno peccatore. Et in cœlo peccatores vlcntur, si conuertãtur. Lib.14.cap.17.§.4.

Dom.4.Post.Pentec.

Luc.5. *Raganit eum à terra reducere pusillum.* Totus Christi labor eo spectat, vt nos à terra abducat. Lib.14.cap.10.§.14.

Laxate retia vestra in capturam. Laxari iubentur retia in capturam, quia ad capiẽdos homines peccatores non tam rigor, quam lenitudo prodesse solet. Lib.14.cap.13. parag.2.§.3.

Rumpẽcatur autem rete, &c. Et si rumperetur rete, nullus piscis abibat, quia persecutio potius auget iustos. Lib.15.cap.5.§.4.

De hoc habes in 2.tom.lib.11.cap.4. per totum.

Dom.5.Post Pentec.

Matth.5. *Nisi abundauerit iustitia, &c.* Habes in præsenti, lib.14.cap.5. per totum.

Dom.6.Post Pentec.

Mar.8. *Misereor super turba.* Misericordiæ affectus potentissimus in animis diuinis Lib.14.cap.3.§.14.

Et si dimisero eos ieiunos, deficient, &c. Grauissima, & prima gubernatorũ negotia circa pauperum necessitates. Lib.14. cap. 16. §.23.

Accipiẽs panes fregit, et dabat discipulis, &c. Perfecta Pastoris disciplina in dando apparet, non in recipiendo. Lib.14. cap.14.§.

De hoc habes in tom.2.lib.11.cap.3. per totum.

Dom.7.Post Pentec.

Matth.7. *Nũquid colligunt de spinis vuas?* Habes in presenti. Lib.15.cap.9. per totum.

Dom.8.Post Pentec.

Luc.16. *Diffamatus est apud illũ, quia dissipauit, &c.* Nulla est creatura, quæ peccatorem iudici non sistit. Lib.14.cap.17.§.10.

Redde rationem villicationis tuæ. Non ait, redde rationem bonorum tuorum; quia in iudicio bona omnia temporalia disparent, euanent. Lib.14.cap.22.parag.8. Vbi de iudicij timore, quàm debeat iustos etiam pulsare, & lib.13.cap.2.§.7. & cap.1.§.3.

Conuocatis singulis debitoribus, &c. Remedium sibi efficax parat villicus ille ex misericordia, quia hæc triumphat. Lib.13. cap.3. parag.9. & de illa etiam vide ibi: pareg.6. & 7. & 8.

Quantum debes Domino meo. Non ait, quãtum mihi debes, vt discant viri Ecclesiastici nihil suũ in bonis reputare. Lib.14.cap.23. §.12.

Dom.9 Post Pentec.

Luc.19. *Videns ciuitatem, fleuit super illã, &c.* Non fulmina iecit, sed teneritudinem ostendit lachrymarum, nec indè securior ciuitas peccatrix, quin potius indulgentiam illã magis suspectam debebat habere. Libr.14. cap.7.§.9.

Si cognouisses, et tu, et quidem in hac die, &c. Homidis fœlicitas in eo est, quod præuideat ventura mala antea quam eueniant. Lib.14 cap.14.§.5. & 6.

Venient dies in te, &c. Supplicium ex dilatione grauius. Lib.14.cap.11.§.8.

Vide in tom.2.lib.12.cap.5. per totum.

Dom.10.Post Pentec.

Luc.18. *Duo homines ascenderunt in templum.* Habes in præsenti, lib.15, cap.7. per totum.

Dom.11.Post Pentec.

Mar.7. *Apprehẽdens eum de turba seorsum, &c.* Peccatori conuenientissimus secessus, vt possit expectare salutem. Lib.14.cap.16. §.27.

Et suscipiens in cœlum ingemuit. Gemit Dominus soluturus muti linguam, vt quæ soluta lapsibus sit frequens. Lib 14 cap.21. parag.13.

Et præcepit illis, ne cui dicerent. Occultanda opera bona. Lib.15 cap.7 § 5.

Vide etiam in 2.tom.lib.10.cap.9. per totum.

Dom.12.Post Pentec.

Luc.10 *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Quam beatus sit, qui Iesu fœlicissima gaudet præsentia Lib.15 cap 6 §.8

Multi Prophetæ, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Illud in primis beneficium æstima, quod recipis, minime illud recipientibus alijs multis, imò sine illo pereuntibus Lib.15 cap 11.§ 7.

Ecce quidam legis peritus, &c Sapientes mũdiales rudiores ad diuina sunt, li.14.c.2 §.9.

Quid

Quid faciendo vitam æternam possidebo. Meritò dicit, possidebo vitam æternam; sola enim æterna possideri possunt, cætera non possidentur, quandoquidem, nec sunt. Lib. 14. cap. 17. parag. 5. & cap. 7. parag. 12.

In lege quid scriptum est? quomodo legis? Lectio sacra, quàm salutaris? Lib. 14. cap. 16. parag. 33.

Diliges Dominum Deum tuum, &c. Totâ animam, totum cor sibi rapit dilectio diuina, quia vbi illa est, nihil præter Deum æstimatur. Lib. 14. cap. 18. parag. 1. Et de charitate in Deum vide totum hoc caput.

Dom. 13. Post Pentec.

Luc. 17. *Occurrerunt ei decem viri leprosi, &c.* Decem leprosi ad vnum Iesum confugiunt; vnus enim iustus ad peccatorum multitudinem reformandam sufficit. Lib. 14. cap. 4. parag. 3.

Et factum est dum irent. Salutis negotium minime differendum, sed statim peragendum. Lib. 14. cap. 17. parag. 7. & lib. 15. cap. 19 parag. 4.

Gratias agens, &c. Vide in indice verb. Gratitudo.

Nisi hic alienigena, &c. Retributio pro acceptis beneficijs non fit ab huius mundi incolis. Lib 14 cap. 2. §. 15.

De hoc Euang. habes in 2. tom. libr. 9. cap. 5 per totum.

Dom. 14. Post Pentec.

Matth. 6. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Vide in præsenti, lib. 14. cap. 9. à §. 19. & deinceps per totum.

Dom. 15. Post Pentec.

Luc. 17. *Ibat Iesus in ciuitatem Naim, &c.* Vide supra, Fer. 5. à Dom. 4. Quadrag.

Dom. 16. Post Pentec.

Luc. 14. *Cum intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem.* Etiam apud hostes inuenit Iesus prandium, quia perfectus virtutis cultor alimento carere non potest. Lib. 14. cap. 16. §. 14.

Et ipsi obseruabant eum. Ipsi hospites, qui Iesu conuiuia exhibebant, medijs cõuiuijs eius vitæ insidiabantur. Hæc est summa impiorum malitia quod eorum vota, & obsequia non differant ab homicidijs. Lib. 14. cap. 16. §. 28.

De hoc Euangelio habes in 2. tom. libr. 10. cap. 11. per totum.

Dom. 17. Post Pentec.

Matth. 22. *Vnus ex eis legis Doctor, &c.* Dum legis Doctor scientiam requirit, non dicitur illi, quod sciat, seù cognoscat filium Dei, sed quo amet Deum ex toto corde, vbi enim charitas, ibi perfecta cognitio, & scientia. Lib. 14. cap. 18. §. 8.

Hoc est maximum, &c. Qui maximo dilectionis præcepto obfirmatur, cætera vt parua æstimat, & penè inexpugnabilis manet. Lib. 14. cap. 18. §. 2. & §. 3.

Secundum autem simile huic, &c. Vt primum nequit esse, sine respectu ad secundũ; nec è contra; sic Dei amicitiam non habebis, nisi te proximis exhibeas amicum. Lib. 14. cap. 20. §. 7.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, &c. Nequit lex obseruari, sine charitate, quando vbi illa deest, cæteræ virtutes incorruptionem abeunt. Lib. 15. cap. 7. §. 7.

Dom. 18. Post Pentec.

Matth. 9. *Venit in ciuitatem suam.* Præstantior virtus prius propinquis prouidet. Lib. 15. cap. 3. §. 9. & cap. 9. § 17.

Videns fidem illorum, &c. Paralytici portiores, nec dum verba faciunt, & tamen à Deo exaudiuntur, sic enim exaudiri solet, qui Dei, proximorumque peragit negotia. Lib. 15. cap. 3. §. 7.

Confide fili. Remittuntur tibi peccata, &c. Anteà hic homo spiritu seruitutis erat imbutus, modo à Iesu habetur filius, dũ ei peccata dimittit, sic sæpè solet peccator fœlicior apparere post peccata dimissa, quam erat in innocentia. Lib. 14. cap. 4. §.

Habes de hoc Euang. in 2. tom. libr. 9. cap. 1. præcipue à § 5. de inceps per totum.

Dom. 19. Post Pentec.

Matth. 22. *Fecit nuptias filio suo.* In Dei patris disciplina, nihil lætitiam æternã afferens, potest deficere. Lib. 15. cap. 10. §. 6.

Iterum misit, &c. Non semel, sed bis, & terparturiendi sunt filij spirituales. Lib. 14. cap. 26. §. 18.

Tauri mei, & altilia occisa sunt. Virtutis res variari debet, vt facilius capiatur ab infirmis. Lib. 14. cap. 23. §. 4.

Contumelijs affectos occiderũt. Seruus Dei melius habet apud feras, quam apud homines. Lib. 14. cap. 16. §. 36.

Perdidit

Perdidit homicidas illos. Deus acerbe punit iustorum persecutores. Lib.

Dom. 20. Post Pentec.

Ioan. 4. *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur* Ecce quid primò hæreditēt mundi filij, nimirū afflictiones, dolores, ruinas, nil aliud nouerunt parturire mundialia culmina. Lib. 13. cap. 2. §. 10.

Incipiebat enim mori. Etiam postrema hora potest esse prima in salutis negotio. Lib. 15. cap. 1. §. 24.

Nisi signa, & prodigia, &c. Iesu signa semper homini salutaria. Lib. 13. cap. 1. §. 5.

De hoc Euang. habes in tom. 2. libr. 10. cap. 5. per totum.

Dom. 21. Post Pentec.

Matth. 18. *Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationē ponere, &c.* Quid iudicij metus in iustis, & peccatoribus efficiat, vide lib. 13. cap. 1. §. 13. & cap. 2. §. 7. & lib. 15. cap. 12. §. 4.

Voluit rationem ponere cum seruis suis. Nō cum filijs, sed cum seruis, vt ostendatur durior hominis conditio, qui dum Deum non experiatur patrem, prorsus peribit. Lib. 14. cap. 17. §. 12.

Procidens autem seruus ille, &c. Non solis verbis, sed & humi cubatione Deum solicitat, quia non sola lingua, sed verum pœnitentiæ opus auditur à Deo Libr. 14. cap. 9. parag. 37.

Misertus autem Dominus. Misericordię affectus in diuinis animis validissimus. Libr. 14. cap. 3 §. 14.

Dimisit eum, & debitum dimisit. Nulla mē sura seruanda est in benefaciendo. Libr. 14. cap. 5. §. 18.

Nonne ergò oportuit, & te misereri conserui tui? Deus qui in omnibus vult primus haberi, in parcendo secundus est, expectans te parcētem videre, vt ipse parcat tibi. Lib. 14. cap. 8. parag. 16.

Dom. 22. Post. Pentec.

Matth. 22. *Consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone.* Quò quis sanctior, eò maiores à peccatoribus patitur insidias. Lib. 14. cap. 9. §. 27.

Viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Profecto qui nihil mundiale procurat, ille solus viam Dei in veritate docet. Lib. 15. cap. 8. §. 13. Et qui Principibus morem gerit, eo ipso à veritate alienus. Lib. 14. cap. 2. parag. 5.

Non enim respicis personam. A iusto, & bono viro non respicienda persona. Libr. 14. cap. 2. §. 18.

Quid me tentatis hypocritæ? Pulchrè adulatores Pharisęos ferit, & repellit bonus Princeps; quando pessimis fauere in Principe durissimum est. Lib. 14. cap. 9. §. 29.

Cuius est imago, &c. Magna excellētia hominis, in quo summi imperatoris Dei similitudo cernitur. Lib. 14. cap. 1. §. 6. & §. 21.

Dom. 23. Post Pentec.

Matth. 9. *Princeps vnus accessit, & adorabat eum dicens, Domine filia mea, modo defuncta est.* Vbi Clades, & mors nobilissimę adolescentulæ proponitur, non miror, quod Princeps prosternatur, & adoret, quando Principum clades plurimum valēt, ad alios commonendos. Lib. 14. cap. 4. §. 8.

Et surgens Iesus sequebatur eum. Principes viri multo sunt honore prosequendi. Ibidem, §. 7.

Tetigit fimbriam, &c. Ipse per se tetigit, misere enim fallitur, qui laboribus alienis totum salutis negotium committit. Lib. 14. cap. 11. §. 1.

De filia Principis mortua habes in 2. tomo lib. 8 cap. 1 per totum: De muliere fluxum sanguinis habente, ibidem lib. 10. cap. 7. per totum.

Dom. 24. Post Pentec.

Matth. 24. *Cum videritis abominationē.* Vide 2. tom. lib. 12. cap. 2.

Et tunc parebit signum, &c. In præsenti, lib. 13. cap. 2. per totum.

DE SANCTIS EVANGELIA QVÆ sunt in præsenti tomo.

In Cathed. D. Pet.

Matth. 16. *Venit Iesus, &c.* Lib. 14. cap. 2.

In festo Sancti Sebastiani.

Luc. 6. *Beati pauperes, &c.* Lib. 14. cap. 3.

In festo S. Mar.

Luc. 10. *Misit illos binos.* Lib. 15. cap. 8.

In festo S. Philippi, & Iacobi.

Ioan. 14. *Non turbetur, &c* Lib. 14. cap. 17.

Pro S. Athanasio.

Matth. 10. *Fugite in aliam.* Lib. 14. cap. 15.

Pro S. Ioanne Baptista.

Habes plura: Lib. 14. cap. 1. per totum.

Pro S. Petro.

Matth. 16. *Venit Iesus, &.* Lib. 14. cap. 2.

Index Concionum.

Pro S. Laurencio.

Ioan.20.*Nisi granum,&c.* Lib.15.cap.15.

Pro Sancto Michaele.

Matth.18.*Quis putas maior?* Lib.14.ca.12.

Pro Sant. Luca.

Ioan.15.*Misit illos binos.* Lib.15 cap.8.

Pro San. Simone,& Iuda.

Ioan.15 *Hæc mando vobis,&c.* Lib.14.cap. 20.à §.12.

Pro Omnibus Sanctis.

Matth.6.*Beati pauperes,&c.* Lib.14.cap.3.

Pro communi Apost.

Ioann.15.*Hoc est præceptum, &c.* Libr.14. cap.20.

Pro communi Vnius Mart.Pont.

Luc.14.*Volens turrim ædificare,&c.* Lib.15. cap.4.

Matth.16.*Si quis vult venire.* Lib.14.ca.11.

Pro Mart. non Pontif.

Matth.10.*Non veni pacem mittere.* Lib.14. cap.15.à §.16.

Irem:*Nil opertum,&c.*

Irem ex Ioan.20:*Nisi granum,&c.* Libr.15. cap.15.

Pro communi Mart.in Pasch.

Ioan.15.*Ego sum vitis.* Lib.14.cap.19.

Pro pluribus Mar.

Ioann.16.*Plorabitis,& flebitis,&c.* Lib.14. cap.22.

Luc.11.*Væ vobis,qui ædificatis monumenta, &c.* Lib.14.cap.19.à §.28.

Luc.10.*Videbam Satanam.* Cib.15.cap.11.

In communi Confessorum non Pontifi.

Luc.12. *Pusillus grex.* Lib.15,cap.1.

Item:*Sint lumbi vestri præcincti.* Lib.1.cap. 1.à §.8.

In commni Confess.Pontif.

Matth.24.*Vigilate,quia nescitis.* Lib.15.c.2.

Luc.10.*Lucerna corporis,&c.* Lib.14.cap.9. à §.17.

In communi Doctorum.

Matth.5.*Vos estis Sal terræ.* Libr.14.cap.4.

FINIS.



Seas Augustina amada
a esta tierra bien venida
seas tan bien recebida
como fuistes enviada
dichosa fue tu jornada
no sera la ves primera,
ni te paresca quimera,
porq̃ te miro señora
con mucho de tejedora
paresciendo alansadera.

dexaste los zapatillos
amando la desnudez
no lo hagas otra ves
q̃ sera echarse mas grillos.
Los pequeños pajarillos
aman mucho la huida
procura ia por tu vida
aplicarte a la quietud
y hallaras mas salud
viviendo menos salida.

El tiempo en q̃ te boluiste
me a causado admiracion
affligiendo el corazon
con el sol q̃ padesiste,
en agosto seco y triste
toda la cierra se pierde
i el discurso q̃ no duerme
a pensado, i con dolor
q̃ haciendo tanto calor
no podrias darte un verde.
Un freile carmelitano
te llevo, y ese te trajo seriale de trabajo
~~[illegible]~~
por ser ia mui viejo, i cano.
~~[illegible]~~
no salga el concepto en vano
q̃ un q̃ paresca contrario
a tu proseder tan vario
e de afirmar y creer
q̃ te as querido poner
encima el escapulario.

Aug.ª a dios te queda
y trata de descansar
no buelvas a caminar
por lo q̃ suseder pueda
de la fortuna la rueda
los bajos no disimules
y aora q̃ mas te pules
no me tienes de negar
q̃ el hado te dio a gosar
un verde con dos azules.

BAEZA

YN,

SCRIP

TVRAM

59

3

C 82

C. 12 M

3.985